

*de la Comp. R. 10*

FRATRIS DIDACI  
 STELLAE ORDINIS MI-  
 NORVM IN SACROSANCTVM  
 IESV CHRISTI DOMINI  
 NOSTRI EVANGELIVM SE-  
 cundum Lucam Enar-  
 rationum:


TOMVS SECVNDVS.



*Commissio in forma  
 allegata in D. L. G.*

*Ex commissione Officij S. Inquisitionis libere esse expurgatum  
 et ad proprietatem Indici expur-  
 gatum. D. L. G.*

COMPLVTI.  
 Excudebat Andræas de Angulo.  
 M. D. LXXVII.  
 CVM PRIVILEGIO.





*61-2*

*1-a-7-8*



De la Comp. 1064



61-2

1-a-7-8

# FRATRIS DIDACI STELLAE ORDINIS MI- NORVM IN SACROSANCTVM

IESV CHRISTI DOMINI

NOSTRI EVANGELIVM SE-

cundum Lucam Enar-

rationum:

TOMVS SECVNDVS.



*Commissio in forma  
aliqua in de lege*

*Ex commissione Officij de  
Inquisitionis liber iste expurgatus  
est ad proprietatem Indici Inqui-  
sitorij m. D. G. G.*

COMPLVTI.

Excudebat Andræas de Angulo.

M. D. LXXVII.

CVM PRIVILEGIO.

# AD ILLVSTREM ET

DOCTISSIMVM PATREM, EXI-

M V lmiunt Verbi Dei concionatorem, omniq; genere

disciplinarum ex cultum, Didacum

Stellam, Ioannis Iberi,

Epigramma.

**A**usta suos tollit veneranda Navarra triumphos

Te duce, perpetuum fama; pergit opus.

Vindice te tanto, bibulisque iurmesit auenis,

Digna putat tandem summa per astra tibi:

Tuque instar Pauli, nam ardenti pectore Christum

Effers empyreum, pulpita sacra terens.

Te pia Francisci splendent commercia sancti

Te pia religio sospite sospes erit.

Docta viros terret prauos tua concio, nanque

Assiduo populi crimina torua premis.

Ingentis prestatas animi virtutibus, atque

Moribus, eloquio, religione, fide.

Dulcia permulcent animos tua verba fluentes,

Est tibi facundis lingua diserta sonis.

Hanc tot natura donis, hinc stemmate prisco

Clarus agis, tanta religione fruens.

Sanguine preclaro natus, fastigia laudis

Tu meruisti, omni & culmine dignus eris.

demum accessit tantoque labore paratum

Hoc opus, eximia religione nitens,

Hoc prompsit tanti veneranda scientia patris,

Et Sophia ac oris dulcia mella tui.

Atque hoc immortale decus pariet tibi semper,

Et tua perpetuo fama perennis erit.

His aucta auspicijs merito Navarra triumphas,

Denique te tanto vindice iure times.

# SECUNDVS TOMVS

ENARRATIONVM IN BEATI

LVCAE EVANGELIVM.

CAPVT. X.



HR I-

stus Re-

deptor

noster

(vt in ca-

pite prae-

cedenti

facile est

videre)

suos duo-

decim

discipu-

los ad

predicandum miserat: miris virtutum dotibus eos illustrans, potestatemque faciens amplissimam, vt oculis hominum suspensa miracula proponerent: vt veritatis ab eis predicatae clarissimum testimonium eluceret. Hi enim tanquam terrae promissionis ardentissimi fuerunt speculatores. Sed cum granum sinapis in grandi arbore in dies magis ac magis cresceret, cumq; sapientissimi illi Salomonis fama Christi Redemptoris nostri in vniuersas illas regiones vndique esset sparsa, vt non solum Regina illa Sabba, verum etiam multi alij in suorum vnguentorum odorem currerent, vt recumberent cum Abraham Isaac & Iacob, iam enim messes cresecbant, candoreque inducuntur: ideo necessarium erat, vt in messorum numerus etiam aueretur, vt in Ecclesia horrea eas mitterent. Idem Christus vniuersae mensis dominus postquam duodecim Apostolos miserat, inquit noster Euangelista (Post haec autem designauit Dominus, & alios septuaginta duos.) Post haec, scilicet, postquam miserat predicatores maiores, qui erant Apostoli: nunc mittit minores, postquam Apostolos miserat, designauit alios septuaginta duos: quia signanter hos elegit, & ab alijs distinxit. Sicut Apostoli duodecim fuerunt iuxta numerum duodecim tribuum Israel: ita isti fuerunt septuaginta duo vt totidem gentibus linguarum Euangelium predicarent. Praeterea in libro Exodi legimus quod filij Israel uenerunt in Helim, ubi erant

duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmae. Sicut tunc ad corporis nutrimentum preparauit Deus illos fontes & palmas: ita ad resocillandum totius mundi animas, post illos duodecim Apostolos, qui quasi duodecim fontes aquis suis doctrix totam terram irrigarunt, addidit dominus hos septuaginta discipulos: vt scias sicut Apostolus ait, q omnia in figura contigebant illis: quia multi erant credituri, multis in digebant magistris. Adde etiam quod sicut dominus accepit de spiritu Mosis, & dedit septuaginta uiris, qui etiam prophetauerunt, & adiuuabant Moysen in regimine populi: ita Deus accepit de spiritu Iesu Christi domini nostri, & dedit septuaginta discipulis, qui Euangelium praedicarent, & miracula facerent prophetantes, & adiuuarent Christum Saluatorem nostrum in onere Euangelij. Vnum autem hic obseruandum est, quod non desunt moderni qui dicant, hic superfluum hanc particulam duos idque astruere contendunt autoritate Graecorum codicum, in quibus septuaginta tantum scriptum est: & in eundem numerum dicunt, consentire Tertulianum, Hieronymum, Ambrosium, Theophilum, & Eusebium in primo volumine Ecclesiasticae Historiae: quapropter dicunt Augustinum, & Bedam qui septuaginta duos legunt, mendosos habuisse codices, sed mea quidem sententia errant: nam Epiphanius vetustissimus auctor inter Graecos in fine primi tomi aduersus haereses septuaginta duos legit, & Sanctus Clemens Martyr tertius post Petrum Pontificem libro secundo Apostolicarum constitutionum capite quinquagesimo nono. Astipulatur etiam ijs codex Graecus Apostolicae bibliothecae, nimium praefereus vetustatem. Neque his obstat Ambrosij Hieronymi & aliorum patrum autoritas: verum simile enim est, scriptores illos breuitatis gratia pro septuaginta duobus, septuaginta citasse: quod & factum videmus in primis Moysae legis interpresibus, qui cum essent septuaginta duo, sicpe ex singulis duodecim tribus delecti sex:

1. Cor. 10.

Num. 11.

Tertul. lib.

4. contra

Martio.

Hierony. li.

1. ad Fa-

biolias. Teo-

phi. i. in Luc.

Aug. v. li. 2.

Eu. qu. 11.

Bed. qu. 11.

in Lucan.

ramen ab omnibus vetustis scriptoribus sub titulo septuaginta allegantur: sic & Romani breuitatis studio contum & quinque iudices ex singulis triginta quinque tribus tres delectos, centum viros appellarunt. Sequitur. *Et misit illos binos antefaciem suam.* Isti septuaginta duo discipuli non sunt vocati Apostoli, quantumvis Apostolus sit missus, & isti etiam missi essent à Christo ad predicandum: quia Christus illos tantum duodecim voluit vocare Apostolos, & alios solum discipulos nominari, ut videantur esse duo ordines Apostolorum & discipulorum: loco quorum est inter nos ordo Episcoporum & presbyterorum. Nam sicut in Apostolis forma est Pontificum: ita in septuaginta discipulis forma est presbyterorum: Erat enim mundus peccatis plenissimus, erant (ut Paulus ait) omnia conclusa sub peccato, erat mundus oppressus tyrannide diaboli, qui erat princeps huius mundi, & per Christum foras eijciendus. Operabatur tunc diabolus in filios diffidentie, in quibus nos omnes aliquando fuimus. Erat mundus Sodoma & Gomorra, cunctes ad similitudinem muta, prout dicebatur, eramus imbecilles & dormiebamur multi: ideo mittit nunc iudices, quibus tenebrae pellerentur: mittit medicos à quibus mundi languores curarentur: mittit fortes, à quibus fortis armatus vinceretur: denique mittit homines caelestes & diuinos, à quibus infernus noster in paradysum conuerteretur. Misit inquam: ipse etiam Christus in scriptura missus vocatur. Non auferretur scriptum de Iuda (inquit Iacob) nec dux de fratre eius, donec veniat, qui mittendus est. Et Moses, Mitte, quem missurus es. Et ipse qui missus est à patre, Apostolis dicit, sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et ideo isti discipuli officium habent Apostolorum, & missi dicuntur: nam missi sunt à Christo, & eodem spiritu repleti, & varijs linguis loquuti. Sunt enim isti sancti discipuli Apostoli, medici animarum & corporum, doctores, pastores, & Reges. Nam sub hoc verbo missi, omnia officia clauduntur. Binos autem mittit boues mundum araturos, & Evangelicum semen sparsuros. Præterea quia dixerat, ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: ut vehementius esset cum eis, voluit eos esse binos. Simul ut humilitatis essent amatores: minor enim gloria ad duos diuisa venit, quam si ad unum integra veniret. Atque etiam ut minus

dæmonis astus, & hominum audacia, & carnis nostre negligentia eos inuadere possent: minus enim audent pugnatores duos aggredi, quam unum. Adde etiam ut intelligerent negotium esse, ad quod vnus sufficere non posset. Denique duos mittit ad socialis vite commendationem, & ob mutuum consolationem, & conformitatem. Frater enim qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas inuinita: atque ad veritatis predicandæ certiorum confirmationem, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verum. Denique ut concludam, binos illos mittit, ut mutuum in se habeant charitatem: nam cum charitas sit amor gratuitus tendens in alium, non potest nisi inter duos esse: nemo enim charitatem dicitur habere ad seipsum: innuit enim quod nemo prædicationis officium debet habere, si charitatem ad proximum non habet. Quandoquidem sola hac omnium virtutum princeps & regina charitas, nostris operibus vim & valorem tribuit. Vnde diuus Paulus. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habuero factus sum velut æsonans, aut cimbalum tintiens. Sonat quidem cimbalum, omnesque conuocat ut diuinis officijs intersint, postea vero ipsum foris remanet, cum aliorum beneficij fuerit causa velut antea ferreum atque æreum factum. Ita videtur concionator, qui hac virtute non est decoratus: qui cum reliquos omnes ad virtutem insectandam prouocet, & ad Dei suauissimos amplexus alliciat, velut æsonans peccator & miseria plenus persistit. Vult enim Christus ut nos qui concionatoris nomine & officio gaudemus, eas virtutes, quibus alios volumus insigniri, prius habeamus: præcipue earum Reginam charitatem, quæ & meritum & summam perfectionem nostris operibus cumulat. Assimilatur maxime solis calor charitati: eius enim virtute procreantur herbarum, plantarumque altissimas & profundissimas radices iaciunt, arbores frondosis folijs fructus, & eius pulchritudinem conseruant, & ad expectatam maturitatem perueniunt. Sic charitas labori nostro meritum auget, & in virtutis semita diligenter currere facit, & denique sine illa (in quocunque velis opere) non ad modum diuites & locupletes euademus. E contrario vero amor carnalis & mundanus ignis caloris similis est: qui omne quod tangit deuorat, & absomit. Ita sensualis cupido quancunq;

Prouer. 3.

Dent. 17.

Greg. homi. 17. in Ench.

1. Cor. 13.

Prouer. 30.

Esai. 40.

Matt. 22.

Esai. 18.

Hesher. 8.

Ephe. 3.

Rom. 12.

adeo excellentem virtutem & meritum destruit & in vilem puluerem & cinerem redigit, & ita ut sapiens ait ignis nunquam dicit sufficere: sic & cupido carnis, auaritiæ atque honoris & quidquid est mundi. Auarus enim nunquam dicit sufficere: nec ambitiosus saturatur honoribus, nec carnalis homo delictijs: sed charitas ut solis calor, fructificat, adauget, & amplificat nostra opera. Volebat igitur Christus ne fructus & meritum periret, qui ex tanto officio atque labore poterat, colligi: ut discipuli hac charitatis dote essent muniti: quandoquidem florentissima & pulcherrima corona eos debebat condecorare: & ideo mittit illos binos propter mutuum charitatem & dilectionem. Expende etiam, quod ante faciem suam dicit, quod mittit illos: nam sicut miserat Ioannem Baptistam præcursorem ut præpararet corda hominum, ad suscipiendum Christum: sic illos tanquam præcones & præcursores mittit, qui dicant. Parate viam Domino, rectas facite semitas eius. Isti enim erant serui illi missi à Domino, dicere inuitatis, ut venirent ad nuptias: & Angeli veloces missi ad gentem conuulsam & dilaceratam: & verendatij illi Assueri Regis mortifera sententia reuocatores, & qui viam domino preparabant. Atque ideo subditur. In omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. Post auditionem verbi Dei, venit Christus in animam per fidem vitam: atque ideo spiritualiter est hoc intelligendum, quia in animas fidelium venit Christus inuisibiliter: in has potissimè, quæ verba Dei suscipiunt, & eius discipulos audiunt. Nam corporaliter Christus non venit in omnem ciuitatem & locum ubi Apostoli & eius discipuli predicauerunt. Venit autem spiritualiter in animas audientium verbum eius: habitat enim Christus in cordibus nostris per fidem, & hæc venit per auditum, auditus autem per verbum Christi. Primum itaque predicatorum ante se mittit, ut audientes verbum Dei credant populi, & postea Christus subsequatur suos predicatorum. Ante Christum ibant predicatorum, præparantes Domino hospitium in cordibus hominum. Obserua autem, quod per hoc quod ipse erat post illos iutus, urget eos, & ponit stimulum ut bene exquantur officium suum, scientes quod sublequeretur magister. Quando enim scit discipulus quod magister est visurus opus suum, & quod illud debet examinare, operatur maior

ri diligentia & cura. Sic contingit ut pater familias aliquando dicat agricolis, ite ad fodendum in vinea mea, & ego ibo postea ut videam quam bene laborastis. Isti agricolæ, non est dubium nisi quod scientes Dominum venturum nec illos ad videndum opus diligentius & soletius laborabunt, & non otio torpebant: nec ubi displicebit Domino suo laborabant, sed ubi viderint dominum gaudere, maxime si ipse dominus agriculturam optime nouerit & percullerit, magnifice laborantes præmiaturus. Ideo Christus mittit illos, ubi erat postea ipse venturus, ut eos animaret, & exhortaretur ad bene & fideliter exequendum officium suum, scientes dominum illic venturum. Admonet locus iste sic viuere & operari, tanquam qui Deum inspectorem habeamus omnium operationum nostrarum. Omnia enim cernit oculus eius, omnia videt, omnia enim opera & verba & minimas nostras cogitationes examinabit, & in die iudicij manifestabit. Sicut enim in omnibus nostris operibus dignam hanc cogitationem haberemus, scilicet Deum sua admirabili prouidentia omnia contemplari, in saniore mentem rediremus, de conscientia vitæ nostræ cautius & consultius à nobis prouideretur. Quid enim miser facies cum in hora mortis tuæ dominus uenerit, lucernis ardentibus ad scrutandum Hierusalem: scriptum est enim. Omnia corda scrutatur Deus, & inuiceras mentium cogitationes intelligit. Dominus itaque venturus est, ad iudicandum & discernendum inter bonum & malum, & hora qua non putas & forsitan crastina die. Hoc enim certo scias Deum venturum ut examinet omnia intima tui cordis & animæ penetralia. Sed quando uenit: hoc non tibi uult dicere: nec istis septuaginta discipulis indicauit. Sciebat illum venturum: sed quando esset venturus nesciebant, nec id exprimit Euangelista. Scis etiam & tu quod venturus sit dominus, & ignoras quando ueniet: ideo conulo, ut illud tecum prudenter reuoluas, hanc, quam nunc uiuis horam, tuæ uitæ ultimam esse: ob id que diligenter curandum, in Dei mandatis recto tramite persistere: Si enim indubitate scires, illud fore ut vnus ex tuis seruis mortem tibi habeat paratam, nonne ab omnibus & singulis præcaueres: hoc certe nullò indiget responso: atque ita illud sit apud te in dubitatum unum ex septem hebdomadæ die

Sup. 1. 1. Par. 28.

bus te esse insecuturum, vnaque illarum etiam sibi iudicium te periturum. Quid ergo erit remedium, ut re insonem & sine culpa omnibus & singulis his diebus serues tanquam vna illarum moriturum; & ita die dominica cum primò mane surrexeris, hoc tibi futurum spera, ut in ea sis moriturus, & ita paratus incede ne laqueo & hamo abscondito rapiaris. Idemque tibi erit præcauendum festi die & omnibus alijs. Cum enim cursum celerem, & velocem equus est facturus, prius eques lento gradu & pederentim equiducit, ut ipsam terram qua postea est transiturus oleat, & securus incedat, ne in cursu celeris cauum puterit. Sic tu si recto tramite & feliciter cursum tuæ vitæ velis peragere in morte, dum viuis per eam deambulas, tecumque eius memoriam deuoluas, & terram olfacias, in quam citissimè eris redigendus, mortem in vita contemplanis. Sed sunt multi, hiique non sanæ mentis & cerebri, qui dominos vitæ se cogitant; & qua velint parte se posse scindere vitam, esseque in illorum potestate mortem & vitam, tanquam si vita esset aliquod panni fragmentum, ex quo prolibito nunc tunicam, nunc pallium scinditis. Hæc mens, his insanis est, & maturius iudicium hoc putant: dicentes hoc temporis mûdi illecebris & voluptatibus tribuam, postea verò facti me poenitebit, & in meliorem statum me conuertam: cogitantem quemadmodum panni ita & vitæ dominos esse. Sed de his infra capite duodecimo latius & opportunius dicemus. ¶ Admonet etiam locus iste prelatos, & monet illos Christus ut postquam visitatores suos ad visitandum gregem miserint, ut ipsi etiam personaliter vadant post ipsos in omnem locum & ciuitatē quomiserunt illos. Si forsitan aliqua iusta occupatione fueris impeditus, non malum iudico, ut coadiutores habeas, ad gregis onus subleuandum. Sed id memineris esse opus, ut duplici ratione in postea eos insequaris. Altera ut scias qui se in ministerio habuerint: an à veritatis & iustitiæ partibus deflexerint pecuniarum ambitu: & clericum concubinariū, quia diues erat, non cortexerint. Ita nimirum est iustum, ut Episcopus post illos vadat: & diligenter intueatur quomodo in officio se exercuerint, ut ipse tanquam cepit si quod crimen perpetrauerint eos corrigat, & supplicium de illis sumat. Altera ratio est, ut videas, qui poterit visitator, cum sa-

cerdos quidam sit pauper & egenus viduarum & aliorum miserorum necessitatibus consulere? Visitator quod sui muneris est iustitiam faciet, miserias autem pauperum subleuare, potius diuiti & potenti Episcopo conuenit: qui etiam sua autoritate ouium defectus, & quemuis alium suspectum & potentem poterit castigare. Aspice igitur tu qui Episcopi & prelati officium geris, quemadmodum Helisæus seruum suum Giezi misit ut adolecentem suscitaret, utque postea (quod nec seruus nec baculus valuerunt) ipse Helisæus adolecentem mortuum suscitauit. Ita tu post tuum visitatorem abire debes, ut quod ipse nequit, tu facile præstare poteris. Sed iam illud euenit, vel quod non ista peccata meruerint, ut sint multi, qui hoc à tergo relinquentes, in ameniori atque iucundiori suæ diocesis loco vitam degant, tanquam marmoris statua immobilis, ceteros ad labores mittentes. Et vitam homines doctos simul & probos mitterent, qui & sermo ne & opere plurimum valeret: quemadmodum Christus, qui hos discipulos mittebat. Hi vero non nisi conductores & receptores mittunt, qui decimas colligant, marsupium & vniuersam substantiam exhauriant, & denique totum sanguinem ebibant, de animarum salute parum vel nihil curantes. Quam quæso rationem ouium suarum habebit Episcopus, qui cum ipse Romæ sit, eius ouile vel est in Hispania vel Flandria? Ouium certe sumptibus & expensis ipsi laute & opipare viuunt, nec recordantur ut mittant aliquem concionatorem qui eas pascat, cum nec ipsi postea ad eas reuertantur. O quam bonus pastor, quam suavis prelatus est Christus: qui non discipulos mittit ad colligendos fructus, nec ad recuperandam pecuniam, sed ut Euangelium illis aperiant, & ad se conuertantur; & non solum hoc contentus etiam cum iam misisset totam quæ sanctos concionatores, ipse etiam post eos tendit. ¶ Illud etiam nolo sub silentio prætermittere, ut aliquando contingat hos prelatos & Episcopos ad visitandam suam diocesim ire: melius tamen esset ut ad eum nunquam peruenissent: nam non eo tendunt animo ut iustis ouibus medeantur: nec ut fame percutentes aliquo auxilio restaurentur, sed ut eas exenterent, & deuicerent. Admodum similes hi prelati sunt reorum custodibus, qui damnatos & in carcere detentos visitant, non ut aliquod solatijs ge-

4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Iob. 10.

Aug. ser. 1  
de Apostol.  
10. 10.

nus eis præstent, sed ut dolore angeant, carenas atque compedes fortius comprimendo. Hic enim custos libere per plateam deambulauit, laute epulatur miserorum stipendio, qui in carcere sunt detrusi. Ita nimirum sunt multi prelati, qui cum ex re & substantia subditorum viuunt, omnemque pinguedinem & adipem ouium exhauriant, delictijs & voluptatibus affluentes nunquam suas oues inuisunt: nisi ut prospiciant recte ne suarum legum compedibus & funibus astringantur: & sic nunquam ad vllum oppidum perueniunt cui vel graues censuras vel excommunicationes non imponant: atque ita fatius & melius esset ut nunquam subditi ab istis prelati visitarentur. Alij autem sic pompaticè & sumptuose eos visitant, ut potius damnum subditis quam commodum inferant. Sic ille propheta Helisæus, de quo nunc dicebamus cum venit, ad suscitandum filium Sunamitidis iucurrauit se sicut puer ille, cum esset vir: & sic suscitauit illum. Sic cum tuos visitas, etiam si dignitate præclarus, diuitijsque sis abundans, æqualem illis te debes ostendere: cum eis benignè & humiliter agens, ita ut humilitatis & benignitatis exemplum in te reliceat: ut audeant, tecum loqui, suasque necessitates tanquam patrono dilectissimo pandere ac manifestare. Sed de his hæcenus, ut ad contextum reuertamur. *Et dicebat illis, Messis quidem multa.* Ac si diceret, Sufficeret mea prædicatio in Iudæa, sed habeo aliam messem inter gentes, alias oues quæ non sunt ex hoc ouili: ad quas ego non uisibiliter uenturus sum, ad illas ergo adducendas, necessaria est Apostolorum & discipulorum missio. Comparat autem Ecclesiam messem, quia sicut in messe nedum grana ipsa, sed & palea & stramina in aream ducuntur, ubi postmodum per triturationem & cribrationem adinuicem separantur: sic Euangelium in Ecclesia Dei omnibus prædicatur, & omnes tam boni quam mali sunt in Ecclesia Dei, sed per tentationem distinguuntur. Cum in area triticum mundatur, cum aliquantulum sit ponderosum ad mundantis pedes cadit, palea autem rapido vento feruntur. Ita nimirum in tentatione quando boni & mali examinantur, boni ad dei pedes projiciuntur, mali vero tanquam leuis palea vndique sparguntur. Recti namque & iusti qui tentatione tanquam igne approbantur, ad Deum magis accedunt, mali au-

tem recedunt & semouentur. Christus cum in orto ad patrem totus suo cruore madidus feruentissima oratione oraret, ad Dei pedes cecidit, super faciem suam orans. Sic Iob in sua tribulatione, sic & Susanna, cor eius erat habens fiduciam in domino. Sic etiam ad pedes ventilantis corruit Ezechias, Rex sanctus: sic David orans dominum, cum vidit Angelum in ara Iebusti: sic etiam Iosaphat Rex cum dixit. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros dirigamus ad te. Sic fuerunt omnes Dei electi & amici eius. Vnde David in Psalmo. Ad dominum cum tribulaber clamauj. Et Ionas de ventre ceti sicut granum tritici cecidit ad pedes ventilantis, in sua angustia, & dixit. Clamau de tribulatione mea ad dominum, & c. Mali vero sicut palea sparguntur: & longè projiciuntur, & à Deo elongantur. Sic Saul cum deberet in sua tribulatione & angustia Deum inuocare, & illum consulere: longius recessit à Deo, & Pythonissam consuluit. Sic Asa Rex Iudæ cum agrotaret dolore pedum vehementissimo, non quæsiuit dominum in infirmitate sua, sed magis in medica arte est situs. Vnde beatus Iob de peccatoribus ait. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: sicut summitates spicarum conterentur. Arista ad alta profiliunt, & grana latent: quia reproborum potentia eminet, & electorum gloria non apparet. Probos autem & rectos non respicit mundus, quia gloria eorum ad intra, mali autem sunt qui nunc ab omnibus videntur & conspiciuntur: quique crescunt mundi oculis & de quacunque re facile triuphant. Hi sunt quemadmodum arista quæ vèto impelluntur: triticum autem remanet absconditum. Sed in die iudicij exhibunt Angeli & separabunt malos de medio, & mittent eos in caminum ignis. Tunc etiam congregabit Deus triticum in horreum suum, paleas vero comburet igni inextinguibili. Nunc vero in area Ecclesie mixtum est triticum cum palea: cognoscuntur tamen boni & mali ut diximus in tribulatione, & discernentur & separantur in ultimo die. Obserua etiam quod licet palea non feruiat ad vsum hominum: tamen propter triticum feruatur. Palea enim tritico proficit, similiter & arista: eo quod ab estus calore, & ab aëris intemperie illud defendit, atque cõseruat. Sic mali in hoc maxime bonis profunt, quia eos in patientia exercet, an-

sam & occasione merendi præbentes. Ideo Deus ( vt ait Augustinus ) tolerat malos, vt per ipsos boni exerceantur, quemadmodum pater familias propter triticum noluit eradicare zizaniam . ¶ Præterea in messe est vna spica grandis, alia atque alia humilis & parua: sed cum venit messor ad secandum, paruas atque eminentes æquat, soloque prosternit: ita vt non facile postea sit cognitu quænam earum in profundum, quæ in altum propagarent. Sic in huius mundi tragicædia alij potentes & magnates, alij humiles & abiecti, alij diuitijs affluentibus, alij pauperie laborantes, alij prælati, atque Doctores magnanimi & excellentes, alij subditi, idiotæ, miseri atque abiecti, quorum memoria in populo iam sepulta & in nihilum redacta est. Sed cum iam tandem mors inopinata & repentina venerit, vt falce acutissima vitæ tramitem & filum scindat: omnes æquales, nullo factò discrimine manebimus . Si sepulchra aperias, & attentioni consideratione id tecum volueris excogitare, non facile erit cognoscere: quis pulcher, quis diues, quis potens, quisque pauper & abiectus fuerit: mors vtique omnia æquat . Irà Diuus Ioannes postquam vocem illam cœlo lapsam audiuit, beati mortui qui in Domino moriuntur, dicit se Angelum vidisse clamantem ad sedentem super nubem . Mitte falcem tuam, & metes, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ . Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram & demessit eam . ¶ Denique messem vocauit populos propter discipulorum consolationem, & vt eos confortaret . Quia si eis Christus diceret quòd mittebat eos ad seminandum, rem tristem eis videbatur imponere: eo quod qui seminat expectat longo tempore cum patientia, qui autem metit gaudet . Vnde Elaias . Latrabunt coram te, sicut latrantur in messe . Vt ergo discipuli non putarent, se mitti ad rem tristem, sed delectabilem: dicit quòd mittebat eos ad metendum . Sic Psalmus . Qui seminant in lachrymis, in exultatione merent . Id est quando seminant, lachrymantur quia perdunt semen, quia quod seminatur, moritur: cum autem metunt, exultant: quia colligunt, quod seminatum fuerat magis auctum ac locupletatum . Igitur sicut colonus exiens ad messem latatur, sic & vos multo alacriores ac iucundiores in mun-

dum exire, est necesse. Demum sicut qui metit, non metit nisi ratione fructus, ita non Euangelizantur nisi, vt feratur fructus à fidelium cordibus . Hæc sola debet esse ratio prædicandi, & intentio prædicatorum referre fructus suæ doctrinæ: nam non debent prædicare, vt multi faciunt nominis & famæ cupidi, vel vt laudes hominum, honores aut dignitates venentur, vel vt populo sint grati atque accepti . His igitur de causis populum messi assimilauit Deus . Sed nunc quid dicat de messeribus audiamus . Operarij autem paci . Pauci erant prædicatores respectu totius mundi, qui erat conuertendus . Obserua quòd operarios vocat prædicatores verbi Dei: vt scias quòd non solum ore sed vita, moribus & exemplo ac splendore prædicare debes . Illi qui ædificabant Hierusalem, vna manu tenebant gladium, altera vero operabantur . Paulus Apostolus verbum Dei comparat gladio, cum dicit . Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti . Sic prædicatores in altera manu debent habere verbum Dei, altera vero operari . Hac de causa Dominus dixit Elaiæ . Quasi tuba exalta vocem tuam . Cur non dixit, quasi leo, tonitru, vel quid simile: quia tuba ponitur in ore, & manibus tenetur . Sic prædicatio ore fit, & manibus sustentatur, hoc est bonis operibus . Oportet vt ore & exemplo prædices . Vt solerti mente Decembri eos illuminet qui Noruegiam regionem Septentrionalem incolunt, non tamen illos calefacit: sic scientia multos quos instituit quid sit faciendum, non continuo ad faciendum accendit, eos attingit ad sciendum, non ad operandum . Sicut non dicitur diues qui multas intelligit diuitias, sed qui possidet eas: sic non ille iustus est, qui scit de virtute differere eiusque diffinitione cognoscit: sed qui illa præditus, eam colit, & exercet . Omnes trahimur, & ducimur ad scientiæ & cognitionis cupiditatem: sed danda opera, vt scientia sit cù virtute copulata . Nulla vtilitate consequentur in animabus nec fructum aliquem percipient, qui non quæ docent, faciunt . Cùm infirmus videt medicum arctam sibi & strictam regulam imponere, circa potus cibi que sumptionem, ex altera autem parte videt medicum caponibus bene cibatum nimisque genio indulgentem: medicinam contemnit, parui pendit & nihil facit . Sic qui te audiunt egregie & præ-

Neem. 4.

Hebra. 4.

Esa. 40.

clare concionantem, de virtutibus recte dicentem contrarium tamen te facere norunt, nullatenus tuam accipient doctrinam . Cave ne de te dici possit, quod dixit olim Isaac, Vox quidem, vox Iacob: manus autem, manus Elau . Vox inisti Iacob, quia bona & recta prædicas, ac si esses sanctus Iacob: sed opera sunt impij Elau, & peccatoris . In Exodo præcepit Deus Mosi, vt faceret labium aeneum, cum basi suâ . Benedicit labium & aeneum, quia prædicatio resonans est: & simul iubet quòd sit cum basi, hoc est cum vita sancta, sine qua labium ipsum labitur & cadit . Cùm facimus quæ prædicamus, labium aeneum sumus, simul cum basi, quæ sustentat doctrinam . Nam ( vt Paulus ait ) in quo alium iudicas, te ipsum condemnas: portas enim literas proptiæ damnationis: nam bene loqui & male viuere, est te ipsum voce sua damnare . Talis opere destruit, quod ore ædificat . Vnde in Ecclesiastico habetur . Vnus ædificans, & alius destruens: quid prodest, nisi labor? Et quod Christo hoc maxime displiceat, patet, quia Christus maledixit ficulneam, quia non habebat fructus, sed tantum folia verborum: & Scribas & Phariseos tot maledictionibus lacebatur; quia folia verborum, sine fructu bonorum operum habebant . Bene dicebant, sed male operabantur: atque ideo dixit Christus populo, vt illos audirent: opera autem eorum non facerent . Et alibi dixit . Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me . Quis crederet alicui dicenti, esse viam latronibus plenam, neminem autem posse per illam transire absque expoliatione & interitu, si qui hæc monet, statim eandem viam persequeretur? Quis non hanc suspectam exhortationem, haberet, hostes in sequenti, cùm ab eo esset facta, qui ex parte hostium se tenebat? Ideò Hieremias ait . Non crediderunt Reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalem . Sed quia de his plura diximus in capite octauo huius: nunc vltierius procedamus & audiamus Saluatorem . Rogate ergo dominum messem, vt mittat operarios in messem suam . Non minus quam de vitæ discrimine & periculo agitur, in eo quod ad vos mittantur tales prædicatores qui & vita & exemplo, simul sancta & Catholica doctrina vos instituunt; & erudiant: & cœlestis patriæ viam rectam edo-

Gen. 27.

Exod. 30.

Rom. 2.

Eccle. 34.

Mat. 11.

Mat. 23.

Mat. 15.

Thren. 4.

ceant . Tantum hoc est negotium, tam magni ponderis & momenti, vt in republica Christiana sint sancti & probi prædicatores: vt dicat Christus, & quasi nos inuiter, vt eum exoremus, summi que precibus contendamus, vt tales mittat . Quam præclarum bonum, quantæque excellentiæ sit ipsa salus, & æmine non cognoscitur, nisi quando ea est priuatus & destitutus . Ita suauissimus fructus qui ex concione colligitur, qualis sit non intelligimus: nisi cum nobis desissent concionatores qui eum præstare possent . Aliàs si ipsi desissent, veluti Arabes & Gentiles essemus . Habetur in Apocalypsi Ioannem vidisse quendam Angelum, habentem Euangelium æternum, & euangelizantem super terram, & linguam, & populum . Postea venit alius Angelus, & dixit . Cecidit, cecidit Babylon magna . Vides quomodo verbi Dei prædicatione cadit mundus: Vitia corruit, & illa meretrix cecidit, & mundus cadit, euangelizante Angelo qui habebat Euangelium in manu sua, Et cū diceret populis & nationibus . Timere dominum, & date illi honorem, &c . Atque ita propter tantum bonum quod in nobis prædicatio operatur, acerbum esset supplicium vel populo vel nationi, à quibus Deus sui verbi prædicationem se moueret . Et sic Deus per prophetam Amos suum populum Israel castigans dixit . Mittam in vos famem, non famem panis, neque sitim aque: sed audiendi verbum Domini, & commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem circuibunt querentes verbum Dei & non inuenient . Ideòque Deum summis precibus exoremus vt sui verbi non mittat nobis egestatem . Rogate ergo dominum messem, vt mittat operarios in messem suam . Sed singula verba discutienda & obseruanda sunt . ¶ Primò itaque dicit, vt rogent: per hæc ostendit desiderium suum circa animas nostras: quia rogat, vt rogetur . Cùm Christus sit dominus messis, & intendat mittere operarios, nihilominus vult rogari . Primò quia licet Deus intendat aliqua facere vult vt rogemus & oremus, quia disposuit non concedere nisi oratus vt infra sequenti capite ( Deo volente ) explicabimus . ¶ Secundo orari vult vt prædicatores mittat, vt dicas quantum sit boni, quantæque dignitatis & excellentiæ prædicatorem esse: cùm Deus orari velit vt prædicatores mittantur . Non enim Deus vult orari

Apo. 4.

Amos. 8.

nisi pro magnis rebus: & ideo magnum quid est, vt Christi Ecclesia suos habeat doctores & predicatores. Et ita Paulus eos inter partes Ecclesie ministeriales retulit & recensuit. Sic etiam Deus propter peccata populi abstulit predicatores vt in propheta Amos vidimus. Et Ezechiel dixit. Adharere faciam linguam tuam palato tuo, & eris murus. ¶ Secundo dominus melsis seipsum appellat: ipse enim in quantum Deus iure creationis est omnium dominus, & specialiter hominum: etiam ratione gubernationis providentialis, & per multiplicium bonorum collationem. ¶ Tertio dicit vt mittat, quia non debent predicatores predicare nisi mittantur Ideo Paulus. Quomodo predicabunt, nisi mittantur: Ostendit etiam qd gratia predicandi donum Dei est: quod precibus datur, non studio aut ingenio humano: quapropter Iacobus ait. Si quis indiget sapientia postulet a Deo. ¶ Quarto operarios vocat predicatores: quia magis opere qua ore predicare debent. Est enim verbum Dei gladius: qui quidem si manu non teneatur, non terret aduersarios. Vnde bonis predicatoribus inquit Psalmista. Exultationes Dei in gutture eorum & gladij ancipites in manibus eorum. Multi enim sunt sicut magistri cementariorum, qui nihil faciunt, nisi imperare: & sero venientes plus recipiunt: & manus ad laborem sero & tardius mittentes, maiorem mercedem accipiunt. Vnde preclare Lacedaemonios fecisse legimus qui cum Demosthenem quendam nefarium hominem optimam & salutaris sententiae autorem fuisse cognosceret, illam approbauit: sed quendam a senatu virum probum & integrum elegerunt, cui vt eundem proferret sermonem demandarunt. ¶ Sed dimissis predicatoribus de quibus iam diximus satis: vult Deus vt nos omnes operarij simus: & non oscitanter vitam agamus. Deus creat segetes, & operatur in nobis: tamē vult, vt nos omnes etiam operemur. Deus (vt ait Paulus) operatur in nobis velle & perficere: tamē liberum arbitrium cooperatur gratia: sic Deus operatur opera bona in nobis, vt nos etiam operemur ea. Vt quemadmodum nauis expansis velis faelici vento portum contingit, parum tamen nauclerus videtur agere, etiam si vela expansa detineat, vt vento impellantur, quod si ea contraxerit, nauis non agetur. Sic homo qui & gratia & spiritu Dei agitur, quanuis parum agere existimetur, nihilominus agit: quonia pandit diuinae gratiae arbitrij liberta-

1. Cor. 12.  
Ephe. 4.  
Ezech. 3.

Roman. 10.

Iacob. 1.

Psal. 49.

Philip. 1.

tem, & Spiritus sancti flatibus vela bonae voluntatis expandit, & ita arbitrium cooperatur gratiae. Ideoque opus est vt nos simus operarij, & non otiosi. Pater ille familias operarios misit in vineam suam, vt ibi laboraret: & dominus etiam per Ioannem dicit. Opera mini non cibum, qui perit. Cooperatores igitur sumus Dei, vt Paulus inquit. ¶ Quinto dicit in messum suam: hoc est in salutem animarum. Ad hoc enim mittuntur a domino: sed ipsi conuertunt faciem suam in messum alienam, id est ad temporalia. Vnde Ieremias ait. Custodes agrorum facti sunt super eam in gyro. Non hominum inquit: sed agrorum: quia temporalia quarunt. Non sic Diuus Paulus qui Corinthijs dicebat. Ego non quero vestra sed vos. Quamuis multi (vt idem Apostolus ait) operarij sunt subdoli: qui non caelestia, sed terrena quarunt & amplectuntur. Sed mittet illos dominus ait illis. Ite. Ne quiescatis. Messor nanque semper ambulat. Ne sitis in Dei itinere tardi, atque pigri. Ite in qua. Nunquid ad venandum? nunquid ad piscandum? ludendum? ebriandum? hoc certe officium nunquam Christus sacerdotibus commendauit: imo vt semper orarent, & sui verbi concione populum in Dei mandata alliceret, non autem vt cum dissiparent atque destruerent. Laban cum tondebat oues fugit Iacob: sic cum praelatus subditos dilacerat, fugit & recedit spiritus Dei & Deus. Expende etiam quanta sit differentia in itinere malorum & bonorum. Alacres enim in sua via tendunt impij letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis: quorum viae peruersae sunt, & infames gressus eorum. Illi gressus sunt infames qui dantur in Dei contumeliam, ex quibus nil emolumentum excerpit, praeterquam quod inhonoratus & demoni subiectus manet. Nihilominus tamen vitam alacrem degunt: cum suam pessimam & insatiabilem voluntatem adimpleant. Eorum autem exitus infelicitissimus & lamentatione dignus est: quando quidem suorum laborum praemium miseram atque aeternam mortem expectant. Ideo Spiritus sanctus per Sophoniae Prophetam clamat dicens. Ululate habitatores Palaestinae. Pila enim mortarium est quo grana quatuntur atque moluntur: quo nimirum significatur, mundum hunc mortarium esse, in quo boni & mali quatuntur. Eo tamen discrimine vt quanto magis bonos ictibus cocurrit, eo fortiores & candidiores redduntur. mali vero veluti gallegae (ex quibus attrahuntur) nigri-

Matth. 20.

Ioan. 6.

1. Cor. 6.

Ierem. 4.

2. Cor. 11.

Gen. 31.

Pron. 2.

Soph. 1.

Psal. 125.

Mat. 10.

Act. 9.

Esai. 11.

1. Corinb. 1.

Exod. 23.

Iob. 38.

Greg. libro

mo. 29. c. 11.

Exod. 8.

griores & detriores euadunt: siquidem suos omnes labores in aeterna tormenta conuertunt. Boni vero euntes sibi aut, & flebant, mittentes semina sua. In itinere flebant, sed videlicet fructum labores. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Sed quomodo mittit eos? Ecce, mitto vos sicut agnos inter lupos. Apostolus dixit Christus quod mittebat eos sicut oues inter lupos: nunc vero istis septuaginta dicit quod mittit eos sicut agnos inter lupos, quia agni filij sunt ouium: & discipuli Christi filij spirituales fuerunt Apostolorum. Sed nunc illud volo, diligenter aduertat, qua praclare Deus officium aucupis exerceat: vt pore qui venaturus lupos, agnos mittat. Multos enim tyrannos (qui & vita & moribus lupos simulabant) his teneris agnis aucupatus est. Nunquid non videtur tibi lupus rapax. Saulus, cum peribat epistolas Damascum, vt si quos inuenisset huius via viros ac mulieres vincitos perduceret in Hierusalem? Dei autem benignitate hic patientissimus agnus fuit factus: ita vt dixerit, domine quid me vis facere? Vide dexterae excelsi mutationem, vt lupos conuertat in agnos: ita vt illud Esaiam adimpleretur. Habitu lupus cum agno. Sed illud dolendum, multos iam praetores qui deberent oues esse sicut Apostoli, & multos sacerdotes qui deberent esse agni veluti Christi discipuli, lupos rapaces effectos esse: qui non solum lana ouium teguntur earundemque lacte & pinguedine nutriuntur, sed animas ouium per negligentiam & sceleratam vitam destruant & labefactant. Verum Christus istis ouibus & agnis (quales Christi Apostoli & discipuli erant) vniuersum ad se attraxit mundum: in quo eius omnipotentia reuerenter licet admirari. Infirma nanque eligit Deus, (vt Paulus ait) vt fortia quaeque confundat. Vnde in Exodo dixit Moyses. Mittam crabronem ante te. Vide & expendite quibus copijs, quo militum apparatu, quam inermi exercitu dominus aduersus insensatos & inimicos fortissimos, nempe muscis & crabronibus. Vnde dominus ad sanctum Iob dixit. Nunc quid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? quae praeparavi in tempore hostis in die pugnae & belli: cum his imbecillis discipulis qui (vt Gregorius interpretatur) tanquam nix erant frigidi, cum toto terrarum orbe Deus dimicauit. Nec etiam Pharaoni misit Leones aut immanes Tigres sive Vrsos, sed Cinifes & mulcas: quibus rebus vi-

libus & abiectionis superbissimum regem vinceret & prostereret. Ita etiam cum paucis hominibus hisque inermibus, potentissimum exercitum Madianitarum superauit. Superbum Goliath imbecilli manu pastoris deuicit, arroganter illum & blasphemum Holofernem muliebri manu interfecit, quod factum ipsa Deum laudans, canebat, dicens. Dominus omnipotens nouit eum: & tradidit eum in manus foeminae, & confudit eum. Non enim cecidit porrens eorum a iuuenibus, nec filij Titam perculerunt eum, nec excelsi Gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia. Merari dissoluit eum. Hoc idem cum superbo mundo Deus efficit, vt mittat in eum homines inermes: & imbecillos & oues aduersus lupos. Sed singula verba obseruatione digna sunt. ¶ Predicatores suos non vocat Christus abso-lute oues aut agnos. Sed quasi oues & sicut agnos: tamen mali sectatores & mundi principes, non quasi lupos, sed lupos vocat. Omnes enim nos post miserum parentis nostri lapsum peccati, contagione corrupti ad terrena & caduca sumus propensi, & homines sicut & olim proni sunt ad malum: sed superueniens Dei gratia, nos bonos & probos efficit. Et quia nemo adeo est probus & rectus, vt in partem carnis, aliquarulum non declinet, & ex parte spiritus non claudicat, quia haec est nostri appetitus inclinatio: ideo non dixit illos esse oues, sed quasi oues, nam boni non ex omni parte sunt perfecti. Mali vero cum deprauata natura in malum sunt procliuēs, nullaque acquiescente virtute decotentur, & ex utroque capite sic infecti sunt, absolute & sine addito eos lupos appellat. ¶ Et praeterea cum suos discipulos quasi agnos mittat, ad eorum necem & interitum vult esse monitos. Et certe ad martyrium parati hi esse debent, qui ad concionandum a Deo mittuntur: maxime hac tempore, qua veritas omnibus iam exosa atque inimica sit, quam si predicaueris, statim tibi & doctrina tuae detraherent, etiam si verbi Dei concione praclarus & insignis fueris, hinc inde & inuidia & maxima persecutione tibi comparabis. Ita vt ego nunquam aliquem concionatorem insignem viderim, quem non inimici profraustant, soloque aquauerint. Atque ita omnes egregij concionatores inter lupos ambulant, quemadmodum hi Christi discipuli. Sic sancti Propheta Elias, Ieremias, Michaeas, Ezechiel, Daniel, Amos, & omnes qui veritatem principibus prela-

Iudith. 7.

1. Reg. 17.

Iudith. 13.

Genes. 6.

2. Reg. 2.

atque

atque tyrannis predicabant, alij interfecti, alij dilaniati ab eorum manibus euadebant. Attende etiam quod non dicit missi, aut mittam, sed mitto, de presentibus, ut scias quod semper mittit, & quod nunquam suam sanctam Ecclesiam obliuiscitur, de qua ipse semper sollicitus ambulat, quia & eius domus & sponsa est. Illa denique priora uerba (Ecce ego magnam vim & emphasim habent, possent namque discipuli dno obijcere; qui fieri posset ut eos inermes contra mundi potentiam & principatus mitteret; quæc arma, quas pecunias quam sapientiam eis daret, ut cum literatis & sapientibus discerent, illis tribueret, ut sic uteretur inter canes, & sicut lepores inter canes venaticos eos proijceret. Hanc obiectionem Christus diluit, dicens. Ecce ego mitto vos. Attendite quod qui vos mittit ego sum. Ego sum, qui Luciferum eiusque sequaces à supremis sedibus eieci, qui Pharaonem cum eius exercitu (postquam regnum eius Ægyptum septem durissimis plagis percussit) in Rubro mari demersi. Ego qui Amalech memoriam de terra deleui, qui que percussit Og regem Basan, Amorrhæos, Euaos, Chananeos destruxi, qui terra præcepi ut Darhan & Abiron deglaciaret, qui serpentes ignitos in desertum misi, qui muros Hierico solo æquauit, qui super tabellarios Ochozia igne ieci, qui mundum diluuij aquis destruxi, qui que Sodomam & Gomorram combusisti. Ego qui Madian & potentissimum exercitum Senacherib, qui Assyrios & eorum ducem Holophernem potenti manu superauit. Ego sum princeps magnus & fortis qui vos mitto, de quo David canit. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Ac si clarius diceret. Attendite discipuli mei, & contemplamini magnanimitatem & potentiam eius, qui uos mittit, quam si claris oculis intueamini, quodlibet periculum oblatum inuaderis. Vnusquisque uestrum me & corde & animo gerit, non igitur est quod timeatis. Vnde obsecro cogitatis, tantam audaciam, tam uirile peccus Mosis esse natum, cum Homuncio esset pastorque ouium, ut superbium regem Pharaonem esset alloquutus dicens, relinque populum meum? Non certe aliunde nisi quia me secum ferebat. Dixit enim illi Deus. Veni & mittam te ad Pharaonem, & ego ero tecum. Ingressusque Moses ad Pharaonem dixit. Hec dicit dominus Deus Israel. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi

in deserto. Postea uero cum faciebat copia, Exo. 10. ut in regno sacrificarent, respondit Moyses. Nunquid abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro? Non minori peccatore & audacia respondit Helias regi Achab, quando illi dixit Rex. Tu es qui conturbas Israel? Respondit Helias. Tu & domus patris tui, qui dereliquistis dominum, & sequuti estis Baalim. His accedit & Heliasus quando regi Ioram dixit. Quid mihi & tibi est? Vade ad Prophetas matris tuæ & patris tui. Viuit dominus exercituum in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphath regis Iudæ erubescerem, non attendissem quid te, nec aspexissem. Quis tantum animum & spiritum concessit? Deus. Ideo sanctus Iob domino dixit. Pone me domine iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. David etiam dno ait. In te eripiar à tæstatione, & in Deo meo transgrediar murum. Ac si diceret. Auxilio tuo domine liberabor ab hostibus, eorumque urbes munitissimas expugnabo. Ideo dominus Hieremias ait. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum: ut eruam te. Et paulo post. Zelabunt aduersum te, & non praualeberunt: quia ego tecum sum, ait dominus, ut liberem te. Abraham cum suis uernaculis quatuor Reges simul uicis, Dei fretus auxilio. Vnde cum timeret puer Helisæi uidens multitudinem Assyriorum, dixit Helisæus. Ne timeas: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. Et uidit puer exercitum Angelorum Helisæo opem ferentem. Idem dominus Ezechiel dixit. Ne timeas eos, quia increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ac si diceret. Si uirtute orati essent, si essent fide muniti, & charitate roborati & Deum secum haberent protectorem, timendi essent: sed omni scelere sunt coinquinati & peccatores, ideo non timendi. Qui dat viros homini, Deus est. Qui Deum secum habent, nihil est quod timeant, qui Deo indutus & munitus incedit, nihil mali speret. Mirabile enim est, Paulum uidere, a modo his armis indutus, uultu hostem prouocet, in pugnam que incitet, promittens (si opus fuerit) omnem mundum debellaturum, dicens. Quis separabit nos à Charitate Christiana tribulatio? an angustia? an fames? scio quod neque mors, neque uita. Si ille qui æreis armis, aut torace forti indutus ambulat: qui que magnanimis & potentibus hominibus semper incedit comitatus, nullus timor hunc

Lucas. 5. Pba.

Iob. 17. Psalm. 17.

Hierem. 1.

Genes. 14.

4. Reg. 6.

Exe. 2.

Rom. 8.

Deute. 20.

hunc talem inuadit: quanto minus debet timere, maiori que securitate & corporis & animæ ambulare: qui Deum protectorem, patronum, ac defensorem habet? Et ecce igitur ego mitto vos. Sic tempore belli ciuilibus cum Casar in Italiam nauigaret, ut gentem quæ in Brundisio erat cum Antonio secum ferret, quæ nauium penuria ibi remaneret, cum que superbis uendis mare esset inflatum, & nauis huc & illuc uentorum flatu pelleretur, Amyclas nauta cepit pertimescere, tunc Casar se nauem manifestauit, dixitque illi. Ne timeas quoniam fortuna Casaris tecum uadit. Si igitur Casar qui homo erat, qui que in biduum in puluerem & cinerem redigendus: sola presentia timorem omnem à medio tollebat, uidebaturque ei se presente neque à fluctibus maris, nec à Scyla & Carydi esse timendum, quanto alacriores & iucundiores, quam uirilipectore omnique deposito timore deberet, hi necedere: quos Christus filius Dei uiuus comitabatur? Vos enim alter & uirtute & meritis Casare præstantior & excellentior affectatur: ideo quæ nihil timendum. Ecce igitur ego mitto vos. Vnde dominus dixit Israeli, Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & uideris equitatus, &c. non timebis eos: quia dñs Deus tuus tecum est, dominus Deus uester in medio uestri est. Quanto ergo melius cum sacerdotibus noni testamēti hoc faceret? Ne igitur cogites Christum suos misisse discipulos inermes: sed forti armatura munitos, quoad quidem Deo uirtutem secum ferebant. Bene namque cognoscitur tali esse præditos, siquidem mundi potentiam eiusque imperium (cum ipsi tam pauci tæque imbecilles essent) uicerunt, & superarunt, omnemque orbem subegerunt. Paucæ oues lupos uicerunt: pauci agni feroces lupos excelluerunt: hoc autem non propria uirtute & uiribus, sed eius qui eos mittebat. Hi enim vitam & spiritum à Deo habebant, quibus mundus carebat: ideoque uictus & superatus fuit. Attendas obsecro similitudinem. Videbis in hominis manu cutem delicatissimam, quæ quidem quanto magis laborem exercuerit, eo melius fortificatur, ut facile est uidere in ijs, qui & uictum & uictum manuum labore sibi quarunt. Videbis quod in calcei soleis cum corium ita fit forte, iam tandem labore & exercitio consumi. Notabile enim est ut cutis pedum eius qui sine calceis incedit, non solum non absumatur: sed durior & fortior fit,

solea autem quæ ex duro corio confecta est dissipetur & destruat. Huius autem ratio est, quia cutis manus & pedis anima & uita sustentatur, corium autem solea nec uitam nec animam nec spiritum habet. Quod cogitas esse in causa: ut laboribus & persequutionibus iusti & sancti uiuunt, & gaudeant: iustitiam mali uitam finiant: nam boni Deum habent, in Deo uiuunt, eiusque spiritu pascuntur: & hac de causa non solum non laboribus vincuntur, sed præstantiores fortioresque manent tanquam cutis uiua. Mali uero è contra ideo vincuntur quia Dei spiritu non roborentur. Ita David Goliath interfecit: Iosue tot tantosque principes: hi autem discipuli magnates & potentes mundi: & non mirum cum suas partes Deus ageret & defenderet. Ex his discis quantum homo Deo adiunctus & copularus ualeat & præster. Primus noster patens statim cum Deum amisisset iners, ignauus, & debilitatus remansit, & latebras quærens Dei conspectum effugit, hinc est illud ut fugiat impius nemine persequente: in quo clarius Dei potentia splendens, & relucet, ut statim conscientia stimulum addat: qui eam uexet & discruciet, & quocumque malus ierit, ibi cum persequatur. David enim postquam in Dei offensam est lapsus, multorum malorum conquirebatur: Primum malum est spiritus & cordis conturbatio, secundum est sue uirtutis defectus, & de illo tertio conqueritur quod cor proprium eum dereliquerit. Cor meum (inquit) conturbatum est, dereliquit me uirtus mea, & dixit, Et cor meum dereliquit me. Qui uero non habet cor, quam fortitudinem quæso habebit? quem non timebit? Salomon autem de iustis contrarium sentit. Iustus ut leo confidit. Ideo hi discipuli etiam si humiles pauperes & mansueti sint sicut oues, nihilominus tamen cum Deum secum ferant, potentes & fortes efficiuntur. Ut autem nullam partem suam: spei in mundo reponerent, sed in Deo solum considerent, non solum non uoluit ut arma materialia secum ferrent, sed neque faculum: nec peram, nec pecuniam, nec aliquid temporale, quia propter sequitur in textu illis dixisse. (Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta.) Postquam dixerat. Ecce ego mitto uos sicut oues, mirabili ordine addidit, nolite portare sacculum, neque peram. Ouium namque conditio est, nullam sui habe-

1. Reg. 17. Iosue. 10.

Gen. 3.

Prover. 28.

Psalm. 37. & 39.

Prover. 28.

Ephe. 5. 1. Tim. 2.

Exo. 14.

Exod. 17.

Num. 21.

Num. 16.

Numer. 21.

Iosue. 6.

4. Reg. 1.

Gen. 8.

Gen. 19.

Judi. 7.

4. Reg. 19.

Judith. 13.

Psalm. 13.

Exodo. 5.

Exod. 3.



re curam : Ad eo si n. plex animal est, vt tota sua gubernatio à pastoris cura & sollicitudine dependeat. Dicitur inquit quaedam ouis regit me, & nihil mihi deerit. Nunquid de hæc poterit gloriari Papa, Rex vel Imperator, aut aliquis magnatum & potentium mûdine quam certè. In nanque quanto plus habent, eò magis insatiabili desiderio & cupidine aguntur, grandi que rerum necessitate laborant. Sola Christi ouis cum solertem & diligentem pastorem habeat, alacrius canere potest. Nihil mihi deest. Ideoque bonus pastor Christus dixit ouibus suis. Quando ego misi vos sine saculo & pera, & nunquid aliquid defuit vobis? Et responderunt. Nihil. In Græco enim habetur, dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Illi ouis quam Deus pascit, nihil deesse potest: quandoquidem ipsa suum fauorem & spem in illum ponit & collocat. Igitur vt Deus tui curam habeat, opus est vt te ipsum, curam tuam, & cogitationem tuam in ipsum iactes: nec vllam mûditatem, præter Deum reminiscaris. Beatus namque Franciscus quando aliquem fratrem mittebat ad prædicandum, dicere erat solitus. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Naturæ enim necessaria nunquam feruis Dei deficient: ea nanque suppeditabit dominus vineæ. Tamen verbi Dei concionator, hoc debet Deo confidere, præsentis vite sumptus, etiam si de illis patum curet, abundanter subministrabit: ne mens temporalibus occupata, minus prædicet æterna. Nam cum nullus sit Dominus qui de necessarijs seruo, non prouideat, credendum est, cœlestem Dominum in necessarijs non defuturum. Idèd vocauit prædicatores operarios, quia operatio curam ad Dominum mensis pertinet. Nonne parer familias dat messoribus quod comedant? Ipse prouidebit vobis, nec cû illis operarijs quos misit pater familias in vineam suam aliquam conuentionem de cibo aut potu fecit, quia hoc totum ad dominum vineæ spectabat. Sifideliter in vinea Domini laboraueris, & nullam curam corporalis victus habueris: cum nec volatilibus cœli deficiat nec piscibus maris, multo minus tibi, qui in eius vinea laboras, promitto defuturum. Pulchre enim docemur, eò melius nobis euenturum, si ab eius oculis & aspectu fuerimus suspensum. Si oculi domini super iustos, quomodo cibum & potum non illis subministrabit?

Obserua autem, quod dictum hic à domino de virga & pera non sicut verba sonant est intelligendum, sed metaphorice & spiritaliter pro confidentia cordis in quacunque re temporalis vt sit lenis. Non innitamini alicui rei temporalis, sed tantum Deo. Sandalia etiam Apostoli habuerunt, vt dicitur in Marci Euangelio. Calciamenta Sandalij. Calciamenta integra ex corio cœnfecta quæ propriè calciamenta dicuntur, & quæ totum pedem cooperiunt, crediderim Apostolos non habuisse: cum Marcus expressè dicat, quod erant calciati Sandalij. Quapropter licet de saculo, pera, & virga, iuxta metaphoram sint intelligenda: tamen de calciamentis iuxta literam credo esse intelligendum, propter dictum Marci: nam incedebant Apostoli sicut modo fratres minores ordinis Diui Francisci. Et hoc quod modo dicit discipulis, in capite præcedenti Apostolis dixerat: vbi enarrauimus de virga, pera, & calciamentis. Igitur quod his verbis vult Christus est docere discipulos sicut & Apostolos, vt terrena nihil curarent. Deo autem studerent: omnem suam sollicitudinem & industriam in eum proicientes. Mittebat eos vt mundum sua prædicatione subuerterent. Idèd quod voluit eos ab omni mundi cupiditate alienos esse, & ab effectu terrenorum, paupertatem eis commendans, ne rerum temporalium possessione, cor, tanquam spinis suffocaretur. Nam qui lapide & funda aliquem vult percutere, oportet vt ab eo discedat: nam si non distet, minime cum percutere valebit. Ita nimirum Dauid cum interficere voluit Goliath: prius quam ad illum appropinquaret, lapidem iecit, & quod nimis optabat adimpleuit. Ita & tu si mundum velis ferire & percutere, opus est vt ab eo discedas: si autem cum illo steteris, poteris eum verbis inhonestare, non autem lapide percutere. Vult dominus, vt hi à mundo essent alieni atque separati, vt possent mundum interficere, & ideo voluit vt nec sacculum, nec peram, nec diuitias possiderent. Præterea pauperes mittit eos ad prædicandum, vt ipsa paupertate doctrinæ autoritatem tribuerent: vt non viderentur aliquo stipendio prædicare, quod quidem prædicationem destruere solet. Experiencia, hoc est cõpertum, nam sacerdotes & religiosi qui rem amplam possident, quique pingues redditus habent, prædicationem post terga relinquunt,

quint, vt in Abbaribus & Episcopis facile est videre, præcipuum que Christi officium, de quo magis ipsi debent gloriari in negotiationem conuertunt. Hi admodum similes sunt auibis rapacibus: quæ postquam suam satietatem experierunt, non magis aucupium insequuntur. Tempore Herodis multi erant prædicatores, nemoque audebat loqui, nisi Diuus Baptistæ qui cum eò lectulum, & nequidni, nec pecuniam, nec diuitias haberet; veritatem illi audaci pectore manifestabat. Et ante Ioannem solus Elias qui adeo pauperissimus erat, vt solus vestis dominus esset eius est Regem Achab reprehendere. Sic est fortis sanctissima paupertas atque adeo liberata, vt magnus ille Alexander vehementer Scythas admiraretur cum eorum fortitudinem & audaciam videret. Quos interrogauit Alexander quid esset, quod in vita magis timerent ipsi autè interrogationi tatis fecerunt dicentes, solum se cœli ruinam timere. Euenit autem vt veritatem audiat manifestare ipsa paupertas: cum nihil habeat quod amittere possit: Atque ita illud est certum ordines mendicos & pauperes præstantiores atque locupletiores fructus producere, quam reliqui qui amplissimis redditibus sunt locupletati. Pharao Rex Ægypti terram concessit sacerdotibus suis, dominus autem nullam partem terræ concessit sacerdotibus suis, sed dixit illis. Ego sum pater & hæreditas vestra. At tēdite vos sacerdotes Domini: qui hæc legitis: qualis sit differentia sacerdotum, ne forte qui partem habent in huius mundi rebus caducis, ad triduum que perituris, non tam domini quam Pharaonis sacerdotes esse videantur. Pharao vult sacerdotes suos habere agro rum possessiones, & vt exerceant non animæ, sed agri culturam: tui, non legi neque scripturis diuinis operam dare: Christus vero suis non temporalia confert, sed dicit. Nolite portare sacculum, & ideo voluit vt nec sacculum, nec peram, nec diuitias possiderent. Nisi quis renūciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Sed vix mundi prædicatores & sacerdotes, qui verbum Dei egredimini prædicare, pinguis mulabus ephipijis adornatis, mundi vanitatem pompam & apparatus detestaturi, me natio lintheo, serico & bombicino vestibus contextis, succinis odoribus redolentibus. Ita ne Christi Apostoli & discipuli prædicaturi incedebant? Non sic Paulus qui dicebat. Tanquam egentes, multos autem locuple-

tantos: tanquam nihil habentes, & omnia possideptos. Petrus autem & Ioannes, cum ascenderent in templum, dixerunt claudio Argenteum & aurum non est nobis, & c. Discipulis enim: Christi terrenorum contemptam, & virtutis amorem: mundam prædicauerunt, non solum verborum ornatu, sed sanctis operibus & exemplis. Prius enim nutriti cibum accipit, eumque in substantiam conuertit, quam infantem suum lactet: ignis que prius in propinquum, quam in distans agit, ita prædicator prius sibi doctrinam accipere debet, postiusque amor & domus Deizelus eum, debet accendere, & inflamare quam populum. Zelus domini comedit me, prius comedit me: postea alios. Non verbis rhetoricis aut orationis candore confidit. Dauid nanque non aureis amissis lorica & scuto splendentibus. Gigantem deuicit sed funda & lapide nomine domini confusus. Prius superbiam mundi & eius arrogantiam destruxit baculo, pera & habitu pastoris Dauidis ( quæ quidem pupertatem & mundi contemptum significant) quam vestium & verborum apparatu. Vnde beatus Paulus. Nō veni ad vos in sublimitate sermonis: sed in spiritu Dei. Sic enim sancti Apostoli mundum conuerterunt. Sed multi aquam doctrinæ pedibus suis conculcant, scilicet malo exemplo: sicut dicit dominus. Cum ipsi limpidissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbatis, & oves meæ, quæ conculcata pedibus vestris fuerunt, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerunt, hæc bibebant. Limpidam aquam bibunt, cum rectam doctrinam hauriunt: sed corruptiunt pedibus, id est male viuendo. Vnde in Proverbijs dicitur. Bibe aquam de Cisterna tua, & fluente populi tui. Deriuentur, fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Prius bibe aquas doctrinæ, & postea diuide per alios, prædicando doctrinam, quam tu bibisti. Præterea vnum in hoc contextu maxime obseruandum est: inter cætera Christi Redemptoris nostri miracula, quæ maxime eius diuinitatem declarant: vnum idque magnum mihi esse videtur, mundi conuersio. Quoniam solius dextera: excelsi hoc opus esse videtur, vt homines pauperes humiles & abiecti vniuersum mundum: suo subdetent imperio, gentes debellarent, idola rejicerent, sacramenta subleuarent, & Christi crucem in altum extollerent: hoc autem

Psal. 22.

Lucæ. 22.

Psal. 14.

Mat. 20.

Psal. 33.

Mar. 6.

3. Reg. 18.

Genes. 47.

Ierem. 18.

Deut. 18.

Math. 19.

2. Cor. 6.

Ab. 3.

Ioan. 1.

Psal. 58.

1. Reg. 17.

1. Corin. 2.

Ezech. 34.

Prover. 5.

autem non quemadmodum heretici nostri temporis carni, eiusque cupidini indulgendo, ieiunia tollentes, seque miscentes omni vitiorum & malorum generi. Harefarcha ille Martinus Lutherus cum ad Imperatorem Carolum Quintum (qui Vuormatię erat) veniret, in planstro deaurato venit, famulis stipatus, maximo comitatu, lyram & diuersa instrumentorum genera secum ferens. At Christus aliter predicauit Euangelium, multo aliter suos discipulos mittit. Aut Lutherus errat, aut Christus decipitur. Sanctissimi Christi discipuli non in diuitijs & delitijs uiuentes, sine saculo, sine pera, sine pecunijs, iter faciunt, mundi & illecebras & voluptates vincentes, ieiunijs castigando corpus, uigilijs instando, sanctissimam castitatem seruando, nudi, afflicti, de specu, crucis mortificationem suis corporibus gerentes. Ecclesiam Dei plantarunt, suo sanguine illam irrigantes. Hic autem impiissimus Lutherus opposito modo nobis eam uult depingere, quae cum sponsa sit Christi, eius lacte & amplexibus nutrita, luxurij, uoluptatibus, & immunditijs, ipsam curat uolare. Sed his dimissis expende Christi Saluatoris nostri mirabilem omnipotentiam, qui hos pauperes & simplices discipulos mittit, ut ad se omnem mundum attrahat. Insuper his illud adiciam. An ueteri lege Deus obseruatoribus legis bona temporalia promittebat, uictoriam inimicorum, longeuam uitam, terram optimam lacte & melle fluentem, & uidebant gentes magnaalia, quae Deus pro suo populo Israelitico operabatur. Et cum illa lex hominibus tribueret, quidquid naturaliter homines appetunt diuitias, uoluptatem, incolumitatem: paucissimi ex gente idololatra conuersi sunt in dominum, & uerum Deum Israel, nec illi crediderunt, aut legem suam professi sunt. Vnus fuit Achior, & etiam Raab Hiericonitina, & Ruth Moabitica, quae fuit uxor Booz, & Naaman Syrus qui credidit Deo Israel, & aliqui alij per paucos. Mirabile autem est, quod Christus dicat suis, nolite portare sacculum, neque peram, & mittit illos sicut oues inter Lupos, à Lupis deuorandas, predicabant autem hi, omne quod caro sua natura abhorret, scilicet, castitatem, paupertatem, flagella, uincula, tribulationes, & multa aduersa, dicentes homini crucifixo esse credendum, morti damnato. At totus mundus horum praedicatione cre-

didit hominem crucifixum esse filium Dei, & in Christum fuit conuersus. Ditiissimi principes diuitias contemnentes, crucem Christi amplexi sunt: delicatae puellae flagellis, coronibus, igni & gladio se exponunt, profidecerrantes. Quis haec facere potuit? Solus Deus, qui potens est gratia superare naturam. Euidentiissimum hoc miraculum est, & apertissimum testimonium, Christianam religionem non ab hominibus, sed ab ipso Deo fundatam & stabilitam esse. Sed iam ad contextum. (Et neminem per uiam salutaueritis.) Contrarium fecisse Christum. Matthaeus enarrat: cum die resurrectionis mulieres salutauit, dicens. Auete. Virgo etiam sanctissima eius mater Elisabeth salutauit. Non itaque prohibet Christus salutationem, nec uult nos adeo esse rusticos & agrestes, ut alternis uicibus nos non metipsos salutemus: sed prohibet ne longa confabulatione in uia detineamus, sic ut negotium praedicationis remoretur. ¶ Obserua quod duo sunt citationum genera in nouo testamento: nam aliquando talia uerba citantur: quae clare leguntur in ueteri lege. Ut est illud, ut impleteretur scriptura, quae dicit. Ex Aegypto uocauit filium meum. Et illud Ioannis. Os non comminuetis ex eo. Et alia huiusmodi multa quae in nouo testamento habentur. Aliquando uero citatur sensus tantum ira ut neciamus, an a ueritate propria (hoc est Dei) illa protulerint: an ex ueteri sint instrumento deprompta. Verbi gratia: In Matthaeo Saluator ait. Veni separare hominem aduersus patrem suum, & uerum aduersus matrem suam, &c. Hic locus in Michae scribitur. Quae uerba an sint sumpta ex Propheta, an propria ueritate prolata, nosse domini est. Sed exempla aliquorum locorum, quae in Diuo Luca habentur (dimissis breuitatis gratia alijs Euangelistis) subiiciam: quorum sensus tantum inuenitur depromptus sine ulla citatione. Illud quod Angelus dixit uirgini. Regnabit in domo Iacob in aeternum. Ex Michae sumptum est. Et illud etiam quod Lucas ait. Omnis multitudo populi erat foris, ex Leuitico, & illud. Suscepit Israel puerum suum: ex Esai, & illud capitis secundi. Ecce potus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum, ex Esai, & illud capitis decimi-quarti, cum uocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, ex Prouerbij Salomonis. Et quod in capite uigesimo secundo le-

Mat. 23.

Luc. 1.

Mat. 2.

Os. 11.

Ioan. 19.

Mat. 10.

Mic. 7.

Luc. 1.

Mic. 4.

Luc. 1.

Leu. 16.

Luc. 1.

Esai. 41.

Esai. 8.

Prouer. 25.

Psal. 40.

Esai. 54.  
4. Reg. 4.

Matth. 23.

do legitur, filius hominis uadit ex Psalmo. Et cum dicit in capite uigesimo tertio. Beatae steriles quae non genuerunt, ex Esai uidentur sumptum. Denique hoc quod in praesentiarum dicit Christus discipulis, neminem per uiam salutaueritis: ex quarto regum volumine uidentur excerptum: quia eadem uerba dixit Eliseus Propheta Giezi puero suo, cum misit illum ut filium Sunnamitis suscitaret. Sed Christum audiamus. In quacunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui. Iussit dominus salutari domum, ubi discipuli eius uellent suscipere hospitium: quia ista salutio erat signum certum, ad eligendum hospitium. Uolebat Christus ut discipuli manerent apud dignos hospites, ut nullis nisi dignis hoc beneficium praestaretur. Modus autem cognoscendi erat per salutationem. Qui si digni erant, statim ut salutabantur, excipiebant Apostolos cum gaudio, quia Deum mouebat corda eorum ad hoc. Si autem indigni erant corda eorum turbabantur, & eos recipere uolebant. Ideo statim addidit Christus post haec uerba. Si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax uestra: sin autem ad uos reuertetur. Haec est potissima ratio cur salutare uoluerit hospites. Docuit discipulos offerre pacem in ingressu domus, ut salutatione pacis eligeretur domus digna, uel hospes. Ac si diceret. Omnibus offerre pacem, & si illam acceperint, statim dignos se iudicabunt suscipiendi uos: sin autem non acceperint, ipsi se iudicant indignos. Hanc salutationem illis commendat, nam cum eos ad iter faciendum mitteret sine manducatione & pecunijs, necesse erat, ut in hospitij necessarium gratis illis tribuerent. Et quia in hoc Dei proidentia non deficeret, haec uerba illis dedit ut uirtute diuina, corda ipsos recipientium mouerent, ut uictui necessaria gratis subministrarent. Christus autem Ierusalem ingressus misit illos, ut asinam portarent, nec dixit. Emitte uel conducite, aut commodatam petite: & quod dignis admiratione uideretur, non eos homines esse, qui diuites essent, nec pignus aliquod dedisse, ut illis eam confiderent. Nihil aliud secum ferebant, nisi uerbum domini, scilicet, Dominus his opus habet. Mouit Deus cor possessoris asinae ut statim quod audisset, dominus his opus haberet, illam praebere. Idem contigit cum petijt hospitium, ad celebrandum uiciniarum coenae conuiuium: nam cum conuul-

dominus audiret. Magister dicit, tempus meum propè est, aptid te facio Pascha, nullo oblato impedimento conuaculum tribuit. Propter hanc Dei uirtutem ait Lucas in actis Apostolorum, Christianos gratiam inuenire cum omnibus gentibus: cumque omnia sua bona reliquissent diuina gratia gentium corda mouebat, statim illis uerbis, auditis, Pax uobis: charitateque & hospitio, illis uerbantur. Hoc idem contigit cum iussit populum Israel egredi ex Aegypto, praecipitque ut monilia, anulos, uasa argentea, farinamque exigerent, & ne diffiderent addidit dicens, Dabit dominus gratiam populo suo, coram Aegyptijs ut commoarent eis, & spoliarent Aegyptios. Communicabit Deus Hebraeis gratiam gratis datam, qua mediante Aegyptij commoebantur, Hebraeis dare, quidquid ipsi peterent, uel concurrerent. Hebraeis uerbis ad mouenda Aegyptiorum corda, ut gratis darent id quod petebatur. Haec uerba, Pax huic domui, erant tanquam crumena & uarietium: nam illis auditis, qui digni erant tales hospites & peregrinos excipere, mouebantur à Deo, ut hospitalitatis beneficium discipulis tribuerent: indigni autem nullatenus mouebantur. Obserua etiam, quod posset alijs uerbis quibuscunque mouere, & noluit, ut pacem nobis commendatam habeamus. Pacis salutatione Christus post resurrectionem suis discipulis alloquebatur. Hanc angeli praedicauerunt cum Christus fuit mundum ingressus, & in uicima coena quando uolebat discedere eandem discipulis uehementer commendauit, dicens, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, ita ut ad mundi ingressum, & in exitu pacem nobis commendat. Hanc Christus attulit in mundum, hanc post discessum reliquit: & denique tantum illa dilexit ut mortem accerbissimam fuerit passus ut inter nos & Deum pacem componeret. Videas obsecro, quantum illam amauerit, quo amore uehementi illam fuerit prosequutus, ut non fuerit de dignatus pro ea mortem perpeti, & ut pacem hanc quietam & tranquillam possideat, paratus est omnem offensam contra ipsum illam dimittere, & ut breuiter finiam praecipuum munus & officium filij Dei fuit pacem & amicitiam inter Deum & hominem celebrare. Haec de causa ipse in mundum uenit, ut pacem statueret. Unde Paulus Ephes. Ipse est pax nostra, qui fecit ex utraque unum.

Exod. 11.

Act. 2.

Ioan. 10.

Luc. 2.

Ioan. 14.

Rur-

Ind. 14.  
Ioan. 2.  
Ruth. 1.  
4. Reg. 5.

Rursus notandum quod prius quam Christus mundum oppugnet, offert illi pacem, & non per fas, vel nefas, sed dulciter & suaviter cum illo vult agere. Scriptum est in Deuteronomio, quod Deus suo populo imperabat, & dicebat: Quando accesseris ad expugnandum civitatem, offeres ei primum pacem, &c. Sic facit hic Christus. Itaque in civitates, & predicat pacem & dicit, Appropinquavit in vos regnum Dei. Debellaturus mundum volo vos duces constituere: sed longe diuersius, quam mundas, id faciam. Mundi milites armis aereis induti pugnant: Dei milites inermes. Mundi milites cibi farcina & potus onerati, Deum autem neque faculo neque pera. Mundi milites civitatibus dominantur promittentes & prouocantes in bellum: Dei autem pacem gratis illis offerentes. Igitur si accesseris ad expugnandam aliquam civitatem, cum eaque foedus aliquod velis inire, id sit primum, ut pacem illi offeras. Erat enim huius mundi civitas vitis circumdata: quam egregie depinxit egregius ille vates, dicens, Precipite domine, divide linguas illorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit in plateis eius iura & dolus. Hae & alia plura haec nostra tempestate in mundo reperies: quando quidem iam iniquitas, & dissensio, in eo sic creuerit, ut altissimas egrediantur radices. His vitis non nisi pace possumus mederi. Pace namque civitas mundi, & eius muros destructa manebunt: quam si illi opposueris cito ruinam mundi vasitas minabitur. Sed iam ad contextum. *Et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax vestra.* Huius phrasim Hebraea est, sicut dicunt Hebraei more filius oppidum, filius mortis, & eiusdem mentis dicitur filius pacis, dignus pacis, & vacans paci. Saluatio vestra fortiter effectum, nam in habente pace augetur: si autem non habens fuerit, dissipatus, dabitur ei. Observe autem si iuxta Apostoli dictum pax omnia mundi praecelera & excellentia praecelset, & exuperat omnem sententiam, aspice nunc quam diuiter & affluenter boni discipuli Christi suos dicit hospites. Discamus hoc loco seruos Christi pauperes hospitio excipere: quando quidem excipientibus liberatem & magnificum se ostendit tribuens illis pacem, in cuius con-

paratione omne aurum & argentum tanquam stercus venit reputandum. Loge aliquid praestantius & excellentius a Christo tribuitur illis, qui eius pauperes discipulos excipiunt: quam sit id, quod ipsi discipulis subministrant. Huius rei appositissimum exemplum est in scriptura sacra. Nam cum Abraham Angelis, qui domum venissent, peregrinorum vestibus induti, vitula, butyrum, & panem subministraret: ex Dei parte ipsi illi promiserunt filium dilectissimum. Isaac suae domus & posteritatis haereditatem. Poenore etiam Deus Sara repperdit laborem & diligentiam, quam in subministrando cibo hospitibus posuerat: quando quidem ab opprobrio sterilitatis liberavit, & talem filium concessit. Plus angelis dederunt Loth, quam ipsi ab eo acceperunt: siquidem pro solutione cenae, vitam tribuerunt: cum eum liberarent, ne in Sodoma periret. Plus etiam Raab dederunt spectatores Israel, quam ipsa eis, siquidem eam suosque omnes sui gratia a morte liberarunt. Accedit his beneficium factum ab Eliseo Sunamiti illi, quae quoniam ipsum excipiebat in domo, filium Deum illi concessit, postea vero mortuum propheta oratione suscitatum. Maiori etiam beneficio Elias viduam illam cumulauit, nam pro cibi ministracione abundanti farinae copia, & olei domum implebat. Iohoc enim facile poteris contempnari, quam liberalis largitor sit Deus: quanta liberalitate & magnificentia sis, utatur, qui charitatem & amorem erga Christi pauperes & peregrinos ostendunt. Sed hoc vnum sciant omnes qui praedicatorum suos hospitio recipiunt, quod si eum dominus bene dixerit domui. Obededon, quia arcam domi sua seruauit: ita bene dicit domui praedicatorum Evangelij, si excipienti. Tanto enim dignior est sanctus praedicator quam arca Dei, quanto dignior est Christus, existens in praedicatoris, vna & virga existentibus in arca. Observe etiam in quoque est, quod boni vocantur hic filii pacis: qui adeo digni erant: ut exciperent pauperes hospitio. Homo namque potest esse dignus aliquo bono diuino dupliciter, vel secundum praesentem iustitiam, vel non praedestinati qui boni sunt ad tempus: vel secundum firmam Dei sententiam: sicut praedestinati, qui licet mali sint aliquando, finaliter tamen boni facti sunt. Vtroque autem modo potest aliquis intelligi dignus, est: utriusque Deus conferat bona tanquam dignis, magis tamen videtur dicendum de praedestinatissimis,

Genes. 18.

Genes. 19.

Iosue. 7.

4. Reg. 4.

4. Reg. 17.

2. Reg. 6.

stinatis, & quod de his tantum intelligatur: quia Deus omnia facit propter eos. Sicut enim in natura priuatio non est nisi propter formam, & imperfectum propter perfectum: ita Deus omnia quae facit, facit propter praedestinatos, quia illi soli sunt quos elegit, ante mundi constitutionem. Pax vero importat omne bonum. Christus tamen non iussit illam imprecari, prout importat omne bonum naturale & humanum: sed solum prout importat vitam aeternam, quae est verum bonum. Unde pax Christi non est pax absoluta: sed specialis pax, quae vocatur, pax Christi, ut dicit Paulus, & pax Dei quae exuperat omnem sensum, &c. Et ideo Christus specialiter pacem suam vocabat: innuens, quod propter illam esset alia pax, ideo dixit. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat, &c. Haec enim pax in illos qui digni erant veniebat, nam merito Apostolorum impraeantium eis pacem, disponebantur efficacius ad vitam aeternam. Sequitur. *Si autem ad vos reuertitur.* Primo quia Christus certos & indubitatos faciebat discipulos, quod oblata illa pace, qui dignus esset statim eos erat recepturus: quia si aliquid esset indignus, & oblata pace repelleret eos: putaret eum quod oblatio pacis nullius iam esset momenti, ut hospitium & reliqua necessaria inuenirent. Ideo Christus dixit eis, Pax vestra ad vos reuertetur. Id est adhuc erit locus, ut ab alijs hospitium petatis, quia quicumque dignus fuerit, oblata pace excipiet vos, & hoc est reuertitur pacem ad vos: non enim perijt virtus huius pacis oblatae, licet interdum eam inutiliter offeratis, propter eorum indignitatem, quibus offertur. Secundo potest accipi quantum ad meritum Apostolorum: ac si diceret. Vos offertis illis pacem: sed illi audire verba vestra nolunt, nec recipere pacem, quam illis gratis offertis. Nihil perijt quo ad meritum vestrum, ac si id compleretis, quod firmo animo disposueratis. Si nullus audire velit praedictorem, ipse praedicator sine fructu non erit: quia ad eum pax reuertitur, quia ipsi a domino pro suo labore tribuitur. Et hoc dictum est, ne Apostoli putarent meritum eorum amitti propter indignitatem audientium. Vtroque modo praedicator apud Deum meretur, siue recipiatur ad praedicandum, siue non: cum Deus non consideret, quantum utilitatis cum praedicatione, siue alia bona facientes proximis attulerimus: sed qua men-

Ephesi. 1.

Philip. 4.

Ioan. 4.

te quoue animo, hunc laborem susceperimus. Cum aliquid utilitatis labore nostro fuerit collectum, id non nobis, sed Deo est tribuendum, tanquam totius boni fonti perpetuo scaturienti, qui sermoni & operi nostro virtutem cumulat: quique audientium corda vehementius incitat, & prouocat ut opus & labor noster non frustreretur. Ad nos itaque reuertitur pax quam offerimus, si audientes eam noluerint. Tertio dicit, ad vos reuertetur, quia necesse erat pacem datam ad datorem reuertire: forte praedicator ira accensus, & inflammatus signo impatentiae notaretur: eo quod non reciperetur pax, quam ipse offerebat, ideo ad se ipsum reuertetur pax, ac si diceret. Si non susceperitis pacem a vobis oblatam: vobis eam sumite, ne in nolentes vos excipere aliquantulum irascamini. Sic Iacobus & Ioannes cum uenirent ad quemdam locum Samaritanorum, cumque hospitij beneficium nolent tribuere, ira fuerunt commoti & incitati, sic ut Christo dicerent. Vis dicamus, ut descendant ignis de caelo, & consumat illos: nemo enim nouit quanta sit rabies, quantumque furor, Euangelicam pacem multo sudore gratius oblatam repicere & contemnere. Redeat ergo pax vestra ad vos, ne turbati irascamini contra tantam pacis contemptores: sed pacato & tranquillo animo reliquum operis vestri adimplebitis. Quarto redibit ad vos, ut intelligatis, malum alienum in vestrum commodum reducere: ac ideo vos esse contemptos, ne ex prospero praedicationis euentu irascamini. Datus est Paulo stimulus carnis, ut eum colassaret, ne magnitudo reuelationum illum extolleret. Sed profecto potentior est felix praedicator, ut concionatorem in selet, quam reuelationum magnitudo: & acutior stimulus est ad reprimendam superbiam, ab auditoribus negligi, quam carnis nostrae farcina. Sed quid essent facturi, in domo qua excepti essent nunc docet. *In eadem autem domo manete.* Ut maius & clarius eluceat vestre sanctitatis testimonium. Facile namque est per breue tempus sanctitatis speciem simulare, per longum autem difficile. Admiratus enim hospes vestrae sanctitatem negotium Euangelij promouebit. Praeterea quia futura erat discipulorum Christi tam suavis mirabilisq; conuersatio, ut reliqui ciues eos hospitio recipere contenderet, ita ut quis tatis hospitio recipere contentionis & distidij occasio

Luca. 9.

2. Cor. 12.

B \* casio

casio detur, iubeo vos à primo hospite nõ discedere. Denique quia vester animus est, hospitem vniuersis bonis affluentem efficere, vt meæ benignitatis & liberalitatis dignus sit: vt per vos magis in me mereatur: apud eum maneat. *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* Sicut dominus ad virtutem in dagandam præmijs cælestibus nos promouet, ita se cum fragilitate nostra componens, præsentium remuneratione vult nos alere & sustentare. Quia abdicacionem rerum temporalium in mediũ proposuerat, nunc de necessarijs prouidet, & facultatem tribuit, vt edant, & bibant: non omne præmiũ differens in aliam vitã. Dificile nanque videtur hominibus, vt spem periculis emanãdam nõ; præsentium futuri ætatis lucrum sibi adquirant. Nõ est igitur quoddam de Deo conuertaris, nec habes minus quoddam excuseris: omnium namque rerum speculator & acquisitiuus arbiter & virtuti dedit premiũ, & infirmitati remedium: vt presentibus sustentetur infirmitas, & virtus futuris retributionibus firmetur. ¶ Aduerte autem Christum hoc dixisse nõ precipiendõ, sed permittendõ seu concedendõ neque de quocunq; cibo aut potu necesse est hoc exponi, cum interdum studiosius sit à quibusdã abstineri. Ideo non videtur iubere, vt omnia talia assumant: sed exhortatur potius vt sufficiãt apposita & non quarantur superflua. ¶ Ostendit præterea locus iste viros spirituales à ciuibus & populo esse sustentandos: ne Mariam desinant inuiti & ad Marthã confugiant. Sic in Exodo legitur quoddam Aaron & Hur suis manibus manus Moysi orantis pro populo Israel sustentabant. Rationem autem cur comedere & bibere deberent discipuli, subdit dominus dicens. *Dignus est enim operarius mercede sua.* Dignus est enim prædicator verbi Dei, qui spirituali alimonia animos pascit, qui angelorũ cibum ministrat, qui; verbum Dei edulium & condimentum, omninectare & ambrosia suauius ac dulcius omnibus manducandum apponit, vt ipse etiam ab eis corpore necessarijs cibentur, vt beneficium inuicem collatũ diutius possit permanere. Ideo Paulus. Dominus ordinauit his qui Euangelio deseruiũt, de Euangelio viuere. Et rursus. Si vobis spiritualia seminamus, non mirum quoddam carnalia metamus. ¶ Expende etiam quoddam cibus & potus non principalis merces aut finis vltimæ prædicationis est, aut cuiuscunq; ministerij spiritualis: quia temporale bonũ sit præ-

mium spiritualium operum. Sed hæc temporalis merces secundario & accidentaliter, debet intendi: quia sine corporali alimento vita hæc firma stare non potest & per consequens nec prædicatio exhiberi. *Nolite transire de domo in domum.* Ne ex illis adibus in alias trãseris, quasi iam fastidito priori hospitiũ alius laus opulentius & delicatius queratis. Docet Christus animi stabilitatem: ad quam quiddam multum confert loci stabilitas. Impossibile est hominem qui aliquo in loco tranquillẽ & quietẽ non fuerit, aliquid firmum in animo secum stabilire: nam qui agritudinem animi de loco in locum migrans, effugere nititur, est veluti qui propriam vmbra fugere conatur. Se ipsum fugit, locum mutat, non animum, eundem vbique se inuenit, se ipsum circumfert: sicut lædere solet, agrum qui circum ferendo concutit. Ideo quæ infirmitatem & onus animi tui deponere quia proprio motu tibi nocet. Lapis quadratus stabilis est: sic homo bene compositus & ordinatus stabilis est, è contra vero instabilis qui cuncta oculi consiliũ mutat, & à quocunq; vento huc & illuc impellitur. Planta enim quæ hic & illic sæpius plantatur non profundas radices emittit: nec in altum nimis propagabitur. Qui propter in Ecclesiastico dicitur. Si spiritus potentiam habentis super te ascenderit locum tuum ne dimiseris. Et iterum. Confide in Deo & mane in loco tuo. Apostolus etiam hoc idem suadet. Fratres stabiles estote & immobiles. Et rursus. Rogamus vos fratres vt operam detis vt quieti sitis. Scitis quænam modum oporteat imitari nos quoniam non inquieti fuimus inter vos. Vagantes vero & inquietos ambulantes de loco in locum arguit. Paulus loquens de quibusdam mulieribus. Otiose discunt circuire domos. Idem Ieremias dixit. Dilexit mouere pedes suos & non quieuit: & domino non placuit. Et in Prouerbij etiam habetur. Sicut avis transmigrans de nido suo: sic vir qui reliquit locum suum. Sicut avis transmigrans de loco suo damnum accipit in pulis suis: sic homo relinquens locum suum in bonis suis. Semei egrediens Ierusalem occisus est. Si domi esset forsitan non mortem obiret. Hanc autem animi inconstantiam, & corporis mutabilitatem à peccato prouenisse & ab eius pessima radice emanasse expressit Ieremias assermat in Treois. Peccatum peccati Ierusalem: propterea instabilis facta est. Frigore-

ristremor & febris acuta à deprauato corporis humore procedunt: cum in te & in corpore tuo infirmitatem & malum humorem habeas, hinc hæc mutabilitates proficiunt. Ideo Sophar Naamathites dixit Iob. Si iniquitate quæ est in manu tua abstuleris à te, & nõ miserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. Atque ita de sanctissimo Ioanne Baptista qui à visceribus matris sine macula & peccato fuit plenus gratia & spiritu sancto dixit Christus gentibus prædicans. Quid exitis in desertum videre? arundinera vento agitata? hoc est peccatoris signũ. Qui autem ab utero materno gratia plenus & sanctificatus fuit non inconstans, nõ mutabilis est. Notebat Christus discipulos esse mutabiles, nec vt leuiter aliam domũ eligerent, sed vt contenti essent his, quæ illis apponebantur. Et in quædamque ciuitatem intrauit is, & suscepit vos manducate, quæ apponuntur vobis. Concepti hinc his quæ ministrantur, neque quidquam aliud petite: ne materiam scãdali hospitijs tribuatis: qui si vos viderint, nimis cibo indulgẽtes, malum exemplum à vobis accipiet, & sermones vestri nullum fructum reportabunt. Dignus est operarius mercede sua. Atque ita iustum, vt post laborem prædicationis aliquid edatis quandoquidem sine corporali alimonia vita diutius stare nõ poterit. Illud autem vobis commendõ, vt sobrii sitis. Et curate infirmos qui in illa sunt. Nam si miracula non facerent, & cuiuslibet intuenti ob oculos ponerent difficile ciues crederent cælestia diuina & admirabilia, quæque humana mentis captum superabant, vt erant ea quæ à discipulis prædicabantur. Et ita Marcus inquit, quoddam profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & confirmate sequentibus signis. ¶ Obserua etiam curam quam Christus habet infirmorum: quandoquidem discipuli populo prædicabant, & illis commendabant curã infirmorum. Idem saluator fecit, vt is qui opere & sermone prædicabat cum die festo ascendit Ierosolymam, primum quoddam fecit fuit visitare infirmos, & sic in piscinã Bethsaidã abiit curaturus infirmum, qui triginta octo annorum spacio graui infirmitate laborabat. Sic & alibi cum prædicationem finiret, ingressus est ad visitandam infirmam, quæ accutissima febris laborabat (quæ erat socrus Simonis) quã quidem in pristinam sanitatem restituit, his pijs operibus Christus suam doctrinã magni-

ficabat: cum simul sermone & opere prædicaret. Cum Martha & Maria fratrem suum Lazarum infirmum domi haberent, egerunt Christum fecerunt. Ecce quem amas infirmatur. Cur vos non tenditis ad illum sicut regulus, & Centurio, & Cananæa, & alij isti non veteres sed nouij sunt in seruitio Dei, nos autem quæ lumine diuino illustramur, illud scimus, plus dominum eo gaudere vt infirmo seruiam, & necessitã ministremus. Vnde in Ecclesiastico habetur. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In die autem iudicij inter alia opera misericordie de visitatione infirmorum & eorũ cura interrogabuntur homines: nam peccatoribus dicit Christus. Infirmus eram & nõ visitastis me: quoddam enim vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Hoc opus misericordie illi valde placet, qui videns nos infirmos miseror & ærotantes visitauit nos oriens ex aito. Et hoc officium alacri animo ipse exercebat: nam cum ad se claudi, cæci, paralitici: & alij multi venirent, omnes curabat, & sanabat. Vnde beatus Iacobus. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est. Visitare pupulos & viduas, in eorum tribulatione. Et beatus Iob dixit. Visitans speciem tuam non peccabis. Nam si opus misericordie est esurienti dare cibum & potum sitienti, & nudum operire: quanto magis infirmũ visitare & ei subuenire? Incolumitas corporis maximum & præstantissimum bonũ est inter res temporales: quare qui salute priuatur, maximo bono caret, & quia maior misericordia is vtitur, qui infirmum visitat, quam esurientem. Nam cum bona valetudine omnia mala corporis facilius tolerantur, Dauid sanctus cum infirmo illi Ægyptio subueniret, ab eo scire meruit vbi erant Amalechitæ & victoriam obtinuit: ille autem qui crudelis cum illo fuerat, suæ crudelitatis præmiũ tulit victum esse. Sed de his alias, nunc ad contextum reuertamur. Et dicite illis. Appropinquare in vos regnum Dei. Hoc non solum præcipit vt infirmis dicant: sed omnibus. Iudei tempus illud expectabant in quo Messias esset temporaliter regnurus & ipsi dominaturi essent suis hostibus, & omnium regum imperium habere deberent. Ita dixerunt duo discipuli. Nos sperabamus quippe esset redempturus Israel. Et etiam die Ascensionis ab illo, quæ situr, Dñe si in tempore hoc restitues regnum Israel? Deus autẽ volens illos à terrenis separare, & ad

Exod. 17.

1. Corin. 9. ibidem.

Ecclesi. 11.

1. Cor. 15.

1. Thess. 4.

2. Thess. 3.

1. Timot. 5.

Ierem. 14.

Prouer. 27.

3. Reg. 2.

1. Threm. 1.

Ioan. 11.

Ioan. 4.

Martha. 8.

Mattha. 15.

Ecclesi. 7.

Mattha. 25.

Lucæ. 1.

Matth. 4.

Iacob. 1.

Iob. 5.

Aug. serm.

23. de ver-

bis Apost.

1. Reg. 30.

Lucæ. 24.

Act. 1.

coelestia promouere, aliud regnū non terræ sed cœli prædicari iubet. Instat (inquit) regnū cœli, rex cœlestis, leges cœlestes, opes cœlestes, & ciues cœlestes. Instat iam tempus in quo hac misera & terrena patria vita inueniatur, quæ fuit hæcenus in cœlo. Hæc sunt nuncia tam excellentia & diuina vt indignū sit ea silētio præterire. Dominabatur mors ab Adā vique ad Mosē non solū in Iudeis, sed etiā in gentibus. Dominabatur mors non solum quia homines corpore moriebantur, sed anima; imo etiā quia ea vita qua vivebant, ad eō vexabatur langoribus & mille tormentorum generibus, vt penē mors deberet appellari. Dicit ergo dominus discipulis, Prædicate iam aduenire tempus, in quo destruetur peccatum, in quo destruetur corpus & machina peccati, in quo languores nostri sanentur per Euangelium: in quo diabolo destructo, qui imperium peccati tenet, & ipso peccato exterminato, ingreditur sempiterna iustitia, qua ingressa regnabit in nobis Deus. Et quia per Christi mortem verus homo noster crucifixus est, iniquitas abolita, & dæmon eiectus & mors Christi nondum erat exhibitā, sed in breui exhibenda. Ideo dicit appropinquabit, nondum omnino venit. Expende etiā quod eleganter dicit appropinquabit regnū vobis, non vos illi: quia nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos venit, sed secundum suā misericordiam. Præterea eleganter dicit appropinquabit: vt intelligamus, non multo labore esse opus vt ad illum nos accedamus. Cum vero dicit regnum Dei, nemo videtur esse, qui celeri cursu, vlnis apertis, brachijs extentis, tātas & tam supernas diuitias non desideret. Culpæ autem nostræ id imputabitur, dummodo regnū ad nos metiplos veniens, suauissimis amplexibus non exceperimus. Habent ergo prædicatores quid possint concionari. Summa enim hæc est. Regnum iam venit: nihil deest, quominus reges sitis, & non mundi reges, sed cœlestes, nisi vestra impedierit voluntas. Præterea appropinquabit his qui ad bonū susceperint, qui vero ad malū ad confusionem, & condemnationem. Si in carcere simul iusti & facinorosi sine detenti, iudex que iustus & equissimus ad iudicandū venient nonne iustos saluos & incolūmes dimittet, malos autē & facinorosos dignis suorum operum supplicijs condemnabit. Sic regnum Dei vtriusque appropinquat: alijs ad coronam diuinam, alijs autem ad damnationē

æternam. Hæcenus Christus cum discipulis habuit & egit, quid dicitur, quidū facturi essent in ciuitatibus, vbi eos susceperint. De alijs ciuitatibus qui Christi prædicatores nolent suscipere, subdit dicens. *In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & nō susceperint vos exeuntes in plateis eius dicit. Etiam puluerem qui adhaeret vestris pedibus extergemus in vos.* De hac excusatione pulueris in præterito capite diximus, & exposuimus. Nunc autē aduertendum vltra ea quæ ibi enarrauimus, quod in tribus casibus excutiebant puluerē. Primus erat, si nemo eos velle hospitio recipere, quod quidem factum magna erat iniquitas. Signū namq; erat, quod nō solū Christi verbum nollebant audire per apostolos sed etiā nec vnā solā virtutē habere: cui nec; vni homini hospitalitatis beneficiū velle tribuere. Secundus quādo non audiebant verbū eorum, nec sinebant eos prædicare: Quia licet aliquis eos hospitio susceperet, reliqui tamen erant peruersi qui eos nollebāt audire. De his duobus casibus patet in Matthæo & Marco, qui dicunt. *Quicumque non receperit vos, nec audierit sermones vestros, &c. Tertius casus erat si in aliqua ciuitate longo tempore prædicarent, illis vero audientibus verbū eorum & miracula vidētibus si nullus in Deum vellet cōuerti, signum erat eorum damnationis: & tunc recedebant Apostoli & discipuli Christi, cum eorum prædicatio facta esset inutilis, tuncque excutiebant puluerem in signum damnationis. Nunc autem rogo quot erunt ciuitates & vrbes, quot vllē in quibus frequēter Dei verbum prædicatur, a præclaris concionatoribus, nunquam tamen in Deum cōuertantur? Iure quidem optimo & nos qui prædicationis officio fungimur, in multis ciuitatibus Hispaniæ possemus puluerem excutere: quæ non solum nō audiunt, sed illis detrahunt, & persequuntur. Dauid misit olim nuncios ad Annon regem filiorum Ammon vt cōsolāretur eum in morte patris sui Naas, Annon vero eos derisit, & medias vestes præscindens barbāq; dimidiā, propter quod eos Dauid destruxit, & contra eos bellum iniuit. Sic etiam Deus suos prædicatores nūc in mūdum mittit; hūiusmodi autem beneficio super addito eos inhonorat. Nonne Deus punit istos Remissus Sodomis in die iudicij ager, quam illis ciuitatibus, vt Christus hic dicit, de quo est ager videbimus. Sic Deus hos odit, vt puluerem ciuitatis eorum, adhaerere pedibus*

Matth. 10. Marc. 6.

2. Reg. 10.

Genes. 14.

Genes. 24.

Iosue. 7.

1. Reg. 15.

Matthæ. 5. Mar. 6.

Matthæ. 23.

pedibus Apostolorū minimē patiat. In nostram verō eruditionem ad monet locus iste, nil nobis cōmune esse cū mūdō: ita vt nec puluis adhæreat nobis. Noluit Abraham dari a rege Sodomorum qui plura dona offerebat illi, & tamen tunc accepit decimas a Melchisedech sacerdote Dei. Sic etiam Rebecca accepit aures aureas & armillas a seruo Abraham. Nonne pater Rachel qui diues erat, habebat brachialia & monilia vt imponeret filiæ suæ? tanta erat eius negligētia, aut auaritia, vt filiæ ornāmēta nō daret? Sed Rebecca noluit auro Bathuelis ornari, non sunt ei ornāmēta digna hominis barbari. Sed domus Abraham ornāmētis vult componi. Iosue etiam noluit vt Israel direretur diuitijs serico, & Achā lapidatus est quia is voluit diues fieri. Et Saul quia de his quæ erant Amalech accepit cōtra domini præceptū regno priuari meruit. Omnia ergo quæ sunt mundi longo spatio relinquamus, & nihil mundi in nobis remaneat, nedum puluis. *Tamen hoc scitote quoniam appropinquauit regnum Dei.* Nihilominus quantum deseruerint impiam ciuitatem discutiētes puluerem nō desinunt veritatem eis denuntiare: non quod induratis corde & incredulis proficiat, sed ad maiorem illorū damnationem. Ab hac igitur ciuitate discudamus nedum puluerem in nostris calcibus portem. De hoc autem volumus ex parte Dei vos certiores fieri, quod appropinquauit in vos regnū Dei. In die enim iudicij hoc vobis in maiorem damnationem seruiet, nos enim tunc aduersus vos resurgemus clarissimūq; testimoniū veritatis elucidabimus dicentes, vobis fuisse prædicatum Euangelium: illud autem rececisse. Hinc inferitur incredulis etiam Euangelium esse prædicandum, vt eorum superbo iudice nullam excusationem habeant. Isti namque discipuli cum iam pro comperto haberent Euangelij prædicationem his nihil debere prodesse nihilominus Euangelij illis annunciant Deus namq; dignis & indignis iustis & peccatoribus solē & aquā mittit, aliaq; ampliora & pinguiora beneficia. Sciebat Ioānes Baptista suam doctrinā nihil Herodi profuturam esse & obstinatā eius mentē cernebat: nihilominus tamen arguebat Herodem. Quomodo enim propheta & plusquā propheta hoc ignorabat? & Christus qui verus Deus erat, non ignorabat obstinatos animos Pharisæorū sed arguebat eos. Ideoque etiā si prædicator euidenter cognoscat suam moni-

tionem non prodesse, tenetur etiam ad id quod sui officij est, vitia detestari & maledicere, Sed ad alia progrediamur. *Dico vobis quia Sodomis remissus erit in die illa, quā illi ciuitati.* Poterant se Sodomitæ aliquāter excusare, quia ex corrupta carne geniti, & in peccatis concepti illam execrandam iniquitatem perpetrassent. Sed quæ excusatio conuenit ei, qui Euangelium nō recipit? lege & perlege Euangelium, quid in illo inuenies, nisi purā & meram sanctitatem? quid nisi cultū Dei & amorem proximi? Quid quod a ratione distet, vel ei non fuerit consentaneum? si quæ autē sunt, quæ dissensant videntur, ea supra rationem & captum nostrum sunt, non contra rationē. Igitur Euangelium, de se dignum erat vt acciperetur. Et vltra hoc hæc tam suauis & diuina lex non solum prædicabatur ab Apostolis, sed ab ipso Deo qui dixit. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Non ergo qui audiebant auribus suis hominum vocem hominum solum sentiebant virtutem: sed spiritus sancti efficacia: his addebat miraculorum claritas & maiestas, quæ repugnantem intellectum captiuare solent. Inexcusabiles ergo sunt omnes, qui euangelium non suscipiunt, & iudicio meo non homines sed immanes bestię tales sunt vocandi. Sic iuxta delicti magnitudinem & grauitatem dignas pœnas exoluent, & terribile patientur iudicium. Maior itaq; erit istorum pœna, quā Sodomorum. *Quia ceteris paribus maior est damnatio fidelium, quā infidelium: & tantō maius est peccatum, quōd maior gratia offertur, & spernitur.* Sodomitæ autem non viderunt miracula, nec prædicationem ad eō efficacem, vt fuit apostolorum. Rursum qui non receperunt Apostolos non videntur minus peccasse, quā Iudei tempore Ezechielis. Tamen de illis ait Ezechiel, quod Sodoma non peccauit dimidium peccatorum illorum. Item Sodomitæ transgressi sunt legem naturalem, duntaxat: isti vero legem naturalem atque diuinam. Aduerte autē quod posuit Christus hic peccatum Sodomorum, & eorum punitionem, potius quā aliorum peccatorum, vt intelligas, idem Deum facturum cum his qui peregrinos & aduenas non susceperint quia Sodomitæ crudeles erāt hospitijs: sic dicit Iosephus in libro primo anriquitatum. Paulus vocat illos sine misericordia. Et Hebræi dicunt uxorem Loth conuerfam fuisse in statuam salis: nam hospitij nocte

Matth. 10.

Genes. 19.

Ezech. 16.

Ioseph. li. an. 119. cap. 19.

Enarr. in Cap. X.

cum Loth & hospites sancti cœnarent, non apposuit sal in mensa, etiam cum mariti petitione, nedum eos cœnantes porcerat aspicere. Ezechiel inquit, vnum ex peccatis Sodoma: idq; grauisimum fuit, manum pauperi & esurienti non aperuisse. Non desunt viri docti non contentendæ autoritatis qui dicant Deum Sodomitæ obcæcasse, plagam & tenebras in Ægyptum misisse, propter: statuta & leges que stabiliabant, vt peregrini non exciperentur, & cum exceptis eisdem velut mancipijs agebāt. Si aliquis verò charitate in peregrinos videbatur, hunc crudeliter persequerentur: & propterea Deus omnes destruxit. Cum igitur hi qui nec apostolos nec Christi discipulos volebant excipere, crudeliter etiam se peregrinis & pauperibus ostenderent, iustum erat vt crudelius in eos animaduertetur, quandoquidem sanctos viros à suo confortio repellebāt. Ideo Christus hic Sodomorum attulit exemplum, priusquam aliud. His etiā illi addebāt peccatum nefarium & inexpiabile, & ita grauius in peccatores coram Deo videbatur, vt ipse Deus dixerit. Peccatum eorum aggrauatum est nimis. Et ita vt clarius ostēderet, quā graue esse peccatum apostolos non suscipere, nec eius audire doctrinam, in exemplum attulit Sodomitas, qui cū sic in iniquitate & peccatis excelluerint non tam grauius puniuntur, sicut hi, qui Christi discipulos contempserunt. Et cum hæc diceret, cœpit exprobrare illis ciuitatibus apud quas sapius prædicauerat, & miracula multa fecerat, dicens. *Va tibi Chorozain, va tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere paeniterent.* Chorozain & Bethsaida ciuitates erant in Galilæa in litore maris posita, vbi Christus sapius prædicauerat, & miracula fecerat. Bethsaida nati fuerunt quinque apostoli, scilicet, Petrus, Andreas, Ioannes, Iacobus, & Philippus. De Petro, Andrea, & Philippo dicitur in Euangelio Ioannis. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andrea & Petri. De Iacobo autem & Ioanne non apparet: quia tamen erat socius Petri & Andree in plicatione vt supra vidimus, creditur ex eodem fuisse oppido. Tyrus & Sidon duæ ciuitates erant in Syria in terra Phœnicis non multum distantis ab Ierusalē. Tyrus celebratissima ciuitas est in veteri instrumento decantata, præcipue ab Esaiâ. Ditissima erat ad quam magna mercium copia perueniebat: aqua vndeunque

circundata, quemadmodum nunc Venetiæ, vsque ad tempora Nabuchodonosor & Alexandri Magni, ad quam debellanda opus fuit totum illud spatium arena & lapidibus implere, distans à Sidone viginti leucas, que vulgo nunc appellatur Sayeto. Voluit autem Christus his ciuitatibus exprobrare, scilicet, Chorozain & Bethsaidæ, male dicendo: nõ inquam epitando, aut inferendo malũ, sed futura mala nunciando. Primum vt isti vitam in melius converterent, talia audientes. Secundo ad exhibendum exemplum audientibus, & nobis ne nos in talem incidere in ingratitudinem & impudentiam, vt audito Christi verbo in sanio rem mentem redeamus. Tertio ex commiseratione quadam. Quarto vt ostenderet futura præscire. Prædicebat autem hæc Christus, vt quando postea euenirent, clarius cognosceretur illa præcisse. Sic discipulis dixit. Hoc dixi vobis antequam fiat, vt cum factũ fuerit credatis. Porro, vā, cõminatio est æterna, & interitum æternũ significat, iuxta sanctorum patrũ Hieronymi, Chrysostomi, & Gregorij doctrinam. Virtutes autem vocat miracula quia sunt à virtute infinita, & hæc miracula facta sunt plurima in his ciuitatibus, que si in Tyro & Sidone olim fuissent facta incidere & cilicio paeniterent. Potest autem istud aduerbiũ olim referri ad præcedentia vel sequentia: De primo quod intelligatur in his ciuitatibus factas fuisse virtutes, quia iam diu erat qd Christus non prædicabat in eis. De secundo vt dicatur, qd olim egissent paenitentia. Ac si diceret. Licet sint ciuitates gentiũ, si prædicatũ esset in eis egissent olim paenitentia, scilicet, nõ facerēt cã nũc id est diu postquã prædicatũ esset, sed olim, id est immediate post prædicationem. In quo significatur qd faciliter ad Deũ se converterent. Recederent inquam ab iniquitatibus suis, assumendo opera pœnalia & satisfactoria, in duentes ciliciũ & cinere se operietes. Cõseruado nanq; erat antiquis, vt paenitentes induerēt ciliciũ, & sederent in cinere, vt fecit rex Ninuitarũ & Dauid dixit. *Polui vestimentũ meũ ciliciũ.* Et filij Israel cũ obsessa esset Bethulia cilicijs fuerunt induti, &c. Vbi sunt qui dicunt, ad paenitentiam nõ requiri dolorem, sed fat esse vitæ nouitatem, cum ex domini ore audias paenitentia fieri in cinere & cilicio, vt per exteriora hæc signa, cordis intus dolor significetur? Quæ admodum exultates & gaudentes caput vnguentis vnguebant, facie lauabant, & corpus nuptialibus vestibus

*Ioann. 14.*  
*Hier. in pra. c. 21. Chry. hom. 60 in Matt. Greg. homel. 9. in Ezechie.*

*Ezechiel. 16.*

*Genes. 19.*

*Ioann. 1.*

*Luca. 5.*

*Esaiâ. 33.*

vestibus adornabant: ita qui dolore & paenitentia cõtristabatur, cinere in caput spargebat, sive expetere, vt volupratis, & delicijs ciliiciũ. Expetere etiã quantũ malũ sit bonis à Deo acceptis nõ bene vitã istã ciuitates ob hanc in Deũ ingratiudine exprobratur à Christo. Vtinã & tibi nõ similiter cõtingat, qui amplioribus donis auctus, ac locupletatus es. Vnde Dauid in Psalmo orabat Deum dicens. Aufer à me opprobrium & contemptum. Sed quid ais Dauid? Nonne contempribilia & plena opprobrijs elegit Deus? quomodo ergo dicis aufer à me opprobrium & contemptum; cum contemptus, optimus sit propter Deum acceptus, & sancti etiam contemptum nõne desiderant? Considera quod Deus elegit mundicia contempribilia, non tamen Dei contempribilia: illi nanque qui à mũdo contemnuntur, magni sunt apud Deũ, sed nõ qui contemnuntur à Deo. Cauere Christo opprobrio sis, sicut isti Chorozaitæ & Capharnaïtæ, quibus Christus exprobrat, cũ paenitentia non egerint. Exprobrati à mundo, optimũ est: à Deo autẽ, malum. Atque ab hoc opprobrio Dei liberari cupiebat psalmista, ab isto tu liberaberis, si paenitentiam egeris, & gratus fueris Dei beneficijs. Rursus obseruandum est, quod nõ dicit conuictum, Vã vobis Chorozain & Bethsaida, sed diuisum, Vã tibi Chorozain, & Vã tibi Bethsaida, quia singulis sua propria pœna redderetur. Vnusquisq; enim (vt Paulus ait) onus suũ portabit. Deniq; cur Christus prædicabat, ciuitatibus nõ paenitentia acturis: Tyro autẽ & Sydoni, quas de peccatis commisisse dolor erat habitus, cur nõ prædicabat? Occulta hæc sũt Dei iudicia, & inuestigabiles viæ eius: Deo nemini est debitor. Præterea legẽ naturalem de dit Tyrijs & Sidonijs, in qua ante promulgationẽ Euangelij cũ fide & gratia saluati poterat: voluit autẽ Deus hæc gratia præstare potius quam gentibus. Tamen post Christi Ascensionem in caelos, prædicantibus A postolis Tyrus & Sidon crediderunt. Sed iam Christum sententiam proferentem aduersus impias ciuitates audiamus. *Vcruntamen Tyro & Sydoni remissus erit in iudicio, quam vobis.* Minorem pœnam sustinebunt quia ipsi non acceperunt legem, nec illis fuit prædicatum sicut vobis. In datã deterioris erant gentibus, quia isti naturalem legem transgressi sunt: Iudæi autem hanc legem naturalem & Moisaicam, & beneficia & documẽta dñi spreuerunt, de illo nimis gloriantes, quod filij essent Abraham

*Psal. 118.*

*Ambro. ser. 3. in psalm. 118.*

*Galat. 6.*

*Roman. 11.*

*Ioan. 3.*  
*Psal. 68.*  
*Iud. 4.*

& Israelitici generis. Seruus sciens voluntatẽ domini sui, & non faciens, vapulauit multis plagis. Ex his aperte colligitur, omnes in inferno nõ æquali pœna esse puniendos. Sed vnusquisque iuxta demerita, alius intensius alius remissius torquetur. Sicut enim in celo obiectiue omnes beati æquali gloria fruuntur, quia omnes videbunt diuinam essentiam: nõ tamen subiectiue, quia vnusquisq; magis aut minus beatificabitur secundũ capacitatẽ meritõrum: sic omnes in inferno æquales sunt, quantum ad carentiam diuinæ visionis, quia nullus in æternum Deum videbit, & in perpetuum cruciabitur: tamen in pœna sensus & tormentorum punitione alius intensius & alius remissius cruciabitur, vt ex hoc contextu aperte colligitur. Sequitur: *Et tu Capharnaum vsque ad caelum exaltata, vsque ad infernum demergeris.* Intelligi potest de exaltatione in honorem per Christi prædicationem; nam magnifice & honorifice cum illa agebatur, cum Christus toties illic prædicasset, & tot miracula fecisset. Ibi nanque sanauit seruũ Centurionis, & filium reguli, & paralyticum quem desuper lectum pertegulas intromiserunt, & mulierem menstruosa sanguine laborantẽ & filiam Iairi suscitauit: ita vt Nazareitæ dicerent Christo. Quarta cognouimus facta fuisse in Capharnaum, fac hęc, & in patria tua. Et in hac ciuitate cepit prædicare. Paenitentia agite: & idẽ dicit, quod fuit vsq; in caelum exaltata, Christi videlicet prædicatione & miraculis. Vel hoc etiã intelligi potest de temporali exaltatione, quia hæc ciuitas excellebat omnes alias Galilææ vrbes magnitudine, nobilitate, & rerum omnium copia: de quibus gloriabatur. Quando verò ait, vsque ad infernum demergeris, potest intelligi vtroque modo dicto, scilicet, de damnatione habitatorũ eius, quia nõ egissent paenitentiam: & sic realiter descendendum in infernum. Vel de honore temporali: nã sicut magnis honoribus fuit locupletata, quia supba & rebellis fuit ad nihilũ descendere: nã nõ est ciuitas, sed tantũ manet fundamẽta antiquorum ædificiorũ, in qua vel septẽ vel octo domos piteatorũ inuenies. Ideo ad inferos descendes quia præceptis meis superbisime contempsisti. Et quia exaltata es vsq; ad caelum meo hospicio, & meis signis atq; virtutibus tantũ habes præuilegiũ, maioribus peccatis supplicijs, quia his credere noluisti: vt pœna cuiuspe respõdeat. Sicut homo tanto magis in caelum meret exaltari, quan-

*Luca. 12.*

*Math. 8.*  
*Ioann. 4.*  
*Luca. 5.*  
*Matth. 9.*  
*Luca. 4.*  
*Matth. 4.*

ri,quantò minus de se in terra & humilius in dicauerit: sic in inferno tanto maioribus supplicijs est torquendus: quantò in terra de se magnificètius & sublimius exillimauit. Ideò Ecclesiasticus ait, humilià valde spiritum tuù, quia vindicta impij ignis & vermis. Quapropter in personam Dei Abdias de superbis ait. Si exaltatus fueris vt aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahā te, dicit dominus. Iob etiā ait. Si ascenderit in cælum superbia eius, & caput eius nubes attigerit: quasi sterquilinum in sine perdetur. Expende etiā quòd sicut hæc Capharnaum, quia maiora dona receperat, & superbia elata rebellis & ingrata fuit Deo, & maiori pœna cruciatur: sic etiā maiori pœna plectentur qui maiora beneficia à Deo acceperint, si ingratitudinis nota fuerint reperti. Nathã Propheta vt ostendit et Dauid sui peccati magnitudinem, prius commemorauit beneficia & dona, quæ ipse Dauid à Deo acceperat, dixit. Ego vixi te in Regē super Israel, & ego eruite de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domui tui in sinu tuo, dedi que tibi domum Israel & Iuda. &c. Quare ergo contempsisti verbum domini. &c. Atque ideo Dauid grauius fuit punitus, quia maiori bus donis fuerat cumulatus. Sic prælati, & religiosi qui ceteros omnes antecellunt literis, ingenio, scientia, aut dignitate: illud secum diligenter debent exuolere, quantum Deo tenentur seruire, expectantes arctissimam rationem Deo esse reddituros, quia post ingenia & tanta beneficia acre & terribile iudiciū experientur. Ideo dominus repulit plebem suam dilectam: quia post tanta beneficia non cognouit tempus visitationis suæ. Dum dona in te collata magis ac magis crescūt: rationes donorum etiā crescere debēt. Si verò in amplissimum honorem prælatus ascēdisti, si verbi Dei concione plurimum valueris, si scientiarum omnium penetralia transcendideris, si dignitate, honore, nomine, & fama, vsque ad sidera fueris elatus: ne superbias, ne te de illis indigne & arroganter gloriaris: ne forte Capharnaum similis sis, quæ solo iacet aquata: nam si tu beneficijs, operibus, non responderis & humilitatis donum in te tantis beneficijs sublimate non splenduerit, certo scias ex amplissima dignitate in maximū opprobriū esse deuenturum. Sed de his satis. Vt autem scias quòd non solum tale iudicium patientur hi, qui Christum & Apostolos non susce-

perunt: sed qui eius discipulos, prælatos, & vicarios despiciunt, verba eorum non audiendo, nec ipsis obediendo, ideo ait. *Qui vos audit me audit.* Tam gratum mihi est, ac si me ipsum audirent, nam ego per meos loquor vicarios, & ipsi meam sustinent personam. Dixerat prius istis septuaginta discipulis quòd salutarent hospites, prouiditque hospitiū signū, & incitauit homines vt illos susciperent, sicut prius in mundi conditione præparauit homini domum creans lucem & cibos: nunc autem pœnam illorum qui eos noluerunt recipere, ostendit. Nam sicut super his, qui hospitium dederūt Christi discipulis pax domini requieuit: ita qui eos non audierunt, nõ qualemcunq̃ leue peccatum perpetrarunt: sed Deum ipsum contempserunt, qui per illorum os loquebatur, & cuius personam ipsi representabant. Hoc dictū est discipulis Christi, & prælatis ecclesiæ, ac sacerdotib⁹, qui successores sunt Apostolorum & discipulorum Christi. In quo admonemur quales rectores, pastores, & prælatos ecclesiæ, nos exhibere debeamus: nempe vt eos audiamus, obediamus, & timeamus obtemperantes eorum præceptis. Hoc est quòd Paulus ad Hebræos ait. *Obedite (inquit) præpositis vestris qui illos non audit, Deum ipsum nõ audit.* Vnde cum filij Israel murmurassent aduersus Moysen & Aaron dixerunt illis. Nõ est murmur vestrum contra nos, sed contra Dominum. Nos enim quid sumus? Quapropter in Deuteronomio loquens de suo propheta dixit. *Qui verba ei⁹ quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego vitor existam.* Hominẽ non debes aspiciere, sed Deū, qui in eo loquitur, vt ipse hic dicit. Nam etiā si ipse prædicator malus fuerit, Deum qui per ipsum loquitur debes respicere, qui diuina & mirabilia sua virtute præclara & diuina opera per mala instrumenta potest operari. Eliam nanque Prophetam, qui per impiam reginã Iezabel in exilium exierat: coruorum ministerio sustinuit. Cur ita: nõne tu domine poteras aquilas aut alias aues mundiores iubere vt tuū paſcerent Prophetam: neque permitteres, ab immundis & cruentis aubus prouideri? Multoties enim Deus per homines impios & malos solet suo populo doctrinam tribuere, & cibum spiritualem animabus præbere: quem admodum bonas carnes Eliæ coruorum ministerio Tu vero comede, & accipe à manu Dei quod ipse mittit vt Elias faciebat, neque

Genes. 1.

Heb. 11.

Exo. 16.

Deut. 18.

3. Reg. 17.

id

1. Reg. 3.

Exod. 16.

1. Reg. 3.

Ath. 5.

Aug. lib. 4.

con Dona. c.

4. Ber. ser.

66. in Cæn.

1. Reg. 2.

Esa 55.

1. Pet. 2.

2. Reg. 24.

1. Reg. 26.

id serueris, an qui ministrat, sit coruus, vel aquila, rectus, aut deterior, dũ modo doctrinæ cibus sanus, & à Deo proueniat. Cũ Deus Samuelem Prophetam vocabat, Samuelem ad Heli sacerdotem ibat, cogitans ab ipso vocari: nam vox Dei maximè assimilatur sacerdotis & prælati voci: & cogitate quòd illud quod iubet, Deus iubet, siquidem imper os Dei loquitur, quando ea non iubet, quæ sunt contra conscientiam: quapropter illis debes obedire, audire, venerari, atque suspicere & ea que iubent humiliter operari. Quapropter in illis impudicum os non conijcias, ne tibi dicatur. Non est murmur vestrum contra nos, sed contra Dominum. Ne illos contempnas, nõ tibi dicatur. Non contempserunt te, sed me: nõ regem super eos, Ne falsæ & duplici facie cum illis agas, ne tibi dicatur. Nõ mentitus ex hominibus, sed Deo. Nõ morte rapida & inopinata moriaris, vt Ananias & Zaphira qui hoc fecerunt. Officium nanque sanctum est, & honore dignissimum, etiā si ministri sint peccatores. Ex quo sequitur error Vnicelæ, & Bernardum quem confutant Augustinus, & Bernardus. Et ideo venerandi & suscipiendi sunt: nam si eos contempnis, Deum contempnis: propter quòd subdit Christus. *Qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit: spernit eum qui misit me.* Cum Deus Pater & eius filius vnigenitus Dominus noster Iesus Christus eiuſdem sint essentia & nature, qui spernit Christum spernit patrem, ipse quod Deus spernitur. Ille verò Christum spernit, qui Patrem spernit. Audiant hæc & timeant isti infideles & impij Lutherani qui Papã Christi vicarium in terris spernunt, & contempnunt, & os suum in cælum ponunt, & sanctorum patrum decreta rejiciunt: & concilij generalibus non obediunt. Videant quid Deus dicat: *Qui contempnunt me, erunt ignobiles.* Et Esaias, *Vx qui spernis, nõne ipse sperneris?* Itaque patribus nostris & prælatis obedientiam & reuerentiam impendamus, considerantes eos non vt homines qualescunq̃, sed vt Dei vicarios, eius circa nos personam gerentes. Vnde beatus Petrus. Subditi stote in omni timore dominis: non tantum bonis, sed etiam discolis. Sic Dauid honorabat Saulem Regem Israel, quauis malum esse sciret, & proiecitur à domino: & noluit extēdere manum in Christum domini. Etiā si prædicator sit malus, officium sanctū & domini est. Quando Diuus Petrus illam primam episto-

lam scripsit, non est dubium, quin vel Caius Caligula, vel Claudius, vel crudelis Nero imperarent: qui tres impij & sceleratissimi fuerunt: nihilominus tamen inquit Petrus. Regem honorificate. Non est tuum personam considerare, sed dignitatem & auctoritatem, que Dei sunt, & Deum in prælato honoras. Si prælatum contempnis, Deum contempnis. Quando Core aduersus Aaronem surrexit, summum sacerdotium volens vsurpare, dixit Moyses ad Cozem & ad tribum Leui. *Audite filij Leui. Num parum vobis est quod se parauit vos Deus, Israel ab omni populo, & iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi & ministraretis ei: idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui. Vt vobis etiam sacerdotium vendicaretis, & omnis gloriæ tuus stet contra dominum? Non dixit, quod se extulit contra Aaronem Pontificem, sed contra dominum: vt cognosceres, idem esse cum prælatis, & cum domino simul latem exercere.* Vnde Paulus ad Thessalonicenses, *Scitis (inquit) quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. Et subdit. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deū: qui etiā dedit Spiritum suum sanctum in nobis.* Et ad Corinthios. *Si quis vester Propheta est, aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt mandata. A deo enim habebat Paulus auctoritatem sicuti ceteri Apostoli & prælati, vt nunc habent eorum successores.* Vnde loquens dominus de sacerdotibus veteris legis dixit in Deuteronomio, *Qui super bierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo suo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel.* Sed sacerdotes nouæ legis non minorem habent auctoritatem, quam sacerdotes veteris legis: nam Paulus ad Hebræos docet multo præstantius esse Euangelicum sacerdotium, quam illud veteris legis. Ideò Paulus. *Omnia anima potestatis sublimioribus subdita sit, nõ enim est potestas, nisi à Deo.* Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. In Actibus quoque Apostolorum dixerūt prælati Ecclesiæ. *Visum est Spiritui sancto, & nobis. Vide diuinam auctoritatem prælatorum Ecclesiæ, quapropter eorum præcepta non oportet contempnere: nam quauis non intendant obligare, vel res leuis sit, quam præcipiunt, si ex eorum contempnuta reliqueris, hæc sola causa peccas: ratione cõtempnuta.*

1. Pet. 2.

Num. 16.

1. Thes. 4.

1. Cor. 14.

Deut. 17.

Hebr. 7.

Rom. 13.

1. Thes. 5.

temptus. Eis Ergo oportet obedire, quan-  
doquidem vicem Christi gerunt. Ideo Chri-  
stus apud Matthaeum. Qui ecclesiam non  
audierit, sit tibi quasi Ethnicus & publicanus.  
Non minus meretur inter Ethnicos ejci, qui,  
Ecclesiasticas traditiones recusat, quam qui  
Euangelium recusat. Siquidem, reiectis eccle-  
siae constitutionibus, Euangelium quoq; abijci-  
tum est. Quod Divus Basilus in libro  
de spiritu sancto planè testatur. Sed de his al-  
ias satis diximi. Servanda itaq; sunt concilia  
& praelatorum ecclesiae decreta, & honorandi  
sunt sacerdotes & praelati. Ideo Constantinus  
causas Episcoporum noluit indicare, dicens,  
eos esse deos suos, & ab ipsis omnia iudican-  
da esse. Sed iam sanctiones ecclesiae non ser-  
vantur, excommunicationes parvi penduntur, &  
dignitas sacerdotum vilipenditur à seculari-  
bus, Deus in praelatis & sacerdotibus ecclesiae  
contemnitur. Tantum Deus honorat suos sa-  
cerdotes & praelatos, vt de ipsis dicat, Djs nō  
derahes. Considera eorum dignitatem, vt nō  
solum sua dona illis comunicet, sed etiam suū  
nomen, vt dijetiam vocentur. Nō angelis sed  
hominibus dignatus est hoc communicare, si-  
cut Moisi, quem constituit Deum Pharaonis.  
Non sic principes huius mundi facere solent.  
Suis enim regum seruis quis quantūvis dilec-  
tus, regium nomen imposuit? sed hoc q̄ nul-  
lus regum homini quantūvis hūc dilecto tri-  
buit, Deus Ecclesiae praelatis & sacerdotibus  
cōcedit. Præterea non solum eos honorat, sed  
tantum diligit, vt dicat eis. Qui vos tangit, tan-  
git pupillam oculi mei. Nō dicit, qui vos per-  
sequitur, aut occidit, aut qui vos vulnerat, vel  
lædit, nec dicit, tangit brachium, aut pedem,  
sed pupillam oculi mei: cuius dolor acutus &  
intēssimus est. Denique ita causam illorum  
suam Deus iudicat: vt dicat, Qui vos spernit,  
mē spernit. Docentur tamen hinc vindictā  
sumant de iniurijs & contumelijs ipsis illatis,  
cū Deus opprobrium & contemptum eo-  
rūdem, suum esse dicat. Deus nāque causam  
suam iudicaturus exurget, & pro suo honorē  
respondet. Non ergo tristitiam sint sacer-  
dotes, iniuria enim illorum in Deum transi-  
t. Solutum igitur sit nobis, Deo hanc esse iniu-  
riam illatam. Sicut de cōtra ne extollamur, aut  
superbiamus, cū nos audierint, laudauerint,  
magnifica de nobis prædicauerint, quia non  
est opus nostrum, sed Dei. Quando nos sper-  
nant, Deum spernant, sicut quando nos ho-  
norant & audiunt, Deum qui operatur in no-

bis honorant, & audiunt. Quia propter nec  
de laudibus extollamur, nec in cōtemptu tri-  
stemur, Deus enim operatur in nobis. Hac  
dixit Christus discipulis suis, cū eos mitte-  
ret ad prædicandum quibus cum prosperè &  
fœliciter omnia succederet, redemptus sui suc-  
cessus redemptori rationem reddiderunt, pro-  
pter quod inquit textus. Reuersi sunt autem se-  
p̄uaginta duos cum gaudio dicentes. Ita & nos  
deberemus Deo gratias agere propter opera,  
quæ ipse per nos operatur, & per ea, quæ in ei-  
us nomine tanquam suæ gratiæ instrumenta  
perficimus; non nobis ipsis tribuentes, nec ho-  
norem Dei furantes. Omnia flumina reuer-  
tuntur ad mare; vnde exeunt: nihilque est in  
rerum natura quod suum centrum non appe-  
rat, & ipsum desideret: homo autem peruer-  
sus & ingratus in his terrenis desineri cupit,  
& in illis perperari; veluti si aliquis beatitudi-  
nis lumine vel radio hominem beatum posse  
sent efficere, & in tranquillam animam & pec-  
catum sustinere. Cū Deus totius boni fons  
& origo sit, & cum omne donum perfectum  
de sursum sit, descendens à patre lūminum, si  
perfectum gaudium & quietem volueris in-  
uenire, in Deū reuerrere. Nihil enim siue na-  
turae perfecte integritatem potest attingere,  
nisi in suo genere saluetur: cumque Deus ge-  
nus totius boni sit: ita anima nostra sic inten-  
dit Deum desiderat, vt ad eum rediens om-  
nia bona consequatur. Ita in omnibus suis la-  
boribus postquam Deum iussa adimpleueris in  
ipsum cum discipulis suis reuerrere, agens ei  
gratias pro beneficijs tantis quæ per te ipse o-  
peratus est. Præterea quantum in hoc bene e-  
gerunt, reuertentes ad Christum: tamen tan-  
quam humanae laudis & gloriæ vento inflati,  
non nihil sibi assumentes, dixerunt Christo,  
Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis  
in nomine tuo. Domine inquit. Qui non  
solum terræ & caelo dominaris, sed & dæmo-  
nibus, nā nobis tua gratia & virtute subiici-  
tur. Bene contentur: sed de miraculorum o-  
pere offeruntur: diuinorum namque donorum  
multitudo plurimis fuit causa ruinæ, sicut in  
Ezechiele dicitur de Luciferis. Tu signaculum  
similitudinis, plenus sapiētia & perfectus de-  
core. Et Paulo post, Eleuatum est cor tuum.  
Pessimum genus superbiæ est, donā diuinā si-  
bi attribuere: sicut ille stultus Pharisæus dice-  
bat. Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæte-  
ri hominum. De his habetur in Deuterono-  
mio. Manus mea excelsa, & non dominus fe--  
cit

1. Thes. 2.  
Deut. 9.  
Iob 38.  
Esa. 25.  
Psal. 13.  
Ambros. 1.  
1. Cor. 4.  
Osea. 13.  
Luc. 18.  
Deut. 32.  
Eccles. 10.  
Iob. 35.  
Esa. 14.  
Gen. 3.  
1. Reg. 15.  
Iob. 35.  
Iob. 36.

cit hæc omnia. Hos compescet dominus, di-  
cens. Ne dicas in corde tuo, cū deleuerit eos  
dominus Deus tuus in conspectu tuo. Prop-  
ter iustitiam meam introduxit me dominus  
vt terram hanc possiderem. Aliud genus su-  
perbiæ est non ita malum, illorum qui partim  
humiliantur, gratias agendo, & partim effe-  
runtur inceptè exultado sicut isti discipuli qui  
gaudebant, cum dæmones eiecissent, attri-  
buebant tamen hoc, non sibi, sicut pharisæus  
ille, sed domino, atque ideo dixerunt, In no-  
mine tuo. Ideoque aliqui habebant com-  
mendatione dignum, scilicet, quod reuer-  
tebantur in fontem totius gratiæ, donum susce-  
ptum cognoscentes, & gratiam illi offeretes.  
Et ideo sanctus Iob. Nunquid mittes fulgu-  
ra & ibunt: & reuertentia dicent tibi, A dū-  
mus? Vadunt fulgura quando doctores mira-  
culis coruscant, & superna reuerentia corde  
in Deum conuerso auditorum corda transi-  
gunt. Reuertentes dicunt ad sumus, cum nō  
sibi sed Dei virtutibus tribuunt quidquid forti-  
ter se egisse cognoscunt. Tales sunt viri perfe-  
cti sub quorum persona dicit Esaias. Omnia  
opera nostra operatus es domine. Et in psal-  
mo etiam, Non nobis Domine nō nobis, sed  
nomini tuo da gloria. Laudabiles igitur erāt,  
in hoc quod Christo gratias referebant, & fa-  
tebantur in nomine ipsius eiecisse dæmonia:  
sed digni reprehensione, eo quod de potesta-  
tis altitudine offerrebantur. Admonet locus  
iste vanam gloriam fugere, nam graue dam-  
num spirituali viro inde poterit euenire, si hu-  
manæ laudis gloria fuerit allicitus: & si opera  
quæ fecerit, sibi ipsi artiserint & placuerint.  
Veluti à Basilici facie eam debes fugere: nam  
si te ipsum incautum & improuidum accipit  
(vt ait Ambrosius) oculorum ictu morieris;  
sed si tu eam prius præuideris, & suæ ratio-  
nis paruum fundamentum cognoueris, vt de  
tuis operibus arrogatè præsumas, de illa glo-  
riofum triumphum facile reportabis. Deus in  
omnibus operibus suis laudatus sit: non autē  
homo qui vile instrumentum suæ virtutis o-  
stendit. Quid habes, quod non accepisti?  
Perditio tua ex te Israel, tantum modo auxi-  
lium tuum ex me. Si præterita aspicias, multa  
inuenties fecisse, de quibus nunc te pudeat. Si  
præsentia consideras, te mille periculis in hac  
lachrymarum valle circumdarum videbis. Si  
in futura oculos coniecis: timendum tibi po-  
tius erit, terribilia Dei iudicia, quæ super te  
ventura sunt contemplans. Timidus potius

nāque & cautus in hac vita debes ambulare,  
quam letus & alacris: quandoquidem ista bo-  
na opera quæ nunc facis, necas an Deo sint ac-  
cepta, an si parum vel multum temporis in  
eis perstiteris. Qui stat (inquit Apostolus) vi-  
deat ne cadat. Sed ad contextum. Et ait illis  
Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem.  
Dupliciter potest hoc exponi. Primo sic. Di-  
xerant discipuli, Domine etiā dæmonia subij-  
ciuntur nobis. Hoc est, non solum alla miracu-  
la fecimus, sed etiam quod maius est, dæmo-  
nia subiiciuntur nobis: & de hac nouitate mi-  
ramur. Quibus respondet Christus. Videbā  
Satanam sicut fulgur, &c. Ac si diceret. Istud  
non est aliquid noui, nam ego vidi eum cadē-  
tem tanquam fulgur de caelo. Secundo po-  
test exponi, quia discipuli quasi adhuc imper-  
fecti iactantes se, hoc dixerunt, Christus autē  
ne factis miraculis superbirent, adduxit ex-  
emplum Satanae qui à caelo cecidit propter  
suam superbiam: ne ipsi similiter caderēt, pro-  
pter animi elationē, sicut satanas. Quare do-  
minus Iesus vt optimus medicus animarum,  
vt roboraret suorum discipulorum animos ad-  
uersus pestiferum morbum inanis gloriæ pro-  
ponit exemplum Luciferi, qui ob superbiam  
à tanta & tam suprema fœlicitate licet non à  
perfecta beatitudine deiectus est: quia de do-  
nis à Deo acceptis insolenter gloriatus est. In  
præclara dignitatis sublimitate cœlestibus se-  
dibus quiescebat, tamen ob animi tumorem  
ad ima Tartara est detrusus. Sic Esaias de eo  
sub nomine regis Babylonis ait. Quomodo  
cecidisti Lucifer qui mane oriebaris, &c. Sic  
Adam eiectus est ob superbiam à paradiso: &  
Saul à regno. Vnde dixit illi Samuel. Cum es-  
ses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus  
Israel factus es. Pro eo quod abiiecisti sermo-  
nem domini, abiicit te dominus ne sis rex.  
Ideo beatus Iob de superbis ait. Eleuati sunt  
ad modicum, & non subsistent. Diabolus enim  
sicut ipse cecidit, vult omnes cadant: quando  
vero aliquem in statu humili non potest fran-  
gere, curat aliquo dignitatis gradu eum subli-  
mare, vt inde præcipitet. Hoc exemplum Sa-  
tanæ adduxit Christus istis discipulis, eis insi-  
nuans, vt qui admodum Satanæ superberint,  
ad eius modum præcipitabitur. Sed singula  
verba expendamus: omnia namque observa-  
tione sunt digna. Primo ait, Videbam Sata-  
nam: quia Christus sicut Deus intellectu-  
ter videt diaboli ruinam, principaliterque ef-  
ficat. Vnde in libro Iob. Præsentia eius per-  
cussit



**Ezech. 18.** celsis superbiuim Per Ezechielem quoq; Christus testatur, Tu Cherub extensus & protegens, & posuit te in monte sancto Dei, &c. Et peccasti & eiecisti de monte Dei, & perdidisti de Cherub. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, & perdidisti sapientiam. ¶ Secundo ait, Sicut fulgur, alsimilis eum fulguri: tum propter agilitatem descensus, & quia fulgur in suo origine habet lucem, quæ cum parum dureret & cito extinguitur, simul cum suo casu in tenebras conuertitur. Sic etiam diabolus cũ in luce gratiæ & claræ cognitionis à Deo creatus fuerit, parum temporis in ea persistens è cælo cecidit, & in tenebras detrusus est. Ideo non dixit, quòd erat fulgur sed sicut fulgur: quia lucem amisit, quam habebat in principio. ¶ Notabis præterea quòd de Christo etiã infra noser Lucas inquit, quod uenit ad iudicandum sicut fulgur de cælo coruscans: sed magna est differentia. Veniet Christus sicut fulgur in iudicium, & Lucifer etiam sic descendit de cælo, sed Angelus de cælo, & Christus de super cælum. Ille tãquam fulgur, qui prius lucet & postea fatet: sed Christus descendens bonos suo lumine lætificabit, malos autem comburet, & accendet. Præterea ille cecidit, Christus tamen ueniet: nam in casu insinatur pœna, & quod violenter & inuitus descendit: sed quòd dicitur, ueniet; ostenditur Christi uoluntas libera, imperium, atque dominium, quòd ad iudicandum est uenturus. ¶ Tertio ait, De cælo cadentem. Ex hoc pater diabolũ bonum fuisse & creatum in cælo in statu gratiæ: nã qui de cælo cecidit, in cælo fuisse necesse est. Sed quomodo de cælo cecidit, cũ Esaias dicit, dixisse, in cælum ascendam? Si erat in cælo quomodo dicit, ascendam in cælum? Dicendum quod in loco Empiræ conditus fuit, & ibierat. Sed cum dixit ascendam in cælum, de benedicta Trinitate intelligendũ est; quia ad Dei excellentiam aspirabat. Expende autẽ quomodo peccatores puniuntur in suis peccatis. Voluit suum regnum magnificare Pharaon, & idẽd persequatur filios Israel: & hæc fuit causa sui regni deaustationis, & sui ipsius perditionis. Satanus extolli uoluit, & idẽd in infernum est detrusus: serpens quia hominẽ in miseriam seruiturẽ deiecit: idẽd ille prostratus est, cum prius erectus incederet. Vnde dictum est ei, Super peccus tuum gradieris. Et quia in ore habuit mendacium, idẽd in ore eius positum est uenenum: actam terram ueneno infectam & à Deo maledictam pro-

pter peccatum hominis comedit, unde dictũ est ei, Terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et quia mulierem decepit, dictum est ei, Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius. Mulier etiã quia in edẽdo cibo prohibito peccauit, idẽd in fructu sui uteri est punita: idẽd dixit illi Deus. In dolore paries filios: Et quia ad dictum serpentis, Eritis sicut dii, superbiit, idẽd Deus humiliauit eam, & dixit. Sub uiri potestate eris. Et uir quia ad dictum mulieris in solo esu peccauit: idẽd in labore quærendi sibi cibũ est punitus. Vnde dictum est ei. Quia comedisti de ligno, de quo preceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Similiter quia angelus superbe ascendere uoluit, & altissimo alsimilari: deiectus est serpens anti quus, & humiliatus usque ad infernum, sicut fulgur cecidit de cælo. ¶ Docemur hic superbiã tãquam perniciosam pestem fugere, & alta mundi non concupiscere: cum ex hoc cõtextu pateat, quantum Deus superbiã odiat, ut Angelum, qui ad excellẽtis naturæ & conditionis erat à felicitate omni bonorum genere affluentem deieceret. Vnde beatus Petrus. Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos, &c. Sceptum & coronam regiam inter omnia uitia detestabilis superbia obtinet, secũdum illud Esaiæ. Vã coronæ superbiæ. Atque in suis seruis & ministris uitium hoc comitatus incedit: nam secũdum reliquam uitiorum omnium cateruã adducit. Ideo Ecclesiasticus ait, Initium omnis peccati superbia: & qui tenuerit eam maledictionibus replebitur. Ex superbia nascitur hæres: nam ignorantia non hominem hæreticũ facit, sed superbia. Et sic Deus hoc uitium detestatur, ut dixerit per Amos. Detestor ego superbiã Jacob. Idẽd Salomon in Prouerbijs: Et Ecclesiasticus ait, Odibilis Deo & hominibus superbia. Ob id Deus superbum odit, nã Dei honorem & gloriam sibi uedicat, quem nemini uoluit dare: & aliquo modo uideret se ipsum Deum facere, uolens sicut Deum adorari, sicut fecit superbus Aman. Ab hominibus abhorretur, cum ipse solus imperare uelit. Reliqua uitia secum sodalitatẽ admittunt: lussor, edax, luxuriosus, similibus gaudet: maledictus uero superbus gaudet esse solus: omnibus imperare, ab omnibus æstimari & laudari cupit, neminem secum patitur. Duo superbi

superbi nõ possunt simul habitare: nam alter alterum corabit, destruere, ut unus solus maneat. Iniquioris sunt natura & conditionis, quã irritationabiles bestie: quandoquidem experimus animalia eiusdem speciei simul habitare, solus superbus se solum cupit uidere, & nullam societatem admittit. Sed Christum audiamus. *Ecce dedi uobis, potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones & super omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebit.* Per serpentes & scorpiones intelligit hic Christus demones: quia ipsi discipuli dixerant, quòd eis subijciantur: ex quo uide quãtum subijciat hominem peccatum, cum diabolus qui spiritus erat præclarissimus propter peccatum ita est abiectus, ut alsimiletur istis animalibus uenenosis: non propter naturam quæ quidẽ bona est, sed propter uirtus & uenenum iniquitatis eius. Vnde Dauid in psalmo alsimilauit eum draconi cum dixit Deo. Draco iste quem formasti, ad illudẽdum ei. Petrus etiam dixit illum esse leonem: & Ioannes in Apocalypsi dixit. Eiectus est diabolus qui est serpens antiquus. Videas & tu quòd talibus peccatũ alsimilari. Vnde regius propheta. Homo cui in honore esset: nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ioannes uocauit peccatores geminã uiperarum: quòd iam uidimus in tertio capite huius, Christus uulpem dixit esse Herodem & Paulus scribens Romanis, de peccatoribus dixit. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uoluerunt, & quadrupedũ & serpentium. Quid obsecro superbus representat, nisi leonem quid uorax, nisi lupum quid duplici facie incedens, nisi uulpem quid furiosus & effrenatus homo, nisi tigrẽ? Et sic de reliquis peccatoribus, quos scriptura diuersis animalium generibus comparat. A non obsecro, & considera, quòd cum aliquis peccatum committit, in hunc, in seipsum & in seipsum statim descendit: cum Deus te nobilem creaturam ad sui imaginem, & similitudinem miris uirtutibus & dotibus condidit, & illustrauerit: cum que uoluptatis uitij & blandimentis te tradideris, memineris simile fieri immundissimo sui, qui totus semper in munditijs & luto demergitur. Te ipsum obsecro pudent, & uertecidat uelã faciei impetere, te ipsum fugere, quem ad modum serpẽtem, basiliscum aut draconem fugeres: quidẽ peccatis tuis talis effectus es. ¶ Præterea locus iste

potest etiam intelligi: quod dederit Christus illis discipulis uirtutẽ, calcandi corporaliter & abique laesione super quæcũq; animalia uenensia, ut legitur in Deuteronomio & psalmo. Super alpidẽ & basiliscũ ambulabis & conculcabis leonẽ & draconẽ. Et Christus etiã in Marco dixit, Serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint nõ eis nocebit. Paulus uiperam adhaerentẽ manui suæ exculsit in ignem & Ioannes Euangelista uas ueneno plenum bibit; nihil ei nocuit. Nihil enim uenena, nec uenenum habentia apostolis nec Christi discipulis nocere potuerunt. *Verumamen in hoc nolite gaudere; quia spiritus subijciuntur uobis.* Quia hæc donã sine Dei dilectione haberi possunt. Vnde dominus alibi dicit, Multi dicent mihi in illa die, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et tuoc confitebor illis quia nunquã noui uos. Dilecti deã me qui operamini iniquitatem: Christiana & sancta perfectio non consistit in faciẽdis miraculis; nisi in Deo amando & diligendo. Vnde Paulus: Si linguis hominum loquat & angelorum, charitatem autem nõ habẽ factus sum uelut as sonans, aut cymbalum tinicis, &c. Ideo uanitas est; hominẽ in aliquo creato gaudere, nisi in Dei amore: qui sanctam rectam & securam reddat conscientiam. Quã propter Paulus nõ in miraculis multis quæ fecit gloriabatur, nec in electione dæmonum; sed tantum gaudebat in testimonio suæ bonæ conscientie, ut ipse Corinthijs scribens dixit. Nonne domine & nos aliquando sumus gauisuri? Semper tristites debemus incedere non: sed gaude te non tam emphibia dæmonia subijciuntur uobis: Sed in quõs *Gaudete autem quoniam nomina uestra scripta sunt in cælis.* Diuus Hieronymus in commentarijs super Esaiam, explicans illud locum, Complicabuntur cæli, ut liber per hoc, quod nomina discipulorum scripta sunt in cælis, intelligit eos, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ, & ita eos; quos serenas dicit scriptos in terra, dicit scriptos in libro mortis. Vide quomodo: Christus multis reuelauit suã prædestinationẽ: et istis septuaginta discipulis, qui omnes, ut ex hoc contextu apparet fuerunt sancti & beati: melius quæ quantum ad hoc & præstantius fuit collegiã septuaginta, quã duo decim apostolorum; quia ex duo decim apostolis unus fuit damnatus, tamen isti omnes fuerunt salui: & idẽd omnes isti

Esai. 14.

Exod. 1.

Genes. 3.

2. Petri. 2.

Esai. 23.

Eccles. 10.

Amos. 6.

Prou. 8.

Eccles. 10.

Esai. 14.

Hester. 3.

Deute. 8. Psalm. 90. Mar. 16.

Act. 8.

Matth. 7.

1. Cor. 13.

1. Corin. 1.

Esai. 34.

Ierem. 37.

isti septuaginta discipuli in hac vita fuerunt certi de sua saluatione: cum a summa veritate hoc audierint. Sic Apostoli fuerunt certi de sua saluatione, quando iam Iudas fuerat egres- sus, & pollicitus est Christus se daturum illis Spiritum sanctum, vt maneret cum eis in eter- num: & etiam vt Lucas ait dixit illis, Dispo- no vobis regnum, sicut disposuit mihi Pater meus, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos iudi- cantes duodecim tribus Israel. Sed hæc ver- ba, Nomina vestra scripta sunt in celo: non a Apostolis sed tantum istis septuaginta dicta sunt. Paulus etiam sicut duodecim Apostoli & isti discipuli reuelationem habuit suæ sal- uationis, cum Timotheo dixit. De cetero res- posita est mihi corona iustitiæ. Et talem reue- lationem habuisse de beatitudine Clemētis, & ceterorum sibi coadiutorum, testatur epi- stola ad Philippenses: vbi ait Apostolus, nomi- na eorum scripta esse in libro vitæ. Paulus enim nihil affirmavit, quod non verissimum esset. Beatam virginem habuisse etiam hanc reue- lationem notissimum est, cum dixit, Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatio- nes. Similiter Ioānes Baptista cum a Christo laudatus est iustificatus. Sequitur in litera. *In ip- sa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit.* Hoc ex motione Spiritus sancti, qui animam Chri- sti in vniuersis direxit, gubernauit, & mouit. Dona Spiritus sancti faciunt mentem creatam bene atque facilliter dirigere & moueri ab Spi- ritu sancto: sicut virtutes morales faciunt ap- petitum sensitium prompte moueri & gu- bernari a ratione. Exultauit itaque in spiritu sancto ex actu seu dilectione procedente ab Spiritu sancto. Non est intelligendum quod an- tea in gaudio interiori non fuerit: sed interioris gaudij quædam signa nunc exterius demō- strauit: ideo conuenientissime dixit, exulta- uit. Exultatio nanque dicitur quasi extra se saltatio: quando videlicet ex abundantia gau- dij interioris, signa lætitiæ foras erumpunt. Et debes obseruare, quod nunquam exultat Christus de salute nisi de salute animarum, & de bono spirituali, & profectu discipulo- rum. Sic nos exultare oportet in conuersione gentium, in vnione fidei, in pace, charitate, & sclicitate proximorum. Sed multo aliter sic, cum de illorum ruina, infelicitate, & dese- ctibus gaudeamus hæc omnibus de illis præ- dicantes. Non sic Paulus qui exemplo Chri- sti gaudebat in proximorum bono. Vnde ad Phile-

monem ait, Gratias ago Deo meo; Semper tui memoriam faciens: gaudium enim magnum habui in charitate tua. Discamus ergo si quid feliciter cesserit, exultare non huma- no affectu, sed gaudio spirituali: non nobis v- lam gloriam arrogantes, sed gaudentes de bo- no proximorum. Sic faciebat dilectissimus domino Ioānes cum dixit, Maiorem horum non habeo gratiam: quam vt. autem filios meos in veritate ambulare. Charitas siquid veritati congaudet: sæpius enim legimus san- ctos super victorij inimicorum dominum col- laudasse: quem admodum in Exodo dicitur, quod cecinerunt Moses & filij Israel carmen hoc domino. Cantemus dño, gloriose enim, & c. Sic Delbora & Barac super occisione Si- sare. Itē Iudith in occisione Holofernis. Quā- tō magis hic super potestate hominibus fide- libus data supra inimicos, & eorum profectum. Sed quid Christus dixerit, exultans de vilitate & profectu discipulorum audiamus. *Confiteor tibi Pater domine celi & terra quia abscon- disti hæc a sapientibus & prudentibus, & reue- lasti ea paruulis.* Sententia est philosophi, quod actus actiuorum sunt in patetia dispositione. Cū enim sol mane oriatur, patetia est cōper- tum, quod in ceram reflectens eam molli- cat, si verò in lutum, ipsum indurat. Vnde pro- uenit, quod vnus & idem radius solis tam di- uersos effectus producat: nec non ab alio nisi a subiecti dispositione. Naturale est cere calore liquefieri, vt etiam luto eodem indurari: Vna & eadem causa tam vtilis & distictos effectus producit, vt liquefacere, & indurare, & non ob aliud nisi ob diuersas materiei na- turas. Idem videmus contingere in negotio animæ nostræ: nam prædicatorem ex verbi Dei concione proficere vel non proficere: nō tam in eorum verbis ornatis & compositis, non tam doctrina mirifica, non voce & actio- ne consistit: quam audientium animarum præ- paratione & dispositione. Et hinc provenit, alios de concione contritos, deuotos, Dei spiri- tu agitados; domum regredi: alios vero ipsos concionatores spernentes; & eorum doctrinam irridentes. Mirum certe est vnum & idē verbum ab eodem ore prolatum tam diuer- sos effectus causare & producere. Vnusquisq; de concione colligit, secundum dispositionem & intentionem, quam affert. Quod nunc vi- demus contingere, idem quod Christus Re- demptor noster in mundo prædicabat, sic- ut. Multi quippe ex ciuitate illa Capharnaū,

3. Ioan. 1.  
1. Cor. 13.  
Exod. 15.  
Iudith. 5.  
Iudith. 6.

qua

qua caput erat totius prouinciæ Galiliæ suas conciones frequentabant: inquit, multitudine semper eum sequentibus: cumque multi essent numero, ita factum est, quod ipsos inquebant ad illum audire: plurimæ erant. Alij invidia curiositate: vt viderent, quid diceret ille, quem om- nes gentes laudabant, & cuius famam & glo- riam in sidera vsque extollebant. Alij vt ab- eius ore scelerata scriptura gerimam, & di- uinarum literarum explanationem audirent. Alij vero humilitate synceritate suam salutem desiderantes, occurrerebant. Erant enim in il- la multitudo & conuentu audientium Ra- bini quidam suis literis & scientia inflati sua propria scientia atrichij, in gano suo fiden- tes potius arrogantiæ & superbiæ inflati: quã pio in Christum affectu. Qui verò humiliter de se sentiebant pio affectu & synceritate ip- sum audientes, recte Christi verba perca- lebant, & quod illorum tenderet sensus: sapient- es autem suis literis inflati ieiuni a sensu ver- borum Dei remanebant, neque celestis do- ctrinam capere poterant. His habitis accesserunt humiles & pauperes Christi discipuli exultantes & gaudentes quæ fecerant magna illi domino narrantes. Diuinus autem pa- stor, aliorum considerans, excitationem, aliorū vero commedum & vilitatem: & quem ad- modum ignorantes & humiles diuina myste- ria percalebant, vtque superbi & inflati la- non valeret intelligere oculos in celum cō- iiciens, exultans in Spiritu sancto ad æternum patrem se conuertit, & inquit. *Confiteor tibi pater domine celi & terra, quia abscondisti hæc, & c.* Communiter quos ego potuerim expo- sitores vidisse, vel ex sanctis doctoribus an- tiquis vel ex modernis, homines & glossæ declarant, verbum confiteor, non hic accipi pro confessione peccatorum, sed pro eo quod dicimus, gratias agere: & ita interpretantur. Confiteor tibi pater, idem esse, quod gratias tibi ago. Veruntamen etiam si hic omnes di- cant, Christum patri æterno gratias agere, laudare, ac benedicere: nunquam tamen sen- sus hic nec quadrare, nec intellectu satisfacere potuit. Absit vt ego velim condemnare, quod tot tantique sapientes simul & docti af- firmarunt: bene tamen scimus, Pygmeos giga- tum humeris impositos, plusquam ipsos gi- gantes videre. Quantum vero ego coniecta- ri possum verbum confiteor, idem hic signi- ficat, quod idem sentite, vel concordare. Ita eodex Græcus Diui Lucae habet, in qua lin-

qua fuit scriptum. Euangelium hoc *εὐαγγέλιον* quod idem est, ac concordare. Idem in Græco diui Marthæ. Et hinc provenit, *εὐλογεῖτε* quod est confessio & assensus & ver- bum *συνομιεῖτε* quod significat consensio, con- cordo. Et sic vocabulum hoc adeo est exten- sum, vt etiam iuriconsulti quando partes in idem conueniunt vocent omologari: Pro- pter quod reprehensione est dignus quidam modernus, qui in translatione quam edidit huius instrumenti abstulit verbum confiteor, & posuit gratias ago, cum in Græco reperiret *εὐχαριστοῦμαι* & cum esset Latine & Græce eruditus, nescio certe cur transtulit gratias ago nisi forte voluerit potius translationes cō- munes sequi, quam græcum eodidem, in quo certe minorem rationem habuit. Atque ita verbum confiteor recte positum est, & ideo nequaquam tollendum, cum nostra commu- nis translatio melior sit & præstantior ceteris translationibus. Constitutumque nunc esse hoc quatuor vel quinque sapientes ac docti de aliqua re disputantes, cumque disputatio- nem alter alteri dicat, fateor te habere ratio- nem. Ac si diceret, In tuam sententiam ego, ambo conuenimus, & in disputaione confort- mes sumus. Et ita illud Philosophi intelligi- tur, confesse se habent, ratio vera, & appetitus rectus. Quasi velibdicere. Ratio vera con- uenit & conformis est appetitui bene recto & gubernato. Vult igitur Christus hic dicere, Pa- ter mi, domine celi & terra: quia hæc mysteria mundi sapientibus & prudentibus sint abscon- dita, & vt reuelentur & manifestentur humili- bus & paruulis, bene mihi videtur. Humana enim voluntas pater mi diuine voluntati conformis est, atque ita dico id bene factum esse. In hoc ego & tu pater conuenimus, vt humilibus & paruulis hæc a patre sint, sapien- tes autem ieiuni & vacui manent: quia præ- iudicatores & rebellēs fuerunt. Sed quid hoc domine quod cum peccatores saluos fa- cere veneris, humilisque pius & suavis inuen- ditum sis in gestibus, signis exterioribus gestu & facie gaudeas & exultas peccatorum perditio- nis? hoc enim verbum exulto significat. Vult Deus hominum salutem voluntate signi- fed voluntate beneplaciti, que conformis est vo- luntati diuina: eum laudat quia gloriosus est in punitione & iustitia peccatorum. Aequa- lem honorem & laudem iudex sibi adquiret, cum furem & homicidam suspendit, & cum innocentem & innocentem relinquit. Cum e-

Tom. 2. C. nini

Ioan. 15.

Luca. 22.

1. Tim. 4.

Phili. 4.

Luca. 1.

Mat. 11.

Philem.

Exodo. 15.

nam Pharaon populum Israeliticum persequere-  
retur, ipseque & eius exercitus mari essent  
summersi. Dei populus suum Deum lauda-  
uit, & exultavit in spiritu, & cantavit tympa-  
nis dicens, cante mus domino, gloriose enim  
magnificatus est, &c. In Apocalypsi sancti &  
iusti etiam Deum laudant, & exultantes  
dixerunt. Alleluia, vociferantes & gratias do-  
mino reddentes: quia destruxerat & deice-  
rat Babyloniam illam mulierem, quae omnes  
gentes interficiebat. Sic Christus hic exulta-  
uit in spiritu approbans Dei punitionem, &  
iustum iudicium, ut superbi in poenam suae ma-  
litiæ & oblationis puniantur cæcitate & i-  
gnorantia mysteriorum Dei. ¶ Expende  
quod vocat illum dominum caeli & terræ, nul-  
lum aliud nomen ei imponens: quod certe  
mysterio non vacat. Nam cum Christus super  
flua nequaquam loqueretur, his verbis in me-  
moriam reddidit expulsionem illam angelorum  
de caelo, & approbationem & electionem bo-  
norum angelorum qui in caelestes sedes fue-  
rant accepti. Hæc electio & reprobatio, qua  
nunc fit in terra: illi quæ in caelo fuit facta cor-  
respondet. Ita pater sicut de caelo angelos su-  
perbos & elatos (qui suis oculis sapientes &  
prudentes iudicabantur) eiecit eos in aby-  
ssum tenebrarum & miserie mittens, eos autem  
qui iactantiam & superbiam fugientes, humi-  
les ad te accesserunt, diuino tuo consilio ele-  
gisti: sicut enim hoc in caelo tanquam in  
regno tuæ hereditatis fecisti, nunc etiam in  
terra tanquam illius dñs hos arrogantes, &  
qui se sapientes iudicant, reijcis & reprobas, hu-  
miles autem eligis tuis verbis laudandos, qui  
a tua voluntate tanquam a paterno ore pender.  
¶ Porro sapientes vocantur quantum ad noti-  
tiam diuinorum prudentes autem quæ ad huma-  
narum rerum cognitionem. Sapientes erant &  
prudentes illi scribae & pharisæi, quia doctis-  
simi erant inlectione diuinorum voluminum,  
& prudentes in seculari scientia & in rebus  
agendis: quæ propter quæ alij doctiores erant  
& sapientiores, superbiebant, & Christi do-  
ctrinam contenebant, suo ingenio confidentes.  
De his ait Elias. Vt qui sapientes estis in o-  
culis vestris, & coram vobis metipsis pruden-  
tes. Hæc est ignara mundi sapientia quæ stul-  
ticia est apud Deum: de qua Paulus Corin-  
thiis ait. Perdam sapientiam sapientium, &  
prudentiam prudentium reprobo. Vbi sa-  
piens: Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi?  
Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius

Apo. 19.

Apo. 14.

Esai. 5.

1. Cor. 1.

mundi. His sapientibus & prudentibus mû-  
di, diuina mysteria absconduntur, ut hic in-  
quit Paulus. Sapientem iudicat mundus  
cum qui sua vitia dissimulat: honores, diui-  
tias, dignitates acquirere scit: infamiam amen-  
tem, & stultitiam eum prædicant: qui hæc  
contemnit, & tanquam vile stercore reijcit &  
fugit. Secundum illud quod mali de bonis  
loquentes dixerunt. Nos in se infati vitam  
loquuntur & stultitiam sibi diuitijs, & qui ita non  
viuunt stulti mundi sapientia sine mente &  
intellectu prædicant. Sapientem quidam huius  
seculi Apostolo Paulo dixit. Infamis Paule:  
multa te literæ ad infamiam couertunt. Quæ  
admodum hic cum non intelligeret myste-  
ria quæ Paulus prædicabat, iudicauit Pauli  
amentem: ita mundus omne id quod suo he-  
beti ingenio nequit intelligere, trægœdiam a-  
liquam aut meram insaniam putat. In domo  
Herodis Christus velut insensatus & stultus  
nivea veste fuit indutus: nam mundi secta-  
tores Dei sapientiam non intelligentes, insa-  
niam putant. Cum Christi sapientia omnem  
humanum captum superet: ideo mundus  
eam contemnit: quemadmodum contingit,  
ut hoc nomine appellemus id omne quod  
nostrum ingenium superat. Dux enim rebus  
bellicis & periculis iam expertus quando ali-  
quod stratagemata in inimicos diligens molitur,  
qui de illa re parum cognouerunt ipsam du-  
cem & eius opus inane & insanum existimant.  
Et sic non mirum cum humanam capacitatem  
diuina sapientia superet, si ab hominibus con-  
temnatur, & infamia existimetur, ut Sapiens  
in personâ mundanorum dixit. Sol iustitiæ  
non illuxit nobis. Non loquitur de sole, qui  
mundum illuminat, quando quidem radios  
suos super bonos & malos spargit: sed de illo  
sole iustitiæ & diuino splendore diuina sa-  
pientia cuius claritatem mundani lippis ocu-  
lis non valuerunt sustinere. Moses cum esset in  
Egypto sapiens & eloquens erat: cum verb  
Deum est alloquutus, mutum & elinguem  
dixit se esse. Sapientissimus fuit Salomon,  
sed suam sapientiam cum diuina conferens, in-  
sanissimum se iudicauit: neque sapientiam ho-  
minum cum illo esse. Filij huius seculi in ge-  
neratione sua sapientiores sunt & prudentio-  
res: & ideo dixit sapiens, quod sapientiam hominũ  
non erat cum eo, sed Christi sapientiam quam

Sap. 8.

Mat. 26.

Mat. 27.

Sapient. 5.

Exo. 4.

Prover. 30.

mundus stultitiam existimat. Lege Hierony-  
mum, de viro perfecto ad amicum egrotum:  
quæ incipit. Ecce iterum ad te scribo post me-  
dium in quantum tomo. ¶ His Scribis & Phari-  
sæis, qui erant sapientes & prudentes coram  
oculis suis Dei sapientia absconditur, quam  
ipsi neque attingebant, nec intelligebant: par-  
vuli vero, quibus reuelatur, sunt humiles, &  
parum de suo ingenio confidentes subijciun-  
tur Deo. In Graeco est infantem, ut in æta-  
tis progressu, qui nesciunt loqui: quique om-  
nem sui curam & fiduciam in nutrice collo-  
cant. Ita nos id deberemus facere: ut ait bea-  
tus Petrus. Quasi modo geniti infantes sine  
dolo, &c. His paruulis Deus sua secreta pan-  
dit: vacuos & ieiunos superbos & arrogantes  
relinquens. Superbi autem Deo sancta iudith non  
placuerunt tibi ab initio. Venit æterna patris  
sapientia, ut se comunicaret paruulis & hu-  
ilibus. Qui humiliter & animi sinceritate ad  
sapientiam fontem accedebant, non vacui abi-  
bant. Non arrogantes & inflati sed humi-  
libus, qui Deo subijciuntur, diuina sapientia  
aqua tribuitur, quæ tanquam saluifera & a-  
perenni fonte dimanans hominum corda  
impler. Ideo bene in prouerbis legitur. Vbi  
humilitas, ibi sapientia. Quemadmodum na-  
tura nihil vacuum patitur, ita quod si supra  
caelum esset aliquis locus non repletus: ter-  
ra ipsa ascenderet ne illud inconueniens seque-  
retur: sic gratia statim ut cor superbia & vana  
gloria vacuum est, de caelo descendit & im-  
plet. Nullum locum sapientia diuina inuenit in-  
corde iactantia & sui ipsius amore pleno. Cui  
obsecro comunicatur: cordi nulla arrogan-  
tia se ipsum iactanti. Ideo Iacobus. Superbis  
resistit, humilibus autem dat gratiam suam. Vi-  
dua illa iussu Helicæi non fundebat oleum nisi  
in vacuis vasibus. Si vis ut Deus infundat tibi  
gratiam, & ut mirabilia seceret tibi commu-  
nicet & aperiat, necessum est humile cor, &  
ab omni superbia longe semotum ei. ostend-  
das: nam tunc aptus eris, ut doctrinam Chri-  
sti & bibas & accipias. Si somnia Pharaonis  
non reuelauit Deus sapientibus & prudenti-  
bus Ægyptiorum: sed humili Iosepho in mise-  
ria seruitutis tradito & in carceris detruso. Vn-  
de Iob, interrogat, Sapientia vbi inuenitur: &  
quis est locus intelligentiæ? Non inuenitur in  
terra sua: vbi inuenitur? repetitis, subdit. Trahitur  
autem sapientia de occultis, in absconditis & de  
spectis inuenitur. Lege Gregorium. ¶ Perspe-

1. Pet. 2.

Iudi. 9.

Prover. 12.

Lege. Aug. de verbis do mini super Matt. ser. 8. Iac. 4.

A. Reg. 4.

Gen. 41.

Iob. 28.

Iob. 18. mo.

ctui aiunt, hominem in profundum siue ob-  
scuro antro, siue in imo & profundissimo pu-  
teo absque aqua, constitutum, etiam in meri-  
diana luce videre stellam in caelo: quas supra  
terram constitutus videre non poterit: Sic hu-  
miles maiora cognoscunt de Deo. Humiles  
loquuntur Deo, ex cuius fonte hauriunt sapien-  
tiam, & sunt Deo familiares & gratissimi. Sic  
Abraham dixit Deo. Loquar ad dominum  
meum, cum sim pulvis & cinis. Oculi nanque  
nimium eminentes, imbecillum habent vir-  
tutem ad videndum: oculi vero submissi me-  
lius & magis vident, & acutiores habent a-  
ciem. Sic humiles melius diuina mysteria per-  
callent: homines vero elati, qui suis cogitatio-  
nibus super æthera ascendant, hi cæciambu-  
lant in cognitione rerum diuinarum, & sic a  
Deo spernantur. Sic Paulus. Nonne contem-  
ptibilia mundi elegit Deus: Ex horum nume-  
ro erat Paulus, quando dixit. Vique in hunc  
diem esurimus, & sitimus, & nudi sumus, &  
colaphis cedimur, &c. Et postquam Aposto-  
lus omnes labores & contemptus vitæ Apo-  
stolicæ numerauit: concludit dicens. Tanquam  
purgamenta mundi huius facti sumus; om-  
nium perisema vsque: huc. Perisema corticis si-  
gnificat. Cum malum perisem siue pomum  
velis comedere corticem abscondis & reijcis, re-  
liquum vero bonum & pretiosum existimas. Mû-  
dus honorat, veneratur, & suspicit parentes  
& diuites: hæc est carnis & fructus substantia,  
& hoc est quod mundus magnificat. Sed nos (in-  
quit Paulus) sumus cortices mundi, vile & ab-  
iectum quod ab omnibus reijcitur & concul-  
catur. Sed aduerte quod solet contingere  
quando malum aranzeum comedis ut nucleum  
& medullam exhaurias, putamina relinquens:  
venit autem aliquis conditor qui electuarium  
aranzeorum & coquit ea saccharo & melle: at-  
que ita vnum horum præstantius & pretio-  
sius est quam reliqua alia. Nos autem (inquit Apo-  
stolus) sumus tanquam cortices & perisemata  
vilia & abiecta: succus autem sunt diuites & po-  
tentes quos mundus existimat. Venit vero Chri-  
stus & accipit cortices & putamina hæc & in  
suo amore diuino coquit, & præbet illis tan-  
tam gratiam & spiritum, ut plus valeat & magis es-  
timetur vnicuius Apostolorum pes, quam om-  
nia capita regum, principum, & magnatum mun-  
di. Mirabilis conditor est Christus, siquidem ex  
his pauperibus & ignatis (qui mundi  
erant perisemata) diuinos & celestes homines  
reddidit.

Gene. 19.

1. Cor. 1. 1. Cor. 4.

Enarrat. in Caput. X.

reddit. Hos pauperes Deus diligit, his sua secreta & mysteria pandit, gaudet, hos vult, his animus eius recreatur. Hi sunt eius solatium, gaudium, & voluptas: miseros mundi sapientes & prudentes, in cæcitate tenebris inuolutos relinquens. ¶ Sed tria hic consideratione digna sunt. Primum est, cur potius istis paruulis quam sapientibus & prudentibus reuelata sunt mysteria. Secundum quomodo Deus dicatur abscondere hæc à sapientibus & prudentibus. Tertium quæ sint hæc quæ reuelantur paruulis, & abscondit magnatibus. ¶ De primo mirandum est: cum Deus nequaquam acceptator personarum sit: cur voluerit, his reuelare: alijs vero abscondere. Hoc factum est primo quia isti paruuli consenserunt voluti diuinæ & eius inspirationi, quod alij non fecerunt: ideoque iusta punitione cæci manserunt, cum libero suo arbitrio male fuerint vsi. Duplex enim est fides, infusa & acquisita: seu habitualis vel actualis. Cum primò puer baptizatur, statim Deus in eius animam infundit habituales fides alijs virtutibus coniunctam. Actualis erit quando iam adultus conuertitur ad fidem, vt Turca aut infidelis acquiescens articulis fidei. Vnde diuus Augustinus. Cætera (inquit) possum nolens: credere autem non nisi volens. Hæc fides donum Dei est quam ipse Deus homini tribuit & reuelat: qui cum in peccata delabitur lapideus & adamantinus fit, Dei reuelationi & veritati non consentit. Contrarium accidit humilibus quibus Dei virtus se communicat: nam cum spiritu sancto pullanti cor suum aperiant, digni fiant maioribus beneficijs & donis: atque ita potius iustus & equus Deus istis quàm illis communicatur. ¶ Secunda ratio quare Deus potius istis quam illis communicatur est, nã vnusquisq; vbi melius cum eo agitur, & in hospitio vbi sinceriori animo recipitur, & acceptatur ibi gaudet manere. Cõttingit sapius vt aliquis nobilis vir, cū in curiã proficiscitur, & in domo alicuius principis aut magnatis hospitium accipit œconomus qui rerum domesticarum curam habet, in deteriori parte domus cum famulis & ministris collocat: & prius quàm cœna apponatur, omnis profusus cœnandi voluntas est ablata, & fortè sine lucerna cubat: qui cū talia viderit, nã iam auroram desiderat, vt foras egrediatur hospitium, hospites & hospitalitatem detestatur. Si vero hic nobilis vir ad domum alicuius pauperis agricolæ accedat, alacri animo, sereno vultu: & ma-

gno applausu eum excipit, filius agricolæ equi curam habet, apponit statim in præsepio modicum ordeo plenum: vxor pinguiorem pauonem aut gallinam interfecit, mescam manitilli niue candidioris & albiore sternit: omnes illi seruunt & cõplacent, pueri suspensio ore oculos in eum conijciunt, & venerantur: lectum mundiorè parant & componunt odoriferis sindonibus: sic adeo, vt si opus est, ipsi coniuges cum domesticis & familiaribus è domo sua egrediantur, aliam quærentes ne ad hospitium bene paratum & completum aliquid deficiat. Nonne videtis, vt iste melius & iucundius in domo pauperis quam in domo diuitis excipitur? Quare Deus mansione in domo diuitis & superbi: & non inuenit locum vbi requiescere possit, nã eius intellectus in rebus caducis & perituris est detentus: voluntas iniqua ambitione contaminata, cor eius vitijs & honoribus sepultum & potentiam animæ sepultæ & mundo emancipatæ. Vilius quod domi est Deo tribuunt, signant se crucis, obiter & velut in transcurso rē diuinam audiunt, aquam benedictam sumunt: sola hæc signa Christiani Deo tribuunt, & his accidentibus & accessorijs Deum hospitatur: cū omnes animæ potētias principales eius partes a minori mundano libetere tribuant. Pauperes & humiles multò aliter faciunt. Nam præcipua domus suæ partē libenter Deo tradunt, scilicet animi potētias intellectum & voluntatē, & cor vacuū relinquunt, è domo sua egredientes per sui abnegationem, vt Deus melius & suauis excipiat in præcipuis animæ partibus. Itã sancti per sui contemptum & abnegationē à se toti alieni semper vitæ debebāt, & sic in Deum eleuati & in cœlum transpositi, vt huius mundi homines nō apparent: vt totum hospitium Deo relinquerent vt in diuo Bernardo, Francisco, & alijs sanctis videmus. Ideò Paulus. Nos excelsumus Deo. Deo est datui casus: ac si diceret. Extra nos ipsos ègressi sumus: vt Deum in animis nostris pacificamus. Lege Anselmum in hunc locum. Et iterum Paulus ait. Viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Christus. Sed mundi impudentia vsq; adeo extenditur, vt nō solum Deum in inferiori parte domus hospitetur, sed in equali: nã in peccatis suis Deum collocant, Deum autorem suorum malorum facientes. Sic Adam excusans suum peccatum dixit. Mulier quam dedisti mihi, &c. Tu domine autor es culpæ, quia mihi coniugem dedisti nimis impor-

importunã, iustus meis, non acquiescentem. Tu dedisti mihi illam, tua est culpa. Ideo inquit beatus Augustinus, quod si Adam à culpa non se excusaret, dominus illum è paradiso non eieceret. Multicx filijs Adam huius culpæ hæredes sunt, qui in Deum culpam reijciunt: tñe infontes iudicando. Ad excusandas excusationes in peccatis. Hi in equilibus & immundis locis domus suæ Deo hospitium tribuebant: è contra vero humiles omne bonum Deo tribuunt tanquam suo autori, mà lum vero & defectuosum sibi ipsis. ¶ Tertia ratio est, vt clarius & manifestius suam sapientiam & potentiam ostendat. Quia infirma mundi elegit, vt fortia quæque confundat: nam vt Pharaonem Egypti Regem superbium humiliaret, ciniphes & ranas, in eum misit. Præclaram laudem & honorem sibi conciliauit Samson, cum sola asini mandibula mille viros interfecit. Non minor laus Dei excellentia: & virtuti accessit cum per Dauidem, Gigantem superbum & furiosum Goliath prostrauit: & in illo etiam, quod manibus imbecillæ mulieris superbis princeps Holopherne interfecit. Sed illa est præclara & inter omnes excellentior victoria, quæque Dei potentiam & virtutem magis illustrat, magnificat & extollit: vt per paruulos discipulos, suo imperio vniuersum mundum subegerit. Hos paruulos eligi, hos assumit, his potentes mundi vires confringit. Si enim hic videres imaginem varijs coloribus & subtili penicillo depictam hucque accederet excellentior alius pictor, sibi que perpendicularium assumeret, & in pariete depingeret aliam imaginem, quæ longo spatio primam antecelleret, sic demum vt ars materiam simul & naturam videretur superare & vincere: nonne omnes mirarentur? Sic mundus armis & magnis equitum copijs ciuitates expugnat, sicque Reges victoriam de inimicis reportant: Deus autem non sic sed carbonem & paucos discipulos & ignaros eligit. Et non mirum, nam cum Rex sit homo, vt homo potest errare, & sic habet suos consiliarios & sapientes vt per illos imperium regatur & gubernatur. Et quia imbecillis est, habet opus fortibus militibus copijs, & exercitu, vt suos inimicos superet & vincat. Deus autem qui summa sapientia & potētia est præditus nullis armis & militibus, nullis copijs & exercitu, nullis literatis & sapientibus nec eorum consilio indiguit, vt mundum regeret & guber-

naret. Et idèd his rationibus istis paruulis voluit Deus sua secreta manifestare: & ea abscondere sapientibus & prudentibus huius seculi. ¶ Secundum autem, quicquid est dignum consideratione. Quomodo Deus hic sua secreta abscondit? Dico quod excæcavit, nō illum in dando: deinde occasiones & causas subministrando, quibus mens peccatoris magis ac magis excæcatur iusto Dei iudicio, suo tamen vitio & malitia. Lege de hac re Iræneum, Originem, & Chrysolomum. Sed ne omnia alijs remittamus, operæ pretium erit, hic aliqua enarrare. Quemadmodum fluius licet ex paruo fonte nascatur, recipit tamen incrementa aliorum fluminum, & quo longius procedit, eo plures & maiores riuulos & fluius amplectitur, & maior fit: sic contingit multis peccatoribus qui peccata peccatis augentes, maximi peccatores fiunt, sic adeo vt in profundum vitiorum demergantur. Hos Deus vt peissimos & periculosos indurat, excæcat, & sua secreta illis abscondit: non quod ipse direxerit sic causa ignorantie & obstinationis, sed quia iusto iudicio mentem humanam obcurari permittit, & indurari, auxilium auferendo in pœnam suorum peccatorum. Excæcat itaque negatiue, quia nolentibus non confert gratiam, neque lumen. De his ait Paulus, quod tradidit eos in reprobum sensum, & excæcavit intellectum eorum. Non sic tamen quod hæc operatus sit Deus, sed quoniam isti in peccatis se effecerunt, indigni facti sunt, vt reciperet gratiam Dei. Sol omnibus oritur, nemini abnegatur: sed in tenebris manebit, qui fenestram non aperuit, aut clausus domum manserit. Atq; ita dicimus quod sol absconditur ab eo, qui ei ponit impedimentum, ne ipsum videat: & sic etiam dicimus isti tali solem se abscondisse, nam ita cum illo se habuit, ac si non oriretur. Tempore hiberno dicimus, sol absconditur, quando eum non videmus, propterea quod nubes & nebule in ter ipsum & nos opponunt. Itã nimirum Christus verus sol iustitiæ, omnibus prædicabat, omnes illuminabat: miserum autem & superbum Pharisaicum tot obstacula, tot impedimenta ambitionis & arrogantie opponebant, vt obsecati & mensis tenebris inuoluti manerent, tantum abest, vt mysteria Dei & secreta intelligerent. Itã hæreticis suis superbis & fideibus sua propria sententia & iudicium sequentibus veritas occultatur, & cæcitas, & caligo illorum mentem abscondit: vt his, quibus clara & splendida lux oculos ostendit. Sol resurgit. ait

*Irenæ. li. 4. ca. 8. Ori. hom. 1. in li. Iudi. Chrysol. hom. 67. in 10. & ser. 3. c. 1. Epistola ad Rom. & homi. 8. in 2. Epistola ad Cor. Damasc. lib. 4. capit. 20. Rom. 11.*

Act. 10.

De spiritu & vita. ca. 31. 32.

2. Cor. 5.

Gala. 2.

Gen. 3.

Greg. li. 22. mor. cap. 33.

impor

August. ser. 19. de sancto m. 10. Psal. 140.

2. Cor. 1. Exo. 8.

Iudi. 15.

1. Reg. 17. Iud. 13.

Eccle. 42.

Ecclesiasticus) radijs suis, & arefcit oculus. Et hoc quidem non solis culpa, qui planeta est excellentissimus, sed propter imbecillitatem & tenuitatem oculorum nostrorum: nam a qui la nullis oculorum istibus firmo intuitu solem in sua sphaera conspiciat excellens enim sensibi le corrupit sensum: & ideo qui motes niueos trāgrediuntur, manu ferūt oliuæ ramū, vr ipsum aspiciant: ne niuiū candore & albedine cæci fiant. Atq; ita cū superbus & arrogans oculos suos in fidei lumē clarissimū velit conjicere, & Dei secreta & mysteria, naturali ratione & intellectu mensurare, errore & hære si cæcus reddatur. Vnde Iob. Quasi in nocte sic palpabunt in merēdie. Et sicut sol suo recessu solet esse causa cōgelationis nō directē, sed in directē: sic Deus in pœnā peccatorum solet se à peccatoribus abscondere, & tunc in tenebris manēt, & excæcatur inspiēs cor eorum: sicut istis Phariseis contigit. Sic in durauit cor Pharaonis, quia negauit ei auxilia nō in quā necessaria ad salutē, sed supererogatio nis: quod Deus nūquam facit nisi iuste, & de meritis exilentibus in causa. Vnde in persona dñi dicit Esaias. Quis est iste liber repudij, quo dimisi matrē vestrā? Ecce enim in iniquitatibus vestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimisi matrē vestrā: quia ueni, & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret. Igitur propter sua scelera Deus relinquit peccatōrē. Illud autem hīc diligenter notabis q̄ peccatōrē à Deo relinquit, idē est quod Deū relinquit à peccatore: nam Deus nunquā peccatōrē suo auxilio destitueret, nisi prius peccator à Deo fugeret. Deus quippe firmus & stabilis semper in amicitia nostra persistit: peccator uero est qui propter immutabilitatem & constantiam, & propter malitiā suā uoluntatis recedit, & tunc dicimus Deū à peccatore discedere, quia peccator discessit à Deo. Sic etiam dicimus Deum abscondere sua secreta & mysteria his, quia ipsi prius se abscondunt obstinatione & pertinacia. Iustus iuxta Deum est quando uero suum liberum arbitrium mouet & mutat mortaliter peccando, à Deo discedit: etiam si ipsi uideatur Deū ab eo discedere, motus enim est in creatura, nō in creatore. Qui à portu discedit, & nauigare incipit, uideret ei terram moueri & ambulante, ipsum uero tranquillum & quietum manere: eū in rei ueritate prorsus contrariū contingat. Hoc modo sallebatur Saul, quādo Samuēl dixit. Phillistim pugnāt aduersum me,

1. Reg. 24.

& Deus recessit à me: & exaudite me noluit. Saul fuit qui Deum à se separauit: nā Deus à nemine discedit, cū immutabilis sit. Si cū ego sum quietus: si qui à dextro meo latere est, in sinistrum trāsit, vel uice uersa, quis mutatur? Manifestum est me non mutari, sed qui à dextera in sinistram transit. Per Iōnam dixit Deus. Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur, sed Ninive saltim tunc non fuit subuersa: igitur Deus mutatus fuit, quando quidem dixit se eam subuersurum, quod tunc non contigit? Nulla certē in Deo fuit mutatio, sed in Niniuitis: qui cū à sinistra Dei manu essent, in dexterā trāsierūt, & quādo Deus uoluit ferire eos qui à sinistra erant, iam ipsi in dexteram transierant: atq; ita sine punitione manserunt. Promisit Deus se animaduerturū in peccatores Niniuēs, & cū sententiā uoluit adimplere, nō inuenit peccatores, qui pœnas luerēt. Clarū igitur cōstat q̄ Deus nō mutatur, sed peccatores. Deus non hominibus, sed uitij irascitur: quæ si in homine nō fuerint, nequaquā eū punit, quia mutatus est homo. Similiter etiā dixit Ezechie, cito moriturum, & non est mortuum, sicut prædixerat: & ad Achab etiā dixit. Inducam mala, & non induxit, sed dixit. Nonne humilior est Achab? Ideo non inducam in diebus suis mala. Alibi etiā bona promittit, & si mala fecerint dicit suam mutare sententiā, nō in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Vide Hieronymum, Chrysostomum & Originem. Igitur quemadmodum dicitur, Deum mutari, & discedi: quia peccator mutatur & discedit à Deo: ita dicitur abscondi, quia peccator absconditur. Vide & tu quā magna sunt iudicia Dei: Verē iudicia Dei abyssus multa. Vides Saulem sanctum & amicū Dei, suis donis auctum & læuēpletum, eius beneficijs affluentem & denique suō lacte nutritum, reprobatum. Vides etiam Nabuchodonosor tyrannum & populi Dei persecutorem saluū esse? In hoc certē cōsistēdū est, diuinā iustitiā cū misericordia simul diuino lumine splendēdere: Iustitiā, quia abscondit: misericordiā, quia reuelat. Ideo David in psal. Misericordiā & iudiciū cātābo tibi. Vt ut q̄ erat David expertus, quia domū suā pepercerat ei: & etiam punierat, quia filium, quōm ex Bersabe susceperat, occidit dñs, & persecutus fuit ab Absalone, & opprobrijs affectus à Semei: Hæc duo oculis nostris semper debēt esse præsēntia. Vnde in primo libro

1. Iona. 3.

4. Reg. 20.

3. Reg. 21.

Hier. Dani.

4. Amos.

3. & 1. Rech.

33. Chry. hō.

22. in gen.

Orig. homi.

in Hiere. 1.

& hom. 16.

in Numer.

1. Reg. 9. & ultimo.

Psal. 100.

2. Reg. 12.

3. Reg. 16.

1. Reg. 6.

Regum

1. Reg. 6.

Regum legitur, quod uacat arcam dñi ducēbāt, tendentes in Bethsamis quæ est domus solis. Erant in arca tabulæ lapideæ legis, quod dñi uas Māna, & uirga Aarōnis: ita nimirū nō iter facerē debemus in cœlum, quod est domus solis, ubi semper est dies, nō sicut ferentes legem Dei simul cū misericordia coniuuētā (quæ dulcissima est ut Manna cœli) & uirgam etiā diuinę iustitię. Bonum est, & laudabile, ut misericordię diuinę recordemur, in memoriā adducētes beatam Magdalenam, Dauidem, Petrum & Paulum: & canamus simul cum Dauid, qui inquit, Misericordias domini in æternum cātābo, ut sic non desperemus. Sed illud etiā claris oculis uideamus & contemplemur, Angelos propter unum peccatum solū à cœlis deiecit. Quia Angelis peccantibus non pepercit (ut ait Petrus) sed in Tartarum tradidit cruciandos. Timeamus Dei uindictam & iudiciū, quod in Saule & Iuda exercuit & in multis alijs: atque ita iter Bethsamis insequemur. Tu autem, qui nihil consideras, au des in tantū creatorem peccare suæ misericordię diuinę considerans: non attendens in te suam iustitiā pronocare & promouere. In Deo enim iustitiā & misericordiā in duabus statēris sunt, ex quibus una altera non est maior: nam ambæ sunt infinitæ, & sic quādo peccas, manibus tuis tua opera ad te attrahis propter iustitiā, & tunc statera diuinę iustitię ad te descendit: ascendit uero ad Deum statera suæ misericordię. Si ergo Deus in te suam iustitiā extendit, suam uero misericordiā in se contrahit: quid speras si non pœnitēs? Thesaurizas secundum impœnitens cor tuum, in diē uindictę, ut Paulus ait. Est enim uasculum quoddam in modum gazophilatij in quo semper pecunia deponitur: postquam uero est impletum & thesaurum factum, id frangunt, pecuniam quæ extrahunt: ita tu peccata peccatis cumulas, iniquitatem iniquitati addis, usq; quō mensuram impleas, & thesaurizas in diē ire. Sed ueniet dominus & confriget te, & diminuet animam in Tartara mittens, cōspicuo uero in sepulchram ut absumatur. Ne igitur cor tuum tanta inuadat obliuio, ut peccare in Deum audeas, sua fretus misericordia, suam iustitiā à tergo relinquens: & id obsecro contemplantis, quod si hic suauis & benignus cum paruulis se ostēdit, illic est cum sapientibus & prudentibus huius mundi iustus iudex & rectus. Vtrumque enim est confide-

Psal. 38.

1. Pet. 1.

2. Cor. 2.

randum; si uitam rectam & bene compositam uelimus degere, in mentes redigentes suam iustitiā & misericordiā: quādo equidē ipse has duas hic ostēdit, tenebris & cecitate superbos puniens, paruulis & humilibus suā secretā reuelans. Quæ sint autem quæ abscondit prudentibus, & sapientibus & reuelauit paruulis? Hoc est tertium obseruatione dignum. Abscondit enim hæc. Quæ sunt hæc, quæ abscondit? gaudia scilicet æterna, gloriā beatam, fruitionem suæ diuinitatis, cōsolationem sine limitatione, sine fine quietem, sine metu felicitatem, uitam sine mortis timore, & sine fine gloriā. Quæ sunt hæc quæ abscondit? suauitatem interioris Dei inspirationis, dulcedinem suarum cōsolationum, animæ spirituale gaudium, uoluptatem & suauitatem internam, quam cor nostrum accipit pro laboribus & persecutionibus pro ipso percipiens. Quæ sunt hæc, quæ abscondit à sapientibus? Abscondit certē mundi cōtemptum; sui ipsius abnegationem, crucis Christi suauitatem, pauperiem diuitem, famem & sitim pro Deo contentam & satiatam, ueram mortificationem, odium & inimicitiam mundi, patriæ cœlestis amorem, & quod pauperes & paruuli sint beati etiam si lachrymis cōstringantur: quod in persecutionibus gaudeant, & alicui uultu mortem pro Deo suscipiant: & quod mundus cōdicio prosequitur, ipsi diligant & amplectantur. Hæc certē non ualent intelligere sapientes mundi: sed solum hi, qui se & omnia sua Christo emanciparunt. Sed cur nō dixisti mundi Redemptor. Abscondisti has opes, hoc lumen, hoc thesaurum, hanc sapientiam, uel salutem? Responsum credo esse, nam hæc gaudia & bona spiritalia (quæ Deus sapientibus abscondit, & reuelat paruulis) nullatenus humana lingua possunt explicari. Silentium chin cōtūm laus est. Diuina certē humano eloquio non possunt enarrari: Et sic Esaias plenus diuinis secretis dixit. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et Paulus raptus usque in tritium cœlum, dicit se ea uidisse, quæ non licet homini loqui. Nam si in Ecclesia esset globus aequali quantitate cum ipsa Ecclesia, quomodo per Ecclesiæ ianuam globus posset exire? ita nimirum non poterunt exprimi, nec exire gaudia spiritalia animæ per ianuā sic mirimā, ut est corporis os. Regina Sabba audiens sapientiam Salomonis non habuit ultra spiritū. Quāto

Esai. 24.

2. Cor. 12.

3. Reg. 10.

C. 4. magis

magis sapientia diuina facier obmutescere? Sunt aded plura Dei mirabilia, vt laudabilius sit de eis dicere, quam aliquid dicere: ne forte cum incepsisse putaueris nihil dixisse recorderis. Sic dominus dixit Nicodem. Sic Deus dilexit mundū, vt filii sui vni genitum daret. Hæc particula, sic, magnam vim & emphasim habet. Sic dilexit, & quantum dilexit? Nemo est, qui inueniat tantū, huic quāto. Certè immensum pelagus amoris in finiti, quo nos Deus prosequitur, tantū illa particula, sic, claudit, & quantitatem huius amoris nō ausus esse dicere: nā hic amor ineffabilis est, & omne humanū os lingua obmurescit in eius narratione. Idē fecit Paulus agēs de Christi passione cū dixit. Considerate eū, qui talem pro nobis sustinuit cōtradictionē. Nōne Paulus de his aliqua enarrabis? vel vapulationem, vel clauos, vel coronā, vel crucē: non, nisi eū, qui talē. Hæc aded sūt magna, vt lētiri queāt: non vero explicari. Igitur quis fari poterit, animæ nostræ gaudiū, cū Deus dulcedines & suauitatem immittit? itaq; in hoc pronomine, hæc includit Christus suæ sapientiæ infinitos thesauros, quos istis paruulis & humilibus reuelat. Nullo nomine hi thesauri, & hæc sapientia includi potuerunt: ineffabilia & incenarrabilia sunt hæc mysteria. Hæc sunt dulcedines & consolationes spiritus sapientiæ, quas mundus neque attingit, nec intelligit: quæque sapientibus & prudentibus mundi absconduntur, & reuelantur paruulis & humilibus. Sed cur non dedit Deus prius gratiam, vt impij vitarent peccata, vt postea non abscondere tur eis hæc diuina sapientia? *Etiā pater quoniam sic fuit placitum ante te.* Voluntas Dei fuit. Ac si diceret. Hæc excecatio impiorum non minus decuit ad tuam iustitiam: quam piorum illuminatio ad tuam misericordiam. Quoniam sic placuit ante Deū. Nō est volentis neq; cur rentis, sed miseretis est Dei. Pharaō & Nabuchodonosor vterque reges fuere & Dei populum persecuti sunt: at Pharaō damnatur, Nabuchodonosor verò salutē consequutus est. Cur hoc? Quoniam sic placitum fuit ante Deū. De Nabuchodonosore q̄ fuerit saluus expresse asserit Augustinus. O homo tu qui es, qui respondes Deo? Nonne potestatem habet sigulus, ex lato aliud vas in honorē conficere: aliud verò in contumeliam? Nonne potestatem quā habet sigulus supra vasa, habebit etiā Deus super creaturas? Poterit ne vas etiā si linguam habeat, dicere sigulo, cur sic me fecisti. Idē ait Augustinus, q̄ quāuis Deus crearet Angelū in gehennæ flammis non faceret ei iniuriam. Ideo quod vnus sit vas contumeliæ & indignationis in interitum, & alius honoris: nulla potest assignari ratio, nisi quia hæc fuit diuina voluntas. Voluntas enim Dei cū sit prima causa omnium entium, causam non habet. Nec irrationalis aut iniusta esse potest, cū essentialiter sit iustitia infinita. Omnia quippe opera, quæ sunt in hoc mundo, siue sint naturalia, siue voluntaria, siue meritoria habent vnicā duntaxat causam scilicet beneplacitum diuinæ voluntatis: & licet alia cause assignentur, tamen omnes sunt instrumentales, & intermediæ & quasi dispositiua. Principalis autē causa omnium est voluntas Dei dempsit culpas peccatorum, de quibus actus est à Deo, culpa vero à peccatore. Omnia opera huius vitæ vel sint voluntaria, vel naturalia, vel moralia, vel artificialia, omnia ad vnā præcipuam causam reducuntur, quæ quidem mouet & influit in reliquas alias, vt suos effectus operetur: quas vero addunt Philosophi sunt naturales cause & dispositiua. Ita quod si aliquis interrogaret. Quare factum est hoc? optime quidem respōderetur. Quia sic fuit placitum ante Deum: quia Deus voluit, quia hæc fuit eius voluntas. Veluti si aliquē interrogares, quæ sit causa totius motus horologii, deuenires certè in voluntatem artificis, vel in eius, qui ipsum regit. Ita de causis rerum interroganti, deueniendum est in Dei voluntatē & beneplacitum, & ibi quæstio cessabit. Veluti si aliquis quæreret: cur est fames? quia pane indigemus. Et quare non est panis? quia non germinauit terra. Et quare non germinauit? Quia terra arcescebat. Quare arcescebat? quia non erat pluuia. Et quare non pluit? quia vapores à terra in altum non ascenderunt. Et quare non ascenderunt? Quia dominabatur planeta natura sicca. Et quare planeta ille est sicca? Quia Deus illi virtutem talem comunicauit. Et quare Deus tribuit illi talem proprietatem? Quia sic placitum fuit ante Deū. Et quare sic fuit placitū ante Deum? hæc certè iam nō est quæstio nec interrogatio: sed meta insania & stultitia: sic aded vt qui talia interrogaret, Eleboro veniret curandus, & Atricerias nauigaturus. Itaque vltra nō est procedendum. Nā cū in Dei voluntatē peruenieris, hic iam finitur quæstiones: & omnes Philosophi pedes cōsistunt. Quis mouit lapidē: baculum? Et quis baculum?

Ioan. 3.

Hebr. 5.

Aug. li. de predest. & gratia c. 15. Rom. 9. Aug. de predesti. & gratia c. 15. tom. 7.

Augustin.

Aug. lib. 1. de Gene. cō. ira Manic. cap. 2. 2. Cor. 3. baculum? manus. Et sic deinceps, peruenies in Dei voluntatem. Sic philosophandum est tā in naturalibus quā in artificialibus. Omnium rerū huius vitæ est causa Dei voluntas: & idem est de operibus meritorijs. Quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Nam si velis interrogare. Cur ille fuit sanctitate præclarus: nam hæc fuit voluntas Dei. Hæc enim ratio intellectui satisfacit. Si aliquis vero vltra progredere interrogans, Cur sic fuit Deo placitum? Talis certè esset frivola & ridicula quæstio: nam vltra terminum gradum, iam nō est aliud in quem possis deuenire. Sic egregius psalter: Eduxit me in latitudinem domini: quoniam voluit. Quia sic placuit, quoniam hæc fuit eius voluntas. Sancti vero quidquid accidit, omne Dei placito tribuunt & in hoc duo sunt. Alterum vt homo nō possit errare, alterum vero, quod Deus honoratur, & magnificatur. Hoc clarius nobis ostendit patientissimus Iob: qui cū rem, gregem & filios amississet dixit, Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est. In nostram vero eruditionem admonet locus iste, vt subijciamus intellectum nostrum diuinæ voluntati, & iudiciorum Dei ne simus examinatores. Quare hunc humiliter, illum vero exalter, noli inuestigare: si nolis in errorem incidere: satis sit tibi scire, sic placitum esse coram eo. Verè iudicia Dei abyssi multa. Vnde Paulus. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Sic ex Bethsamis percussit dominus septuaginta viros, & quinquaginta milia de plebe: eo quod vidissent arcam Dei. Non illam irreuerenter acceperunt, sed potius sacrificijs & oblationibus honorarunt: quia verò nimia curiositate eā scrutati sunt, vehementer in illos Deus animaduertit. Abhorret Deus, vt sua secreta & mysteria scrutentur: & quod nimis solliciti simus suorum operum & voluntatis. Sed obijcies fortasse. Quomodo si hæc iudicia Dei incenarrabilia & incenarrabilia sunt: ait Dauid, in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui? Vide quod aliud est (vt inquit Ambrosius) iudicia Dei: & aliud iudicia oris Dei. Iudicia Dei (vt diximus) incenarrabilia sunt: sed iudicia oris Dei sunt illa quæ annuntiauit, & quæ per os Prophetarum loquutus est. Narrabilia sunt, quia prophetæ ea dixerūt, quæ os domini e-

Aug. lib. 1. de Gene. cō. ira Manic. cap. 2. 2. Cor. 3.

Psal. 17.

Iob. 1.

Psal. 35. Rom. 11.

1. Reg. 6.

Amb. ser. 2. in psal. 118.

rāt. Os dñi erat ille, cui dicitur, clamāne cecisces, Et ille ait. Quid clamabo? Et inspiratū est vt diceret. Omnis caro fenū. Ideoq; absolute non dixit egregius psalter, quod pronuntiauerit omnia iudicia Dei, sed iudicia oris eius. Non ergo disciteamus opera Dei, sed simpliciter illi obediamus: eius voluntatē facientes in omnibus quæ nobis præcipit, sicut Christus qui ait. Sic placitum fuit ante te. Et ita in laboribus nostris, quādo quidem ab eius diuina manu proueniunt, humiliemur coram eo. Sic Heli reprehensus, dixit. Dis est: quod bonū est in oculis suis faciat: & ideo saluus fuit. Mirabile huius rei exemplum se ostendit Isaac, qui cum (vt Iosephus ait) iā esset viginti quinque annorum ætate, vel saltē erat adultus, quādo quidē ligna humeris ferebat in sacrificiū, poterat patri resistere, quando quidē fortior eo erat: cū iam esset senio cōfectus, nihilominus cū Abraham ei declarasset illud à voluntate Dei prouenire, humiliter obediuit Deo, & se in sacrificiū Deo iucundū & gratū exhibuit. Nunc vero quis in minima infirmitate, vel minimo labore Deo subijcitur? Quando arbori nō aded bonæ aliquod virgultum inferunt, fructus bonus producit: sic & nos etiā si arbores malæ, sicca & aridæ simus, si Dei voluntati nostram adiuxerimus, erimus vtiq; vtilis & commodi: per hanc enim efficiamur gni Dei cines & participes, & in animis nostris æternæ vitæ thesaurus producimur. Obediāmus igitur, Deo & conformes simus eius voluntati, & maniamus nos scuto patientiæ, in omni tempore dicentes. Gratias tibi ago domine: quoniam sic placitum fuit ante te. Sed vltra progrediamur. *Omnia mihi traditæ sunt à patre meo.* Consequenter ostendit Christus, quod sit ipse medium huius electionis, quod vnus vocetur & alius non: quod vnus abscondantur hæc diuina mysteria, & alij reuelentur, à voluntate Dei prouenit. Sed ostendit Christus quod ipse sit medium huius vocationis, quia licet à patre dependant omnia tanquā ab origine, tamen per ipsū Christū sunt omnia: idēd; ipsi data est potestas, & hæc rationē inquit, Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Hoc est, ego possum vocare quoscūq; voluerō sicut pater, quia omniū habeo potestatem sicut ipse: sed solum in hoc differt, quia potestas patris est à se, quia eā à nullo accepit: ego autē habeo eā ab ipso, quia omnia quæ habeo tradita sunt mihi ab ipso. In quantum Deus tradita sunt Christo omnia: nō

Isa. 40.

1. Reg. 3.

Gen. 22.

Isa. 1. 2.

1. Reg. 3.

Gen. 22.

Isa. 1. 2.

1. Reg. 3.

Gen. 22.

Isa. 1. 2.

1. Reg. 3.

Gen. 22.

Isa. 1. 2.

1. Reg. 3.

Gen. 22.

Isa. 1. 2.

quidem creatura, quia ista non traduntur ei: quia per ipsum facte sunt. Sed tradita sunt omnia: hoc est, omnes perfectionis Patris, quia cum sit eadem substantia num ero patris & filij, & idem esse, est eadem potestas & bonitas, sapientia, aternitas, & cetera attributa, quia impossibile est, eos differre in aliquo ab soluto, quin sint duo dij. Sed cum sit tantum vnus Deus, nulla est perfectio patris, quin eadem numero sit in filio. Sic ait ipse per Ioan- nem, omnia quae habet Pater mea sunt, quia substantia vnus est substantia alterius: quid- quid habet pater, habet filius; & subdit de Spiritu sancto dicens. Quia de meo accipiet. Accipit Spiritus sanctus esse à Christo, in qua- tum Deus est: sed si Christus accipitur in qua- tum homo, omnia de deo ei Pater, scilicet crea- turas, quae sunt extra Deum, & non ipsam sub- stantiam Patris, quia ista maior est Christo, in quantum homo. Sic Ioannes ait. Omnia de- dit ei Pater in manu. Hoc est, in potestate sua. Quae enim traduntur in manus alicuius, sunt ea, quae ipse facere potest: cui manus sit orga- ni operationu. Sed cum nihil sit nisi creatura sola creatura dicuntur ei tradite in manus: quae quidem Christo homini tradita sunt qua- tum ad auctoritatem in instanti conceptio- nis, quia per id quod fuit humanitas coniun- cta verbo, habet maiorem perfectionem qua- omnes creaturae sunt: sed quantum ad po- testatem tradita sunt ei omnia in resurrectio- ne, vt ipse dixit discipulis, cum apparuit eis post suam resurrectionem. Tradita est mihi omnis potestas, in caelo & in terra. Quantum autem ad effectum tradentur omnia Christo homi- ni in die iudicij: quia tunc omnia erunt sub- iecta pedibus eius: & manebunt in aeternum sicut ipse voluerit, & ideo tunc Christus dice- tur regnare, & dare regnum Deo Patri. Igitur si omnia tradita sunt Christo, bene sequi- tur vt pulchre differat Diuus Augustinus) quod qui Christum habet, omnia habet: & quod aliis nihil habet. Quid ergo vos mudi amatores queritis diuitias & honores, vbi eas inuenire non potestis: querite dominum & replebitur anima vestra. Bene David in Psalmo loquitur dicens, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Qui deficit ei, qui Chri- stum habet: cum sit Christus summum bonu, qui illu habet omnia bona habet. Si cupis pa- cem, in se est pax nostra faciens ex vtraq; vnu. Si diuitias & honores ambis, vnde tibi hos co- parare poteris, nisi de proprio deposcere fon-

te qui Christus est, in quo sunt omnes thesau- ri sapientiae & scientiae: Dicitur aded diues erat Paulus & potens habens Christum, vt in hac verba proruperit. Omnia possum in eo, qui me confortat. Nam si tristis incedis, & nullo gaudio cor tuu exultat, id certe euenit, quia Christum non habes: & procul eum habitas. Si Christum socium haberes, nemo aduersus te praualeret: & consolationis fontem possi- deres, ex qua dulcedinem & suauitem posses exhaurire: quia vt Augustinus ait, Tenebis eu per quem facta sunt omnia, & cum ipso om- nia possidebis. Et sicut qui Christum habet, possidet cum illo omnia: ita qui Christum non habet, plenus est miserijs & necessitatibus. Vade David in psalmo. De necessitatibus meis erue me. Diues & potens erat David, & non querebat externa aliqua, sed animae interio- rem necessitatem videbat. Et Tobias san- ctus, Habebimus multa bona, si timerimus Deum. Et alibi dicitur. Quid volui in caelo, & quid aliud volui super terram praeter te? Omnia vtrique necessitas & pauperies sunt animae nostrae, quando Deuseam non inhabi- tat. Stercora terrae quarunt homines solliciti & diligentes, & id non sine magnis laborib: cum tranquille & quiete paradisi flores sibi possint comparare. Deum igitur nobiscum habeamus, & omnibus bonis affluemus: qua- doquidem aded bonus, misericors, & benignus est, quod cum eam potentiam & maie- statem habeat, vt dicat, omnia tradita sunt mihi à Patre meo, statim nos inuitat, & ad se allicit, dicens, Venite ad me omnes, qui labo- ratis, & onerati estis, vt Matthaeus scribit. Attende etiam & considera liberalitatem & bonitatem Dei: siquidem in Christi manus omnia consistit. Nobiles namque, magnates & principes huius mundi etiam si liberales & magnifici sint, praefectu tamen domus, qui re- familiare & dona in pauperes & domesti- cos distribuit, avarum habent: vt etiam si ipsi vt domini rem velint distribuere, & dignos beneficijs & donis cumulare: ipsi praefecti ma- nus comprimant & contrahant. Dominus ta- men praefectum & distributorem aded libe- ralem habet, in cuius potestate & manus om- nia tradidit, vt ipse distribuat. Pater dedit ei omnia in manus. Et quae obsecro sunt iste ma- nus? Manus perforata, manus aperta & exten- sa. Latroni namque qui vt sui recordaretur petebat, plus petito promisit, & caelum tribuit. Ingens consolatio omnibus peccatoribus ef-

Colo. v. Phil. 4.

Ser. 54. d. verbis domi ni in Ioan. in fine. Psal. 24.

Tob. 4. Psal. 72.

Mat. 11.

Mat. 24.

Ioan. 11. Luce 13.

se deberet: propterea quod Christum habeat liberalem largitorem, & datorem donorum & gratiae Dei. Ne obsecro pigri & ignaui si- mus in petendo, vt nostrorum peccatorum misereatur: quandoquidem ipse in parcen- do liberalibus manibus remittit. Po- stremo hic est obseruandum, quod his ver- bis Christus cum praedicaret, vt ad se omnes venirent, ostendit magnitudinem, autorita- tem, potentiam, & diuitias sui ipsius: ne voca- tionem contineant, cum ipsum dominum viderent pauperem & humilem. Si Rex iter faceret, sine equo, sine apparatu regio, sed ta- quam aliquis seruus & minister, & in itinere obviam ferret potenti alicui suae magnati, tuncque rex ei dixisset, vellet ne domi sua personam villici aut praefecti sustinere: tunc certe ille nobilis & potens Regem irrideret, & insanum iudicaret. At vero si Rex se illi o- stenderet, & quis esset diceret, procul dubio beneficium oblatum acceptaret. Ita Christus cum in Capharnaum praedicaret, & vocaret multos, vt ad se venirent, dicens, venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: quia vero aliquis poterat obje- cere. Qui fieri potest vt nos reficias, & dita- re possis, cum tu pauper & humilis sis: ne ad- uocationem gentes contemnerent (cum ipse Rex gloriae expoliatus esset) ideo se mani- festat inquiens. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Filius sum Dei, Rex, & Princeps caeli, diues & potens: qui vestris potero sub- uenire miserijs & pauperiem subleuare. Sed iterum posset aliquis instare. Vnde tu hanc habes potestatem: cum sis homo similis nobis? ad hoc respondet dicens. Et nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Pater est à quo ista proueniunt, & nemo nouit patrem nisi filius, scilicet Christus ipse, qui filius Dei est. Quantum enim Deus cognoscibilis est, non potest à creatura cognosci, cum sit obiectum infinitum. Spiritus sanctus tamen non exclu- ditur ab hac cognitione, sicut neque quan- do Christus dixit loquens de vltimo iudicio. De die illa nemo scit, neque Angeli eius, sed solus pater. Non excluditur ibi spiritus san- ctus, quia dictio exclusiua in diuinis ad dita vni personae respectu termini essentialis non excludit aliam, quia essentialis sunt eadem numero tribus personis. Quapropter quid- quid praedicatur de vna persona, praedicatur de tribus: propter inseparabilitatem & con-

substantialitatem trium personarum. Sed per hoc, quod dicitur nemo, excluditur quodlibet suppositum creatum. Vnde idem est di- cere. Nemo nouit nisi pater, sicut dicere. Ne- mo nouit nisi Deus: cum isti sint termini es- sentialiter, cum sint communes tribus perso- nis: diuina enim personae cognoscunt sese, quantum cognoscibiles sunt. Et isto mo- do loquitur Christus, quod nemo nouit fili- um nisi pater, neque patrem nouit nisi fi- lius: nos vero isto modo non possumus illum cognoscere quantum illum aliquoter in hac vita cognoscere possumus per naturalem ra- tionem. Et quia ratio naturalis à Deo colla- ta est, ideo illa cognitio quae de Deo per na- turalem rationem habetur, aliquando reuelatio appellatur: iuxta illud Pauli. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quae facta sunt in- telligta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Sed per naturalem rationem nemo Philosophorum cognouit ali- quam diuinam personam secundum pro- prietatem personalem: nec Sacratissimam Tri- nitatem. Sed est alia reuelatio diuinior & al- tior: qua (Deo reuelante) cognoscimus eum per fidem. Perfectissima autem cognitio, quae de Deo potest haberi in hac via est per meta- & puram negationem: ita vt vniamur Deo tanquam enti incomprehensibili & prorsus ignoto quantum ad quid est. In eo autem o- dicit, quod reuelat tui vult, ostendit, quod si- des est donum Dei iuxta Pauli sententiam. Cui vult se reuelat & manifestat dominus. Ideo Paulus ait, cum autem placuit ei, qui me segregauit ab utero matris meae, & voca- uit per gratiam suam, vt reuelaret filium suu in me. Magnam quidem beneficium Christi cola à Deo accepit, cui reuelauit filium suu: quandoquidem eu iam cognoscit, & scit, quis sit. Sed aduerte & vigila ne in vtranius au re dormias, quia non sufficit tantu cognoscere. Angeli quippe cognouerunt eum in caelo, & propter suam superbiam ceciderunt daemo- nes facti. Non satis est, vt eum cognoscas: sed vt diligas. Illa sancta quatuor animalia erant plena oculis, quia plena erant cognitione di- uina: sed vide quid scriptura dicat. Coram facie sua abulabant. Sic non sufficit vt Deum cognoscas, sed oportet quod ambules coram facie: hoc est vt viuas secundum id quod in- telligis, Deum semper coram oculis ferens, & in eius mandatis diligenter ambulans: vir- tutem virtuti copulans, vt videas Deu deorum in Sion

Rom. 1.

Eph. 2. Gal. 1.

Ezechi. 1.

Psal. 83.

in Sion

Ioan. 16.

Ioan. 13.

Mat. 28. Hebr. 10.

1. Cor. 15.

Psalm. 22.

Eph. 2.

in sign in bonis operibus exercēs & excolēs, vt sanctē & immaculatē viuas. Vult Deus cognoscere magis cupit amari, & timeri. Ex sex genitibus millibus, qui ex Aegypto egressi sunt, qui Deum cognoscebant, omnes in deserto perierunt, exceptis duobus: quia non omnes diligendo Deum sequebantur. Sed hæc de hac re iam dicta sufficiant, nunc iam Lucam audiamus. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Conuertite se ad discipulos, vt eos reddat attentos: quia cum ipsi de eorum beatitudine & felicitate loqui volebat. Quia in superioribus dixerat Patrem cœlestem autorem esse beneficii collati: ostendit etiam se huius collationis mediatorē esse. Præterea, quia dixerat dominus alloquens Patrem, quod sacramenta & mysteria quæ superbis absconderat, reuelauerat paruulis: nunc ostendit qui sint illi paruuli scilicet discipuli & sequaces eorum, æque est contemnenda illa reuelatio quæ beatos facit. Ant ergo. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Hæc beata visio discipulorum Christi non intelligenda est de sola corporalitate: nam sic beati essent Pharisei & crucifixores, qui illum corporaliter viderunt. Neque de visione solummodo secundum fidem: quia isto modo Patriarchæ & Prophete Christum viderunt, quia crediderunt in eum, & tamen non dicuntur beati cum Christus hic assignet differentiam dicens. Multi Reges & Prophete voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Ideo intelligitur de vtraque visione simul: scilicet quod Christum corporaliter viderunt, & etiam crediderunt quod esset filius Dei. Erat enim quædam beatitudo videre hominem illum, quem sciebant verum Deum esse: in quo omne bonum nostrum positum esse agnosceremus. Non erat autem beati illa beatitudo, quæ est in patria: sed alia quadam quæ alterius speciem præferret, & quæ superat omne gaudium huius vite. Præterea, non beati isto modo censendi sunt illi, qui Christum vident & credunt, & charitatem non habent. Quidam enim (vt Paulus ait) Deum cognouerunt, & quia illum non glorificauerunt diligendo euauerunt in cogitationibus suis. Quemadmodum excusorium sacramentum etiam si silecem fortiter collidat, nisi illi diligentiōsimè somitè, in quo suscipiat admoueris, nullum omnino ex ea industria & labore fructum assequutus eris: ita illi Philosophi, de quibus loquitur Paulus quauis ingenij acie veluti quodam excusorio fer-

Num. 1.  
Num. 14.

Rom. 1.

ramento, præclarissimum illum & egregium silecem Deum assidue ferierunt, & ex ea mutua collisione splendidissimæ scintille emicuerint eorum nimirum circa huius nobilissimæ substantiæ attributa cognitio mirabilis fuit: illorum tamen animis affectu voluntatis, quo hic cœlestis ignis accendi debuisset prorsus destitutus, in densissimis errorum tenebris lapsi sunt, Ideo dixit Paulus, quod obscuratus est insipiens cor illorum: quia Dei gratiam non acceperunt, vt eum diligeret. Vt nauclerus si ne claritate solis suis lunæ non potest portum capere: ita homo lumine gratiæ destitutus non potest gloriæ portum contingere. Existimat se anchoram in locum tutum iacere, cum in scopulum iecerit, vbi nulla prorsus est salutis spes. Sic Philosophi errauerunt putantes se esse sapientes, itulit facti sunt: quia cum Deum cognouissent, non sicut Dei glorificauerunt nec eum dilexerunt. Ideo gratia Dei destituti cæci facti sunt, & euauerunt in cogitationibus suis. At Apostoli omnia hæc habuerunt: quia cum Christum corporalibus oculis cernerent, eius diuinitatem credebant, atque illum diligebant. Et non etiam licet Christum corporalibus oculis non videamus sicut illi sancti Apostoli tamē & nos beati sumus beatitudine hac, de qua Christus hic nunc loquitur, si credentes in eum dilexerimus illum, sicut ipse Saluator testatur dicens. Beati qui me non viderunt, & crediderunt. Porro mentionem facit hic Christus oculorum: vt illis significaret rationem & intellectum humanum: est enim pars cœlestis in homine. Possumus etiam per hæc discipulorum visionem, eam cognitionem intelligere, quam Apostoli de Christo habebant: quia Christi doctrinam & mysteria, quæ prædicabant rectè per callebant ipsi: nam immediate ante hoc dixerat Christus Patri, id factum esse rectè, & sibi bene visum fuisse, vt ea quæ prædicabat sapientibus & prudentibus absconderentur: paruulis vero & humilibus esset manifesta. Conuertit autē sermonē ad discipulos ait, beati oculi qui vident quæ vos videtis. Ac si diceret, Beati oculi vestri de discipuli mei, qui vident, hæc est qui intelligunt, quæ vos videtis. Apostoli enim quantumuis insciji & ignari melius tamen intelligebant, quam omnes sapientes huius mundi: fides quippe cum charitate coniuncta ita claros efficit oculos, vt qui eam habet potest aperte & clarè, quod nemo in fideali cognoscere & intelligere. Sic

Ioan. 20.

Ioan. 20.

4 Reg. 16.  
Ait. 7.

Psal. 72.

Prouer. 8.  
1. Par. 29.

1. Cor. 2.

Ephe. 2.

Colo. 2.

Sic Heliseus sanctos Angelos videbat adstantes iuxta illum, quod nemo alius videbat. Et Stephanus videbat cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: quod nemo videre poterat. Igitur Apostoli non solum oculis corporeis Christum viderunt, sed viua fide: & non solum auribus corporeis Christum audierunt, sed corde etiam, & intelligebant, atque ideo beati. Non inquam beati, quia diuites, fortes, aut potentes essent (hæc enim beatitudo carnis est) sed quia Christum mentis oculis cernere meruerunt. Mundus illos iudicabat beatos, qui magnis opibus fruebantur, qui alijs imperabant, qui diuite quadam mundi suppellectile affuebant. Sic Dauid in psalmo. Promptuarie eorum plena, & oues eorum ferocia, filie eius compositæ ad similitudinem templi, &c. beatum dixerunt eum, cui hæc sunt. Sed longè aliter Christum qui beatus iudicatur eos, qui oculis fidei illum intuentur: & diligunt. Quauis immensis diuitiarum cumulis te ipsum ditaueris, hæc omnia nequaquam sunt vera bona veraque diuitiæ: sed speciem solum & vmbra bonorum fingunt. Et contra quauis pauperes & egeni sancti Apostoli erant, tamē Christus vocat eos diuites & beatos, indicans eos veras diuitias habere. Vnde obsecro sibi has comparauerunt: Ex fide cum charitate coniuncta. Mecum sunt (inquit sapientia) diuitiæ & gloria, opes & iustitia. Et Dauid. Tua domine potentia & gloria, cuncta quæ in cœlo sunt, & in terra tua sunt. Restat igitur obsecrare ne Dei beneficijs sumus ingrati: quandoquidem nobis etiam dicitur, quod sanctis Apostolis. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Accepimus nos præ alijs hominibus tales oculos, quibus ea videmus & intuemur, quæ nulla humana ratio indagare nec intelligere poterat, quæ etiam nullus ex potentibus mundi cognouit: & eas aures, quæ talia audiunt, quæ ab initio mundi absconsa sunt, sicut Paulus Ephesijs ait. Et quæ illa sint, audi. Primum videmus & audimus in nostro Euangelio omnes Christiani: peccatum primorum parentum, propter quod omnes nati sumus filij iræ, per Christi mortem iam abolitum & sublatum esse: & iam Christum nobis se reconciliasse. Secundum Deum factum esse patrem nostrum, cui quilibet quantumuis paruulus audeo dicere. Pater noster, qui es in cœlis. Tertium Christum videmus fratrem nostrum: & sic ipse ad Magdalenam

ait: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, &c. Vade & dic fratribus meis. Quarto Christum videmus Pontificem nostrum & aduocatum apud patrem: ideo enim per proprium sanguinem introiit in sancta, vt ibi appareat in conspectu Dei pro nobis. Quinto videmus & audimus, quod cœlum nobis pateat. Nolite (inquit Christus) timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare regnum: Nonne vides hæc quam magna sint? Non fecit profecto taliter omni nationi. Quo maiora accepimus, tanto plus gratitudinis à nobis exigitur & si velis audire, quanta & quam magna hæc sint, audi sequentia. Dico enim vobis quod multi Prophete & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Sed dicit aliquis. Cum constet Deum patribus fuisse loquutum & ab eis visum, quid sibi vult: quod hic dicitur. Multi Prophete & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Nam Abraham multoties Deum apparentem vidit: & tandem in trinum Angelorum personis hospitio recepit. Moses quoque scriptura teste, cum Deo solitās erat loqui facie ad faciem: sicut loquitur homo cum amico suo. Et Esaias vidisse se dicit dominum sedentem super solium excelsum. Sic etiam Micheas, multique alij Prophete verissimè sibi Deum apparuisse consueuerunt. Vnde & videntes sunt appellati: & ferè tota scriptura patres antiquos, Deum vidisse demonstrat: Si ergo sancti patres & Prophete Deum viderunt, (vt scriptura testatur) quid est quod Dominus dicit. Voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt? sed vt iam dictum est, aliud est videre per imaginem, & aliud per speciem. Viderunt quidem sancti præmemorati Deum omnipotentem: sed per speculum & imagines in subiecta creatura. Omnes enim manifestationes, quæ ad patres veteri testamenti factæ sunt per inferiores Deo creaturas, id est per Angelos factæ sunt: Si enim in se ipso absque vllis imaginibus Deum sancti viderunt, sicut est, quid est, quod Moses qui cum domino (vt iam dictum est) facie ad faciem loquebatur, obsecrabat dicens. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum manifestè vt videam te. Quem manifestè videre cupiebat: vtique ad illud tempus per imagines & figuras se vidisse declarabat. Vnde & beatus Stephanus de ip-

Ioan. 20.  
1. Ioan. 2.  
Hebr. 9.

Luc. 12.

Psal. 147.

Ioan. 8.

Genes. 18.  
Exod. 32.

Esai. 6.  
2. Reg. 22.  
1. Reg. 9.

Exod. 33.



de ipso dicit, Hic est Moses, qui cum Angelo loquebatur: qui apparuit ei in rubo. Porro longè aliter sancti Apostoli dominum videre meruerunt: qui ipsum presentem habebant, & ei convicta familiarissimè adhaerentes, quidquid cognoscere voluissent, non per speculum aut aigmata, non per Angelos aut alias visionum species, sed ipsum dominum interrogantes disciebant: unde omnibus sanctis iam præteritis, privilegio beatitudinis præferuntur. Nam illi, qui in veteri testamento Deum vidisse narrantur iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis re promissionibus: sed à longè eas aspicientes & salutantes. Sciendū præterea per incrementa temporum cognitionem Dei, in hominibus creuisse. Apparuit dominus Abraham: sed longè postmodum Moysi, dicit. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: & nomen meum, A donai, non indicavit eis, quibus verbis Moyses, plus aliquid de Deo vidisse, quam præcedentes patres, ostenditur. Beatus etiam David multis postea temporibus natus dicit manifestè, super senes intellexi. Quod est dicere, Præcunctis qui ante me fuerunt Patriarchis & Prophetis sublimius aliquid de Dei maiestatem cognovi. Verùm præ omnibus illis clarior & excellentius illuminati sunt Apostoli: qui ab ipsa, & per ipsam Dei sapientiam eruditi, cuncta, quæ de cælestibus & diuinis humana poterat ferre capacitas, plenissimè cognoverunt. At Pharisæi non sic viderunt Christum, quoniam mentem eorum malitia excæcavit, & oculos habebant infirmos. Nos verò si beati esse volumus, & Christum videre in cælo, simplicioribus oculis eum in hac vita intueamur. Unde in Canticis, Oculi tui columbarum. Columba caret felle, & simplices habet oculos. Tales opus est, nos habeamus, quia talibus Deus videtur, & hi soli sunt beati. At vero quia in oculis hominum est malitia, fictio, & prauum iudicium, nihil vident, quod in malam partem non retorquæant: de proximo nam vita præuè iudicantes. Hypocrita trabè quæ est in oculo tuo, non vides, &c. Sed de hoc capite sexto latius dicemus. Ad nostram verò eruditionem alià duo hic obseruanda sunt. Primum est, quam varum valeat coram oculis Dei, vel regem esse, vel prophetam, vel principem, magnatem, diuitem, aut parentem: qui oculos coniecit in pauperes piscatores, cõtempso, & abiectos iudicio mundi, & hosiã amplissimam dignitatem & honores ele-

uar, potentes vero deiecit & contèhr. Vnde Paulus. Ignobilia mundi & contèptibilia ele. **Cor. 1.**  
 git Deus, & ea quæ nõ sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt nõ gloriaretur omnis caro in cõspetu eius. Ex hoc facile erit discere, quã vanũ sit, hominem gloriari, in regnis, dignitatibus, & officijs in maiorum stemmatis & sanguine: quando quidem hæc omnia nullius valoris & momenti sunt apud Deum, sed quæ ipse fuerit operatus. Est hoc clariùs cognoscere desideratis, quid nobilium in homine Christiano esse potest, quàm quod sit filius Dei: certe si omnia alia cum istis conferantur, nulla sunt: nam si filij, hæc des erimus regni colorum. Sed attendite quàm parum proficit hæc nobilitas, nisi reliquis virtutibus, quæ ad filium Dei pertinent, adiungatur. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Pr. mò declarat hominis dignitatem in eo, quod est filius Dei: secundò ostendit quod nihil hæc dignitas proficit, si vt homines vixerimus: quia sicut homines moriemur. Quid est sicut homines moriemini: totũ quod estis absorbet mors: nã si sicut homines vixeritis, sicut homines moriemini, & ibi omnis valor & dignitas vestra sistet. Non moriemini sicut filij Dei excelsi, quos ad eò diuiniõr. & felicitior vita expectat. Et sicut princeps in bello, qui licet magno fit stipatus exercitu, lucis & splendentibus armis etiam cadit: sic & vos cadetis. Ecce ergo, quomodo eiciuntur filij Dei excelsi, nisi vt tales, & talis patris filij venerint. Sed si cupias istam rem mirabiliorem efficere. Magnum est esse filios adoptiuos Dei, maius filium naturalem, sicut solus Christus erat: sed Christus non vult filius Dei haberi, si opera patris non fecerit, cum ipse met dicat, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Et si omnia hæc quæ nobilia sunt & præclara, sine virtute & sanctis operibus pro nihilo reputantur: quid cogitas apud Deum valebit sanguinis nobilitas, illustis progenies, regale sceptrum, & mundi sublimis dignitas? Omnia hæc Deus nihili pendit & facit. Et vt certius intelligas quam rationem aut mentionem de his dignitatibus habeat, nihilò clariùs ostenditur, quàm vt id quod multi reges & propheta cupierunt videre, paruulis & humilibus piscatoribus dignum iudicet ostendi & manifestari. Obseruandum secundo est, quod si aliqua inuidia te inuaserit, vt sancti Apostoli ea viderint, quæ tu non vidisti, illud attendas

Galat. 4. Psal. 81.

Ioan. 10.

Mat. 27.

Mat. 5.

deus in beatitudinem. (Sed et) si illud non negatis, potest attingere. Certè beati erant oculi Reserptiorum, qui Christum in carne viderunt: sed maior beatitudo erit videre Christum impassibilem & immortalem in cælis. Cum hæc quæppe beatitudo dicitur, scilicet cum Apostoli Christum in carne viderant, poterant & ipsi dominari, quod Iudæ contigit: sed qui Christum viderit in cælis, nequaquam ab illa beatitudine poterit frustrari. Agè ergo, vt hæc beatitudinem consequaris, quam multi Reges & Patriarchæ non valuerunt consequi: quando quidem id est in tua manu & potestate, &c. & equitur. Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans eum & dicens. Utque in lege peritus erat, & peritum se iudicabat, & non querebat, vt diceret, sed vt tentaret: sicut est mos literatorum superbiorum. Aduertere quem admodum legis periti, doctores & sapientiores sunt capitales inimici Christi: & qui prius eum & suam doctrinam persequantur. Nulla est gens tam pestifera & iniuriosa, vt literati qui deprauatam habent conscientiam: & plus damni in ciuitatem & populum vnus horum infert, qui iam habet auctoritatem & opinionem, quam centum alij simpliciter & ignorantem. Nam vt sapientibus illis dicitur, atque ita populam peste peius corrumpunt: vt est videre in strage & damno quod Lutherus iniustus suo errore causauit. Attendite obsecro & plangite stragem, quam in Ecclesia Dei fecerunt Zainglius, Oecolampadius, Caluinus, & alij. Vt ex phariseo populo ostendit, ubi salutaria medicamenta & pretiosa unguenta venduntur: aliquando exit taxum & mortiferum venenum: sic ex hominibus doctis & scientia excoltis pestifera incedunt: egreditur doctrina. Multi dicunt vt sciunt, non tamen vt boni efficiantur. Herodes impius seruabat scripturas nõ vt bonus officeretur, sed vt sciret & ibi Christus esset natus, vt interficeret eum. Sic multi dant operam literis & vehementer insudant, annales reuoluunt, Bartolos, & Isalones, non vt meliorem vitam degant, nec vt studiosi sint: sed vt infontem persequantur, & vt rem pauperi rapiant, vt solet non raro contingere inter iurisperitos, qui mentem & sensum textus verum & germanum noua explicatio ne distorquent, quo certè non minima rerum & pecunie quantitas naufragium patitur: qui quidem doctores suis literis plurimos salunt, & gratia peccata committunt. Hi sunt

hi, qui Herodem conturbauerunt, qui cum possent omnem sententiam & auctoritatem Prophetæ Michæe explicare, quæ quidem de diuinitate Christi agebat, & de regno eius spirituali, noluerunt: & ita fuerunt in causa vt Herodes innocentes interiret. Hos superbos & non sane conscientie literatos Christus taxat, dicens, Vt vos legis periti, qui tulistis clauem scientiæ, &c. Ideo Spiritus sanctus ait Ecclesiæ. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Quis vana tale vidit? si dixisset, faciemus tibi murenulas argenteas, aut vermiculatas, hoc non esset mixtum: sed murenulas aureas argento vermiculatas, minus bene videtur. Bene quidem & præclare scriptura sancta inquit: nam basis & fundamentum est vita recta & mores sancti: & super hoc aurum plurimum charitatis & amoris Dei venire debet scientia vt argentum. Ad fundamentum id quod est fortius & tenacius requiritur: melius nam quæ esse probum & studiosum, quam literatum & sapientem. Tunc enim scientia & literæ sunt bona: quando virtuti coniunguntur: nam cum ita non fuerit, ab infano & amente non differt, qui cum ense arripit, quem vult interficere, & si liberit etiam se ipsum. Stultus & demens est literatus sine virtutibus, ense quæ euaginatam affert, qui armis literarum & sua auctoritate & opinione se ipsum & multos alios destruit. Si vis vt literis præclarus & excellens filius tuus euadat, cum prius doceas, quo itinere in cælum est iturus. Ideo David in Psalmo. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Prius dixit bonitatem & disciplinam, & postea scientiam. Super virtutis fundamento bene literæ sedebunt: nam si capere vel gausape mortuum induas, & si plurimis vestimentis oneres, nequaquam calefies, quando quidem ab intrinseco nihil habet calorem natium, qui quidem vitam & animam sustentat. Sic nimirum, si in tuo corde ignis amoris Dei nõ ardet: quid quid habueris exterius, aut torias, literæ & scientia parum vel nihil tibi proderunt. Huc aspice, qui cum legis esset peritus audacior fuit. Et vt in lege doctus Christum vult tentare, & querit non vt discat, sed vt eum sermone capiat & arguat, si ad interrogata non respondisset. Officium hoc demonis est, de quo Euangelium inquit, & est tentator. Accedens inquit Euangelista tentator. Non vocauit eum demonem, sed tentatorem,

Mich. 5.

Matth. 23. Cap. 23.

Psal. 118.

Matth. 4.

rem, cū tentatoris officium haberet, quem admodū hic. ¶ Duplici ratione eū tentabat, altera, vt ignarum & insipientem Christū ostēderet, si rogātis non responderet, atq; ita nomen & famā Christi quā sapientis & literati habebat obscurata esset: sed famā bonorū nō obscuratur. Terra erat aquis operā, sed Deus dixit, Congregentur aquę in locum vnum, & appareat arida. Sic Deus vult vt gloria iustorum manifestetur. Venditur Ioseph à fratribus, sed à Deo exaltatur. Altera ratio erat, quia interrogabat vt tentaret, non verò quia nesciret. Achab Michāam interrogabat non quia veritatem velle agnosceret, sed tantum vt interrogaret, sic multi quærunt multa inutilia non vt sciāt, sed tantum vt quærant. Sed quid dicat audiamus. *Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo.* Audierat Christum loquentem de beatitudine, idēo de medio perueniendi ad beatitudinem quærat, nō ighorans media, quia cū interrogaretur quid in lege scriptum esset bene respondit, Diliges dominum Deū tuum, &c. Sed interrogauit tentans vōlens scire an Christus cognosceret quid esset agendum ad consequendum vitam aeternam. Præterea magistrum illum vocat vt facilius eum decipiat, si incautum inuenisset, amicitiam & beneuolentiam simulans, sicut scorpio ore blanditur, cauda autem pungit. Vnde Dauid in psalmo. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Concinnate propriè est apud componere, sic vt fallacia non intelligatur: & verbis compositis malitia non appareat. Idēo concinnat lingua dolos, quando verbis compositis fallaciā simulamus. Iubebat Deus in lege, vt nemo vellem ex lino & lana rexeret cū res essent differentes. Illi lino & lanam texunt quia inuoluntate in peccatis re habent. Ex his compositis & fictis duplici facie incedentibus mundus est repletus: qui coram facie te laudant, à tergo vero te vendunt, & deceptum semper te tenent. De aliquo malè coram te loquuntur, vt tu in similia verba p̄torum pas: quæ cū non ex ore ex ciderent, alteri iam dicta & recitata sunt. Vnde duplici corde, labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredien- ti duabus vijs. ¶ Secundo potuit etiam vocare eum magistrum, vt magisterium irridere: nam quæ sita in prætorio Pilati vt eius regnū irrideret coram ex sentibus capiti imposuerunt, & in manu p̄o regali sceptro arum-

dinem: & genibus flexis regem illum appellabant dicentes. Aue Rex Iudæorum: & in domo Caiphæ Prophetiam irridentes, oculos tegebant; & alapis cadentes ipsū interrogabant, Prophetiza quis est, qui te percussit. Et quemadmodum in passione regnū & Prophetiam irridebant: nunc vero magistrum & doctrinam, vocantes eum magistrū per irrisionem & ironiam. ¶ Præterea de vita aeterna quærunt, quia hæc naturaliter desideratur: nam vita hæc fluxa, breuis, & momentanea est. Licet enim longa videatur breuissima tamen est, & habetque interham malitiam: cū non simul per centum annos viuatur, sed successiue per breuissima momenta reimporis vita discurrit. Nam de vita solum vnū momentum nobis presens est, nam alterum fuit vt succedat sequens: idque dum acquiris, recessit præsens, sicque omnes quasi aqua dilabimur. Sic adeo vt cum extrema hora peruenerit, qui centū vixerit annos, vnum se momentū putet vixisse. Sic Iacob ingressus Egyptū cū à Pharaone interrogaretur. Quorū sunt dies vitæ? respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ cētum triginta annorū sunt, parui & mali. Paruos dixit annos, quia vno momento omnia includuntur tēpora: & malos propter immensos labores, quos secum tanquam inundans flumen vita nostra omni hora deferret. Quapropter sicut naturali propensione volatilia volare appetunt, & pisces natate, & reptilia gradi, inimi eque in his frustretur naturas ita homines naturaliter appetunt beatitudinē, quā necesse est habere in futuro seculo, cū hic non reperitur: & appetitus humanus non satietur, nec quietat. Anima igitur fertur in desiderio libero & naturali & quodam interno appetitu: cui si omnibus spiritibus celestibus tribus frui sine Deo nequaquā satietur, nec beata erit. ¶ Obserua autem quod licet iste legis doctor dignus sit reprehensione, eo quod Christum aggreditur tentare: tamen in aliquibus laude dignus est. Primum quia non inutilis quæstiones aut frivolas quæstiones, sed de beatitudine celesti. Vtinā omnes nostræ loquelæ, & cōuentus eō ten derēt, vt scire possemus, quid requiratur, vt salui simus. Multos videbis, qui de multis impertinentibus sunt solliciti: est illud: An Salomō fuerit saluus, An Deus terga habeat, quia dixit Moysi, posteriora mea videbis: pauci autem secularēs, vel nulli sunt, qui te interrogant, quid faciant, vt vitam aeternam consequantur.

Mat. 26.

2. Reg. 14.

Gen. 47.

Matth. 25.

1. Petri. 2.

Matth. 19.

Roman. 2.

Iacob. 1.

Psal. 102.

Matth. 20.

Exod. 33.

consequantur. In alium longè locum suū iactant cogitatum, & quæstionem: nempe, qui fieri possit vt diuitias sibi cōparēt, & pecunias & thesauros cumulent: quomodo honores & dignitates venari valeant, & quomodo in gratiam & amicitiam Principum & Regū deueniant. Pauci verò sunt, qui viros theologos, & religiosos de sua salute interrogant: & id non aliunde euenit, nisi quia omnes mentem suam, cogitatum, curas & labores in res caducas & miserās huius vitæ collocant, patriā illā beatam, ciuitatem sanctam Hierusalē, ad quā nati fuerunt, obliuioni tradendo. Certe si oculos vitā illā haberemus, ad quam diu noctuq; iter facimus, alia essent cura nostræ, cogitationes, & loquelæ. ¶ Secundo laudandus quis dicit. Quid faciēdo: nam etiam si hic doctor esset malus, nō adeo vt hi pessimi Lutherani, qui fatentur, opera nullo modo esse necessaria, ad consequendū vitam aeternā: & solam fidē sufficere. Hic doctor bene intellexit vt in lege peritus, nos non posse regnum Dei consequi, otiosi, ignari, & pigri: sed nostro labore cura & diligentia. Ideo non dixit, quid credendo, sed quid faciēdo. Nam licet electis gloria aeterna Dei prædestinatione dimanet: non tamen prouenit nisi ex eorū operibus. Idēo in Mattheo legimus, quod diuitius dicit Deus, Venite benediciti, possidete regnum, quod vobis paratū est ab origine mudi. Sequitur statim, Esuristi & dedisti mihi manducare: sitiisti, &c. Preparatum dixit eis regnū ab æternō: sed statim addit, quod fuit ab illis comparatū operibus misericordiæ & actibus bonis. Aeterna prædestinatio sine nobis est quantum ad principium, quia Deus sine nobis elegit nos: sed nō est sine nobis, quantum ad finem, quia sine nobis non glorificamur. Idēo Deus opera exigit: & hic sapienter querit quibus operibus vitam aeternam esset consequuturus. Vnde beatus Petrus Satagite vt per bona opera certam vocationem & electionem vestram faciatis. Certam ergo facimus per bona opera futuram gloriam: sicut saluator ait. Si vis ad vitam ingredi serua mā data. Nō enim audi ores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Iacobus, Stote factores verbi, & non auditores tantū, fallentes vos metipsos. De iustis etiam Psalmista ait, quod memores sunt mandatorum eius, ad faciēdo mea. Sic ille pater familias non dedit denarium (per quem æter na retributio intelligitur) nisi illis qui in vinea

domini laborauerunt: idēo operatōs eōndē iudicium non verbosos. Et apud Ioannēm Christus ait. Omnem palmitem in me non ferēntem fructum, tolleret pater meus. Follērem autem eum (vt ipse ait infra) est mittēre illum in ignem vt ardeat. Non tamen condemnatur ob aliud, nisi quia fructum non facit. Et Esaias. Discite (inquit) benefacere. Non di xit, discite benedicere: sed discite bene facere. Ex istis & infinitis locis scripturæ quæ omni to breuitatis gratia apertè collat opera bona esse necessaria ad vitam aeternam consequēdam. Ad quod vt intelligas, debes præti ponere in quacunque re & esse substantiam, & etiā accidentia, quæ ipsi rei accedunt & adherent. A qua, sua natura est aqua, & præter hoc habet quod sit frigida, clara, & lucida: hoc autem scilicet clarā frigidā & fluxilem esse, non est aquæ substantia: quam si calefacias frigiditatem amittit, aqua tamen remanet. Atq; ita substantia est ipsa natura rerum, accessoria autem quæ amitti possunt, accidentia sunt: quæ etiam si amittantur, ipsa substantia persistit. Verum est tamen quod tātum ex accessorijs potest adimi, vt ipsa substantia periret. In tantum enim aqua calefieri potest, vt per consumptionem, natura aquæ deficeret: nam his accidentibus conseruatur. A qua enim frigore corrumpitur, & calore absumitur. ¶ Satis necesse est fidem, & charitatem habere sine reliquis exterioribus: Ita nimirum: nam qui viuam fidem, perfectam spem, & charitatem consummatam haberet, satis illi esset. Sed quemadmodum substantia sine accidentibus non potest conseruari: ita sunt necessaria sacramenta, sine quibus charitas nullatenus potest stare: nam ad hoc vt ostendas te fidē habere, spem, & charitatem, exteriora signa requiruntur. Quomodo obsecro cognoscetur, te habere fidem si non oras, nec ieiunas, nec elemosinā in pauperes distribuis? Et quomodo intelligere facies, vt perfecta spe sis roboratus: qui his

Ioann. 15.

Esaia. 1.

D

terre.

terrenis ita quiescis & sedes, vt superna nunquam meminisse videaris? Quomodo autem charitate splendebis: si pauperi & inopi non subuenias. Itaque haec opera sunt necessaria, vt ipsa substantia permaneat & persistat. Hoc voluit insinuare scriptura quae dixit. Perfecti sunt caeli & terra & omnes ornatus eorum. *Genes. 1.*  
 Per caelum & terram intelligit substantiam, & per ornatum intelligit accessorium. Sed clarior David Omnis gloria filiae regis ab intus, circumdata varietate. Habebat intro fidem, speciem & charitatem. Anima autem quae hanc substantiam in se retinet certo modo Deo communiatur: & ex hac communicatione resultat animae gloria, non talis, vt est illa quae in caelo possidetur: atque ita est opus vt exercitijs sanctis, virtutibus & operibus sit circumdata. Tapeta Flandriae exacta atque perfecta sunt: & ne clavis citius rumpantur, duplicant ea crasso linteo atque ita longiori tempore durant. Ita virtutes purae & consummatae sunt: quas si amittere nolumus, pluribus actibus patientiae castitatis & reliquarum virtutum est opus. Sed qui tu ad hoc respondebis qui Christi nomine es insignitus, quique ore Lutheri opera damnas: & vita tua suos maledictos & excommunicatos more approbas? Ille dixit fidem solum sufficere sine operibus: tu idem vita tua affirmas, quandoquidem peruersam vitam degens mille iniquitatibus & vitijs plenus, tingere certo in caelum tendere putas. Sed de his alias. *Titim. 3.*  
 Quae ita bene hic dicit, & recte interrogat. Quid faciendo vitam aeternam possideo? Possideo ait, quia aeternitas est in terminabilis vita tota simul & perfecta possessio. *Esai. 3.*  
 Observa autem quod possidere est ius, quo quis aliquam rem in sua habet potestate: & hoc quidem magnum & praclarum est beneficium Dei in homines, vt ad deo excellere eos creauerit & condiderit vt abeant ad regnum Dei. Attende obsecro & vide gloriam esse hereditatem tuam, & ius & actionem in illa habere: & hac accipies, cum vita fueris defunctus, nisi ius & titulum in eam non amiseris & deleueris tuis malis & inuergatis moribus: & in eo, quod dicit vitam aeternam esse hereditatem nostram diuina bonitas & misericordia splendet. Sed iam Christum audiamus. *Mat. 23.*  
 At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? Quomodo tu qui doctor legis es, & sapientem te iudicas, legem ignoras? In lege quid scriptum est? Mirabile quidem est, vt tu qui es doctor legis, & gradum & titulum doctora-

tus habeas, illud interrogas, quod tu alios debere docere. Vtinam multi Christianorum, qui iam excreuerunt, & in pubertatis annos peruenerunt non indigeant, vt alij eos doceant Christi doctrinam & prima Christianae religionis documenta: qui cum de Christianismo gloriantur, si eos interrogas. Quot sunt articuli fidei, & quot legis mandata respondere nesciunt. Atque ita inde illud euenit vt cum ad sacramentum poenitentiae accedunt, omnem doctrinam prorsus ignoret, & sit opus, vt eos confessarius tanquam infantes & pueros ducat. Sed male diximus hos esse vt pueros: nam pueri iam sciunt, quod tenemur credere, & quid operari debeamus, & in vijs incedentes concinunt: isti vero grandiores aetate nesciunt: imo nec discere volunt. Tu vero quandoquidem iam doctor es legis, quid in lege est scriptum? Tu qui iam doctor in Christianismo es, cuique multi sunt iam anni transacti, ex quibus Christianam religionem profiteris quid est Christi esse seruus: quid sit crediturus Christicola, quidue facturus pudore deberes suffundi, si nescis. *Mat. 6.*  
 Observa autem quod dominus tentatorem legis, ad legem reducit: in quo mirè gloriabatur. Primum vt suis verbis sibi ipsi satisfaceret. Secundo vt doceat quod in lege & scriptura inuenimus quid credendum, & quid agendum ad consequendum vitam aeternam. Ex scriptura discere nos oportet quid sperandum, quid metuendum, fugiendum, acceptandum sit. Omnis enim scriptura (inquit Paulus) diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudicendum in iustitia vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Ob eam rem dicit Christus, vt scrutemur scripturas. Et Esaias, Cum dixerint ad vos, Querite à Pythonibus & à diuinis qui strident in incantationibus suis, respondete illis, Nunquid non populus à Deo suo requirit visionem pro viuis ac mortuis? Expende quod Christus hunc qui de sua salute querit, in lege mittit: non autem in palatia regia vbi principes & potentes sunt: nam ibi non animae sapientia & salus imbibitur, sed venenum & potus amarus, qui naufragia & stomachum mouet, sic vt anima in Tartara detrudatur: vbi nihil aliud discere poterit, nisi ambitionem inuidiam, factiones, discipulationes, & iurgia: vbi de nihilo alio videbis gloriari, nisi in pulchritudine, & animae dotibus magnitudinisque praestantia: vbi lauis opiparisque ciborum generibus vtuntur, vbi mollibus & delicatissimis

1. Titim. 3.

Ioan. 5. Esai. 3.

tissimis vestibus induuntur, & nihil discitur, nisi quod animam perdit & in gehenam mittit. Non dicit vt vadat in domos magnatum & nobilium: nam in illa schola ludere docetur siue aleis siue taxillis à prima nocte vsque ad galli cantum. Non in domos mercatorum & artificum: nam ibi acutè mentiri & falso iurare, proximum decipere, & fallacis rem alienam furari praerare docetur. A lege consilium accipe, non à mundo: mandatis Dei te ipsum gubernare, non mundi constitutionibus: qui Deo competit, & aduersus eum bella & inimicitias gerit. Omnis nanque causa & principium nostrae perditionis inde ortum habet, vt in nostris operibus mundum consulamus, non Deum. Nam si iniuriam accipis, mundus suis pestiferis & iniquis legibus iubet, vt vindictam sumas: & vt amicus amicis sis, inimicos vero odio habeas & persequaris. & si opus est, vt eorum linguam bibas: Deus vero sua regali lege pacis & amoris quid iubeat facile poteris videre. Diligite (inquit) inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Consilium enim mundi, carnis, & sanguinis in quantumque partem inquietum te agit: & denique in infernum mitret. Si à carne tentaris, inquit mundus, tuam voluptatem exple, desiderijs tuis indulge, in tuam creatorem peccata, nequam esto, immundus, & spurcus. Deus vero inquit, Honorem amittis, animam, conscientiam, aeterna gaudia, beatitudinem nunquam perituram, te ipsum, denique Deum, quo nullum bonum maius aut praestantius excogitari potest. Videbis in mundo & in cuius regum multos, qui plus debent, quam habeant: vestibus incedentes, & quis phaleratis pompaticè & superbe ambulantes, qui subditos exeterat, marsupium exhauriunt, & re & substantiam diripiunt. Quibus si dicas, quare non debitum soluitis: cur non reditis in meliorem vitam, & superflua tollitis? adhuc respondet homines suae conditionis & fortis illos sumptus facere & ita viuere in more esse positum & constitutum. In lege quid scriptum est? Certe diuina lex hoc non consulit, non iubet, talia minime statuit, & hac de causa cum iudicaberis in infernum. *1. Reg. 21.*  
 Discamus ergo in nostris operibus legem Dei consulere, & per illam gubernari. Sanctus quippe David in quacumque re Deum consulere: & ita omnia prospera & felicia succedebant. Sic persequutus à Saule venit in Nobe & sacerdotem

1. Reg. 21.

domini Abimelech consuluit: & cum velleret contra Philistaeos bellum gerere (qui Ceilam oppugnabant) dominum consuluit dicens, Nū vadam & percussum Philistaeos istos. Quādo vero intellexit Saulem in Ceilam venire vt eum caperet: iterum dominum consuluit petens Ephoth ad Abiatar sacerdotem. Itā etiam fecit quando Amalechitae destruxerunt, & cōbuserunt Sicelech, & sic mortui fuerunt: & quia in omni opere suo Deum & eius legem praesentem ferebat omnibus rebus prospere & feliciter finem imponebat. Moles etiam Deum consuluit quid esset faciendū de blasphemo. Idem Iacob: idem Iosaphath rex Iudae, qui noluit ad praesens ire nisi ad Deū prius accederet, nec in Ramod Galaad sine eo quod prius ad effer Michaeas Dei Propheta. Sic etiam confueverunt facere Iudith & Hesther reginae: sic etiam sancti Apostoli in electione Martiarum: omnes denique viri iusti hunc morem habent. Et ita puto à viris sapientibus & prudentibus faciendum quotiescunque velint feliciter suas res contringere: E contra vero qui mundi consilium & Dei non capiunt, misere & infeliciter omnia succedunt. Saul mortuus est eo quod Pythoniā cōsultauit: & similiter petijt impius Ochozias eo quod miserit nuncios ad consulendum Beelzebub principem Accarō. Sic & Iosue licet bonus esset, tamen quia cum venerunt ad eum Gabacinitae, non consuluit dominum deceptus est ab eis. Ideo dominus arguit Israelitas per Esaiam dicens. Os meū nō interrogastis Deus enim est, qui loquitur nobis in scriptura, & ad illā recurrendū nobis est, vt videamus quid sit scriptum in lege, hac nanque nos illuminat, nos instruit, & viam dirigit, & quid faciendum, quidue fugiendū docet. Vnde in prouerbijs. Mandatum lucerna est, & lex lux. Ex dominus in Euāgelio Ioannis, Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam habere. Sed de his satis. Quomodo legis? Quomodo doces tuos auditores, qui adhuc ignoras, quid sit opus, vt ad vitam aeternam deuciamus? Quot doctores id vniuersitatibus & scholis cathedras regunt magno auditorum concursu, quos interrogare possemus, Quomodo legis: legis ne vt discipulis proficias: an solū vt sapientem te iactes, & ostentes: attende obsecro vt vtilitati discipulorum consulas, literarum & virtutem aperiens. Quia vero inter doctores Israel, qui publicè legebant, nullus erat, qui hoc adimpleret, dixit Esaias, Vbi

1. Reg. 23.

1. Reg. 30.

Leuiti. 24.

Genes. 4. 6

2. Paral. 20.

3. Reg. 22.

1. Iudith. 3.

Hesther. 14

1. Esai. 1.

1. Paral. 10.

4. Reg. 1.

1. Iosue. 9.

1. Esai. 30.

1. Prouer. 6.

1. Ioan. 1.

D 2 Vbi

Enarr.in Cap. X.

**Esai. 53.** Vbi est literatus? vbi est legis verba ponderans? Sed ad contextum reuertamur. *Diligens dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Hoc est, ex tota voluntate, quia dilectio à voluntate oritur. Duplex autem est actus voluntatis: elicitus scilicet, & imperatus. Actus elicitus est, qui immediate elicitur ab ipsa voluntate: & iste actus tangitur, cum dicitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, id est ex tota voluntate: quia sicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis, ita voluntas mouet alias potentias anime. Actus vero imperatus voluntatis est, actus alterius potentie motæ ad suum actum per ipsam voluntatem, per voluntatem in formatam charitate, mouetur intellectus, ad affertendum his quæ sunt fidei, & ad meditandum de Deo dilecto: & hic actus significatur cum subditur, Ex omni mente tua. Hic accipitur mens pro ipso intellectu. Vterius per voluntatem mouetur appetitus sensitivus, vt conueniat cum superiori parte. Quia sicut sphaera superior mouet orbem inferiores suo motu: ita voluntas appetitum sensitivum, vt ait Aristoteles libro secundo de Anima: & iste actus notatur, cum dicitur, & ex tota anima tua. Per animam hic intelligitur pars sensitiva iuxta illud; Factus est homo in animam viuentem, id est vitam animalem & sensibilem corpori dante. Denique per voluntatem mouentur potentie motiuae & executiuae ad operandum per dilectionem, & hoc notatur, cum subditur, Et ex omnibus viribus tuis. Vult enim Deus, vt omni proferat voluntate, intellectu, potentijs, & omnibus viribus nostris eum diligamus: taliter vt mundus nullam sedem habeat, nec partem amoris nostri. Sic Pharaon cum populum Israeliticum non posset in captiuitatem redigere: dicebat, Saltem benedicite mihi. Et cum nec hoc obtineret, dixit. Sacrificate, sed oves vestrae & armenta remaneant. Nam quādo diabolus animam nostram regnum non potest plene possidere: vult saltem aliquid à nobis. Sed quid Moyses respondit? Non remanebit ex eis vngula, Aspice igitur, vt omne cor tuum, vitam & animam liberali animo Deo tribuas: demoni autem nec vngulam nec aliquam tui particulam. ¶ Sed fortasse dices. Non fat es ut diceret, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: sine eo quod alia tria addidisset scilicet, ex anima, & viribus, & men-

te: Certè cum illo primo ita, adstringebamur, vt reliquis omnibus. Voluit dominus ita sollicitum & diligentem se ostendere in nostri amoris petitione, vt cum eum sic amoris nostri cupidum contempleremur, facile coniectura ex duobus vnū colligeremus: vel quod ita nos ipse diligeret & amaret, vt in tuo amore nos ipsum prosequeremur, vel quod amor ita esset pretiosus & estimatione dignus: vt neque vnū granum illius veller amitti. Si hominem sapientem videres, herbam aliquā villem & cōtempnā colligere, salum & ignorantem te iudicares, vt prore qui nondum cognouisses virtutē illius herbæ. Non solū vnū horū pro certo & inopinato nobis debet esse sed ambo: nam cum Deus nimia charitate & dilectione nos amaret, idē voluit vt æquali amore debitum rependeremus: amor enim equali amore soluitur. Ad eū est amor nobilis, tantæ virtutis & efficacis, vt ipse solus Deum vincat & compellat, vt non alio medio esset vsus ipse Deus, vt nos ipsum diligere mus, nisi prius suum amorem & charitatem erga nos ostendere & manifestare. Vnde Ioannes ait. Ipse prior dilexit nos. Videamus igitur quomodo Deus prius nos dilexerit: postea vero videbimus id fecisse vt à nobis ipse redamaretur. Si amare & diligere est velle bonum amato: cui obsecro debes id omne, quod habes nisi Deo: Oculus, manus, corpus, vitam & animam cui obsecro debere existimas nisi Deo? Sed longe alio maiori debito tenentis, cum pretioso sanguine te redemerit, & sua omnipotenti virtute condiderit: creare videret nihil illi steterit, nisi velle, & cum voluit, iussit & statim factum est. Postea vero cum à felici statu omnibus bonis & dotibus repleto per peccatū es lapsus: vt in antiquam vitam te transferret, nō minus quam sua vita & sanguis fuit pretium & redemptio. Quid amplius potuit benignus pater pro oue amissa facere, nisi se ipsum maculandum exponere? Tot sunt ora, tot linguæ quæ in eius amore te inuitant, quot sūt vulnera, quæ in suo sacrosancto corpore pro tuo amore accepit. Quilibet ictus, quælibet percussio est lingua quædam quæ semper vociferatur vt eum diligas. Post tot tantaque beneficia quid à te petis? quid requirit & iubet, nisi vt diligas dominum Deum tuum &c. Benedictus talis dominus qui nihil à se feruis postulat nisi amorē. Si aliquis rex ad eum iustus & rectus esset vt à suis nulla alia tributa, nulla vectigalia exigeret. nisi solū amorē: quā bonus

bonus hic rex iudicaretur; quantumque ferui manerent obligati ad eius dilectionē & amorem. Talis est noster rex iustus & immaculatus. Ad eum igitur accedit qui amore captus & irretitus, amorem postulat. Vnde ipse dicit dominus amore incensus & inflammatus inquit; Non me inuocasti Jacob, nec laborasti in me Israel. Non obtulisti mihi artem hablocanti tui, & vitimas quis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi prabui in thure: non emisti, &c. nihil postulari nisi amorem: non vult vt labores te conficias, sed vt ames. Et quod admiratione dignus videtur est illud, quod Paulus inquit, quod nec oculis vidit, nec auribus audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Si amor in se aliquid laboris contineret, rationi esset consonum, vt aliquo premio & mercede talis laboris digna retribueretur. Sed cum ipse solus sit qui labores dulces reddere solet animam recreet, vt in afflictionibus & calamitatibus non delinquit: spiritum subleuet vt maiora in dies & difficiliora aggrediatur, robur & vim tribuat cordi, vt in asperis, duris, & aduersis, viriliter persistat: tantum igitur abest, vt amor non mercedem secum compatiatur, nec agnoscat. Nulla igitur ratio est vt amor mercede & retributione sit dignus: mercenarius vero qui mane surgit, & tota die vsque in crepusculū laborat, equum est vt mercedem accipiat: qui vero amat, quid est, quod præmium accipiat? est ne aliquid iucundius, dulcius, aut suauius, quam semper diligere? Amor certè sui ipsius est merces: nobis vero ratione amoris & dilectionis gloriam tribuere, nihil aliud est quam mercedem mercedi addere: & præmium præmio, & beneficium beneficio, & denique gloriam gloria soluere. Sic Deus nostro commodo & vtilitati studet: vt laborem simulet, vbi nullus est labor: vt vel hoc ansam & occasionem quærat, donandi nobis gloriam. Quis vnquam vidit, aut audiuit, vt sitienti, & aquam postulanti, non solum aqua tribuatur & ministretur, sed etiam inuiteretur pecunijs vt illam bibat? Quis vnquam vidit esurienti cibū ministrari & simul pecunijs pro mercede illius laboris? O diuina bonitas & charitas, quibus te laudibus dignis commendabo: aut quibus encomijs in cælum efferam? Nam cum anima hæc nostra (quæ nihil à Deo accepimus præstiosius) sine amore non possit viuere, nec stabilis permanere, præcipit vt amemus: &

pro amoris mercede gloriam retribuit. Quoniam nimirum sicut bonitatis & misericordiae lucidissimæ exemplum ostendit, qui cum innumerabile exercituum Seraphinorum habeat & angelorum, qui sub amore ardent, & nunquam fatigantur: vili & abiecti vermis hominis amore inuocatur & magnificatur. Quia igitur est ratio quare velle, vt nos ipsum diligamus & amemus: ne aliqua necessitate amoris nostri nequaquam. Sed vt vitam tranquillam & quietam amorem agamus: & mundum hunc, lachrymarum & miserie pelagus profundum alacritatis & suauis nauigemus. Quod cunctis in hunc mundum aggressus quantumuis inhumani, si sine amore sit, graue fastidium & reddunt generat: si vero aliquis amoris scintilla ad id fuerit inflammatus, etiam si difficile limum, asperum, & laboriosum sit, dulciter & iuuuiter operaberis. Quænam modum ignis cibos & condimenta dulcia efficit: ita sanctus amor quocumque labores & tribulationes pro Deo perpelias sustinuit quodam & dulcedine tolerat. Seruus Jacob pro Rachel septem annis, & videbantur ei dies pauci: si pro muliercula septem anni pro vno die reputantur: quanto facilius dilectio Dei hoc faciet? Hic amor amarum dulce efficit. Filij Prophetarum comedentes exclamauerunt, mors in olla vir Dei, & non poterant comedere præ amaritudine, sed cum misisset Eliseus farinam non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla: sic amor Dei dulces labores reddit. Si molestè & ægrè tuleris iniurias parcere, & præ amaritudine non poteris sustinere, mitte dilectionem Dei in corde tuo & dulciter parces. Si amara fuerit tibi ægrotudo, si paupertatis onere incuruatis, vel nimio ieiunio carnis appetitus domueris, vel aliquid aliud impatienter operatus fueris: Deum dilige, qui omnia hæc faceret & melle suauia & dulcia efficit. Denique illud consulo: si inter omnes labores & calamitates huius presentis seculi vitam alacrem, dulcem, & suauem volueris transigere, Deum ama. Igitur quia Deus nos condidit in vita hæc misera & calamitosa miserijs & laboribus vndique circumdata: vt ab illis non semoueretur amorem & dilectionem sui commendat, nō suam, sed nostram vtilitati consulens. ¶ Secundo vult vt eum diligamus, nam amor est veluti moneta aurea, & donum quoddam, quod à quocumque præstari potest. Si enim Deo iuberet, ad hoc vt cælum consequeremur, subtiles quæ-

Esai. 43.

1. Corin. 2.

1. Ioann. 4.

Genesi. 29.

4. Reg. 4.

stiones & acutas disputare, quod sapientes & docti essemus, quod obsecro remedium haberent ignari & insipientes? Si dixisset, Estote fortes & robusti: quid imbecilles mulieres facerent? quid senes decrepiti? quid infirmi? Si dixisset, solos nobiles regnum caelorum posse ingredi: quid abiectae sortis, & miserae conditionis homines, possent facere? Rex autem pius dominus noster, qui praeclare nouit omnibus infirmitatibus moderari: pretium gloriae tale constituit, quo nullus (etiam si pauper & egenus esset) posset carere. Ad amandum quippe nemo est imbecillus, insipiens, infirmus, pauper, nec abiectus. Tantum enim pauperculus, qui nec assidem habet, Deum potest diligere: quantum Rex ditissimus & potentissimus: tantum insipiens, qui nec prima literarum rudimenta didicit, quantum literatus & doctus: tantum eger & claudus, quantum robustus gigas: tantum denique pastor qui capras & oves pascit, quantum summus Pontifex vel Imperator. Nam etiam si bona haec terrena, quae stercorea & furfures sunt domus Dei inaequaliter fuerint partita, bona tamen diuina & praecipua (ut sunt gratia & diuinus amor) aequa distribuit. Nam si dixeris, te non posse ieiunare, quia infirmus & aeger es, nequaquam te compellet: multi enim sunt, qui caelestis regni ciues suat, qui nunquam ieiunauerunt. Si pauperibus eleemosynam erogare non poteris, ut pote qui bonis & substantia careas, ne praebearis: multi enim sunt, qui cum non dederint caelestia regna possident. Si praedicare non potes, quia literis non dedisti operam, multi sunt in caelo qui nec legere norunt. Sed forsitan poteris dicere, te non posse amare? Hoc certe rationi non est consonum: omnes certe liberali animo possunt diligere: si autem id non fecerint suae malitiae imputabitur: & nulla excusationem coram Deo habet, qui ipsum non diligit. Ideoque iustissime a Deo damnatur & in Tartara mittitur: sine eo quod aliquid possit respondere. Multi sunt in caelo qui pauperie laborauerunt, qui imbecilles & ignorantes fuerunt, qui nec ieiunauerunt, nec docuerunt, nec orationi vacauerunt: tamen nullus sibi est, qui non dilexerit Deum. Qui cum adeo misericors & pius sit, ut neminem a sedibus aeternis velit excludere, pretium gloriae tale constituit, ut cuiusque facilis sit ad eam ingressus. Tertio voluit, ut illum diligamus, quia amor non nisi amore potest rependi. Omnia enim satisfactioem accipiunt, & aliqua siue alterius ge-

neris siue speciei sint. Nam si pro aliquo homine iter feceris, tibi satisfacit alterius pecunias tribuat, nec est opus ut ipse etiam pro te irineret, idemque posset de multis alijs dici. Qui vero amat, amari vult: nullamque dignam recompensationem putat accipere, si dilectus a dilecto non fuerit: nam si Deus te alit, gubernat, & corrigit: non vult a te corripi siue gubernari. Si vero te diligit: vult ut eum diligas, & talionem soluas: tamen si amore infinito non poteris, ut ipse nos diligit: saltem eo, quo poteris. Quarto & ultimo vult ut ipsum diligamus: quia tot tantisque meritis dignam retributionem non possumus tribuere, nisi amorem. Nam cum homo ita sit Dei beneficijs affectus, si nihil haberet, quo posset Deo satisfacere, graue quidem esset tormentum: si vero tantis beneficijs collatis pecuniam & monetam non adderet, quo ipse homo posset satisfacere: talia dona potius in eius damnationem essent oblata, quam in vitam & gloriam: nam cum multum acciperet, si aliquo, quod suum esset non posset satisfacere, ingratus utique videretur & digna esse eius donationem, quod certe absit, ut de Deo excogitari possit. Constituumus igitur hominem ex sua parte iam aliquid habere, quo possit soluere Deo: etiam illud scire oportet, nihil proprium & nostrum posse dici, nisi quod sub libera nostra potestate & dominio habemus: quod certe illud esse videtur, quod vel aliqua aut violentia a nobis non potest auferri. Ex quo facile infertur hominem non esse dominum rei & bonorum temporalium, siquidem inuitus eis priuari potest, ita etiam nec dominus corporis cui vel possit auferri: nec dominus vite, cum ab ea possit spoliari: nec animae in quantum corpus informat, & viuificat. Superest igitur, ut dominus sit animae secundum eam partem, quae suprema est, quae rationalis est: quae domina & regina, quae liberum arbitrium continet, quod in intellectu & voluntate est. Haec sola libera est & regina in imperio animae: quae nec compelli, nec coartari potest, quam homo pro libito cui velit potest tribuere: & hanc amans, amanti tradit. Ratione igitur optima postulat Deus amorem quem solum liberè & spontaneè possumus exhibere: nec iustum esset ut Deus aliquid peteret, quod non esset sub nostra potestate. Sed singula haec expédiamus. Primo diliges eum, quia est Deus: diliges: quia dominus: diliges, quia tuus. Itaque diliges illum propter se, diliges

ges propter sua, & diliges propter te. Ex omni parte diligendum se exhibet Deus: quia bonus, quia delectabilis, quia utilis. Si studiosus es, & virtutibus oblectaris, dilige quia bonus: si voluptatis cupidus, dilige quia dulcis: si honoris & diuitiarum sitientissimus, dilige quia utilis. Nequaquam potes eius amorem euadere. Primo itaque dilige, quia Deus est: hoc est propter seipsum, qui est summum bonum: & ideo ab omnibus diligendum. Considera obsecro quanta sit eius maiestas, quam admirabilis gloria, quam suauis bonitas, quae potentia nulli imperio subiecta, quae sapientia nullis tenebris inuoluta, quae plenitudo quae ad suam perfectionem nulla indiget re: quanta dulcedo & suauitas & omnium bonorum culmen. Expende o anima affectus tuos & inclinationem, & extende sicut pellem desiderium tuum, & sicut regius vates inquit: Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum. Extende longe funiculos tuos, & clauos tuos consolida: quia superat capacitatem tuam, & omne desiderium tuum illa maiestas, & illud summum bonum. Hoc certe omne desiderium nostrum implet, & ambit: sicut corona illa aurea quae propitiatorum ambiat ex omni parte in sancta sanctorum. Omnis enim amor impellit habentem se. Est quippe Deus veluti centrum quoddam amoris, in quod omnem creaturam dirigit. Sicut honor soli Deo competit, ita etiam amor: qui quidem pondus est animae nostrae quae tendit in Deum. Nonne vides quo impetu lapis in centrum suum fertur: qui si ab alto ruit, & aliquid ei opponitur comminuit & frangit, ut perueniat, quo tendit: sic tu ad Deum diligendum curre, & si quid obstitit dirumpes & transi, sicut scriptum est, In Deo meo transgrediar murum. Rupibus quid obstat, ut non descendant? pudore certe deberes suffundi, te a rupibus & lapidibus esse superatum. Exemplum tibi sit diuinus Paulus, quem videbis, sicut ingentem rupem ad Deum properantem, ut nemo ei impedimento esse valeat. Quis (inquit) separabit nos a charitate Christi? an tribulatio? an angustia? &c. O admirabilis & diuinus lapis, bene quidem & ad viuum angulari petrae assimilaris: qui per angustias & labores plurimos, per famem, per sitim, per vigilias, per exilium, denique & mortem in tuum centrum descendisti. Extra Deum nequaquam quiescere poteris, sicut nec lapis extra centrum: qui cum ad ipsum veneris in animae tranquillitate & quiete

(ut lapis in suo centro) quiesces, sicut scriptum est. In pace in idipsum dormiam & quiescam. Et diuus Augustinus. Fecisti nos domina ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te. Omnis creatura te expellit a se & non sine maxima ignominia, ut ad Deum tuum vadat: ac si conuicia in te iaceret dicēs. Quid mihi adhaeres miserima? non sum ego bonum tuum quod requiris: manus enim miraculum est, quod in his mundanis & terrenis creaturis detinearis: quam quod stupēs essent detenta in regione aerea. Naturaliter ergo anima ex amore in Deum inclinatur. Vnde si ex praepcepto natura non alliceretur ad diligendum Deum: utique non indigeret praepcepto dilectionis, nec ad id esset opus monitione. Naturalius & propensius diligit homo Deum, quam se ipsum. Quare ergo dilectio Dei cum sit propensior hominibus ipsis praecipitur: non autem dilectio sui? Peccatum est causa. Vnde nec Angelis neque hominibus a prima conditione tale aliquid praepcepisse legitur: quia ad hoc adimplendum natura calcariibus non indigebat, cui lex amoris a prima sui conditione natura erat insita. Nunc autem naturalis legis ira sumus obliti, & a naturali propensione alienati, ut nec praepceptis, neque minis, nec promissionibus, nec immensis beneficijs a Deo collatis, ad eius amorem attrahi possimus. Veluti frustum plumbi quod violentia sursum detinetur, si dimittatur statim ad inuā descendit: ita anima nostra si paruo tempore spatio ad diuina rapitur, statim suo pondere adhuc transitoria & terrena prolabitur, & per creaturas tota dispergitur. Cur ergo sitibundus ambulans, a creaturis gutulas quascumque mendicans, quae sitim magis prouocant, quam extinguunt: cum impidissimum illum fontem & perennem relinquant, in quo solo sitim tuam perfecte satiare potes? Quid desiderare poteris: quod non plenius & abundantius in Deo reperias? Si sapientia delectaris, ipse est sapientissimus: si pulchritudine, ipse prae filijs hominum speciosior est: si potentia & fortitudine ipse est dominus fortis & potens: si gloria & diuitijs, in domo eius sunt diuitiae: si voluptate & delectatione, delectationes eius usque in finem dextera eius: si saturitate & abundantia inebriatur ab ubertate domus eius, qui possidet eum. O summam sultitiam, o deplorandam excitationem: ideo dominus per prophetam clamat, Me dereliquerunt fonte aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Ad dignitatem

Psalm. 4.  
Aueust. in  
medit.

Psalm. 44.  
Psalm. 23.  
Psalm. 11.

Psalm. 15.

Psalm. 53.  
Ierem. 2.

conatus es ascendere: & in ea iam cōstitutus, nullā quietem habes. Omnia creata hoc peculiare habēt, vt nō sine magno labore acquirantur, ad quietē vero gaudiū perfectum non generant. Contemptui habent fontem aquarum videntium: quā per plateas fluit dicens, *Esai. 55.* Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, & emite absq; vlla commutatione: vinum & lac, Quare appenditis argentum, &c. Relinquit igitur cisternas istas dissipatas & Deū diligite. Si obiectum voluntaris est bonum, itā vt nihil diligere possis nisi bonū, vel quatenus ordinatur ad bonum qui fieri potest vt Deum non diligas, qui summē bonus est, & actus purus. bonitatis: Si propter radium vel specimē bonitatis quod in creatura reperis, eam diligis & amas, cum mille imperfectionibus clauderet, & cum hęc guttula ab illo bonitatis pelago & mari profluat, qui Deus est: cur eum, qui ipsa bonitas est, non diligis? Et si pulchritudo eam vim habet, vt hominum corda ad se attrahat & alliciat, & vilem & abiectam creaturam ob sui pulchritudine diligis: quare ipsam pulchritudinem quæ Deus est non diligis? Dilige ergo Deum: quia Deus est, & quia summū bonum, & amore dignum. ¶ Secundo diligendus est quia dominus. Proclues nos sumus ad diligendum eos, qui nobis benefaciunt, quiq; beneficia in nos conf. runt. Cumq; Deus sit creator noster, redēptor, gubernator qui nos pascit, alit, & sustentat, quare ipsum amore non prosequemur? Saltem eius amorem amplectere eo tempore solum, quo tibi beneficit: cum vero beneficia non contulerit nō eū diligas. Parū certe, homo ab homine pereret, qui solum postulare, vt si quando beneficia aliqua ipso actu in eam exerceret, tum tēporis diligeret. Cum igitur Deus omni tempore, & omni hora beneficijs factis alia maiora & ampliora semper cumulet, amorē semper illi debes. Quis plantat vineam & de fructu eius non comedit? Cui fructus nisi ei qui arborem plantavit? Cui obsecro est amor debitus, nisi ei qui potentia dedit amādi? Quis bona beneficientē nō amat? Bruta etiā & animalia amicitia ostēdūt suis benefactoribus. Leo, qui animal est ferocissimū tanquā agnus patient: simus cibū ministratū indulget. Vrsus, qui bestia est inmanis & crudelis non solum cibari blāditur, sed etiā cū illo saltat, & in lucā descendit. Animalia vero domestica vt sūt canes, mufiones, & equi quę signa amoris dñi,

suis ostendūt, quæ quo acūq; subeūt discrimē & periculū vt ipsos tueantur. Solus ingratus homuncio dñm suū nescit, qui illi beneficit, alit, & sustentat. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepē dñi sui israēl autē me nō cognouit, & populus meus nō intellexit. *Esai. 27.* O hominis impudentia, qui si bruta animalia interrogaueris, re ipsū docebūt. Disce ergo ab illis, quādoquidē dicēt tibi, vt benefactorē tuū diligas, &c. ¶ Tertio ipsum debēs diligere, quia tuus est. Quis rogo, sua nō amat? Diliges vestes tuas & possessiones, quia tuæ sunt, Deū igitur dilige quia tuus est, nā nihil est sic tibi proprium & tuum vt ipse Deus, qui potius tibi tuus est, quā tu ipse tibi. Si tibi autē indignū videtur, vt Deus (cuius potestati & imperio omnia subdita sunt) tuus appelletur, audi regiū varē dicentē, Proptuaria eorū plena eruictaria ex hoc in illud, oues eorum fœtose abundantes, &c. Hos iudus beatorū iudicat & prædicat. Tu vero sancte propheta quid dicis: beatus populus cuius dominus Deus eorū est. O diues & pulchra possessio, quā beatus est possessor Dei sui. Quare ergo cum Deus sit tuus ab hoc amore te ipsum remoues? Nūquid eū indignū tuo amore iudicasti? cum omnia diligas, & summo amore prosequaris, ipsum solū ab hoc amore foras expellis. Nōne Deus irascitur ob sui contemptū? Nōne vides gradē malū quod facis? Cū palliū amittis, pœnitet quia tuū erat: tristis si rem vel domū perdis: Deū offendis, & velut si nihil egeris, per illud transis. Nōne in plateis quotidie audis. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cochominis ascēdit: que parauit Deus diligentibus s: Quare igitur frigidus & tepidus es in eius amore? Ne putes aliquid utilitatis Deo euenire, si eum diligas. Et mirū valde est (vt ait Cyprianus) ¶ Deus te solo quasi sua hereditate contentus sit. Tibi vero nō sufficit Deus tuus, cum terrena diligas, ipsum relinquens. ¶ Hactenus vidimus cur diligendus sit Deus: nempe quia Deus, quia dñs, quia tuus. Sed quomodo diligendū est? Ex toto (inquit) corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Nō vult Deus cor diuisum, sed integrū. Venerūt duæ mulieres meretrices ad regē Salomonē, &c. Altera earū dixit. Nec mihi nec tibi (sed diuidatur. Salomō autē veluti prouētissimus infantē integrū & intactū matri tradidit, & noluit, vt diuideretur. Tu vero vis, similis effici illi mulieri meretrici: qui alteram partem cordis

cordis tui Deo tribuis, alteram vero mundo. Deus autem hoc dicit & iubet vt non diuidatur, sed vel totum Deo, vel totum mundo tradatur. Mundus inquit. Diuidatur, Deus vero contrarium. Cain etiā si bene obtulit, tamē male diuisit, cum totum cor Deo non tribuerit, ideo fuit reprobus. Sunt enim multi, qui sui cordis partem Deo tribuunt, partim vero mundo, voluptatibus & blādimentis carnis, qui taliter Deo placere cupiunt, & eius serui esse, & in gratia permanere, vt nequaquam mundo velint displicere, & nullatenus contradicere, & ita cœlestia desiderant, vt simul terrestria amplectantur. Aduersus hos Diuus Iacobus irascitur dicens. Aduerter, nescitis quod amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicunq; ergo voluerit amicus huius seculi fieri, inimicus Dei constituitur. Hi qui omne non offerunt nihil offerunt, quia Deus non acceptat partem cordis, nec spiritum vult diuisum. Vnde euenit, quod cum ex toto corde & viribus Deum non diligant, hoc præceptum transgrediuntur. De his inquit *Osca. 10.* Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Diuisio cordis mors animæ est: nā quæ admodum corpus diuisum non sine anima viuit, ita etiā cor diuisum nullā habet vitā. De his etiā dixit Elias, Quousque claudicatis in duas partes? Si Deus est Baal sequimini, &c. Nihil non Deo tuo debes tribuere, integre cor apponere eis. Omne sibi vult, postquam vero Deus totum cor possederit, alijs rebus poterit communicari. Deus sic est zelotypus, quem admodum maritus in vxorem, qui neminem ab ipsa vult amari nisi se. Sic in Exodo dicit, Ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes. Et ita si nimio & inordinato amore filium vel vxorem videret a vobis amari coram oculis aufert, vt omnis prorsus amor in ipsum tēdat, Si vero insilitis, appetitū effrenatū relinquit vt omnia quæcumq; voluerit diligat, & desiderium expleat. Ideo per *Ezechiel. 16.* Ezechielem ait. Auferam zelum meum a te Dilige quod volueris, adimple quod arriserit, iam enim tuo zelo non vrer. Sic Esaias cum videret homines effrænes in mundanorum amorem, miratus qui fieri posset, vt hoc Deum tam patienter ferret, cum itā esset zelotypus, ipsum interrogat. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Vbi est zelus, quē in animas habes? de quibus inquit. Ponam zelum meum in te: Nunc autem video omnes animas esse

ad alteras. Deus autem cū valde zelotes sit inquit. Fili præbe mihi cor tuum. Vult vt nihil prorsus tui cordis alteri præbeas: sed vt eum diligas omnibus viribus tuis, anima, intellectu, & voluntate. Sed forsā hoc mandatum intolerabile & asperum videbitur alicui, sic vt penitus obseruari nequeat: quandoquidem Deus omnem voluntatem nostram postulat, ita, vt nihil rebus nostris sit relinquendum. Verū vt claris & manifestius intelligas, hoc mandatum adeo esse dulce & suauē vt nullus non eius obseruationi acquiescere possit: duobus tantum obsecro attentas aures præbeas. ¶ Primū est mandatū hoc esse affirmatiuum, quod non semper obligat: hoc est, omni tēpore, sed obligat pro semper, scilicet tempore necessitatis. Quem admodum præceptum de colendis parentibus non omni tempore obligat, sed cum necessitas postulauerit: ita etiam non tenetis semper Deum diligere, nisi cum occasio se obtulerit. Præcipit enim Deus vt cum mundus, demon, vel caro rem aliquam ob oculos posuerit diligēdam, rem talem potius amittas quam creatorem tuum offendas: Ille verē & super omnia Deum diligit, qui nullius rei creatæ imagine captus mortiferum peccatum omittit. Interim vero dum peccati occasio non se obtulerit, res omnes, alios, parentes, vxorem, & filios potes diligere, ea tamen lege vt semper animum habeas paratum, vt quoduis grauisimum discrimen patiaris potius quam propter aliquam earum mortaliter audeas peccare. Et hoc propositum & intentiō, vt Deum non velis offendere, semper, hoc est omni tempore obligat, quia negatiuum est. Actus vero amandi Deum super omnia non semper obligat, nisi cum occasio se offert in Deum: peccū di mortaliter. Diligebat Deum super omnia sanctus Ioseph, cum à domina inuitaretur & alliceretur ad facinus perpetrandum dixit, Quomodo possum peccare in dōminum meum? voluptatem potius temporalem, quam Deum voluit amittere. Rex sanctus Dauid hunc etiam exercitum amatorum Dei ingreditur, qui cum Saulem inimicum in spelunca facile posset interficere: elegit potius in creatorem suum non peccare, quam vindictā sumere de inimico. Pudica illa & nunquā satis lau data Susanna sine vllō honoris sui detrimento Deum posset offendere potius autem quancunq; iniuriam & cō-

*Prout. 23.*

*Genes. 39.*

*1. Reg. 24. 26.*

*Daniel. 13.*

*Esai. 55.*

*Esai. 27.*

*Psalm. 72.*

*1. Cor. 2.*

*Cyprian.*

*3. Reg. 3.*

*Genes. 4.*

*Iacob. 4.*

*Osca. 10.*

*3. Reg. 18.*

*Psalm. 61.*

*Exod. 20.*

*Ezechiel. 16.*

*Esai. 63.*

*Ezechiel. 24.*

tumeliam temporalem ausa est pati, veluti Christi fortissimus miles, quam aliquod nefarium scelus in suum defensorem patrare. Dilige omnes res tuas quantum volueris, amplam quippe licentiam & liberalem Deus tibi concedit: dummodo cum occasio fuerit oblata in Deum peccandi, praesenti sis animo ut sanctus Ioseph, David, & Susanna, & super omnia Deum diligas, discrimen potius vitæ tuæ & grauissimum tormentum passurus, quam in tantam tanque diuinam maiestatem pecces. ¶ Secundò aduerte quòd non teneris ardentius & feruentius Deum diligere ceteris rebus. Nam si Deo summam gloriam & summum honorem impendere volo, hunc certè super omnia diligo, siue intensius rem illi sit sine aliud diligam. Neque hoc præceptum se extendit. Etenim intentum atque remissum non variant speciem: quia quantumcunque remissè diligam Deum, dum tamen diligam eum super omnia, non dicor defecisse à præcepto. Argumentum est à simili. Si quis habeat vicinum frequentem & amicum consuetudine sibi coniunctum, habeat item patriæ suæ vel territorij principem aut ducem, cui ut domino suo seruiat, & omnem dignitatem, honorem & amorem debitum ipsi tribuat, is licet frequentius & intensius vicinum suum quam principem & dominum diligat ob continuam consuetudinem & frequens amoris exercitium (ex actibus enim frequentibus in tenditur habitus) principem, tamè plusquam vicinum diligit. Quando quidem illi maiori honore & dignitate fauet, quam vicino suo: potiusque vicini inimicitiam subiret (si occasio se offerret) quam principis, vitæque & mortis discrimen & periculum potius pro principe quam pro amico pateretur. At si vicinū in teremptū esse audiverit, magis poeniteat, quam si fidem principi contigerit. Par est nostri propositio ratio, nam si quis hominem alterū ardentius & feruentius amore prosequeretur, quam Deum interim non peccat, dummodo summam gloriam, summum honorem, bonum etiam, quod in se est summum Deo impendere curet & studeat. Tunc enim Deus magis diligitur (ut dicitur) æstimatiuè, siue appetitiuè, quod satis est ad complementum huius præcepti. Et hæc satis sint de hoc præcepto primo dilectionis Dei. Iam verò de huic simili audiamus quid dicat. *Et proximum tuū sicut te ipsum.* Nihil videtur Deus proximi dilectionem commendare, si quidem suo ipsius

amori, proximi amorem coniunxit. Sic adeo amor proximi, Dei amor est cōiunctus & copulatus, ut eodem amore Deum & proximum prosequaris, ab eodem enim fonte & radice uterque provenit, sicut separati nequeant, eodem quippe habitu charitatis Deum & proximum diligis. Ideo Apostolus dixit, *Qui proximum diligit, legem adimplevit.* Nequaquam amorè proximi fugies, quin Dei amorè etiā fugias. Omnes enim lineæ sphaeræ tangentes centrum, quod medium punctum est, alteræ alteras se tangunt: nulla tamen istarum à centro discedet, quin etiam à vicinis lineis discedat. Nullo modo amore proximi repudiabis, quin etiam Deum non reicias, nec vice versa. In hoc certè clariùs videre poteris, quāti Deus faciat proximi amorem, ut nequaquam velit amari nisi simul cum proximo. ¶ Secundum autem, in quo poteris videre quāti Deus faciat amorem proximi est illud quòd in mandatis secundæ tabulæ, quæ ad dilectionem proximi pertinebant largiùs est loquutus. Mandata enim primæ tabulæ cuius principium est amor Dei tria sunt, & non plura, mandata vero secundæ tabulæ cuius principium est amor proximi, sunt septem. Hæc vero septem eorū nomine nobis tradidit, ut eorum unum tantum sit affirmatiuum, reliqua sex negatiua: ut inde facile intelligas, quā dulcius & suavius sit, tam benigno & pio domino seruire, quā vero laboriosius & difficilius obligationi proximi satisfacere. Vnde dominus in Euangelio. In hoc cognoscent quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Non inquit, si miracula feceritis, nec inquit, si spiritum habueritis prophetiæ, sed si ad invicem dilexeritis. Amor enim rubrica est, quæ cognoscitur oves Christi, & à grege dæmonis distinguuntur. Nam cum à principio in adi in quacunque specie Deus plurimas produxisset, ex humana prole tantum hominem & mulierem condidit: ut posterius se invicem diligerent, cū contemplantur, ab uno eodemque parente omnes emanassent. Et laudavit Deus diem primum, non reliquos, quia omnem discordiā & divisionem odio habet. Ideoque cū Christus toto tempore suæ vitæ discipulos docuisset humilitatem, patientiam, contemptum mundi, & reliquas alias virtutes, amoris lectionem in ultimam cœnam servavit: ut firmius & tenacius amor & dilectio proximi in fine, memoria adhereret. Hoc enim à natura nobis est inditum, ut ea, quæ amici nobis commendant,

dant, cū discedere voluit, fixius memoria maneat. In hoc certè consistit Christiana perfectio. Et ideo Paulus dixit, quòd omnis lex uno sermone complectitur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Qui hæc duo præcepta obseruat sine verecundia & pudore coram Deo apparere poterit. Et non solum ea obseruare teneris, sed etiam diligere. Ideo David loquens Deo in Psalmis dixit, Vide quoniam mandata tua dilexi domine. Inuitat David dominum, ut plenum suæ charitatis aspiciat affectum. Nemo alios inuitat, ut ab ipsis videatur: nisi qui scit, etiam si aspiciatur, alijs se esse placiturum. Adam vocatus à domino fugiebat, & abscondere se, quia cognoscebat suam præsentia domino non esse placiturum. Sed cur David non timebat à domino videatur: quia mandata Dei diligebat. Præcepta inquit tua dilexi. Non dixit, seruaui, nec dixit se servum custodivisse, sed dilexi: quod amplius est, quàm custodire. Custodiri necessitatis plerumque est, & timoris: diligere verò charitatis. Qui Deum diligit, omnia præcepta custodit: non tamen è contra. Quare ergo tu non solum servas præcepta hæc ita iucunda & dulcissima, sed etiam diliges? A natura homini est datum, vel semper diligat, quem admodum aqua, ut descendat, ita laboriosius est fer hominis, si odire iubere. Restat igitur ut cum aliquod semper sis amaturus, illum diligas, qui te diligere potest. Amor quippe (ut iam sepe diximus) non nisi amore soluitur. Quare igitur auri & argenti amore ardes, cū neutrum illorum amoris sit capax? Propterea Deum & proximum debes diligere: cū mutuo amore ab ipsis possis redamari. ¶ Notabis autem quòd hoc adverbium, sicut, non significat æqualitatem dilectionis: sed similitudinem, quia non teneris diligere proximum eodem gradu, quo te ipsum, sed eo modo, quo diligis te ipsum. Sic te ipsum amas, ut omne bonum tibi desideres, & ad id felicitatis & perfectionis pervenire, ad quæ creatus es. Tamen sic precipitur ut diligas proximum, ut rectam normam & ordinem charitatis serves, iuxta illud Canticozum, Ordinavit in me charitatem. Maiori namque dilectione te ipsum debes prosequi, quàm proximum. Quia sicut aliquid invenitur perfectius in causa perfecta & univèrsali, quàm in effectu particulari: ita aliquid invenitur perfectius in se, quàm in sua similitudine. Vnde cum bonum proprium cuiuscunque inveniat in Deo sicut

in causa univèrsali in se autem sicut in effectu, & in proximo sicut in similitudine, ita sicut unusquisque maiori charitatis vinculo Deo, quàm sibi debeat copulari, sic etiam se ipsum, plusquam proximum debet amare. Nam cum Deus diligatur ut principium boni super quòd charitatis dilectio fundatur, & homo seipsum diligit ex charitate, secundum rationem quæ est participatio illius boni, proximus diligitur secundum rationem: societatis in isto bono: in socio enim est causa dilectionis, secundum quandam unionem in ordine ad Deum. Vnde sicut unitas potior est quàm unio, ita quòd ipse homo participet boni divinum est potior ratio diligendi, quàm quòd alius associetur sibi in hac participatione: Et ideo homo ex charitate debet magis seipsum diligere, quàm proximum. ¶ Adverte autem quòd cum in homine sit duplex natura, scilicet interior, quæ est ratio, & exterior quæ est sensualitas, secundum quas dicitur homo interior & exterior, plus debet homo seipsum diligere quantum ad naturam interiorem, quàm quo ad exteriorem. Et idèd ea bona quæ sunt naturæ interioris debet potius optare, quàm ea quæ sunt sibi bona secundum naturam exterioris: & cū omnia opera virtutis sint bona, secundum naturam interiorem ardentiori animo ea tenet diligere, quàm utilitates & voluptates quæ inferioris sunt ordinis. Ad opera autem virtutis pertinet ea, quæ sunt amici operari, & ideo plura bona exteriora sunt impendenda amicis, quàm nobis ipsis. De bonis autem spiritualibus siue virtutibus plura sibi unusquisque debet comparare, quàm amico. Ratio est quia cum quis bona temporalia voluptates & alia id genus sibi acquirit, bonum utile aut delectabile recipit: cū vero amico suo ea dona præbet, vel curat, sibi ipsi bonum virtutis comparat, nam amicis bene facere, ad virtutem pertinet bonum autem virtutis maius est, quàm vile & delectabile, ergo melius est dare amico, quàm sibi ipsi. Et hoc non idèd fit, quia magis debeamus diligere amicum, quàm nos ipsos, & plus boni amico, quàm nobis debeamus: sed idèd fit, quia homo seipsum magis, quàm amicum diligit, ratio postulat, ut sibi ipsi velit maiora & ampliora bona, quàm amico. Et quia præbet do amicis utilia, sibi bonum virtutis acquirit, quòd maius est amico potius in utilibus debet bene facere, quàm sibi. Et quemadmodum concludimus, unumquodque potius teneri seip-

Galat. 5.

Psal. 118.

Gen. 3.

Rom. 8.

Exe. 20.

Ioan. 3.

Genes. 1.

Cant. 11.

Ioan. 14.

seipsum diligere, quam proximum, pari ratio-  
 ne quilibet potius tenetur vitare peccatu pro-  
 pium, quam proximi. Nemo autem magis  
 proximum (quam cumque bonus sit) debet  
 diligere, quam seipsum: nam in proximo non  
 est tanta ratio amandi, quam in eodem ad se-  
 ipsum: quia bonum, quod ego habeo, quan-  
 tumvis parum sit, magis est mihi diligibile,  
 quam bonum proximi etiam si magnum &  
 amplum sit, quia hoc parum, quod ego habeo  
 maius bonum efficitur mihi, quam magnum  
 amici. Quapropter unusquisque magis Deum  
 debet diligere, quam seipsum: eo quod bonum  
 inueniunt in Deo; est vnicuique magis pro-  
 prium, quam bonum, quod in ipso est. Nec  
 est simile de bono proximi, quia bonum pro-  
 ximi est totaliter extrinsecum ad bonum no-  
 strum: bonum vero Dei non est nobis extrin-  
 secum, sed intrinsecum; cum sit causa boni no-  
 stri inefficando, & in conferendo. Et nulla  
 etiam si bonitatis sit umbra: & imago in nobis  
 splendet, qui in ab illo bonitatis fonte perpe-  
 tuo caritati proveniat, & emanet, & sic bonum  
 Dei est bonum nostrum. Si quis enim  
 haberet duas possessiones, vnam ad tempus,  
 alteram vero perpetuam & nunquam peri-  
 turam, diligeret vti que magis perpetuam &  
 permanentem. Sic bonum, quod in nobis ipsis  
 est caducum, fluxum, & momentaneum, &  
 ad triduum periturum: quod autem est in Deo  
 firmum, stabile, nulla vnquam temporum va-  
 rietate delendum. Præterea magis tenemur  
 diligere proximum nostrum, quam corpus  
 nostrum, quia proximus habet maiorem ra-  
 tionem dilectionis ex charitate. Ideo quilibet  
 pro salute anime proximi proprium corpus  
 periculo debet exponere. Pastor bonus ani-  
 mam suam ponit pro ouibus suis, hoc est vitam  
 pro salute spirituali earum: hoc enim vinculo  
 charitatis prelati adstringuntur: & quiuis alius  
 hoc faceret, depereret vtiq; opus charitatis per-  
 fectum & absolutum. Nec oēs æqualiter sunt ama-  
 di, quia magis diligendi sunt fideles, quam infide-  
 les, & magis cōsanguinei & propinqui quam ex-  
 tranei: & magis parentes nostri, quam filij, &c.  
 Sed de his aliis, vt breuitati interim consula-  
 mus Sequitur. Dixitque illi redire respondisti:  
 legis peritus dixerat hæc duo dilectionis præ-  
 cepta sumpta ex Deuteronomio, vbi domi-  
 nus præcepit diligere Deum & proximum:  
 quam sententiam Christus approbat, respon-  
 dens huic doctori: dicens. Recte respondisti,  
 Non opus legis periti: sed responsum lauda-

uit Christus. Multorum verba laudabilia sunt,  
 opera autem non sic. Pius est quorundam ser-  
 mo, sed opera iniqua. Cælum non emittit ser-  
 monem polito & composito, nec longa verborum  
 ambage, sed sanctis & iustis operibus.  
 Sapiens quippe & doctus hic æstimabitur &  
 vt legis peritus: ad interrogacionem optime  
 respondit: sed quid illi proderat, siquid in-  
 quo & peruerso animo accessit Deum tenta-  
 turus? Quid proderit in extrema mortis hora  
 eloquentem fuisse & in omni literarum gene-  
 re præclarum? Quid egregium confectionem  
 rem, si conscientiam male sanam habuerit?  
 Deus autem non veniet nos iudicaturus, an  
 literati, an sapientes, an eloquentes excellen-  
 rimus, sed qualiter fuerimus operati. In die  
 illi ultimo, quo omnes libri conscientie no-  
 stre aperientur, & victa ætissimi exami-  
 nanda, melius nobis seum agetur, si Deo ser-  
 uimus sancta & munda conscientia, quam sub-  
 tiles & acutas questiones disputall. Multos  
 videbis, qui ad eos sunt solliciti quomodo de-  
 beant loqui, nullus vero quid debeat operari  
 studet. Dæmones sapientissimi sunt & docti,  
 sic vt nemo nec eos præcelleret nec attingere  
 valeat: verum tamē nesciunt quomodo à pœ-  
 na inferni valeant liberari. Docet etiam lo-  
 cus iste bonum etiam si in inimicis nostris sit;  
 à quocunque debet laudari. Solent enim  
 multi opera quantūvis præclara & excellē-  
 tia dummodo ab inimico facta fuerint, lacef-  
 sere & vituperare. Qui etiam si ad eos sapien-  
 tes & prudentes sint, insanos & ignaros eos  
 appellant. Hoc genus hominum impijssimū  
 est, nam etiam si inimicus in aliquibus vitupe-  
 rio sit dignus, aliqua tamen laudanda & excel-  
 lentia habebit: nec ita cæcus & tæ sententia  
 propria sis amicus, vt bonum & optimū no-  
 lis agnoscere: & tale iudicare. Hic enim do-  
 ctor tentator erat & Christi amulus, nihilominus  
 tamen ipsum, & eius dictum Christus  
 approbavit, dicens. Recte respondisti. Sed hi-  
 storiam prosequamur, & audiamus Christum  
 vltra progredientem. Hoc fac & viues. Vides  
 hic quomodo doctus & sanctus magister ad  
 bona opera nos incitet, eaque doceat esse fa-  
 cienda? Non ait hoc dic, vel hoc tantum cre-  
 de, sed hoc fac: quo nimirum nobis insinuat,  
 vt ipsum diligamus & proximos, & mutua  
 opera charitatis in eos cōferamus. Vnde egre-  
 gius vates in psalmo ait: Anima mea in mani-  
 bus meis semper. Hoc est, vita mea & salus  
 mea est in operibus, nullis quippe maioribus  
 signis

Apoca. 20.

Psal. 118.

1. Ioann. 3. ibidem.

1. Ioann. 4.

Apocal. 3.

1. Ioann. 3.

signis amor & dilectio ostenditur, quā si ipsis  
 operibus muniat. Vnde beatus Ioannes apo-  
 stolus. Nō diligamus verbo neque lingua, sed  
 opere & veritate. Et iterum. Qui viderit pro-  
 ximum necessitatem habere, & clauerit vis-  
 cera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet  
 in illo? Aduerte tamē, quod Christus loquens  
 hic de dilectione inquit, q; qui proximum di-  
 ligat viuit, & habet vitam, tribuens dilectioni  
 vitam animæ nostræ. Solus Christi & proxi-  
 mi amor animam sustinet, alit, & pascit, se-  
 cundum illud diui Ioannis, qui non diligit,  
 manet in morte. Nō tibi proderit, etiam si an-  
 gelos rerum omnium cognitione superes, si  
 varijs naturæ donibus & donis exornaris, dū-  
 modo charitatem non habeas, mortuus es.  
 Quemadmodum corporis natiuus calor ani-  
 mam ipsam sustentat, ita animæ vita est ipsa  
 charitas, sine qua mortua iacet. Nam si velis  
 clarè cognoscere, viuis ne, an mortuus sis, o-  
 culos in animam conijce & vide, diligit, vel  
 odium habeat: si verò odium in corde repereris,  
 ita & inimicitia, mortuū te iudica, etiam si  
 viuis appareas. Nomē habes q; viuas & mor-  
 tuus es, Et si mortuus es, dilige & viues. Trās-  
 lati sumus (inquit Ioannes) de morte ad vitam,  
 quia diligimus fratres. Rerum omnium tem-  
 poralium nulla dignitas & æquitas æstimatur,  
 quam ipsa vita, nec à nobis magis diligitur, &  
 sic cum negotium aliquod magnopere com-  
 mendamus, solemus dicere, vita mea in hoc  
 stat: vel non viues, quam de vita discrimine  
 in hoc negotio agitur. Et huius rei signum est  
 euidentissimū, nam pro salute ipsa quilibet  
 patitur, vt sanguinis missio fiat, manū vel brā-  
 chium abscindatur, & si opus fuerit Absyn-  
 thij potionē potetur. Hæc omnia & alia his  
 maiora patiuntur, & sepius animæ discrimen  
 pro vita hæc, quæ non vera est vita, sed potius  
 vmbra & mortis imago. Si igitur vitam cor-  
 poris (quæ breuis est, momentanea, caduca,  
 & ad triduum peritura) tanti habemus, tan-  
 taque patimur: quam maiora aggredi debere  
 mus pro ipsius animæ salute: quamque præ-  
 clara & illustra, vt gloriosam illam vitam &  
 patriam consequeremur. Hic enim Christus  
 loquitur, non de quacunque vita, sed de  
 vita æterna, quæ beatorum patria & sedes  
 est: Nam cum Christus ad interrogata tene-  
 retur respondere, cumque doctor de vita  
 æterna percontaretur: postquam dixit, quid  
 erat in lege scriptum, respondit dominus,  
 Hoc fac & viues. Ac si diceret, Deum dilige

& proximum, & sic æternam vitam posside-  
 bis, hæc est tuæ questionis responsio. Age igitur  
 homo, & considera quam paruo pretio  
 dilectionis ematur vita æterna. Si tot tantaq;  
 molimur, vt vita hæc misera non pereat, &  
 vt magis elongetur: quid obsecro esset facien-  
 dum, vt æterna illa frueremur? Etiam si Deus  
 iuberet igneis flammis nos comburi, & for-  
 naces ardentis ingredi, voluit aliud agentes,  
 deberemus obedire, vt in æternum cum  
 Christo regnaremus: id tamen suavissimus  
 dominus non iubet, sed dilectionem com-  
 mendat, vt viuamus. Non est Deus nosse  
 vt dij gentium, qui lactantes pueros à pa-  
 rentibus occidi iubent: & vt homines seiplos  
 interficiant, & in oblationem se offerant. No-  
 lo mortem peccatoris, dicit dominus: sed ma-  
 gis vt conuertatur & viuat. O quam bonus  
 Deus noster, qui vtinam à nobis (vt æquum  
 est) diligeretur, & eius mandata obedire-  
 mus; qui amoris retributionem cum sit opus  
 suauissimum vitam proponit, & non qua-  
 lem cumque: sed æternam & gloriosam. Sed  
 ad contextum reuertamur. Ille autem volens  
 iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est  
 meus proximus? Quærebatur isto, quis esset  
 ipsius proximus, vt quærendo hoc potius se repre-  
 hensione dignum ostenderet, quam iustum:  
 nam cum esset legis peritus nullatenus debe-  
 bat ignorare, quis esset proximus. Dicendum  
 igitur, quod credebatur tale responsum habitu-  
 rum, vnde se posset ostendere iustum. Si enim  
 Christus respondisset omnis Iudæus est pro-  
 ximus tuus dixisset ille, & ego omnem Iudæum  
 diligo, & perinde videretur impleuisse maxi-  
 mum præceptum legis, & sic esset iustus: natū-  
 ræ nanque & conditionis istorum erat iactare  
 se iustos coram hominibus, gloriamque &  
 honorem anhelare. Vnde dominus his in-  
 quit, Væ vobis scribæ & pharisei, qui iusti-  
 ficatis vos coram hominibus. Sed iam nunc  
 vel quod nostra tulerint peccata scribæ & Pha-  
 risei plures habent imitatores, quorum cor-  
 da odio & iniquitatibus abundat, qui paupe-  
 res persequuntur, innocentes opprimunt, vin-  
 dictam de iniurijs sumunt vsque ad vitam &  
 sanguinis effusionem, qui impietatem & cru-  
 delitatem aduersus proximum exercent, ver-  
 bis tamen compositis & iusticiam suam cau-  
 sam coram hominibus iustificanti, dicentes.  
 Ego Petrum diligo, Franciscum amo, & coram  
 vobis testor, & coram Deo, de iniuria  
 accepta nūquam vindictam postulare: sed hoc  
 iustitia

Exechi. 18.

Matth. 23. Luca. 11.



## Enarr. in Caput X.

iustitia exigit, aliter facere nequeo. His nostris temporibus multi sunt prelati, qui acceptas iniurias dissimulant, occasione vero data exactissimum supplicium de eis sumunt, & subditum vltque ad mortem persequuntur, præceptisque & obseruationibus illum onerant, vt com in minimo deliquerit (sub colore zeli legis Dei, & sub regimento castigationis peccati) pro iniuria accepta in illum crudeliter animaduertunt. Et id omne faciunt sine honoris amissione, seiplos iustificantes facta sanctitatis furore. Si Regis vel Imperatoris curiam lustare volueris, & ciuitatum loca publica pertransieris, si omnes conuentus, magistratus & res publicas intueberis, nihil reperies nisi multos, qui sub velo iustitiae, & religionis pallio, grauissima scelera committunt, sua propria curantes: interim tamen nihil honoris & famae deperdunt, imo potius (quod dolendum est) in dies magis ac magis bonorum opinionem induunt. Quod ego de hac re existimo, & iudico illud est, omnes nos ea esse nascōditione, vt peccatores esse velimus, & bonos existimari. Quod certe nullo magis longè petito exemplo quam ex sacra pagina licebit confirmare. Nam cum impius proditor Absalon aduersus patrem decreuit insurgere, & regno spoliare, vt hoc tantum facinus perpetraret Dauidi inquit, Vadam & red dam vota mea, quae voui dominis in Hebron: vouens enim vouit seruus tuus cum esset in Gessur Syria: dicens, si reduxerit me dominus in Hierusalem, sacrificabo domino. Erant namque in Hebron (vt nunc etiam) corpora Adam, Abraham, Isaac, & Iacob, qui locus adeo venerabatur, cumque sanctitatem simularent, dixit se velle adimplere peregrinationem factam ex voto, hisque & alijs sanctatis fictionibus facinus suum operiebat. Sic etiam Heliodorus volens spoliare templum Hierusalem iuxta regis sui mandatum iter est aggressus quasi Caelesyria & Phenice ciuitatibus transiturus, re autem vera non nisi causa mandatum regis & propositum exequendi. Sic Amā sumpturus de Mardochoo vindictam, impietate simulauit & texit, dicens Regi Assuero. Est populus per omnes preuincias regni tui, &c. Decerne vt peteat & decem millia talentorum appendam gaze tuae. Quo nimirum vltionem moliebat. Sic Caiphas dixit, Venient Romani & tollent locum & gentem. Quem certe nullus reipublicae zelus, nec amor angebat: sed potius odium. Sic Iudas, Quare vn-

guentum istud non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Non pietate morus id dixit: sed quia fur erat. Quae omnia ostendunt quod cum mali simus bonitatis pallio malitiam volumus tegere: & boni existimari. Sic filij Iacob, qui fratrem Ioseph vendiderunt, volentes se ipsos iustificare, & se immunes à peccato coram patre ostendere tunicam sanguine tinctam apposuerunt: quasi insones essent & sine vlla culpa. Similiter Babylonij, quos cum Daniel ieiunio affligeret, cum idolum Baal destruxisset, cuius sacrificijs epulabantur, religionis zelum finxerunt gula cooperientes, dixerunt Nabuchodonosor, Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit. Sic Herodes volens Christum natum occidere cum Magis deuotionem & sanctimoniam finxit, dicens, Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum. Sed iam tandem intelligant omnes hi, qui simulato incedunt corde quod tempus quemlibet dolium & fallaciam detegit, vt cogitationes Absalon, Heliodori, & Herodis cum reliquis. Sed de his satis.

¶ Anima duerte autē quod de proximo quaerit quis sit. Quia tum essebat legis peritus in ani gloria, quasi abunde compleuisset præceptum de diligendo Deū, quaestione mouet de proximo: quasi Deum iam diligeret. Putabat se Deū diligere super omnia: & ideo de proximo interrogat. Ecce arrogantiam & praesumptionem, fugit se familiare Deo, quem non videt, & tamen dicit se ignorare quem videt, cum dicatur, Qui non diligit fratrem suum quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Sed Lucam audiamus. *Suspiciens autem Iesus dixit.* Suspiciens ponitur hic, pro suscipiens autem Iesus. Non enim significatur quod Christus oculos in caelum leuauit: sed quod acceptauit quaestionem, & respondens personam accepit. In Graeco namque originali sic habetur. *ὑπολαβὼν δὲ ὁ ἰησοῦς.* Hoc est, suscipiens autem Iesus. Et ita legitur in antiquis Latinorum exemplaribus. Et hoc dixit Euangelista ad differentiam ipsiusmet Iesu in prima quaestione: nam in prima quaestione non suscipiens sed eijiciens eam interrogantem se habuit, efficiendo de interrogante respondentem: hic autem suscipit eū, & respondit dicens. *Homo quidam descēdebat à Hierusalem in Ierico.* Potuit hoc, quod Christus hic narrat fuisse historiam, nam Hierusalem est in altitudine, in monte scilicet

Ioh. 220

Genes. 37

Dan. 14

Mat. 2

I. Ioh. 4

Sion,

4. Reg. 25

Sion, & Ierico in loco deorsum. Est etiam quaedam solitudo seu desertum inter Hierusalem & Ierico, in quo homines à latronibus spoliabantur, vbi comprehensus fuit Sedechias à Sarrallibus regis Babylonis, cum fugeret Hierusalem. Quod autem in re ita contigerit, vel quod sit exemplum, nihil ad rem de hoc disputare, Christus narrationem hanc affert, vt ostendat legis perito, quis sit proximus. Aliqui dicunt hunc, qui à Hierusalem in Ierico descendebat, esse Adam & genus humanum, sacerdotem autem & Leuitam esse sacrificia veteris legis, Christum vero esse Samaritanum, qui genus humanum curauit à daemonibus spoliari gratia & donis à Deo acceptis, qui daemones per latrones significatur. Alij autem moralem doctrinam volentes adducere dicunt, hunc esse peccatorem, qui de statu gratiae ad statum culpae descendit, & sic quilibet prohibito depingit. Quantum vero hoc distet à literali sensu parabole, qui cunque etiam si lippus & caecus sit, facile poterit videre. Igitur quod Christus in hac parabola innuit, est legis perito ostendere quis sit proximus, quod ipse prius quaesierat: & summatim docet quod proximus est, qui potest bonum aliquod nobis impedere: quapropter omnis homo viuens quicumque ille sit, siue Ethnicus, siue Christianus, fidelis, aut infidelis, bonus vel malus, proximus noster est. Omnes etiam, qui in charitate decesserunt, proximi nostri sunt: quia vel sunt beati in re, vel in spe. Si in re, clarum est quod sunt proximi nostri, quia possunt nobis benefacere sua oratione in caelo, licet nos simili praesidio non possimus eos adiuuare: nam sufficit ad rationem proximi, quod vnus alteri possit subuenire. Sic Samaritanus vocatur hic proximus, quia vulnerato profuit, etiam si nihil ab eo receperit. Mortui etiam qui in purgatorio detinentur, quanuis non possint nobis benefacere (quia non possunt pro nobis orare, nec pro seipsis) tamen proximi sunt: quia nos possumus oratione nostra ipsis benefacere. Sic Christus proximus noster potest dici in quantum homo: nam in quantum Deus proximus non vocatur licet quotidianis bonis nos cumulet, quia plusquam proximus est. Et hac de causa dilectio Dei distinguitur à dilectione proximi, quia Deum debemus diligere, plusquam nos, proximum autem sicut nos ipsos. Similiter Angeli proximi nostri sunt quia possunt nobis benefacere: & ideo Christi Sa-

maritanum tantum vocauit proximum, & non Leuitam & sacerdotem, ratione beneficii quod contulerat in vulnerato. Nam licet Leuita & sacerdos & omnes quos retulimus proximi sint in rei veritate: tamen in re non fuerunt isti proximi, quia vulnerato non subuenierunt, nec aliquod praestiterunt auxilium. Daemones vero & qui aeternis poenis cruciantur proximi nostri non sunt, quia nec ipsi nobis bonum impendere, nec recipere auxilium possunt, & ideo non tenemur eos diligere.

¶ Obserua autē quod in communi ille solet vocari proximus, qui ad beatitudinem potest peruenire. Charitas enim per se & directè habet Deum pro obiecto: ipse enim propter seipsum diligendus est, quia est summum bonum: cetera autem diligenda non sunt, nisi quatenus ad ipsum tendunt modo perfectissimo, vt beatificantē. Ideo omnis homo viuens proximus est: quia quanuis malus sit potest in melius vitam mutare, & à malitia respicere, & peruenire ad beatitudinem. Pari ratione mortui, qui in charitate decesserunt. Damna autem & demones qui ad beatitudinem non possunt peruenire, proximi non sunt. Et haec licet ita sint, non tamē contradicunt his quae de proximo diximus: quia omnis ille qui nobis potest bonum impedere, capax est beatitudinis. Christus tamen in hoc exemplo ponit proximitatem in beneficio: & Samaritanus vocatur proximus, quia cum vulnerato vsus est misericordia. Samaritanus etiam capax erat beatitudinis, & vtraque ratione proximus dici poterat. Sed nos sensum exempli sequimur, ex quo quidem potest colligi quod qui misero aliquod bonum erogat, proximus vocatur. ¶ Rursus aduertendum quod Iudaei tantum eos proximos putabant, qui suae nationis & sectae erant, scilicet, Israelitici generis: exteros autem & gentiles non vocabant proximos, nec tales existimabant. Ideo Christus sapientissimè respondit in hac parabola, ostendens eum esse proximum, qui bonum potest accipere, aut in alios conferre. Quia propter potius dixit illum Samaritanum charitate fuisse vsus, quam Iudaeum aliquem: & id ad opera, vt ostenderet, quod Samaritanus qui gentilis erat & quicumque alius quanuis infidelis esset, erat proximus, atque ideo diligendus. ¶ Itaque per hunc hominem, qui descendeat ab Hierusalem in Ierico, intelligit Christus hominem cuiuscunque status aut conditionis, qui pauper est, humilis, abiectus, infirmus,

2. Reg. 15

2. Mac. 3

Hester. 3

Ioh. 11

Mat. 26

mus tristis, aut humano auxilio destitutus: & vt vno verbo concludam, omnis ille qui indiget alterius ope. Attende igitur tu, qui diues es, pauperem proximum tuum esse: si sapiens & ingenio præditus, ignorantem socium habere: si corporis valetudinem & salutem habes, memineris infirmum proximum tuum esse, & à Christo tibi esse commendatum. Si letus es, & rerum felicitas tibi contigerit, recordaberis tristem & afflictum vinculo charitatis & amoris tibi esse coniunctum: nam per hunc, qui ad Hierusalem in Hierico descendebat intelligit Christus omnem illum, qui aliqua necessitate vel miseria laborat, cum quo vult vt vitæ tua aperias, & misericordia vitæ, seques exemplum Samaritani. Ita hic quem retulimus pauper est: & sub nomine pauperis non solum illum ego intelligo, qui re caret, sed etiam eum, qui lætitia, corporis valetudine, solatio, felicitate, sapientia aut alio quouis bono priuatus est, & de hoc inquit diuinus pastor. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico.* Singula hæc expendamus. In primis optime dicit, Homo quidam, in singulari numero, nam pauper semper secum solus vitam degit, neminem habet socium, miser & afflictus ab omnibus relinquitur, & deseritur: diuitem autem omnes iniungunt, omnes comitantur, omnes laudant & prædicant, omnes denique illi famulantur. Sed de paupere & misero dolendum, quam solitarius tuam necessitatem & angustiam patitur: ita vt vix reperias proximum qui de ipsa interroget. Si vero diues infirmitate laborat aliqua, medicorum cetera enim statim circumdabit: pauper vero est quidam, vni solus, & solus moritur, tantum abest, vt sit qui medeat, vel curam de ipso habeat. Si diues carsum vitæ velit peragere non deerunt sacramenta, clerici, monachi qui ipsum inuisant, & vtiq; tanta lachrymarum abundantia ipse compungere, vt sacramentum suscipere. Pauper solus interit, nedomus habet qui ministrat sacramenta, nec aliquo solatij genere ei subueniat. Si vxor diuitis aut filius moritur, patitur tamen aliquam calamitatem, quot consolatores habet: quot vicini & cognati mille, solatijs tristem memoriam exterminant: Pauper vero etiam si calamitatum fluctibus extinguatur, non est qui soletur, nemo est, qui visitet aut doleat. Multitudinem amicorum habebat Hierusalem in sua felicitate & prosperitate, in tribulatione autem & angustia solam reliquerunt, Et video

plorabat Hieremias, dicens. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt inimici. Mihi crede, eos, qui calamitatibus & angustijs opprimuntur, nullos amicos habere. Nam si te diuitem viderint, felicem, & inter magnates æstimati, non te solum derelinquent, visitaberis, ab omnibus laudaberis: & si dolore capitis vexaberis quantumuis minimo, tot vicini & amici aderunt istam, vt fastidium generent. Si autem contemptum, egenum, & pauperem te viderint, tanquam pestem perniciosissimam te fugient. Hoc vero non minus quam ipsa experientia ostenditur: nam miser & afflictus solus domi sedet, solus patitur tuam necessitatem, eius memoria sepulta est in populo: nemo ipseus recordatur: idem dixit homo quidam, homo solus, derelictus. Descendebat. Recte inquit descendebat, nam ~~non~~ pecunijs abundauerit dignitatem ascendit, & à populo æstimabitur. Si vis ascendere, ab omnibus magniteri & tuam famam augere, & denique si cupis iustitiam obtinere in curia regis: id ~~omne~~ consequeris, si pecunias attuleris. Nullus enim est mons ad eum inaccessibilis & altus, quem iumentum (si auro & argento oneraueris) non ascendat. Nam in curijs pius habentur hi, qui pecunias ferunt, quæ qui subtili & admirabili præditi sunt ingenio. Diues semper ascendit, semper euahitur, omnes vt subeat dignitatem culmen adiuuat: pauperi vero omnes obstant, omnes deprimunt: & potius in ruinam & precipitium quam in dignitatem ducunt, semper de malo in peius, & deterius tendit. Aman, qui regis amicissimus erat, & in eius domo maximi habebatur, cum ab eius amicitia & gratia corpore cadere, statim suboritur quidam, qui regi dicat. En lignum quod parauerat Mardocheo, qui loquutus fuerat pro rege, & c. Descendebat autem ab Hierusalem in Hierico. Hoc est à diuitijs in paupertatem, à felicitate in aduersitatem à vita denique tranquilla & quietâ, ad vitam miseram in quietam & millerurbationibus plenam. Pauper enim cum non habeat substantiam, vt filios possit alere & sustentare vt cibum. quotidianum ministrat & vt filias docet, in lecto tota nocte reuoluitur, hincque & alijs curis miser torquetur & angitur. Quemadmodum enim rotæ horologii semper sunt in cõtinuo motu, & huius causa sunt pondera quæ pendunt, & rotas ipsas nunquam sinunt quiescere: ita nimirum pauperis necessitas semper illum inquietum agit, vt vix

Thren. 5.

Iuue. Sat.

Ecclesiast. 13.

Hesher. 3.

Hesher. 7.

Esa. 1.

vt vix per noctis quietem ipse valeat quiescere. Sed iam ultra. Et incidit in latrones. O bone Deus, & quid latronibus cum paupere? nonne poeta quidam dixit. Canabit vacuus coram latrone viator? Quem obsecro mundus persequitur? Pauperem. Quem euiscerat & exenterat diues nisi pauperem? diuiti omnes tribuunt, pauperem omnes depilant, & angustam suppellestem rapiunt. Quo tendit diues? vt pauperem conueniat apud iudicem. Milui enim qui terrestres aues sunt, & omnem prædam è terra rapiunt: nunquam aquilam aut accipitrem aggrediuntur, sed paruos pullos sub alis matris protectos. Sic diuites non cum potentibus & magnatibus quæstiones nectunt, aut mouent rixas: sed cum paupere & egeno, qui viribus eorum resistere non valet. Vnde illud Ecclesiastici. Venario leonis onager in eremo, sic & pascua diuitem sunt pauperes. Si igitur pascua diuitem sunt pauperes, quid mirum si dicatur, quod pauper incidit in latrones? Nonne lupi rapaces & latrones magnates & nobiles sunt qui vestigibus & tributis pauperes diripiunt, & miseros subditos expiant? Nonne prætores executores, iudices & aduocati latrones sunt? Nonne mercatores horum classe ingrediuntur, qui vicinum & simplicem decipiunt, & sagu pro purpura vendunt? Nonne artifices & tabernarij cum his connumerandi sunt, qui ementes fallunt, & alii pro alijs, & mutationem pro lepore distribuunt? Vnde euenit, vt omnes res publica, omnes viæ, omnes plateæ latronibus sint plena. Si autem aliqui horum hos mores & conditionem exuunt, solum est quia terræ iustitiam timent, non autem celi: aut quia ementes non tantum præbent, quantum ipsi postulant. Verum ex eorum voluntate propensi sunt, vt rapinam exerceant, & vt omnes ad se venientes decipiant. Si vero semper non exercent furtum, satis est vt animam habeat propensum. Si scorta & mulieres peccatrices, etiam si semper ipsi actu Deum non offendant: tamen vt sint in peccato mortali detentæ, satis est ipsa interitio. Quare etiam isti auari mercatores sua cupidine & insatiabili lucri fame immortalino delinquent? Quid obsecro conducit magis, aut quæ utilitatem affert, luxuria causa, quæ auaritiæ infernum ingreditur? Nonne horum vterque simul ingreditur? Recte hoc sentiebat Esaias cum dicebat, Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur

retributiones. In manus igitur horum latronum incidit pauperulus ille. *Qui etiam expoliauerunt eum.* Diuites qui debent potius parentes esse pauperum, & eis subuenire, lupi rapaces sunt: & quos debent cooperire, exuunt & expoliant. Tu qui diues es, & bonis omnibus affluens, pauperum pignora retines domi, quia tributa non soluerunt, & medio hyeme sinis frigore perire pauperum filios, tantum abest vt istorum viscera misericordia commoucantur. Audi quid de his patientissimus Iob dicat. Nudos dimitunt homines indumenta tollentes: quibus non est operimentum in frigore. Quos imbres montium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt deprestantes pupillos, & vulgum pauperem expoliauerunt. Nudis & incendentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. Esaias etiam. Populum meum exactores sui spoliauerunt. *Et plagis impostis.* Hoc est multiplici tristitia cordis inflata: nam si sapienti credimus. Omnis plaga tristitia cordis est. Quæ maior plaga aut tristitia potest esse, quam pauperem in carcere detinere, cum non habeat vnde tibi possit soluere? Quæ maior plaga quam excommunicatio: quandoquidem pauperem reijcis à consortio Ecclesiæ quia in minimo deliquit, diuitem autem qui in multis & grauibus, non reijcis. Quæ maior plaga, quam vt pauperi bona surripiantur? In carcerem detrudis pauperem, iubes vapulare publice, multis conuictiorum generibus læcessis, quia cum motem tuum transiret, leporem vel cuciculum interfecit. Nonne magna plagæ sunt hæc? *Abierunt.* Sicut lupi rapaces cadaueribus fatiati: quemadmodum Ezechiel dicit. Principes in medio eius quasi lupi capientes prædam ad effundendum sanguinem: & ad perdendas animas, & auarè secundo lucra. Si diuites & tyranni cum iam pauperes tot plagis afficiunt, si postea recordantur, & in meliorem mentem redirent cum facti pœnitenti, vel iam in dimidium mali esset prouisum. Sed dolendum est, quod cum pauperes oppræsserint, illorum non recordantur, & quo volunt abeunt. *Seminio eo relicto.* Nonne tibi videtur, quod semiuivum pauperem cololum relinquis, quandoquidem ex duobus bobus, quibus laborat, & vitam misere degit rapis tibi vnum? Relinquis viuum, vt fame crucietur: boues rapis quibus araturus est, atq; ita dimidia vitam tollis. Si artificem

Iob. 2.

Esa. 1.  
Ecclesiast. 25.

Esa. 22.

vel sartotē carcere detines, qui nō habet vnde tibi soluat, liquet manifestē, quod dimidium auferis vitę: quia cū sit in carcere laborare nequit, & sic nullatenus potest inuenire vnde debitum soluat, nec vnde victū sibi possit acquirere. Vita enim sartoris est acus, & vita fabri ferrarij est malleolus ferreus, quo victum querit & domesticos & filios sustentat. Si cū liber est, nec vnde victū soluere, quā poterit si detinetur in carcere? solve igitur illum ē vinculis vt labore victum quæreret & debitum soluat. Sed multo aliter tu facis, cū dimidium vitę subtrahas, tuam ostendēs crudelitātē. Itaq; semiuivus relictus dicitur, quia substantiam tollis, iuxta illud. Panis egentū vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Nec mirum vt illud vita hominis appelletur, sine quo viuere non valet. Nam quando tu bona pauperi surripis, quibus in diem viuūt, cū non possit quærere necessaria, nec sustentare se: merito quidem diceris tu semiuivum eum relinquere. Sic cum pauperibus, cum viduis, pupillis & afflictis in hac vita misera agitur. ¶ Nunc autem Christus agit de charitate, qua erga hos miseros & afflictos vti debemus. Sequitur in textu. *Accidit autem, vt sacerdos quidam descendere eadem via, & viso eo prateriuit.* Ecclesiasticus deberet esse (vel quod infaustum sit) qui pauperem & miserum plagis affectum videret, & dissimulans transiret. Videbis enim plerūque vt cupido in sacerdotibus & Ecclesiasticis reperitur: qui si intelligerent eos misericordię oleo esse vinctos, vel iam recordarentur obligationis, qua tenentur esse misericordes, & erubescerent crudelitatem exercentes, cū ministri sint illius domini, qui tanta charitate & misericordia semper erga nos fuit vsus. In Exodo præcipit Deus tabernaculum vngere, & omnia, quę sunt in eo, nam in domo domini omnia vincta sunt oleo: vt discant, qui illi ministrant, pauperibus & egenis vti misericordia. Turpius hanque & inhonestius vitium hoc videtur in sacerdotibus; quam in reliquis statibus hominum: nam cum Deo familiariter agunt, & eius mensę accumbunt, & ideo equum esset, & vehementius & ardentius ipsi charitate inflamarerent, quam reliqui: quando quidem iuxta ignem comburentē (qui Deus est) decambulant, secundum illud scripturę. Deus noster ignis est. Qui proximus est igni, calidior esse debet, quam qui à longe est. Pharaō e-

nim dedit hereditatem sacerdotibus suis, Gen. 47. Deus autem tribui Levi (quę sacerdotalis erat) non tribuit possessionem inter reliquos, quia dominus est possessio eius. Quo quidē significatur, quod cum suis sacerdotibus reliquerit sine terrenis hereditatibus, se nunc etiam velle, vt qui suo sancto altari deseruiunt, ab omni mundano amore, ab omni cupidine alienam cor debeant habere. Ideoque si Deo, & eius ministerio sacerdos vacauerit, ne timeat: quādo quidem eius pars dominus est, & munus & officium ipsi magis commendatum est; suis necessaria subministrare, vt idem Mosi inquit, Præcipe filiis Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vt bes ad habitandum, & suburbana earum. Vide quomodo eis tacentibus illorum curam habuerit dominus: iussitque illas ciuitates eis dari, ne se secularibus negotijs interponerent. Quibus omnibus clare constat, quam longe melius magnifica & liberali manu suis nunc sacerdotibus prouidebit: quāto præclarior, dignior, & excellentior est sacerdotium Euangelicum. Quid aliud fuit capillos tendere, & corona insigniri, nisi vt sic discas omnem mundi curam, sollicitudinem & diligentiam longe à te femouere: Sed videamus quod sequitur. *Similiter & Leuita cū esset secus locum & videret eum: pertransiit.* Quem admodum pertransiit sacerdos, ita Leuita nulla commotus misericordia. Qualis sacerdos, talis Leuita: minor quippe exemplum sequitur maioris. Nemo fuit istorum, qui de altari domini & eius pinguedine viuunt, & eorum etiam qui iuxta illud decambulant, qui pauperis misereretur, ne frangatur illud Hieremę. A minimo vsque ad maximum omnes auaritiā sequuntur, à Propheta vsque ad sacerdotem. *Samaritanus autem quidē iter faciens, venit secus eum.* Samaritani non erant de populo Iudæorum, sed alienigenę & idola colentes. Nam cū Salmanaſar Rex Assyriorum decem tribus Israel propter iniquitatem eorum peccata transferret de Samaria in Assyrios, ne terra in solitudinem redigeretur, misit idem Rex gentes (quę à Cutha regione, Cuthæi vocabantur) vt terram Samarię habitarent & colerent: cumque ibi degentes idola colerent (cū Deum ignorarent) immisit illis dominus leones & alias bestias feroces: quarum crudelitate interirent. Quod cū ad aures Regis Assyriorum peruenisset, habito prius consilio cum suis ad eos misit

misit vnum de sacerdotibus Iudæorum, qui eos doceret legitima Dei terrę: qui cum tradidisset eis legem Mosi, timore correcti cęperunt colere Deum, patiter tamen idolis suis sacrificabant. Hos ergo Iudęi odio habebant, & ab eis spernebatur, quos etiam Samaritanos & plenos dæmonijs appellabant, eo quod dæmonia in idolis colerent, & hoc etiam pro graui crimine & maximo conuictio in dominum retorquebant, dicentes: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Itaque Samaritanus eadem via transibat, & videns pauperem, miserum est illius, atque ideo sequitur in contextu. *Et videns eum misericordiam commotus est.* Hic enim rectius, quā sacerdos & leuita illius consilij erat memor. Misericordia & veritas te non deserant. Tunc te deserunt, cū m proximum in necessitate iactem deseris: & hoc non contentus interiorum animi affectum & misericordiam ipsi operibus perfecit. Quapropter sequitur. *Et approprians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit.* In stabulum duxit, hoc est in diuersorio. Grece enim, *ἵστρον δὲ ἑταῖον* vbi itinerantes hospitio excipiuntur. Vnde stabularij dicuntur, qui locum habent hospitandi causa. Et his non contentus hospiti demadavit, vt illius curā haberet. Vnde ait Euāgelista. *Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe: & quodcumque super erogaueris, ego cum rediero reddam tibi.* Hęc sunt beneficia quę Samaritanus in spoliatum & vulneratum contulit: ex quibus oporteret nos discere, quę alijs sanctiores haberi volumus, quęque professi sumus sublimiorem vitę statū, ne forte militibus & publicanis deteriores euadamus. Vides hic sacerdotem & leuitam ex populo Iudæorum electo, & ex tribu, quę parata erat ad Dei obsequium & seruitium, quique sanctiores iudicabantur (vt esse debuissent) tamen nihil charitatis nec misericordię in ipsis inuentum est. Samaritanus verò, qui natione erat gentilis, idololatra: qui que nullam cognitionem Dei habebat, & à Iudæis contemnebatur, ita vt in conuictum daretur, si Iudæus cum Samaritano loqueretur, aut familiariter ageret: hic inquam melior Iudæis euasit, & nō melior quibuscunq; sed sacerdotibus & leuitis, qui virtutis & sanctimonię tradebāt dogmata & regulas. Sic etiam Christus calūniabantur sacerdotes tē-

pli, qui descendebant ex sanctissimis Patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob & susceptus est à muliere Chananea, quę ex maledicto Cā filio Noe & nepote eius Canaan ortum ducebat. In Israel non inuenit fidem, quā reperit in ter Cananæos. Continget forte (& vitam ego mendax euadam) vt in die iudicij multi ex publicanis & ex mūdāna turba nobis præferantur, qui sacerdotes sumus, & de religione magnificē gloriamur: qui prædicatoris officio fungimur, virtutes alios docentes: cum multi sint discipuli nostri, qui (si non verbis) saltem operibus; quod melius est non ipsos possint erudire. Dominus nanque dixit quibusdam superbis Phariseis. Publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei. Veniet enim ab Oriente & Occidente & recumbēt cum Abraham, Isaac, & Iacob: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Quod satis esset, vt edoceremur, neminem despiciere, & semper viuere sancto quodam timore, & humilitate: siquidem coram Deo plus estimantur charitatis & pietatis opera, quā literę, sapientię, & religionis habitus. Deus autem dignitates aut personās non suscipit, sed perfectos charitate. Maiores dignitate erant sacerdos & leuita, sed melior Samaritanus, qui charitatem est operatus. Sacerdos & leuita ratione officij aut sanguinis affinitate merito debuissent, vulnerati Iudæi curam suscipere: sed nihil minus fecerunt, sed eo vltio præterierunt: Samaritanus vero, quem Iudęi odio prosequerentur, misericordiam motus eius curam suscepit. ¶ Docet præterea locus iste quā pauci sint, qui veram regulam & normam proximi seruent, & præceptum charitatis adimpleant. Ex tribus vnus solus misericordia vtitur cum vulnerato. Huc enim deuenimus, vt illa tempora felicitiora fuerint, quā hęc: quibus crudelitas & impietas erga proximos exercetur. Tunc quippe inter tres inuenta est misericordia: nunc autem inter centum vix vnum aut alterum reperies, qui miseri & pauperis recordetur: quod certē ipsa experientia potest ostendi. Videbis nanque pauperum & vulneratorū exercitum ad Ecclesię portas iacentem: tranſit autem vnuerſus populus, nec vnus reperitur qui vel oculos ad pauperes velit conuertere, tantum abest vt illis subueniat: vel panem tribuat, vt vlcibus possit mederi. Dolendū est quot vtriuscunq; pauperes, quot viduę egenę, quot virgines absconditę, in ciuitate

Eccle. 34.

Exod. 40.

Deuter. 4.

Numer. 35.

Ioan. 8.

Prover. 3.

Hier. 8.

4. Reg. 17.

Mat. 15.

Gen. 9.

Mat. 8.

Mat. 7.

tate erunt: qui grauem patientur necessitatem, & fame pereant: & tu qui diues es, & eorum vicinus obruratis auribus, suos gemitus & lamenta nolis audire: & mutus & surdus effectus omnia disimulas. Audi igitur vt te scripturæ sacræ exemplo conuincam.

Prouer. 21.

Qui obrurat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Quod patientissimus Iob contempitatus oculis misericordiam, inquit. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat; & compatiabatur anima mea pauperi. ¶ Docemur terrib hoc exemplo, vt hanc charitatem & misericordiam perfecte proximo impendamus: quod hic Samaritanus non fuit contentus, postquam vulnera alligauit, ducere eum in hospitium, & hospiti commendare, sed etiam promisit, quidquid pauperi tribueretur magnifice solutum. Quid obsecro prodest vt pauperi, qui febre laborat, fragmentum panis tribuas siccum & durum: quod etiam domestico cani libenter tribuis? Duc eum rogo in domum tuam, & affer medicum: & sic diligenter de eo curabis, iuxta illud Esaiæ, Egenos vagosque introduc in domum tuam.

Esa. 58.

Hic Samaritanus non fuit avarus nec minus manus compressit, imo necessaria omnia largus & liberaliter subministravit. Cur igitur tu hunc non sequeris: siquidem quod pauperibus erogas, Christo tribuis: à quo magno cum scenore reportabis? Ipse enim liberali manu plurima bona tam corporis, quam animæ tibi concessit. Non est igitur quod in te misericordiam contrahas, & parcus erga pauperes sis. ¶ Docemur itidem, vt vulnera & vlcera pauperum non sint nobis tædio, nec fastidium nobis generent, quemadmodum multis, qui vt illa non videant, oculos & capita intorquent. Samaritanus vero approprians alligauit vulnera eius: nam si perfecta charitate es munitus, proprijs manibus pauperem debes tangere, & alligare, Christum sequens percussus & vulneratum, vt animæ tuæ vulneribus ipse mederetur. Vidimus eum quasi leprosum & percussum à Deo, & humiliatum: vnde nec reputauimus eum.

Esa. 53.

¶ Docemur quomodo in danda elemosyna vt non attendamus, quæ gens, aut quæ natio, quæue persona sit aut cuius qualitatibus, nec merita consideremus: sed tantum præ oculis est habendus proximus & eius necessitas. Multi quippe sunt qui nolint elemosynam tribuere nisi consanguineis & notis: alij ve-

ro vitam pauperis inquirunt, bonus ne, an malus sit. Samaritanus charitatem exercet cum suæ nationis & gentis inimico: vt discas proximo in necessitate subuenire, etiam si de te male fuerit loquutus, etiam si inimicus, vel exteræ gentis, quem nunquam in vita videris solum considerans quod sit proximus factus ad Dei effigiem & imaginem: oculos solum conuertens in eius miseriam & necessitatem. Nam officium iustitiæ est inquirere qualis vnusquisque sit: misericordiam verò dolere, & misereri pauperis & proximi inopia.

¶ Vltimò docemur, vt non solum interno animi affectu moueamur: sed etiam vt ipsis operibus adiuuemus. Hic misericordia est motus: pariter tamen manus liberales extendit. Multi sunt diuites, qui misericordiam intus mouent, loculos tamen claudunt, & viginti nodis comprimunt. Misericordia enim coniuncta debet esse operibus. Nunc autem Christus parabolam hanc in medium affert, & applicat proposito, dicens legem perito. *Quis horum trium viderit tibi proximus fuisse, illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade, & tu fac similiter.* Hæc est conclusio parabolæ, quæ Christus docet omnem illum esse proximum (vt supra est habitum) qui nobis aliquod bonum potest impendere, aut recipere à nobis: qua Phariseo responsum est interroganti.

Quis est meus proximus. Ad quod idem ipse sibi respòdit, videtur parabola à Christo adducta: quem interrogantem. Quid faciendo vitam æternam possidebo, docet Christus & inquit, Vade, & tu fac similiter. Iam aperui quis esset proximus: Deum & illum diligere sicut te ipsum: non autem lingua & verbo, sed opere & veritate, vt Samaritanus hic, qui non solum miseratus est pauperis, sed bonis operibus subuenit. ¶ Sed in nostram eruditionem aliqua hic altiori calamo erunt prelibanda. Commendat hic Christus tanquam magister suauis & misericors charitatem & misericordiam, qua erga proximos tenemur: uti ex quo facile colliges, quam gratum sit Deo hoc opus. Nam etiam si charitas (si rigorem loquendi obseruemus) excellentior sit omnibus alijs virtutibus, non ideo hoc aliquid dignitatis minuit huic virtuti, imò eam potius magnificat, amplificat & extollit. Nam hic non semouemus misericordiam à charitate, imò eas coniungimus, tanquam riuum cum fonte ex quo originem ducit. Atque ita discrimen

1. Ioan. 3.

1. Cor. 13.

men quod versatur inter has duas virtutes illud est, scilicet, quod charitas est riuus & fluuius qui ex se non egreditur: sed intra terminos suos fluit & labitur. Misericordia vero est fluuius qui extra terminos suos fluit & refluat, & vndique terrarum expargitur. Præter ea charitas quatenus charitas nil aliud facit, quam eomunicare sua bona reliquis: misericordia verò simul cum hoc mala proximo portat & suffert. Itaque misericordia non solum bona sua spargit, sed etiam se ipsam præbet in dolorem & tristitiam, quod est proprium ipsius. ¶ Secundò, docet Christus quam necessaria sint opera ad consequendam vitam æternam: nam si aspicias quid dicat, inquit, Vade & fac similiter. Non inquit crede solum, aut dic: sed fac. Vade ne sis piger & ignauius, exerce misericordiam & charitatis opera. Prius enim dixerat huic hoc fac & viues. Et iterum hoc ait. Vade & fac similiter: opem indigentibus ferò. Ideo Iacobus. Fides sine operibus mortua est. Non quod opera sint vita & forma fidei, quia gratia & charitas sunt vita & forma fidei: opera tamen sunt signa charitatis, & quod intrus sit fides formata & vita. Quemadmodum medicus ex pulsu colligit viuare homo an mortuus sit: non quia hominis vita sit pulsus, sed ipsa anima: consistit namque vita in eo quod homo habeat intus animam, quam cum habet, viuat: & in pulsu cognoscitur quod habeat intus vitam. Ità animæ vitæ & formæ fidei est ipsa charitas: sed colligitur nos hanc vitam habere ex pulsu, id est ex operibus. Ideo Christus dicit animæ: Pone me vt signaculum supra cor tuum: vt si gnaculum super brachium tuum. In corde vult habeamus diuinum eius amorem: & in brachio bona opera. Vult vt ipsum diligamus, & rectè operemur. Hoc igitur intendit Christus in hac parabola, agens prius de proximo rum amore: & postea de bonis operibus.

Iaco. 2.

Can. 8.

Quid ad hæc dicunt Lutherani impij? non possum me ab ira continere, cum video illorum impudentiam, qua bona opera negant & reijciunt: cum nihil magis ipsum Euangelium nobis commendet, nihil frequentius præ oculis ponat. Et vt videas amice lector quantum Christus opera commendat, post hæc semel repetitam materiam, in nouem superioribus capitulis, decies de ipsa egi. Quapropter nunquam mihi potui persuadere, etiam si hæretici isti caci sint, vt rem-

ina claram & manifestam non videant. Vnde peccatum eorum ex malitia oritur: vt inde occasio em sumant & ansam, vt laxas habent per latam vitiorum viam currant, & vt se quam plurimis & nefarijs peccatis possint immiscere & cibo meretricio vsque ad ebrietatem ingurgitare, & ita vt bestia & pecudes sine lege, sine gubernatore viuant, & desiderijs animæ suæ se tradant. Aspice igitur tu quemadmodum cum Christus de amore loquitur, statim inserit sermonem de operibus. Vnde per Ioannem ait. Si diligitis me mandata mea seruate. Et dicens, dilige

Ioan. 14.

Matth. 5.

inimicos vestros, statim subdit. Et benedicite his qui oderunt vos. Et in proposito cum de dilectione proximi agit, statim parabolam narrat, in qua aperit docet, quomodo proximus diligendus sit: nempe operibus charitatis, quæ Samaritanus in pauperem contulit: & concludens inquit, vt nos similiter faciamus. Et dilectissimus discipulus Ioannes, qui ex penetralibus cordis domini mira secreta hausit: inquit. Qui habuerit substantiam huius mundi & viderit fratrem suum necessitate fratem habere, & clausit viscerà sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in illo? si filio mei non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Et cum Petrum Christus de dilectione examinasset, dixit illi postea. Sequere me, scilicet per mortem, per labores, per contemptam vitam, me ipsum imitando: & tunc clarius videbo, an meus amor vehementius vrat viscera tua. Et postquam in cæna vltima plurima esset loquutus de amore, inquit. Surgite eamus hinc. Nam quemadmodum in ampulla vitæa cum quiescit aqua & tranquilla est, videtur aqua limpida & clara: si vero eam concutias turbida & immunda apparet: sic nimirum, si Deum & proximum amore (quo debes) prosequeris vel non, statim cum te moueris clarè conspicitur: & ob id ipsum si Deum diligis, age aliquid, vade, & operare, & erga proximum pietatis opera exerce. ¶ Tertio considerat Christi Redemptoris nostri piam benignitatem & clementiam, qui quaestionem factam ab inimico & calumniatore tam largè tam modestè, tamque suauiter respondit & satisfecit: quibus verbis talem & tam salutiferam doctrinam nobis exhibet, qua eius dilectionem & proximi & denique salutem perpetuam consequi valebimus. Vt inde facile sit doctoribus cognitu quam piè, modestè &

Ioan. 3.

Ioan. 21.

Ioan. 17.

simpliciter calumniatoribus & inimicis sit respondendum: imò omnes superiores hæc animi mansuetudo, lenitas & modestia decet, vt non se graues & asperos interrogantibus offendant. Nonne vides, quomodo dominus non dedignetur longiori responsione legis periti questionum facere satis: cum potuisset (si vellet) breuioribus expedire aut tenatori nihil respondere? Vnde videre licet, quod sepius Christus vnus tentatoris occasione sumpta multa bona & vtilia hominum salutis & exemplo docuerit. Ita iusti & amici Dei quacunq; data occasione, inde argumentum sumunt, vt plurimis prosint, & præclara opera in Dei amorem & obsequiū aggrediantur. Sed iam de his satis.

Colo. 2.

¶ Ceterum quoniam Christus utpote qui thesaurus sapientiæ & scientiæ Dei in se absconditos habebat: tam venit vt actiue vitæ, quàm contemplatiue instituta doceret: nunc factum quoddam ipsius describitur, in quo breui sermone vtriusque vitæ distinctionem ostendit. Et aduerte prius sanctum Euangelistam in hoc loco ordinem historiæ non seruasse. *Factum est autem dum irent.* Iesus, inquam & eius discipuli de loco in locum ad multorum instructionem. *Intrauit Iesus in quadam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam:* Multi hic graues doctores super textum diui Luca solent agere de virginis assumptione: ego autem hanc materiam sub silentio tacitus possum prætereire, quandoquidem non concionatoris, sed expositoris munus exerceo. Verum quantum coniectari possum non ingratum aut molestum lectoribus crit aliquid agere de virginis assumptione: quandoquidem alij sunt expositores qui idem faciunt. ¶ In fronte autem huius facti narrationis attendere licet, quod vnum cuius Deus specialem curam habet, illud est, scilicet acceptum hospitium magno cum fœnore & copiosissimè soluere: nam bonæ indolis & vrbanitatis lex hoc non postulat, vt quis hospitalitatem accipiens, hospites non benefolos relinquat. Si igitur inter homines vrbanos hoc vitio & ignominia tribuitur quanto maior defectus hoc in Deo esset, si per impossibile in ipso defectus aliquis posset reperiri? Magnificiebat Christus semper his qui hospitio cum excipiebant largè & liberaliter rependere, & ideo beatus Ambrosius nimis commendat diligentiam illam

Ambr. com.  
in Luc. li. 8.  
Luc. 19.

& sollicitudinem, qua Zachæus Christum domi excepit. *Quæ cura est hæc? aut quæ tanta sollicitudo?* Sciebat enim (inquit Ambrosius) vberem esse hospitij mercedem. Audierat iam Zachæus qualiter Christus se erga hospites haberet, & quàm liberali manu eis retribuere: & ideo non mirandum si Zachæus tam sollicitus & diligens se gesserit erga Domini hospitium. Manducabat Christus cum Publicanis & Phariseis, vt illorum superbiam deprimeret: & vt peccata sua deleteret. Cum amicis etiam solebat accumbere, vt in illis suum amorem augeter. Itaque Dominus lætos & alacres relinquebat hospites quandoquidem diuinam pro humanis, spiritualia pro corporalibus, ad ministrantibus suppeditabat. Ex quo colliges has duas sorores Mariam & Martham digno præmio non caruisse. Nam si mercedem hospitij cum acceptis beneficijs velis conferre, facile solutio debitum superabit. Ipsæ nanque Christum in terra semper exceperunt: Christus verò ipsas in cælum duxit. Ipsæ tanquam hospitem & aduenam susceperunt in terra Redemptorem: ipsæ illas vt in æternum cælum habitarent effecit, & vt requiem illam possiderent, vbi nullus est cadendi metus. Si igitur velimus conferre seruitium quod præstitit Martha Christo, cum eo quod exhibuit virgo Dei genitrix, longo quidem spatio hæc, illa antecellere videntur. Martha nanque trium annorum spatio domi Christum excepit, virgo autem nouem mensum intervallo suis visceribus ipsum portauit: & domi etiam triginta annis secum habuit, & multò diligentius quam Martha illi seruiuit in itinere Ægypti, in infantia, in pueritia, ardentissimo amore, materno animo filij necessitatibus succurrebat. Et multò excellentius audiuit beata virgo filij verba: quàm Maria soror Marthæ. Si vero tanta bona & beneficia Deus contulit in has sorores, quia hospitium domi administrant: quanto perfectiori quodammodo & diuine quadam gratiarum suppellecile matrem ditauit? Ideo beatus Bernardus ait, Non immerito canit Ecclesia hoc Euangelium in die assumptionis virginis, vt intelligamus quantam gloriam hodie filius matri dederit: quandoquidem tantum bonum contulit Marthæ & Mariæ. Nam si in destructione Sodomæ & Gomorræ Deus voluit liberare Loth cum suis ab illo incendio, propter

Berna. se. 2.  
Assump.

Genes. 19.

Iosue. 6.

eaquod Angelos hospitio receperat: quanto æquius & iustius erat vt quæ Deum exceperat magnis beneficijs, amplissimis honoribus, & plurimis immunitatibus illustraretur? Cum etiã Iosue Dei mandato omnes domos Ierico destrueret, vnica solâ domum Raab stare voluit: quia speculatores Israel exceperat. Si igitur tantam curam dñs habuit honorificandi eos qui seruis suis hospitia dederunt: quantam putas habuisse cum Martha & Maria? Et si his sororibus tantam: qualem existimas erga matrem extitisse? Sine dubio dici non potest, quale fuit gaudium, qualis festiuitas, quantus triumphus, quod genus solenitatis, quo Deus hodie virginem matrem cœlestibus sedibus regnaturam suscepit.

¶ Vt igitur ad propositum reuertamur, solent principes & reges suis hospitibus in tempore suæ necessitatis fauere, & maiora quæ possunt auxilia suppeditare. Itã æquum erat & iustum, vt maioris necessitatis tempore Deus matri subueniret, quod certè est ipse mortis articulus, quo quidem auxilium diuinum magis est necessarium, tunc enim natura nostra magis est imbecilla, debilis & afflicta, tuncque inimici eius fortiores & potentiores sunt, & acrius & vehementius instant. Nam tentationes, quibus dæmones nos in vita aggrediuntur, cum eis, quas hora mortis diabolus affert collatæ, non merentur nomen tentationis. Nam in vita etiam si vno vel altero congressu non possit nos prosternere, adhuc remanet illi tempus vt aliquando possit nos vincere, & in miseram captiuitatem redigere: in morte vero cum sciat, quòd si tunc non venatur perpetuo deinceps nunquam ad eius manus deüturos: terribiliter tentat, nullumque lapidem non mouet vt prædam capiat. Nemo enim adeo sit iustus & sanctus ab hoc examine & iudicio liberatur. Solent qui ex vna prouincia in aliam migrant, omnes merces & omnia quæ secum portant in alterius ingressu pandere ac manifestare. Sic in transitu regni huius vitæ, in alterius regnum erunt obseruatores, qui aperiant nostræ conscientie sarcinas & opera nostra vsque ad minimam cogitationem examinent. Erat quidem diues anxie sollicitus & defatigatus dicens. *Quid faciam, quia non habeo vbi reponam fructus meos?* & statim audiuit suam insanæ cogitationis responsonem. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te. Heus stulte &*

Luc. 12.

inops mentis hac nocte in obseruatorum & speculorum manus incidet: & omnis hæc substantia in aliam vitam nequit transire: tantum abest vt illam tecum possis ferre. In hoc igitur mortis transitu Deus suæ sanctissimæ hospiti & matri fauet, & facit exemptam, tribuens illi chirographum & priuilegium, vt libera possit transire, sine eo quod dæmones transitus obseruatores rationem possint exigere. Quemadmodum munitissima arx, quæ bellicis instrumentis sua tela vbicumque vult iactat: vt inimicos arceat longè: sic beatissima virgo Deo & Angelis in duta, suis virtutibus & meritis armata, id bellum aduersus inimicos & dæmones gerit, vt in sua morte omnes à se fugaret, atque nemo auderet accedere munitissimam arcem contemplans. Nam si Angelus ligauit dæmonem, qui maritos Saræ interfecit & fugauit à domo, quando Sara nupsit Tobie: quanto melius nunc Angeli hoc obsequio virginis feruient, & dæmones alligabunt? Vnde diuus Bernardus, O virgo quæ cælos ascendis, & cui dæmones obuiare pauescunt.

Tob. 8.

¶ Dedit etiam matri dominus mortem sine dolore. Nam quemadmodum sedens iuxta crucem; dilectissimum filium aspiciens dolores mortis passa fuit; sic vt doloris gladius eius animam pertianseret, cum ipsa non moreretur: sic nunc decebat vt mortem obuias dolores mortis non sentiret. Nam si beatus

Ioan. 19.

Luc. 2.

Ioannes Euangelista (vt refert Hieronymus) fuit à dolore mortis extraneus, nam ipse in Christi passione dolores mortis pertulit: quãto maiori iure beatissima virgo (quæ multa & grauiora tormenta, quàm Ioannes pertulit) immunis debuit esse à dolore mortis? Sed vt videas, quàm munificentissimus fuit Deus cum virgine matre: non solum in morte eam voluit eximere & dotare his duobus priuilegijs: sed etiam post mortem alijs duobus voluit insignire. ¶ Primum fuit, non permittere, vt sacrosancam suam corpus corrumperetur, nec in puluerem & cinerem redigeretur, nec vt à vermibus esset consumptum: sed accelerans illius resurrectionem, simul cum anima dedit illi gloriam. Nam secundum iuris regulam quando delicta sunt extraordinaria & inuisitata, iudices non tenentur tunc temporis obseruacioni pœnarum iuris communis. Sed rationi consonum est vt si tu in tuis delictis à communi via excesseris, iudex etiam in correctio-

Hier. fer. assump. virg.

Cap. 1. de censur.

Mat. 8.

ne limites legum communium egrediatur. Sic demones Christo dixerunt. Ad quid venisti ante tempus torquere nos? Conquerantur, quia Christus legem communem egrediebatur in eorum castigatione, antequam adveniret tempus nam (vt ait Chrysostomus) Christus propter tanta eorum scelera ante tempus puniebat, cum noadum diem iudicij expectaret. Nam delicta quæ omnes rationis limites excedunt, aniam iustissimam præbent, vt punitio acceleretur & ante tempus adueniat. Maxima quippe iniquitas & grauissima peccata Sodomitarum (inquiunt Augustinus & Gregorius) fecerunt vt Deus ordinariam legem transmitteret, & vt non expectaret diem iudicij ad puniendum eos, faciens id quod in die iudicij facturus erat, scilicet, eos & ciuitates illas igne comburere. Si igitur pronior est Deus ad miserendum, quam ad puniendum, & in aliquo possint esse virtutes ita heroicæ & excellentes, vt præmium accelerent: non igitur mirandum si aliquando viam ordinariam in remunerando Deus egrediatur. Nam aliquem referri in diuorum numerum semper id fieri conseruatum est, post mortem: Beatus autem Baptista ob sua præclara merita, ob admirabilem vitæ sanctimoniam, ob singularem & vix credibilem pœnitentiam in vita in sanctorum numerum à Christo fuit relatus, cum dixit. Quid exiit in desertum videre? &c. Et in hoc loco de Maria Magdalena ait. Optimam partem elegit si bi Maria, quæ non auferretur ab ea. Scire autem sine prædestinatus, vel non, non est præsentis vitæ: tamen Paulo fuit reuelatum, ita vt ipse de se dixerit. De cetero reposita est mihi cõsona iustitie, quam reddet, &c. Sic etiam crit resurrectio mortuorum in die iudicij: tamen potest accelerari ob merita in aliquibus sanctis, vt contigit beato Ioanni Euangelista: qui teste beato Thoma alijsque vitis doctis paululum post mortem surrexit, & corpore simul & anima cœlum ascendit. Sed cur Deus quod fecit in discipulo ob singularem dilectionem: in matre charissima & amantissima non faceret? Nam sicut ex meritis accelerauit filij Dei incarnationem, sicut Rebecca benedictionem Iacob, antequam Esau venisset: sic ex meritis corporis resurrectionem accelerauit, quia plus meruit, quam Ioannes Euangelista, & præter modum dignior & excellentior fuit,

Chryf. hõ. 29. ad Ast.

Aug. lib. de excidio iher. Greg. li. 19 mor. cap. 23.

Mat. 11. Luca. 7.

2. Tim. 4.

S. Th. super 2. ca. Ioan. & in. 4. d. 4. artic. 3. ad 2.

& ideo magis chara & dilecta filio. Præter eam si lachrymæ sororum Marthæ & Mariæ fuerunt in causa vt mortuus Lazarus citius resurgeret: quanto excellentius merita beatæ virginis hoc possent efficere vt corpus eius surgeret? Solet etiam Deus post natiuitatem homines iustificare: sed Hieremie & beato Ioanni Baptista hoc donum natiuitatem præuenit. Rursus si vt Christus esset perfectus & absolutus Redemptor oportuit vt præseruaret aliquem, ita vt nunquam peccaret: sic etiam vt resurrectio esset perfectissima decebat, vt non solum post iam consumpta corpora ea suscitaret, sed etiam à corruptione præseruata. Cumque nulla fuerit anima cui præseruatio culpæ magis competeret quam sacrosanctæ virginis: ita similiter nullum fuit corpus quod maiori iure immune deberet esse ab omni corruptione. Nam quem admodum benedicta eius anima nulla originalis peccati macula inquinata fuit: ita eius corpus ab omni corruptione fuit liberum, Et cum corrupti corpora, & in cinerem & puluerem redigi, pœna sit peccati, & in virgine omnis talis ratio non inueniretur: consentaneum erat vt in illa cessante causa, cessaret itidem effectus. Quod vero carnis corruptio in pœnam peccati venerit, clare constat ex illo, quod Deus dixit Adæ. Puluis es, & in puluerem reuertis. Nam qui suorum Regum sunt proditores, lex iubet, in criminis & peccati pœnam eorum domos dirui, & solo æquari: & ita hæc pœna & sententia detorsa fuit in Adam.

Virginis autem domus, quæ nec peccatum fecit nec nouit: nulla ratio postulabat, vt dirueretur. Nobis qui traditores sumus quæ liber pœna meritis sine imponitur: virginis autem corpus omni ex parte intactum remansit, secundum illud prophetæ. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et si quidem in ingressu mundi mirabili priuilegio fuit honorata: ita quoque decebat vt in exitu alio illustraretur. Præcipiebat Deus in veteri instrumento: vt ancilla vel seruus, qui ad seruendum alicui ingrederetur, in sine seruitutis exiret cum veste & suppellectile, quæ intravit. Secundum igitur hanc legem beata virgo, cui ad ingressum mundi priuilegium erat concessum: non multum si alia immunitate egrediatur. Sic inquit diuus Augustinus & Bernardus librum arbitrium virginis natale præuenisse. Et cum ser. parnis.

Ioan. 12.

Hier. 1. Luc. 1.

Gen. 3.

Psal. 15.

Exod. 21.

Augu. Epi. ad Davida. & Bernar. cum ser. parnis.

Ioan. 2.

Apocaly. 12.

1. Reg. 30.

Exo. 25.

Plutarch. in apotheg.

cum ab Angelo saluaretur, prius quàm Dei filius carnem assumeret; dixit illi Angelus, Dominus tecum. Hoc enim priuilegium habet beata virgo, vt multa ante tempus faciat accelerari. Sic in Chana Galilææ, prius quam vinum finiretur, & defectus appareret, dicit vinum non esse. Vt ille defectus sponso non imparetur: voluit vt Christus prouideret. Nam vt ait diuus Cyrillus super Ioannem; quando beata virgo dixit Christo, Vinum nõ habent, nondum vinum erat finitum. Idem ait diuus Ioannes in Apocalypsi quod habebat lunam sub pedibus: nam luna velocius adimplet cursum suum. Saturnus circulum complet triginta annorum spatio: Iupiter duodecim annis, Mars duobus, Sol centis sexaginta & pluribus diebus, Venus & Mercurius ferè eodem tempore, Luna vero paulo plurius viginti septem diebus cursum finit. Hæc gratiam & priuilegium vt citius ad terminum perueniat habet Luna. Ideo subtrus pedes habebat illam beatissima virgo, vt inde colligatur quæ celeritate & velocitate ad Deum ipsa accessit. Ita sua merita fuerunt in causa vt citissime resurgeret corpus vt simul cum anima coronam gloriæ acciperet. Nam quando David Amalechitas deuicit & expoliuit: æqualem partem distribuit eis, qui in obseruatione remanserant, & eis qui in bello dimicauerant. Ita voluit Deus vt ex spolijs & ex victorie gloria quæ in Caluarie monte fuerat parta, æqualis portio virgini daretur, quæ tunc iuxta Crucem fuerat, & Christo qui in campum debellaturus exierat. Ipsa enim quasi tentoria & munitionem obseruabat: nam quoad articulum Resurrectionis Christi, omnes hanc fidem amiserunt præter vnam virginem. Ideo decebat vt ipsi quem admodum & victori spolia tribuerentur & quæ admodum Christus resurrexit, ipsa quoque resurgeret. Et vt Christus in corpore & anima cœlum conscendit: ita quoque ipsa gloriam ingrederetur. Nam qui fieri posset, vt Deus permitteret: vt visceribus, quibus ipse nouem mensibus clausus fuerat, vermibus absumerentur? Qui Deus posset ferre vt domus, quæ ipse fuit hospitatus à vermibus habitaretur? Si voluit Deus vt circa foederis Israel fieret ex festum, quod est lignum incorruptibile: quare sanctissimam matrem veram arcam foederis vermium corruptioni traditurus erat? Noluit Cæsar Augustus (vt Plutarchus refert) Alexandriam destrueret, quia eam

Alexander Magnus fundauerat, eius reverentia solum commotus: quare Deus hanc ciuitatem, quam ipse fundauerat, vt sui filij esset habitaculum deberet destrueret? Et si noluit, vt domus Raab euerteretur, quia hospitium fuit speculatorum Israel: multo minus pateretur, vt in cinerem & puluerem redigeretur corpus, vbi ipse nouem menses habitauerat. Gariophilatus flos quando transponitur ex vno loco in alium, cum eadem terra plantatur, quam in radicibus affert: & id fit ne ante tempus arefcatur. Ita sacratissima virgo translata fuit in cœlum suo corpore, vt suauissimus flos flagrantissimum odorem ex se emittens.

Honorificauit itaque illam Deus post mortem: suscitans corpus eius: Deinde eam collocans super omnes choros Angelorum: vt Ecclesia canit, dicens. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad celestia regna. Quod etiam autoritate sacre pagine suaderi potest. Paulus nanque statim in initio Epistolæ ad Hebræos vult conuincere, legem Euangelicam excellentiorem esse quàm Moysaycam: & id probat ex legislatoris præstantia & excellentia. Nam hæc data fuit per suum filium, illa vero per Angelum: & probat filium meliorem & excellentiorem esse ipsis Angelis, dicens. Cui enim Angelorum dictum est. Filius meus es tu ego hoc die genuite? Et rursum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, & adoret eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: Ad filium autem. Thronus tuus Deus in seculum seculi &c. Angelos vocat seruos: Christum vero filium: & concludens Paulus inquit. Tanto ergo melior Angelis effectus, quanto differentius præ ipsis nomen hereditauit. Simili & formali consequentia clarissime ostenditur, beatam virginem meliorem esse Angelis. Cui enim Angelorum dixit Deus, tu es mater mea? Et quis Angelorum Deo poterit dicere. Tu es filius meus? Hoc vtique beata virgo dicere poterit. Tanto ergo melior Angelis effecta, quanto differentius præ ipsis nomen hereditauit. Et si melior est, & præmium merito correspondet: bene sequitur in assumptione sua super omnes illos esse elatam. Atque ita omnes tanquam dominam & reginam susceperunt, E 5 & ca.

Iohe. 6.

Hebra. 1.

& canentes lætitia perfusi dicebant, Quæ est ista, quæ ascendit pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata: Pulchritudo eius deformes nos redidit: eius splendore & luce, caliginè oprimitur. Tantum nitorem & nimbum miramur. Nam si Angeli mendicùm Lazarum susceperunt, & fuerunt præfentes eius morti: & in sinum Abrahæ sanctam animam gaudentes collocarunt: quanto libentiùs & gaudentiùs cum matre domini hoc fecissent? Sed quid dico Angelis? ipse Christus recepturus accepit suam matrem: & non immerito cum ipse Apostolus promiserit se ad futurum eorù morti. Atque ita sancti dicunt cuiuslibet eorum obitui interfuisse. Si verò beatus Stephanus iam iam moriturus, cum cœli aperti sunt, Iesum vidit animam ipsius volentem suscipere: meritiùs in hoc idem efficeret eum Martyrum & Virginum omnium limpidissimo speculo. Et si quidem in amara passione filij cum ab omnibus derelictus esset, nunquam eius animus passionis turbine nec tormentorum grauitate defecit: sed firmissima manens, stabat iuxta crucem. Ita æquum erat & consentaneum rationi, vt filius matri Talionem solueret & vt gratius morti eius præfens adesset: & ita solennior fuit matri susceptio, quàm filij Christo nanque exierunt obuiam Angeli, Mariæ vero & Angeli & ipse Christus. Nam si rex ciuitatem aliquam adiret, & exirent utique eum suscepturi magnates & nobiles: si verò postea regina eandem ciuitatem ingrederetur & exirent isti simul cum rege, non dubium quin reginæ receptio præstantior esset & illustrior. Et illud puto fuisse in causâ quæ cum festiuitas hæc ad eum fuerit solennis, illustris & tantæ gloriæ & maiestatis, nihil Euangelistæ de assumptione Virginis fuerint loquuti: quia sic fuit admirabilis, vt illam suspicientes & admirantes, potius laudauerint: quàm si aliquid dicerent. Et hoc credo velamen illud significasse, quò d arcam Dei tegebat. Nam cum Timantes egregius pictor (nisi veteres historiæ nos fallunt) Iphigeniæ cadem veller depingere: eumque reliquorum lachrymas & mororè expræssisset, vultum Agamemnonis patris eius velo cooperuit: quo voluit significare insignis artifex, nulla re posse meliùs summum dolo rem & luctum parentis exprimere, quam si penicillo sub silentio præterijisset. Id eò illi duo Seraphim caput tegebat, quia diuina mysteria narrari nequeunt. Et Paulus fatetur nõ li-

Luc. 16.

Ioan. 14. Act. 7.

Exo. 26.

Esai. 6. 1. Cor. 12.

cere aliquid de eis loqui. Et in psalmo vbi communis versio habet, Te decer hymnus Deus in Sion, habet versio Diui Hieronymi ex Hebræo. Te decet silentium laus Deus in Sion. Ac si diceret. Tã excelsa & diuina sunt mysteriata Deus: vt meliùs silentio quam ore laudentur. Itaque mirantes Euangelistæ Virginis assumptionem, tacere decreuerunt. Nam quæ lingua etiam si Angelico eloquio polleat, exprimere: aut qui calamus velocissimus scribere festiuitatis magnitudinem, quæ cœlestis patriæ incolæ sui redemptoris matri fecerunt? Si sanctus rex David coram arca testamenti canere, & saltare dignabatur: quibus tympanis hodie exiret, quibus choreis, quibus gaudijs ipse cum reliquis Angelorum exercitijs comitatus: cum hæc veteri testamenti arca cœlum ingrederetur, quæ transiens omnes beatorum sedes, & omnes choros Angelicos, collocata fuit, super omne id quod Deus nõ est: & infra omne id quod Deus est? Laetero regio regis Salomonis posuerunt thronum, in quo eius mater Berfabe federet, cui filius dixit. Pete mater mea. Neque enim fas est, vt auertam faciem tuam. Et ipsa nihil sibi à regnante filio postulauit. Petiuit autem donum, & rogauit pro iniquo proditore Adonia. Sic etiã in cœlo beatissima virginis regalit thronus fuit positus: cui filius inquit vt petat, qui neuitquam denegabit matri, quod postulauerit ( vt fecit Salomon.) Ipsam igitur syncero corde & interno animi affectu exoremus, vt nobis, qui traditores sumus & iniqui peccatores ( vt Adonias ) veniam peccatorum petat: vt cum filio & matre cœlestem Hierusalem ascendere valeamus. Sed iam ad textus explanationem reuertamur. Ait igitur Euangelista. Intrauit Iesus in quoddam castellum. Audiui aliquando concionatores in festo assumptionis Virginis arces munitissimas fingere, & turres inexpugnabiles: quasi hic vicus vbi Christus ingressus, esset quædam ars fortissima: non intelligentes, quòd castellum in scriptura sacra sumatur pro pago seu vico quodam. Sic dicunt Euangelistæ, quòd prædicabat Iesus per ciuitates & castella: hoc est per verbes & vicos: & hoc frequentissimè dicunt Euangelistæ. Vnde infra dicitur quòd duo discipuli ibant in Castellum Emaus: pro quo Marcus scribit, quòd ibat in villam. Oppidulũ itaque erat & crediderim Bethaniã esse, quòd distat vna leuca ab Hierusalem: vbi Martha domũ suã habebat. In Graecis

2. Reg. 6.

3. Reg. 2.

Matth. 4.

Mar. 1.

Luc. 24.

Mar. 16.

Gen. 19. Ioan. 12. Mat. 22. Roma. 9. 1. Reg. 9. 3. Reg. 16. Matth. 25. Matth. 18. Luca. 10. Mat. 4. 3. Reg. 17. cis nanque codicibus habetur, *Εἰς κἀμὴν τινὰ* qui est paruus vicus. Expende autem, quòd soleane est in scriptura, tunc dicere quòd Deus intrat, cum præclarum aliquod opus facturus est. Ita iuit ad videndum an clamor Sodoorum ita esset vt ad cœlum ascenderet. Corò non egebat videre: sed quia facinus in signe erat facturus: ad videndum pergit. Intrauit etiam dominus in ciuitatem templum purgaturus. Sic intrauit in conuiuium: vt hominem non vestitum veste nuptiali puniret. Sic & nunc intrat in villam hanc in domum Marthæ magnificaturus vitam contempnatiuam: & actiuam approbaturus. At tædes etiam quòd non rogatus nec inuitatus sed tantum sua bonitate & clementia motus, hanc villam ingreditur: vt intelligas, quòd Deus nos adiuuare nullis nostris præcedentibus meritis. Vnde Paulus. Antequam quidquam boni egissent, Iacob dilexi. Sic Saullem quærentem asinus elegit, Davidem præcedentem oues. Venit etiam ex cœlo misericordia adductus, vt mundum languidũ sanaret: vt videas quomodo non rogatus plura bona in nos quotidie conferat: & domum hanc spontaneus etiã ingreditur. Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Domina domus: & alij fratres Lazarus scilicet & Maria dominum susceperunt. Felix Martha quæ talem hospitem domi meruit habere. Sed hanc felicitatem tu quicunque velis poteris consequi, si pauperes domini exceperis & hospitari volueris. Dominus enim ait. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hospes eram, & suscepistis me. Vt scias, quòd si pauperi bene feceris, Christo bene facis. Alibi etiam dominus ait, Qui suscipit vnum talem paruulũ in nomine meo me suscipit. Et iterum. Qui vos recipit, me recipit. Vt hoc beneficium dominus præstaret Marthæ, voluit in eius domo hanc corporis recreationem suscipere. Potuisset equidem, vt Angeli de cœlo prouiderent, vel ex nihilo creare: quem admodum in deserto contigit, quòd Angeli ministraturi illi descendere. Similitèr constaret Eliam nutu Dei corui ministerio alimentum suscepisse: & cum posset multum temporis illum sic pascere, misit ad viduam Sareptanam, vt ipsa benedictionem Propheticam mereretur accipere, & pinguiori suppellectile ditari. Sic utique contigit diuitibus, qui pauperes domini hospitantur. Nam si Christianis oculis & mente diuites hoc vellent per-

spicere, aperte intelligerent, se longe maius & præstantius beneficium acquirere, cum ab eis elemosynam pauperes volunt accipere: quam ipsi eis faciunt in conferendo elemosynam. Sic Christus voluit hanc domum ingredi, & ibi cenare: vt inde anam sumeret, & misericordia cum fororibus vteretur. Magnum quippe iudicium amoris, & maximorum beneficiorum pignus est, quòd Deus diuitibus ostendit: cum pauperes mittit ad eorum domos pulsandas. Datur enim illis occasio, vt æternam vitam mereri possint: & vt faciant sibi amicos de mammona iniquitatis. Quod certè sanctissimus Abraham rectè perpenderat, cum dixit. Si inueni gratiam in oculis tuis, afferam buccellam panis, &c. Quasi rectè intelligeret sanctissimũ illud fidei speculum, magnum beneficium peregrinos in ipsum collaturus: si ipsi ab eo vellent accipere buccellam panis. Et ideo dixit. Si inueni gratiam in oculis tuis. ¶ Discamus igitur ex exemplo Marthæ Christum suscipere in suis membris: qui pauperes sunt. Nam quidquid eis inuenerimus, Christo computabitur. Et quem admodum Martha gaudens, & alacri vultu Christum suscepit, & diligens circa eius ministerium ambulauit: sic & nos etiam in pauperum hospitio exerceamus, Zachariã imitantes & Abraham: qui cito ad armentũ abijt, & omnis domus eius lætabatur. Vnde Petrus. Hospitales inuicem sine murmuracione. Et Paulus. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde non pigeat, eos qui ad te veniunt sub Christi nomine hospitari: mereris nanque (si opus fuerit) mortuos videre viuos, & alia diuina miracula, vt mulier illa Sunnamitis, quæ cum Eliseum exciperet filium mortuũ suscitauit. Raab etiam quæ hospitata est peregrinos nuncios Israel: liberata fuit à morte cum suis. Vnde Apostolus Paulus ad monet dicens. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim quidam placuerunt, Angelis hospitio receptis. Hoc dixit Apostolus propter Abraham & Loth, qui hospitalitati doditi errant (vt in Genesi legitur) Angelos susceperunt hospitio. Tanta enim charitas erat in flantibus in hospites sanctissimus Patriarcha: vt non præcepit seruis ministrare, nec bonum opus per alium volebat exercere: sed quasi præda reperta, cum ditissimus esset, vt minimus famulus pedes hospitũ lauit, & portauit vitulum de grege humeris inpositum: & peregrinis pãdantibus ipse stetit, & mensæ

Lucæ 16. Gen. 18.

Luc. 19.

1. Pet. 4. 2. Cor. 9.

4. Reg. 4. Iosue. 6.

Hebræ. 13.

Gene. 18. 6. 19.

& menſe miniſtrabat. Erar autem moſhuic viro ſancto vt quotidie iuxta oſtium domus ſuæ federet, & id in meridie: in hora prandij: vt videret tranſeuntis. At nos abſcondimur in penetralibus domus, ne peregrinos excipiamus: & ſi recipimus, ſtatim percontamur de reſeſſu. Ioannes de Chriſto ait, quod præteriens vidit hominem cæcum. Ille præteriens vidit pauperem: ſed nos videndo pauperes, præterimus eos: ne fortè aliquod opus charitatis à nobis exigant. Sed de his ſuperius, in aliquibus locis tetigimus: inferiusque in Hiſtoria Zachari aliquid adijcimus. ¶ Expende etiam quàm humilis & abiectus ſe pro nobis oſtenderit Chriſtus Ieſus: qui cum conditor Angelorum eſſet, rex regum & dominus dominantium, voluerit pendere & ſuſtentare aliena liberalitate. Non enim habebat opes vnde victum quaereret, ſed ex piorum hominum elemoſynis ſe ſuosque diſcipulos ſuſtentabat. Quare hoc, niſi vt ſua inopia & pauperie nos daret? Quare niſi vt ſua penuria & egeſtate ad cœleſtes diuitias amiſſas nos alliceret & inuitaret? Et denique vt nos doceret ſuo exemplo, diuitias mundi contemnere: & vt animos noſtros ab amore terrenorum abſtraheret, & vt ſolis & ſolidis bonis cœleſtibus faceret adherere. Sed iam hiſtoriam proſequamur. *Et huc erat ſoror nomine Maria: quæ etiam ſedens ſecus pedes domini, auſiebat verbum illius.* Duo vna ſententia exprimit: quietem ſcilicet, & humilitatem, quæ maxime ſunt contemplationi neceſſaria. Scrutator enim maiſclatis opprimetur ab ea. Ideoque eſt opus vt humilitate ſis præditus: ſi ad diuinarum rerum contemplationem cupias peruenire. Nam ſi ex fonte vel ex puteo velis aquam haurire: neceſſe eſt vt humiliteris, & deprimaris. Ita nimirum ſi ex profundissimo illo puteo ſapientie & ſcientie Dei aquam haurire deſideras: oportet vt de te humiliter ſentias, ne altè velis ſapere. Aqua ſapientie ſalutaris potauit illos. Vnde in Prouerbijſ. Vbi humilitas, ibi & ſapientia. Nam ſuperbia non habet vbi ſapientiam recipiat. Didimus Philoſophus Alexandro dixit, Deus præſto eſt largiri ſapientiam: ſed non habes vbi eam recipias. Fluui enim aqua diuina ſapientie ex cacumine montis ad imum vallis. Vnde Chriſtus in hoc capite loquens cum patre dixit. Conſiteor tibi pater Domine cœli & terre quia

abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelatiſti ea paruulis. Sed iam hæc à nobis ſuperius ſunt expoſita in hoc capite, vbi non nihil de hac materia diximus. Igitur ( vt Diuus Auguſtinus ait de verbis Domini ) quanto humilior ad pedes Domini ſedebat Maria, tanto amplius capiebat. Vnde diſcere nos oportet cum humilitate: quod ſi heretici & Philoſophi feciſſent, non vtique in altitudine cordis tam vanè delirarent.

¶ Secundò non ſolum ad pedes Domini Maria humilis erat, ſed ſedebat. Tales enim ad ſui contemplationem diuina ſapientia poſcit. Anima quippe (aut Philoſophus) quieſcendo & ſedendo fit ſapiens. Nam vt Deus diuina ſua myſteria & ſecreta animæ communicet: vult illam eſſe quietam, tranquillam, & paccatam. Ei nanque qui negotijs eſt impeditus, & mille curis & ſolicitudinibus diſtractus, Deus ſua ſecreta non pandit. Et ſic acturus cum Abraham duxit illum extra patriam ſuam. Et per Oſeam dixit. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Poſtulat vtique contemplatio & oratio cor totum, vacuum omnibus negotijs mundanis. Et ideo qui hæc negotia & curas non reiecerit: non multum proderit in exercitio vite contemplatiue. Nam ſicut mulier habens menſtrua ſpeculum inſicit: ita exteriores occupationes noſtrum intellectum turbidum efficiunt, vt rerum diuinarum contemplatio in ipſo minus appareat & eluceſcat. Humilis itaque & quieta ſedens iuxta pedes Domini ipſius verba attentè audiebat, dicens cum Propheeta. Audiam quid loquatur in me Domine Deus. Illud etiam ſecum in corde reuoluebat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Mihi enim adherere Deo bonum eſt. Neque æquum videtur derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſe: cum ſecum haberet eum, qui omnia paſcit: qui dat iumentis eſcam, & pullis coruorum inuocantibus eum: Vbi non libet vt ſilentio prætereaſ Chriſti curam & diligentiam in aſſidua prædicatione: qui non tantum in Synagogis: & in locis publicis prædicabat, ſed etiam in ipſis domibus dum ſterneretur menſa. Mouebatur utique deſiderio illo ardentiſſimo vt animas noſtras lucraretur quãdoquidem in omni tempore, in omni loco, quãcũque data occaſione, rete prædicationis iacie-

Genes. 18.  
Oſe. 2.

Pſal. 84.

Pſal. 118.

Pſal. 72.

Pſalm. 146

nis iaciebat, vt ipſas venetaretur. ¶ Diſcant à Chriſto doctore ſapientiſſimo prædicatores & viri religioſi: vt cum aliquando domum intrauerint, vt ſuſcipiant hoſpitiũ, hoſpites ſuos imbuant ſalutaribus conſilijs, ſacris exhortationibus: & denique omnia ea doceant, quæ ad Chriſti ſeruitium & dilectionem pertinent. Et cum omnis Chriſti operatio dirigatur in noſtram inſtructionem: hoc factò docuit prædicatores euangelij, qualiter ſe debeant habere erga ſuos hoſpites. Nò ſtatim de cibo aut potu inquirant, nec per domum in quiete diſcurrant, ſed ſedentes (vt de ceſſeruoſorum Dei prudentiam) illos ſanctè inſtituant: quo nimitum qui eos hoſpitantur ſancto exemplo adificabuntur: & charitatis adificentur mercedem. ¶ Diſcimus etiam à beata Magdalena, vt non ſic rebus familiaribus inſpediamur, vt à tergo relinquamus verbum Dei: ſed attentè audiamus verbum Dei, & animo parato. Væ autem illis, qui nunquam aut raro audiunt verbum Dei: quaſi illud fallidientes. Qui non pudent corpus varijs cibis & condimentis ingurgitare: & animam obliuiſcuntur, nec cibant eam mirabili condimento verbi Dei. Sed de his alias. Vidimus occupationem Mariæ: nunc de occupatione Marthæ Euangelicè audiamus. *Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium.* Multis parandis intenta erat: interim tamen à verbo Dei ſe elongabat. Quanto enim animus in hæc exteriora magis diſſunditur, tanto à Deo fit remotior. Pondus nanque curarum & ſolicitudinum huius ſeculi noſtrę anime alas impedit: vt ad Deum non poſſit volitare. Quamuis Marthæ miniſterium ſanctum fuit, non tamen tantum laudatur à domino ſicut ſororis otium: quia externum erat & in multa diſtractum, quod aliquando animum à Deo magis ac magis retrouere ſolet: cum quis ſimul non poſſit duobus dominis ſeruire, nec vtriſque ſatisfacere, cum tantum inter ſe diſtent creator & creatura. *Quæ ſtetit, & ait, Domine non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare:* In cœnobio aut domo, in qua vita actiua conſueſcit de cõtemplatiua, Chriſtus eligit hoſpitiũ: non tamen vbi contemplatiua conſueſcit de actiua. Cũ religioſi intenti corporalibus exercitijs conſueſcunt, quia ſe non tantum tradunt orationi & contemplationi, quantum deſiderat: bene rectum & gubernatum eſt, cœnobium. Cum vero in oratione deſiciunt, & eam mo-

leſtè ferunt, & deſiderant illam relinquere, cupiuntque ſe tradere corporalibus exercitijs, ſine dubio ibi Chriſtus non habitat. Nam ſi Maria conqueritur & inuidet vitæ Marthæ, non eſt ibi Chriſtus. Multi religioſi queruntur de prolixo choro, de prolixis horis: & quia querimonia eſt Mariæ, ideò Chriſtus cum illis non habitat. Hic autem Martha conqueritur. Querela autem hæc ex charitate procedebat: non ex inuidia, aut impatiẽtia: quia Martha ſic adeo Chriſtum diligebat: vt putaret etiam ſororem eſſe neceſſariam ad miniſterium. Timebat ſe non poſſe ſatisfacere tanto hoſpiti, neque digna reuerentia poſſe excipere. Vide autem quomodo querimonia non referat alicui ex familia, ſed ipſi domino, quæ ſcit iuſtiſſimè iudicaturum. Totam ſe committit diuino iudicio: vt ſi ipſe reã illam eſſe noſſet, argueret: ſin aliter ipſa excuſaret. Nos etiã exemplo huius querelas noſtras ante Deum debemus præſentare, & communicare cum ipſo, & ad eum recurrere in noſtris negotijs: quemadmodum fecit Moyſes. Sed conqueri mur de proximis & de illis murmuramus: eis narrantes qui nullam autoritatem habent, neque aliquid de ipſis valent iudicare. ¶ Obſerua autem diligenter quòd multi etiam ſeculares imitantur nunc Martham. Iudicabat enim Martha ſororem ſuam eſſe otioſam tempusque in nihilo tranſigere. Ita iſti ſeculares conqueruntur de religioſis, & illis detrahunt, talia dicentes. O quàm quietã vita gaudent hi monachi, nullis laboribus obnoxia, nullis ſolicitudinibus intenta: nos verò ſolis ardore torremur, & aeris ſiccitate & iniuriã adurimur, melius nos quàm illi cœlum adibimus. Hiſque & alijs ineptis verbis clericorum & religioſorum vitæ detrahunt. & de illis conqueruntur: eo quòd laboribus manuum quemadmodum ipſi, victum ſibi non quaerunt. Et iſti non attendunt quòd religioſi legunt, canunt, dant operam literis, prædicant, confeſſiones audiunt, & ſacramenta miniſtrant: quæ exercitia tanto præſtantiora ſunt occupationibus temporalibus, quanto ſpiritus præſtantior & dignior eſt corpore. Præterea ridiculum eſt vt velint iſti, ſuos labores mundanos & pro mundo acceptos cum noſtris conferre: cum à ſua voluntate proſciſcantur. Longè certè differunt: nam noſtri labores eorum ſunt, qui per Chriſti amorem ſe & omnia ſua ſimul cum propria voluntate abnegarunt: qui etiam ſi minores eſſent ſuis, ad

Exo. 8.

Matth. 6.

Bern. ſer. 3.  
aſſumpt.

Ioan. 9.

Luc. 19.

Prouer. 11.

Ecc. 15.  
Prouer. 11.



ad nostrorum præstantiam & excellentiam, fatis esset aliena voluntate fieri, & Christi amore: vt intelligerent isti quantum dignitate suos exuperet cū hoc tamē clarē constat spiri- tuales labores maiores esse. Quæ nam obse- cro occupatio magis accepta erat Deo Mar- thæ an Mariæ? Optimam partem elegit sibi Maria. Quos enim dominus amore pater- no diligit ab externis actionibus semouet. Pater nanque qui tenerimè filium diligit, seruum potius mittit laboraturum. Vnde do- minus exteriora velamina tabernaculi foede- ris insitit fieri ex saccis cilicinis & ex arietum pellibus: interiora vero ex auro erant conse- cta. Nam illi qui constituti sunt exterioribus negotijs conficiendis, sunt tanquam coope- rimentum, quo induimur, vt reliqua interio- ra vestimenta meliùs conseruemus: qui verò ad diuinam contemplationem eliguntur à Deo, pars optima concessa est illis in Eccle- sia. Id quippe iam hic à saluatore definitur: melius esse & præstantius opus verbum eius audire, quàm ministrare. Cùm verò Aposto- lus dicebat regnum Dei non esse in sermo- ne, sed in virtute: loquebatur de humana sa- pientia, de inflato Philosophorum sermone: non tamen de verbo Dei, quod penetrabi- lius est omni gladio ancipiti. Vnde ipse ait, Sermo meus & prædicatio mea non in per- suasione sapientia verborum: sed in offensio- ne spiritus & veritatis. Talibus sermonibus erat intenta Maria: & tali exercitio diu noctuque vacant monachi, cælestes eius imi- tantes: qui non nimio corporis exercitio la- borant, sed hymnos & psalmos carētes, suum dominum laudant, quorum occupa- tio tanto est excellentior, & præstantior, quanto similior angelorum exercitio & san- ctorum omnium, qui solū admittentes diu- nam illam sapientiam suscipiunt eam & ve- nerantur. Putabat enim Martha Mariam ni- hil agere, & tempus in vanum consumere: quæ vtique omnino fallēbatur. Et tu etiā quicunque secularis, qui labores & occupa- tiones tuas, ecclesiasticorum & religiosorum velis antepone- re, sine dubio longè aberras à veritate & nimis falleris: & similis eris Re- gi Ægyptiorum pluris habenti & æstimanti lateres crudos facere, quàm Deo sacrificare: qui Mos & Aaroni dicebat. Quare abstrahis populum ab operibus? addens statim. Ite ergo & operamini. Vacatis otio, & idcir- cò dicitis. *Eamus, & sacrificemus domi-*

no. Ita credo hac nostra tempestate esse mul- tos Pharaones, qui otiosos iudicant eos, qui diuinarum rerum contemplationi vacant, & se totos Deo consecrant: qui certè non sunt multum dissimiles Balac Regi Sidonio- rum, qui indignatus est aduersus prophetam Balaam, eo quod non faceret quòd ipse op- tabat, & maledicens populo Israel dixit. Vade & reuertere in locum tuum: decreue- ram quidem honorare te. &c. Sic multi mordaciter insurgunt contra Ecclesiasticorum & religiosorum vitam: non videntes quod isti pro omnium salute diu noctuque depre cantur, cum diuersi diuersi debeant esse intenti: nec omnium eadem debeat esse conditio: quod si aliqua sint vitia in his pro- bis viris: videant laici se suis non carere pec- catis, nec temere contra Dei præceptum & voluntatem eos iudicent, quorum benefi- cijs spiritualibus non parum iuuantur? ¶ Aduertes secundò quod hoc temerarium iudicium non solum currit à secularibus in Ecclesiasticos, sed inter ipsos seculares est commune, & circa omnes vitæ status hæc pestis dispartitur: & inde illud puto eueni- re, scilicet, ab amore nostri & rerum cuius- que propriarum. Videtur enim vnici- que suum opus pulcherrimum, & sua occu- patio Deo magis placita, quàm patris sui. Quæ omnia scientiarum exemplo possunt os- tendi. Astrologo enim videtur nullam esse scientiam præter Astrologiam: & Diale- ctico idem, & sic de cæteris. Ex qua depra- uata radice oriuntur inter homines conten- tiones: rixæ, & scismæ: quilibet nanque putat proximum suum in sua via penitus ab- errare: quia non sequitur idem iter, quod ipse. In hoc ferè errore versabantur Corin- thij, qui cùm plura bona accepissent à Deo, eorum quilibet suū putabat pulchrius: & ita alter alteri volebat præferri: cùm vnus lin- guarum donum extelleret, alter propheta- tiam, alius vero scripturarum interpretatio- nem. Contra hunc errorem præsentatum remedium ipse Apostolus præbet dicens, omnia hæc dona riuiulos esse, qui ab eodem fonte nascuntur, scilicet, Spiritu sancto. Atque ita omnes in a qualitate participant: cùm ab eadem causa oriuntur, quemadmo- dum in corpore Regis omnes eius partes, & omnia eius membra, regis membra sunt, etiā si inter se differant. Sic Apostolus. Omnes e- nim vos vnus estis in Christo Iesu. Et ad

Eph. 4.

Rom. 14.

Corinthios. Alij datur per Spiritum sermo sa- pientia: alij autem sermo scientiæ, &c. Hæc au- tem omnia operatur vnus atque idem spiri- tus, diuidens lingulis prout vult. Sicut enim corpus vnus est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint mul- ta vnus tamen corpus sunt, ita & Christus. Nam sicut in musica vocum diuersitas causat melodiam sic in Ecclesia diuersitas statuum. Vnde licet colligere, manifestissimam esse in- saniam alium damnare, quia non facit, quod ego: vel quia ei muneri non est aptus, vt ego, Nonne insanum esset, si oculi pedes contem- nerent, quia non vident: manus vero pedes increparent, quia non ambulant? Vnusquil- que igitur alium in suo munere relinquat: & hoc omne est quod Apostolus in supra cita- ta epistola tam diffusè intendit persuadere. Et idem Romanis ait. Qui non comedit, co- medentem non contemnat. Nunquid qui nō comedit maiorem virtutem habet, quàm is, qui comedit? Sed iam Martham con- querentem audiamus. *Dic ergo illi vt me ad- iuuet.* His verbis participem consilij te Mar- tha ostendit: quia cum interrogasset Domi- num, antequam responderet, petit vt dicat sorori, vt illam adiuuet: nam vt superius di- ximus, cum vnusquisque putet suam labo- rem maxime esse necessarium, credit omni- bus idem esse iudicium. Ideo Martha nul- lam sperans responsonem, quasi Christum volens docere: dicit. *Dic ergo illi vt me ad- iuuet.* Ac si diceret. Ego domine nimis inten- ta & occupata sum, & soror mea nihil agit: dic ergo illi vt me adiuuet. ¶ Vbi non imme- ritò venit notandum, Quantum discrimen sit inter eos, qui Deo seruiunt, & inter eos qui regibus aut principibus mundi ministrat. Abhorrent isti omnem societatem nemine- que participem in labore volunt habere: si autem coniungatur illis aliquis socius agrè & molestè ferunt. Amicus enim regis & eius priuatus nolet præter eum aliquem aliū in domo regis habitare, atque ita ipse solus multa officia complectitur: no si aliquis ingre- diatur magis priuatus & amicus fiat. Et cum isti propriam utilitatem potius curent, quàm regis aut principis ministerium, parum aut nihil de eo curant: ideo soli esse gaudent, vt ipsi soli lucrentur. Serui autem domini, qui de eius adipe & pinguedine viuunt multum ab his differunt: qui non sunt auari & cupi- di, non querunt suum proprium commo-

dum, sed quæ Dei sunt curant & eius mini- sterium & seruitium: & propterea solidita- tem desiderant, & gaudent cum aliis videat intentos sui domini obsequio: quia existimat in ministerio esse impares, non solum socium ferunt, sed ipsi sponte sua postulant. Et ideo Martha inquit, Dic illi, vt me adiuuet. Et ideo Moses Aaronem petit, cum mitteretur ad Pharaonem. Et cum esset dux filiorum Israel in deserto dixit domino Deo, Non possum so- lus sustinere omnem hunc populum. Atque ita dedit illi dominus septuaginta viros, qui eū adiuuarent. Sic etiā Beseleeli artificis operis ta- bernaculi dedit dominus socium Ooliab. Sic Iudas dixit Simoni fratri, Ascende mecum ad fortem meam. Et Dauid vocat etiam socios ad laudandum Deum dicens, Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in ipsum. Et Paulus. Imitatores (inquit) mei estote, sicut filij charissimi. Cupiunt boni vt omnes eos adiuuent in obsequium Dei: vt plures ministros & famulos habeat. Nunc vero hac nostra tempestate etiam si spiritua- lia onera maiora essent, quàm vt humeri no- stri ferre possint, soli gaudemus esse: vt soli honoremur, & soli fructum feramus. Quis obsecro Episcoporum totius Hispaniæ Regi offerenti Archiepiscopatum Toletanum reli- ctans & renuens illi dicit, grauisimum hoc esse onus, multum suis viribus dispar: & simi- liter dicit, q̄ ab eius acceptatione eū habeat excusatum, vt de Mose superius retulimus: qui Deo dicebat, Non possum sustinere om- nem hunc populū, quia supra vires meas est. Quis horum qui diu noctuque auaritia & eu- pidini student & in domibus regū stititissi- mi dileurrunt sua officia relinquer, dicens, se tanta & tam poderosa onera non posse su- stinere? Si centum officia rex promiserit, cen- tum admitterent: & nunquam dicēt, sufficit. Quasi in hoc reges rectè prouideant, paucis officia concedentes: ne tot homines in infer- num abeant. Cum Deus hominē creasset ad imaginem & similitudinem suam, inquit scri- ptura, q̄ requieuit: eum iam inuenisset alium sibi similem. Tu vero singularis vis esse, & nul- lum socium admittere. Nec in diuitijs, neq; in potētia, neq; imperio. Tantum abest vt tui similem aliquē velis agnoscere. ¶ Docemur etiam hoc loco, quòd omni pigritia reiecta, libenti animo proximis sit inseruiendum: & quemadmodum Martha hic facit, si nos non fuerimus sufficētes ad opitulandū proximis, alio-

Exod. 26.

1. Cor. 4.

Hebr. 4.  
1. Cor. 2.

Exo. 5.

1. Cor. 1.

Gala. 3.

Rom. 12.

1. Cor. 13.

Coria

Gala. 6.

aliorum auxilium imploremus. Discamus etiā in nostris laboribus alios alij subuenire: vt illud Pauli adimpleamus. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. ¶ Notabis præterea q̄ ad hāc Marthæ quæ rimoniā Maria nihil respondet: quia hī qui dediti sunt rerum diuinarum contemplationi non contentiosi sunt, sed tacentes audiūt, & meditantur, iuxta illud. Se debet solitarius & tacebit. Maria vero nihil perdidit tacendo cū Christum haberet qui suam causam ageret, & pro ipsa responderet. Tacet præterea Maria & Christus pro illa respondit, quia Martha non loquebatur cum ea, sed cum Iesu: & quia non vrbānum esset vt coram Christo illa loqueretur, ideo tacet & Christus respondet, & sequitur in textu. *Et respondens dixit illi dominus Martha Martha sollicita es, & turbata es erga plurima.* Vide & tu ne rerum temporalium excessiua sollicitudine turbetur. Q̄ jēmadmodum enim conscientia turbatur, dum species rerum temporalium, quæ illicitè appetuntur, se immisceant cogitationibus nostris, & conscientiam implent aqua turbida cogitationum: iuxta illud psalmi. Torrens cogitationum conturbauerunt me. Tali aqua potatur diabolus, & sicut illam: sicut Camellus aquam turbidam, qui si inuenit illam claram turbat eam: sic diabolus cogitationes nostras conturbat, quæ etiam si sanctæ sint, luto eas inuoluit: quia gaudet de flumine turbido Ægypti bibere cum populo Israel, de quo dominus per Hieremiam conqueritur dicens: Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Ideo David in Psalmo. Anima mea turbata est valde: sed tu domine vsque quo? Sic in Martha turbata est, vt non videret occupationem Mariæ meliorem esse, & quod meliorem partem elegisset, volens vt soror eius contemplationem relinqueret, & vt intenta esset sollicitudini rerum. Quantum cura humanarum rerum hominem perturbet, ex illo quod habetur in Genesi potest colligi. Orta est enim trixa inter pastores gregum Abraham & Lothi. Causa autem fuit diuiciarum abundantia, quæ inter ambos erat, & sic adiuuice m separati sunt. Vna plagarum quam Deus misit in Ægyptum misce fuerunt: quæ animalia sunt importuna & nimis in quiete. Ægypto dedit Deus mulsas, Israeli autem sabbatum letitiae. His namque qui rerum temporalium, curis se tradunt, dat Deus sollicitudines, vt Mar

tha: Mariæ vero datur quies, & cessatio. Hoc enim habet sibi adiunctum cura rerum temporalium, vt animus in multa rapiat: vt etiā boni & recti homines sanctis impliciti occupationibus, si terrenis immisceantur facillè suboritur turbatio. Nō autē intelligas q̄ misericordiae opera ideo sint abijcienda: sed cauendum, ne animus plus iusto terrenis implicitus, alta & diuina negligat. Sanctus enim Pater Franciscus in sua regula inquit monachis suis. Laborent fideliter & deuorè, ita quod excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant. Hoc quippe perspicendum est in operibus misericordie & charitatis, quæ erga proximos præstatur: ne propter illam animam nostram negligamus, quia nihil est præstantius, nihil diuinius, quaque nullum donum à Deo optimo maximo maius aut præstantius accepimus. Quid enim prodest homini si vniuersū mundum lucretur, se ipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Sic opus est, vt proximis seruiendo, se ipsius non obliuiscaris. ¶ Notabis etiam diligenter quod quauis Martha intenta esset & nimis sollicita circa ministerium corporalem Christi, & vtiptium reficeret nihilominus arguitur a Christo, & soror ei præfertur. Non sic principes mundi & reges consuefunt. cere qui bonos & fortes milites non diligunt, sed eos tantum qui in delicijs & voluptatibus seruiunt eis, & ipsis blandiuntur iuxta desiderij sui libidinem & appetitum. Videbis enim nunquam aut vix à magnatibus & principibus eos homines maximi haberi, qui fortes & magnanimi sunt quique rebus bellicis & laboribus plurimū præstant: sed potius eos qui luxurijs, delicijs, & voluptatibus eis deseruiunt. Videmus apertè hoc in loco Mariam pluris æstimari à Christo, & plurimum apud ipsum valere etiam si Martha corporalis seruitij domini curam haberet. Vnde facile possent (si vellent) verbi Dei concionatores discere, vt nec propter hospitium nec propter aliam quamcumque mundi rem timeant vitia redarguere, & hominum peccata reprehendere. Christus hospes erat Marthæ, nihilominus tamen nimis eius sollicitudinem damnat. Nunc autem prædicatores sunt sicut canes latrantes: quibus si os proieceris statim tacent sic isti prædicatores si munus obtuleris, vel cenam oppiparam apposeris, statim quasi nescientes loqui, obmutescunt, de quibus Elias inquit. *Esai. 56.*

Luc. 9.

Esai. 56.

Canes

Esai. 56.

Canes muti non valentes latrare. Videbis enim plurimos monachos, qui charitate incensi & inflammati in concione valent plurimum: quibus tamen si episcopatus offeratur statim in munere prædicationis deficiunt, & nihil deinceps prædicant, cum propriū episcoporum munus sit docere. Christus vero huic mulieri verum docuit, vt sanctus & pius magister, qui nullis muneribus aut donis mouebatur. Et vtinam, idem faceret omnes prædicatores & diuitias non considerarent, potentiam, aut priuatum vtilitatem. Nihil in mundo debet esse quod vitium. Dei amatorem & sui verbi concionatorem à veritate prædicanda exterminaret. Legitur in libro Numerorum Balaam ter fuisse rogatum à Balac vt malediceret Israeli, ille autem noluit, & dixit, Si dederit mihi Balac plenam domum auro & argento, non potero præterire sermone Dei mei. Mirandum est certè, quòd cū hic esset homo barbarus & malus nec argento & auro potuit corumpi, vt veritatem non diceret. Quare igitur tu qui Christi geris stema, & sacerdotis officio fungeris, cū mundum, reliqueris, timidus & pusillanimus es vt vitia potentum & diuitum reprehendas & carpas? ¶ Discamus præterea non detrahare sanctis aut amicis Dei quod certè valde est timèdū, cum Deus statim occurrat, & pro eis respondeat, quod manifestissimè apparet: nam cum Moysi detraherent fratres eius Aaron & Maria, statim dominus eos arguit, & percussit lepra Mariam, & laudauit Moysen ipso tacete. Sic in præsentiarū Martha cōqueritur de Maria, quæ Christi verba & doctrinā sedes imbibebat: & illa tacete, respōdet dñs. Vnde etiā memineras ne in seruos Dei & sanctos viros aliquod conuitiū aut opprobriū conijcias: nā Deus cuiuslibet ipsi sunt, pro illis respōdet, & eorū partes vt amicus agit. Sed iam Christū altiora loquentē, audiamus. *Porro vnū est necessarium.* Sensus literalis est, q̄ Martha cum diues esset, & ad cœnæ ministerium tum famulos, tum ancillas, tum præterea varios atq; diuersos cibos parasset: quæ omnia & multa alia tanto hospite iudicabat esse digna Christus vero qui mundano apparatu, pompa nec sumptibus gaudet, huic rei prouidēs, inquit, Vnum est necessarium. Quasi diceret, Martha, ne mihi tot cibos, tot epulas & fercula apponas: quod cūcunq; apposeris satis erit mihi. Vnum est necessariū, scilicet vnum condimentum, vel vna tantum patina: reliquum enim

erit superfluum; quòd ego nimis abhorreo. Hoc Christus dixit, tum vt suam humilitatē ostenderet: tum vt mundi superbiam & contumeliam luxuriæ carperet: quasi rectè prospiciens plurimos esse qui omnem suam felicitatem gloriam, & beatitudinem circa epulas & conuiuia adhibeant, non attendentes illud Ecclesiastici. In multis esctis non deerit infirmitas: & qui abstinentes est a diuicijs vitā. Et Paulus, Quorū Deus vter est. Præterea iuxta sententiā multorū, hoc vnū quod præceteris necessariū dicit, intelligi potest, ipsa felicitas patriæ sine ipse Deus: qui obiectū vel dator beatitudinis est: vel contemplatio seu dilectio eius in vita hac: seu pax mētis in Deo, aut vnio cordis cū eo, seu Deo debite seruire & propriæ salutis puidere. Quāuis enim ad obtinēdā salutē multa sint necessaria fides videlicet, spes, charitas, sacramenta, & obseruatio præceptorum: vnum tamen necessarium dicitur antonomatice præceteris, vel necessitate finis, & propter se atq; simpliciter: alia vero per respectum ad finē, & propter eius consequentiam. *Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.* Videlicet Deo vacare, & quietam vitam contemplatiuā agere, & ipsum in cōmutabile bonū querere & habere: de quo in Threnis scriptū est, Pars mea dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eū. Sed non intelligas, q̄ hīc Christū damnat officij Marthæ: quia Christus dixit, quicunq; potū dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ in nomine discipuli, amē dico vobis non perdet mercedem suam. Non ergo opera misericordie Christus dānat, quando quidē in die iudicij summis laudibus cōmendaui eos, qui in similibus se exercuerūt, sed Mariæ otium illi prætulit, Tu bonam elegisti: sed hæc meliorem, & vtraque necessaria. Nam cum bonum & piū opus sit, mortuos sepelire, iussit cuidā Christus, vt aliud amplecteretur, nimirum vnum annuuciandū regnū Dei, Paulus quip̄ i. Corin. 2. pe magis extolit euangelizandi, quam baptizandi functionem. Sic etiam colligere elemosynas pauperibus, & mensis ministrare, bonū est: sed apostoli optimū putauerunt munus verbum Dei: & ideo elegerūt Stephanū, & alios septem Diaconos, qui mensis deseruiant, vt ipsi orationi & prædicationi insisterent. Eratnē minus bonus Stephanus: Ab sit, erat quippe plenus fide & spiritu sancto: nec Martha mala erat quia in bono ministerio reprehēditur, sed Maria illi præfertur. Diaconi

2. Tom. F

apostol.

Thren. 3.

Psal. 79.

Hiere. 2.

Psal. 6.

Gene. 33.

Exod. 3.

Exo. 20.

Philip. 1.

Thren. 2.

Math. 10.

Matth. 25.

Luca. 9.

Acto. 6.

Ecclesi. 37.

apostolis, & Martha Christo ministrabat: Christus vero & apostoli prædicationi etant intēti, & utrumq; munus sapientiæ est. Ambo hæc ministeria necessaria sunt in Christi ecclesia.

Roman. 12.

Vnde Paulus. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent: ita multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Quæ etiam si alia alijs minora sint: nihilominus tamen omnia necessaria sunt, & alter alterius opo indiget. Ita actiua & contemplatiua vitam ecclesiam decent: etiam si contemplatiua excellentior sit. & multis nominibus præstantior: quæ (vt inquit Christus) à Maria non auferetur. Primo quia actiua simul cum vita hæc finitur: contemplatiua verò in cœlũ vsque perdurat, & ibi perficitur. Secũdo quia actiua potest multis modis impediti: contemplatiua verò, ab eo qui eã desiderat, minimè potest abstrahi: Omnia enim secum rapit contemplationi deditus: in catenis, in vinculis, in carceribus Deum potest orare: quem admodum sancti martyres solebant facere. Cum igitur hæc sit perfectior, nec contra possessoris voluntatem possit rapi, nõ est cur cogites, si tu in operibus pijs detinearis perfectiorem esse contemplatiua, & à Deo ardentius diligere. Quos enim Deus impèle & anxie diligit, hos ab externis mundi occupationibus semouet. Præterea illud maxime est obseruandum & digna consideratione aduertendum, qd etiã si contemplatiua vita perfectior sit actiua: nihilominus tamẽ hæc ambæ sorores sunt, vt Martha & Maria, qui nimia charitate & amore se diligebat, nec altera alteri cõtradicit, imò mutuis officijs se adiuant, vt sorores. Vnde regius Prõpheta domino ait. Viam mandatorũ tuorũ cucurri, cũ tamen dilataueris cor meũ. In cursu & exercitio vitæ actiue sentiebat vir sanctus hanc animæ amplitudinẽ, quæ quidẽ est dulcedo & suauitas contemplatiuæ: vt videas quomodo in ambabus vitis se exercebat, & contemplatiuæ cum ipsis operibus copulabat. Quod Spiritus sanctus innuit in Genesi, in quibus Spiritus domini ferebatur super aquas. Non inquit, quiescebat: sed ferebatur, & mouebatur. Amor enim Dei nec temporis momentum amittit. Deambulabat super aquas, quia contemplatio super actiuam vitam potest deambulare: quæ quidẽ sunt velut vnde distant, quæ Marham turbidã reddunt. Sed omnia potest sanctus amor, nam simul cum operibus exterioribus volãs & alta couis

Greg. lib. 11. mor. cap. 22.

Psalm. 118.

Genes. 1.

deras potest contēplari. Si igitur filij tenebrarum in omni opere suo corã oculis præmiũ & mercedem ferunt: quare tu, qui filius es lucis occupatus & intēsus vitæ actiue; Deũ ipsum contemplando præsentẽ non feres? Ambo simul eodẽ tempore potes facere. Sorores sunt Martha & Maria, nõ inimicæ aut contrariæ. Non est dignus nomine contēplatiui, qui proximi necessitatibus nõ succurrit: & etiam si cõtemplatiua excellentior sit, nihilominus tamẽ aliquando actiua magis meritoria est, quia cũ meritũ charitate meriatur, qua aliquod opus impendimus: cumq; aliquis vehementius & ardentius possit operari: quã alius qui tepidè & remisse contēplationi vacat: clarius cõstat qd tunc actiua magis meritoria erit, quam cõtemplatiua. Hinc fuit ortũ ardẽs illud & vehemens desiderũ diui Pauli, quo nimis cupiebat, propter fratrum suorum cõmodum à contēplatione semoueri. Altera quippe alteram nõ impedit, quãdo corporis labor nõ est nimius. Nec tantũ corporalibus laboribus debes insistere, vt spiritũ deuotionis extinguas: honestũ enim exercitiũ cõtemplationi fauet: quæ arida & laboriosa est, nisi mentali oratione miscetur. In omni exteriori opere Christum tuamẽte debes inuolucere perpetua meditatione, vt his duabus velocissimis alis cœlum possis conscendere. Hæc sunt illæ duæ alæ, quas mulier illa ferebat, quã Ioãnes in Apocalypsi vidit, vt in desertũ volaret: per quod cœlũ intelligitur. Et idẽ sancta illa animalia quæ vidit Ezechiel non solũ habebat alas, quibus altius & profundius volabat, sed sub ipsis etiã habebat manũ hominis. Quo nimirum intelliges actiuam vitam & cõtemplatiuam sorores esse, & amicas: & propterea sub alis erat manus: quia actiua contemplatiua iuuat, vt volare possit. Ne sis tantũ contētus oratione in solitudine, sed afflictis & egenis in necessitatibus subueni. Sancti illi pastores quibus in nocte natalis domini angelus apparuit: non solum fuerunt contenti, cum iam in monte Christũ adorassent, sed in Bethleem iacentem in præsepio iterum venerunt adoraturi: non vt increduli, sed ipsis operibus ministrabant, quẽ mẽte diligebant & venerabatur. Nec minus Paulus cum diuinitus cœlestibus radijs illuminaretur complicatis manibus sedis: sed statim surrexit, & abiit in Damascum, vt edoceret. Nec minus otiosus remansit, qui inuenit thesaurum in agro: sed abiit & vendidit omnia sua, vt facilius id posset inuenire.

Roman. 9.

Apoca. 12.

Ezechiel. 10.

Luca. 2.

Acto. 9.

Matth. 13.

Charitas

1. Corin. 13.

Charitas enim nõ infirmatur, nõ quiescit, nõ est otiosa: sed Christũ querit, vbi cuiq; ille sit, & corã oculis semper illum affert, quod Christus dominus inquit. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Dicamus igitur vt nos in vitã actiua exerceamus, quã Christus hic cõmendat: bonã enim partem Martha elegit, quãtũs Maria meliorem. Hanc enim dñs commendauit doctori illi quærẽti quomodo æternã vitam posset consequi, exemplũ ei appõhens Samaritanũ, qui misero in itinere iacenti subuenit: & concludẽs, dixit. Vade & tu fac similiter. Præterea etiam Mariam conuenitur imitari, cõtemplatiuam, scilicet, vitã amplectendo: quãdo quidem in summis laudibus à Christo commendatũr. Accedite (inquit regius psaltes) ad Deũ. & illuminamini. Imposibile enim est, si lumen adit, vt itidem non adsit calor: atque ita in plenilunio noctes calidiores sunt, quia lux in ipsis magis viget & splendet. Itã nimirum cum anima nostra terũ diuinatũ contemplationi vacat, & ab ipso Deo illuminatur: in se recipit diuini amoris calorem. Hoc est animam ad Deum accedere per amorem, & ab ipso illuminari. Atque ideo cõtemplatio est quidã actus aut cõsideratio intellectus clarus & liber vt in cognitionẽ diuinæ veritatis deueniat: qui ipse Deus est. Equaliter enim in hoc opere voluntas ipsa debet accendi & inflammarĩ Deũ ipsum diligendo & amando: vt intellectus cognoscendo & contemplando diuina & mirabilia eius opera. Quod philosophi illi antiqui euascentes in cogitationibus suis nõ meminerunt: qui cõtriti sunt solũ cognoscẽtes diuinas perfectiones, quas in ipsum omnĩũ autorẽ nõ retulerunt, nec gratias ipsi egerunt, humiliter de se sentientes propter totã tãta ab eius manibus accepta beneficia. Quo circa (vt inquit Apostolus) misere & infeliciter elatio animi eos deiecit, & obscura intellectu calligine obcaecauit. Contemplatio enim Christiani fundari debet in ipsa humilitate, & amore perfectio copulari, vt non solum intellectus ipse, alia voliret, sed etiam amor ipsi & affectiua specietur: atq; ita contemplatio est dulcedo quædam diuina, quæ non consistit in cognitione, sed in amore & dilectione. Vbi anima ipsa supra se euahit & extollitur, gaudẽs, & exultãs, cum cognoscãt omnia hæc inudana in cõparatione boni illius incomutabilis nullius valoris esse. Docemur etiam vt nos meliora semper in omnibus eligamus: cũ Christus Mariã

Matth. 23.

Psalm. 33.

Roman. 1.

hic commēderet, quæ optimã partem elegit, quæ minime ab ea auferretur. Sed si interrogare velis, quæ sint ista meliora? Illa, respondebo, quæ à nobis auferri nõ possunt. Sunt quippe multi, qui præstantissimũ bonũ & pulcherrimũ diuitias eligunt, honores ambunt, & sibi diuitias dignitates quærunt, & flagranti quodam desiderio sitiunt: quibus videtur, iã optima elegisse. Si autem à nemine auferri possunt, merito iuxta Christi sententiam optima vocantur: & iam falsi non sunt: si porro auferri possunt: aut optima dici non possunt, aut Christus incerta docuit. Quis verò ignorat diuitias, honores, & potestates, caducas esse, & simul cũ pereunt: periturae: & forte prius? Nouimus ex Euangelio diuitẽ Lazarium contemptorẽ, uouimus Herodis potestare, Nouimus Annæ & Caipha honores: sed quẽ finem illi sortiti sint, nemo est qui ignoret. Ergo alia quærenda sunt, vt meliora eligamus, & præstantiorẽ partẽ obtineam? Quæ isthæc alia? Virtutes & veræ pietatis officia. Hæc enim nobis inuitis auferri nequeunt: sed potius ad uerã & firmã gaudia hominem cõmitantur. Et vt dicendi finem his imponamus, Mariã optimã partem sibi elegit: scilicet, verbum Dei attendẽ & humiliter auscultare, contemplationi se totam præbere, Deũ diligere virtutum ornamentis decorari, & cœlestia gaudia anxie & sollicitè appetere: quæ omnia in hac vita heroico & diuino gradu habuit, & nunc in cœlo possidet in æternum sine vllõ metu amissionis. Et si hoc summa veritas Christus redemptor noster de Maria Magdalena inquit: quãdò melius & sublimius de virgine matre hæc posset prædicare, si de ipsa loqueretur? Quæ utique cum meliorem partẽ in vitã hac eligeret, ita optimã nunc possidet in cœlo. Et quemadmodũ in terra maiorem & meliorẽ partẽ sanctitatis elegit, & inter omnes sanctos & sanctas quæ purè creatura fuerunt, tanquam omnium exemplar, & limpidissimũ speculum splenduit, & immittuit: itã & in cœlo optimã partẽ tenet: quia in die assumptionis eius super omnes homines, & super omnes choros angelorum elata fuit. De cuius gloria & assumptione in cœlestia regna, quia multi, multa dicunt: nos ad alia properantes, alijs viam apertam relinquit mus, vt sequentis capitis explanationem insequamur: ad quod faxit Christus Iesus, vt ipse nos comitetur, vt felicius procedamus.

Luca. 16.

C A P V T. X I.



MIRABILIS certe est Dei optimi maximi circa omnes res providentia: ita ut nihil reliquerit, circa omnia quae ad tabernaculum spectabant quae Moysi in particulari non iussit, ad eum ut nec candelabrum, nec forficem: nec alia minutissima oblitus esset. Iam vero cum nec tabernaculum sit, nec arca, nec templum: cum haec omnia illis in figura corrigissent, manifestum est totum hoc umbram esse, & imaginem novi huius instrumenti, quod lumen clarum est, etiam his qui lippos habent oculos, quiq; metis caligine & obcuritate laborant. Ita etiam in lege gratiae constantem rationem erat, ut Christus deceptor noster doceret, nos quomodo cum Deo esset nobis loquendum, quandoquidem rara cura & multitudine ceremoniarum populum illum iudaicum erudit: atque, in quo si videret inter omnia exercitia Christiana praecipuum esse orationis in particulari, voluit nos instruere quomodo esset orandum. Hoc est illud praeciarum & egregium officium, in quo si homo per amorem & dilectionem accedat Deum oraturus: in ipso tanquam in limpidissimo speculo proprias culpas & delicta conspicit, de quo scriptura ait. Speculum sine macula, imago bonitatis illius. Ex hoc felici & prospero vitae statu Reges & Regna mundi videlicet, quae omnia in illius collatione culices & stercora reputabis. In hac quiete & tranquillitate animi orat ille, qui dicebat. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Hinc etiam doctor ille gentium in illud prorupit. Omnia arbitratus sum ut stercora. Hinc etiam Salomon conspicies omne quod erat sub caelo, dixit. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et inde illud evenit, quod cum oratio sit elevatio mentis in Deum, in ipso Deo anima nostra illuminatur: cuius luce clare & apertè cognoscit mundana omnia vanitatem & insaniam esse. Quapropter regius vates inquit. Accedite ad Deum, & illuminamini. Ut hoc igitur orationis exercitium clarior edoceret: sicut cetera omnia quae in discursu vitae docuit verbo & opere, ob oculos nunc exemplum ponit. Venit enim facere, & docere. Quo circa ait noster Lucas. Et factum est, cum

esset in quadam loco orans. Vbi primum illud se notandum offert, Christum scilicet non orare, quatenus Deus est, qui & qualis est patri: sed orat ratione naturae assumptae, secundum quam minor est patri: ut ipse dixit. Pater maior me est. Deinde statim ostendit, loca solitaria & secretiora ad orationem esse nobis eligenda. Vbi unquam enim poteris orationi vacare: quia veri orationis amatores patrem in spiritu & veritate adorabant. Daniel quippe inter ipsos Leones orabat, & pueri in ardenti fornace, & sanctus Propheta Ionas in ventre Ceti. Tantum abest, ut aliquid possit esse impedimento, quo minus mentes nostras ad Deum non possimus elevari. Verum solitudo plurimum confert ad orationem, ubi anima ipsa tranquilla & quieta oculis in lachrymarum fontem convertis in Deum transformatur, ipsum solum testem habens. Quare si animae tuae optas quietem, intellectui recreationem, & voluntati suavitatem: dic cum Propheta. Elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Moses etiam Deum oraturus, montem ascendit. Sic Elias, sic etiam Eliseus, sic etiam omnes sancti & viri contemplativi. Unde saluator, intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem tuum. Quando Iacob redibat ex Mesopotamia in patriam suam misit omnem gregem & omnem substantiam suam ante se: traductisq; omnibus, quae ad se pertinebant, solus mansit, & ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Aspice quemadmodum cum solus mansit Iacob, statim venit ad eum Angelus, & vocatus est Israel: quod interpretatur, vir qui Deum videt: & vocavit locum illum Phanuel, dicens. Vidi Deum facie ad faciem. Hoc illi contigit cum esset solus. Sic tu si Deo ipso volueris frui & suavitate suarum consolationum gaudere, solus mane, & à te rejice amicitias & consortia mundi. Praeterea tacetur tempus, in quo Christus orabat, ut ostenderet, quod indifferenter omni tempore sit orandum. Unde Ecclesiasticus. Non impediaris orare semper. Sed ut discas quantum profit bonorum exemplum, quantumq; valeat, ut nos in virtutis studium provocet: vide quomodo discipuli videtes Christum orant, & ipsi moti sunt ad orationem: & ideo ait euangelista. Ut cessavit, dixit unus ex discipulis eius ad eum. Vnus pro omnibus est loquutus: quis tamē ille fuerit discipulus, ignora-

Exod. 25.

1. Cor. 10.

Sapient. 7.

Isai. 40.

Philip. 3.

Ecclesi. 1.

Psal. 33.

Act. 1.

Ioann. 1. 4.

1. Ioann. 14.

Ioan. 4.

Daniel. 1. 4.

Daniel. 3.

Long. 2.

Psal. 24.

Exod. 32.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Matth. 6.

Genes. 32.

Ecclesi. 18.

Genes. 4.

Aug. in.

Psal. 77.

Psal. 77.

Exod. 9.

Psal. 104.

Genes. 37.

Genes. 42.

ignorat. In hoc autē quod expectavit. Christum orantem, docet nos non debere intrare imperatorem alienam orationem, orantes quippe cum Deo ipso fallunt. Si regibus & principibus mundi loquentibus, omnes praesentes tacent: & debita reverentia reverentur: quam meliore iure Christum orantem isti debent finire: & nos etiam eos; qui Deum ipsum in oratione contemplantur; debemus relinquere. Sed quid ex parte omnium apostolorum dixerit, audiamus. Domine docet nos orare: sicut docuit Ioannes discipulos suos. Quomodo modum filij Cain musica instrumenta inuenerunt; quibus sensus possit voluptatem capere: & arte pacendi greges, quae suas opes in dies magis auferent, & arma etiam quibus dimicarent, ita filij Seth modum inuocandi Deum, & apostoli modum orandi Deum ad discere cupiunt. Nam sicut filiorum huius seculi semper est querere artes, & inuenire modos, quibus intelligent diuitiarum cumulum adquirant, & sitim & auaritiam explant: sic filiorum Dei est inuenire modos quibus Deum colant, venerent, & praedicent. Quis obsecro in mundum attulit tot vestium cultus, tot modos & artes, tot sumptus & vanitates, nisi superbia hominum? Sed hoc interest inter bonorum & malorum inuentores: quod bonorum pauci sunt, malorum vero inuentores in infinitum creuerunt: imo vnus sufficit ad mille malorum artes inueniendas: Multi vero boni vix sufficiunt, ut vnum tantum bonum possint inuenire. Reperies quippe multos qui à theologis & religiosis viris querant multa in utilia, vanitas & nullius in momenti quæstiones: quomodo vero sit orandum, vel quid aliud simile, vix ubi contingeret. Obserua autē quod non inuenitur in scriptura, ubi Ioannes Baptista docuit discipulos suos orare: sed ut Augustinus annotat, multa dicuntur in scriptura sacra, quae in se gestata non inueniantur. Sic est illud Psalmi, Tradidit grandina iumenta eorum, & possessionem eorum igni. De iumentis grandini occisus habetur in Exodo: quod de veropossessio eorum grandine cremata sit, omnino non legimus. Item in alio Psalmo loquitur de Ioseph ait, quod humiliauerunt in compedibus pedes eius, quod non legimus in Genesitibus quod ita factum fuerit, non dubitandum est. Nec legimus eum fratres Ioseph videri inter caeteros, ipsam quicquam eos exorasse: Tante postea dixit Regem fratribus suis. Merito haec patimur, quia peccauimus

in fratrem; dum deprecamur nobis. Nec legimus aliquem leonem occisum esse à Daniele, ipse tamen Saul dixit. Leonem & vltimum interfeci ego seruus tuus. Er in epistola Iudae legimus Michaelm. contendisse cum dæmone de corpore Moysi, quod in Deuteronomio non legimus. Et Patro fuit dicitur à dæmone no euangelium circumcissionis. Sicut in Pauli praepucij: quod legitur in epistola ad Galatas. sed nescimus ubi Christus illi tradidit hanc prouinciā. Erate in Paulus ait, quod dicitur ait Iacob: & plerumque in quinquaginta tribus: & nihil de hoc in euangelio legimus. Cetera tamen haec fuisse scimus. Scimus etiam ordinationes Pontificum, in modum conficiendi sacramenta, & pleraque quibus sacrosancta caecitas Romana vitur, in scriptura fuisse à Christo saluatore nostro. Praeterea etiam scimus quadragesimalis ieiunium institutum fuisse à Apostolis, ut dicitur Ignatius Martyr tradit, & quod illi acceperunt à Christo: sed si euangelistas confulas, non inuenies ubi haec instituta sunt. Multi enim Christus legit & dixit, quae non sunt tradita in euangelij, ut Iohannes ait. Igitur inquit. Vbi etiam inuenies quod Ioannes Baptista docuit orare discipulos suos? Ergo non docuit illos orare? Argumētatio est ridicula, argumētari à negatiua. Sed quia de his non omnibus diximus in praefatione huius euangelij aduersus inuicissimos Lutheranos: nunc Christum audiamus. Cū oratis, dicit. Pater noster. Docet Christus quomodo sit orandum: & ad orationem potius quam alia pietatis opera inuitat discipulos: quia haec maxime Deo placet. Solam orationem quasi spirituale tributum animae offert: Deo ab intimis cordis penetralibus, quae statim ut ab ipso ore processerint, manibus suis ab angelis suscipitur, & ante conspectum Dei praefertur. Vt videri potest in hoc, quod dicitur angelus Tobiae dixit. Ego orationem tuam tulisti ante Deum. Ignem caelestem impetrat, quo desiderium acceditur. Oravit Elias, & descendit ignis de caelo. Et à tentatione liberat, ut inquit dominus. Orate ne intretis in tentationem. Et vita elongat: quia Elizabeth orant aditum sunt quinquaginta anni vitae. Sed de mirabili & fructifera orationis virtute, infra suo loco opportunius dicemus. In praefatione autem illud est aduertendum, quod cum Christus docet orare discipulos suos, inquit. Dicit. Vbi orationem vocalis commendat. Non ait, cogitate, vel intelligite, sed dicit, patet noster. Nec negamus multo nobiliorē esse orationē mentalem, F 3 in qua

1. Corin. 15.

Ign. episto.

la. 4.

Ioan. 21.

4. Reg. 1.

Tobi. 12.

4. Reg. 1.

Matth. 29.

4. Reg. 20.

Ioan. 4.

1. Corin. 14.

Matth. 21.

Esai. 40.

in qua anima nostra in Deum ipsum eleuatur, quia spiritus est iuxta illud. Plallam in spiritu, psallam & in mente. Sed utilissima est oratio vocalis: quia cor ipsum erigit ad orationem mentalem. Nec mirum si duplici obsequio Deo seruiamus: cum ex anima & corpore nos condiderit. Sic pueri Hebraei magnis clamoribus & vocibus Christum laudabant, dicentes. Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini. Et ita oratio vocalis obligat ministros ecclesiae; quia qui tenetur ad horas canonicas, non satisfacit, si solo conceptu eas dicat, non formando verba: quia haec oratio offertur ad ministrum ecclesiae non pro se ipsis sed pro cuncto populo, cuius expensis & sumptibus sustentantur. Oportet namque ut populus sciat tales orationes fieri pro tota communitate, ut fiduciam & spem in Deo habeat, quod notum fieri non posset, nisi in voce tales orationes canerentur. Sed si aliquis positus in oratione mentali, experitur, se magis incitari & incendi ad deuotionem solo spiritu per modum meditationis orando, hoc debet sibi eligere. Si vero verbis ipsis magis moueatur lingua & verbo debet orare. Si vero in variatione commodum senserit, optimū erit ut aliquando cogitet: & aliquando verba profert. Horas autem canonicas voce dicere tenetur minister ecclesiae. Præterea haec oratio quæ dominica vocatur omnium est excellentissima: cuius efficaciam & utilitatem ostenditur primò ex autoritate ipsius Christi domini nostri. O senim domini (ut ait Esaias) loquutum est. Secundo ex breuitate sermonis, quia breuissima & cōpendiosa est, quia in ipsa collecta sunt omnia, quæ possumus desiderare, & quæ ab ipso domino possumus petere. Nos quippe ea petimus, quæ appetimus: atque ita haec sola bona in oratione debemus impetrare. Et ideo Christus hic unico documento duo docet, scilicet quid est desiderandum, & quid sit petendum. Est autem haec oratio valde utilis & necessaria ad nostram doctrinam, qua facile potest colligi, quid nobis sit apperendum, nam ex his quæ hic docetur manifestè liquet, nulla alia præter hæc, quæ hic ponitur, & ea, quæ ad hæc reducuntur petenda esse. Hæc igitur omnia ponuntur hic septem petitionibus & ordinè quò petenda sunt. Nam sicut bona inter se differunt in magno & paruo, & in magis necessario, & minus necessario: ita est ordo in petendo, & taliter supradicta ista septem petitiones. Illud autem quod primò cadit in ho-

minis appetitū est beatitudo: secundo vero cadit id quod consequitur beatitudinē: quapropter duabus primis petitionibus beatitudo ponitur: dicens. Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnū tuum. Deinde mediū ponit, quo ad beatitudinem peruenitur: in alijs petitionibus dicens. Fiat volūtas tua. Circa primum est cōsiderandum quòd beatitudo accipitur obiectiue & formaliter, quod beatus facit, ipso fruētes: & hoc est diuina bonitas, quæ est sum mum bonū. Beatitudo autē formalis est ipsa fruitio qua illi summo bono vnimur, & formaliter illo fruimur. Prima autem beatitudo est ipse Deus, quem præ ceteris debemus diligere. Et quia amare aliquid est, velle illi aliquid bonū, sicut amare amicum, est illi bonum velle: ita amare Deū est velle illi bonū: & hoc est desiderare gloriā & honorē plus quā alias res. Et sicut prius debemus desiderare bonū Deo, quam quòd cūcūque aliud, siue bonum nostrum sit, siue alienū, oportet ut istud petamus ante omnia alia, tanquam prius desideratum: & idēd prima petitio quæ in fronte huius orationis ponitur, est de honore diuino, dicens. Sanctificetur nomen tuum: de qua & alijs sequētibz statim dicemus. Tertio ostēditur excellentia huius orationis, in præfatione, quam Christus facit, scilicet, pater noster, qui es in caelis: & in præfatione qua vitur ecclesia in illis verbis. Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere. Pater noster, &c. Hæc salutaria præcepta sunt illa, quæ sancti patres tã veteris quā noui testamēti nos docuerūt: quos debemus imitari. Primū enim quod pater ille gentium filios suos Cain & Abel docuit, fuit orare: ut videre est in sacrificio quod uterque deus obtulit. Noe etiam ante diluuiū, & post diluuiū Deum orauit. Enoch, Mathusalem, & Iob idē fecerunt. Sic etiam in lege naturæ quam Paulus ad Romanos dicit, scriptam esse hominū mentibus, tempora constituta & determinata erant, quibus cum Deo esset loquendum. Idem docetur in lege scripta, quando Deus iussit ut in prelijs iret sacerdos, ut Deū oraret, & ut milites animaret tali facta promissione quæ etiam si contrarij plures essent numero, & viribus præstantiores, nihilominus victi remanerent, quando quidem Deus ex eorum parte & factione se ostēdebat. Ita deuicit Moses Amalech, & tã præclara illa facinora quæ Iudas Machabæus perfecit ipsa oratione fuit con-

Genes. 4.  
Genes. 6.  
Genes. 5.  
Roman. 2.  
Deute. 20.  
Exod. 17.  
1. Mach. 6.  
Luca. 13.

Iacob. 5.  
1. Thess. 5.

quit. Oportet semper orare, Et Iacobus. Orate in iocū vt saluemini. Et Paulus itidē suadet. His ergo salutaribus præceptis vtis que testamenti in moniti, dicamus. Pater noster. Vbi notabis quòd hoc non vocat præceptum obligationis sed reuerentiæ, quæ etiam si nos non obligent: præcipiendum: tamen talium vitorū monitio & exemplum secum afferre quandā obligationem reuerentiæ. In hoc autem quod dicitur, Et diuina institutione formati, innuit formam & materiam idem debere esse. Imago quippe autæ & eius forma idē sunt, si tali forma informetur. Sic anima nostra perpetuo hac oratione deberet informari: sic aded vt nunquam ab ea cessaret, vel opere vel virtute. Deniq; his sanctis & deuotis verbis, quæ ecclesia ante hanc orationem instituit, clarè constat, quam admirabile & diuinum sit hoc ædificium, quandoquidem tale fundamentum habet. Christus etiam huic orationi etiam præfationem addidit, dicens. Pater noster qui es in caelis. Sic aded oratio hæc facta est, & plena sacramentis, vt singula verba attenda consideratione sint digna. Primo enim ait. Pater, non dominus: vt nobis fiduciam daret impetrandi, quia serui non semper audent impetrare. In patre enim reperitur, quidquid fiduciā potest dare ad petēdū. Pater pius est, benignus est, mansuetus & misericors: filios impenitè diligit, eorum salutem curat, thesauros quærit, & multa alia opera pietatis exercet. Nomen patris portam aperuit eius misericordiam: vt nos alliceret ad petendum. Magnum quippe bonum est vt nos Deum appellemus patrem, hoc autem fit ex benigna Christi promissione, quod non licet hæreticis, Turcis, & infidelibus, Deum patrem vocare, vt Augustinus ait. Plurimi enim patriarchæ & prophætæ non ausi sunt, tantam laudem sibi vendicare, vt Deum patrem appellarent. Esaiā legimus dixisse. Tu domine pater noster & te demptor. Sed in templo orantes, non dicebant, Pater noster. Publicanus dicebat. Deus propitijs esto mihi peccatori. Et Pharisæus, Domine gratias ago tibi. Ita David, ita Salomon, Manasses, & Ezechias. Nos vero ad emus, & non temere, enim, quem reges, quem Prophetæ dominum Deum vocabant, patrem appellare. Gloriantur Iudæi se patrem habere Abraham: quid nos debemus facere, qui Deum patrem habemus, & pleno ore patrem appellamus: Si igitur tu Deum patrem

Aug. serm. 20. de verbis Apost. Esai. 63.  
Luca. 13.  
Ioan. 8.

habes, & filium Dei te iudicas: illa postules, quæ tibi expediant accipere, & illum deceat dare. Secundo pater vocatur potius quā dominus, ad significandā dignitatem status noui testamenti, in quo Deum patrem appellamus. Nulla enim maior dignitas aut excellentia nobis potest contingere: quam quòd filij Dei simus, & in hoc longo discrimine omnēs veteris testamenti anteceditur, qui in aliqua oratione nunquam Deum vocauerunt patrem. Tertio Deum patrem appellemus: quia cū hoc nomen amoris & dulcedinis sit, id nominando, eum à quo petimus summo opere sectum, & in nostram beneuolentiam adducimus. Quarto vocans Deum patrem, voluit nobis insinuare, vt recordaremur, nos eius esse filios quos oporteret sanctis moribus & vita imitari: nos ipsos maxime æstimemus, nec ad vilia huius mundi nos meripos abijciamus. Magna quippe igr. obilitas & ignominia esset, si filius regis veller fues pascere, aut cū pueris medijs plateis luto immisceretur & stercore. Ita nimirum tu ingenti pudore deberes suffundi, qui patrem Deum habebas regem & dominum dominantium: nec te deberes terrene stercore & tanta immunditie inquinare, qui vt stuereris a ternis diuitijs es conditus. Præterea noster dicit. Ipse enim est pater noster per creationē & gubernationem. Vnde in Deuteronomio habetur. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit & creauit te? Dicitur autē, pater noster, & non pater meus: quia in vniuersū pater est omnium. Solius Christi est pater per naturā, noster vero pater tātum gratuita adoptione, nam accepimus spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater. Secundo quia Christus voluit statuere, quòd adinuicē inter nos spiritualia bona comunicarentur: ideo voluit vt quicūq; oraturus accederet, non pro se ipso tantum orationē funderet, sed pro vniuersis, dicens. Pater noster. Et postea in plurali dicitur. Dimitte nobis debita nostra. Eriterum. Et ne nos inducas in tentationem. Quæ omnia non ad orantem solum, sed ad omnes proximos extenduntur. Ea quippe oratio quæ à Christi charitate dimanat & profluit, dulcior & suauior est. Tertio Christus ita docuit orare, vt damnaret multorum superbiam: quicum de generis claritate & splendore gloriatur, alios contemunt, & se excellentiores iudicant, quæ gloria atq; iactantia vana & inflata est, quia nullā clarior aut sublimior nobi-

Apocal. 11.  
Deut. 32.  
Roman. 8.

litas esse potest, quam filium Dei adoptari, de qua nobilitate omnes Christum colentes participant. Quod si aliquis se alio nobilitate iactet, is certe merito rejicietur & a nobilitate Christi & ab eius genere: vel ita delirus & insanus existimabitur, ut credat alium meliorem esse & nobiliorem parente, quam est ipse Deus. ¶ Denique in caelis esse dicit, ut mentes nostras ad caelestia desideria erigat & ut nostris conatibus ad patriam illam aspiremus in qua pater noster plenus gloria habitat. Quid igitur o deuota anima & Christi ipsa in hac lachrymarum valle, & in hoc tetro omnium miseriaru carcere tibi placet? Quid est quod in hac maloru omniu sentina tibi arrideat: cu confitearis in patria illa caelesti patre habere omnibus bonis affluente, diuite, magnanimum, & gloriosum? Nonne loci illius amoenitas & suauitas tua mente prouocat? Nonne tata bona ibi redundantia calcaria tibi addunt, ut in eius amore accedaris, qui ea omnia tibi condidit? O quatus pudor & verecundia eoru facies deberet cooperire, qui patrem suum in caelis esse confitentur terram tamen & eius foeces glandines & stercorea magis estimant & diligunt. Leua igitur & iacta cogitatus tuos & desideria in patrem illum caelestem, & ea postula, qua tali parente sint digna: no vilia & abiecta huius mundi, que ad triduum sunt peritura, & cum Propheta dic. Ad te leuau oculos meos, qui habitas in caelis. ¶ Præterea maxime debemus conari, ut omnia nostra (tanquam ciues qui profecturi sumus in illa patriam) res omnes, loquelam, vestitum, & ornatum, ad modum caelestium ciuium componamus: sic enim consueuerunt facere hi omnes, qui in aliquam prouinciam sunt migraturi velut in Angliam, Germaniam, vel aliam quamcunque, qui in defesso labore scire festinant linguam & loquelam gentis illius, cultum & ornatum, rationem & modum confabulandi, & reliqua id genus necessaria: ut vel sic tali patrie conuenientes iudicentur, non ignari, aut minus prudentes. Sic nos qui filij sumus patris illius qui in caelis habitat, illius patrie loquelam, modum & normam viuendi, mores sanctos & candidos, debemus induere, ut ab illa patria tanquam ignoti non excludamur. Pari igitur non avari & fraudulentissimi: sed in Dei laudibus linguam exeremus cum gratiarum actionibus, ut tandem vitam hanc mortalem exentes, patris illius qui in caelis est, felices filij persistamus. Hoc vo-

*Psal. 122.*

lunt dominus Abrahæ exemplo insinuare: qui cum ei præcepisset, ut egredieretur de terra sua & cognatione, dixit ei. Suspende caelum, & numerate stellas eius, si potes: sic erit semen tuum. Et credidit Abrahæ Deo. Iubetur enim Abraham, ut suspiciat caelum, & ut numeret stellas si possit: ut ipse & eius semen per gratiam & charitatem credentes sciant, futuros esse caelestes ciues & filios hæredes illius patris, qui in caelis est. ¶ Ultimo loco venit considerandum, quod cum dixit, Qui es in caelis: vult ut ea petamus que sunt caelestia & diuina. Nam si rex alicui diceret. Pete quodcumque libuerit beneficium: si talis sarcina terræ, vel aliud quid vile & abiectum postulare, nonne insanus & demens iudicaretur? Hunc tu similibus vestigijs insequeris, qui a patre caelesti non caelestia postulas, sed terrena & caduca. Deus enim quantum ad temporalia pater est cunctorum animantium, & ipsoru hominum: quandoquidem omnes pascit, & alit. Et si aliquando contigerit aliquid Deo petere, quod temporale sit, id non ut principaliter intentum, sed tanquam accessorium postulemus. Primum querite regnum Dei, & omnia hæc adicientur vobis. Præmissa igitur præfatione, incipit prima petitio. *Sanctificetur nomen tuum.* In hac prima petitione diuinus honor petitur: nam quemadmodum tenemus diligere Deum, ita etiam potius illi, quam nobis bonum desiderare debemus. Hoc est nomen eius sanctificari. Sanctificari secundum communem acceptionem est sanctum fieri: & hoc modo non potest nomen Dei sanctificari, quia ipsum per se sanctum est. Sicut enim Deus est essentialiter sanctus, ita etiam eius nomen: propterea quod ipsum Deum significat. Sanctum & terribile nomen eius. *Quia nomen sanctum* dicitur nisi ad rem significatam: alie autem voces nullius sunt virtutis. Et quemadmodum Deo non potest aliqua sanctitas accedere, quia ipse semper non habuerit. Hoc igitur modo non potimus sanctificare nomen Dei. Alio modo accipitur sanctificari, pro eo, quod est sanctum haberi, vel sanctum reputari: & ita iubetur, ut sanctificemus diem sabbathi, id est, ut tanquam sanctum reputemus diem sabbathi, obseruando illum in honore. Nihilominus tamē nos non sanctificamus diem sabbathi, adijciedo illi, aliquid bonum de nouo aut aliquam sanctitatem: quia ipse Deus illum sanctificauit, ut scriptura dicit. Benedixit Deus diei septimo & sanctificauit illum. Ita hic accipitur, sanctificetur nomen tuum id est

*Matth. 6.*

*Psal. 109.*

*Exod. 10.*

*Genes. 1.*

id est sanctum reputetur. Quibus nimirum verbis petimus, ut nomen Dei apud omnes gentes honoretur: ita quod omnes illud estiment sanctum & excellens: & per hoc Deum adorabunt. ¶ Notabis præterea quod non dicit exaltetur nomen tuum, aut benedicatur, aut magnificetur, (que vocabula passim inueniuntur veteri lege, in qua Deus potus, magnus & alius reputari volebat) sed legi noua noua conueniunt vocabula. Sanctificetur inquit nomen tuum: ut nomen tuum in bono reputetur. ¶ *Adueniat regnum tuum.* Iam diximus esse aliam beatitudinem formalem, scilicet actum illum, quo immediate coniungimur illi summo bono, quod nos beatificare potest, qui actus vocatur fructio sine visio Dei, quod est maximum bonum nostrum: nam Deus est maximum bonum nostrum simpliciter, quacumque ad aliud facta collatione: illa tamen fructio est maximum bonum nostrum, quia Deus non est bonum nostrum, nisi in quantum applicatur nobis, vel nos ei, & hoc fit per visionem hanc beatificam. Et quia bonum nostrum est illud quod nos formaliter bonos facit, Deus autem non est aliquid formale in nobis, sed effectiue vel obiectiue nos bonos facit. Visio autem vel fructio reddit nos for-

*Psal. 97.*

*Isaie. 1.*

*Psal. 44.*

*Orige. hom. 1. in cant.*

maliter beatos, (quamquam ista visio non sit bonum summum simpliciter, est tamen summum bonum nostrum.) Et quia nos potius tenemur diligere Deum, quam nos: tenemur etiam desiderare honorem Dei, potius, quam nostram beatitudinem. Et ideo in prima petitione ponitur honor Dei, in secunda vero beatitudo nostra, cum dicitur adueniat regnum tuum: qua petitione postulamus, quod Deus faciat nos beatos, nam beatitudo regnum Dei dicitur. Et sic Christus dixit, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Id est in æterna beatitudine. Quia sicut regnum in terris maximam potestatem dicit, quam quis possidere potest, dum viuirit: ita beatitudo similiter regno, quia est maximum bonum nostrum. Adueniat regnum tuum, hoc est adueniat beatitudo tua in nos. Non dicitur eamus nos ad beatitudinem, sed illa adueniat nobis: quia potius ipsa ad nos accedit, quam nos ad ipsam quia principium veniendi ex parte ipsius est, non ex parte nostra. Illa ergo nobis aduenit: quia potius ex Dei liberalitate & gratia, quam ex meritis nostris conceditur: quamuis non sine meritis nostris. Attēde igitur tu, qui tale regnum postulas, & talem diem desideras, quam rationem tecum afferas: & considera an rectus & munda conscientia quotidie dicas, Adueniat regnum tuum. Iudicium enim petis, & iudicem: & ideo rationi esse consonum, ut te ipsum prius iudicares. Hoc quippe regnum, quod tu tam anxie petis, & desideras, cum ipsa morte aduenit, & non dabitur nisi ei, qui mundam habuerit conscientiam. *Fiat voluntas tua.* Hæc est tertia petitio: cui Matthæus addidit, Sicut in celo & in terra. Cum iam Christus in præcedenti petitione illud appouisset, quod per se est appetendum, scilicet beatitudinem: hic autem adiungit ea, per quæ ad beatitudinem peruenitur. Primum autē & præcipuum quod facit nos æternam illam vitam consequi, illud est, scilicet, ut nos conformemus diuinae voluntati: id est ut tales simus, quales ipse nos esse iubet, & hoc innuitur in hac tertia petitione. Potest autem hæc petitio dupliciter intelligi. Vno modo ut fiat voluntas tua, id est, nos oramus ut des nobis facere voluntatem tuam. Alio modo, fiat voluntas tua id est oramus, quod omnes homines obediatur voluntati tue. Et isto modo in aliquo conuenit hæc petitio cum prima: scilicet, sanctificetur nomen tuum: nam ibi petimus nomen Dei sanctificari, id est

*Luca. 22.*

*Matth. 6.*

carl, idest, honorari ab omnibus gentibus: hic autem petimus quod omnes gētes Deo obediant, quod etiam ad diuinum honorem pertinet. Et tamen illud petitur in quantum est bonum ipsi Deo: hoc autem petitur, quate- nus nobis est medium perueniendi ad beati- tudinem. Postulamus autem hoc, quia volun- tatem Dei homio non potest complere, nisi Deus ad id mouerit. Nam propterea quod homo adimplet voluntatem Dei, accedit ad eum, & efficitur eius amicus, & valde propin- quus: quia Christus dicit, Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror est & mater. Non potest tamen aliquis ad eum accedere, nisi ipse dominus eum inueniat, iuxta illud Saluatoris, Nemo venit ad me, nisi Pater meustraxerit eum. Quo manifestè liquet, quod ad hoc, vt homo Dei voluntatem adimpleat, indiget ipsius adiutorio, & idèd necessum fuit hoc petere, vt fieret voluntas Dei. Hoc est, Da nobis vt possimus adimplere voluntatem tuam. Potest autem homo dupliciter impedi- ri, ne hanc voluntatem compleat. Vno modo ignorans, quid Deus velit: alio modo quia ho- minis voluntas non inclinatur ad comple- dum voluntatem Dei, sed potius ad vana & delectabilia huius mudi. Ad vtrunq; indiget homo exteriori auxilio. Sic innuitur in Deu- teronomio, cū dixit Deus. Bene omnia sunt loquuti, scilicet, si fecerint, quemadmodum dicunt: Et statim sequitur; Deo eos talem habere mentem, vt timeant me, & custo- diant vniversa mandata mea in omni tempo- re. Ac si diceret, eos indigere, vt aliquis eis cō- cederet, hoc posse facere. Nemo autem nisi Deus huius rei facultatem potest facere. Ip- sum ergo adire debem⁹, & pro his orare. Pro- vtroque orat Dauid, dicens, Da mihi intelle- ctum, & scrutabor legem tuam. Si est neces- sum, vt illam intelligam: da mihi intellectū. Et pro secundo dixit, Inclina cor meū Deus in testimonia tua, & non in auaritiam. Ac si diceret, Licet dederis mihi intellectum ad in- telligendam legem tuam: adhuc non sufficit, quia possum sciens & libens peccare: sed in- clina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiā. Id est, fac vt magis diligā legem tuā, quam auaritiā sequi & alia huius mudi vi- lia & abiecta. Sic Salomon in fine suarum pe- titio- num tanquā potissimam hanc retulit, dicens, Sit Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos,

non proijciens: sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniversis vijs eius. Ne- cesse est ergo diuinum iuuamen petere, ad hoc, vt faciamus voluntatem suam, & osten- dat nobis, quid à nobis velit, & flectat ani- mos nostros & voluntatem, vt nos idem veli- mus: nam si hoc ipse non fecerit, sine dubio nos illud adimplere non poterimus. Sic conqueritur Elías nomine su- daorum, quando se non aptos & idoneos ad bene agendum, inueniebant, dicens, Quare errare nos fecisti de vijs tuis: & in durasti cor nostrum, ne timeremus te? Hic ponitur illa duo: scilicet, quod Deus ostendat nobis quid velit: & vt inclinet nos ad volendū illud. Ad- uersus primum inquit, Quare errare nos fecisti de vijs tuis: id est non solum non ostendi- sti nobis illas, sed etiam posuisti nobis obsta- culum ne inueniremus eas, & cogere- mur errare. Et aduersus secundum dicitur & indu- rasti cor nostrum, ne inclinaremur ad sequē- dum te. Hæc tamen aperte ostendunt quā fal- sa sint, & quantum Dei misericordiæ & boni- tati repugnent & aduersentur: quia Deus ne minem errare cogit maximè in vijs suis, nec etiam aliquem indurat. Sed illa dicebant im- pij Iudæi, quia ob oculos non videbant Dei iuuamen clarum & manifestum, vt ad bonū inclinarentur. Nam ita se ignauos & impotē- tes ad benefaciendum inueniebāt, ac si Deus ex industria cogeret illos errare, & induraret eorum corda. Præcipuum autem bonum & valde necessarium, quod homo à Deo petere potest, id est, quod det ei facere voluntatem ipsius. Illud verò quod Matthæus ait, Sicut in cælo & in terra, intelligitur, quod sicut ad impletur voluntas Dei in cælo ab spiritibus cælestibus, ita etiam in terra ab hominib⁹ fiat. Vnde Dauid in Psalmo de Angelis ait, Benedicite Dominum omnes Angeli eius, mini- stri eius, qui facitis voluntatem eius. Sunt enim diuinæ regulæ immediate coniuncti: & idèd non possunt deficere, nec ab eius volun- tate deuiare. Homines verò proclines sunt ad peccandum, & milles possunt deficere: quia non sunt immediatè coniuncti diuinæ boni- tati & veritati. Et idèd non possunt Dei volū- tatē sine speciali Dei auxilio adimplere, imo

Psal. 63.

Psal. 102.

Ioan. 15.

Lucæ. 19.

nec possunt velle complere: quia hoc velle quoddam bonum est, & nihil boni sine Deo facere possumus, iuxta illud, sine me ni- hil potestis facere. Faciamus igitur nos tuā vo- luntatem in terra: sicut faciunt illam, qui ha- bitant in cælo. Prudentissima certè petitio. Nihil enim est, vnde periculum magis nobis imminet, quā à nostra voluntate. Implo- rum vox est, Nolumus hunc regnare: piorū verò, non mea voluntas, sed tua fiat. Per nostram voluntatem descendimus in infer- num: & per diuinam ascendimus in cælum. Debes ergo in omnibus, & per omnia hoc semper desiderium habere, vt facias volun- tatem Dei. Aduerte etiam non esse graue periculum si non facias voluntatem Dei, si- cut in cælo: sed periculum est, si eam non op- tes facere, sicut in cælo fit. Non est mirum si alicubi pecces: sed piaculum ferè est, nisi cu- pias, non peccare. Non est crimen non profi- cere: sed malum est non habere desiderium proficiendi. Si igitur non facis voluntatē Dei, tam est Deo dedecus, quam nobis noxium. Obserua etiam, quod voluntas Dei absolu- ta (quam Theologi vocant voluntatem bene- placiti) nobis nolentibus vel volentibus in ter- ra & in cælo adimpleri debet. Nemo quip- pe huic voluntati potest resistere, vt pote quia ipse Deus est, qui gaudet, & discernit, quod aliquid fiat & discernatur in suo esse. Volun- tati vero (quæ dicitur voluntas signi, quæ cō- tineretur in aliquo præcepto negatiuo, vel affir- matiuo, vel in aliquo consilio) huic inquam li- bero nostro arbitrio potentes sumus contra- dicere, aut obedire. Est enim clarum & aper- tum, quod si aliquis rex potens ad aliquam ciuitatem ignobilem regni sui aliquam Epi- stolā mitteret & in ea iuberet, vt ipsi obedi- entiam darent, & ei subijcerentur, & sus man- datis obedirent: clarum inquam est, quod isti ciues bene possunt epistolam rumpe- re, & ei non obedire: quia epistola non est ipsa regis voluntas, sed signum suæ voluntatis. Si vero ipse rex magna potentia ciuitatem illam adi- ret, nequaquam eius regis voluntati possent resistere. Ita nimirum Deus noster misit epi- stolam populo suo, legem scilicet illam scrip- tam: nobis autem sanctum suum Euangelium, quibus monet, & orat, vt ipsi obediamus, & eius voluntatem & diuinam mandata obserue- mus. Nos autē, vt rebelles & ingrati sua man- data contempnimus, (quæ signa sunt volun- tatis eius) & cum mali sumus, voluntatem no-

stram explemus, & desiderijs nostris nos tra- dimus: cum non simus potentes tanto & tam magno domino resistere, quando eius volun- tas est absoluta, de qua in Psalmo, Omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, & in omnibus abyssis. Ac si diceret, Nemo Angelorum cæli, nemo hominum qui in ter- ra sunt, nec vllus demonum qui in abyssis ha- bitat, ei resistere valuit. Hinc colligitur, quod quando Deum petimus, quod eius voluntas fiat: non petimus, quod bene placiti voluntas eius adimpleatur, siquidem etiam nobis inui- tis quidquid ipse voluerit, adimplebitur: sed hoc petimus, vt nobis tantum & tam magnū beneficium conferat, vt det, nos velle, quod ipse vult: & quod diuina eius voluntas iuuauis nobis sit, quando quidem omnibus creaturis suaue & dulce est, suo creatori obedire. Notandum præterea, quā cautè in hac petitio- ne & in duabus præcedentibus dominus se habuerit. Non dixit, Pater sanctifica nomen tuum in nobis, aut fac voluntatem tuā in no- bis: ne se ipsum videatur Deus in hominibus sanctificare: aut super quos vult adducere reg- nū suū, aut in quibus voluntatem suā vult fieri, & per hoc inueniretur Deus personatum acceptor. Nec iterum dixit sanctificemus no- men tuum, suscipiamus regnum tuum, sed impersonaliter dixit, sanctificetur, & adueniat, fiat, vt vtriusque opus necessarium demonstra- ret. Quia & homini Deus est necessarius, & homo ipsi Deo, vt iustitiam faciat in eo, Nam sicut homo non potest facere aliquid bonū sine Dei auxilio: ita nec Deus bonum ope- ratur in homine, nisi homo voluerit. Sicut nec terra sine semine, nec semē sine terra fructificat: ita nec homo sine Deo, nec Deus sine homine, iustitiam operatur in homine. Sed iam de quarta petitione disseramus. Paru- strum quotidianum da nobis hodie. Per hanc pe- tionem postulat, id per quod ad beatitudi- nem peruenitur. Hic panis à Matthæo dicitur super substantialis, & hic dicitur quodia- nus. In Hebræo dicitur, Segolla, hoc est egre- gius seu peculiaris. Egregius, hoc est, super sub- stantialis: peculiaris, hoc est quotidianus. In Græco verò dicitur, τὸν ἀγτὸν ἐμὸν ἐπιούσιον, quod idem est. Ideo vtrunque congruit He- braicæ veritati: quia segolla super substantia- lem & quotidianum significat. Ideo hoc intel- ligi potest de vtroque pane, nempe super sub- stantiali: id est de sacrosancto Eucharistiæ pa- ne, qui super omnem substantiā & super om-

Psal. 34.

Mat. 6.

ACM

nem intellectū est, quia cœlestis est. Et quod de hoc sacro pane ager, verosimile videtur: nam frustra qui diues est, & horrea habet frumento plena, bene pransus; cibo meroque in gurgitatus orationem dominicam recitaret. In eo autem quod noster Lucas ait, videtur insinuari, quod de cibo corporali agat: nam eucharistia non est cibus quotidianus. Quomodo acunque accipitur, petitur hic illud per quod instrumentaliter petiuitur ad beatitudinē. Et sicut per panem materialem omnis cibus intelligitur, sic per eucharistiam omne sacramentum; quia omnia sacramenta ordinantur ad eucharistiam, tanquam ad principalem: & ita sunt medium perueniendi ad beatitudinē, quatenus sacramenta conferunt gratiam; & gratia disponit nos ad vitam æternam. Panis etiam corporalis instrumentum est ad beatitudinē, quia hæc tantum meretur in hac vita, quæ quidem corporali cibo sustentatur. Tertio potest exponi de gratia diuinæ, & spiritali pane, & de virtutibus ac donis spiritus sancti iuxta illud. Cibauit illum panis vite & intellectus, &c. Et Christus, Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei. Vnde hic addit quod in missa Mucatae, quæ antiquissima est, iuxta missale sancti Ilicoris, quæ ego saepe Toleri audiui: cum sacerdos in hac Missa dicit, Panem nostrum quotidianum, respondet chorus, Qui tu es Christe. Et cum libenter illam petitioni respondet chorus: Amen. Hæc antiquitas fauere videtur opinioni, quæ dicit, Christum in hac petitione loqui de sacramento Eucharistia. Observa autem dominum velle, nos quotidie tam corporalem, quam spiritualem panem petere, ut cognoscamus nos semper ab eius diuina providentia pendere. Quoniam nouit, nos eo esse natos ingenio nisi necessitate essemus compulsi, ad eum non adituros, quapropter non suspendat nobis panem ad annum, mensē, vel hebdomadam, sed ad diem. Sic etiam filij Israel noluit dare manna, nisi singulis diebus: ut quotidie diuinam eius bonitatem expectarent: & quasi pulli & infantes pendentes à matris oculis, sic ipsi diuinam misericordiam penderent. Quia in re ipsa loquamur de pane materiali quotidiano, melior est pauperum quam diuitem conditio: quia oculi pauperum singulis diebus dominum expectant, ut patris oculis eorum miseretur, & saltem necessaria illi dei tribuat. Secundo vult, ut singulis diebus hunc panem postulemus, ut semper & frequē-

ter sentiamus, Dei beneficia nobis aduenire: ut vel hoc saltem commoti, eius simus memores. Et quantum coniectari possumus, id sanctus & sapientissimus magister voluit nos docere, ut quantum frumentum, & alia vitæ necessaria siue horreis, siue cellis viniarijs recondita habeamus: ita tamen grati simus, ut singulis diebus ab eius liberali manu putemus ministrari. Quia de causa Hebraei arbitrantur Deū voluisse septimo quoque anno terram quiescere: ut illam penuriam & egestatem quolibet septennio diuites paterentur, quando quidem eam pauperes singulis diebus experiri videntur. Ideo ait, Panem postremum quotidianum da nobis hodie. Quæ circa voluit dominus ut quotidie ante faciem eius essent panes propositio nis, ut ipse quotidie nostram indigentiam memor esset. Quemadmodum pia mater panis fragmenta coram se ponit, ut paruulis egentibus frequenter subueniat, &c. Et dimitte nobis peccata nostra: quidem & nos dimittimus tibi debentibus nobis. Hæc est quinta petitio, in qua ponitur id, per quod beatitudinem consequimur indirecte, iā quam per remotionem mali: & de hoc agit in hac petitione & in duabus sequentibus. Primum igitur malum, quod impedit beatitudinē, est peccatum commissum: nam frui beatitudine non possumus, nec ad eandem peruenire, nisi prius peccatum penitus fuerit dimissum. Forma autem orandi est, ut sicut nos dimittimus debitoribus nostris: sic dimittat nobis Deus: iuxta illud, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Si tu non dimittis, quomodo aude dicere, dimitte nobis; sicut nos dimittimus: Quæ petitione sapius aduersus te uindictam Dei prouocas? Homini homo (ait sapiens) seruat, & à Deo quarit medelam. Idem quoniam in persona Ecclesiæ possis hanc orationem recitare, in propria autem persona, si non dimittis nocenti, illam non potes dicere, quia contra te ipsum loqueris, & mentiendo affirmas. Dimittimus debentibus nobis. Licet enim possis petere poenam debitam pro iniuria illata coram iudice: tamen teneris deponere odium, & appetitum vindictæ, quod vtrunque est iniuriæ. Id eodemque sicut? odio, aut spe aliqua vindictæ hanc orationem dixeris, in manifestum peccatum incidis. Quapropter sanum & maturum consilium præbeo, ne si talis oraturus accedas, tibi contingat dicere: sicut ego dimitto, sed sicut nos dimittimus, id est, sicut dimitunt sancti, sicut Petrus, Paulus, Stephanus &

Leuiti. 25.

Exod. 15.

Ecclesi. 28.

alij

Rom. 12. Dent. 32.

Zach. 2.

Matt. 7.

Matt. 6. Coloss. 3.

alij huius classis & ordinis. Vbi digna animaduersione duo possumus ex hoc loco colligere. Primum scilicet, ne illatas nobis iniurias vindicemus: quædoquidem dominus inquit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum. Mea est ultio. Et si quidem Dei cura est impostum & demandatum iniurias tibi illatas vindicare, & exactissimum supplicium de eis sumere: deponere, obsecro hanc curam & sollicitudinem. Ipse enim Deus, ut qui suos adeo diligit, ut ne pupillam oculorum velit tangi, in crucem & tormentum eos detruder. Nemo quippe est adeo crudelis & inhumanus, qui si tormenta gehenna videret, non ad pietatem commueretur, & dolor eius animi subiret. Præterea quæ maior infamia esse potest quam ut vulnere tuo, alterius vulnus sanare velis? Ita percitus & commotus in alieno malo, bonum suum vult, & aliena infirmitate incoluitatem suam postulat: quod quidem simile est, ac si in igne aquam quæras, & in spinis vvas, & ficus in tribulis. Sed ut vno verbo honestius & præclarior genus vindictæ tibi ostendam, illud scilicet est, ut dum facilius & leuius vindictam possis sumere: tunc potius parcas, & offenderum miseraris: nam cum iam offensor fuerit in potestate tua, posse vindictam de illo sumere, pro iam sumpta debes accipere & reputare. Secundò illud dicere hinc debemus, ut nobis iniurias inferentibus parcamus, & eis dimittamus: sicut nobis volumus dimitti. Idem dominus, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis peccata vestra. Sic Paulus Colossensibus ait, Induite vos viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, &c. Quare tu tibi aliam legem vis imponi, alijs verò diuersam? Et cum velis Deū tibi parcere, cum hoc etiam vis compati, ut alijs non parcat. Aspice igitur quemadmodum Deus in tuas manus misericordiam posuit, ut si velis suam misericordiam tecum uti: memineris etiam te, cum proximo tuo idem debere facere. Et tunc (mihi crede) Deus suam misericordiam, benignitatem, & mansuetudinē non denegabit tibi. Et illud debes aduertere, quod cum aliquis veniam & misericordiam à te postulat, id petit, ut tibi ipsi parcas, & tui ipsius miserearis. Quando enim aliquis veniam & misericordiam ad te postulaturus accedit: iam ipsi remissus est à Deo. Dolor qui pro peccato & penitentia, quam habuit de iniuria tibi illata, iam illum Deo reconciliarunt, & Dei amici

cum fecerunt. Iam vero postquam Deo est reconciliatus, non de offensoris salute, sed de tua agit. Quo iam manifestum appareret, qui tibi veniam petit, non illi, sed tibi ipsi veniam postulat. Si non pepercit, in nihilo malefactori nocet. Lex enim non præcipit, ut qui tibi iniuriam fecit, parcas: sed ut ipse veniam à te humilis postulet, & ad hoc solum ipse teneatur. Quod vero tu parcas, vel non, impertinens est ad offensorem: hoc enim tibi incumbit, & non minus quam de vita spiritali animæ tuæ agit: quandoquidem si non parcas ex toto corde, impossibile est, ut æterna beatitudine possis frui. Ne obsecro tibi ipsi sis crudelis, siquidem veniam tibi petere, est medicamentum quod animæ tuæ ordiatur: ne igitur illud rejicias. Manifestissima quippe infamia est, ut multi eam mentem inducant, & cogitent, tunc vindictam de offensa sumptisse, cum inimicis non parcent: cum omnino contrarium sit: cum offensus non parcendo, in infernum abeat: offensor vero dolor & poenitentia satisfecerit, & sit in statu saluationis, cum iam veniam petierit. Aspice igitur infamiam, & in meliorem mentē redi, tibi ipsi parce, & misere, offensori parcendo & miserando. Exemplum tibi sume illius serui, cui dominus decem millia talenta dimisit, & quia non pepercit proximo grauius punitus est. Vbi autem te debes considerare, quod etiam si dominus cum hoc misericorditer & liberaliter se habuerit, cum multis esset obligatus: quia vero postea iste proximo non pepercit, cum illo asperè egit, appellans illum seruum nequam. Ut clarius & apertius intelligas, quanto crudelius animaduertat iniurias & offensas proximis nostris illatas, quam sibi ipsi. Hic autem homo non redijt iterum veniam petiturus: quia crudelitas & inhumanitas, quam erga proximum ostenderat, reddiderat eum indignum condonatione. Pons quippe, quo ad Deum transituri sumus ut veniam nobis condonet, misericordia est, quam erga proximos habuerimus. Ille enim pontem fregit, qui transiturus erat ad Deum, qui proximis non pepercit: cum vero iste eum fregisset indignus fuit misericordia: atque ita incidit in manus iustitiæ Dei. Ideo beatus Iacobus. Iudicium fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Ille vero, qui vltus fuerit misericordiam, ut cum ipso vtatur ad Deum poterit accedere: qui vero non ita fecerit, sedere poterit iuxta ora fluuij, quia pontem fregit misericordiae & pie-

Ecclesi. 15. Ioann. 4.

Exod. 16.

Matt. 18.

Iacob. 2.



**Math. 5.** & pietatis. Quam sententiam Christus retulit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Via vti que certissima est, vt à Deo veniam possis consequi, iniurijs proximorum parere: vt videre licet in misericordia illa abundanti & liberali, qua dominus fuit vltus cum vidua illa, quia ipsa cum Elia eadem misericordia est vna. Ità seruus ille malus acriter fuit punitus, quia non habuit misericordiam, Et applicans parabolam illam huic intento cœli dicit Christus, dicens, sic faciet pater meus cœlestis vobis, si non dixeritis vniciq; de cordibus vestris. Non dixit, Pater noster, sed pater meus: quia Deus, non est pater eorum, qui non parcent. Quia Deus solem suum facit oriri super bonos & malos; & pluit super iustos & iniustos. Sed cum loquutus est de his, qui dimittebant, dixit, Pater vester dicens, Si dimiseritis, dimittet vobis pater vester cœlestis.

**Roman. 3.** Si filij, & heredes (ait Paulus) ergo si non filij, ne que heredes. Quo argumento à gloria illi exterminantur & excluduntur, qui misericordiam erga proximos non habent.

Præterea venit notandum, quod dixit Christus, de cordibus vestris. Nam sunt multi qui ore parcent: intus autem execrandum & pestiferum odium seruant: vt cum occasio se obtulerit, opportunitis vindictam fumanit. In hoc cognoscunt (ait Christus) quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicem habueritis. Denique si elemosyna extinguit peccatum, quanto melius extinguet remissio sine venia inimici? Elemosyna enim materialis vel ex arca vel ex crumena extrahitur: venia vero & spiritalis remissio culpe inimici, intus ab ipsis visceribus & corde dimanat: & ideo coram Deo pretiosior & excellentior est. Poterit quippe Deus facile prouidere vt præter te alius sit, qui elemosynam pauperi tribuat: veniam vero illata tibi iniurie nemo, nisi tu, potest condonare. Nam si non parcis, sententiam aduersus te ipsam profers, dices, Sicut & nos dimittimus, tu autem non parcis nec dimittis: petis igitur, vt tibi non dimittat.

Aduerte tu incaute & insane, quod hac petitione, sapius petis, vt nunquam tibi dimittat, & grauissimum supplicium de te sumat. Et siquidem nec vnum tantum diem certum occidat super iracundiam vestram. Mulieres autem vel in hoc dignæ sunt reprehensione, vt pote que nesciunt, quid sit, iniurijs parere. Vidi enim sapius mulieres ieiunantes, oran-

tes, pudicas, castas, & multa pietatis opera exercentes: nunquam tamen aliquam vidi, que acceptam iniuriam remitteret. Hoc enim ipsis quali innatum est. Parcere vero, remittere, & misereri ita nobile & magnificum est, vt nunquam cadat, nisi in vitiorum corda. Quid de Iezabel iniquis, quæ dicebat, Hæc faciat mihi dii, & hæc ad dant, si non potuerit, &c. Quid de Herodiade? Quid de Olympia Alexandri matre, quæ mortuum Cellarium effodi fecit, & omnia eius membra lacerari: & huic causa fuit, quia veneno Alexandrum potauit? Notum etiam est supplicium, quod sumpsit Rosimunda vxor Alboini Regis Longobardorum de proprio marito, quam que crudeliter iniuriam acceptam vltia est, eam potius parentis sui caluaria. Sed quia de his plura diximus de dilectione inimicorum differentes, ad sextam petitionem deueniamus. Et ne nos inducas in tentationem. Hic Deum oramus, vt ea mala euitet, quæ proximorum causa ipsi committimus: nam cum homo à quocunque peccati uento sentiat se posse rapi, præcipue si ab aliquo incitetur, durum erit resistere: idem petit, ne inducat in tentationem, id est ne permittat succumbere tentationi. Non petit, vt non tentetur, quia hoc bonum est, & vtile: sed ne succumbat: quod est malum. Dauid enim cum agnosceret vtilitatem & commodum tentationum, dixit Deo. Proba me Deus, & tenta me: vte renes meos, & cor meum. Duo comoda inter alia (vt inquit Dauid) afferunt nobis tentatio. Primum ad hoc vt cor tæquam Dei vas electum in templum, transeat per ignem cogitationum, quæ intus bella gerunt, vbi victor existens, omnem aruginem, imperfectio nem & rubiginem relinquat: nam ita Deus vasa templi mundari iubebat, etiam si ex purissimo auro essent confecta. Secundum commodum quod tribulatio & tentatio secum affert, illud est, scilicet esse cauterium sensuilitatis, idem ait, Tenta me: & vte renes meos. Comburens quippe ignis est, infirmitas, dolor, & persequitio inimicorum, quibus omnibus à sua libidine praua desideria cessant, & mali appetitus franguntur, & deincidunt. Hoc clare constat, quia arcam Noe tantum quatuor homines sunt ingressi & mulieres quatuor: cum que per anni spacium essent ibi clausi, vt ex textu colligimus, octo tantum egressi. Ex quo patet, quod tribulatio non solum nos semouet ab his quibus Deus offenditur: sed ea etiam gaudia obliuiscitur, quæ sine peccato

cato possent fieri. Et quod maxime est notandum, quod nec vnus agnus, nec aliquod aliud animal in omni illo tempore in arca fuit natum: vt intelligat quos & quam vberes fructus ipsa tribulatio afferat, cum qua & ipsi sensuales appetitus (qui rationem inimicam habent) reprimuntur, & domantur. Ne igitur petas, vt non tenteris, sed vt ab ipsa tentatione capiatis. Cum hac sexta petitione si nem imponit noster Lucas huic orationi, sed quia quod vnus Euangelista silentio præterit, alius supplet, vt sæpe facere solent Euangeliste: Mattheus illam expressit dicens, sed libera nos à malo. A malo inquam exteriori pœnali vt à ferro, igne, aqua, peste, & à subita morte: & à multis alijs periculis imminentibus, à quibus homo nescit se liberare, nisi Deus illum seruet. Nam quando iudicio nostro sumus magis tuti, tunc multa mala inopinata nobis eueniunt: sicut accidit illis decem & octo, super quos turris cecidit in Siloe. Et Heli qui cecidit de scabello. Et Miphiboseph factus est claudus, & sic alij multi. Alio modo potest intelligi hæc petitio, scilicet de malo interiori, scilicet de fomite: quia fomes peccati, quod manet in nobis, est malum quoddam, per quod ad reliqua malorum genera proni sumus: & tunc istud malum flebit nos ad vitiumque, id est, tam ad tentationem, quam ad peccatum committendum. Nam si in nobis non remansisset peccati fomes, non relinqueretur locus diabolo, vt nos tentaret. Saltim non ita facile, sicut nos tentat, & superat. Sed nos à nobis ipsis tentamur, vt ait Iacobus. Vnquisque tentatur à concupiscentia sua, abstractus & illectus. Et tunc consonat diuisioni superioris factæ: scilicet, quod in hac vltima petitione petitur, remoueri malum quod ad vitium que nos incitat, videlicet ad tentationem, & ad peccatum: & istud est fomes. Sed videtur melius, vt intelligatur de liberatione à malo exteriori. Sed hæc satis sunt de ista oratione Dominica. Tam Lucam audiamus. Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum? ibi ad illum &c. Cum iam Christus superius docuerit orationis formam, hic sub parabola hortatur ad instantiam & seruosorem orationis: & hoc facit quodam proposito simili eius, qui ad osium amici pulsat, & ob importunitatem quidquid vult impetrat. Quo nimirum quod is, qui indefesse & cum magna instantia postulat, sine dubio suæ petitionis effectum videbit. Multi defatigantur volentes applica-

re omnes res particulares huius parabolæ & omnia verba soli scopo petendi: & certe vnum laborem sibi assumunt. Nam in Christi parabolis (secundum regulam Diui Chrysostomi) præcipuus scopus & finis est attendendus, ad quem parabola tendit: nullam rationem habentes aliquorum verborum, quæ in ipsis solum ponuntur causa ornatus & decoris. Atque ita in hac parabola non est opus vt illud applicemus ad propositum. Pucri mei mecum sunt in cubili. Nec quare tres panes dixerit. Nec opus est dicere, quid significent tres illi panes. Nam sunt multi, qui dicunt per tres panes intelligi Patrem, Filium & Spiritum sanctum: alij vero spem, fidem, & charitatem. Quæ omnia nimis aliena sunt à litera ipsa, & multum ab scopo aberrant. Nullum enim maius mysterium habet, dixisse tres panes, quam si quinquaginta vel septuaginta diceret. Quare igitur tres panes petit, & non plures, vel non tot? Ratio est quia Christus vrbane debet loqui: & homini venienti ex itinere & eius seruo ad cœnandum satis essent tres panes, qui numerus est decens & conueniens, vt aliquid post cœnam superesset: nec opus est disputare quare dixerit tres panes, nec quare panem postulat, non cœnam, nec aliquid aliud. Quod Christus hic intendit docere, illud est: vt semper in petendo persistamus magna perseuerantia. Nam si quis habet amicum, & in necessitate eum adit, panem, vitium, vestem, aut aliquid aliud petiturus perseueranter persistens, alter à quo illud benesicium petitur, ne molestia afficiatur, & vt importunitatem amici à se remoueat, omne quod petit, à leotofurgens, liberaliter largitur: quanto liberalius hoc Deus faciet, si vos illi fueritis importuni, & perseuerantes postulatueritis: Nonne Deus nobis melior amicus est, quam nos ipsi inter nos? Nam si amicus ob importunitatem surgit, melius hoc ipse Deus præstabit. Petite igitur, & in oratione persistite: & desideria vestra in commodum & vtilitatem vestram Deus adimplebit. Hic est scopus & summa totius huius parabolæ: qua propter breuiter illam discutimus. Quis vestrum habebit amicum? Singulariter & tub conditione inquit, Quis vestrum habebit amicum: vt ostendat quam pauci sint amici, quæque rara sit amicitia huius seculi. Non dixit amicos, sed amicum. Nec dixit, Si vos habetis. Sed quis vestrum: nam vix reperies, qui amicum verum habeat. Ac si clarius diceret

Chryf. hom. 48. in Mat.

3. Reg. 19. Marc. 6.

Supra ca. 6.

Luce 13. 1. Reg. 4. 2. Reg. 9.

Psal. 29.

Iaco. 7.

Numer. 4.

Genes. 7.

cato

Christus, Inter omnes vos habetis aliquem amicum? Videbitur tibi forsitan magnam amicum caterum habere: & sine dubio falleris omnino: nam si omnes isti, qui te nunc diuitem & opulentum inuident, qui te laudant, & pradicant, pauperem te viderent, egenum, & laboribus & angustijs circumdatum, clare & aperte cognosceres, nullum amicum habere. Vnde sanctus ille Iob, qui amicitias huius mundi recte fuerat expertus, in hæc verba prorumpit. Fratres mei præterierunt me, sicut torrentis, qui raptim transit in conuallibus. Vél vt verti potest ex Hebræo. Amici mei sefellerunt me instar torrentis: qui raptim currit in conuallibus. Quemadmodum torrentis tempore hyemis impetu magno fertur maxima pluuia tum abundantia cum aqua necessaria non est: in aestate vero cum viatores sitibus concurrunt, exsiccat, & ita miseri falluntur, sic fictus amicus tempore prosperitatis multa promittit: at vero si calamitas aut paupertas tuas fores pulsauerit statim arefcit, & fugit. Si tu vero in aliquam afflictionem ad eum cõfugeris, deciperis spe potus. Quemadmodum enim cum, qui dñi solis radijs illustratur, umbra sequitur, si vero sol latuerit nubibus cooperitur statim umbra fugit, & penitus euanescit: sic fictus amicus amicum comitatur, dñi opum abundantia, aut gratiæ principum splendore illustratur: si vero in calamitates incidit, statim spernitur & solus relinquitur. Vnde Salomon in Prouerbijis ait, Omni tempore diligit, qui amicus est: & frater in angustijs cõprobat. Et Ecclesiasticus, Nõ cognoscetur in bonis amicus, & nõ abscondetur in malis inimicus. Et iterum, Amicus mensa, nõ permanebit tempore tribulationis. *Et ibi ad illum media nocte.* Hoc est tempore necessitatis, Notanter dixit, media nocte: nam eo tempore totus homo omnibus negotijs diciam trã factis quietus & tranquillitas quiescit in lecto suo, & nihil inuitus ad cuiuscunque amici uocationem non vult surgere. Tunc enim prima noctis quiete nemo est adeo amicus & frater, qui non moleste ferat somnij interruptionem. Quo Christus vult docere: quod si amicus tempore tam inopportuno ad pulsantis ostium vocem surgit, & succurrit illius necessitati: quanto melius hoc ipsum Deus faciet. Et ideo dixit Christus media nocte, vt nos animare ad persistendum in petitione: nam quocumque tempore eum vocauerimus, ipse præstat eis nobis respondere, & petitionibus

nostris facere satis. *Et dicit illi, Amici comoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ad te illum.* Hæc est petitio amici ab amico in necessitate positi: per quam Christus intelligit: quancũq; necessitatem, quam ei offerimus manifestantes ei nostrum defectum. *Et ille de intus respõdens dicit. Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi.* Qua responsione vult Christus ostendere, quod læpè solet dominus non respondere orantibus, quasi dissimulans, & non audiens orationes: eorum: vt crescat eorum affectus & ardor, vt maiora & ampliora accipiant. Sed de his postea pauca. Porro molestia quandoque accipitur proprie, & sic sonat turbationem: aliquando improprie & sic sonat dandi difficultatem. Et ita hic accipitur. Christus quippe ostensa difficultate impetrãdi, nõ vult spem tollere: sed vult vehementius accendere & inflammare desiderium orandi. Illud autem quod dicit, *Nom possum surgere facta applicatione parabolæ ad Deum, intelligitur de potentia absoluta, quanuis possit de potentia ordinaria.* Non quod si defectus in Deo addandum, sed quia homo non est dispositus ad accipiendum, iuxta illud. Non potero aliquid facere donec ingrediarius illuc. Sed per perseverantiam humilis orationis disponit se homo. *Et si ille perseverauerit, pulvis dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Duo nos docet hæc parabola. Primum vt in quacunque necessitate ad orationem confugiamus. Secundum vt eum perseverantia petamus. Primum ostenditur in hoc, quod hic homo cum haberet necessitatem, media nocte abiit ad amicum tres panes petiturus, quod est primum: & quia perseveravit postulans, quod volebat, fuit consequutus: quod est secundum. Docemur itaque primum, quod in omnibus nostris necessitatibus tam temporalibus: quam spiritualibus ad illum magnum amicum nostrum confugiamus, qui Deus est, & tanquam tutissimam anchoram summam orationem: quod est excellens & præsentaneum remedium, vt ab omnibus periculis eruamur, & vt ab omni necessitate liberemur. Possem facile tibi adducere ad hoc propositum innumera exempla sacre scripturæ. Nam omnes

Genesis. 29.

Iob. 6.

Prouer. 17.

Ecclesi. 12.

Ecclesi. 6.

Gen. 15.

Gen. 22.

Gen. 22.

Exod. 3.

1. Reg. 3.

4. Reg. 19.

2. Par. 20.

1. Para. 33.

Tob. 3.

Iudi. 9.

Hesber. 14.

Dan. 14.

Dan. 3.

1. Mac. 9.

omnes sunt veteris quam noui instrumenti. Quibus suis tribulationibus & angustijs deus in autorem suum & factorem vocat. Quibus facta exauditi sunt. Nam sanctus Patriarcha Abraham cum non haberet hæredem nec successorem, Deum orauit: & concessit ei filium in oratione. Isaac quoque orans pro sterilitate vxoris suæ, exauditus est. Iacob tunc stragem suam Esau, cum reuertetur in Mesopotamia, Syriæ oratione ad dominum facta dixit, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, domine, qui dixisti mihi. Reuertere in terram tuam, &c. Fecitque Deus placabilem Esau. Sic filij Israel oppressi in Agypto clamauerunt ad dominum, & exauditi eos, dixitque Mosi. Vidi afflictionem populi mei in Agypto, clamoremque eius audiui. Moses in quocunque negotio & difficultate ad orationem accedebat. Sic Iosue, Gedeon, Iepre, Sanson, Samuel, & Dauid in suis persecurionibus, & quandoque prelium aliquod erat aggressurus, dominum consulebat: & Psalmos composuit. Sic Salomon cum templum edificauit: & Ezechias cum obsessa esset Hierusalem ab exercitu Assyriorum confugit ad orationem, & Angelus Domini percussit impios. Et infirmitate laborans, & morti propinquus ad orationem conuersus addidit illi Deus quindecim annos vitæ. Iosaphat Rex quoque multis bellis defatigatus dominum orant, dicens. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Manasses item Rex Iuda licet impiissimus, verum quia conuersus ad dominum orauit deuotus, liberatus est, & in regnum restitutus. Sic fecit Tobias dum cæcitate laboraret. Sic Iudith clamauit ad dominum. Hesther etiam Regina in afflictione populi sui. Daniel in lacu Leonum. Tres pueri in fornace ignis arderis, quos mirabiliter Deus liberavit ab illa angustia & tribulatione. Preclara illa facinora, quæ Iudas Machabæus perfecit, non alio quàm ipsa oratione fuit assequutus. Quando iam manus erant cum inimicis conferendæ tunc orabat: atque ita sapus paruo exercitii virtute orationis ingentes acs superauit, & magna spolia reportauit, de inimicis triumphans. Semel autem cum ab oratione deficeret deuictus fuit & crudelibus inimicorum manibus interijt. Si vero nouum instrumentum legeris, mirabilem orationis virtutem,

& diuinos eius effectus, experieris. Nam cum Cananæa oraret, & in oratione persistisset, eius filia in pristinam valetudinem fuit restituta. Idem imperauit Centurio, Regulus, cæci, & leprosi, omnes denique illi qui miserii & peccatores erant: quique fide Deum orarunt desideria sua compleuerunt. Quid igitur de oratione illa dicemus: quæ a latrone facta, dum in cruce penderet, quæ portas paradysi aperuit, & Deo reconciliauit? Quid etiam de Christi oratione in ligno pendens, quæ (vt inquit Paulus) a peccatis nos liberauit? Denique oratio Ecclesiæ facta pro Apostolo Petro, a carcere Herodis illum eripuit. Discamus ergo in omni necessitate angustia & tribulatione hac tutissima orationis anchora ad Deum confugere. Quid obsecro Susannam a falso testimonio sibi imposito nisi oratio ipsa, valeret liberare? Vnde dominus ait. Cum quaesieris dominum Deum tuum inuenies eum: si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Quem admodum ignis in Bombarda vehementi impetu glandem longè proijcit: sic afflictio feruentem orationem excitat, quæ vsque ad celos attingit. Et hac de causa multoties Deus tribulationes & labores im mittit, vt eius memoria mentibus nostris magis in hæreat: & vt ad ipsum confugiamus, in omni afflictione. Quæsimus enim dominum in tristitia in calamitatibus & angustijs: non in gaudijs, delicijs, & voluptatibus. Nam filius ille Prodigus dum ad sumptus suos satis habuit, nunquam patris sui domum recordatus est: at vero cum ad famem & egestatem peruenisset, humilis ad eum redijt, & deuote orauit. Non admodum dissimiles esse videmur illi fonti, qui est in Cirenaica provincia, qui nocte media aquam feruentem emittit, in meridie vero frigidissimam: & hic appellatur fons solis. Tales nos absq; dubio sumus, vt poete qui in meridie prosperitatis & foelicitatis, dum secundo vero nauigans respicimus: in nocte vero afflictionis igne diuini amoris inflammamur. Et ideo hic media nocte ad amicum abiit, vt suæ necessitati consulere. Quapropter Esaias ait. Anima mea desiderauit te in nocte. Quasi diceret in afflictione te vehementer desidero: & in angustijs & tribulationibus tuis amoribus captus & irretitus magis atque magis incendor. Quando enim aliqui obsessi sunt in arce, nullum melius & præstantius remedium habent, quam nun-

Hebr. 5.

Act. 12.

Dan. 3.

Demer. 4.

Luc. 15.

Aug. lib. 12.

quæst. Ench.

cap. 21.

Esai. 26.

cium ad regem mittere, vt sic Rex praestet auxilium, quo obſidio fugetur. Sic nos à multis circumdamur inimicis, & varijs mundi, dæmonis, & carnis tentationibus agitatur, multis denique laboribus, infirmitatibus, & afflictionibus: nullumque alium fortem habemus murum, nisi carnem nostram imbecilem, & omni virtute nudam: que caro velut paries est non calce & lapidibus fortibus confectus, sed ex vilissima terra. Quod cum ita sit, vt inimici nostri ita sint fortes potentes & robusti, & intra priuatos parietes habitent: quid erit remedijs, cum ad nihil simus potentes, & omnis nostra sufficientia à Deo proueniat? nullum certe nisi nuncium excellentem & praestantem mittere, orationem, scilicet, secundum illud diuini uatis. Dirigatur domine oratio mea in conspectu tuo. Qui nuncius duo habere debet, vt officium suum recte exequatur. Primum vt diligens sit, & sollicitus, & vt iter suum citò conficiat: nam si piger est, & in itinere aliquantulum detinetur, interim inimici expugnabunt arcem, & cum uenerit auxilium, ars iam erit capta, & qui intra sunt interfecti. Ità nimirum (ne hoc inconueniens sequatur) necesse erit vt oratio ad Deum facta celestis sit, nec pondere peccatorum detineatur: de quo Dauid aiebat. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me. Tolle peccatorum onera & pondera, amorem mundi reſſe, & à terrenis & mundanis expedire, vt uelocius oratio tua ad Deum perueniat. Vnde dominus quibusdam dixit. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim ueſtrae sanguine plene sunt. Si beneficium ab aliquo petiturus accederes, & sui filij manus tuas sanguine tintas ferres, quomodo obsecro iste talis ueniam tibi concederet sine dubio ira commotus & indignatione à suo conspectu iuberet te semoueri. Quare igitur tu o peccator qui uita tua nefaria tot flagitiorum generibus cooperta (vt inquit Paulus) Christum iterum crucifigis: Deu audeſ orare, cum sui filij pretiosum sanguinem sanguis atque iterum diffundas? Ideo Iacobus. Petrus & non accipitis: eo quod male petatis: vt in concupiscentijs ueſtris inflammati. Lauamini ergo (subdit Elaias) mundi estote, auferre malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerſe, discite benefacere. Querite iudi-

cium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam: & uenite & arguite me, dicit dominus. Hoc etiam docet haec parabola, quando is, qui necessitatem habebat, ad amicum confugit petiturus. Ita etiam tu poteris quidquid uolueris impetrare, si tamen Deo prius fueris amicus. Scriptum est enim. Voluntatem mentium se faciet Dominus: & deprecationem eorum exaudiet. Et quidam à Deo illuminatus inquit. Scimus quod Deus peccatores non exaudit: sed si quis cultor est Dei, &c. Hoc autem non est simpliciter accipiendum: alioqui multos homines non exaudiret Deus, quia omnes natura sumus peccatores, & omnes oramus. Dimitte nobis debita nostra: nec quisquam gloriari potest, castum se habere eor, imo si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. In cuius gratiam est aduertendum duplices esse peccatores. Resipiscentes, vt sunt illi, qui dolent de peccatis praeteritis: & hos exaudit Deus, qui dicunt in Litanias Peccatores te rogamus audire nos. Et dicunt, Dimitte nobis debita nostra. Sic Christus publicanos & peccatores benigne suscipit, vt fecit cum publicano illo, qui dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Alij uero sunt peccatores non resipiscentes, sed manent in complacentia peccatorum hos (dixit ille caecus) non exaudit dominus. Et de istis loquimur in praesentia: & Dauid dicens. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudit Dominus. Et filius eius Salomon. Qui auertit aurem suam, ne audiat legem: oratio eius est execrabilis. Et Hieremias. Nos peccamus: idcirco tu inexorabilis. Sed quomodo obsecro te exaudiet Deus, qui in Ecclesiam uenis canens, Pater de caelis Deus miserere nobis, cum amicam domi relinquas? Qui ore Deum laudas, factis uero & corde eum inhonoras. Nunquid orationem istorum exaudiet dominus? Oculi domini (inquit Psalmista) super iustos: & aures eius ad preces eorum. Et Salomon de his etiam inquit. Clamabit & non exaudietur: Ideo Dauid in loco superius citato dixit, loquens de hoc nuncio. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum dignum in conspectu tuo. Quae admodum enim incensum nisi prius inuoluatur, nullum odorem ex se emittit: sic oratio debet fieri in gratia Dei, & igne charitatis & amoris eius inflammari: vt apud Deum plurimum ualeat. Hoc est illud incensum

2. Cor. 3.

Psal. 140.

Psal. 37.

Esa. 1.

Hebra. 6.

Iaco. 4.

Psal. 144.

Ioan. 9.

Matth. 6.

Prouer. 26.

1. Ioan. 1.

Luc. 15.

Luc. 18.

Psal. 65.

Prouer. 28.

Tbren. 3.

Psal. 33.

Prouer. 21.

Psal. 140.

Numer. 16.

Anselm. de mensurati. crucis ca. 2.

Mat. 15.

Iudib. 9.

Hester. 14.

sum, quod sumimus Sacerdos Aaron Deo offererebat inter mortuos & uiuentis, quo Deo ira & furem mitigauit & leniuit, atque ita deuaſtatio & interitus cessauit. Primum igitur quod nuncius hic orationis habere debet, illud est, vt diligens sit, ne pondere peccatorum detineatur, neque huius mundi sarcina ualeat impediri. Secundum uero, vt sciat, regi suam necessitatem patere, & vt in importunitate & sollicitudine perſistat orando, quo usque desiderij petitionis adimpleatur. Hoc praecipue docetur & innuitur hac parabola & sollicitudine amici, qui amicum surgero fecit, sic adeo illi fuit importunus & molestus: qui si non dedit eo quod amicus erat, saltim dedit ne rata ipse molestia afficeretur. Ita Deus, si ut amicus iſſe, prime petitioni non responderit, ne cesset postulare: id enim multoties facit, vt tu in oratione perseueres, & cum ipse fardus sit tu ad postes uehementius clamites eo animo: vt maiora beneficia in te conferat & augeat. Habet quippe eam mentē Deus quā do ab eo aliquid petimus, magnum quoddam beneficium nobis impartiri cuius, nos uideat minimē aptos ad tantum beneficium accipiendum: petitionem differt, vt nos perseuerantes mereamur, & tali beneficio sumus digni. Vnde beatus Anselmus inquit. Saepē do minus differt, vt excitet magis appetitū. Nō enim differt, eo quod nō uelit dare: sed ut aucto desiderio, abundantius possit dare. Videas obsecro quid perseuerantia orationis faciat. Petierat hic tres panes mutuo: amicus uero non mutuat, sed gratis offert. Praeterea tres petierat panes, & de omni illo prouidit quod necessarium erat, vt sic Reus qui benignus & liberalis est largitor, plus petito & usque ad cumulū nobis impartitur. Quod clarius ex eplo Cananaeae illucescit, quae cum filiae pristinae ualitudinem & incolumitatem postularet, eam Christus non audiebat: quia uero in petitione perſistit, non solum salutē filiae impetrauit, sed etiam meruit à Christo laudari, eū demque suae fidei mirabilem praecōnem & buccinatorum habere. Iudith etiam cum suis ab inimicis petebat liberari: quae cum perſistisset in oratione & perseuerasset non solum uictoriam de illis reportauit, sed etiam à minori usque ad maiorem ex inimicorum spolijs diuites euaserunt. Hester item non solum Deus dedit, inimicorum uitas: sed praeterea omnes diuitias omnemque pinguedinem domus Aman. Ita cum Deo negotiantur om-

nies illi qui perseuerantes insistant. Sed sunt multi qui naturae sunt & conditionis leonis pardi: qui si primo salu vel fecerunt non assentitur praedam, nō amplius eam insequitur. Ita isti sunt qui primā oratione uel secunda non exauditi, protinus ab oratione cessant, & impatientiae nota signantur: Paulum non uidentes, qui ter orauit, ut ab eo stimulus carnis tolleretur. Nec similiter Cananaeae, & Christum Redemptorem nostrum, qui totus suo cruore madidus ter preces effudit. Sanctissimus etiam Patriarcha Abraham Deo obtulit sacrificium, ut ipse iuſſerit, qui etiam à multis molestatus, nunquam sacrificium orationis reliquit. Ita tu si in oratione ab importunitate mundi cogitationibus fueris distractus remedium praesentancum erit, perſistere. Sicut enim stella quauis circa caeli cardinem & axem moueantur, ipse tamen cardo nulla reuolūta quiete perturbatur, semper immobilis perſistens: sic quauis pars sensualis, mūdus, diabolus uel orationi obuiens, & contrarietur ipsa tamen in fine usque, à sua quiete orans non debet se moueri. Multoties qui in oratione oppugnaberis uel somno uel pigritia: tuncque dæmon fortius te inuader dicens: Melius & opportunius Deo seruias, si aliud quoduis charitatis opus exercueris, siue honoras recitaueris, siue uisitaris infirmos: & ita sub uirtutis & sanctitatis facio minus cautos & improuidos solerē mentali oratione remouere, & ita paulatim prorsus ab oratione se iungit. In cuius rei gratiam ut tibi ipsi prouideas, cum te pigrum, inermem, & tepidū in ipsa oratione inuenieris, uirili animo enitendum tibi est, & in tuum auxilium Deum uocabis: ut tandem in oratione ualeas perſistere. Quod si tu praestiteris, cum minus attenderis, iam Deus prouiderit, mittens tibi de celo ingentem spiritus consolationem: quae tibi erit neſtare & ambrosia sua uisior ac dulcior. Quod si aliquando calamitas aut infortunium contigerit, non ideò orationem & sancta exercitia relinquas: nā qui ob id ab oratione semouetur similis admodum est puero, cui aliquid parui momenti è manu tollitur, & ira percitus quidquid superest, longē projicit & iratus abit. Luctabatur Iacob cum Ange- lo usque mane: cui cum diceret. Dimitte me, respondit Iacob. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Sic tu nunquam dominum dimittas, quousque tuam petitionem adimpleat. Si responsa in Canticis. Tenui eum nec

2. Cor. 12.

Mat. 15.

Mat. 26.

Gen. 15.

Gen. 32.

*Gant. 3.  
4. Reg. 4.* dimittam: donec introducam eum, &c. Quod considerans mulier illa Sunamitis, pedes Eli sei apprehendit, nec dimisit eum donec filii eius suscitavit. Sic tu ad Christi pedes proiecit, illum apprehendens: nec dimittas, donec quidquid postulaveris, faciat. Præcepit dñs Mosi qd filij. Aaron offerrent in sacrificio omnem adipem & pinguedinem simul cum cauda. Quæ cum finis animalis sit, vult Deus significare, vt homo vsq; in fine perseucret, & offerat Deo interiora cordis sui. ¶ Obserua autem tria esse quæ ad perseuerantiam orationis nos remouent. Primum est tepiditas & parua deuotio quam in oratione habemus. Ita filij Israel cum nullum gustum inuenissent in sterilitate & siccitate deserti, nimis optabant redire, vt comederent allia & porra Egyptii: quapropter omnes sunt interfecti præter Iosue & Caleb, quia ei pipabant dulcedinem & suauitatem in itinere, quæ seruata illis erat in terra promissionis. Sic tu qui in deserto huius vitæ habitas, patiens esto quo vsq; ad beatam patriam peruenias, vt arbores & herbæ propagarentur, fecit Deus siccitatem in terra: dixitque. Appareat arida. Sine siccitate patientia tua non crescet. Quantique Deus in hac siccitate perseuerantiam faciat, ostenditur in Hieremia: per quem dominus ait: Recordatus sum tui, quoniam sequuta es me in deserto. Quasi diceret. Seruiebas mihi nullo dato premio nec mercede: & in tempore siccitatis & laboris perseuerasti: ideo in memoria te scripsi, & maturo tempore solui digna retributione. Secundum vero quod perseuerantiam orationis tollit, est caro hæc nostra nimis grauis & ponderosa. Hic fuit inimicus ille adeo potens qui etiam Apostolos in hortu deuicit: quibus dominus dixit. Non potuitis vna hora vigilare mecum. Spiritus promptus est, caro autem infirma. Excusat Deus imbecillitate nostram, dicēs nō potuisse nos eum per vnus horæ spatium vigilare: & id tribuit nostræ carnis fragilitati. Quapropter contra sensualitatem debes insurgere: nā violenti rapiunt caelum, & perseuerantia quidquid vult consequitur. Tertium autem, quod ad perseuerantiam orationis nos fugat (idque nō paruum petiuolum est) diffidentia. Videtur enim nobis, Deum participere nostram orationem: nec nos ab ipso exaudiri: quod certe nullum animi deliquium deberet tibi afferre, quandoquidem Deus tibi præcipit, vt ores, vt summis precibus ab ipso contendas ma-

gna beneficia postulare. Et cū ipse iubeat nos orare, iā videtur teneri, & obligari, ad audientium: cū humiliter & cū fiducia orauerimus: quod ita esse Christi exemplo ostendimus. Nam cū Redemptor noster in oratione feruenti spiritu perstitisset, apparuit illi Angelus, & respondit. Nulla quippe est oratio, quæ (si perseuerans fuerit) responsione careat. ¶ Expende autē Christi benignitatem, qui vult, vt nos illi simus importuni: nec ideo id ipse molestè fert, & adducit exemplum de amico, qui propter importunitatem è lecto surrexit & necessaria ministravit. Orationi igitur est instandū, vt ait Paulus: neque enim dominus grauat, cuius miserationes sunt super omnia opera eius. ¶ Cū igitur nos vndique mille inimicis circundemur, & varia periculorum genera nobis immincant: restat iam ex omnibus dictis, vt hunc orationis nunciū ad Deum mittamus, vt nobis auxilium suppeditet: qui vt celer & velox abeat necesse est vt pondus peccatorum exuar, & importunus sit, quæ duo præstitit hic qui pates postulauit. Primum enim præstitit, cū in necessitate ad amicum abiit petiturus: secundū verò cū in petitione perseuerauit: quæ oratio his circumstantijs munita plurimum apud Deum valet: omnia potest, omnia vincit, vt est videre in Mose, Dauide, Iaele, Iudith, & in Iuda Machabæo qui omnes orantes vicerunt, & magnis honoribus de inimicis victoriam reportarunt. Cathenas & funes frangit, compedes dirimit, carcerem diruit, quandoquidem ipsa oratio Petrum, Paulū & Saulam è carcere subtraxit. Leones famelicos deuicit, ne Daniele tangereat: Balanæ os aperuit, vt prophetā ad litus maris proijceret, ignem extinxit, quandoquidē pueros, qui errant in fornace ardenti non combussit. Maris impetum pacat & in eo iter facit. Tempus etiam mutat, siquidem Helias fecit vt non plueret, quo usq; ipse voluit. Corpus etiā sustinet & alit, nam Moses quadraginta dierum spacio nihil manducauit, solum orationis cibo pascitur & potatur. Mortem superat: vt videre licet in Ezechia, qui morti damnatus orauit, & longiorem vitam impetrauit. Nubes similiter vincit, vt Helias orans nubes à mari in terram portabat. Cælorum naturalem cursum impedit: nam Iosue iussibus, sol gradum stitit. Denique vt omnia dicta vnico tantum verbo claudamus Deum ipsum oratio vincit. Nam Mosi in monte orati Deus dixit.

*Luc. 22.*  
*Colo. 4.*  
*Psal. 14. 4.*  
*Exod. 32.*  
*1. Reg. 18.*  
*Iud. 4.*  
*Iud. 13.*  
*1. Mac. 6.*  
*Ast. 12.*  
*Ast. 16.*  
*Dan. 14.*  
*long. 3.*  
*Dan. 3.*  
*Exod. 14.*  
*3. Reg. 17.*  
*Exo. 24.*  
*4. Reg. 20.*  
*3. Reg. 18.*  
*Iosue. 10.*  
*Exod. 32.*

*Acto. 10.*

Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Vbi Deus fateatur Mosi precibus detineri. Qui propter insequentibus dominus ait. Et ego dico vobis. Petite & dabitur vobis: querite & inuenietis pulsate & aperietur vobis. Sed vellenti ego interrogare, quid est quod Deus iubeat vt nos ipsi petamus: quandoquidem ipse recte nouit nostram necessitatem, vt in his ipse, quatuor nos ei, possit consulere. Nōne meli' esset vt iuberet, nobis aliquid dari: quā vt præciperet vt nos postularem? Beatus quippe est dare, quā accipere. Præterea quia cum iuber nos petere, egestatem & penuriam nostram pandit: & faciem nostram confundit: Miserum enim est petere: nam dare est in genere actionis, accipere verò in genere passionis. Et tantò præstantius & excellentius est dare, quā accipere, quāto est diligere quā diligunt diligere dicit meritum, diligere verò nec meritum nec demeritum: nam contingit sepius vt immetitos diligamus. Qui dat, dominium eius acquirit, qui recipit. Qui accipit subiectus manet & seruus eius, à quo aliquid accepit. Qui accepit, ei manet deuinctus, qui dedit: qui verò dedit, certum quoddam dominium acquirit eius, cui dedit. Et cum sit ita, quod dicitur aquirit certum dominium: ita qui accipit, libertatem amittit. Sic dicimus solem excellentiam quandam habere & super eminentiam supra reliquos omnes planetas: quia lucem suam omnibus communicat, ipse tamen à nemine accipit. Et Deus cū omnium bonorum sit fons abundantissimus & perpetuo scaturiens, quia omnibus dat, ipse verò nihil ab alio mendicat, dicitur essentia quaedam admirabilis & excellentissima. Si hoc ita est, videretur potius magis Deo nos magnificare & magnis honoribus afficere, si nos dare alij iuberet, quā quod postularem. Hoc verum est in hominibus, nam honorabilius est homini dare, quā ab eo aliquid accipere. Sed hoc argumentum factum de homine ad Deum, non valet: nam maiorem gloriam & honorem comparamus nos, à Deo accipientes, quā si nos ipsi aliquid daremus. Nemo quippe Deo potest aliquid tribuere, quin prius ipse à Deo non accepit. Et is felicitior & beator dicitur, qui plus ab eo accepit: quia plura poterit dare. Et quod nos habeamus necessitate bonitatis & liberalitatis Dei, nulla est ignominia quemadmodū inter homines contingit: sed summus honoris: adeo vt quanto aliqua creatura nobi-

lior est & præstator, tãto plus Deo ipso opus habet. Nōne homo potius & magis Deo opus habet, quā lapis? Propterea nō homo vilior erit? Nobilior certe erit, & altior naturæ & conditionis: nam Dei necessitatem habere, nullum honorem minuit, imò egestem magis magnificat, & ipsius virtutem prædicat. Nam si homo accipiens aliquid ab alio homine suā libertate amittit: non est ita, si à Deo accipiat, Seruile enim Deo regnare est. Superest igitur, quod cum à Deo petere, nulla sit ignominia: nec ab eo aliquid accipere, vultus sit cōfusio: nec illi subijci, captiuitas sit aliqua: nec illius necessitatem habere, pauperies sit vel vilitas, sed potius summus honor, ingens laus magnificentia, dominium & libertas, super est in quā vt iubeat nos ab eo petere: vt accipietes possimus & nos dare. Nam si nos à Deo prius non accipiamus: nequaquam possimus aliquid largiri. Vnde Paulus. Quid habes quod non accipisti? Sed poterit aliquis hic duo dubitare. Primum est, nam cum verum sit nullam esse ignominiam à Deo petere: nōne melius esset, vt sine nostris petitionibus ipse nostris necessitatibus consulere? Ad quod dicimus Deū id velle, vt nos humiliter sentiamus de nobis, & vt egestate nostram cognoscamus mendicitatem, & pauperiem: quæ consideratio optima quaedam est dispositio ad gratiam, & vt nos aptos inueniat ad conferendum nobis quodcunq; magnū & præclarum beneficium. Est enim opus vt materia sit disposita & apta, vt vel sic artifex possit formam introducere. Vult Deus, vt nos apti simus hac humilitate, vt sic corda nostra sint disposita ad gratiam accipiendam. Humilibus quippe dominus dat gratiā suam. ¶ Secundo dubitabitur: ad quid est opus vt Deum oremus? Contingit enim multoties vt homines aliquid apud se decreuerint facere: tamen si ab aliquibus rogentur, nē id fiat: sententiam mutat & propositū. Deus vero nequaquam est mutabilis: ipse quippe dicit. Ego Deus, & nō mutator. Si igitur ipse iam decreuit facere, quod nos petimus: vtiq; faciet, etiā si non rogetur à nobis. Et si nō decreuit, quid prodest, vt nos rogemus? Ad quod dico, quod cum Deus prædestinavit fines etiam media ad consequendum fines decreuit: atque ita quando oramus, non petimus vt Deus mutet, quod apud se decreuit facere: sed oramus, vt eis medijs det nos vt, quæ ipse elegit, vt sine nostrarū orationū consequemur. Non oras vt illum doceas,

*1. Cor. 4.*

*Iacob. 4.*

*Mala. 3.*

aut sc-

aut flectas: quia quidquid Deus disposuit æternū est, & mutari nequit: sed dicitur flecti, quia Deus aliter factus nō esset: quia sicut dicitur postuit rē euenire, sic disposuit in medijs per quæ eueniret. Nam si disposuit aliquid orationibus impetrandum, fieri in eaq̃ quam potest, vt sine orationibus obtineatur. Quia tamen Deus disposuit alicui dare, eundem mouebit, vt preces effundat, cuius precibus res illa debet obtineri: atq; ita non frustratur sua dispositio. Sic dicitur: Flectitur iratus voce rogante Deus. Non quod per orationem det, quod alijs non esset daturus: sed q̃ det per orationem illud, q̃ sine oratione daturus nō erat. Atq; ita nos orantes nihil in Deo mutamus: sed illis medijs vimur, quibus ipse decreuit illud dare. Deus est qui frumenta in cāpis dat: quæ tamē nō daret, si agricola semina non diffunderet. Et antequam semē spargere nit, sciebat Deus triticum nasciturum esse tali agro: decreuit tamē dare, si agricola seruisset: & ipse mouit agricolam ad seminandum, cum his medijs decreuisset dare. Atque ob id dicit Augustinus, quod oratio Stephani dedit nobis Paulum. Nam etiam si diuus Paulus antequam mundus conderetur, prædestinatus esset nihilominus, decreuit Deus beati Stephani oratione eum ad se trahere. Ideo Apostolus Petrus. Saragite, vt per bona opera certam vestram uocationem & electionem faciatis. Bene nouerat Petrus quod electi in illo modo possunt interire: uult tamen vt ipsi bona opera præstent, quandoquidem ea sunt media, quæ Deus statuit ad gloriam consequendam. Præterea sancta Ecclesia in missa defunctorum ait. Domine Iesu Christe, rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum, &c. Ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscura: sed signifer sanctus Michael, &c. Vbi Ecclesia pro animis, quæ in purgatorio sunt detentæ, preces effundit: quas certo scit esse in statu saluationis, & quod nequitiam eas Tartarus absorbeat, & quod nec in infernum cadent: sed quod sanctus Michael & Angeli ducet eas in gloriam: nec de hoc vlla apud fideles est dubitatio. Cur igitur orat, ne cadant in obscura tenebrarum? Vt tunc sine dubio Ecclesia his medijs quibus Deus statuit illas animas ad gloriam peruenire: Quam doctrinā appositisimo scripturæ exemplo ubi ob oculos ponam. Promisit Deus Abraham semem eius multiplicandum esse, vt stellas cæli. Cū hoc promisit, rogo, erat

Aug. 10. 10. ser 1. & 4. Stepha.

2. Pet. 1.

Gen. 15.

ne illud facturus, necne? Absit vt dicamus, Deum aliquid promittere, quod non sit facturus. Quod promisit uoluit, & quod uoluit adimpleuit. Post hæc uero promissionem duxit Isaac uxorem sterilem: pro qua orauit Isaac dominū, quem ipse exaudivit, atque ita Rebecca concepit. Quæ necessitas erat vt Isaac intercederet, cum iam à Deo esset promissum, & aliter se haberi nō poterat? Quæ igitur orauit? Nunquid dominus erat oblitus: aut implete nō potuit promissum? Id certe erat: quia sicut Deus prædestinauerat hoc fieri ita prædestinata fuerunt media & modus, quibus prædestinatio adimpleretur. Hoc medium erat oratio Isaac: quæ nec Deum mutauit, nec oratio aut superflua fuit, nec necessaria. Sed in stabis præterea, & dices. Poterat Isaac nō orare, tunc quæ oratio esset adimplenda promissio, nec ne? Si non: ergo Deus mutatur, & fessellit Abraham: si sic, superflua fuit oratio Isaac, qui quantum non oraret, Deus tamē debet adimplere mandatum & promissis stare. Nouerat Deus ab æterno semem Isaac multiplicandum fore, nouit etiam Rebecca sterilem futuram: præsciuit Isaac pro uxore deprecaturum, sciuit etiam se auditurum eius orationem vt tota hæc prædestinatio adimpleretur. Itaque sicut finis prædestinatus fuit, ita etiam media: quæ si intermitterentur, hoc ipsum præscriptum fuisset à Deo: nec finis tunc præordinatus foret nec prædestinatus. Non igitur superua canea erat oratio Isaac, quia sine ea sterilis non concepisset: nec Abraham promissio facta fuisset. Impletur igitur finis, si media adimpleantur: nec prædicitur implendus finis ubi media, quibus ad finem perueniri oportet, præidentur à Deo non implenda. Vult igitur Deus primò, vt ab eo petamus, nam nihil propter hoc amittimus, sed potius lucraturus. Secundò uero quia humiliter de nobis sentiamus, & efficiamur digni, vt in nos conferat beneficia sua. Tertio uero vt eis medijs utamur, quibus ipse decreuit nobis dare. Ideoque in sequentibus Christus ait. Et ego dico uobis Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Sed singula uerba iam ueniunt consideranda. In primis uero est obseruandum sermo: Christum dixisse. Et ego dico uobis. Hæc uerba magnam secum autoritatem & emphasim habent. Audiuimus celestem illam uocem dicentem. Hic est filius meus dilectus, in quo

Gen. 26.

Esai. 62.

Hiere. 29. Sapien. 1.

Psal. 76.

1. Mac. 13.

Mat. 15.

3. Reg. 8. 1. Cor. 3.

Ecclesi. 18.

Mat. 3.

mih

mihicomplacui ipsū audite. Audiamus itaque cum dicentem. Ego dico uobis. Ego qui in salutem uestram de cælo descendi. Ego qui Saluator uoster & Redemptor sum: dico uobis: Petite, quærite, pulsate: & eritis uotorum amatores: dabitur enim uobis, aperietur, & quod quæritis inuenietis. Quapropter sic corda uestra non mouet parabola præmissa, moueat præceptum meum, & promissio. Possunt autem ista distingui, vt petere respiciat actum oris: quætere uero actum cordis: & dabitur uobis. Vnde Esaias. Qui remittit scimini domini nē taccatis: & detis silentiū ei. Donec stabiliat, &c. Quærite etiam corde: & inuenietis. Ideo Hieremias ait. Quærite me & inuenietis, cum quæseritis me in toto corde uestro. Sapiens etiam inquit. Quærite in simplicitate cordis illum: quoniam inuenietur ab his, &c. Pulsate in opere. Qui enim pulsat, manu tangit & excitat. Quapropter David ait. In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus. Nihil uult Deus in nobis esse ociosum: sed vt ore, corde & manibus petamus, quæramus, & pulsemus. Quemadmodum enim cantor secundum puncta uocem immutat: ita similiter qui orat, in se ipso diuersos effectus debet sentire, formans in corde quod cogitat: eo modo, ut prius incipiat sentire, quam cogitare, & sic mysteria præsentabit potius operibus quam uerbis. Quemadmodum Simon Machabeus posuit in ciuitate quam expugnauit uiros qui legem speculauerunt: ita tu sagax & industrius debes esse, & tali sapientia prædita deberet esse anima tua: ut opere compleret, quod cogitat: ita ut cor & lingua idem simul dicerent, nam aliter parum uel nihil tibi prodesset Deum ore laudare, cor autem diuersum in multa habere. Nā illis similis eris, de quibus ait dominus. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longè est à me. Et siquidem corde, & ore, & opere es petiturus: memineris prius, cor mundum habere. Nam Salomon prius quam oraret, fecit præparari & ornari templum. Sic tu qui templum Dei es (vt Paulus ait) necesse est, vt prius scopis contritionis mundetis & dolore peccatorum, deinde uero vt lachrymarum aquis irrigeris: & denique plurima uirtutū suppellectile & sanctis cogitationibus imbuaris. Ideo in Ecclesiastico dicitur. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse

sicut, &c. Hinc est quod Ecclesia sancta quæ spiritu Dei regitur & gubernatur, antequam orationem dominicā recitet, præfatione apponit dies. Præceptis salutaribus monitis, &c. Secundo uero ipso ore est petendum: ait David. Voce mea ad dñm clamauit, uox mea ad Deum deprecatus sum. In hoc uocem debes aduerrere, vt orationes quas recitas, ab Ecclesia sint examinata & approbata. Tertio uero debemus petere ipsis manibus: quæ de causa dixit. Pulsate, & aperietur uobis. Nā cū Moses manus in altū leuabat, vincebat Israel: alius vincebat Amalech. Sic orare debes manus leuando ante Deū: hoc est bonis operibus te exercendo. Tu uero dñm oras, tantū modo ore: habens manus tinctas proximorū sanguine. Debitores uestros repetitis, & percutitis pugno impie: ad lites & contentiones properatis. Ideo Tobias. Bona est oratio cum ieiunio, &c. Quapropter Apostolus ductus hac ratione iulsi, eleuare manus sanctas sine ira & discerptione. Et ad quosdam dicebat. Demissas manus & dissoluta genua erigite. Clama ad dñm (vt ait Apostolus) orationi in stando & persistendo. Offer tuā orationē, mūdā ab omni iniquitate peccati, & exaudit diuersis. Quapropter in lege iubebat Deus vt agnus illi oblatum omni careret macula. Sed propheta dolor, nā sunt multi illis similes, qui in domo Pilati coram Christo genua flectentes saluabant eum, & dicebant. Aue Rex Iudeorum: cum uero surgabant, faciem eius alapis cedebant. Ita nititur tu in Ecclesiam oraturus uenis, & Deum salutas sanctis orationibus & precibus: postea uero foras egressus, quem ore laudasti, operibus inhonoras, & mille conuitijs lacesis. Nec mirum ut id extra Ecclesiam facias, siquidem intra eam preces ore effundens, oculos uanos & mentem conijcis, quo utique grauius Deum offendis: quod sine digna animaduersione non silentio præteribit iustissimi illius iudicis, qui corda hominum scrutatur, & id merito, cum in ipsa oratione eum iterum crucifigat. Attende igitur ne in oratione diffusus sis, nec mentem distribas in uarias cogitationes: sed quæ ore petis, corde & operibus suspicias & uenereris, cogitationem tuam: in ipsum erigens: sic adeo ut uita, cor, & os sibi inuicem assimilentur. Nā oratio est quædam eleuatio mentis in Deum. Qui igitur fieri potest, ut uiam mentem & cogitatum in Deum eleues, si in rebus huius mundi uilibus atq; abiectis sub-

Psalm. 76.

Exod. 17.

Esai. 38.

Tob. 4. 1. Tim. 2.

Hebre. 12. Rom. 12.

Exo. 12.

Mat. 27.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

mentem habes: Porro intellectum hic accipe, pro vt comprehendit duplicem vni ipsi animæ rationali genuinum: quarum vna est motiua, altera vero apprehensiuæ. Apprehensiuæ dicitur intellectus speculatiuus, motiua intellectus practicus. Ad Deum ascendit cū hac cōsideratione humanorum defectuum, ad cōsiderationem boni sufficientis simi, vt transiens illos defectus suppleat. Et innuitur in hoc modus, quod debet procedere, qui vult orare. Deinde ascendit ad eius liberalitatem, qui hoc potest supplere. Vnde salomon templo iam rēdicatō dixit. Siquis cognouerit plagam cordis sui, & extendit manus suas in domo hac: tu exaudies in cœlo. Intellectus practicus ad Deum ascendit desiderio & spe, de eius liberalitate confidens, suum desiderium esse adimplendum. Ideoque oratio vocatur petitio. Postremò ad horum verborū maiorem dilucidationem, aliqua obseruanda sunt. Primum scilicet, tor verba Christi in hac te consumpsisse. Petite, quærite, & pulsate: vtfacile pateat, nos in grauissimâ & extrema versari necessitate, quos tā anxie Christus petere docet. Alioqui si exigua esset nostra necessitas, non tantis verbis ad petendū stimularer. Nam si nudi fumus in infirmitate, si hostibus circumdamur, si mille periculis infecta mur ipsa natura nos petere docebit, pulsare, & quærere. Quid necesse est illud præcipere? Hinc facile videbis, quanta & quam magna sit nostra cæcitas: quos tantis calamitatibus oppressos nec natura docet, nec necessitas stimulat, nec Christi præceptum ad petendum inuitat. Facile potest quis desperare de infirmo, si cibum semper fastidiat: & de milite inermi, si fortissimos hostes nō timeat. Ideo Christus tot verba consumit, dicens. Petite, quærite, & pulsate: vt torporem nostrum & ignauiam excitaret. Secundò vero est obseruandum, quod ei rei, quam peti iubet, nullum imponit nomen. Dei quippe auxiliū eius gratia: eterna illa beatitudo, verbis explicari non potest. Nec oculus (inquit Paulus) vidit, nec auris au diuit, & c. Tertiò notanda venit Christi liberalitas & munificencia: vt præcipiat petere, qui nimis optat dare: & hoc non contentus docet, quomodo petendum sit: beneficencia cumulat, qui postcendi modum & normam erudit: cupit largiri, qui desiderat postulari. Ille suadet, qui præstat: ille hortatur, qui donat: & occasiones dandi exquirat qui liberalis semper, largus & munificus

largitor esse consuevit. Quartò eum dicit vt nos ab eo petamus, se ipsum ostendit & designat auxiliū & refugium, vt nostris necessitatibus ad ipsum recurramus: vt pote qui Deus est noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inueniunt nos nimis. Cū nostram Deum induit naturam, omnia se fecit, quæ necessaria erant, vt hominum necessitatibus subueniret. Si omnia factus est Paulus omnibus: quāto melius Christus? Quid obsecro tibi est opus quod Christus non habeat, vt tuæ necessitati consulat? Quod si responderis. Est mihi opus vita. Ipse præsto inquit. Ego sum vita. Si dixeris opus est veritate: inquit inquit ipse. Ego sum veritas. Si dixeris, opus est via, ait ipse. Ego sum via. Si vero corporis & animæ oculis carueris, quæ lumina sunt pretiosissima, quæque nullo auro aut argento possunt comparari: ipse est lux adeo splendens & micans, vt in accessibilis dicatur. At si intellectu fueris priuatus (quod miserabilius est & lamento dignissimum) offeret sese statim dicens. Intellectum tibi dabo. Denique si ministerio panis & vini indigeris, ipse tibi aderit præfens dicens, Ego sum panis vitæ. Ego sum vitis vera. Quinto debes attentè considerare, quantum & quā magnum sit beneficium, vt Deus nos inuiteret, vt ab eo petamus: nam statim tenetur ad solutionem & complementum petitionis, & ex voluntario facit obligatorium, & ex libero necessarium. Nam quemadmodum ab eius æterna voluntate prouenit, quod ipse nobis promittat dare, ea quæ non attingunt nec merentur opera nostra: ita iustitia ipsius diuina postulat, vt quod semel promissum adimpleat. Videbis enim Paulum quodam loco dicentem. Non sunt condigna passionibus huius seculi, & c. Altero vero loco insurgit dicens. Reposita est mihi corona iustitiæ. Non ob aliud, nisi quia hæc duo extrema verbum Dei tangit, quod dicens, promittit & adimplens, facit. Liber ipse est, quia id vult, necessarium vero, quia promittit: atque ita omne suum regnum in discrimen exponit ad sui verbi obseruationem, dicens. Cœlum & terra transibunt, & c. *Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.* O mirabilis Christi benignitas & clementia nunquam satis dignis laudibus commendata: quia tot modis nos ad petendum exhortatur, & fiducia nobis præbens, quod adimplebuntur petitiones nostræ. Et ne putaremus solis discipulis id di-

Psal. 45.

1. Cor. 9.

Ioan. 14.

Psal. 118.

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Rom. 8.

2. Tim. 4.

Luc. 21.

Luc. 13.

Luc. 15.

Ioan. 15.

Dan. 9.

Iaco. 4.

Deute. 4.

id dixisse vniuersalem adiungit promissionē iustis & peccatores ambulentem. De illo scilicet genere intelliges, de quo antea diximus: nam infra Christus dicit. Contendite intrare per angustam portam: multi enim querent intrare & non poterūt. Ideo Christus hic nō absolute dixit. Omnis qui petit accipit (sed qui quærit, qui pulsatur, & in petitione nō defatigatur, nec desinit. Illa quippe mulier drachmam quam perdidit, non inuenit, nisi postquam totam domum lustrauit. Quapropter intelligitur, omnis qui petit id est, si pietē & debite petat. Ideo dominus per Ioannem inquit. Si quid petieritis patre in nomine meo dabit vobis. Nō debemus petere in nomine nostro, hoc est propter merita nostram: vt inquit Daniel. Non in iustificationibus nostris prosterminimus preces nostras, alioqui nō dat, sicut Iacobus inquit. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Similiter qui quærit inuenit, si debite & diligenter quærat: iuxta illud Deuteronomij: Cū quæseris dominum Deum tuum inuenies illum: si tamē toto corde quæseris & tota tribulatione anime tue. Illud etiam cōsiderare debes: quod si Christus toto suæ vitæ discursu te multis laboribus, varijs periculis, etiam cum vitæ discimine quæsiuit, & non potuit inuenire, qui fieri poterit, vt tu illum inuenias, nulla adhibita diligentia & industria remisse & tepide illam quærendo in mundi vanitatibus atque delicijs? Omnis enim qui petit, accipit qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Sed iam vltra procedamus, & videbimus Christū per locum à maiori arguere: vt ostendat quā fiducia Deus sit inuocandus. *Quis autem ex vobis patrem petiit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut si petierit ouum nunquid porrigit illi Scorpionem?* Nequaquam. Ex his igitur similitudinibus concludit Christus dicens. *Si ergo vos cum fratribus malis, nescitis bona dare filijs vestris quanto magis pater vester de cælo dabit spirituum bonum petentibus se.* Eo vique peruenit Christi benignitas & humanitas, vt multis exemplis vna atque altera posita similitudine nobis animum & vires addat, vt ipsū petamus. Nam sine dubio eum nulla sit collatio inter homines & Deum (insaniret enim qui id cogitaret) sine modo, sine vlla mensura ipse plus nos diligit, quam parentes suos filios. Si igitur parentes qui lōge distant à Deo bonitate & clementia, nec ita anxie & sollicitè diligunt filios, sicut Deus nos, non lapide

dem pro pane tribuunt, neque serpentem pro pisce, nec scorpionem pro ouo: multo minus Deus hæc vobis subministrabit, sed suum spiritum, quo sancti sitis & immaculati. Quis obsecro nomen imponet diuinae patris largitati, qui petentibus spiritum sanctū donat? Hic nanque de illo spiritu loquitur de quo in Psalmo. Spiritus tuus bonus & educet me in terram rectam. O rem admiratione dignissimam, & dignis laudibus commendandam. Nonne satis esset, pro nobis proprium tradidisse filium eundemque nobis dedisse (filius enim datus est nobis) sed etiam spiritum sanctum dedit: quasi spiritus sanctus esset res aliqua vilis, vel homo aliquid magnū, & nobile. Datur spiritus non in hostem aut iudicem: sed vt omnia bona simul cum illo nobis adueniant. Datur denique sine auro argentouè, nulla facta commutatione. Præterea homines vocauit malos, non quidem malitia nature, sed imperfectione. Non in comparatione Dei, quis bonus esse potest? Sicut homines cum ipso collati mali apparerent. Sicut omne lucidum collatum cum sole obfcurum videtur, vt ait Iob, stelle nō sunt munda in conspectu eius, id est, in comparatione quanto minus homo qui putredo est, & filius hominis vermibus? Nemo bonus nisi Deus: nos autem coram ipso immundi: mille maculis inquinati, & iustitiæ nostræ omnes tanquam pannus menstruati. Secundò dici potest, quod accipitur malitia omnium hominum non pro actuali malitia, sed pro inclinatione & aptitudine ad malum: quod vocamus somitem, ipsis hominibus innatum. **¶** Obserua etiam diligenter verba textus, nam dicit. Pater dabit bona petentibus se. Si igitur non datur, quod petis, sine dubio non postulabas bonum: aut aliud dabit, quod sit bonum ipsi petenti. **¶** Denique per spiritum non solum intelligit tertiam Trinitatis personam, sed omne bonum spirituale, & cœlestē per nomen spiritus sancti intelligitur: quia spiritus sanctus fons est & origo totius boni. Et vocat omne donum spirituale spiritum bonum: quia spiritus sanctus est primum bonum, in quo omnia dona nobis dantur. Docet præterea & declarat his verbis quid sit petendum nempe spiritualia, quæ vera bona sunt, stabilia, & perfecta. Pete cœlestia: quæ Deus non negabit. Terrena desine quæ vile sterces sunt, puluis & lutum. Quære primum regnum Dei & iustitiā eius, quia hæc omnia: Mar. 6.

Psal. 144.

Ioan. 3.

Esa. 9.

Sap. 7.

Esa. 50.

Iob. 23.

Luc. 18.

Esa. 64.

3. Reg. 8.

1. Cor. 13.

Chryl. hom. de Moise.

Enarr. in Caput. XI.

*Pfal. 36.* adijcitur tibi. Non enim vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem. Filij Zebedaei, qui honorem periturum postulabant, dictum fuit, Nescitis quid petatis. Nec id eod credas nos velle dicere, vt temporalia non petas: sed ea lege pete, vt ipsis tanquam medijs melius & apertius Deo valeas inspicere: non autem vt ea constituas tanquam tuam vltimum finem. Nam si petimus vt ratio ipsa iubet, pro cultimorabit, quod Deus petita neget: quia de quidem ipse nos docet quomodo sit petenda, iubet, praecipit & orat. Sic adeo nos diligit, & amores nostros cupit. ¶ Si vero exempli desideras, vt ad eius modum tuam componas & ordines orationem, non alibi, quam a muliere illa Cananea tibi petendum erit.

*Mat. 15.* Quatuor quippe leges, quibus recta oratio rati debet, illius oratio habuit. Primò domum suam exiit. Sicut debes obliuisci domum patris tui, relinquens vitia sordes & peccata: nam murmure & strepitu negotiorum mundi non audit te Deus. Cananea haec domum egreditur, & in agrum proficiscitur.

*Cant. 7. Luc. 6.* Veni dilecte mi egrediamur in agrum. Sic Christus oraturus ascendit in montem: non quia ipse hac solitudine indigebat: sed vt nos erudiret relicto mundo in solitudinem abire, quod Cananea fecit. Regina Sabba non meruit Sapientiam Salomonis audire, nisi relicta domo & regno, mare transiret. Iacob cum primus exiit a domo Laban: fuit obuiam Angelis. Sic Moses, Elias & alij plurimi sancti viri orare consueverunt. ¶ Secunda orationis conditio, est reuerentia, quam praestare tenetur qui orat: est quippe Deus tanta reuerentia dignus vt ante eius conspectum etiam ipsi Angeli & coelestes spiritus deficiant: nec debito honore Deo possunt satisfacere, & hinc nos vidobimus, quam inutiles sint homines: quamque inepti vt Deum valeant debite honorare. Sed iam quod debitu hoc plenè non possimus exsoluere: saltem vires nostras & omnem conatum ad id adhibeamus. Dicit sanctus cum summam reuerentiam contemplantur, quae meritisimo debita est Deo, dixit. Ego autem in multitudine misericordiae tuae adorabo ad templum sanctum tuum. Et Abraham: Loquar ad Dominum meum cum simulaculis & cinis. Isti reuerenter petierunt, & steterunt coram illo, quae debita adoratione Angelicolunt, & aere cuius conspectum Dominariones & Potestates tremunt. Si nobiles & magnates mundi debite alloqueris & vene-

raris: quanto melius cum ipso Deo hoc deberes efficere? Videbis enim Publicanum illum *Luc. 18.* quia reuerenter petijt in templo, nec se dignum iudicabat, vt leuaret oculos in caelum, exauditum esse: Phariseus, vero quia id non praestitit inanis rediit. Et quanti veneratio haec apud Deum habeatur Christi exemplum ostendit: qui deuotissimè procedens super faciem suam orabat, sic adeo vt dicit Paulus. Et exauditus est pro sua reuerentia. Sic etiam Cananea adorauit eum dicens. Domine adiuua me. &c. ¶ Tertia conditio illa est, vt cum perseuerantia postulemus. Deus quippe statim petitionibus nostris non acquiescit, vt nos magis dignos meriti faciat, vt iam in superioribus ostendimus. Altera vero ratio quare statim nos non exaudiat, ea est, vt Talionis legem nobiscum exerceat: nam quemadmodum tu obturatis auribus Deum vociferantem non audisti: ita etiam ipse velut surdus & non audiens tuis petitionibus efficitur. Vnde per Sapientem inquit. Vocauit & renuisti. &c. Tunc inuocabunt me, & ego non exaudiam. Ideoque si aliquando tu a Deo non exaudiris, maturum tibi & sanum erit consilium, vt in id conicias, an tu in audiendis eius inspirationibus illi sis ingratus: quod fiet vt in posterum tibi ipsi caueas, & Deum magna reuerentia auscultes. Nam ipse promptissimus est & paratissimus, vt te exaudiat: etiam si tu multoties occasionem tribuas, vt ipse suas aures obturet. Atque ob id Esaias. Ecce non est abbreviata manus domini, vt saluare nequeat: nec auris eius aggravata est, ne exaudiat: sed iniquitates vestrae, &c. Et Ieremias. Nos iniqui egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Tertio non ita citius Deus responderet, nisi forsitan nos principio id non petimus, quod decet, postea vero persistentes rectius dirigimus petitionem nostram. Quapropter Sapiens. Melior est finis orationis, quam principium. Sic contigit Cananae, quae in fine orationis melius petijt, dicens. Domine adiuua me: lude ille etiam si malus esset, cum vidua illum afficeret molestia & importunitate, iustitiam fecit. Hoc Christus in illa parabola docuit, & in supra allata de amico qui tres panes petijt: nimirum vt perseueranter & indefesse postulemus. ¶ Quarta conditio est: vt confiderent petamus. Tunc enim magna fiducia postulam, cum de nobis nihil praesumimus nec confidimus: de Deo autem maxime. Iacobus quippe ait. Postuler in fide

*Indi. 9. Dan. 9.* fide nihil haesitas. Nam sine fiducia orare, est de te deique tuis meritis presumere: quae quidem detestanda est superbia. Vnde Iudith dno dixit. Tu cui humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecari: Daniel etiam. Non in iustificationibus nostris profertimus precem: ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine attende: & fac. Omnia ista a Deo iudicabat pronunciat: nihil autem a se, & ita nihil confidebat, ex sua parte, credens nihil boni se habere, quo mereretur a Deo exaudiri: Sic Cananea. Catelli edunt de micis, &c. ¶ His ergo circumstantijs oraturi debemus accedere: vt Deus suum sanctum spiritum nobis tribuat. Sed iam de his satis, vt ad contextum reuertamur: ubi noster Lucas egregium Christi miraculum narrat, & mirabilem disputationem eum Phariseis habitam. Postquam posuerat orationis documenta, miraculum narrat expulsiōnis daemōnis: quia hic est vnus effectus orationis. Hoc genus daemōnum non eijcitur nisi ieiunio & oratione. Ait ergo Euangelista. Et erat eijciens daemōnum. Inter praecelara & excellentia facinora quae Christus venit in mundum facere & praedicare (vt diuus Ioannes Euangelista de eodem inquit) illud est vnum scilicet, a caelo descēdisse, vt opera diaboli solueret, & dilueret. In hoc (inquit) apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Opus quidem daemōnis fuit peccatum, mors, & innumeræ aliae miseriae & æramnae: quae ab ipso peccato tanquam a proprio fonte deriuantur. Inuidia enim diaboli mors introiit in orbem terrarum. Nam in terreno paradiso daemōni: successione primi nostri parentis in peccatum illud miserandum incidit. Cum igitur munus filij Dei esset, dissolueret daemōnis opera certum illud est: quod nisi primus homo in peccatum laboraret, saltem in carne passibili, ipse non venisset. Sed iam quod Christus in mundum venit, vt diabolum destrueret, & ipsius opera labefaceret: conueniens videbatur, antequam serio eum conans confereret, vt in pugna simulaculum ingrederetur, & aliquos congressus cum eodem haberet: vt vel sic illi ostenderet, quam potentiam & imperium aduersus eum haberet. Quod clarè ostendebat eijciens daemones a corporibus tanta maiestate, vt vel sic ipse daemō intelligeret, ab ipsa anima esse eijciendum, & a regno q. tyrannidē vsurpauerat. Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps

huius mundi eijcietur foras. Cū igitur Christus munus sibi commendatum exerceat, ait Lucas, quod erat Iesus eijciens daemōnum. ¶ Sed quid obsecro mali daemōnis in Christum contulerat, vt tantum atque tam hostile bellum semper aduersus ipsum gerat? Prius enim ex caelo ignominiose eiecit: nunc autem quietus cū sit a corpore hominis repellit. Persequitur Christus eum; qui nobis semper omne malū molitur: qui quē mille laqueos tendit, vt nos, quasi pisces hamo capiat. In quō quidem debet perspicere quantum nos Deus diligit, qui inimico nostrō inimicissimus est, & eum odio persequitur: propter ea mala quae nobis quotidie intulit. Nunquam daemō aliquo malo Deū laesit, nec id potest facere: nec eius honorem minere aut labefactare, nec bonorū eius aliquid dituro. Quid est igitur quod Deus illum persequitur, & a suo nunc domicilio illum eijcit? Non eere ob aliud nisi quia noster inimicus est. Si cū inter duos magnates inimicitia agerentur, alteri illorum Rex diceret. Quare inimicus meus es? & illerēpōdiffer. Ablit, vt aliquando talis insania mentem meam subierit, tuncque Rex subiingeret. Cum tali nobilitate inimicus: mihi eidem inimicissimus es. Magnus quidem honor tali esset, & ingens beneficium hoc esse iudicaret, ita Deus noster (cuius amicitia & amor cum regum amore nequitiam est conferendus) non ob malum, quod daemōn ipsi infligit sed propter id quod nobis immitit, illi inimicissimus est. Sed proli dolor: quam malè, sinistrè, & aduersè Deo hoc beneficium soluimus: qui (si in nostra potestate situm esset) laudem & honorem Deo rapremus mille iniurijs, flagitijs, & blasphemijs. ¶ Diligenter etiam animaduertes, quod non dicit hic Lucas Iesum eiecitisse daemōnum, sed quod erat eijciens daemōnum: nam quauis virtus diuina instanti operetur, voluit tamen paulatim eijcere, vt ostendat vitia qui mali mores sunt, paulatim esse expellenda, non autem omnia simul: vt vel ex hoc loco prelati discant, ne raptim & in actu oculi malos subditorum mores velint exterminare, quod erit arcum sic adeo fectere & incendere, vt potius frangat, neque ex uno extremo in aliud velit peruenire: quod erit omnem simul conuentum euertere & destruere. Et ad hoc multum prudentia praestat. Ita Moses permisit Iudaeis libellum repudij, non quod bonus esset: sed vt permitte-

*Luc. 18.*

*Mat. 26.*

*Hebr. 5.*

*Mat. 15.*

*Prone. 1.*

*Esai. 59.*

*Thren. 3.*

*Eccle. 7.*

*Luc. 18.*

*Iacob. 5.*

*Eccle. 9.*

*Deuter. 24.*

Mar. 8.

mitteret illorum imbecillitatem. Secundò erat eiciens dæmonium paulatim, sicut cura vitæ illum, de quo Marcus scribit. Idque facit in nostrum solacium, ne aliquis desperet de misericordia & liberalitate Dei, nec animi patiar deliquium: si statim suas petitiones non adimpleuerit: Non est quippe parui estimandum beneficium, quoddam Deus paulatim nostris infirmitatibus medetur, & quod eas ita velit curare. Sic Deus paulatim eiecit gentes à terra promissionis, nè si simul eijceret, sereret desertum: ubi multæ bestia feræ & immanes procrearentur, quæ populum suum deuastarent. Quo voluit nos intelligere minus laboris esse aduersum homines incorporibus bellare, quam aduersus feras ipsas. Non enim vult Deus sine nostro labore omnia vitia tollere quæ vitiosa passiones sunt repugantes intentioni nostræ: nam melius est contra stimulos carnis (quæ tentationes humanae sunt) bellum gerere: quam destrui ab stimulo elationis & superbæ, quæ tentatio est diabolica. Nam apostolo Paulo non fuit sublatum stimulus carnis, vt elatione diaboli careret: postea vero vnum atque alterum fuit sublatum. Nemo repente fit summus. Nolimus enim cælum sine scalis ascendere: nec diffidamus si cum adhuc tyrones & iuuenes in desideratio defectus in nobis ipsis sentiamus: nam qui præclari & extimij in sanctitate excelluerunt, post multos annos consumptos in vittutum exercitio ad culmen sanctitatis & perfectionis deueuerunt. Paulatim quippe Deus dæmonem eiecit à corpore huius, & paulatim tuas prauas inclinationes fugabit. Expende etiam quàm humanus, benignus & misericors Christus ostenditur erga afflictos: licet quandoque multi intempesiue venierit, vt Mattheus commemorat, vt etiam noctu ad eum languidi adducerentur: nonnulli autè importuni erant, vt salutem conlequerentur; sicut Cananæa & illi duo cæci. Christus autem erga huiusmodi pauperes non se grauem & asperum ostendit, vt facere consueverunt diuites & magnates, qui vel oculos dedignantur in pauperes conijcere: propter quod Christus grauior in eos animaduertit, vt licet videre in sine huius capitis aduersus Phariæos & legis peritos. Arguet eos acriter Dominus, qui nunc tam benignè dæmonem propellebat. Mundus vero longè alium morem ob-

seruat, qui erga diuites & potentes humanus est, & officiosus: pauperibus vero durus & iniquus: quos nedum videre potest. Venit Christus vt omnibus hominibus auxilium esset: ideo medicinam suam applicabat iuxta necessitatem vnius cuiusque. Inopie enim ægritudinis afflictioni, peccato etiam & deprauata conscientia admixta est tristitia ipsa illanimitas & desperatio. Putant enim isti quem admodum & ab hominibus à Deo etiam contemni & derelinqui: qui certè consolatione indigent, & benignitate & mansuetudine Christi opus habent. Hoc satis ostenditur fecisse Saluator, cui tam blandè est loquutus dicens: Fili remittitur tibi peccata tua. Et ego in itinere Hienico. Quid vis vt faciam tibi? Et (vt eius mos erat) omnibus alijs miseris & afflictis mira suauitate loquebatur. E contra autem diuitias & potentiam sæpè comitari solet ambitio, præsumptio & sui ipsius amor. His vitijs qui laborant, & humiliari, & diuino iudicio detereri debent, vt intelligant, se peccatores esse, & multis flagitijs cooperatos, nec sperent in incerto suarum diuitiarum discrimine, nec in potentia magnitudine: sed intelligant: nihil habere quod à Deo non acceperint. Hac de causa Christus diuitibus & elatis Pharisæis asperitatem ostendit: huic vero, qui vexatione dæmonis laborabat pius, misericors & benignus, ostenditur. Sed quid de dæmone illo Lucas dicit, audiamus. Et illud erat mutum. Ab effectu dicitur mutus, quia ipsum hominem mutum efficiebat. Atque ita aliquando soliti sumus diem tristem appellare, non quod dies tristis sit: sed quod nobis tristitiam inferat. Et sic venit intelligendus locus ille Pauli, spiritus ingemiscit: non quia spiritus flere aut ingemiscere possit cum Deus ipse sit: sed quia efficit, vt anima, quàm ipse possidet, sua peccata plangat & lamentetur. Sic lignum illud quod Adam sibi & nobis amarè degustauit, lignum mali dicitur, non quod malum esset (nam omnia quæ Deus condidit bona erant) sed quia malum fuit homini propter transgressionem præcepti. Sic etiam cibus aliquis, vel medicina sana aut infirma dicitur: quia ægritudinem aut sanitatem causat. Et hoc modo vt diuus Gregorius interpretatur intelligitur illud quod de Iuda dicit Petrus. Et hic quidem possedit agrum in merce de iniquitate. Iudas quippe non poterat

Matth. 9. Luc. 18.

1. Tim. 6

Rom. 9.

Gen. 3.

Greg. lib. 9. mor. ca. 29.

Act. 1.

Gen. 22. Deute. 13. Augu. li. 2. de bono per se cap. 23. Rom. 8. Augu. li. de oratio Deum ad Probam Episto. 121. cap. 5. Et de anima & eius origine. lib. 4. ca. 9. Et contra Ser. Arria. cap. 25. Iob. 29.

terat possidere agrum emptum Christi pretio, qui iam obierat: sed dictum est, possedit, id est possidere fecit. Et sic visitata loquutione sacri eloquij videre Dei dicitur; id est videre nos facit. Sic dominus iusto viro dicit. Nunc cognoui quod timeas Deum: hoc est, cognoscere te faciam. Et in Deuteronomio. Tentat vos Deus, vt sciat an diligatis eum, id est, vt scire faciat. Et Augustinus exponit illud Pauli. Misit Deus spiritum filij sui clamantem, id est, facientem clamare. Ità intelligendum est illud Pauli ad Romanos. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus id est, postulare facit. Ita exponit beatus Augustinus. Igitur dæmon hic mutus appellatur, quia hominem mutum & elinguem efficiebat. Etiam nunc dæmonium mutum appellatur. Quando alij duo homines sunt confabulantes, & alius statim inopinatus aduenit, qui eleganti & subtili sermone loquelam incipit: reliqui vero muti & elingues effecti, eloquentem attentis auribus auscultant. Sic Iob loquens de sua sermone elegantia in tempore prosperitatis dicebat. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo, vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhererebant. Sic etiam nostra hac tempestate principes tenebrarum (qui dæmones sunt) muti & balbutientes efficiuntur, nam sunt multi homines, & sceminae qui elegantissime & acutissime loquantur. Nam quando dæmon calidus & astutus in paradiso terreno mulierem, quàm delusit, est alloquutus, nullæ erant lingue Toletanæ nec in curijs regnum versatæ. Nunc vero hominum linguas serpentinis inuenies gladio bicipiti acutiores, qui diaboli fraudibus & compositis rationibus honestas virgines, & castas mulieres fallunt, & à perfectissimo statu eas deturbant. Nunquid deficit dæmon, aut eius absentia sentitur, ubi interuentia adest, quæ blando sermone & dæmonis facie: quæ nec dæmon ipse cogitat, ipsa opere complet? Si dæmon aliquem hominem litem agentem voluerit fallere per quem melius id poterit præstare, quàm per aduocatum aut curatorem? Si vero voluerit alicuius famæ detrahere, aut eius honorem minueri: nonne dæmon ipse ita benefacere, sicut multi nunc faciunt? Sic adeo vt suis linguis nullus gladius quantumuis acutus vllomodo sit conferendus. Vnde Psalmista. Ec-

te loquentur in ore suo, & lingua eorum gladius acutus, loquentur (inquit) in ore suo. Non explicat quid est, quod loquuntur: nam quidquid huiusmodi hominibus liberit, id de te prædicabunt. Nunc te concubinarium, nunc vsurarium, nunc detractorem, nunc denique (si ira vel furor eorum oculis obcauerit) te reipublicæ vnicum euctorem appellabunt. Quid est igitur, quod dæmon loquatur? ubi tantæ pestis in republica grassatur? Et ideo ait, quod erat mutum. Mattheus ait, quod etiam erat cæcus: Et diuus Chryostomus, quod etiam erat furdus. Ex quibus omnibus clarissime cognoscitur, quanta & quàm ingentia mala nobis dæmones inferant. A prima mundi conditione dæmon hominem ipsum persequitur & plusquam hostile bellum eum eodem gerit. Sic adeo nos odit, & execratur: nunc autem quoniam suspicabatur: (quod nunquam certè sciuit) Christum venisse, vt damnum illi inferret: nunc vehementius coepit, nos ipsos persequi. Et hinc euenit, vt nullo vnquam tempore tot dæmoniaci fuerint, quam tempore Christi. Sed statim percontaberis. Cur diabolus sic hominem persequitur, vt est videre in homine isto cæco, muto & surdo, & in alijs multis: & nobis etiam mille machinis, laqueis & compedibus damnationem molitur? Propter duo. Primum propter odium Dei. Nam peccans induratus mansit in odium Dei. Scit enim ipse, quod voluntas Dei est, nos beatos efficere, & quod nos summo amore & charitate prosequatur: ne autem voluntas Dei in nobis adimpleatur: curat nostram iustificationem impedire, propter odium, quod in Deum habet ratione iustitiæ punitiæ. Secunda ratio, ob quam nos persequitur, est vt differat, & procrastinet diem iudicij, ne sua maior pœna tam citò adueniat. Dæmones namque etiam si à cælo ceciderint, non omnes in infernum sunt detrusi: nam etiam sibi multi sint, qui igne torquentur, & ipsi tortores sunt animarum: nihilominus multi in aère remanserunt, qui in carcerem datus est illis vsque in diem iudicij, in quo eorum habitatio erit infernus. Sic in tremenda illa die Christus peccatoribus dicit. Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Vbi si attentè volueris animaduertere inquit. Paratus est diabolo. Ex quo sequitur nondum in ignem illum intrasse: quo tamè cum tempus illud aduenerit punientur.

Psal. 59.

Mat. 12. Chryl. hom. 41. in Mat.

1. Thess. 4.

Mat. 25.



**Luc. 4.** nientur. Sic quidam demones (vt refert Lucas) Christo dixerunt. Iesu fili Dei excelsi, ad quid venisti ante tempus torquere nos? Putabant istam aduenire diem iudicij: cum que citius illis videretur, hoc dicebant. Qui dies non adueniet, quousque numerus electorum adimpleatur. Sic in Apocalypsi dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorum, &c. Et acciperent diuinum respondum. Expectate modi cum, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Natura enim animarum vnionem corporum appetunt: & hoc a natura instum desiderium dicebat Ioannes esse illas voces & clamores: quibus Deus respondit. Expectate donec sedes impleantur, quas amiserunt mali Angeli tuncque numerus electorum adimplebitur. Cum vero numerus hic perfectus sit & absolutus fuerit, dies adueniet iudicij: in quo bonorum corpora in generali resurrectione simul cum animabus gloria fruuntur. Quod omne preclare psalmo illo ostenditur. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, &c. Cui igitur demon differri velit die iudicij, vt sic maiorem poenam differat: nostram salutem eis quibus potest vis impedit, ne dies iudicij adueniat, quando ipse in infernum sit detruendus, & grauisimè puniedus. Sed vobis, qui quanto minus nostram consuluerimus salutem, tanto remissius & pedetentim numerus electorum adimplebitur: atque ita dies iudicij tardius adueniet: quem demon grauitè timet. Et hoc ipse intendit, cum nos suis tentationibus aggreditur: atque ita non tam anxie & sollicitè nostram damnationem desiderat, quam quod nos salui non simus. Nam ex eo, quod nos damnemur nihil commodi ille consequitur, nec ipsi aliquid poenae remittitur, sed potius dolor quidam acciden talis illi de nouo aduenit. Nam quemadmodum cum quis coelum ingreditur, omnes celestes ciues gaudent & latantur, quia gaudium sit super vno peccatore poenitentia agente: sic cum aliquis damnatur, omnes infernum habitantes tristitia quaedam operit. Et ideo diues ille edax dixit Abrahæ. Habeo quinque fratres, &c. ne veniant in hunc locum tormentorum. Et hoc non faciebat charitate motus, sed ne maior poena illi adderetur. Itaque demon non vult, nec desiderat damnationem nostram, (quando quidem ex illa potius damnatum, quam lucrum illi sequitur) sed vult ne salui simus: nam si multi salui sunt, citius bonorum numerus adimplebitur: quo

ipse in inferno statim torquebitur in eternum, atque ideo nostram salutem conatur impedire. Et hoc voluit Christus, vt intelligeremus, quando de eo loquens in parabola feminantis, dixit. Venit diabolus, & tollit verbum: ne credentes salui fiant. Vbi clare videas, quod non dicit, vt damnentur: sed ne credentes, salui fiant. Et quantum verum sit, quod qui non saluantur, damnantur: tamen precipue intendit ne saluentur: ne cito illi adueniat malum, quod timet. Nam tolerabilior est illi poena illa accidentalis, quam in damnatione alicuius patitur: quam poena illa sensus & tormentum, quod in inferno habebit. His igitur duabus rationibus tanquam crudelis inimicus nos persequitur, & acriter tentat. Et cum animam nostram non potest ledere, corporibus mala infert: & rem & substantiam destruit & diruit: vt fecit cum ingressus fuit multitudinem illam suam, quos suffocauit: & etiam cum patientissimum Iob acriter tentauit, & eum laesit, & omnem eius substantiam & cuncta bona funditus euerit. Et omnia hæc nihil ob aliud facit, nisi vt animam nostram lucretur, si potest, propter aliquam impatienciam, vt in peccatum dilabamur, ne ad beatitudinem perueniamus. Atque ita hac persequutione, qua nos persequitur, hunc miserum hominem torquebat. **¶** Obserua autem, quod d' tormentum huic homini inferebat licentia & permissio: ne diuina. Nam ad hoc, vt sui corpora ingrederentur, prius a Christo licentiam impetrarunt. Spiritus Domini malus (inquit scriptura) exagitant Saulem. Vocatur spiritus Domini, quia creatura eius est, & minister illius, & ei subditus: atque adeo strictus ipsius mandator, vt sine Dei licentia ne folium arboris concutere queat. Et hanc licentiam, tam in malos quam in bonos Deus concedit. Sanctus & rectus corde erat Iob, qui tamen a demone grauitè fuit tortus: id tamen factum fuit non sine Domini licentia. Cuius sanctitas & sinceritas adeo Dei oculis grata & iucunda erat, vt postea Domini damoni dixerit. Fecisti me cum affligere frustra. Non vult Deus dicere: quod demon effecit, vel fuit in causa, vt ipse sanctum Iob castigaret, vel quod non in aliquem bonum finem eum correxerit & examinaret: sed significare vult, eum non castigasse propter aliquod peccatum, quod ipse commiserat. Cur igitur Deus cum sanctus Iob sic excelleret in vitæ sanctimonia & præstantibus virtutibus eum per demonis ministerium,

Luc. 8.

Matt. 8.

Iob. 1.

Matt. 8.

1. Reg. 16.

Iob. 2.

Psal. 77.

rium, & non per propriam manum correxit? Et quare etiam diuum Antonium Abbatem in eremo, & reliquos viros præclaris virtutum dotibus excellentes, demonis tradidit manibus? Propere id fecit: nam si cum Iob non peccasset, Deus illum castigaret, postea demoni Deo diceret. Domine tradem mihi illum, & in meam potestatem redige: tunc quæ videbis an ceptum prædicer, laudes & benedicat. Sed vt demon oculis suis sinceritatem, & reuerentiam Iob contempleretur, tradidit illum Deus suis manibus. Nam cum aliquis venditioni exponit aliquam loriam, quam optimam esse dicit, neque villo pugione posse transmitti: ne euentes aliquem defectum illi imponant, gaudet, vt de illa experimentum fiat, vt probetur, quam fortis & exacta sit. Ita Deus etiam si ipse probè nouerit, quam fortes & veterani milites sint iusti, quamque perfecti & absoluti: vt hoc ipsum demonem non lateat, illos tradit in eius manus & potestatem, & permittit vt mille tentationibus vtrinque eos inuadat, & persequatur: vt sic vel ipsa experientia cognoscat quæ boni & absoluti sint. Etiam Deus in malos animaduertit, & eorum tortor est demon: Puniuit & Egyptios per manum demonis, vt inquit David. Misit in eos iram indignationis sue, indignationem, & iram & tribulationem: immisiones per Angelos malos. **¶** Itaque vt receptum capiamus, boni & mali multoties a demone torquentur: id tamen propter diuersos respectus & fines, mali in punitionem & correctionem: boni vero vt magis mereantur, laudentur, & honorentur. An iste qui demonium habebat, malus esset, vel bonus, istud ego non capio: tamen hoc audeo dicere, Deum permississe, vt hic tam grauitè torquebatur duabus de causis. Prima est, vt cum nos proprijs oculis intueamur, quam male nobiscum agat, eum summo odio prosequamur, & inimici ei simus: tantum abest, vt suis consilijs sit acquiescendum. Hæc est inter alias potissima ratio, quare Deus sepius permittat, vt demones humana corpora ingrediantur, & vt ea grauisimis malis torqueant: vt hoc prospicientes crudelès semper inimicitias aduersus eum geramus. Vt licet videre in nobis: qui cum aliqua infirmitate incognita laboramus, non statim remedium adhibentes, interimus. Sed si aliqua signa talis agnitionis vel infirmitatis in corpore ostenderentur, tum reme-

dio adhibito illi prouideretur. Ita si vos demonem non cognosceretis, non fugeritis ab eo: & sic in inferni crucem & tormentum vos præcipitaret. His vero externis persequutionibus intelligimus, quanta mala nobis ipsi inferre desideret. Et hæc etiam de causa permittit sepius Deus, vt demones horribili vultu nobis appareant: vt cum tanquam perniciosissimam pestem fugamus ac detestemur. Quid enim esset si pulchra & decora facie nos aggredere: si cum fœdus & turpis sit, sic a peccatoribus diligitur? Et illud quidem maxime est deplorandum, quod cum demon ad eum inimicus noster sit, male dictum & detestabile nomen eius a multorum ore nunquam excidat: & infantes maiorum morem & exempla sequentes, ab incunte ætate versant hoc nomen in ore: & dulcissimum & suauissimum nomen Iesu, vitam & salutem secum ferens & Deipare virginis nomen obliuiscuntur, &c. **¶** Secunda ratio, quare Deus voluit huic hominem externis malis angere, fuit, vt inde possemus elicere, quanta & quam graua mala ipsi animæ inferat. Sed aduerte diuersum esse de minimis quod demon habet in corpore, ab eo quod habet in animam: nam corpus ipsum ingreditur, animam vero nullo modo potest: quia anima non habet nisi terminos essentia, cum sit simplex, non autem quantitatiuos. Nam intra terminos essentia nihil est nisi pars essentia, vel virtus dans esse rei: ideo demon non potest esse intra animam, quia non est de substantia eius, nec virtus dans ei esse. Solus autem Deus dicitur esse in anima, quia ipse habet intrinsecam operationem essentia. Possunt autem spiritus habere aliquas operationes circa alios spiritus, & tamen omnes sunt addita essentia: ideo vnus spiritus nunquam est in altero licet operetur circa ipsum. Et ita licet vnus Angelus perficiat & illuminet alterum, non dicitur esse in eo: sed aliquid exterius operari. Sic demon quantum non sit intra animam, operatur tamen circa illam. Quid tamen operetur, videre poteris in corpore huius hominis, quem cæcum, mutum, & surdum reddidit. Hæc eadem operatur demon in anima, cum illam possidet per peccatum. **¶** Quantum vero ad primum attinet (vt inquit Euangelista) demon hominem effecit mutum, vt nequeat sacerdoti confiteri sua peccata. Ad hæc tamen (inquit per Ezechielem) faciam linguam

Ezechi. 3.

Enarr. in Caput. XI.

linguam tuam palato tuo, & eris mutus. In palato refider gustus: lingua adherere palato; est voluptate capere, & in peccatis gaudere. In tertio libro regu scriptu est, sacerdos Baal voluisse sacrificare: Elias vero illos irridebat: & obtulit Deo sacrificiu, & fecit altare & posuit ligna, & misit aquam in aqua ductu, & descendit bouem per membra: & cecidit ignis de caelo & deuorauit holocaustum: A spico igitur d peccator quod quado a demone in peccatis detineris, & in ipsis gaudes, ne obliuiscaris tui ipsu: sed in Deum conuersus, lachrymis & gemitibus tua peccata confitere, & cor tuum & animam in holocaustum illi gratissimum offer, quemadmodum ipse Elias fecit: Primum Propheta altare suu ordinauit: dein de vero ligna composuit; & altari superposita. Ita tu in memoriam reuoca omnia peccata tua te commissa per seriem decalogi, omnes cogitatus tuos, loca etiam, in quibus deliquisti. Vocauit Deus Ezechielem & dixit ei. Fode parietem. Et cum perfodisset, ingressus uidi: & ecce omnis similitudo reptilium & animalium abominatio & uniuersa idola. Tibi etiam dicitur peccator. Fode parietem, rumpe secreta, & ingredere conscientia tua penetralia: & ecce uidebis similitudinem reptilium & animalium, & idola, & mille genera flagitioru depicta in pariete conscientia tua: & ut uo verbo concludamus uidebis auaritia, luxuriam, & superbiam omnium maloru radices & fontem. Peccatores enim similitudinem gerunt reptilium & animalium, iuxta illud Pauli. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & uolucrum & quadrupedum & serpentum. Has imagines peccatorum & idolorum, serpentum & quadrupedum, quae tu summe ueneraris & colis, te ipsum parans ad confessionem, debes foras extrahere: quemadmodum ceruus facit, qui positus ad ingressum speluncae serpentis forti sua respiracione efficit ut a domicilio serpens egrediatur, & sic eum interficit, & quasi pelle noua induitur & renouatur. Ita si tu uolueris tua peccata plangere, & in eorum cogitatione & contemplacione persisteris, foras extrahas ab spelunca animae tuae uenenosos peccatorum serpentes, qui uirtutis sibilu mortem & cruciatu aeternum propinabunt. Quibus omnibus recte pro uidebis contricione & dolore: atque ita in nouatus & in alium hominem conuersus remanebis, si conscientiam tuam recte examinaue

ris. Quod in ueteri lege ostendit Deus, iubes. ne offerretur illi animal quod non ruminaret. Quando foris aduenis & cubile tuum ingrederis, obsecratus solis luce; omnia tibi obfcurata & tenebrosa apparent: ut uero si paululum quicueris; omnia clare & aperte uidebis. Non admodum hoc est dissimile, cum peccata tua contemplaturus accedis; qui statim principiu nullum peccatu uides, quasi nihil appareat, quod possit confiteri: ut uero si quateris manseris, & in eorum contemplacione persisteris, omnia peccata tua quasi quodam in limpidissimo speculo poteris contemplari. Si tibi dictum esset, quod dum iam ad ues perasceris, ingrediantur domum tuam duo uel tres latrones, ut te interficiant, & expilent: tunc quae posses diligentia & industria totam domum iustras, nec lecto accumberes, quousque omnes inuenires: quod si unum uel duos comprehenderes, diligenter etiam tertium perquireres, ne forte ille te interficeret. Nam quid tibi proderit, si octo latrones sunt ingressi, uel septem comprehendas: uel si tres, uel duo inuenias: poterit nanque qui remanet absconditus, facile te interficere. Sed quod dolendum est: sunt multi, qui triginta uel quadraginta letalibus peccatis conscientiam habeant grauata, contenti sunt tamen, si tria uel quatuor confiteantur. Attende obsecro & considera, plus operis & diligentiae impendendum esse in discrimine animae tuae: quam in discrimine corporis & uniuersae substantiae. Alij sunt qui Nabuchodonosor assimilantur, qui cum per noctis quietem somniasset, sapientibus & auguribus suis dicebat. Dicit mihi somnium, & interpretationem eius. Et illi respondebat ei. Dicat rex somnium seruis suis: & interpretationem eius indicabimus. Ita sunt multi, qui ipsi confessorio dicunt, Pater, interroga me. Vultis ne ut confessorius uaticinetur peccata uestra? Dicit vobis somnium, & sacerdos solutionem dabit. Sapientes illi non erant uaticinaturi somnium Nabuchodonosor. Diceret ille somnium, ipsi uero interpretatione adhererent. Prius itaque conscientiam tuam examina & prepara te ante confessionem. Nam cum aliquis dispensator rationem sui muneris exhibere uult, prius apud se cogitat, quas fecerit expensas, & quos sumptus, ne improuidus coram domino appareat. Curatorentia & aduocatus prius quam ante iudicis tribunal sistant, rationes & iura pro sua parte alleganda excogitant. Vnde Ecclesiasticus. Ante iudi-

Leui. 11.

Leui. 11.

Esaie. 38.

4. Reg. 5.

Leuit. 34.

2. Reg. 10.

Dan. 2.

Psal. 38.

Eccle. 18.

3. Reg. 18.

Ezech. 8.

Rom. 1.

iudicio para iustitiam tibi. Postquam uero iam dispositus & paratus fueris, examine conscientia facto, lignis iam altari superpositis: tunc etiam si per impones bouem ipsum ablato corio, ut Deus iubeat. Quo nimiru significatur, quod clare & aperte debes confiteri, nullis ambagibus, nulla adhibita hypocrisis, nullo furo, nullis denique uerborum circumloquijs comptis & compositis. Diligenter etiam aduerte, quod bos iste non integer offerebatur, sed scissus & discerptus: ut intelligas, quatenus confiteri peccatorum numeru & omnes circumstantias, quae speciem immutant. Tertio uero holocaustu aqua aspersit Elias. Quo innuitur, ut non sine lachrymis, contricione & penitencia haec fiat confessio. Ita fanctus ille rex Deo dixit. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Non dixit, cogitabo sed recogitabo. Non solum debes cogitare semel: sed iterum & saepius recogitare. Et annos meos dixit: nam tua crimina, flagitia & peccata debes cogitare, non autem aliena: ut sunt multi qui in confessione occulta aliorum peccata detegunt. Omnes addidit: quia nullum peccatum inter lineas est praetermittendum. Naamam uero a lepra mundaretur, omnes ueltes uidebat. Deus etiam iubebat, ad hoc ut leprosus restitueretur in pristinam sanitatem, ut prius eum depilarent: ita ut confessio firma sit, stabilis & integra omnia peccata. funditus debet radere. Rex filiorum Amon rasit dimidiam barbam & uestes senorum Dauid: quod facere uidentur ij, qui in confessione partem peccatorum aperiuert, partem uero silentio deo grauissimè puniuntur a Deo, sicut punitus est rex Amonitarum a Dauide. Ait etiam, in amaritudine animae meae: nam dolore magno compunctus tua peccata debes exprimere. Quarto (quemadmodum Elias) os tuum aperit, & culpas & delicta sacerdoti pande: qui Christi uices habet. His omnibus sic actis, statim descendit ignis de caelo qui omnia peccata tua absumat: ut in te illud Psalms adimpleatur. In meditatione mea exardescit ignis. Super sacrificium coru qui innocabant Baal, non descendit ignis de caelo. Et idem illis contingit, qui pro arbitrio confessorium eligunt, ut suo genio indulgeat, quicquid de factis & infectis absoluat. Clama cum Elia ad pedes sancti & eruditi confessorij: ne fallaris a demone, & obmutescas cora bono confessorio: multo quippe melius tecu ager bonus, sapiens & doctus: quam malus, insipiens

& ignarus Magdalenam enim, quae peccatrix erat Phariseus ille & molestia & opprobrijs afficiebat: Christu uero ut sanctu & misericors, eius partes tuebatur, & solatium in afflictione praestabat. Vide Christum, postquam ter eu Petrus abnegauerat, quam pie, misericorditer & benignè cum illo se habuerit. Posset Christus illi dicere, Petre, Perre ista ne sunt robusta illa uires, & fortis anima; quem aduersus inimicos ostentabas: ista ne uerba illa quae reliquis fortitu dinem & audaciam addebant: Nullum certe uerbum Christus Petro dixit, quo uel crimen suum coram obiceret, uel quo Petri facies confunderetur: sed pie & benignè illi pepercit. Hoc idem bonus & rectus confessorius tecum efficiet: Deus quippe inquit. Ne abominaueris Idumaeum, quia facter tuus est: neque Aegyptium, quia aduena fuisti in terra Aegypti. Hoc idem confessorio Deus inquit. Debet etiam sacerdos animaduertere se aliquando lapsu esse: nemo quippe tam sanctus est & integer, quin semel uel bis non deliquerit. Ne igitur tu peccator ad pedes sacerdotis iacens, pudore delictoru lusu daris, & mutus effectus, peccata fileas: in memoria reuoca, exquisitissimum illud ignominiae genus quod coram millibus hominu passus est pro te. Quare tu uerecundia habes, cum soli uni homini peccata pades: Verecundia mea contra me est semper, Dauid dixit: loquutus de Christo redemptore nostro. Et in alio Psalms ad patrem alloquens, dixit. Tu scis imperium meum, & confusionem meam. Praeterea quando aliquis committit defectum, uel les ne potius ut amicus sciret, qui uel facile posset succurrere: uel potius omnis populus & mundus? In iudicio manifestabitur abscondita reuebrarum, & manifestabitur confilia cordium. Dauid secreto rapuit uxorem. Yria: Deus uero per Prophetam illi dixit. Tu fecisti in occulto: ego faciam illud palam in conspectu omnis Israel. Quod tu in domus tuae penetralibus & secretioribus locis commisisti: permittit Deus ut tui conuicini recte norint, postea uero in extrema die cunctis gentibus pateat. Senes illi qui falso accusarunt Susannam, dicebat ei. Nemo nos uidet. Deus uero qui: etiam cogitationes cordium scrutatur, notum fecit populo crimen nefandum. Si sacerdoti confiteberis peccata tua, occulta erunt: si minus omni populo erunt manifesta. Beati quoru remissa sunt iniquitates, & quorum delicta sunt peccata. Si in memoriam adduceres pueros illum,

Luca. 7.

Deute. 23.

Psal. 43.

Psal. 68.

1. Cor. 4.

2. Reg. 11.

2. Reg. 12.

Danie. 13.

Psal. 31.

H 2. Tom. illum,

illu, quo deberes suffundi, si peccata tua omnibus palam fierent: utique demon coram sacerdote non te mutum, elinguem, & balbutientem efficeret. Si quidem bene nosti, nullo casu quantumvis difficili, confessarium posse tua peccata alicui aperire. Confitere igitur omni procul semoto pudore: quandoquidem in hoc sacrosancto & mirabili sacramento ab omni peccato etiam gravissimo mundus efficeris. Na qui in fluvium cadit, etiam si aqua ad medium corpus, vel vsque ad barbam accedat: nihilominus tamen adhuc tempus restat, quo possit vivere. At vero si eo infelicitatis & miserie peruenierit, vt aqua iam os intret, & cooperiat eum, statim interibit. Sic similiter etiam si gravissimis criminibus oculos Dei offenderis, si ita coinquinatus es, vt indignum te iudices ante faciem eius appareat: si denique a planta pedis vsque ad verticem capitis tui nihil bene sanum & tutum fuerit: si tamen os tuum vales aperire, & ad pedes sacerdotis accedere, longa adhuc superest vita: Illud tamen diligenter tibi est cauendum, ne in tantam collusionem & multitudinem peccatorum peruenias, vt te valeant suffocare: ne coram Dei ministro mutus effectus loqui non possis. Vnde David. Os meum aperui & attraxi spiritum. Quemadmodum David aperuit os, vt aere possit attrahere & vivere: sic tu in confessione aërem & statum spiritus sancti attrahe vt possis vivere. Quod idem in animalibus rationis expertibus experiri possumus. Primum quod facit lupus, cum ovem capit, guttura ore comprehendit, ne possit balare, vt vel sic pastorem exciter: & a moribus lupi eam eripiat. Sic diabolus ori nostro pudoris feras imponit, ne clamare possimus, & illius boni pastoris auxilium invocare: qui super humeros suos amissam ovem deportavit. Hoc igitur est hominem mutum effici ad peccatore: nam quemadmodum huc, cuius corpus habitabat, efficiēbat mutum, ita etiam peccatorem, cuius animam possidet, elinguem reddit, ne sua peccata possit confiteri. Aliud etiam est hominum genus qui in confessione dicenda tacent: tacenda vero dicunt: & de his Propheta inquit. Quoniam taceui inuenerunt ossa mea, dum clamare tota die: Qui igitur fieri potest propheta sancte, vt tota die tacendo, clamares: & clamando taceres? Ambo faciebat: nam ea tacebat, quæ dicturus erat: & verbis compositis, alios alij addendo sermonibus nihil denique dicebat.

Quod multi duobus vel tribus verbis possent dicere, idque clare & aperte: varijs ambagibus proferunt culpam minuendo, & rhetoricas rationes multiplicando. Et sic isti loquentes, tacent: & ideo ossa eorum & ipsi in peccatis inuenerunt. In cuius typum, quādo Rachel ex Mesopotamia veniebat, idola abscondita secū ferebat: postea vero cum Iacob petisset ea manifestavit, & infodit. Si igitur tu adhuc cooperuisti tuorum peccatorum idola, ea facerdoti offer: & aperire enim ea operierit, vbi nunquam magis appareant, & quem admodum Aegyptij in mari rubro extincti fuerunt, quos filij Israel nunquam deinceps viderunt: sic tua peccata in confessione extinguentur. Obserua etiā quod non solum dæmo efficit hominem mutum, vt adhuc diximus: sed etiam ijs modis & signis percutit, quibus reliqui, qui natura ipsa nascuntur muti. Isti quippe natura elingues per signa, per digitos, per gestus corporis ostendunt, quid velint, quid cupiant, quid ve dicant. Sic peccator mutus effectus, gloriā, quam ipsis operibus petere & comparare deberet, per signa postulat. Et quod non sine dolore potest dici, Christiani signa eū in cælum ducunt, opera vero in infernum. Christiani signa sunt, se cruce insignite. Ecclesiam ingredi, flexis genibus orationem fundere: opera vero nec cum Turcarum aut Arabū operibus comparanda. Nam oratio, ieiunium, sacri auditio: quid aliud sunt quæ signa Christiani? At si vero vel minimum cōiucium in eos retorseris, si vel simbriam vestimenti tetigeris, ira perciti & commoti de minima iniuria accepta cum scenore vindictā sumunt. Omnes isti sunt muti, nihil præter signa habent. Ostende mihi fidem tuam ex operibus, &c. Secundo dæmo hunc hominem obcecabat: vt motis illius est, cū omnibus peccatoribus idē facere, quorum animas suo dominio subegit. Nonne insanus ille & amens iudicaretur, qui aliquod opus aggrediens si nudo ense aliquis mortē minaretur, ne id faceret: nihilominus tamē nullo metu id perficeret & compleret? Nonne cæcum eum esse diceret, & caligine cooperitū: quādo ensē non fugit? Quid obsecro putas esse in causa, quare vnus homo tā multis peccatis & flagitijs se tradat: alius verò cautus & sobrius viuat in nullo delinquens? Id certe est, quia ille mentis oculis caret: nec videre potest, quāta & quāam grauiā mala ipsi immincant, quæ iudex ille supremus in dicm vindictę referat: hic vero Dei iustitiā intuetur, & con

Genesi. 31. Genesi. 35.

Exod. 14.

Iacob. 1.

Numer. 23.

Exod. 10.

Ioann. 1.

Tobi. 2.

Ioann. 9.

Canti. 5.

& contemplans a talibus se abstinere: quem admodum Balam, qui non videbat Angelum. asinum minantem, ipse vero stimulos asine addebat, vt Angelum præteriret. Inde illud est, quod frequenter dici solet, scilicet, peccatoris oculis carere. & obcecatus esse. Hæc est illa cæcitas, quam Deus misit Aegyptijs, vbi tanta & tā magna erant tenebræ, vt vel ipsi manibus contrectari possent: sic ad eū vt scriptura dicat, trium dierum spatio neminem fratrem suum vidisse, nec ab vno loco motū esse. O vtinam mentis oculis non esses destitutus, vt graues miseras, & tormenta, quæ te in gehenna expectant, posses contemplari: vt vel sic in peccatis non esses detentus, quem admodum Aegyptij. Si peccatores non essent cæci, non vtique beatus Ioannes dixisset. Mundus Christum non cognouit. Nec enim ob id debemus admirari quod cæci essent, quādo quidem eorum oculos demon terra coopererat: nimirū vilibus & abiectis rebus huius mundi: quod optime ostenditur in Tobia, cuius oculi hirundinum stercore obtenebrati sunt. Est quippe hæc demonis cæcitas tā pessima & deprauata conditionis, vt qui ea laborat, ne utique se ipsum velit cognoscere: quod non contingit in eis, qui corporeis luminibus sunt priuati, qui quidem cæcos se iudicant, & tales consentiunt. Id dō dominus, quibusdam peccatoribus dixit. Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis: quia videmus, peccatum nostrum manet. Tertio demon efficit peccatorem surdum. Nam si hominem videres, a multis monitum & persuasum, vt a via quam sequitur deflecteret: nō a latronibus sit captus, hic vero nemine vellet audire, sed potius inter suum insequeretur: nonne huiusmodi hominem obruratas aures habere diceret? Ita similiter Deus suis verbis, suorum Apostolorum factis & miraculis, suorum prædicatorum concionibus, diuinis inspirationibus misis, peccatores omnes incessabili voce proclamant, eorum corda tangit, & ad postes ostij noctis tore capillis madidis vt ei aperiant, rogat, obsecrat, & exorat: ipsi vero nolentes audire, amplam inferni viā insequuntur. Ea est demonis conditio iniqua & peruersa, vt miserum peccatorem mutum efficiat, cæcum, & surdum: vt vel sic magis quietus & maiori dominio animam ipsam possideat. Quod lucidissimo exemplo clariùs apparebit. Contingit enim, vt cum aliquis somnum tranquillum & cum quiete vult capere,

iuber vt omnis familia famuli & ancilla silentium teneant, ne strepitu facto somni quiete & dulcedo impediatur. Secundo fenestras claudit, ne ipsa luce oculi offendantur. Tertio in penetralia domus descendit: & ianitori præcipit, vt de ipso percontantibus, denegetur. Hæc omnia inimicus noster, vt in malitia sagax, & callidus in peccatore causat, cum illi surdum efficit: ne voces prædicatorum audiat: pudorem quendam faciem iniicit, ne plangens sanctorum & eorum libros de medio tollat: a conuersatione rectorum & proborum hominum eum segregat: ne claro lumine & sanctis exemplis respiciat: & ad Deum conuertatur. Itā nequam iste pro libito in peccatoris anima quietis gaudet, & in vtramuis aurem dormit. Itā similiter hunc hominem possidebat: cuius corpus cæcum, mutum, & surdum, iam reddiderat. Cum verò Christus in mundum venerit, vt demonis opera dissoluat (vt iam superius retulimus) decernit iam illum a corpore propellere & exterminare. Sed dictis obijcies. Si verū est, Christū voluisse, vt in nostram vtilitatem & doctrinā demon in corpus huius hominis intraret, quid est quod nunc illum a corpore eiecit? Ad quod respondeo id etiā esse factum propter vtilitatem nostram. Finis enim noster est ad Deū per dilectionem accedere. Mihi autem adhaerere Deo bonum est. Quod vehemētius & acrius nos mouet ad eius dilectionem & amorē, est videre quantū & quāam anxie nos ab illo diligamur. Et vt hoc cognoscamus nullum euidentius signum est, quam ipsa opera quæ quotidie nobis impedit. Ideo David. Dilexi: quoniam exaudiet Deus vocem orationis meæ. Quasi vellet dicere regius vates. Domine quia me diligis, te diligo: tunc enim intellexi, te vnū posse meis miserijs & necessitatibus subuenire. Nam statim a me vocatus, ades: & meis petitionibus acquiescis. Inclinaisti quippe aurem tuam mihi, vim & stimulos addidisti vt maiori conatu posthæc igne amoris tui incendar: & vt animæ meæ dicam. Conuertere anima mea in requiem tuam. His amici operibus voluit nos obligare, vt nunquā ab eius amore desistam. Secundo quæ quemadmodū ex infirmitatibus corporis venimus in cognitionem eorum, quas demon in anima causat: ita etiā ex medicamentis illius infirmis, veniamus in cognitione illius altissimæ medicine, quæ Christus animæ nostrę medetur, quādo peccatis & flagitijs

Isai. 1.

Psal. 118.

Luca. 15.

Psal. 31.

Ioann. 5.

Psal. 72.

Psal. 114.

gitius infirmatur. Nam quemadmodum demonem hunc expellens, visum huic cæco restituit: ita etiam cum demonem ab anima nostra fugat, peccatorem illuminat, & intellectum simul & cognitionem illi tribuit, nè de vino in alterum peccatum præcipitetur. Restituit aures ut libenter audiat correctiones & inspirationes diuinas: & loqui ei tribuit, ut peccata possit cõfiteri, & simul ut laudet Deum. Omnia hæc præstitit dæmoniacus hic: qui oculos aperuit, vidit, audiuit, & incepit loqui. Et propterea sequitur in textu, *Et cum eiecisset demonium: loquutus est mirus, & admirata sunt turbæ.* Matthæus dicit, quod stupebant omnes turbæ, & dicebant. Nunquid hic est filius David? Mirantur & merito cum dæmoniacum in corpore sanet: & maiori iure deberes tu in admiratione rapi, cum dæmonem eiecist ab anima, & iustum & sanctum peccatorem effecit. Vnum inter alia diuina & mirabilia facta que Deus in mundo operatur illud est: scilicet, cum ex homine peccatore impio & facinoroso, iustum, sanctum & immaculatum reddat. In quo quidem clarius & apertius quam in alijs rebus omnem suam potentiam ostendit, simul & misericordiam. Magna quidem & diuina potentia requiritur, ut de nihilo aliquid efficiatur & creetur: sed non minor potentia exigitur ad iustificandum peccatorem; sed potius maior. Nam in creatione nihil potest esse Deo impedimento, in iustificatione autem maximè: si peccator modos & consilia diuina, quibus Deus illum vult saluum fieri, contemnat, & pro nihilo habeat. Ideo beatus Augustinus super caput decimum quartum Ioannis, versans illud, qui credit in me, opera que ego facio ipse faciet & maiora horum faciet, sic ait. Iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos angelos creare, quam impios iustificare. Certè hæ equalis est vtrumque potentia, hoc maioris est misericordia. Et ita non sine magno consilio canit Ecclesia. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & misericordiam manifestas. Peccatorem namque à culpa absoluere, maximum opus est Dei: nam ut hoc opus completeret necessum fuit, cruce delictissimæ & acerbissimæ mortem oppetere, & sanguinem suum exhibere: ut animam foedam & maculis peccatorum infectam mundaret, & dealbaret. Ita cum hoc opus mirabile & diuinum esset, omnes in admirationem rapiébantur: sed non ad eius imitationem: quam quæ simul admirati & imitari debent. Fides admiratur

& credit: sed charitas imitatur & proximi inopiam subleuat. Sed quid prodest astrologo cæci cursus, & planetarum motum admirari? Mirari quidem debes sed cum effectu, ita ut voluntas non sit ociosa nec in chænice se opera Dei videns animus extollatur in ipsius cognitionem, amorem, laudem, & timorem: alioqui quid proderit admirari? Nam frequenter legimus in Euangelio Iudeos stupuisse admirantes doctrinam Christi, nihilominus non ideo meliores euasisse. Quomodo hic literas scit (dicebant) cum non didicerit? Et rursus ministri ad Pontifices & Phariseos. Nunquid sic loquutus est homo, sicut hic. Et Matthæus inquit, quod d'admirabantur turbæ super doctrinam eius. David autem optimè demirabatur opera Dei cum dicebat. Domine Deus meus magnificatus es vehementer: confesio nem & decorem induisti, amictus luminis, sicut vestimento. Et alibi. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Et iterum. Mirabilia opera tua, ideo scrutata est ea anima mea. Sic scrutemur & contemplemur opera Dei, misericordiam, bonitatem, & patientiam: ut in eius amorem & dilectionem magis incendamur: ita ut cum propheta possimus canere. Quoniam inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt. *Quidam autem ex eis dicebant.* Certum est hos fuisse Phariseos (ut ait Matthæus) & Scribas, qui à Hierosolymis descenderant: ut ait Marcus. Hi enim malitiam & calumnia pleni sagaciter & astute moliebantur Christi miracula inuertere, & attribuere in dæmonis potestatem. Quasi hi & non alij calumniatores deberent esse. Laudabat eum populus, & ipsius doctrinam suspiciebat: hi vero murmurabāt. Id quippe à natura nobis est indatum, ut quædo aliquis facinus aut opus aliquod præclarum & egregium perficit, omnes, qui de illa re non agunt, illum laudent, extollant, venerentur, & suspiciant: qui vero de eadem re agunt, & in estimationem populi magni haberi, statim inuidia acriter eos inuadit, opus alterius contemnentis, & in nihilum redigentes. Nam si aliquis egregie concionetur ad populum, vel orationem luculentam & elegantem habeat, populus, qui de illa re non agit, statim in eius laudem prorumpens, inquit. Beatus ventur, qui te portauit. At verosapientes & literati inquirunt. Bene quidem, sed non ita egregie concionatus est. Vel sic dux qui animosè & viriliter stratagemam aliquam

Ioan. 7.

Ibidem. Matth. 7.

Psal. 103.

Eod. psal.

Psal. 118.

Psal. 72.

Matth. 12.

Matth. 5.

aliquid in bello sit aggressus: quibus de bello nulla est cura statim dicunt. O quam magnanimus hic est: quam strenuè & diligenter periculum hoc fuit aggressus. Qui verò eiusdem sunt officij, statim inuidia eos comitatur & dicunt. Fortè hoc illi cõtingit, non sua industria nec propter peritiã, quam habet in rebus bellicis. Nunquam satis deest, quid possint opponere: ut laudè & honorem illi debitum possint detrahere. Sic debes ab eo cauere qui tui officij est: & semper suspectum eum habere, nam quando minus tibi caueris, si ille potest, venderet, & in manus inimicorum te tradet. Inter pastores Abraham, & inter pastores Lothlis erat & iurgium: & non ob aliud, nisi quia eiusdem officij erant. Iob amulus fuit Amasæ, quem tandem interfecit, quia cogitabat Amasam velle competere cum eo de officio. Non sunt amuli Christi futores, sed Pharisei & literati: quia Christus vir sanctus erat & sapiens. Sed quid isti dicant, audiamus. *In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia.* Sed ut iam magnitudinem malitiæ istorum cognoscas, aliqua hic sunt consideranda. Primum debes mores & ingenium impiorum perpendere. Nulla quippe est tam illustis & insignis virtus, tot tantisque omnium gentium laudibus condecorata: quam impij sua malitia vitio non tribuāt. Quemadmodum enim lignum: cui dimidia pars submersa est in aqua altera verò ab aère cõtinetur, fractum & obliquum esse videtur, cum tamè reuera integrum & rectum sit: sic ea virtus, quæ recta ratione perfecta omnibus videtur & suis numeris absoluta, ab improbis defectuosa & iniqua iudicatur, non ipsius virtutis causa, sed propter deprauatum & corruptum iudicium. Fallit enim eos iudicium, qui per aquam inuidiæ & malitiæ res gestas inimicorum cernunt: cupis res aliorum gloriam labefactare, & infringere, quam alius magni & egregij viri multis laudibus & periculis sunt consequuti. Nullum est enim opus ad eod bonum, sanctum & perfectum, cui mali & improbi aliquem defectum non imponant. Nam si humilis es, abiectum & vilem te iudicant: si patiens, pusillanimum te dicent: si studiosus, statim hypocritam agere dicunt: si abstinentis es, parcum & auarum appellabunt: si tacitus, insipiens iudicaberis: si loqueris, garrulus statim diceris: si deuotus, sanctitatis simulatorem te prædicabit: si iustitiam feceris, crudelitatis increpaueris: si misericordia vsus fueris, iam iners eris: si

Genesi. 13.

2. Reg. 30.

2. Reg. 10.

grauitatem indueris, iam factus es infans & amens: si affabilis, comis, blandus, & mansuetus, parui te facient, & contemnent: si distribuis in pauperes & amicos, iam prodigus si minus dederis, iam es auarus. Et ita vix fieri potest, ut iniquis & inuidis hominibus aliquid possit esse impedimento, quo minus aliorum famæ & virtuti non semper detrahant: quibus quidem non est opus, ut aniam & occasionem murmurandi præbeas, nam ipsi sibi illam accipiunt. Quod sanctius opus fieri potuit, quam huic hominem curare: qui furdus erat, cæcus, & mutus? *Quis possit credere: quod de hac re illi acciperent murmurandi occasionem?* O malitia Pharisæica, quæ in huiusmodi opere de quo nec ipsi dæmones aliquid mali possent dicere, calumnia inueniunt. Populus admiratur & laudat: Pharisæi verò & Scribæ detrahunt & calumniantur. Quemadmodum enim proprium est honorum aliorum opera, si bona fuerint in bonum tribuere, sin verò mala, ea excusare: sic contractio mali, bonum ipsum in malum finem reiciunt, & maculis & defectibus illud labefactat. Quod vtrunque in sacra pagina optimè demonstrari potest. Et de impijs. Cum David misisset nuncios ut consolaretur Anon Regè Ammon de morte patris sui Naas, charitate motus, impij illud opus bonum sua malitia inuertentes, cogitarunt ex ambitione illud processisse, & ut terrâ specularentur. Sic isti illud opus Christi, dæmonis virtute dicunt esse factum. Nam tam isti, quam illi Ammonitæ bona proximorum in sinistram partem retorquebant, edocti à magistro suo diabolo. Is namque cum audisset Deum laudantem bona opera & sanctitatem Iob, dixit. Nunquid Iob gratis timet Deum? Nonne vallasti domum Iob, &c. Sua nequitia dæmon, quem semper de quocunque bono nostro penitet, ea que rectè & sanctè Iob operabatur, dicebat fecisse propter sui ipsius commodum & utilitatē. At vero pij & recti homines quædo opus malum exculare non possunt, saltem intentione dicunt fuisse rectam & bonam. Quod opus vnquam fuit deterius, quam lapidare innocentem? Et tamen beatus Stephanus id excusans inquit, factum fuisse et ignorantia. Nè statuas (inquit) illis hoc peccatum: quia nesciunt, quid faciunt. Sic sanctissimus Ioseph opus illud nefandum, quod fratres aduersus eum commiserunt, eos excusans & liberans à peccato, inquit, opus esse ad eod sic ordinatum.

2. Reg. 10.

Iob. 1.

1. Mo. 7. Genesi. 45. & 50.

Matth. 12.

Ioan. 14.

Enarrat. in Caput. X.

Fluuius enim magnus omnes riuulos ad se venientes complectitur: ignis etiam omnia comburit, & in se convertit. Ita simili modo homo nequam quæcumque videat, quantumvis bona illa sunt, in malitiam convertit: bonus vero contrarium ingenium habet. Serpens florem comedit, & in venenum convertit: apes vero in mel & saccharum. Ita ex eodem opere malitiam occasionem accipiunt murmurandi: boni vero in laudem Dei propiunt & elevantur. ¶ Preterea si ædificium mensuretur perpendiculo dum maiora ligna & lapides super ipsum posueris magis firmum & stabile permanebit: at vero si regula & mensura defecerit, quidquid superstruxeris corruet & solo æquabitur. Ita similiter cor nostrum est veluti basis & fundamentum: super quod ipsa virtus debet ædificari: cum reddito dinem & normam rectæ rationis observat, quidquid amplius oneris addideris, illud magis firmabit & roborabit. At vero si voluntas malitia sit infecta: quidquid videat, in suam ruinam & perditionem convertit. Nam cum Christus multa miracula faceret: statim Caiphas & Pharisei consilium iniierunt, vt morte cum damneret. Et si a Caipha & ab eis, qui consilium aduersus Christum congregarunt, quæreretur, Quare Christum vultis interficere? Responderent ipsi. Quia hic homo multa signa facit. Si vero à Petro, Andrea, Iacobo, Ioanne & reliquis discipulis interrogares, Quare Christo creditis? bona responderitis: & eum quocumque iterit sequimini? Responderunt proculdubio. Quia hic homo multa signa facit. Et si ab hac gentium multitudine quæseris, quid est quod sic Christum laudet, & eius facta admirentur? Responderent. Quia loquutus est mutus. Si vero Phariseos interrogares, quare Christum irident, & blasphemantur? dicet tibi. Quia loquutus est mutus. Quid est in causa cur idem opus diuersos effectus pariat, & generet? Nulla certe: alia nisi quia corda vtrorumque diuersa & inter se dissentientia sunt. Quo fit, vt quod vnus est medicamentum & remedium presentaneum, alijs sit venenum mortiferum. O vtiqum tibi non cõtingat, quemadmodum Phariseis. O quor & quanti sunt homines, qui cum miraculis Christi potius debent conuerti, & charitate liquefieri: eadem miracula ipsi in occasionem accipiunt, vt deteriores sint peccatores. Nonne magni & ingens miraculum est, quod Christus in te efficit, cum tot tantaque flagitia à te commissa nimia patientia & misericor-

dia suffert? Hanc igitur bonitatem, quæ in illius amore debet te ad ducere & inflammare, vt tantum dominum, tam piũ, benignũ & misericordem nõ auderes offendere, tu eam accipis, vt maiora crimina comittas, & peccata peccatis ad des, dicas. Deus est bonus, infinita eius misericordia, peccatorũ causa in ara crucis se præjũ exhibuit. Quod quidem libet ter ego fateor, illum esse summẽ misericordẽ & clementiam tuæ malitiæ faulricem facias: & crucem, quam ipse accipit vt regnum diaboli subuerteret, tu eã accipias vt magis illud firmes & corporeos. Ignoras nõ miser peccator, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Secundum autem duritiam tuam & impoenitẽ cor thesaurizas tibi iram in die iræ. &c. Ita deprauatum & corruptum cor habes, vt ex bono malum elicias, & ex cruce quæ constituta fuit ad indulgentiam peccatorum, audaciam fumis, vt deterior sis & peior. Hoc idem Christum in cruce pendente magis dominum vexabat, quam ipsa mors: quandoquidem de morte nullo pacto conquirebatur, at vero de hac iniuria per prophetam inquit. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prologauerunt iniquitatem suam. Hæc enim erat illis & controuersia inter Prophetas falsos & veros: quod veri iustitiam Dei peccatoribus minabantur, falsi vero mendacem pacem & misericordiam promittebant. Sic Ieremias. Vbi sunt Prophetæ: qui dicebãt vobis, Non veniet Nabuchodonosor, &c. Tu idem facis, cum Dei patientia non vteris, nisi in tuum damnum & malum: confidens diuinam iustitiam nunquam venturam, solũ quia caro & appetitus hoc tibi persuadet. Si in puteum luto & cæcno plenum aquam puram & clarã diffuderis, nihil aliud efficies nisi aquam amittere, & cœnum turbare: sic miracula & bona quæ Christus cõfert impijs, ipsi in deterius conuertunt & peiores & foetidiores efficiuntur. Tu sicut Pharisæus es, qui miraculis Christi abuteris. Quare obsecro sancte & bone Deus homines sic a deo offendent, & flagitios & peccatis te laessunt? Quia bonus es. Nam si statim quod homo in peccatũ laboretur, certo sciret, quod ipse medius deberet rumpi & interire, nõ vtique ita facile & velut nihil agens tuã bonitatem & clementiam offenderet. Et si statim cum peccat, & poenitentiam non agunt, certo cognosceret à terra esse

Roman. 2.

Psal. 128.

Ierem. 17.

esse absumendo continuo se ad te conuertent. Vel iam bone Deus si hoc non efficit, illud præstares, quod demones illos in Tartara truderet: proculdubio nunquã tua bonitate abuterentur. Sed quia tu bonus es, & ipsi sibi longiorem vitam promittunt, hoc audet face re. Tu autem homo insane & amens his cogitationibus deuanescas audi, quid sanctus Pro pheta dicat. Nonquid Deus iudex iustus & patiens, nõ irascetur per singulos dies? nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum, &c. ¶ Aduerte etiam, quãta sit istorum malitia & ingratitude, & quanta domini bonitas & clementia. Nõ solum eorum malitia perpenditur ex eo quod Christi miraculis peiores efficiantur: sed etiã ex temporis circumstantia. Nam quãdo potius ipsis debere conuerti & Dei opera admirari, tũc temporis malitia eorum corda adurente magis murmurabant, & iridebant. Vix explicari potest quãta sit hominũ ingratitude: nõ quãdo maiora beneficia ipsis impartitur, tunc magis illi contumeliosius afficiunt, & inhonorant. Cum enim Deus legem daret Moysi, & tabulas illas lapideas, & Isaacitas legem docebat, ipsi tanquã ingratis vitulum faciebant. Ille dabat leges quibus deberent componi, ipsi vero vitulum constabant. Ille occupabatur in eorum gubernatione, ipsi vero in idolorum cultura. Similiter Christus cum in vltima cœna corpus & sanguinem suum cibũ salutarẽ mundo condiebat, mundus de acerbitatibus eius morte tractabat. Ille cõstituebat illis & ordinabat vitam: ipsi vero mortẽ illi parabant. Hoc egre gie apostolus perpendit iniquitas. Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panẽ, &c. Vbi diligenter debes illa verba notare: in qua nocte tradebatur. Tẽpus enim assignat, in quo tantum beneficium mundo contulit. Ac si diceret. O nimia Christi benignitas: nõ excedenda hominum in gratitudo. Nam si tam graue malum & peccatum alio quouis tẽpore perpetrarent, non ita mirandum esset: sed tanta fuit Christi bonitas & charitas, qua nos semper fuit prosequutus, vt in nocte, qua ipse tradebatur, cibum illum ordinaret qui vitam affereret: tanta vero hominum iniquitas vt in ea nocte qua tantum & tam egregium beneficium illis præstabat, mortem ipsi molirentur & pararent. Multoties etiam hoc tibi contingit, qui cum iudens sedes sanctum eius nomen blasphemaris & grauisime in eum peccas: ipse vero, qui rebus omnibus prouidet co-

Psal. 7.

Exod. 32.

1. Cor. 12.

dem tempore tibi creat fructus suauissimos quo tuam bilem possis temperare. Rursus, tempore quadragesimæ, in quõ omnes alij Christiani mentem nouam induit, nouas cogitationes, & ad Deum accedunt, ieiunantes, diuinis rebus assidentes: tu in prædia ten dis extra ciuitatem ne factis interis, & vt cõsiones non audias. Eo tempore, quo potius in Deum deberes conuerti, in peius & deterius vitam mutas: & multi, modo, vt Iudei olim hebdomada sancta Christi crucifigunt, quãdo deberent potius tantum beneficiũ cognoscere, & in amorem diuinum inflammati. Ita isti etiam si Christum odio habent, debent hoc loco & tempore tacere & confundi: quãdo alij illum admirantur & laudabant.

¶ Tertio etiam aduerter quãdã differens sit cõsiliũ & iudicium Dei: & cõsiliũ & iudicium hominum. Nam Pharisei in hominum opinione sancti, recti, & probi habebantur: populus vero simplex, ineptus & amens. At vero Euangelium dicit Phariseos fuisse blasphemos: & in quos peccatores. Quare nemo cõtẽtus sit hominum laudibus & opinione probari: nam multi sunt in cœlo, qui hominum iudicio & opinione iniqui & pessimi peccatores in mundo erant: multi etiam modo inferni tormentis & cruce torquentur, qui ab hominibus sancti & recti existimabantur. Ita quõ locus iste docet, quo pacto hominum sententia apud Deum fallax & mendax sit. Nihil curas ea, quæ populus dicit: nam recte nouit malum laudare & approbare: bonũ vero vituperat & dãnãt, & quod hodie approbat, sequenti die malum iudicat. Non est dubium, quin mentem & intellectum amittas, si oculos cõieceris in ea, quæ homines dicunt. Vnde beatus Paulus. Mihi autem pro minimo est, vt à

1. Corin. 4.

vobis iudicet, aut ab humano die. Sed nõque me ipsum iudico. Qui autem iudicat me dominus est. ¶ Quarto exemplum debent esse nobis Pharisei, quam miser sit homo, & abiectus: quando à Deo derelinquitur. Quis non timebit? Quis non stupebit? Quis tale Dei iudicium non timebit? Quis non vider quanta illi mala sint parata, & quantis miseris & calamitatibus sit obnoxius is, qui à Dei gratia deserit? Quis obsecro suam propriam miseriam non deplorabit? Et enim quod malum in alijs hominibus conspicimus, id nos proculdubio faceremus, si nobis Deus suam gratiam subtraheret. Itaque hæc exempla iudiciorum Dei nobis frequenter in mentem

H 4 \* veniant

veniant: vt semper nobis ad sit timor Dei, & vt nos ipsos valcamus agnosceré, & quam parua sit nostra sufficientia, nisi Dei manus nos sustineret. Ideo monet Paulus, Vt qui se stare existimat videat ne cadat. Quam obrem quilibet Christianus cum David debet orare, & dicere. Nè proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Absq; te enim nequeo subsistere: sine te in omni ne flagitij genus dilabor. Hanc igitur vtilitatem ex Pharisæorum blasphemia depromere debemus. Hi enim nō sentiebāt sicut loquebantur: nam aliud credebant, aliud vero ore ferebantur mentientes. Fugiamus & nos mendaciū: nam scriptum est. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. In diluuiū vniuersali cum Deus omnem mundum destrueret, pepercit Deus Noe & suis: & in incendio Sodomæ, pepercit etiam Loth: & in subuersione Ierico, liberaliter se habuit cum Raab. Et in societate sua admittit, Petrum peccatorem, & persecutorem suum Paulum, & vsurarium Mattheum, & peccatricem Magdalenam. Nunquam tamen reperit admisisse aliquem mendacem. Secundo fugere debemus linguas male dicas. Nam Ecclesiasticus inquit de lingua mala. Vtilior est infernus quam illa. Quia infernus solum damnatos & malos torquet: lingua vero pessima, malos & bonos. Inferni ignis iustis & sanctis vitis parit: lingua vero mala studiosos persequitur: de Christo qui summa sanctitas est, blasphematur, & in cœlū spuit. Mali enim cor habent, in lingua; boni vero linguam in corde. Vnde regius vates: Totā die meditabitur lingua mea iustitiā tuā. Lingua quippe cor ipsum debet sequi nō autem e contratio: nam cor & ratio, debet procedere. Hoc igitur est linguam esse in corde. Os iusti meditabitur sapientiam: Lingua nostra tanquam calamus esse debet, qui per se nihil facit, nisi scriba ipsum moueret, vt ordinem & normam seruet. Lingua vestra nec vnū tantum verbum debet proferre: sed ea debet ducere & dirigere ratio, vt recte & ordinatē loquatur. Aspice rōgo tanta & tā gratuita mala quæ ex eo quod homines corda sua in linguis habuerint, sequuta sunt. Inde enim tot tantaque scandala & xorta sunt. Sed de his alias. Porro Beelzebub vt diuus Hieronymus refert in Commentarijs super Oseam, idolum fuit apud Babylonios, qui vocabatur Bel. Belus enim pater fuit Nini, in cuius honorem Ninus edificauit templum quod oc-

casione dedit idolatriæ accedentibus demonijs, & simulacris responsa sua dantibus. Et inde in alias nationes mos & ritus fuit translatus: colendi illum: licet aliter iuxta linguam aliarum gentium nominaretur. Vocabatur à Babylonijs Bel. Ab alijs Baalim. Ab alijs Baal. A Iudæis vero de nomine Beelzebub: hoc est Deus muscarum, eo quod semper ibi multitudo esset muscarum ratione carnis, quæ ad sacrificia Bel adducebantur. Sed iam alios eiusdem farinae impios audiamus. Et alij tenentes signum de cœlo quærebant ab eo. Isti etiam erant ex ipsis Scribis & Pharisæis, vt patet in Matthæo & Marco. Grandis est hominum malitia: quæ verbis vllis explicari nequit. Omnem mouet lapidem, vt Christum calumnietur. Cuius est lux oculis ægris, & vita bonorum, iniquis. Postquam Moses loquutus est cū Deo in monte Sinai posuit velamen ante faciem suam: & populus illum videre non poterat. Sic mundus cum non potest conspice re, nec intueri, qui in altitudine virtutum cū Deo in solitudine montis communicat: sed falsis criminibus & mendacijs obscurat. Camelus ad fontem accedens prius quam bibat, aquam turbidam reddit: ne in aqua clara sua intruens deformitatem sibi sit infertus. Sic vita iustorum manifestat vitam impiorum & eorum malitiam: & idcirco curant illam obscurare. Sic isti posse existimant Christum obscurare, & ipsius gloriam minuire: id tamen deprauato iudicio. Concedit quod Christus multa facit miracula, sed alia maiora volunt fieri. Quem admodum Iosue cœlos quietescere fecit: & Elias fecit ignem à cœlo descendere, qui combussit nuncios Ochozæ. Iudæi signa petunt, Græci vero sapientiam. Sic dixit Moses domino, quando mittebat illum populo Israel. Non credent mihi, nec audient vocem meam. Et dixit illi dominus. Quid habes in manu tua? virgam, &c. Dedit dominus Moysi potestatem, vt faceret signa coram Iudæis. Et hac ratione ductus fecit Deus Petrum predicatorem & doctorem Iudæorum, quia habebat virtutem facienda miracula: ita vt vmbra eius salutem & incolumitatem consequerentur infirmi. Paulus vero quia doctissimus & eloquentissimus erat constitutus fuit doctor gentium. Vnde quidam gentiles volentes illi sacrificiū offerre, vocabant illum Mercarium: quia erat dux verbi. Quapropter idē Paulus ait. Qui operatus est Petro in a postolatu, operatus est mihi inter gentes. Sic isti Iudæi

Matthæo. 12  
Marc. 3.

Exod. 4.

Phil. lib. 3.  
cap. 18.

Iosue. 10.  
4. Reg. 1.  
1. Corin. 1.

Exod. 3.

Acto. 5.

Acto. 14.  
Galat. 2.

Iudæi signa petunt: & nō contenti signis, que fecerat, alia petunt de cœlo. Obserua autem, quod noluit Christus miracula de cœlo facere. Primo quia Christus voluit ea miracula operari, quæ vtilia essent. Fuit enim miracula à Deo propter homines: quia propter se nullum miraculum Deus operatur, cum tali necessitate careat. Et ideo oportet vt in miraculo duo sint. Alterum quod ostendatur in illo diuina potentia: alterum vero quod hominibus proficiat. Sic ergo resurrectio mortuorum, & sanatio ægritudinum sufficienter ostendebat, Deum esse eum qui mortuos suscitabat: sicut qui solem stare faciebat: insuper curationes ægritudinum hominibus proficiebat. Signa autem de cœlo nihil emolumentū ipsis afferebant: & ideo magis completa est ratio miraculi & eius finis in curatione ægritudinum, quam in prodigijs de cœlo. Et quia Christus venerat, vt nostre salutis consulere, semper ea miracula faciebat, quæ ad hominum salutem proderant: non ea quæ tantum ad curiositatem & speculationem conducebant. Nullum est dubium quin maius esset commodum & vtilitas vt cæco oculi aperirentur, quam vel vt cœlum quietesceret, vel aliud simile. Vnde debes, o homo, quicumque facris, animaduertere, quantum debeas Deo, qui suam sapientiam, potentiam, & virtutem, in tuam vtilitatem exercet, sanguinem denique & propriam vitam pro te contempsit, & in omnibus miraculis semper tuum commodum & vtilitatem respiciebat. Quo circa miracula cœlestia non faciebat, sed ea quæ profutura erant hominibus, eorum langores curando. Vtinam tu eius honorem & laudem factis tuis respiceres: sicut ipse suis tuam vtilitatem & profectum. Ipse dum hanc vitam debebat totus erat nostro seruitio intentus, nos vero debitum illi honorem & obsequium post terga relinquimus. Quod Paulus deplorabat Philippensibus scribens. Omnes quatunt quæ sua sunt, non quæ sunt Iesu Christi, &c. Secundo noluit facere Christus miracula, quæ homines calumniari possent: nullum tamen est miraculum quod facilius calumniam potest pati quam id quod à cœlo sumitur, & maximè ab eis, qui rudes sunt & insipientes. Nam propter elongationem à cœlo & ignorantiam earum rerum, quæ in ipso accidunt, multū putare possent, ea quæ supra naturam, & virtute diuina fiebant, posse accidere ex causa naturali: quæ autem in hominibus fiebant, non ita facile calu-

Philip. 2.

niam pati poterant, nam ipsa sensui & oculis parebant. Si illi autem ea, quæ proprijs oculis videbant calumniabantur, quid faceret si de cœlo viderent petita miracula? Sine dubio dixissent & Magos in Ægypto multa signa edidisse. Præterea in veteri testamento miracula fiebant in cœlo, quasi ab ipso Deo, & nō ab hominibus venient: Christus autem miracula fecit in terra vt ostenderet, se habere potentiam faciendi miracula, quæ non proueniunt aliunde. Ideo non conueniebat, vt miracula de cœlo faceret: quia existimarent illi quod Deus habitans in cœlis, illa faciebat, nō Christus: nam cum per eius imperium miracula fierent in terra, ostendebat sua virtute illis posse efficere. Vnde quidam dixerūt. Qualis est hic, quia venti & mare obediūt ei. Perpetua de etiam quod inter fideles sunt multi, qui petunt signa. Sunt qui in peccato iacentes toto suæ vitæ curriculum Christi misericordiam in fine vitæ ab eo consequuturos credant. Hi petunt signum à Deo in vitæ suæ fine. Cōmunis enim est lex vt qui malè vixit malè pereat: vt sit mors peccatorum pessimum. Hi vero qui in peccatis semper in vtramuis autē dormierūt contra hanc legem signum sibi petunt, vt in morte eripiantur ab inferno: quem tota vita meruerunt. Sed proculdubio vnusquisque iudicabitur secundum opera sua: & tu thesaurizans tibi iram secundum duritiam tuam: & impenitens cor tuum. Eos enim qui vt inquit Paulus, credunt iniquitati, ira & indignatio manet. Si cum vixeris in peccatis triginta annorum spatio, & vna tantū hora in statu gratiæ fueris: cur potius nō tibi persuades, quod in peccato morieris, in quo ferè per totam vitæ spaciū iacebas, potius quam illa hora, quod quidem temporis breue est momentum? Incredibilis certè tua dementia est. Nōnè hoc est tentare Deum: nonnè hoc est petere signum è cœlo: Vltimè vt Deus ianiam cœli tibi aperiat: qui dū in hac vita viueres semper habuisti voluntatem Deo reluctantem? Sed iam ad contextum: Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis. O si hæc peccator apud se reuolueret: quod Deus interiores cogitationes respicit, & quod ipsi nihil esset occultum. Nullus adeo est effractus & impudicus peccator, qui coram hominibus ea audeat facere, quæ corā Deo. Si cogitationes Deus cognoscit, quomodo opera tua pessima ignorabit? Audi o stulte quid Deus dicat Samueli. Homo videt ea quæ patet: dñs autem intuetur cor.

Exod. 7.

Matth. 8.

Psalm. 33.

Roman. 2.  
Ibidem.

1. Reg. 16.  
Ezechiel. 8.

**Ezech. 3.** tur cor. Et Ezechiel dixit. Fili hominis fode parietem, & cum perforasset parietem apparuit ostium vnum, & dixit ad me. Ingredere & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt. & c. Vidisti quae seniores Israel faciunt in tenebris: vnusquisque in abscondito cubilis sui: dicunt enim. Non videt dominus nos. Exitimas nē dī infelix peccator ea crimina & flagitia, quae in secreto & in abscondito facis. Deum latere: & quod in die iudicij non omnibus palam fient? Hoc idem in persona peccatoris Ecclesiasticus inducit dicens. Quis videt me, parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quis veror? Non intellexit quoniam omnia videt oculus illius, & non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes, in absconditas partes. Est enim peccator in medio peccati sui, existimat tamen, a nemine videri: quē admodum senes illi peruersi qui Susannam accusarunt, qui dicebant. Ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt. Deus autem omnia contemplatur plusquam lynceis oculis: & inquit Angelis illud Esaiā. Vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus. Estote (inquit Deus Angelis) testes mei & operis quod hic facit. Est enim homo, vt cæcus, qui existimat ab eo facta neminem videre: cum omnibus pateant, & illi irideant. Erat Eliseus Angelis obsecutus: sed puer eos non videbat. Sic vt cui cumque operi tuo scias Angelos adesse, & Deum presentem stare: quos si tu non vides, bene tamen videt Eliseus: nam bonus & reus cognoscit presentes esse, atque ita eos veneratur & suspicit. Locus hic deberet tibi ingentem timorem incutere, quandoquidem cum eo agis, cui etiam ipse cogitationes manifestae sunt, & multo minus opera tantū-uis illa secreta sint & abscondita. Sed de his alias. **¶** Obserua autem duo dixisse Phariseos aduersus Christum. Primum quod eiciebat daemona in virtute daemōnis. Secundum quod illa erant parua miracula: & ideo petebant vt faceret signa de caelo. Daemones enim statim, vt exiit a corpore illius hominis sedem accipit in linguis iniquis horum Phariseorū. His ambobus Christus respondet, & facit satis. Ad primum modo lex rationibus respondet. Ad secundum verò statim inferius respondet. Ad primam igitur calumniam respondet duabus rationibus, quibus probat, hoc miraculū

non fuisse factum virtute daemōnis. Duas vero rationes sequentes probant illud miraculum factum fuisse virtute Dei. Postrema vero duae in generali ostendunt daemōnem in nulla re posse simul cum Christo operari. Est igitur prima ratio. *Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autē satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius quia dicitis in Beelzebub me eijcere daemōnia.* Haec autem ratio formatur sic. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, sed si satanas eijcit satanam ergo regnū eius non stabit. Consequens est falsum, quia vos dicitis quod apud gentes regnat diabolus, & tantum apud vos qui fideles estis, est regnum Dei. Et diabolus regnat in mundo per peccata ergo regnum eius stat. Tunc vltra, regnum eius stat, ergo nō est diuisum. Igitur male dicitis in Beelzebub principe daemōniorū me eijcere daemōnia. Secunda ratio ad probandum idem haec est. *Si autem ego in Beelzebub eicio daemōnia filij vestri in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt.* Haec ratio sic formatur. Eadem potestate ego & filij vestri. A postoli ex vobis nati daemones eijciunt: sed vos nō creditis neque dicitis quod in Beelzebub eijciūt daemōnia, quin potest in virtute nominis mei: ergo nec ego in Beelzebub daemōnia eicio. Quod si dixeritis discipulos meos in Beelzebub daemōnia eijcere, ipsi iudices vestri erūt, hoc est, iudicabunt vos de hac calūnia. **¶** Praemissis iam duabus rationibus negatiuis, scilicet, quod non eijciebat daemōnia in Beelzebub: nunc duabus affirmatiuis concludit, Dei virtute id facere. Quarum prima sumitur ex diuina autoritate: secunda ex Christi potestate. Prima haec est. *Porro si in digito Dei eicio daemōnia profecto peruenit in vos regnum Dei.* Haec ratio sic efficitur. In regno Dei nō potest operari nisi virtus eius, quia regnum eius contrariam potestatem non patitur: sed regnū Dei est in vobis, ergo virtute Dei daemōnia eicio in vobis. Haec rationem sic adducit Christum, vt constituat consequens in locum antecedētis: quoniam adinuicem conuertuntur. Aduerte quod potest ponitur hic pro sed: Si in digito Dei id est, Si virtute Dei eicio daemōnia, profecto id est certo ad vos iam venit regnū Dei: quia digito Dei extra regnum eius non operatur, nec alia virtus extranea interuenit. Et tunc est suppletum: sed vos Iudaei asseritis regnū Dei in vos peruenisse, ergo in virtute Dei eicio daemōnia. **¶** Aduerte tamen, quod populus Iudaeorum praecipue

vocabatur regnum Dei, vt habetur in Exodo. Eritis mihi regnum. Et alibi. Dominus Deus vester regnat in vobis. Virtus etiā diuina dicitur dignitas Dei: quia subtiliter & artificiosè operatur. Sed de hoc inferius. Secunda ad idem facit: sed sumitur ex praeminentia vigoris Christi, quae talis est. *Cum fortis armatus cassidat arrium suum, in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat & spolia eius distribuet.* Quae ratio magis in forma est haec. Nullus potest alicuius fortis armatus, ea quae possidet distrumpere, nisi sit fortior illo: sed ego diripio quae possidebat diabolus, quod patet, quia abstulit ei daemōniacum, quem possidebat, ergo fortior sum ego quam diabolus. **¶** Duas alias rationes generales adducit, probantes, quod nullum opus ipse faciat in virtute daemōnis: quarum prima fundatur in contrario assensu Christi & diaboli: secunda in contrario effectu prima sic. *Qui non est mecum contra me est.* Quae sic magis declaratur. Nemo agit virtute eius, qui est sibi contrarius, quia contraria mutuo se impediunt: sed diabolus est mihi contrarius, quod probat, quia qui nō est mecum contra me est. Et ille non est mecum, quia ego cupio saluare: & ille damnare: ergo mihi contrarius est. Quapropter sequitur praecipuum, scilicet, ego virtute eius non operor. Secunda ratio, haec est. *Qui non colligit mecum dispergit.* Quae ratio sic formatur. Non sibi cooperatur adinuicem, quorum actus inter se repugnant: sed actus diaboli repugnat Christi operatio: ni, quia Christi est colligere. Venit enim vt filios Israel qui erant dispersi, congregaret in vnum: ergo operatio mea repugnat operatio: ni diaboli, ideoque ego nō operor ipius virtute. **¶** Aduerte autē quod haec rationes Christi nō adducit, vt persuadeat phariseis. Ipsi enim non credebant, miraculum fuisse factū virtute daemōnis: & quauis crederent nullo pacto ipsis persuaderi poterat. Sed adducit rationes propter turbam, ne Phariseorū verbi seduceretur. Praeterea sic tam firmiter & fortiter voluit probare quod non virtute daemōnis, sed Dei virtute daemōnia expellebat, nam inter omnia miracula, quae Christus faciebat, illud clarissè ostendebat, se promissum Christum esse, quando scilicet daemōnia expellebat: nam hoc erat illi officium demandatum & impositum, & ad quod exequendum in mundum venit. Quoniam vt superius re-

tulimus, quemadmodum daemō in damno & incommodo quod corpori afferbat, ostendebat calamitatem & ruinam quam animam parabat: sic Christus cum daemō in corpore propelleret, ostendebat etiam se eos futurum ab anima. Vnde non tantum inuidia phariseos inuasit, cum Christus leprosus, caecos & claudos sanabat, vt quaedam peccata parcebat & daemones fugabat. Nam alij prophetae vt Elias & Eliseus: alia fecerunt miracula. At vero daemones propellere, Christo tantum fuit commissum. Quod ipsi non poterant sustinere. Quapropter Christus consulto probat virtutē. Dei eijcere daemōnia tanquam hoc esset negotium praecipuum & pertinens ad ipsius officium. **¶** Vide etiam hic Christi patientiam atque modestiam: qui quauis maxima iniuria esset affectus nulla animi perturbatione motus, modestè, & optimis rationibus aduersus eos arguit, ille, qui poterat in scitu oculi eos in infernum detrudere. Hinc discere debent principes & praetati: ne in castigandis subditis ira & furorē rapiantur. Dandus quippe est locus animi: perturbationibus, vt tranquillitas ad sit, quae afferat tui modestiam & reuerentiam. In altiori regione aeris, vbi aer purior est & excellētior, nulla nubes, nullum fulgur, nullus caliginosus vapor, aut nebulosus est. Sed tota illa regio clara, & sple didissimo candore elucet. In inferiori vero regione generatur nubes & tonitrua. Sic praetati, qui altiorē obtinent locum, lucidi, quieti & liberi debent esse a turbationibus & passionibus: quauis ad haec non teneantur subditi. Nam cicatrix turpior est & deformior si alicui contingat in facie, quam si in alio quouis corporis membro & c. Sed iam has superiores sex rationes paulo altius repetamus: vt ex hoc contextu aliqua eliciamus ad vitam reuerētius instituedam. Primo itaque ait dominus. *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Nihil veriū vnquam dici potuit: Nam si primus ille parens noster in voluptratis & deliciarum paradiso constitutus, per inobedientiam prius a Deo non esset diuisus: non vtrique ab illo tā ignominiosè expelleretur. Mundus obrutus **Gen. 3.** & deuastatus fuit diluuii aquis: sed prius fuit diuisus per discordiam vitae & dissimilitudinem: quae erat inter filios Seth & Cham. **¶** Egyptus etiam destructa fuit: sed prius iam erude **Exo. 14.** liter, contra filios Israel erat diuisa. Filii etiam Israel in captiuitatem Babylonis ducti prius **4. Reg. 5.** decem tribus ab alijs duabus Iuda & Beniamin **3. Reg. 12.** min

Exo. 19.  
1. Reg. 12.

Ioan. 11.

min segregarunt. In naturalibus vero quando elementa sunt in mixto conformi pace inter se ligata, diu perseverant. At vero cum alterum ab altero per discordiam discedit, mixtum perit & corrumpitur. Quo circa egregius doctor Paulus ab ea qua sunt pacis inuitas, inquit. Si inuicem mordetis & comeditis: videte ne ad inuicem consumamini. Et diuinus psalmes. Corturbata sunt gentes, & inclinata sunt regna. Ratio autem destructionis & deaustationis, illa potissima est quia diuisi non habent vires, & ita a quolibet contrario facile superantur. Virtus quippe vnita fortior est se ipsa dispersa. Nam si duos boues accipias seorsum, & alteri velis onus aliquod iniungere non ita facile deportare valebit. At vero si eos iunctos acceperis, impone illis quoduis onus etiam grauissimum, quocumque volueris deportabunt. Ita nimirum quando homines in contrarias partes per differentiam & discordiam abeunt, nullas vires obtinent: at vero amicitia & amore coniuncti, quemcumque laborem facile perferunt & superant. Idem Christus, Venite inquit ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. Et si quidem nos aduersus demones visibiles & invisibiles certamus & aduersus principes & potestates tenebrarum, omnes concordia & charitate vniamur: vt vel sic nullus inimicus quantumvis potens sit & robustus aliquid aduersus nos valere possit. Sic milites in bello id maxime curant, vt recto ordine sint dispositi & coniuncti, quo fit, vt inexpugnabiles sint. Si vero acies inordinatae fuerint, & alter ab altero segregatus: facile a contrarijs superantur. Cum igitur vita haec perpetuum sit bellum (& ideo vocatur Ecclesia haec militans) quare non omnes coniungimur amore & charitate? Quare differentiones, & contentiones quotidie oriuntur inter nos? Parum aut nihil inimici nostri aduersus nos valent: si charitate & amore nos ipsos prosequeremur. Tanto imbecilles inimici nostris erimus: quanto maiorem discordiam inter nos viderint. Vnde obsecro sanctissimis illis viris primitiuam ecclesiae, tanta animi virtus & constantia euenit: vt finem imponeret tantis tamque egregijs factis? Quomodo obsecro tam robusti gigantes fuerunt: vt totum mundum deuincerent, & Christi fidei copularent? Erat vique multitudo credituū corvnum, & anima vna. Ex concordia & pace tanta illis suborietur vis: atque virtus. Vnde in

Canticis laudans Deus primitiuam Ecclesiam inquit. Pulchra es sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata. Ordo enim & charitas, quam inter se seruabant tuum temporis homines, Dei oculis pulchram & formosam reddebat: inimicorum autem conspectui terribilem, & fortem. Et huic proposito inquit. Quid videtis in Sunamite, id est in captiua: nisi choros castrorum? Quid videbitis in ecclesia, quae primum ob seruitutem demonis & peccati captiua fuit, modo vero sanguine meo redempta, & iterum captiua per amorem quem erga me habet, nisi choros castrorum, & aciem ordinatam? Et quia in choro est vobiscum concentus, & in acie sunt arma quibus debellari & dimicari possit: quod virtumque charitas efficit in Christianis: nam inter se charitas multos atque diuersos coniungit, & ex multis vocibus suavis & canorus concentus resultat: ideo inquit. Quid videtis in Sunamite, &c. Sed in mundo non haec concordia reperitur: sed potius bella & dissentiones, semper vndique oriuntur. Sed iam vnde haec infirmitas & calamitas originem ducat, aperiam vobis: vt si velitis principio eius cognito, tanta pesti medicinam adhibeatis. Fons enim & origo huius discordiae est immanis illa bestia superbia. Quod ostenditur ex illo sapientis. Inter superbos semper sunt iurgia. Quod duabus de causis accidit. Prima quia id est natum & ingenitum superbis ingenitum, vt suae propriae sententiae & voluntatis semper sint amicitissimi: ita vt si opus fuerit eam in vxorem accipiant, quam nulla de causa alterius iudicio postponunt, cumque inter superbos contrariae sint voluntates & sententiae, perinde est necesse, vt statim inter eos discordia suborietur. Secunda causa & ratio est, quia pax & amor bonum quoddam est pretiosum, quod (vt ecclesia inquit) mundus dare non potest sed Deus tantum: quod ipsi hominibus tribuit a lege, vt ipsi honor & gloria debita relinquantur. Quapropter angeli in natiuitate Dei canebant. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Id quippe est iustum & rationi consonum, vt cum quis aliena usurpauerit, quod proprium & suum est amittat. Quo circa quando homines superbia clari honorem & gloriam ambiunt, aliena usurpantes: Deus pacem illis denogat. Et ita multoties solet euenire, vt ea quibus superbi honorem & gloriam curant, sint illis materia & fundamentum discordiae: neque pacem

Cantic. 7.

Prouer. 13.

Luc. 2.

Galat. 5.

Psalm. 45.

Matth. 11.

Ephe. 6.

Act. 4.

amissam vnquam recuperare possunt, nisi de sideria aliena gloriae reliquerint: & cum talibus desiderijs a Deo pacem exposculet, in vanum operam perdunt: nam respondet illis. Ego pacem e medio vestrum sustuli: quia vos honorem mihi soli debetis, & gloriam rapuistis. Date mihi gloriam meam, & ego pacem vestram vobis retribuam. Nam benedicitis esse scriptum. Gloriam meam alteri non dabo. Et iterum: Soli Deo honor & gloria. Vnde iam clarè constat discordiam suboriri ex superbia, quae maxima infirmitas est cum ex grauissimo malo originè ducat. Et ideo praclare Sapientis inquit. Sex sunt quae odit Deus, & septimum abominatur anima eius, &c. Septimum hoc est, qui seminat discordiam inter fratres. Secundo licet discordia filia sit superbia: tamen id quod ipsi incrementum tribuit, est defectus iustitiae. Propter iustitiam pacifici sunt homines in regno: & propter iniustitiam diuidentur. Ideo diuinus vates. Iustitia & pax osculatae sunt. Et sicut defectus iustitiae ruinam & casum parit: ita eiusdem obseruatio tranquillitatem & quietem ingenerat. Iudicabit inquit David in nationibus, implebit ruinas. Regnum enim in se diuisum desolabitur: & iustitia conseruat illud. Fugiamus ergo discordiam, vt pote quae filia est tam pessima matris, quae efficit vt ea, quae natura sua sunt bona, & Deo accepta: si cum discordia coniungantur, odiosa & inuisa sint eidem, nec locum concedunt, vt cum Deo negotiemur, & ad illud aliquid peturi ad eam: nisi prius cum proximis conciliemur. Hoc manifestius liquet ex eo Saluatoris. Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te, &c. Et si in aliquo conuobio aliqui fuerint magis penitentibus, & asperiores vitam sectantes, & aduersus alios eiusdem conuobij foedus & factione percusserint, eos contemnentis talis poenitentia & vitae asperitas nequaquam Deo erit grata. Vnde Paulus huic proposito egregie loquitur inquit. Qui non comedit, manducantem non spernat. Quomodo vultis, vt Deo gratum sit ieiunium, vbi non est locus pacis? deo per Esaiam quidam dixerunt. Quare ieiunauimus & non alpeixistis? &c. Et statim. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Discamus ergo pacem diligere, quae salutare remedium est & medicina tanta huic aegritudini. Hoc est munus illud & donum excellens, quod Christus suis discipulis reliquit: & quod maxime

Esa. 42.

1. Timo. 1.

Prouer. 6.

Psalm. 84.

Psalm. 109.

Mat. 5.

Leg. Greg.

ho. 8. super

Ezech.

Roma. 14.

Esa. 58.

commendauit inquit. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et hoc praecipue patrem exorabat in cena: cum dixit. Pater vobis, vt quos de disti mihi vnus sint, sicut & nos. Si princeps aliquis iter facturus in discessu sponse suae munus aliquod seu donum offerret in pignus amoris: ipsa tamen post discessum nihil faceret munus & contemneret: magna quidem huius esset ingratitude. Sed Christus hoc munus & donum maxime commendauit, iam iam ad patrem iturus: nos vero pro re vili & abiecta id commutamus. Sic adeo maxime Deus estimat munus hoc, vt ne facturam illius faciat per Matthaeum inquit. Si quis vult a te pallium, da ei tunicam. Cuiuscumque rei iacturam debes facere vt solam pacem habeas. Sic lapidem hunc pretiosum debes magnifacere, vt in te ligas, omne illud, quod Christus in Euangelio docuit in hunc finem ordinasse. Quod videtur ita conuincere illo, quod per Ioannem inquit. Hoc dixi vobis: vt habeatis pacem in me. Et vt glossa intelligit, non solum ex verbis, quae in sermone cenae retulerat, sed ex omnibus iam prius actis debet intelligi. Sed de hac re haec satis sint. Si autem scitatus in se ipsum diuinus est, quomodo stabit regnum eius quia? &c. Est principatus inter demones, sicut etiam inter angelos bonos. Nam demones qui maioris sunt virtutis, alijs dominantur. Nam Matthaeus inquit quod Dominus impijs dicit. Ite cum diabolo & angelis eius. Ecce vbi vnus diabolus tanquam princeps ponitur, & ceteri tanquam ipsius ministri. Et in Apocalypsi, draco ponitur tanquam princeps omnium demoniorum. In Iob etiam dicitur: quod Leuiathan erat super omnes filios superbiae. Et Iudaei hic dicunt. In principe demoniorum eicit demonia. Et hoc conuenit de monibus ex parte suae naturae, nam qui maiores sunt praecipunt minoribus: quia demones non sunt creati aequales in naturalibus, nec etiam in gratiis: & qui maioris sunt perfectionis, alijs dominantur: & sic inter se ordinem habent, vt vel sic magis ipsis hominibus nocere valeant. Nam si is ordo non seruaretur inter eos, sed bellum: nihil sane hominibus nocerent: quia bellum eorum hominibus esset pax. Omnes enim in vnam & eandem rem consentiunt scilicet, vt noceant hominibus: ad quem finem pertinere non possunt nisi quandam ordinem inter se obseruent. Qui autem principes sunt, & viribus & ingenio reliquos superant. Iste autem ordo demonum

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Matth. 6.

Ioan. 14.

Matth. 25.

Apoc. 12.

Iob. 41.



num vocatur regnum ipsorum vel regnum Satanae, & istud regnū semper stat, quia propter causam iam dictam inter se consentiunt. ¶ Notabis autem, quod licet vnus dæmō non alium de corpore eijciat, vt Christus hic ostēdit: tamen non est dubium quin possit: quia cōtingit eijcere per naturā vires, & vnus, qui maior est, alterū minorem cogit ad id quod vult: quapropter potest illum excludere. Etia potest vnus alium torquere, dum maior sit illo. De facto tamen vnus non eijcit alium, vt Christus hic concludit: quia sic ordinati sunt inter se, vt imperium habere possint super homines: quia si vnus alterum impediret, periret vtique regnum eorum. Nam si dæmō dæmonem eijceret, hoc faceret quia hominē diligeret, quod fieri non potest: quia quoad fieri potest: hominum genus odit & persequitur. Vel quia odit dæmonem existentē in homine, quod nec esse potest: quia licet dæmones nō se mutū diligant: magis tamen odio habet dæmō homines, quam alios dæmones. Vel quia ipse etiā cum vult torquere, qui ab alio torquetur: quod nec etiam stare potest: quia multi dæmones possunt simul eundem hominem torquere, si modo permittantur, itā vt vnus non impediat alterum, vt manifestum est in illo homine, qui legionem dæmoniorū habebat: ergo vnus dæmon non eijcit alium. ¶ Aduerte etiam, quod inuenies plurimos similes dæmonibus, qui licet inter se se inimicitias gerant, tamen ligatū concordia pace, vt hominem infontem & omni culpa carētem, persequantur. Quod exemplo tibi ostendam. Nā Herodes & Pilatus, inter quos grauissimæ inimicitiae interueniebant: tamen vt Christum innocentem interficerent, inter se conuenerunt. Quotidie in mundo videbis vt mali sæpē conueniant: vt bonis malū inferāt. Sic filij Iacob cōgregati sunt, vt sanctum Ioseph persequerentur. Ita Triumphi illi Romani, qui inimici antea fuerant: vt suos contrarios interficerent, amicitiam inter se iniierunt. Hæc est iniqua & peruersa peccatorum pax, quā quemadmodum dæmones cōueniūt, vt hominem persequantur, ita ipsi coniunguntur vt proximi sanguinem ebibant, & ipsius vitæ insidias parent. Quemadmodum sancta pax & concordia regnum Christi conseruat & corroboret: itā hæc iniqua malorum hominum & dæmonum pax, regū diaboli stare facit. Videbis enim sæpe sapius multos status & tyrannides, quæ diu durant & perseverant:

& multos prælatos qui se in dignitatē cōstituant perpetuam favore aliorum amicorū qui eandem tyrannidem insequuntur. De hac pace iniqua & peruersa inquit Dauid. *Zelau pacem peccatorum videns, &c.* Sed iam vltra procedamus. *Filij vestri in qua eijciunt?* Vocās Apostolos filios eorū ad beneuolentiam excitabat ita, vt videretur eorum famam nō minueri. Nam si diceret, Discipuli mei, in quō eijciunt? statim Iudæi insurgerent aduersus eū, dicētes: Quod etiam illi in Beelzebub dæmonia eijciebant. Docet Christus Dei dona nunquam spernenda, ob aliquem: qui nobiscum agat: quantumuis ille sit vilis & abiectus. *Porro si in digito Dei, &c.* Hoc est in potentia & virtute Dei. *Digitus Dei dicitur virtus Dei.* Vnde Magi Pharaonis dixerunt. *Digitus Dei est hic.* Id est, clara & manifesta hæc est virtus Dei & potentia. Ea nanque quæ digito ostendimus manifesta sunt. Nā licet innata sua virtute possit facere Ciniphes, fuit tamen ad eū impeditus: itā vt Pharao & magi eius cognoscerent Dei virtutem & potentiam, & sentirent plagam. Dauid etiam in hoc sensu accepit digitos cum dixit. *Quoniā videbo oculos tuos opera digitorum tuorū.* Metaphora sumpta est a digito, nam digito solemus ostendere, & etiam operari. Sic brachium Dei est eius fortitudo, dextera felicitas est, sinistra aduersitas, & oculi cogitationem etiam significant. Loquitur scriptura de Deo ad morem hominum, vt Augustinus ait. Nam diuina scriptura, vt idē Augustinus refert, à terreno & humano sensu ad diuinum nos erigentes: vt quæ ad ea verba descenderunt, & quibus inter se stultissimorum etiam vritur consuetudo. Itacū corporis forma nō circumscribitur Deus, mēbra corporis ita nominantur, vt ex mēbrorum vocabulis, effectus eius potentia designetur. Lege Gregorium & Damascenum. Manifestum igitur est quod ego in virtute Dei & potentia eijcio dæmonia. Deus enim operatur hæc miracula, non Beelzebub. Hanc Dei virtutem Matthæus vocat spiritū Dei, quod idem est. Verbo enim domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Virtute Dei & eius potentia omnia creata sunt, qua eadem virtute Christi operabatur & eijciebat dæmonia. *Peruenit in vos regnum Dei.* In hoc præcipue regnum Dei est mirabile. Nam quando quis in externa proficiscitur regna: dicitur abijisse in regnum Franciæ, vel in aliud quoduis: non tamen rectē dicere.

*Psal. 72.*

*Exod. 8.*

*Psal. 18.*

*Aug. lib. 1. Tri. c. 12. & li. 83. quæst. 52.*

*Greg. li. 14. mor. cap. 21. Damasc. lib. 1. cap. 14.*

*Matth. 10. Psal. 32.*

ceretur venisse regnum Franciæ in illum. Verum cum regnum Dei prius in hominem veniat, quam homo in illud ingrediatur: optimè dicitur ad nos venire regnum Dei. Tunc enim regnat in homine, cum homo suscipit illud per fidem & charitatem. Reges terræ in subditos imperium habent per potentia suā: raro tamen aut nunquam eorum voluntatibus dominantur. Sed modus, quo nobis Deus dominatur, est totum sibi subijcere hominē: & in animam per amorem sese introrittere, & ab illa super omnia diligi. Quapropter regnum Dei prius ad nos venit, quam nos deueniamus in illud: quoniam dominus qui est regnum nostrum, bonum nostrum, & hereditas nostra venit ad nos, & habitat in nobis per gratiam, & a nobis diligitur per charitatem. Sic Christus. Regnum Dei intra vos est. Quando scilicet Dominus in nobis habitat, tunc regnum Dei est intra nos. *Cum fortis armatus custodit aurum suum in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vice-rit eum, vniuersa arma, &c.* Ante Christi aduentum geminam potestatem dæmon in homines habebat. Prima quia omnes decedētes in originali sine mortali peccato, captiui tenebatur in inferno, sive in limbo puerorum. Habebat etiam aliam potestatem, scilicet vt posset hos decipere frequenter, & infidelitatē, idololatriam & superstitionem persuadere. Vnde maximam partē orbis ante Christi aduentum sui technis & fallacijs occupabat: & in misera captiuitate detinebat. Et ob hanc causam princeps huius mundi à Christo appellatus est. Et Paulus ipsum & eius satellites appellat principes & potestates, & mundi rectores. Siue vt proprio significatione alij verunt, verbum Græcum *νοσμονορτορσας* mundi dominos. Sed superueniens Christus, hoc est, de cælo descendens, auferit ab eo arma in quibus confidebat: id est versutias, fallacias & omnia nugamenta, quibus decepit. Distribuit spolia, id est, peccatores: quos Christus per gratiam suam redemit, & à dæmonū imperio abstrahit: eosque tradidit Angelorum custodiæ, captiuam ducens captiuitatē. ¶ Sed dubium statim suboritur, quomodo hoc possit esse factum, cum etiam nunc diabolus habeat illam duplicem potestatem, quam diximus: quia dæmonum imperio ij sunt subiecti, qui sub diaboli potestate, qui in peccato mortali & originali degunt vitam. Ad quod breuiter respondeo, quod per Christi aduen-

*Luc. 17.*

*Ioan. 12. Colo. 1.*

*Ephes. 4.*

tum neutra potestas penitus & omnino fuit abolitarius enim nunc habet detrudēdi in infernum vel limbum eos, qui in peccato mortali decedunt: vel in originali: & existentes in his peccatis eiusdem sunt captiui. Tāmē hæc secunda potestas diminuta est per aduentum Christi, eius quippe meritis est effectum, vt ne tanta damna spiritalia nobis inferantur, præcipue his, qui de Christianismo gloria-mur, & Christum ducem sequimur. Cum quæ prius maximam partem orbis sub tenebris ignorantia victa detineret, prædicatione Apostolorum factum est, vt maxima pars orbis ab negato regno illius, in Christi regnum se conuerteret. Nam cum ipsius fallaciæ & technæ Euangelij, luce & splendore panderentur, impletum est illud, quod Christus de eo dixit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. *Ioan. 12.* Vnde nunc nos non tenendo possider, sed tenendo persequitur: nam aduersus eos, quorū intrinsecam potestatem non habet, exteriora bella gerit: & quia interius dominiū amisit, foris oppugnat. Et sic adimpletum est illud Esaiæ. *Delectabitur infans ad vbere, super foramine aspidis & in cauernam reguli, &c.* Intrat igitur in domū fortis possidentis genus humanum: & prius eum alligat, potestatem eius coercens fortioribus vinculis: sic vasa, quæ prædestinavit, ab eo eripit, simul & liberum arbitrium, vt vel sic in Christum credat libera voluntate. ¶ Hic etiam debes aduertire quod ante Christi aduentū nec postea non tanta erat dæmonis potestas, vt se ad iustos extenderet, & sic animam Lazari in sinu Abrahæ duxerunt Angeli. Solum enim vt diximus habebat potestatem in existentibus in peccato mortali & in originaliam iusti nec illo tempore nec isto ad imperiū diaboli pertinent. Ipse enim vocatur princeps huius mundi: & rector tenebrarum harum. Electi verō dii: & rector tenebrarum harum. Electi verō dii sunt filij lucis vt Paulus ait non ergo pertinent ad dominium diaboli. Quapropter vasa diaboli tantum sunt peccatores, quos Christus meritisimo suo pretioso sanguine & passione eripuit. Abstrahit spolia, & vires, sed non occidit illum: vt haberemus inimicum aduersus quē semper deberem⁹ armati incedere. Quocirca in nouo instrumento plures sancti reperuntur, quam in veteri, quia inimicus magis debilis & imbecillus est, & facilius vincitur, quoniam maiora arma & auxilia aduersus eum habemus, tot scilicet sacramenta, & tot auxilia gratiæ. ¶ Verum vnus maximè est hic obser-

*Ioan. 12.*

*Esa. 11.*

*Luca. 16.*

*Ioan. 12. Colo. 1. 1. The. 5.*

*Matth. 8.*

*Matth. 27.*

*Genes. 37.*

obseruandum, & valde oblendendum, quod cū diabo us custodit atrium suum, in pace sunt omnia quę possidet. Hoc enim maximē diabolus conatur vt quam possidet peccatoris animam quiescere faciat in culpa, & in vtram us autem dormire: Ita vt nec vllum conscientie stimulum patiat. Nam cum plurimos expertus sit peccasse, & gratia Dei a peccato recessisse, ideo optat & desiderat quietem illā peccatori mortiferam & venenosam. Sicut illi Babylonij, qui captiuos Israelitas inuitabat ad cantum, vt Psalmus ait. Quoniam illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerūt nos verba cantionū. Et qui adduxerunt nos, hymnam cantate nobis de canticis Sion. Quem admodum Babylonij captiuos Iudęos gaude re & quiescere in captiuitate curabant, & cātica Sion appetebant, sic dæmon cum in captiuitatem & miseram peccati seruitutem peccatorem redigit, cantare, gaudere, ludere & quiescere omnibus modis demolitur: vt sic obliuiscatur peccator periculum suum in quo inscēliciter detinetur. Cui respondendum est, quod statim sequitur in eodem Psalmo. Quomodo cantabimus canticum dominij, in terra aliena? Quomodo cum simus cęli habitatores, & cum ciuitatem istam nō habeamus permanentē, sed futurā speremus? Quomodo, inquam fieri potest, vt cantemus canticū quiescentis & lætantis, dum deprauatam conscientiam habeamus? Habitantes in Babylone & contusione peccati, recordamur cęlestis illius Hierusalem beatorum patrię, quapropter à la chrymis non possumus nos temperare & silentibus & lamentis cor in illā erigere. Sed multi sunt grauissimi peccatores, qui cum tyrannide à dæmone possidantur, & in eius seruitute misere sint detēti, ipsi securi sunt, & quieti canentes & gaudentes, nec recordantur cęlestem illam Hierusalem beatorum patriam nec suam miseram & inscēlicem seruitutem: quō fit vt dæmon tranquillē & quietē ipsos possideat. O infelix & misera pax, de qua Elaias inquit. Ecce in pace: amaritudo mea amarissima. Aspice obsecro, & vide, quod in hac tua pace sint multę amaritudines. Nam si in teris pacem habes cum mundo & carne: in teris vero, terribissima passionū bella oriuntur. Pax pax, & non erat pax. Habet enim quis horru aut cucumerarium, dum arbores floribus vident, & fructus in maturitate peruenit non multum cura in his custodiendis adhibet: At vero cum fructus inceperit in ex-

pectatam maturitatem peruenire diligentius custodiā adhibet. Sic tu cum inceperis ad maturitatem peccati peruenire, & ad duriciem cordis: dæmon maiorē custodiam adhibet & diligentiam, ne Deictus & clamor pulsantis ad ostiū cordis tui audiatur aut eo attingat: quo vsque iam in profundum peccatorum & in omnem maturitatem peruenieris, ita vt iam sis aptus mensē & patinā dæmonis. Sic Elaias. Et relinquetur filia Sion vt vmbra culum, in vinea, & sicut tuguriū in cucumerario. Vigila obsecro, & exergiscere, ne à dextera Dei dimittaris & factus sis vt cucumerarium. Hoc idem plorabat Dauid dicens. Deus venerunt gētes in hæreditate tuam polluerunt templū sanctum tuum, & posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ¶ Aduerte etiam quod cucumerarium nō custoditur à nobili aliquo viro vel magnate, sed à vili & abiecto homine. Sic diabolus qui custos est peccatoris vilissimus & abiectus est: cuius tamē multi sunt homines qui velint esse subditi, & sub eius vexillo militare: dūmodo quietē & pacificē uiuant, quam pugnare viriliter vt strenui & fortes milites faciunt. Qui quidē valde sunt similes filijs Israel, qui potius elegerunt iniqui Pharaonis Imperio subesse, quam tantillum laboris pati in terra promissionis gaudentes. Multoties fœmina caput concubitus deserere, & offensam Dei sui relinquere: sed cum timeat necessaria illi esse defutura, miseram dæmonis seruitutem non deserit: & tunc diabolus magis coheret & comprimit cum videt miserum peccatorem fugam moliri. Et vt pacificē eum possideat, ob oculos ponit, vix fieri posse vt in meliorem mentem redeat, & plura alia inconuenientia vana & leuia fingit: & sic perterritus vmbra foliorum, in peccato manet. Sed illud peccator aduertere debet omnia illa dæmonis impedimenta paleas esse: quę cum nihil sint, aliquid esse vidētur, & in Deum fiduciam pouere, & putet nihil ei defuturum, si se velit, vt paleas fugiat & abiciat: nā mētiri nō potest ille qui prophetauit in spiritu Dei. Nō vidi iustum derelictū, nec semē eius quærēs panē. ¶ Obserua etiā quod non est simplex dæmonis possessio cū nobis dominatur: sed omnia nostra, sua sunt. Quę admodū Deus cū in nobis habitat omnia nostra, sua sunt, nec patitur diabolū aliquā portionē habere in nobis: ita cum diaboli sumus omnia nostra sua sunt. Semel enim occupata nostra voluntate, quę arx est totius hominis,

Esai. 1.

Psalm. 78.

Exod. 16.

Esalm. 36.

reliqua

Job. 2.

Luca. 9.

Exod. 5.

Ioann. 5.

reliqua hosti facile subduntur. Et ideo forsitan dicitur. Qui offēderit in vno factus est omnium reus: quia quid est in illo, labe contaminatum est, &c. *Qui non est mecum contra me est.* Docet nō solum illos homines Christi inimicos esse qui palam ei contradicunt: vt etiam illos, qui ab illius partibus nō stant nec confitentur palam dictis & factis esse Christianos. De talibus superius dixit Christus. Qui in e erubuerit & in eos sermones coram hominibus, &c. Et cum Christus veritas sit, iustitia, & innocentia: cum tu vides aliquem opprimi & taces, ne quenquam lædas, aut damnum ali quod tibi confectas: iam boni Christianij nomē amisti: nec bonus Christicola es: *Qui non colligit mecum dispergit.* Officiū Dei est colligere, dæmonis verō dispergere. Voluit Pharaon, vt filij Israel dispergerentur, vt paleas colligerent: & dispersus est populus ad colligendum paleas. Quando Deus volebat eos congregare, diabolus dispergebat illos. Et ad quod ad colligendum paleas. Quę obsecro sunt omnia huius mundi nisi paleas: & ad colligendum hæc vana & leuia disperguntur impij. Cum igitur officium Dei sit congregare, dæmonis vero dispergere: illi diabolus imitantur qui seminant discordias: illi vero Deum qui proximos disidentes inter se conciliant. Quem admodum ex parua nube aliquando magna oritur procella: sic ex parua discordia grauisimæ rerum perturbationes & turbulentissimæ tempestates concitantur. Et quem admodum etiam ex parua scintilla oritur aliquando grande incendium, quo magna edificia & laquearia comburantur, ita etiam ex paruo dissidio inter amicos principes indissolubile alias amicitie vinculum frangitur, & omnino perit. Hoc verbo indicatur etiam nobis omnia opera nostra frustra nec irrita, & nulla esse, nisi fiant propter Christum. Sed iam ultra. *Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærēs requiem.* Hęc verba: multi existimant. Pharisæis esse dicta: vel populo, loquens de impijs Pharisæis & Scribis, cum quibus hætenus disputarat. Sed quantum ego existimo fuerunt dicta homini illi, à quo dæmoniū exierat: vt deinceps ad melius vitę institutum rediret, & à peccatis cauere, ne iterum in vomitum incidere: Quia noctissima erunt peiora prioribus. Sic etiā dixit paralytico qui erat in piscina Bethsaida: postquam pristinam sanritatem restituerat: Ecce sanus factus es: iam noli am-

plius peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Sic ne iste ad pristinę vitę statum rediret & vt omnes ibi adstantes doceret, monet illū vt in posterum sibi caueat, & prouideat. Dimittens igitur illos perfidos Scribas & Pharisæos: ad illum hominem & ad populum ibi expectatē, sermonem suum conuertit. Hoc etiam fecisse legitur apud Mathiam cum derelinquens Scribas & Pharisæos ob eorum impietatem, sermonem conuertit ad populū, & docuit eum dicens. Audite & intelligite, non quod intrat per os, &c. Docet predicatores ne propter duos aut tres qui inuidi sint & calumniatores eius, ne desinat verbum Dei, & instruere populum simplicem. Cum rex ille Achaz qui idololatrię studebat, cum in quodam periculo esset constitutus: rex Dei parte Elaias propheta dixit illi, vt vires & animam in re illā adderet. Perte tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni & in excelsum supra. Qui tanquam idololatrā noluit signum petere: Videns tunc propheta regis duritiem derelinquens regem conuertit sermonē suum ad populū, & dixit illi. Audite ergo quę dicit dominus Dauid. Vobis in quacumque quor qui sincero estis corde & munda mente, & vobis dico. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. Hoc igitur modo dereliquit Christus Scribas illos & Pharisæos, ad populū loquitur, & ad illum hominem. *Cum immundus spiritus, &c.* Spiritus tam in nouo quam in veteri instrumento vbi sine illo: additō inuenitur, in bonam accipitur partem: contra rio aut malus spiritus semper cum additamēto inuenitur. Sic Paulus in bonam partem accepit, cum dixit. Fructus autem spiritus: charitas, gaudium, pax, &c. Et alibi. Si spiritu viuimus: spiritu & ambulemus. Et iterum. Stantē spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Et in veteri testamento in Elaiā legitur: Dās statum populo; qui est in ea, & spiritum: his qui calcant eam. Qui enim terrena calcant: id est: tergo relinquunt, vtique non habent sed bonum spiritum mereantur accipere. Contra vero malus spiritus cum additamēto legitur, vt in primo Regum dicitur. Spiritus malus in uasit Saul. Et hic dicitur, Spiritus immundus. Et in alio loco. In crepante spiritu immundum. Vocatur diabolus spiritus immundus, non natura sed moribus: quia cum sit substantia pura spiritalis: nulla in eo immunditas esse potest: sed inmundum vult, & homines ad immunditiam mbuet, vt sic obsecro dicitur.

Matth. 23.

Esai. 7.

Galat. 5.

Galat. 6.

Roman. 8.

Esai. 41.

1. Reg. 16.

Luca. 9.

2. Tomi. I. ciat

## Enarrat. in Cap. XI.

ciat à naturali dignitate & adstringat eos pœ-  
næ æternæ. ¶ Itaque dum hic spiritus immū-  
dus exierit ab homine, ambulat per loca ina-  
quosa. Matthæus dicit per loca arida, quod i-  
dem fere est, & vtrunq; dominum dixisse  
æquum est credere. Nam cum idem sermo  
diuersimode tradatur à sacris Euangelistis,  
credendum est vtrumque dominum repetisse.  
Sic etiam in Euangelio Matthæi dixit do-  
minus, Panem nostrum: super substantialem  
da nobis hodie. Et Lucas dicit, Panem nostrū  
quotidianum. Sic etiam in hoc loco Mat-  
thæus dicit de spiritu hoc immundo q̄ reuer-  
tens in domum à qua exierat inuenit eam va-  
cantem, scopis mundam & ornata. Lucas  
vero dicit hic, quod inuenit eam scopis mun-  
dam, & nihil vltius addidit: sed omne q̄  
commemoratur Matthæus dominum dixisse,  
non est de illo dubitandum. Possent & alia  
multa adduci exempla, sed hæc sint satis.

¶ Obserua autem quod dæmon expulsus à  
corpore non habet potestatem eundi, quò  
ipse voluerit, sed quo mittitur. Sic caterua il-  
la dæmoniorum, quos expulsi Christus, roga-  
runt eum ne illos mitteret in abyssum. Ita  
hominibus volunt & cupiunt nocere, quod  
si ab eis eiciuntur, volunt damna inferre his  
rebus quæ hominibus sunt. Sicut dæmones e-  
iecti à domino petierunt facultatem à domi-  
no vt sues ingrederentur, qua data facultate  
præcipitauerunt eos in mare, & occiderunt,  
vt damnatum dominis eorum inferrent. Si au-  
tem non conceditur nocere animalibus, sal-  
tem vellunt nocere arboribus & alijs rebus,  
quæ in vsu hominum consistunt: nam in-  
terdum datur illis potestas nocendi istis re-  
bus. Habetur enim in Apocalypsi quendam  
Angelum clamasse ad quatuor alios Angelos  
quibus datum erat vt possent nocere terræ &  
mari, & dixit illis: Nolite nocere terræ & ma-  
ri, &c. Quando autem dæmonibus non da-  
tur facultas vt possint malum infligere in ali-  
quam rem ad homines pertinentem: tunc di-  
citur esse in locis aridis: quia spiritus non est  
propriè in loco sed solum per operationem.

Quando ergo non potest operari malum in  
loco, vbi nocere homini, necessum est, in locis  
aridis sit, quia sola loca arida & inaquosa sunt  
ex quibus nulla vtilitas homini accrescere po-  
test. Ita ergo quando cūque dæmon eiecit  
ab homine non permittitur vt damnum in-  
ferat rebus humanis, necessario debet ipse am-  
bulare per loca inaquosa & arida: etiam si sit

in medio alicuius populi: quia nō dicitur pro-  
priè ibi esse, vbi non potest operari. ¶ Præter  
ea dicit quod querit requiem. Dæmon non  
potest quiescere quia in æternum torquen-  
dus est, & quocunq; vadat infernum suum  
& crucem secum portat: & de hac quiete nō  
est intelligendum hic loqui, quia dā mō nul-  
lam sperat futuram esse quietem illi crucia-  
turi: cum fieri non possit vt aliquando cesset:  
sed querit quietem suam male voluntati. Est  
quippe inuidus & vehementer desiderat no-  
cere homini: & quando nocere potest, ali-  
quo modo quiescit: sicut quiescit iratus, cum  
pœnas infligit. Et non inueniens requiem dicit,  
Reuertar in domum meam vt exiui. Suauo-  
cat domū non quidē per creationē, quia so-  
lius Dei est, sed per possessionem. Apice igitur,  
O homo q̄ cū in peccatum præceps ten-  
dis, vilissimū & abiectū dño tuo ipsius im-  
perium tribuis. Nam si tu videres virginem ali-  
quam forma excellentem, & pulchritudine  
præstantem, diuitem, sapientem, & filiam  
Principis siue Regis alicuius, & hæc nuberet  
viro abiecto & vili: nonnē tale coniugium  
doleret? Nonnē miserum & infelicem esset hæc  
virginem videre ita abiectū & infeliciter nu-  
ptam? Quod si tu Christiane velles animad-  
uertere quanto nobiliorem & præstantiorem  
habeas animam, quanto pulchriorem & filiā  
summi illius Regis ad cuius imaginem fuit  
facta, non est dubiū nisi quod in te ipsum cō-  
uerteres, & non te traderes tā misere serui-  
tuti. ¶ Aduerte etiam quam graue malum sit  
peccatis assuescere, & quodammodo in eis nu-  
triri. Hic dæmon dixit se velle redire in do-  
mum quam antea habitauerat, & non dixit  
in aliam domum ire velle, nam videbatur illi  
q̄ in ea domo fores semper sibi paterent: nā  
peccatorum experientia & facilitas facit, vt  
homines omni deposito timore iterū ad pec-  
cata reuertantur. Nam quibus mos semper  
fuit peccandi, more & consuetudine timorē  
omnem amiserunt: & facilius in peccata inci-  
dunt, cū ducantur à mala consuetudine.  
Qui enim in seruitute nati sunt & nutriti,  
pro libertate seruitutem amplectuntur: &  
qui in tenebris faciliè pro luce eas commu-  
tant. Accidit enim nobis vt puero nato in car-  
cere, qui quoniam lucem ignorat, in tenebris  
sedet, in tenebris ludat & gaudet: sed mater,  
quæ lucem & libertatem aliquando nouit,  
plorat & tristatur: & se captiuam dolet. Si-  
cis peccatoribus contingit: qui nutriti sunt

&amp; ado-

Exod. 16.

Ose. 2.

& adoleuerunt in peccatis, qui cū parum  
aut nihil de spiritualibus & æternis bonis co-  
gnouerint, delectationes mundi & peccati  
spurcias & vana & terrena pro veris bonis  
& permanentibus amplectuntur, & exilium  
propriam patriam existimant. Sic Iudæi in ca-  
ptiuitate Ægypti nutriti nihil faciebant li-  
bertatem. Quando enim homo peccatorum  
studio operam tribuit & in peccatis gaudet  
& delectatur: etiam si Deus per suam gratiā  
& misericordiam in nouam vitam illum du-  
cat: non potest quiescere in illo bono & felici  
statu, sed reuertitur in antiquum & pristinum  
vitæ institutum & inquit. Vadam &  
reuertar ad virum meum priorem, quia bene  
mibi erat tunc, quā nunc. Quod cū  
dæmon vt callidus & sagax intelligat, inquit.  
Reuertar in domum meam vt exiui. Et  
cū venerit inuenit eam scopis mundatam.

Quia scopa tantum puluerem mundat, non  
autem durum lutum, aut tenacem ceram  
quæ solo adhæret. Est enim opus ferreo ali-  
quo instrumento vt solum radatur: quia scopa  
non satis est. Vna inter alias causas præci-  
pua, quare tam citò in peccata iam dimissa  
reuertimur est consuetudo antiqua peccan-  
di, quæ ita fixius & tenacius animæ inhæret,  
vt etiam si scopis mundetur animæ peccata  
& illa fatearis, tamen illa mala & antiqua  
consuetudo efficiet, vt ipse dæmon iterum  
animam possideat. Opus est magno dolore,  
contritione & solertia & præcipue diuino nu-  
mine & fauore vt antiquam consuetudinem  
superare valeas. At verò tu tanquam scopa  
animam mundas, & perfunctorie velut aliud  
agens peccata confiteris & securus & con-  
tentus viuus, nullam curam habens. At verò  
dæmon inuitatus à sua mala consuetudi-  
ne, velox aduenit. Attende igitur vt malum  
semen radicibus euellas, neque intus radices  
relinquas: ne statim peccatorum herba resur-  
gat & adoleat. Opus est vt vincas malam cō-  
suetudinem: & hæc non potest vinci nisi op-  
posita cōsuetudine virtutis: ad quod magna  
vigilantia & cura tibi habenda est. Scriptum  
quippe est, Sicut Æthiops non potest mutare  
pellē suam, aut pardus, &c. Homines enim  
qui se rotos perpetuo vitij & peccatis tradi-  
derunt, ita gaudent & delectantur peccatis  
de quibus potius deberent pœnitere & mœ-  
rote compungi: vt difficile sit ab eis discedere.  
Contingit enim vt aliquis in villam abeat, &  
ibi è riuulo quodam aquam turbidam & pef-

Hier. 13.

simam bibat, statimq; cū ipsam bibit stoma-  
cho hæret & ei nocet. Vnde euenit vt ipse in  
admirationem rapiatur, quomodo scilicet fie-  
ri possit vt omnes incolæ illius oppidi non  
mortui sint illa aqua. At vero si iste talis a-  
pud illos habitare vellet, & in eadem villa  
manere transacto iam dimidio anni vel pau-  
lo plus cū stomacho illi aquæ assuesceret sta-  
tim aqua bona illi videretur & sapida. Ita ni-  
mirum cū peccatus sit aqua turbida & mala  
stomachus animæ nostræ non potest illā fer-  
re: & ita ipsa anima nimis fastidit illud, quo  
fit vt peccator tristetur: & totus in errore con-  
ficiatur. Qui vero peccandi habitum acquisi-  
rit, & sæpè aquam peccati imbiberit, in id mi-  
seria & calamitatis incidit, vt quod antea a-  
marum erat & durum, iam dulce & delecta-  
bile sibi videatur. Ideo Sapiens. Cū peccator  
in profundum peccatorum venerit contemnit.  
Contemnit morsus conscientia, contemnit  
prædicatores & eorum sancta consilia, gratiam  
denique diuinam: & in peccatis delectatur,  
vt immundus sus in cœno. Hi  
qui in peccatis senescunt, plusquam scopa o-  
pus habent vt se mundos reddant. ¶ Secundo  
vt Matthæus ait inuenit eam vacuam.  
Hoc ocium audaciam tribuit ipsi dæmoni vt  
redeat in domum, quam reliquerat. Statim  
cū aliquis confessionem finit, & à sacerdo-  
tis pedibus discedit, iam videtur illi omnem  
gratiæ perfectionem attingisse, & nunquam i-  
terum posse labi: & propter ocium & paruam  
curam quam adhibet erga salutem animæ,  
dæmon statim reuertitur in domum antiquā  
quia inuenit eam vacantem & ociosam. Idem  
Apostolus monet dicens. Nolite locum  
dare diabolo. Ille dat locum diabolo, qui nō  
alicui rei studiosè intentus est, nam in anima  
aliquibus sanctis exercitijs implicata, dæmon  
nullum locum habet nec illi potest adesse.  
Quia perfectè vacans alicui exercitio: non  
est capax alterius. Filij Dan ceperunt urbem  
Lais vacantem. Ociosi sunt illi qui non sanctis  
& spiritualibus exercitijs occupantur.  
Plurimos enim inuenies qui videbuntur ti-  
bi operari multa, nam mille agant nego-  
tia, plura habent officia, ita vt præ temporis  
angustia nec capere possint, scalpere. Ipsi ta-  
men nimis oculo se dedant, & in nihilo oc-  
cupantur. Ociosum id dicitur quid quod ad  
æternam vitam minime conducit: vel quod  
ad vtilitatem animæ minime cōuerti potest.  
Nam quemadmodum tu cū cernis pueros oc-

Prover. 18.

Mat. 12.

Eph. 4.

Ludi. 18.

cupatissimos in domibus ridiculis fabricandis ex laterum & regularum fragmentis, ociosos illos iudicas: ipsi tamen occupatissimos se esse iudicant: sic cum nos rebus huius mundi caducis & momentaneis sumus intenti & de caelestibus nihil cogitamus, ociosi dicimur.

Prover. 1.

Ita sapientia vocat nos paruulos & infantium opera vsurpantes his verbis. Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbatur clamitat. Vtique quo paruuli diligitis infantiam: & stulti ea que sibi noxia sunt sapienter Vera occupatio & perfecta illa est, scilicet, de obsequio Dei agere, & orationibus & sanctis exercitijs vacare, & sepe ob oculos tuos salutem animam tuam habere: ne demon ociosum & complicatis manibus te inueniat. Noluit dominus dare manna filiis Israel ita ut per totam hebdomadam, aut mensem duraret, sed tantum pro singulis diebus: ut intelligas inde nunquam nos debere ociosos esse, sed semper debere colligere. Oportet enim ut in hac vita semper a nobis pigritiam rejiciamus quo usque sabbatum illud nobis desideratum gloria adueniat: ubi iam non erit opus amplius colligere, sed frui & gaudere, que antea collegimus. Sed quia multi confessione facta & gratia caelestis accepta, suae salutis obliti complicatis manibus sedent, statim diabolus ad eam redit, cum videat illam oscitantem.

Exo. 16.

¶ Tertio dicit, quod inuenit eam ornatam. Lectus enim si bene compositus & paratus sit, videtur ipsum hominem inuitare ut accubaret. Ita erit homo qui demonem a sua anima rejicit: at vero cum ipsa relinquat pauimentum, que occasiones sunt peccandi, cito ad peccata reuertitur tanquam canis ad vomitum.

Prover. 26.  
2. Pet. 2.

Quemadmodum qui habet domum bene compositam & ornatam, hospitem inuitat, ut in ipsam domum ingrediatur: sic qui non dum sustulit occasiones peccandi, inuitat peccatum ut in sua anima hospitium accipiat. Non solum est opus ut peccatum expellas sed etiam omnem illius suppellectilem & memoriam. Nam si peccata confessus es, & a conuersationibus tractatis non te abstinens: statim in mille flagitia & peccata precipitaberis. Non solum a peccato sed etiam ab omni specie peccati cauendum esse & fugiendum docet praclare Paulus. Cum filij Israel capti uenerent in Aegypto, & cum vellet Israel domino Deo suo sacrificare: dixit Pharaon Moysi & Aatoni. Ite, sacrificate dominum: oves tantum vestra: & armenta remaneant.

1. Thess. 5.  
Exod. 10.

Sic diabolus peccatoribus quos captiuos detinet inquit. Ite ad sacrificandum domino. Quasi si dicat, confitemini, agite poenitentiam, & praeterita peccata plangite: mecum vero occasiones peccandi deponite, & relinquite. Vult ut etiam si a ludu discedas: tamen ludum paratum relinquant, mensam, aleas, taxillos. Nam si demon pignus aliquod tuum in sua potestate habuerit, nihil ipse de hac recurat: nam necessario redire debes, ut pignus ab eo auferas, tuncque captiuus manebis. Tu vero respondeere debes id quod Moses & Aaron, dicentes, Cuncti greges pergunt nobiscum: non remanebit ex eis neque vngula. Vbi attendere debes quod nec vngula, nec vestigium aliquod peccati in domo debet manere. Omne mundum & sine macula debet esse: nihil debes relinquere in Aegypto, ne iterum offeratur occasio rediendi in Aegyptum ut portes id quod reliquisti. Diuus Petrus cum esset in carcere Herodis detritus, dixit illi Angelus. Precingere, & calcia te caligas tuas. Dicit Angelus Petri de carcere, & iubet prius calciari caligas. Non equidem erant illae ut caligae quibus mundus vanus & amens modo utitur: ubi dicas, quod ars materiam superat. Ita vult Deus ut a carcere peccati exeat, ut nec pannosus caligas velit ibi relinquere. Nam si diuus Petrus caligas in carcere missas faceret, forsitan rediret ut eas secum ferret: ubi saltem memoria caligarum desiderium commoueret, ut in carcerem rediret. Ita igitur vult Deus tantum contemni & relinquere. Si poenitentiam egeris & dolueris de peccato commisso cum concubina, ne oblecto domum eam habeas, aut aliquid ipsius, neque monile, neque annulum, neque calcem, que possint in tuam mentem & cogitationem iterum eam adducere. Nam si aliquid vestigium manserit, attendere debes illud esse hamum, quo vult te capere: & iterum in eandem demonis seruitutem redigere. Non solum peccatum a domo tua debes eicere, sed omnia illa, que ipsi deseruiunt: omnem denique memoriam & vestigia que illud representant re possunt: ita ut tota domus omnium peccati reliquiarum munda maneat. Nonne vidisti adulteram adulteri monile apud se retinentem: ut iterum in suam amicitiam & amorem possit eum conuertere? In Leuitico praecipit Deus carnem iuueni & pellem eius comburi extra castra: quia sacrificium est (inquit Deus) pro peccato. Non solum carnes

Act. 2.

Leui. 3.

Deuter. 7.

Exo. 33.

Thren. 2.

2. Mac. 10.

2. Cor. 6.

1. Cor. 3.

Eccle. 3.

sed feces sacrificij relegare iubet, & in locum immundum proijci nihil reliquiarum manere permittens: ut discamus non solum peccata longe a nobis ablegare, sed etiam eorum vestigia, ne Deus reliquijs offensus, facies suam a nobis auertat, & locum coequet Satanæ: ut iterum in peccatum nos adducat. Ideo alibi dominus de subuersione gentium loquens, dixit. Aras eorum subuertite, & confringite statuas: lucosque succendite, & sculpitilia comburite. Delenda ergo est omnino peccatorum memoria. Ideo Moses vitulum quem filij Israel adorauerunt, comminuit in puluerem, & dedit bibere populo: ut doceret quod nec pulpis peccati manere debet, sed quod etiam haec minima comminenda sunt & obliuioni tradenda. Vnde sanctus propheta Hieremias consulit dicens. Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. Sicut aqua inquit: non sicut mel, oleum aut vinum. Nam si alium quemuis liquorem praeter aquam ex vase effuderis, manebit postea yas ipsum liquore effuso madefactum & superfluitum: ut contingit in melle aut oleo: vel saltem odorem liquoris effusum vas retinebit. Aut si horum neutrum contingat colorem saltem pristini liquoris conseruabit: ut existimes vas ipsum liquoris colorem induisse. Nihil horum reperies in aqua: haec enim cum effusa fuerit, nihil aut saporis, aut coloris, aut odoris in vase reperies. Et ob hanc causam praecipit propheta, ut sicut aqua effundamus cor nostrum: ita ut nulla peccati memoria, nec vestigium nec umbram relinquatur in nobis. Nam qui amorem seculi & peccati reliquias apud se retinent, quasi mel & oleum cor suum effuderunt. Sic debes cor tuum exuere, ut neque affectus neque color pristinae consuetudinis maneat. Vnde templum quod a gentibus violatum fuerat Iudas Machabeus mundari praecipit, & altare construi: & vasa noua fieri. Paulus nanque ait. Templum sanctum Dei est, quod estis vos. Et iterum. Nescitis quod templum Dei estis vos, & spiritus sanctus habitat in vobis? Sic templum hoc Dei, quod peccata violauerunt, deberemus nos mundare: ut nihil immunditiae maneat, nec aliquid signum peccati. Sed sunt multi qui reliquias & memoriam peccati apud se conseruant, nec volunt recedere a prauis & antiquis consuetudinibus: quo fit ut miserent in peccata dilabatur. Qui enim occasiones non fugit: nec ipsum peccatum a se semouet. Qui amat periculum,

peribit in illud. Hoc est quod redemptor noster apud Martham dixit. Bonum est tibi debilem vel claudum ad vitam ingredi: quam duas manus vel pedes habentem mitti in gehennam ignis. Nam si tali vel tali via incedere, vel confabulari cum tali muliere, vel homine, est tibi peccati causa, vult Deus ut illud relinquant, nam melius & consultius est, ut sine tali conuersatione saluus fias, quam cum illa in crucem inferni abire. Praecipit Deus Sauli ut destrueret Amalech, & quod nulli bovis, oui, aut alicui rei parceret: & cum ita non fecisset, ut Deus iusserat, spoliatus est regno. Sed iam ipsum dominum interrogare libet. Quid obsecro aduersus te criminis patrarunt oves Amalech? Quare peccata boues commiserunt forsitan armentum Amalech, dominum offenderat? Non equidem. Quia bruta animalia in nullo possunt delinquere. Quare igitur oves interficij iuber, & Regem suo regno spoliari? Ques quidem non male erant, sed deseruiebant malis: atque ita vult Deus, ut non solum ipsum peccatum interficias, sed etiam occasiones, quae peccato deseruiunt. Quod tu tali via incedas, vel quod cum tali persona confabuleris, ex sua ratione nec bonum nec malum est (nam alius idem potest facere recta & sancta intentione): tibi vero malum est: quia occasionem tribuit peccandi. Vult Deus ut Amalech & ipsius gregem interficias. Nam etiam si Amalech suffocaueris, nisi ipsius gregem interfeceris, tollet te Deus regnum caelorum. Nam teneris sub poena mortalis peccati occasiones fugere peccati. Et non solum occasionem peccati, sed etiam ipsum viam. Ideo David in Psalm. orabat dicens. Via iniquitatis amoue a me. Non dicit amoue a me iniquitatem (ut egregie differit diuus Ambrosius) sed via iniquitatis amoue a me, quasi in nobis sit, & nobis inesse videatur. Quando aliquid peccatum siue flagitium a nobis rejiciamus, via iniquitatis interius manet, & non recedit a nobis: quapropter tu diose a nobis curandum est, ut eam a nobis separemus. Praeterea quo ad nostrum propositum facit, pulchre dicit viam iniquitatis, & non iniquitatem. Quare radicatus non solum iniquitatem, sed occasionem, que ducit ad iniquitatem vult tolli: occasio enim iter est, quod ducit ad peccatum. Perit propheta diuinum auxilium, ut radicatus mundetur anima auferendo ab ea non solum mala, sed quae inducunt nos ad mala. Sapiensissimus ille Salomon,

Mat. 23.

Reg. 15.

Psalm. 118.

Ambro. ser. 4. in Psalm. beati im.

Enarrat in Cap. XI.

3. Reg. 11.

mon, quia nō caute se à via iniquitatis se mo- nit, in iniquitate incidit: & ita occasio illum in grauisima peccata præcipitavit. Nā quia maxima fuit illi familiaritas cum mulieribus infidelibus in idololatriam misere lapsus est: & plura idola & tèpla construxit contra præceptum domini, qui dixerat. Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredietur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra, vt sequantur deos earum. ¶ Igitur, vt semel iam concludamus: quia dæmon inuenit domum nostram tantum scõpis mundam, vācuam, & ornata, & quia malas consuetudines à nobis rejicere nolimus, nec peccati suppellectilem inuitatus dæmon his dispositionibus animam nostram ingreditur. Et quid facit videamus: Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Noluit Christus innuere quod ille spiritus ducat semper secum septè, quia multo alios adducit: sed est modus loquendi scripturæ ponentis numerum certum pro incerto, iuxta illud Numerorum. Tentauerunt per decem vires, id est septem: quia non erat numerus certus tentationum. Et de Maria Magdalena dicit Marcus, quod Christus septem ab ea eiecerat dæmonia: quia omni genere vitiorum plena fuit. Dicitur autem quod isti spiritus erant nequiores se: quia peccata posteriora peiora sunt prioribus. Quod Christus statim infert dicens, quod erant nouissima illius hominis peiora prioribus. Est enim in illo, qui semel & iterum in peccata relabatur quædam macula ingratitudeinis: propter quam peccata ipsa grauiora efficiuntur. ¶ In eo verò quod dicit, quod ingressi habitant ibi: aduerte quod dæmones non sunt in homine, tanquam locatum in loco, quia spiritus alia non occupant locum, & dæmon purus est spiritus. Nec etiam habitat eo modo quo forma est in materia: quia sic sola anima est in homine, que est forma ipsius, cum ipsa sit pars speciei. Dæmon autem cum nulla recõponitur, quia continet in se perfectam rationem speciei: & dicitur substantia separata, id est, quæ non habet materiã partem sui. Sed habitat dæmon in corpore, vt motor in eo quod mouetur: quia ea ratione dæmon est in corpore, quia efficit aliquid in eo, vel corquendo illud, vel mouendo. Habitat autem in anima tanquam possessor: non intrat eam, vt in superioribus retulimus: sed possidet eam, & operatur aliqua circa ipsam. Quanto ergo peius se habet hæ-

Exod. 34. Deute. 22.

Num. 14.

Mar. 16.

1. Pet. 2.

mo: quãdo in peccatum, vt canis ad vomitum, regreditur: tanto maius dominum diabolus anima sua acquisiuit. Quapropter dominus subdit. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc quod Christus dominus hic dicit, quæmadmodum & illud iã superius felatũ ad literam intelligitur, quãdo demõ redit ad corpus dæmoniaci, vnde iam exierat: quod quidem Christus dicebat ei, qui dæmonium habuerat, consulens vt ne peccatis le inuolueret, ne peius sibi cõtingeret quam antea. Sed etiam voluit Christus significare in sensu literali, eos homines qui Dei auxilio à peccatis sunt liberati si postea in peccata dilabuntur, peioris & deterioris esse cõditionis quam antea. Quod quidem optimè demonstrari potest in corporis agitudinibus: nam quando iam infirmus pristinam sanitatem adquisiuit, si postea iterũ cadat, periculosior & grauior est infirmitas, quia tunc natura debiles habet vires & languida virtus est. ¶ Si igitur dicit secundam culpam peiorem esse prima, & secundam lapsus, deteriore primò: necesse est vt cognoscamus quã grauis & periculosus fuerit primus casus, vt inde cognitum nobis sit quanto grauior & periculosior sit secundus. Non possumus scire nouissima esse peiora prioribus: nisi nouerimus quam mala sint priora. Quo ad primum igitur, non possumus melius malitiam peccati contemplari, quam per sum contrarium: vt ipse Philosophus inquit: Rectum est iudex sui obliqui. Si enim artifex scire velit, an tabula sit recta vel obliqua, præsens remedium m est, vt regulam vel perpendicularum accipiat, & tabula superpositum nouerit statim quantum curuatis habeat. Atque ita cum peccatum non sit aliquid positium, sed priuatio quædam & carentia rectitudinis: est opus, vt ipsa bonitatis regula metiatur, vt inde veniamus in cognitionem tantiboni, quo nos priuat, & in cognitionem suæ malitiæ. Omne namque bonum vel est honestum, vel est vtile, vel delectabile. Põtio enim amara non est bonum delectabile, sed est bonum vtile: quod satis est, vt bonitatis nomèn induat, quia habet aliquam rationem boni, scilicet vtilitatem, præstat quippe, vt corpus antiquæ valetudini restituatur. Quo circa virtus est magnum bonum, quia continet bonum vtile, honestum, & delectabile. Deus est summè bonus: quia est summè vtilis, summè honestus, & summè delectabilis: que tria perfectissimo quodammodo Deus

Gen. 31.

Deus continet. Vnde facile possumus concludere, quod cum peccatum hominem memoret ab his tribus generibus bonorum: inde sequitur illud omnino esse malum, peruersum, iniquum, & execrandum: quando nos summi boni compotes, ineptos, & inhabiles, reddidit ad illud. Bono vtili peccatum opponitur, quia ipsum peccatum nullam præ se honestatem habet. Bono vero delectabili aduersatur, quia dolorem & tristitiam inijcit. ¶ Sequitur ergo, quod si peccatum est malum quoddam damnum & miseriam inferens: inhonestum & dolore plenum, summum esse malum, quandoquidem summo bono opponitur. Iam igitur hæc tria mala quæ peccatum secum affert, videamus. ¶ Primum est malum damnosum, cum scilicet, Deum in anima per gratiam existentem ab ipsa rejicit. Non eo modo, quo alter te fortior & excellentior à loco aliquo expellit: nam peccatum non est fortius Deo ipso. Eijcit tamen illum per propria demerita: nam cum peccator Deum existentem in anima vitijs turpitudinibusque inhonorat: tunc dicitur Deus eijci & expelli à peccatore. Contingit enim Deo, vt communi vsu loquendi solemus dicere. Ego non tibi dicam vt eas: sed ea opera tibi impendam, vt à nobis discedere gaudeas. Videt quippe Deus vos pluris æstimare, stercorea & glandes huius mundi, quam ipsum, & ideo hospitium deserit, & abit, tot conuictijs & iniurijs affectus. Nam si tu in domo tua in capite mensæ Ethiopissam accumberes faceres immundam, incomptam, & inhonestam, & ipsa tanquam domina sederet: vxori vero præcipites, que illustris & princeps est, vt mensæ ministraret: nonne grauem iniuriam dominæ huic inferres? Sanè equidem: quandoquidem cum ipsa domina sit, tanquam ancillam & famulam ministrare iubes. Iurè quidem optimo de te conqueretur, & societatem tuam & sodalitiu libenter relinquet. Hoc igitur modo peccator cum Deo agit: quandoquidem suos appetitus & libidinem pluris habet, quam illum: & creaturas earum conditori anteponit, & præfert. Propter quod molestè ferens hæc omnia domum & hospitium Deus deserit: quemadmodum fecit Iacob, qui domum Laban deseruit. Dixit enim Iacob Lia & Racheli. Volo recedere: non enim respicit me Laban sicut heri & nudius tertius. Non ita mecum be-

neque enim super oculum mihi ostendit: & ideo non expellat me a domo: etiam si peccata mea in tabernaculo suo operentur. Sic igitur dicitur recedit à nobis, quod quidem omnium malorum id summum & grauisimum est, quod quidem anima grauitè & molestè ferre deberet. Vnde in Exodo legitur, dominum dixisse. Non ascendam cum populo isto duræ cervicis: quod cum audiret populus lachrymatu est. Sic tu deberes ingenij merore confici, & lachrymarum copia hæc grauisimam iacturam sentire: cum dominus à te recedit. Quapropter Dauid inquit. Vt quid domine recessisti longè? Nam quemadmodum multi aduersus viduam, insurgere solent, quia neminem habet, qui suas partes possit defendere, nec causam suam agere: ita omnes dæmones & omnes creaturæ insurgunt aduersus animam Dei præsidio & auxilio destitutam. Vnde idem regius vates. Qui querebant animam meam, consilium fecerunt in vanum dicentes. Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat. Ideo idem ipse Dauid sapienter & grandi consilio orat, Ne proicias me, &c. Et quemadmodum barba in facie ipsius hominem honorat, sed si barba tonsor eam absciderit tunc conculcatur & despicitur: sic qui Deo est coniunctus laudatur, & honoratur: quando vero per peccatum à Deo separatur, despicitur & conculcatur ab hominibus. ¶ Præter eã quemadmodum discessu regis omnes qui sunt in curia, abeunt: ita cum Deus discedit ab anima, omnia bona opera, quæ peccator in statu gratiæ est operatus amittit & nullius sunt valoris. Nam si bene & attentè velitis considerare, grauisimū est malum: quod homo per totum suæ vitæ spacium ieiunauerit, orauerit, & elemosynã sit largitus: committens autem mortale crimè, omnia hæc opera irrita sint, & nullius valoris, atq; momenti. Bene quidè dominus dixit per Ezechielem. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatè: omnes iustitiæ eius quas fecerit, non recordabuntur, &c. Et Sapiens etiam, Si offenderit in vno, multa bona perdet. Remota enim radice charitatis, ex qua procedunt merita, remouentur & corrumpuntur fructus meritorum.

Exod. 35.

Psal. 9.

Psal. 70.

Psal. 50.

Exe. 18.

Eccl. 9. Iaco. 2.

Exo. 33.

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

[Redacted text]

hil sibi acquirere potest, quod æterna vita sit digni. Ab sit enim à me, ut cum sacrilegis & impijs Lutheranis velim dicere, quod omnia opera facta in peccato, sunt peccata: sed quod non potest promereri gratiam neque gloriam, etiam si multa bona opera possint facere, quibus bona temporalia possunt acquirere. Vxor enim Loth in salem conuersa est per peccatum: peccator etiam sterilis fit & mendicus, & manet ut terra sine fructu, quæ nullum fructum potest producere. Regi Iudæ postquam ciuitatem Hierusalem fugit, & captus fuit à Nabuchodonosore, oculi sunt erepti & eius filij interfeciti: & is captiuus ductus est in Babyloniã. Hoc idem efficit demon in homine, qui cum in statu tranquillo gratia sit, menti eius caliginem infert, ut sic mancipium factum, ad nihil aliud prodesse possit, nisi ut in illa misera seruitute captiuus maneat. Nullum maius malum aut grauius esse potest, quam peccatum: quandoquidem non solum ea mala quæ vidimus in anima efficit, verum quod magis dolendum est, post hanc vitam miserum peccatorem in gehennam ignis detrudit. Et ut semel concludamus, peccatum mortale ita infirmum, languidum & debile liberum arbitrium relinquit, ut nequeat omnia vitare peccata. Nã quem admodum sensitiuus appetitus, quia penitus rationi non subditur, non potest homo etiam si in statu gratiæ sit, omnia leuia peccata vitare: itã nimirum cum homo sit à gratia separatus, & ratio omnino Deo non subiiciatur, qui finis nostrorum operum est: nõ potest homo circa mediã non errare, & ita letaliter contra ipsum finem delinquere. Ideo Gregorius inquit, quod peccatum quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Chrysostomus etiam super illud, Soluite & adducite, inquit, Quod sicut nauis sine gubernaculo non vadit quo vult, sed quo tempore impellitur: ita homo diuini gratiæ auxilio perditõ non agit quod vult, sed quod diabolus ei intendit. Si igitur vnũ solum peccatum, quod primus noster parens commisit, vniuerso mundo tantum malum attulit: quanto maiora damna & incommoda animarum aduenient propter tot tantaque scelera commissa? Cum igitur iam viderimus, quomodo peccatum bono vtili & commo modo opponatur: videre restat, quomodo bono honesto etiam opponatur, quod quidẽ secundum malum est à peccato effectum. Peccatum

Gen. 19.

4. Reg. 25.

lib. 25. mor. cap. 11.

Mat. 21.

Gen. 3.

Hier. 2.

Psal. 43.

Iob. 1.

Esa. 14.

catum enim est malum quoddam vile & inhon est, nam ipsum peccatorem infamã etã inuirit, quod etia quicunq; peccat, diligenter curat, se abscõdere, & a nullo vult videri, nouit quippe quantum honorem amittat. Oppõnitur etiam bono delectabili: nã malũ quoddam est triste, & mœore plenum: itã ut non solum mortem æternam pariat, verũ etiam in hac vita nihil sit tristius & calamitosius. Non sinit Deus dedecus culpæ sine vindicta, multẽ enim molestia ipsum sequitur peccatum: Idẽ Hieremias. Scio, & vide quã malum & amarum est dereliquisse te dominum Deum tuum, &c. Nolo modo agere de poena, qua cruciabitur in inferno omnes peccatores: sed solum de ea poena & dolore, qui bus in hac vita malã conscientia torquetur: quam quidem quatuor acerrimis tormentis vndique agit. Primum est propriẽ conscientia morsus. Habet enim peccatum pessimũ finem & quosdam stimulos addat: ut ferẽ in desperationem adducat. Cum peccato finis imponitur: quam lassatus & inspidus homo manet. Veluti cum malum vinum bibit, cuius malum gustum & saporem in fine sentit. Peccatum est vinum quoddam ita forte, ut ipsum hominem amentem reddat, ebrium, & profusus omni sensu carentem, iuxta illud. Compertus est iumentis insipientibus & similibus factus est illis. Affert enim colorem quendam & suum, & delectationem ob oculis ponit: honorem, aut diuitias. At verd cum ipsum peccatum compleueris, remanet nescio quæ amaritudo, nec cor ipsum quiescere potest: & conscientia ipsa interius mordet. Quicquid modum in calamitibus & ærumnis quas passus est Iob, nunquã desuit, qui malum nuncium ad eum deportaret: ita ei, qui peccat, nusquam deest comes hic propinquus, ita ut etiam in grauisima perditione illud illi dicat & iacobum, & in ipsa morte vitam habere: qui simul cũ hoc ipsi peccatori ob oculos ponit bona, quæ amittit, quando in Deum suum peccauit, & miserum & infelitem statum ad quem deuenit. Est quippe flagellum quoddam, quod interius malos torquet, & pondus suum in eorum voluntatibus ad eos immittit. Erat vix allia Egypti degustata, quando iam statim incipit lachryntas suas maxillas irrigare. Hanc poenã per Esaiã Deus peccatoribus comminatur dicens: se traditurum Babyloniã in potestatem Echinidæ, ut cor eius vepibus & spi-

nis transfigat. Cru delis quidẽ spina, est mortis conscientia. Quod tormentum recte explicuit Iob, cum dixit. Cunctis debus suis impius superbit: & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille in insidias suspicatur. Non credit quæ reueris possit, &c. Exẽ plium satis appositis imũ habemus in Amõ, qui statim post commissum scelus cum forore Thamar, mœore maximo fuit confectus, nec illum amorem, quẽ antea eruit illum ostendit, sed potius eam odio habuit. Scẽdum tormentum quod peccatũ infert, illud est: verecundia scilicet & pudor, quo ipse peccator suffunditur: ita ut ab omnibus se abscõdat. Quem admodum mulier, quæ in facie aliquam maculam aut defectum habet, semper illum tegit, ne minus pulchra aut formosa appareat: ita quæ pulchra est, & decoro facie semper gaudet ab omnibus conspici. Itã Dauid diligenter curat suum peccatum palliare: iubet sibi Vriam aduocari: & iubet etiam ut in suam domũ eat. Postea verd cibos calidos illi mittit, ut luxuriam & libidinem excitet: tandem illum misere interim facit. Et hæc omnia Dauid fieri curauit, ut posset peccatum suum tegere. Liber autem ut hæc clarior reddamus ipsum Dauidem interrogare. Non nõ tu Rex es? Quis te peccati inculpã? Quis facit, ut tantas curas & labores tibi assumas? Respondebit vtique ipse pudorem & verecundiam peccati tanta sollicitudinis esse causam. Adam etiam statim, ut peccauit, cooperuit se folijs ficus, & fecit sibi perizoniam, ob hanc eandem causam. Tertium verd tormentum, idque grauius est timor ipse punitionis & vindictæ, nam sola ratio nõ ostendit, nec opus est ad id persuadendum si de aut scriptura. Considerat enim tunc homo Deum esse; eundemque rectissimum & æquissimum iudicẽ, qui in malos & impios grauitè & acriter debet animaduertere: vel in hac vita vel in futura: atque ita peccator semper timidus & pauidus vita degit. Fugit impius nemine persequente. Peccatũ enim carnifex est ipsius peccatoris. Videbis namque furem, vel qui aliud quoduis scelus commisit viso iudice statim fugere: cum nemõ illum persequatur. Arguit vtique cum peccatũ suũ. Quartus peccati dolor est, bellum illud ingens, quod inter sensituum partem & rationem ingenerat. Carõ quippe tunc suspensibilis incipit, ut ait Iob. Factus sum mihi metipsum I s grauis

Iob. 15.

2. Reg. 13.

2. Reg. 11.

Gen. 3.

Prover. 28.

4. Nr. 174

1. Cor. 13.

Ioan. 8.

granis: Nam ex eo domine quoddam aduersus te deliqui, & quoddam tibi contrarius fui, inde factum est, ut ego idem aduersus me bellum geram: postquam sensualitati arma dedi. Contigit enim mihi, ut ei, qui seruos habet agrestes, rusticos, & inurbanos, qui dum maiora beneficia illis confert, dum magis eos fouet, deterioris sunt conditionis. Ita nimirum sunt sensus nostri, qui dum magis delicijs & voluptatibus eos afficimus, deteriores & crudeliores sese nobis ostendunt. Quocirca impij qui iam in inferno torquentur, loquentes de dolore & tormento, quod propter peccatum in hac vita passi sunt, inquit, Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. ¶ Vides igitur iam quam malum & iniquum sit peccatum: quam doquidem omni bonorum generi opponitur. Et tandem ut semel concludamus ita malum est, ut nihil magis Deus abhorreat. Nam si dæmon perpetuo Deo est exorsus & in inferno torquetur, non est ob defectum creaturæ, quia ipsa bona est: sed propter peccatum. Nam si Diuus Petrus, qui Apostolus erat & Deo charus & dilectus, cum in peccatum illud incidit, si statim de vita discederet, non dubiam quin perpetuo illum Deus detrueret in tormentum inferni. Et ut altius rem hanc perpedamus, si in sanctissima Virgine Dei matre aliqua peccati mortalis macula inueniretur, non utiq; matris priuilegium eam ab inferno liberaret. Vel si in sacratissima Christi humanitate hypothese facta, per impossibile, Deus aliquod peccatum inuenisset, relegaret illam Deus in flamas inferni. Quid est quod Deus abhorreat nisi peccatum? Quare Deus animam sanctam ad imaginem & similitudinem suam in infernum mittit: nisi ob peccatum? O venenum pestiferum, & execrandum. Si tibi aliquis offerret vas aureum veneno plenum, nonne illud acciperes? Vtique, sed tamen venenum diffunderes, vas vero in commodum & utilitatem tuam acciperes, quia ipsum bonum est. Sed peccatum ita malum & deprauatum, venenum est, ut non solum ipsum peccatum, sed peccatorem & animam, quæ subiectum est, ubi peccatum residet, in gehenam mittit. Mirum quidem est, ut animam (quæ vas est incorruptibile & preciosissimum) in foedissimum inferni interquilinum præcipitet: nam peccatum sic ad eo pestimum venenum est, ut vas ipsum valeat polluere & contaminare. Viperæ enim non interficitur suo proprio veneno: nec Basiliscus, nec aliquis alius serpens, hæc qui-

dem bestia suo proprio veneno non interficitur: verò peccatum ita pestima conditionis & naturæ est, ut sua propria subiecta & subternicula penitus perdat & destruat. Nihil in hac vita est tantum incommodum, quam peccatum. Nihilominus tamen ne peccatori quantumuis maximo anxia detur desperandi: certissimè sciat & intelligat, quod etiam si peccatum tam malum sit & desestabile, ut iam retulimus: & peccatoris conditio & status tam miser & infœlix, nihilominus tamen maiore multo & præstantiore esse bonitatem & clementiam Dei: quandoquidem valet, è tam vilis & abiectio statu ipsum peccatorem eruere. Vincens enim & superans diuina clementia iniquitatem nostræ culpæ, & parcens Deus sui offensam, ipsum dæmonem eicit ab anima nostra, & iterum Christum reuertitur habiturus in eam. Tunc dæmon videns se possessione spoliatum, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens quietem & non inueniens dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui, & assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. ¶ Quando aliquis ex grati quadam infirmitate liberatus est, cum iam vires incipit recuperare, nisi diligenter sibi caueat iterum in agritudinem recidet. Sic multi post peccatum facile redeunt ad pristinum statum infirmitatis: quod multis modis contingere potest. Primum quia putant se iam sanos & valentes esse. Quia videbis aliquem qui febricitans largo tempore laborauit, cui si febris affectus vno vel altero die defecerit, inquit statim. Iam volo bibere & comedere vsque ad satietatem. Et iterum infirmitate laborat. Duo præcipua mala peccatum efficit. Primum separat animam à Deo, iuxta illud Esaiæ. Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum. Secundum vero quod efficit est, ut ipsa voluntas bonum creatum amplectatur. Primum gratia relârcitur, quæ amicum Dei hominem constituit. Secundum vero quod est ipsam voluntatem ad bonum creatum inclinari, hoc quidem non omnino sanatur: nam interius manent quædam reliquæ, & appetitus, & nescio quæ desideria. Et secundum tempus, quos in peccato fuistis detenti, secundum hoc sunt maiores vel minores reliquæ. Et etiam si cum gratia pristinam valitudinem recuperetis: nihilominus semper remanent quidam appetitus eorum rerum, quas antea diligebatis, quæ etiam in noua gratiæ valitudine quæ sese interdum phantasiæ representant. Atque ita etiam si peccator omnino in

Exod. 14.

Iud. 5.

Cant. 1.

in anima sanetur: ex hac altera non ita citius sed paulatim incrementum sanitatis suscipit. Sic nimirum quantum Deus filios Israel eduxit ex Ægypto, & introduxit eos in terram promissionis, nihilominus reliquit illis conuictinos Philistæos, quæ gens erat bellicosa: cum quibus interdum possent dimicare. Sic tibi peccatori quantumuis te è peccati tenebris eruat & liberet, nihilominus feroces & crudelēs inimicos relinquit: contradictionem, scilicet carnis & sanguinis, quibus bellum in eas. Ne igitur te omnino inuicem & sanam existimes: sed potius infirmitatem te iudicam, & ab occasione peccati recede. ¶ Secunda vero ratio: quare quis in peccatum relabitur est, quia debilem & languidam virtutem habet, cum infirmitas multum durauerit, & hunc quicumque ventus ad eum leuis proferat, vel robustus cibus, vel mala noxia. Et hic talis opus habet ut optimis & delicatis cibis pascatur: ut naturalis virtus ad suum robur & integritatem perueniat. Sic qui antea vitam maximis peccatis inuoluerit, si virtutis vires recuperare velint, optimis vescantur cibis: scilicet sacris rebus & concionibus inter sint, sanctos libros & spirituales legant, probis & rectis viris fatuantur, & sacramenta frequentent. Idem in Canticis habetur. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore languens. ¶ Tertio relabitur in aliam infirmitatem huius, quos diximus, quia nihil exercitium faciunt. Paralyticus enim opus habet ut paulatim se moueat: ut membra eius exerceantur, & sic sentire valeat. Sic qui ab aegritudine & affectu peccati liberatus est, bonis actibus & operibus sanctis se exerceat. Cum hæc omnia non adimpleantur, cum dæmon domum inueniat vacantem & scopis mundatam, redit peccator ad pristina peccata: & tunc sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Vidisti iam, quam malus sit status peccati? sed prior est secundus quam primus. ¶ Primum ex parte diaboli, secundum ex parte ipsius peccatoris, & tertium ex parte Dei. Ex parte diaboli quia magis crudeliter hominem tractat: & vigilantius obseruat illum. Contingit huic, quod homini in carcere detento, quem custos cum videat hominem esse probum & nobilem, non ita ut reliquos carceris & compedibus deuincit. Si vero iste talis modo è carcere fugerit, certum est, quod si iterum ad eundem carcerem reuertatur, magnam custodem habitu-

rum curam & vigilantiam circa eum custodiam. Et si antea simplici cathenis illum deuinciebat, modo duplicem addet. Et si antea per noctis silentium & quietem eum non visitabat, modo omnibus noctibus illum adit, & videt an aliquid machinetur, vel quo possit compedes frangere, vel carcerem fugere. Hoc idem dæmon cum peccatore efficit. Nam prius cum in sua potestate hominem tenuerat, paruam curam & diligentiam adhibet circa eius custodiam, fugit igitur à dæmonis captiuitate & illum irridet. Si vero ita fueris infœlix ut iterum ad eius captiuitatem deuernas, secundam conditionem & fors peior est quam prima: addet quippe maioris ponderis cathenas, vigilantius te custodiet. Nam si antea vnam aut alteram offerebat retractionem, modo quinquaginta subferret: & porticus claudet, quibus prius effugisti. Si vero videat quod familiaritas studioforum ab eius captiuitate seuoacant, ipse diligenter curabit ne iterum cum illis familiaritatem in eas. Si vero videat quod sermones audiendo liberatus es, ipse alio mentem seuoacabit & distrahet. Et hoc modo omnes portas claudet, quibus prius te ab eius manibus eripuisti. Quod intelliges ex eo, quod dicit Euangelista inquit: Nam cum antea hunc hominem vnus dæmon possideret, foras expulsus Dei gratia, iste dæmon deinde eum rediit, alios septem secum attulit, & habitauit ibi. ¶ Secundum ex parte peccatoris peior efficiunt hic status: quia ex consuetudine peccandi comparat sibi habitus pestimos: & sic difficilius conuertitur & disponitur ad gratiam. Solet enim conringere ut sepius vel per creditores, vel causa furti, vel alieius criminis aliquis in carcerem deducatur, & hic talis iam frontem indurauit & verecundiam amisit, & ex consuetudine nec cathenas sentit, nec detentionem in carcere: imo gaudet in illo. Contingit aliquando, ut vestem habeas ita vetustam ex nimio ipsius vsu, ut si aliquam rupturam habeat, non possis eam resarcire: quia ita debilis & tenuis est, ut nec filum sustentare possit nec acum. Ita sunt multi homines, qui ex nimia consuetudine peccandi, ita debilem animam & languidam reddiderunt, simul & ipsius virtutem, ut nec prædicatorum monitiones, nec Dei inspirationes valeant animam eorum reserere, nec à peccatis se mouere, & omnia hæc labor perditus & otiosus illis videtur. Idem Dauid. Cor mundum creata in me Deus.

Psal. 50.

Deus.

Enarr. in Cap. XI.

Deus. Habeo domine cor meum ita destrutum & perditum peccati consuetudine, vt vt sit mihi opus, vt aliud nouum in me renoues. Fac mihi aliam vestem nouam; & nouo indumento me indue, nam hoc ita habeo ruptum & perditum, vt vix possit refarciri. Aspicte igitur o peccator, quod in priori statu bellum gerebas contra mundum, demones, & carnem: si verb peccatis nimis de detis opera, iam alium prater hanc triadicta aduersus te prouocasi inimicum, qui mala consuetudo est. Hae mala consuetudo hostile & inimicu bellum tecum iubit, & ducet te post se: & in eu statum miserum & infelicem deducet, vt malitiam peccati non sentias: sed potius peccata tanquam vinum imbibas, & cum habitu miserum & iniquum efficiet, vt difficulter & cum maxima vi possis ad Deum conuertere. Sic Ieremias. Si potest Aethiops mutare pelle sua. &c. Et in Proverbijs. Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Et iterum Ieremias. Frus mulieris meretricis facta es, noluisse erubescere. Haec impudicia & obstinatio peccandi euenit, quia ad peccata priora redimus. Tertio iste status secundus peior est priori, ex parte Dei: quia magis derelinquitur a Deo talis peccator, qui ad peccata priora iterum accedit: & Deus minorem curam erga illius salutem habet. Quae admodum medicus, qui in firmum curat, postquam eum in priuam valetudinem restituit, & vires iam in dies recuperat infirmus, medicus ipse regulas & praeccepta ponit, ne grossiores cibos, pisces aut alia nocua sibi assumat. At vero si medicus aliquantum negligens fuerit, & non semper cum infirmo adit, ipse infirmus saturabitur eois nocuius: & in eandem infirmitatem recidet: vocatur iterum medicus, & quantum valetudinem restituit, ipse infirmus, qui nullam regulam circa suae salutis curam obseruat iterum aegrotare incipit: & ita sepius atque iterum in infirmitate labitur, vt medicus fastiditus dicat, Quare tu infirmus: qui de tua valetudine post haec cureris, nam ego nolo id agere. Relinquit illu medicus, quasi desperatus de sua salute, vt potest qui semel atque iterum medicamenta adhibuit, ipse tamen infirmus vt incautus & ames, eius consilij acquiescere noluit. Ita Deus solet facere cum peccatore, cui cum multoties veniam condonet, & suis peccatis medeatur: ipse tamen praecipiti cursu iterum in peccata fertur. Quocirca merito & optimo iure do-

minus per Ieremiam inquit. Curauimus Babylonem, & non sanata est, ecce relinquamus eam. Et ad Hierusalem. Quis miserabitur tui Hierusalem: aut quis ibit ad rogandu pro pace tua? Tu enim me dereliquisti dicit dominus: retrorsum abijisti. Ac si diceret. Nolo incepsum iam medicum adhibere. In Ecclesia stico etia dicitur, Languor: prolixior grauat medicum: sed breuem languorem praedicat medicus. Ita nimirum medicus ille caelestis & diuinae manus suam compressit, nec medicinam applicauit Pharaoni regi Aegypti: quem cum septies curasset per purgationem plagatum & tribulationum, & ipse ad se reuenteret, & poenitentiam faceret de malo praeteritico: postea iterum aegrotaret, decreuit Deus deinde illum amplius non curare, quandoquidem vt incautus aegrotans, nullam regulam nec praecceptum ad suam salutem conducens obseruabat: atque ita cum medicina illi deficeret, miser, & infeliciter perijt. Reliquit illum dominus ob multitudinem peccatorum: quia huiusmodi peccatoribus denegat non solum auxilium efficax ad conuersionem (quod quidem omnibus denegatur, qui non conuertuntur) sed etiam aliquibus ob grauissima peccata denegat auxilia multa ex antecedentibus: vt sunt praedicationes, admonitiones, tribulationes, miracula & alia id genus: quibus Deus inuitat & allicit peccatores ad poenitentiam. Tamen Deus propria summa misericordia non destituit quemquam omnibus suis fauoribus & auxilijs, teperat enim rigorem suu iustitiae. Quauis vero, simile sit, & ante nos non contemnendi auctores tradiderunt esse certum numerum peccatorum ita magnu, & aliqua peccata ita graua: vt cum ea homines commiserint, Deus eos iam despiciat, neque curam illam & sollicitudinem paternam illis exhibeat, quam praestat alijs peccatoribus. Ideo tales difficillime poenitent, Perdes enim operam & tempus, si velis hos corrigere. Sic Cain quia interius derelictus est a domino, non correptus est. Sic etiam de filijs Heli dicit scriptura, quod non audierunt voces patris sui: quia voluit dominus occidere eos. Et ideo Spiritus domini continuit Apostolos ne praedicerent in Asia: quia nondum erant digni, vt de ipsorum vita prouideri posset. Huiusmodi peccatores quasi miraculose spiritaliter sanantur. Intellege autem quando scriptura ait de multis quod non possunt poenitere de suis peccatis, secundum

Ierem. 51. Ierem. 15.

Exo. 10.

Eccle. 14.

Aug. lib. de vita Chrsf. ca. 3, & 4. Adria q. 1. de Peniten. Caier. 1. 1. ca. 8. q. 3.

Gene. 4.

1. Reg. 2.

Act. 16.

Gen. 37.

Iohan. 11.

secundum communem legem, sed tantum secundum super excellentem misericordiam. Nulli enim in hac vita quantumuis grauissimo peccatori clausa est via salutis. Verum tamen est, aliquos adeo esse graues & maximos peccatores, & ita in peccatis suis in vramis aurem dormire, vt nisi Deus secundum pre excellentem suam misericordiam maioribus & plenioribus & vehementioribus suae gratiae auxilijs, quam sint communia, eos ad poenitentiam conuerteret, & potentius & benignius eorum corda emolliat, & obstinates voluntates infringat, nunquam in meliorem mentem redibunt. Indigent namque huiusmodi peccatores vtriusque auxilijs & antecedentibus & concomitantibus auctoribus & cooperantibus. Atque hinc poterit vtrunque explicari, quare huiusmodi peccatores se non possit, vt se conuertant & poeniteant. Possunt tamen in sensu diuino, id est simpliciter & absolute poenitere: nam poterunt cum voluerint habere auxilium Dei efficax ad resurgendum: quauis hoc difficillimum & ferre impossibile sit illis. His igitur tribus causis satis constat quomodo status secundus peccatoris, peior sit & deterioris conditionis, quam prior: quod satis etiam ostensum est in nouissimis hominis illius. Cauendum igitur est ne post haec peccatis & flagitijs nosmetipsos maculemus, & maximè illud fugiendum nobis est: vt peccata peccatis addamus. Sed de his haec tenus. Iam vero historiam prosequamur, & audiamus Euangelistam dicentem. Factum est autem cum haec diceret: extolens vocem quadam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & ubera quae suxisti. Non est dubium nisi quod audientes haec Pharisaei cruciabantur. Solet dominus inuidos alieni boni torquere: augendo bona eis, quibus inuidetur. Inuidebant filij Iacob Ioseph, eo quod maior amore illum pater prosequeretur: & immisit Deus in illum somnia quibus somnijs magis ipsi torquebantur. Non contentus fuit Deus eo solo, vt a patre Ioseph maiorem ore prosequeretur: sed ostendit etiam fratribus eum praepositu esse regno, duobus somnijs. Vbi debes aduertere quod non desunt aliqui, qui impijs narrent bona ventura eis, quibus inuidet. Quae admodum de Pharisaeis apud Ioan. legitur quibus tanquam inuidis voluit dñs resurrectione Lazari narrari: qui statim moti sunt, & concilium inierunt, vt ipsum interficerent. Sic nunc cum inuidebat

Christi miraculis Pharisaei isti, vt vehementius interius torquerentur suscitauit dñs spiritum cuiusdam mulieris, quae alta voce in Christi laudes prorupit. Magnus quidem doloribus & cruciatibus inuidi torquentur. Quare elaborandu maximè nobis est, ne talis bestia animu nostru inuadat. At tene autem diligenter & considera virile animu & peccus huius mulieris, quae quidē ausa est Christu laudare alta voce inter suos inimicos, cum adeo potentes essent. In hoc enim videbis miracula Dei opera: na vt inquit Apostolus, in finima mundi elegit Deus, vt fortia quaq; confundat. Magnas quide victorias Sanson simul & trophaea reportauit de Philistaeis: sed videas quod vires illas ingereis in capillis habebat, quae pars erat imbecillis in corpore: non in brachijs na in firma mundi eligit Deus, & c. vt magis in suis operibus extollatur & laudetur. Et ideo etia voluit superbū & ferocem Holoferne per brachiū imbecillis mulieris interficij propter quod ipsa Iudith intelligeret Dei viribus id effectū fuisse ob insignē victoriā, canere incepit Deo & dixit. Non excelsi Gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari dissoluit eum. Etiam posset Deus populum suum Israeliticum liberare a tyrannide Amal multis vijs atq; modis, sed noluit nisi vt Hester intercedere saluus esset. Nec minus voluit tribuere victoriā Syrae duci Barac, nisi mulieri cuidam nomine Iael: quae vxor erat Aber Cinei. In hoc voluit Deus ostendere suam mirabilem potentiam, nam cum hic esset tanta gentium multitudo, voluit è medio omnium mulierem surgere, quae non timēs iram & furorē scribarū & pharisaeorum sanctissimam Christi matrem mirabilibus laudibus extulit. Sapienter quidem & prudenter mulier haec virginem laudat. Non quidē laudat maximā suam fidem, non profundam humilitatem, non feruentem charitatem: non audet virtutes virginis laudare, quia hoc esset altū pelagus & profundū mare ingredi, vbi sine dubio esset illi periclitandū. Obmutesceret quidē si vellet agere de virtutibus suae animae sanctissimae. Ideo praeteriens has omnes mirabiles animae dotes, & tantā pulchritudinem quā laudare non audeat: canit corporis laudes, cuius virtutes laudat. Atq; ita diuino consilio Spiritus sanctus postquam retulit perfectionem capillorum eius, oculorum, oris, colli, & manum concludit dicens, Absq; eo quod intrinsecus latet. Laudauit ea quae exte-

1. Cor. 1.

Iud. 16.

Iudith. 13.

Iud. 16.

Hester. 7.

Iud. 4.

Can. 4.



hiora erant, nam interiora animæ, ita sunt mirabilia & diuina, ut facienda foret satis quædam proluxa & inaudita narratio, ita ut omnes creature in admirationem raperentur. Quomodo enim ille, qui solem conspiceret vult, ponit ante oculos ipsam manum, ne luce offendantur, præcipue si infirmos eos habeat, quia excellens sensibilis corumpit sensum: ita nimirum lingua nostra & sensus omnes conturbantur & confunduntur coram excellentia tantæ & ram diuinæ claritatis Virginis Mariæ: quam si homines vidissent, non multum si aliqui errore ducti idololatriam sequerentur, & tanquam Deum adoraret. Hac ratione existimo ductum fuisse Moysen, qui cum describeret rerum omnium creationem, nihil de creatione Angelorum retulit: nam cum populus ille Hebræus nimis esset deditus idololatriæ, timuit ne si audiret puritatem & excellentiam perfectionis Angelorum illorum ut deos coleret. Sic Ioannes Euangelista videns pulchritudinem & splendorem vnius Angeli, voluit illum adorare, quod quidem Angeli prohibuit. Multo melius hoc alij homines fecissent si Angelos viderent suo fulgore resplendentes. Scimus namque Gentiles errore ductos, videntes Solis pulchritudinem & Lunæ hos planetas ut deos colebant. Quanto potius Virginem sanctissimam adorarent, si puritatem & gloriam suæ animæ simul & munditiam corporis, quæ maior erat quam omnium Angelorum? Quid facerent ij, qui Lunam ut Deum adorabant: si Virginem viderent, multo pulchriorem & formosiorē ipsa Luna? Itā existimo, quod quemadmodum Deus hac ratione noluit ut Moyses scriberet pulchritudinem & creationem Angelorum: hac eadem ratione abscondit & occultauit Deus corpus Moysi, ne populus ille in idololatriam se converteret, cum vidisset mirabilia magna quæ fecerat in Ægypto, & in mari & in deserto. Itā inquit Diuus Iudas demonem & Archangelum Michaelē decertasse propter corpus Moysi. Nam dæmon volebat corpore offendere populo, ut ipse populus idololatraret: & Deus offensus esset. At vero sanctus Archangelus ipsum celebrat e locū dare offensa Dei, Et propterea cum conueniens esset ne corpus Moysi manifestaretur, nec puritas & excellentia Angelorum describeretur, multo potiori ratione decens fuit ne Virginis perfectiones & virtutes describerentur, quandoquidem longo intervallo reliquas om-

Gen. 1.

Apo. 19.

Iuda. 1.6.

nes creaturas antecellit. Ideo Hieronymus ait. Quidquid in Maria gestum est, totum puritas, totum veritas, totum que gratia fuit. Ita hæc deuota & pia mulier silentio præteritis animæ laudes, corporis dotes extollit, magnificat & laudat: cetera relinquens laudanda ei, qui eam condiderat. Et ita inquit. Beatus venter qui te portauit. Laudans ventrem, omne corpus laudat: nam si venter beatus est, beatū etiam erit caput, pedes, manus, & anima. Principium enim & organum peccati venter est, in quo homo concipitur in peccato, & maledictionem ab ipso ventre secum trahit. Ideo Psalmista. Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab utero, loquuti sunt falsa. Et Dauid cum Deo loquens, implorans suam misericordiam, imbecillitatem suā in medium proponit & illam offendit: conceptioni suæ tribuens culpā dicens. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ac si diceret. Ne mireris Domine, quod ego peccata actualia habeam, quandoquidem in peccato originis sum conceptus. Vnde Diuus Augustinus contra Iulianum ait. Profecto si Christus minor existens originale peccatū habuisset: gradioris ætatis accessu, actuali non caruisset. Sequitur ergo quod si beata Virgo habuit originale peccatū maioris fuisse virtutis & præstantioris quam Christus: quandoquidem cum concepta esset in peccato, eā virtutem habuit, ut tueri se posset atque defendere ab actualibus, quod Christus non fecisset (ut Augustinus ait) si conceptus esset in originali peccato. Et si quidem Virgo beata actualibus se non miscuit peccatis, bene concluditur nec originali fuit defædata: quandoquidem non ipsa melior erat quam Christus, qui si originale haberet, actuali non caruisset. Et ita. Dauid culpam suorum peccatorum originali tribuit. Et sic mulier hæc diuino illustrata spiritu Virginem laudat ab origine & principio culpe, qui venter est: quem beatum dicit. Nam si venter, qui origo est male dictionis, & corruptionis principium, & culpa fons, benedicitur & laudatur: nullum vtique erit dubium nisi quod benedicti erunt etiam oculi, os, & manus. Quoniam si ingrediens domum magnatis aut diuitis alicuius minora vasa argentea videres, iudicares statim illum esse hominem diuitem. Sic de Salomone ait scriptura quod fides, candelabrum, & clauis portarum ex purissimo auro erant confecta. Quod si minora tem-

Ser. Asp. Virg. Mar.

Psal. 57.

Psal. 50.

3. Reg. 7.

2. Part. 9.

3. part. 9. 27. art. 4.

pli vasa aurea erant, quid esset de Cherubim & de altari sancta sanctorum? Laudas quidem ea, quæ minora erant in templo: maiora etiā extollere videtur. Itā etiā in alio loco laudas scripturā diuitias & potentiam Salomonis inquit etiā scabellū pedum eius aureum esse; & sedes omnes & reliqua omnia, quæ ad ornatum & cultum domus spectabant ex purissimo auro esse confecta. Quid obsecro de vase esset, vbi ipsi regi vinum apponebatur: vel ex qua materia putas essent patinæ, vbi cibi apponebantur? Itā cū mulier hæc ventrem virginis laudet (qui in alijs solet esse organum peccati) & benedictum eum appellans: exinde etiam videtur laudatē oculos, os, & reliqua omnia, quæ in virgine erant. Hinc clarè colligitur & constat virginem matrē prorsus alienā & immunē fuisse ab omni peccati genere. Beatus venter, beati corpus, beata anima, & beata denique est benedicta, cuius venter, qui principium & origo peccati esse solet benedicitur. Cur ergo beatus? Quia te portauit. Nam basis & fundamentum omnium beneficiorum & meritum virginis inde ortum habet, quia in Dei matrē fuit electa. Nā venter beatus est; quia Deum in eo portauit. Si immunis fuit à peccato originali, inde euenit, quia erat mater Dei electa. Si virgo simul & mater extitit: factum id est; quia Deū in utero tulit. Si exaltata est à Deo super omnes choros Angelorum, ob eandē rationem dicta factum id est. Hęc est origo & fons vnde promanant omnia beneficia & dona quæ illi à Deo sunt concessa. Quocirca mulier hæc reddens causam & rationē quare venter virginis benedicitur, inquit esse causam, quia Deum in ipso portauit. Vnde visum est sanctis patribus magnum inconueniens dicere, ventrem illi qui Deum in se receperat consumptum fuisse à vermibus. Atque ita in hanc veniunt sententiæ scilicet; quod beata virgo corpore simul & animā cælū cōscendit. Quandoquidem minus erat rationi cōsentaneum, vt virginis viscera, quibus verbum Dei carnem induerat, in cinerē & puluerem conuerteretur. Et hac eadem ratione habuisset peccatū a Deo, nec originale quantumuis minimam: si peccatū haberet non esset, donec & facticior, vt mater Dei esset: & ita inquit ille iustum esse, vt ab omni profus veniale peccato liberaretur ad hoc vt esset mater Dei. Si igitur inconueniens est hæc virginē habere veniale peccatū, vt sit mater Dei;

maius quidem inconueniens esset si originale habuisset quod deterius est. Veniale quippe non separat nos ab amicitia Dei, nec gratia tollit, nec aliquam gratiæ partē. At vero originale peccatū subtrahit gratiam, & inimicos Dei nos constituit & cōsortio diuino nos priuat. Si igitur diuus Thomas magnum inconueniens putauit, ponere in virgine matris peccatū veniale: quare etiam non habuit inconueniens ponere originale, cum deterius multo sit veniale? Quapropter nos dicimus & firmiter credimus, quod ad hoc, vt apta & idonea beata virgo posset esse matri Dei foriari & firmiori ratione cōueniens erat, vt originali caruisset. Cum quæ beata virgo dignissima fuerit Christi mater non dubitamus, nisi quod quemadmodum nullum habuit actualē peccatū mortale; nec veniale, ita etiam nec originale habuisse, à quo quidem liberaliter singulari quodam priuilegio & beneficio immunis fuit. Decuit enim virginem (ait Anselmus) ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Quod profecto diabolus bene nouit, & ideo primos fontes obliuiscere conatus est sciens quod nisi à purissima matrē Christum nunquā fore nasciturū. Purissima igitur ab omni labe decuit fore matrem Dei; cuiusque felicissimū ventrem, quippe qui Christum Dei filium portauit. Neque beatus fuisse, si huiusmodi donum præseruationis non habuisset. Beatus enim status est omnium bonorum aggregatio: perfectus Augustino autē. At vero quia in hoc opere non prædicato de Trinitate. Ang. lib. 13. tit. 6. de hac resufficiet: quandoquidem ita de laudibus virginis: & de eius purissima conceptione magni codices sunt memoriæ traditi. Et etiam si nos longiori oratione digredi possemus occasione data ex his verbis, quæ mulier dixit, tamen ne prolixi simus, id decreui alijs relinquere. Iam vero quid Christus huic mulieri respondit, audiamus. At ille dixit. Quinimo intelligitur non contradictione, sed assertionē. Ac si diceret. Non tantum est illa beata, quæ me portauit in utero suo: imo etiam beati illi sunt qui audiunt verbum Dei. Non negat beatum ventrem, & beatā vbera: sed potior beatitudinis ratio adijcitur & formalis; dicens. Beati qui audiunt verbum Dei. Est hæc beatitudo diuis ratio cōmuni omnibus electis, & maximè conueniens beate virgini. Itaque magis cōmendatur virginis laus & cōmuni in genere per hæc filij verba: quam fuerit in specie

S. Thom. vbs supra art. 1. ad 3. & art. 2. ad 2.

Anselm. de conceptu virg.

Aug. lib. 13. tit. 6.

specie cōmendata per verba mulieris. Quoniam verbis Christi laudata est ex parte animæ, verbis autem mulieris ex parte corporis. Præterea his verbis concepit spirituale prætulit conceptui corporis. Itaque quod nec virgini gloriosa profuisset ad salutem esse secundum carnem matrem filij Dei, nisi Christum in mente spiritualiter concepsisset. Ideo beatorum concipiendo Christum mente, quam veterem. Hinc poteris discere, ne praesumas de aliorum propinquorum sanctitate quæ tibi non prodest: nisi eorum virtutes sectari cupias. ¶ Adverte vero quod cum omnes homines naturalia appetant beatitudinem: hic Christus, ut optimus præceptor & magister ostendit omnibus, in quo consistat beatitudo. Nullus enim adeo barbarus & immanis ille sit, qui beatitudinem non cupiat: Ipse namque seculi huius arumina & afflictiones, labores & pericula cogunt felicitatem & beatitudinem exoptantibus & animus suapte natura cupit esse felix. Si enim Adam felicitatem appetiuit cum esset in loco ameno, & voluptatibus affluenti: quid nos miseri facere deberemus in tam ingenti miseriarum abyssi? Igitur cum omnes natura sua desideret & appetant beatitudinem: grandis fuit & difficilissima inter Philosophos questio, quæ esset beatitudo hæc summa & beata felicitas, in quo illa consisteret, quia cuncti ita anxie & feliciter sibi cupiebant & summis votis desiderabant. Ideo hæc questio in infinitum abire cepit: adeo ut de hæc dupliciter octoginta octo Philosophorum sententia inveniuntur. Quas omnes Marcus Varro colligit, teste Augustino. Dicitur Ambrósio ait, quosdam Philosophos beatitudinem constituisse si nullum dolorem aliquis patiretur: aut sentiret: ut quidam Philosophus nomine Hieronymus dicebat. Alij vero in rem scientia illam constituebant, ut Herillus, qui esse audiret ab Aristotele & Teophrasto mirabiliter esse laudatam rerum scientiam, solam eam quasi summum bonum collocavit: eum illi quasi bonum, non quasi verum & stabile bonum laudaverunt. Alij ut Calpho & post eum Diodorus ita dixerunt, ut alter in voluptatibus, alter in vacuitate doloris confortium honestatis posuerint, eo quod sine his non possit esse vita beata. Non item Stoicus solum bonum appellavit id quod honestum est. Aristoteles vero & Teophrastus & ceteri præcipue in virtute quidem, hoc est, in honestate beatam vitam esse dixerunt: dixeruntque

tiam beatitudinem completi corporis voluptatibus atque externis bonis. Possidonium Philosophus Stoicus inter bona felicitatis opes constituit. Sed hæc omnia tanquam à proprio sine aberrantia, & veritatis scopum non attingentia, ipsa eadem veritas qui Christus est dicitur & condemat: qui inquit. Væ vobis divitibus: Væ vobis qui ridetis: Væ vobis cum laudaverint vos homines, &c. Beati pauperes: Beati qui persecutionem patiuntur, &c. ¶ Et in primis quod in divitijs non possit esse beatitudo, clare satis ostenditur: nam cum beatitudinis sit appetitum satiare, nihil minus, quam hoc divitijs ipsis convenit. Nam ut in Ecclesiastico admonemur, Avarus non implebitur pecunia. Quæ de causa quandam infinitatem earum cupiditas secum habet, quæ ratione ipsi beatitudini est contraria. Beatitudo enim quanto perfectius possideretur, tanto eius perfectio suavis degustatur: atque adeo tanto vehementius amorem ad se rapit & allicit. Divitijs vero contrario modo se habet, nam quo plures possidentur, eo magis illarum insufficientia & evidentius percipitur, quia alia & alia desiderantur. Neque vero in honore qui bonum est animæ consistere potest beatitudo. Est enim honor virtutis præmijs, qui idcirco à nobis expectatur quia virtutis testimonium & indicium est. Et hac ratione homines à sapientibus honorari cupiunt: quod circa virtus præstantior est & sublimior quam honor. Et ideo non debemus nimis honore sectari, qui vmbra virtutis est, sed ipsam virtutem: ut nobis statim honor cum ipsa adveniat. Nam quemadmodum illum, qui versus solem ambulat, statim ipsa vmbra cõbitatur: ita virtutem ipsam sectantur, honor statim aderit. ¶ Multo autem minus collocanda felicitas est in bonis corporis, nempe in voluptatibus & delicijs. Delectatio enim non est per se bonum, sed nutritio: cui sagax natura delectationem adiungit, propter illius necessitatem. Nec per se bona aut mala esse delectatio: sed malitiam vel bonitatem sortitur à re illa, ad quam consequitur. Igitur bonum illud, à quo voluptas bonitatem sortitur, præstantius est ipsa. Quapropter non potest beatitudo consistere in voluptate: & multo minus in ea, quæ sensus est. Nam bonum, quod sensu percipitur, non est bonum hominis perfectum: ut potest cuius propria species sit esse animal rationale: quod utique habet ab anima. Ex quo fit, ut bonum corporis non attingat ipsam hominis per-

nis perfectionem: atque ideo voluptas, quæ sensu percipitur, multum ab hominis felicitate degenerat. Ex his iam claris constat omnes illos Philosophos maxime à veritatis via aberrasse. Et quid mirum quod tantum aberrarent, qui sine lumine fidei ambulabant: cum videas nunc multos, qui radijs & luce fidei sint illustrati, qui quæ Christianam religionem sunt professi, circa beatitudinem aberrare? Qui Christum in baptisate ducem iuraverunt: discunt vero in schola Epicuri, Diodori, & possidonij & facti eorum discipuli, miserorum eorum errores in sequuntur. Beatitudinem suam constituunt & collocant in divitijs, voluptatibus, & carnalibus oblectamentis. Divites quippe beatos, pauperes vero miseros & infelices iudicant, & à Deo derelictos. Beati (inquit Christus) pauperes, Beati, qui lugent, Beati, qui persecutionem patiuntur, &c. At vos facti inimici crucis Christi beatos tantum divites dicitis. Certe si mores hominum consideraveris, si attentè videris curam & sollicitudinem divitiarum anxiam, quæ animos multorum velut cathenis & vinculis ligatos habet: non eos Christianos iudicabis, sed potius Possidonium, aut Epicurum. Vnde egregius Psaltes de talibus ait, Quorum filij sicut novelle plantationes in iuventute sua: filia eorum compositæ, &c. Beatorum dixerunt populum, cui hæc sunt. Tu vero rex sancte David, ais hæc esse hominis beatitudinem? Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Multi enim sunt Christiani, quorum dominus non est Deus, sed Epicurus, Diodorus, aut Possidonius: quorum disciplina nondum extincta est: nondum perijt. Nam in regalibus curijs plurimos nobiles inuenies legentes & docetes publice doctrinam Epicuri. Videbis tot deliciarum inuentiones, tantam voracitatem, tot cibos, mille artes patandi escas, tanta rerum monstra, ut facile credas quod isti Philosophorum via & regulas sequantur, existimantes nullam aliam post hanc, nobis manere partiam: cum horum beatitudo venter & guttur sit. Hos omnes cecos & stultos philosophos, & eorum discipulos impios Chisticolas summa veritas Christus Redemptor noster vnico ictu ferit & iugulat dicens. Beati pauperes, & qui audiunt verbum Dei. Ac si dicat. Tantum abest, ut beatitudo in his rebus, quæ mundi admiratur collocanda sit: ut in eorum mundus fugat & reiectione sit posita. Pendet enim nostra felicitas ex noticia Dei: quæ cum sit causa rerum non sal-

lit. Hoc autem sit per verbum Dei quod dicit nos in Dei notitiam: & hæc dicit nos in operationem & demum in vltimam felicitatem & gloriam, ad quam tendimus & propter quam creati sumus: quæ quidem cum summum bonum sit, nullum secum comparitur malum. ¶ Aduerte autem quod beatitudinem dixit esse in auditione verbi Dei: quia sicut fructus virtute sunt in semine (ut Philosophus ait) sic beatitudo æterna est in auditu verbi Dei: quia est origo, initium, & radix beatitudinis. Primum enim est audire verbum Dei: deinde credere, postea operari: & tandem propter merita bonorum operum possessio beatitudinis celestis. Quomodo (inquit Paulus) credent in quem non audierunt? & quomodo audient sine predicante? & quomodo predicabunt, nisi mittantur? Ergo fides ex auditu. Et per fidem operatur bonum, quia hæc docet, quid credendum, & quid agendum sit. Per bona autem opera in charitate facta peruenitur ad beatitudinem, quæ ab auditu verbi Dei procedit. ¶ Præterea beatitudo est in auditione verbi Dei, tanquam in signo: maximum enim signum est quod quis in beatitudinem sit electus, & prædestinatus, quod audiat libenter verbum Dei, dicente Christo. Qui ex Deo est verba Dei audit. Et ut à contrario sensu intelligeremus, magnum esse reprobationis signum nolle audire verbum Dei, subdit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et alibi nolentes recipere Apostolos, nec audire verba eorum grauiiores pœnas illos manere, quem civitates illas Sodomorum & Gomorrhæorum. Et Ioannes dicit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum audit nos, qui non est ex Deo non audit nos. Habent verba diuina nescio quid diuini: pater ni amoris, quod audientes Dei filij, qui ad æternam beatitudinem destinati sunt, in ipsis agnoscunt, & gaudent & exultant. Cum quæ verba diuina in se contineant omnium malorum spiritualium remedia, & omnium virtutum & totius perfectus spiritualis documenta & ex eis maxime liceat agnoscere, quæ ad Deum, quæ ad angelos, quæ ad sanctos omnes & ad ciuitatem illam supernam Hierusalem spectant, dum ipsa legere & audire delectat, & eorum gustu & desiderio quis afficitur, hoc ipso & filium Dei, & confortem electorum, & ciuem illius patriæ beate secundum æternam prædestinationem, se esse probat. Vnde & David à Deo electus dicebat. Quam dulcia

Gen. 3.

Aug. 19. ci. vi. cap. 1. Ambro. li. 2. officio. ca. 2.

Luca. 6.

Mat. 5.

Eccle. 5.

Matth. 5.

Psal. 143.

Roman. 10.

Ioan. 8.

Matth. 11. 1. Ioan. 3.

Psal. 118.

faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Verum nō in eam cogitationem satis ineptā incidas, vt putes satis esse audire verbū Dei: sed opus etiam esse, vt illud custodias, & obserues, audi quid deinde dicat. *Et custodiunt illud.* Nō satis est ad beatitudinem consequēdam audire verbum Dei, & credere: nisi bona opera adhibeas, vt verbū rectē custodias. Custoditur autem verbum Dei à nobis bonis operibus, quemadmodum ignis seruatur in fomite. Vnde beatus Ioannes in Apocalypsi cum dixisset. Beatus qui audit, & qui legit verba prophetia huius: protinus adiecit. Et seruauit ea, quæ in ea scripta sunt. Iacobus etiam estote factores verbi & non auditores tantū, fallentes vobismetipsos: quia si quis auditor est verbi, & non factor, &c. Et Paulus, Non auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Hinc est quod scientia hæc nostra, quæ habetur ex verbo Dei (quæ loquor spatio reliquis omnibus scientijs præstat) inter sciētias practicas numeratur, id est operatiua: quod non propter scientiam tantum, sed propter operationem à Deo nobis datū sit. Hunc locum coram oculis tibi cōstitue aduersus impios & nefarios illos legis Christi subuertores, qui dicunt, solam fidem ad salutem sufficere. Ad idē facit & illud Matthei.

**Matth. 7.** Omnis qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domū suam supra petram: Eadem verba in superioribus etiam habentur in nostro Luca. Et in capite sequenti. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Nō igitur satis est audire verbum Dei & credidisse, nisi adsit verbi adimpletio & executio. *¶* Obserua etiam quod non dicit. Qui audiunt, & custodierunt: sed qui audiunt & custodiunt: vt intelligamus solos perseverantes audiendo & custodiendo esse beatos. Parum enim est audire verbum Dei, & custodire illud per aliquod tempus: si non persistēt, custodiendo illud. De talibus nanque in superioribus dixit Christus. Qui secus viā: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum. *¶* Alij etiam suscipiunt verbum, & per aliquod tempus credunt: sed in tempore tentationis & aduersitatis recedunt. Hæc iam latius explanauimus in capite octauo. *¶* Opus igitur est, vt custodias verbum Dei, vt maturo tempore fructum cęrumplum afferas. Nam sunt multi, qui audiētes verbum Dei incipiunt bene operari: sed pauci vsque in finem

perseuerāt. Custodiūt: verbū aliquando, sed modo iam non custodiunt: quod quidē satis non est ad beatitudinem consequendam. Nā qualem te inuenerit mors, talem te iudicabit dominus. Quapropter opus est perseverantia: & vt omni tempore sobrius, castus, & diligens ambules, circa ea, quæ pertinet ad obsequium domini tui. Et vt iam semel concludam itā voluit dominus verbum meum custodiri, vt dixerit Moysi. Erunt verba mea in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis: cruntque quasi signum in manu tua. Vtitur Deus more loquendi eorum, qui cum aliquam rem volunt non excidere à mente, sed vt ipsius recordentur, annullum vel filium in digito ponunt. Sed iam ultra *Turbis autē concurrentibus capis dicere, Generatio hæc generatio nequam est.* Meminisse oportet turba Phariseorum, ex quibus alij dixerunt in Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia: alij verò tentantes signum de cœlo quærebant. Prioribus respondit vsque ad illa verba. Omne regnum in se diuisum, &c. Sed modo responderet alijs signum de cœlo quærentibus. Sæpe enim in scriptura sacra particula orationis nō legitur cum proxima dictione, sed cū remota. Sicut in Canticis dicitur. Nigra sum sed formosa sicut tabernacula Cedar: sicut pellex Salomonis. Quo in loco si cum priori sententia vtrâq; particulam coniungas, non cohererebunt verba. Erit enim sensus. Nigra sum, sed formosa sicut tabernacula Cedar: quod ineptum est, cum tabernacula Cedar nigra & fœda essent, vt pote quæ æstui & imbribus atque iniurijs cœli erant exposita. Idem si vtrumque cum pellicibus Salomonis coniungas, quæ pulcherrimæ erant. Vt ergo proprium ac genuinum elicias sensum, pulchritudinem cum pellicibus, nigredinem vero cum tabernaculis Cedar coniunges: & sensus erit. Nigra sum sicut tabernacula Cedar: sed cum hoc formosa sicut pellex Salomonis quæ rubricatæ erāt. Et sic in Ezechiele vbi dicitur. Opera tua sūt, acs habitationes tuæ & cogitationes tue fuissent de terra Canaanorum: pater tuus fuisset Amorrhæus & mater tua Cethæa. Vbi si coniungas cognationes eū, de terra Canaanorū, aut habitationes cum patre Amorrhæo inceptam reddes orationem. Quare vt sensum genuinum verba reddant, dicendum erit. Habitationes tuæ de terra Canaanorum & cogitationes tuæ: ac si pater tuus fuisset Amorrhæus, & mater tuæ Cethæa. Et quemadmodum particula

ricula nō semper adiungitur, neq; ligatur cū proxima: ita neque sententia cum sententia, sed multis interiectis adiungitur, quæ erant in mediāte cōnectēda. Vt in prouerbijs. Insidierunt sanguini, abscondamus nos contra innocentem gratis. Cui statim adiungendū erat. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Quæ reddit rationem prioris. Quare scilicet cū iustus velit insidias parare, quoniam frustra illis aperte insidiaretur: quemadmodum aucupus, qui in oculis auium extendit rete. Aliud huius rei exemplum offendet in Exodo, vbi in priori versu capitis vigesimi secundi ponitur lex furti, & post duas vel tres sententias aliud membrum illius legis subditur. Sic in presentiarum si legeris hæc, quæ Lucas noster ait, postquam mulieri illi respondit Christus, videbitur tibi inepta oratio, & quod absque proposito loquatur. Non enim coherent hæc cum oratione immediate præcedenti. Ideoque iungenda est hæc narratio cum illa oratione, quæ in superioribus præcesserat. Vbi dixit Lucas, quod quidam, scilicet, ex scribis & Pharisæis, vt Matthæus declarat tentantes quærebant signum de cœlo. Illis autem in medio positis responderet nunc Christus in presenti. Modum autem quomodo tentantes quærebant signū de cœlo explicat Matthæus dicens, quod accesserunt ad Christum atque dixerunt. Volumus à te signum videre. Vide iam nunc & considera istorum superbiam, qui non supplicat aut rogant, sed volumus, inquit: arrogantissimis & ineptissimis verbis suam superbiam ostendentes. O vtinam nunc hæc maledicta verba ab ore nostro nunquam prodirent. Quanto melius nobis esset si voluntas nostra non esset nostra: Ita vt ipsi vellemus quod Deus vult, & non quod nos volumus. Herodias dixit, volo. Herodes, & ego volo: sit pro ratione voluntas: & Ioannē sanctissimum occiderunt. Maledictum tale velle. Cautē à propria voluntate tanquā à nocua & mortifera peste. Sic Saul inobediens factus est, & præuicatus est domini præceptum. Christus autem dicebat. Non quod ego volo, sed quod tu: & hæc eximia & rara obedientia à morte liberati sumus. Factus est enim obediens vsque ad mortem. Hæc nostra voluntas ducit nos in Baratrum: & sola propria voluntas ignibus inferni torquetur. Quis obsecro ferre poterit tantam impudentiam & procacitatem, vt seruus coram domino suo dicat. Volo: Si igitur nos seruissimus,

& serui inutiles, si pretio empti, absit à nobis, vt quilibet sibi velit, & quiuis sibi viuat: sed ei, qui pro nobis simul mortuus est. *¶* Præterea non dicunt, volumus conuerti tuis misericordis, sed volumus ea videre. Speculatorum erant & curiosi, volētes Christum capere: vel in verbis vel in factis, ideo aiunt. Volumus à te signum videre. Sed prius isti insipientes deberent à Christo petere oculos, quibus videre possent illa miracula: qui enim fieri poterat, vt viderent, qui oculis erant priuati? *¶* Cæci erāt & duces cæcorum, excecatur enim eos sua malitia. Quemadmodum pellis sicca, qua se exiit serpens, vt renouet suam ætatē, habet quandam cōngiem oculorum & membranam tenuissimam, qua oculi anguis prætegitur, verè tamen oculos non habet: sic videbatur impijs ludæis se oculos habere, cum cæci essent & pelles inanes, & hominum figuras induentes, nec homines erant sed immanes bestię sua rapacitate. Christi miracula specula erant diuina: cum autem Iudæi cæci essent, quomodo illa videre volebant: Quid cæco cum speculo? Si speculum non videbat: qui fieri potest, vt se ipsos in speculo conspicerent? Vt hæc dicerent & quærent accesserunt ad Christum, & quanto magis vanè & fraudulenter accedebant, tanto longius & distantius se à Christo elongabāt. Petrus dicēs. Exi à me domine quia homo peccator sum: & Centurio dicens, Nō sum dignus vt intres sub tectum meum: magis ad Christum accedebant, At vero illi cum corporibus magis accederent ad eū, tanto magis se elongabāt. Habetur in libro Sapiētia. Sentire de domino in bonitate, in simplicitate cordis quærite illū: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum. Nos vero accedamus ad Christum in simplicitate cordis, & in mansuetudine animæ. Multi ingrediuntur templum: concionatorem audituri & aures suas attentas præbent: sed non omnes utilitatem capiunt, quia non omnes recto animo accedunt. Multi intrantes officinā aurificis, alter emicathenam auream, alter pretiosum annulum, alius vas pulchrum, alius vero nigrum carbonem sibi afflavit, quem manibus terit, & nihil aliud sibi vult ex officina, nisi carbonem illum, quoniam niger efficitur. Sic multi concionem audituri accedunt, & vnus accipit salubre consilium animæ suæ, alius compungitur: sed nō deest alius qui prædicator irritat. Oportet ergo sancto & syncero animo.

Prover. 1.

Exod. 22.

Matth. 12.

Marc. 6.

1. Reg. 15.

Matth. 26.  
Philip. 2.

Luca. 17.

Exod. 13.

Cantic. 1.

Ezechiel. 16.

ad hanc diuinam officinam accedere: nam sic accedentes Deus instruit, alios vero arguit & increpat sicut hos impios & nefarios Pharisæos: quos appellauit generationem prauam & adulteram. Sed cur ita? Audi. Cum volūtas nostra perfectè Deo hæret, & nullum alium amplexata est maritum: nihil de miraculis curat, nullum que petit signum ad credendum. Tot signa in se videt & contemplantur, vt stultum sit alia maiora inuestigare. Sentit illū vehementem amorem, frequentes & mutuos amplexus, suauitates illas & dulcedines cœlestes, quæ omnem sensum exuperant. Sed cum adultera est & reliquens spōtum suum Christum, post alios amatores vadit, & se copulat & coniūgit rebus his caducis & perituris, nō vtique experitur signa interiora, tuncque externa alia querit, & ad ea se conuertit. Prius ergo est necesse auertisse animum a suo proprio viro, id est à Deo: & cum altero adulterasse: quam alia signa petantur. Merito ergo adultera generatio signum petit: neque poteret nisi adultera prius esset. ¶ Sed mirum quidem est, nam cum Christus id haberet ingenium & cōditionem vt de eo dicat Petrus, quod cum male diceretur non male dicebar, cuius eadem esset pauertia & mansuetudo his tam asperū & rigidum se ostendat: ita vt eos appelleret generationem nequam & adulterā. Nam si ob hanc causam, quia signa petunt, generationem nequam eos vocat: per Esaiam minatur Acaz quia signum non petebat. Sæpius inuehitur Christus contra hos, nam per Matthæum eis dicit, Auferetur à vobis regnū Dei. Et per Ioannem. Vos ex patre diabolo estis, & ratio huius iræ & odij eadem fuit, quæ nunc. Ratio vero quia sic adeo irascitur, & in furorē accenditur est, nam cum aduentus Christi in mundum fuerit, vt homines in cœlum ducatur: atque ita ad hoc efficiendum quæsiuit omnes vias & modos, quos ipse potuit. Quando vero misericordia & blanditijs vtēs eos allicere nequibat: illis cōminabatur supplicium vt vel sic metu & timore posset. Hoc etiam tecum sepe facit dominus beneficijs & sanctis inspirationibus te vocans: quādo verò hoc non prodest, in te animaduertit & cōminat. ¶ Præterea per ironiam magistrum illum appellauerant: nunc autem istam inurbanitatem reprehēdit: nā cum eis qui verbū Dei prædicant modestè & cum reuerētia debem⁹ loqui. Sic Elias quia dixit ille dux, quin quagenarius homo Dei ironicè, respondit. Si

homo Dei sum descendat ignis de cœlo, &c. Sic etiam Elifæus pueris irridentibus & dicētib⁹, Ascende caluē, maledixit: & exierunt duo vrsi, & dilacerarunt quadraginta duos pueros. Sed nostro tempore sacerdotes & ministri verbi Dei nullo honore afficiuntur: Ideo Christus hic tam asperè & acriter his est loquutus. Sed quid hæc generatio mala & adultera querat audiamus. *Signum querit & signum non dabitur ei.* Nonnē vides quomodo meruissimā & optima ratione isti reprehenduntur, qui post tot signa & miracula à Christo facta signum querunt? Postquā Christus doctrinā suam diuinam & cœlestem tot miraculis confirmauerat, alia nunc miracula noua petere, defectus quidem est fidei, & res maxima reprehensione digna. Sic tu miraculis iam factis à Christo, ab Apostolis & sanctis credere debes: & nō debes postulare alia signa, sicut illi nequissimi & seceratissimi Pharisæi. Moyses ante quā legem daret multa miracula fecit in Ægypto, & eduxit populum Deus mirabiliter per medium mare. At verò post datam legem & confirmatam, multo aliter cum illis se gessit. Terram quippe promissionis armis expugnarunt. Sic fides euangelica in principio nascētis ecclesiæ multis miraculis confirmata & stabilita est: iam vero nō opus est miraculis: & qui propter miracula iam facta nō credit, multo minus crederet etiam si alia noua miracula illi proponerentur. Nam vel tu credis miraculis factis à Christo & à suis apostolis vel non: si miraculis credis, nō est quod disputemus: nam credens miraculis, & eius doctrinæ credere debes: quando quidem in testimonium & probationem veritatis quam prædicabant, Christus & apostoli fecerūt illa miracula, & sic credens hæc miracula, credis etiam articulos, quos ipsi prædicabant. Si vero nolueris credere doctrinā nec miracula: id crede, quod oculis cernis, quando quidem vides omnem mundum, subiectū fuisse Christi fidei, sine eo quæ crederent sua miracula. Hoc certè magnū miraculū & prodigium videtur, vt sine miraculis tot tantique viri sapientes fidei subijcerentur, & quod totus mundus crederet: Et propter hoc magnū miraculum omnia alia quæ Christus fecit debes credere: quādo quidem hoc est omnium maximū. Quod si dixeris Omnem Africam, Asiam, Ægyptū & maiorem partem Orientis sequi fallam & iniquam sectam Mahometicam & in Germania & Anglia sequi nefarium illum & sacri legum

4. Reg. 2.

Exo. 7. & 8  
Exod. 14.

legitum Lutherum: & dixeris Lutherum nec Mahometum nunquam miracula fecisse. Respondeo tibi negotium nostrū multo differētius esse ab isto. Nam Mahometus & Lutherus libidini & voluptatibus copiam fecerunt: & maledictæ & sacrilegæ eorum sectæ constitutæ sunt secundum carnis & sensualiæ carnis appetitum, cumque amor cupidinis & carnis tam ingenitus sit hominibus, non miror hos, qui falsos illos Prophetas sunt sequuti. Christum vero qui omnia contradicentia carni & voluptatibus prædicauit: quod isti fuerint sequuti magnum est miraculū. Præcipiebat enim ieiunare, diligere inimicos, iniurijs parcere, labores perpeti, & multa alia, quæ carnem nostram videntur deprimere, & ei cōtra dicere: & quod hæc prædicans mundus conuerteretur, hoc est magnū miraculū & stupēdū. Et ita debes credere quod qui hoc miraculū fecit multa alia potuisse facere: & etiā miracula illa, quæ Euangelistæ scripserunt vera esse, & cum illis omnē mundum ad suā doctrinam & fidem cōciliaffe. Nam si nauem relinqueres in fluuio sine velis & remis & gubernatore, si altera die illam videres iuxta aquæ cursum distare tribus vel quatuor leucis, non quidē mirareris: nam impetus fluminis, non secum duxit, nequid esset mirandum quādo quidem fuit ratio & causa: At vero si hanc nauem vidisses sine remis, velis, nec aliqua humana arte aduersus cursum aquæ ascendisse: tūc merito miraretis. Sic nimirum quod fuerint multi sequuti doctrinam Lutheri, Vinctes, & aliorum similium; nō est mirandum: nam ipsum aquæ ductum appetitus libido, caro, & sanguis sequuntur. At vero quod hæc nauis ascendat contra omnem impetum & aquæ cursum, & quod homines qui ex carne & sanguine sunt effecti cōtra naturam suam & inclinationem castitatem sequantur, paupertatem, poenitentiam, euangelio se subiiciētes, & ea credentes quæ naturalis ratio nō valet comprehendere: hoc quidem magnum & stupēdum miraculum est. Igitur firmum & stabile apud te debes habere, fidem nostram in summa veritate & rectitudine esse constitutam, & probaram & confirmatam multis hisque magnis miraculis. Si enim hominem videres turris alicuius altitudinem demittentem, simulque miraretur, qui fieri potuit, vt magnū cimbalum in culmen illius turris ascenderet & huic diceret congregatos fuisse multos homines qui vno tantum impetu cim-

balum illud in turrim eleuauerunt: homo iste sine dubio hoc nō crederet, quia videret omnes humanas vires ad id non posse sufficere. At verò si huic diceret quod machinis & paulatim id fuit factum, illud sine dubio crederet, Interrogas igitur me quomodo fieri potuit, vt tanta gentium multitudo, quæ ex carne erat, legem recepit tam spirituale, vt erat lex Christi? Qui fieri potuit, vt in statum tantæ perfectionis ascenderēt homines terreni, ad vilia & immunda inclinati? Si ego tibi responderem, id factum fuisse, quia legem hæc pauperes homines & literis humanis destituti prædicauerunt, qui viribus suis tantum valuerunt, vt possent homines ferre in illum statum sine dubio verbis meis fidem non adhiberes, diceresque solas humanas vires ad id nō esse sufficientes. At si vera narrans, tibi dicerem homines istos piscatores multa fecisse miracula, & plenos fuisse spiritu sancto & diuina sapientia, & hoc modo persuasisse legem hanc hominibus, & mundum conuertisse: diceret utique hoc ita fieri potuisse, & rationem & veritatem in se continere. Quem admodum igitur tu, non potes credere cimbalum illud ascendisse in turrim viribus humanis, sed machinis, & stratagematis: ita debes credere fidem nostram non esse humanum opus, sed diuinum, in quo Deus multa miracula & prodigia fecit, vt corda hominum moueret. Et quod nisi Deus hoc negotium suis humeris assumpserit, & suæ curæ, omnes vires humanæ & omnis sapientia non satis esset ad hoc negotium cōficiendū, nec persuadere possent hominibus euangelium. Crede igitur miraculis fuisse euangelium prædicatum. ¶ Sed, dices. Nonnē contentanum esset rationi & conueniens, vt nunc aliqua fierent miracula, vt vires maiores imbecilles assumerent, & vt magis fides confirmaretur? Non utique. Nam miracula potius nunc damnum nobis afferret, quā commodum. Abraham dixit. Si Moysi & Prophetis nō credunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Necdum adimpleti sunt triginta anni, ex quibus frater Andreas de Espoleto Martyr sanctus ex ordine beati Francisci adfuit in Mauritania in medio ignis orans, ita vt nec capillum ignis posset attingere, & cum ter à Mauri in ignem esset iactus, nihil mali ignis in eo effecit. Cumque hoc miraculū ad eum magnum esset, & fieret in conspectu multorum Lusitanorū, qui & hodie viuunt, nullus

Luce. 1. 6.

maurorū cōuerti voluit. Imò sanctū virū multīs lateribus & lapidib⁹ iactis in medio prunarum interfecerunt, qui genibus flexis orabat. Ex quo constat, quod miracula hoc nostro tēpore precipue inter illos qui iam crediderūt, vt sunt heretici & apostatae sanctae religionis & fidei Christianae, nec opus sunt, nec vllam vtilitatem afferrent, etiam si principio nascētis Ecclesiae fuerint necessaria. Puer enim quādo ambulare incipit, adiuuatur vehiculo, & ipsum ingreditur. At si homo adultus trigintaennis natus vehiculum ingrederetur, non solum non vehiculum iuam ē illi esset, imo grande impedimentum, quo minus posset ambulare. Sic ecclesia tunc paruula erat: & Paulus inquit, illis teneris fidelibus. Tanquā paruulis in Christo lac dedi vobis. At modo non est opus miraculis quia est mulier adulta. Quando aliquod opus fit, necessariae sunt scalae & ligna ad ascendendum: postquam vero opus iam est confectum, nihil ad aliud seruiunt scalae & ligna nisi vt sint impedimēto transcurrentibus. Itā homines nunc si miracula fierent, in id offenderent, & dicerent, fidem nostram non adhuc esse bene confirmatam & probatam: quandoquidem & modo erant necessaria miracula, quibus magis comprobaretur. Caue igitur ne tibi contingat, signū a Deo quaerere, vt isti infideles post tot signa coram eis facta: Satis sint tibi signa vetera & antiqua, nec quaeras modo signa noua. Sed quid istis respondeat Christus audi. *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionae.* Sicut petrus mercator non merces ostendit nec panem eis, quos intelligit non eas mercaturos, qui ad officinam accedunt, vel vt curiosi, vel vt speculatores non autem animo emendi, eos autem vocat, quos intelligit empturos: itā Christus non ostendebat sua signa & miracula, nec volebat ea facere coram eis, qui ex curiositate & malitia petebat signa. Ideo ipse

Matth. 7.

Matth. 27.

Ioann. 11.

tes eum, scilicet scire volentes: ipse vero Christus dedit eis signū, quo possent intelligere, quod ipse illud poterat, de quo quaerebant Pharisaei. Nam sicut Ionas tribus diebus & noctibus fuit clausus in vētre Ceti: sic postquā filius hominis mortuus fuerit, & relurrexerit, credetis vera esse omnia de quibus nūc dubitatis. Quia tunc apparebit testum esse Deum, Christum & Melsiā promissum in lege: & tunc incipiet vniuersus mundus in eū credere. Sic etiam Christus dixerat eis. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc videbitis. Id est, cum crucifixeritis me, videbitis omnia quae dico esse vera: quia tunc apparuit gloria Christi. Sicut enim Ionas fuit signum salutis Niniuitis, quia eo praedicante Niniuitae poenitentiam fecerunt: sic Christus Iudaeis signum salutis erat futurus, si eo praedicante conuerterentur. Quando tamen eum recipere noluerunt, fuit eis aduentus Christi signum & occasio maioris perditionis: ideo textus inquit. *Nā sicut fuit Ionas signum Niniuitis. Ita erit filius hominis generationi illi.* Nam sicut Ionā euomuit Cetus tertia die, & eo praedicāte tota ciuitas conuersa est: Sic Christo tertia die resurgente & praedicatores mittente totus mundus conuersus est, quia Christus per eos praedicabat. Praeterea magnum miraculum est, quod corpus hominis transire posset per foramen gutturis cæti. Magnum quidem etiā est miraculum quod tribus diebus non fuerit digestus Ionas nec dissolutus calore Ceti. Magnum vtique etiam est miraculum quod cum ita sit ingens & magnus ille piscis, sic vt natate nequeat nisi in profunda aqua, quod euomeret illum & propulsaret in litus maris. Sic magnum miraculum est quod Christus cuius anima sanctissima gloria erat plena posset esse in angustia limbi, & quod mors illum non consumeret, sicut ceteros. Sed quod esset, vt ait psalm⁹ inter mortuos liber: & quod viuus resurgeret tertia die in hūc mundum, primitiae resurgentiū. Hoc signum Ionae dedit Christus generationi huic pessimae. *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis.* Illa femina fuit, & vos viri. Illa a longē venit, & vos hic me habetis. Illa reliquit imperium suum, vos estis in patria vestra. Illa munera attulit, vos non vultis gratis beneficium Dei accipere. Illa ad patrem hominem, vos ad Deū simul & hominem acceditis. Illa sola fama nouerat Salo-

Ioann. 12.

Ioan. 3.

Psalm. 37.

Salomonem, sed vos multis miraculis approbatum contemnitis. Praeterea illa condemnabit vos. Aduertite quod hic condemnare seu iudicare, non accipitur pro sententiam ferre damnationis: quia isto modo solus Christus iudicabit. Dimissis itaq; alijs acceptionibus, quibus solet accipi condemnare, de quibus infra dicemus: quantum ad presentem contextū attinet, accipitur hic condemnare, cū aliqui inter se conueniunt de re aliqua disceptaturi, & alter aequus & rectus, alter vero sceleratus & iniquus apparet. Sic regina Austri condemnabit: nam quod illa fecit, erit in condemnatione Iudaeorū. Sic etiam peccata Oolla, id est Samaria, cum sceleribus Ooliba, id est Hierusalem (vt habetur in Ezechiele) quodammodo videntur iustam ostendere Samariam, eo quod Hierusalem vberiori Prophetarū doctrina fruens, ipsam spreuerit. Deinde etiam quod per sapientem dicitur, quod sancti iudicabunt nationes, eundē sensum habet, id est, fideles in electorum numerum coaptati nationes illas quae in infidelitate persistēt condemnabunt ex collatione operum. Hunc numerum respicit illud, quod habetur in Ioāne. Sermo, quem loquutus sum ille iudicabit vos in nouissimo die. Et illud. Si ego in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo eiciunt? Ipsi Indices vestri erūt. Postremo ad illum sensum potest adduci illud apostoli. Neciris quod angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Id est: Nos condemnabimus Anglos apostatas, qui cū Deum eximio metis acumine cognouissent, ob suam insolentiam e cœlo eieciti sunt: si nos qui non admodum exactam (si cum Angelis conferamur) assiquati mentem, vsque in finem vitae aequo animo in numeras arumnas sustinuerimus: inā Regina Austri condemnabit generationē Iudaeorum: qui ipsius factum damnabit incredulitatem Iudaeorum. Illa namque a finibus terrae venit audire sapientiam Salomonis. *Et ecce plusquam Salomon hic.* Arguit locus iste eos, qui in rebus parui momenti plusquam opus est, curiosi sunt: in veritate autem vel in ueniēda vel retinenda stupidi sunt, atque inertes. Arguit item locus hic, verum esse quod Christus alibi dicit. Multi primi erunt nouissimi, & nouissimi primi. Et sit monnunquam, vt eos contemnamus, qui si non meliores, saltem nobis sunt pares & aequales. Calūniabatur Iudaei sepe gentiles, cum ipsi non suae uocationi responderent. Et in hoc loco Niniuitae

Cp. 13. de scendit iusti ficus ab illo.

Ezechiel. 23.

Sapient. 3.

Ioann. 12.

1. Corin. 6.

Matth. 13.

& Regina Sabba eis praferuntur. Ideo dominus per Hieremiam inquit. Tranfite ad insulas Cethin, & videte: & in Cedar mittite & cōsiderate vehementer, & videte si factū est huiusmodi. Si mutauit gens Deos suos, populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Et alibi. Miluus cognouit in cœlo tēpus suū, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tēpus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. His verbis videmus quomodo contumaciam Iudaeorum exprobrare solet Deus: & posset etiā nostram superbiam & arrogantiam confundere, qui viliiores sumus creaturae. Duo in Salomone admirata est maximē Regina Sabba. Primum scilicet, maiestatem suam & potentiam: nam videns diuitias, potentiam & magnum ordinem ministrantium obstupuit. Sed hic plusquam Salomō est, & maioris maiestatis & potentiae. Nam tāta fuit eius maiestas & auctoritas, vt cum tēplum ingrederetur, eijceretque ementes & vendentes, in diuina sua facie mirabilis splendor & maiestas resfulgebat: vt nullus eorum qui in templo erant, ausus fuerit ei contradicere, cum tanta ibi esset gentiū multitudo. Hoc miraculum debet eos in admirationem rapere, vt reginam Sabba diuitie & potentia Salomonis. Et in Christi passione, quoniam ab ipsius facie diuinus quidā splendor emanabat, in domo Caiphæ velamine faciem operuerūt. Nam quemadmodū in facie Moysi diuinus splendor apparerat, propter conuersationem, & familiaritatem, quam cum Deo habebat, ita magnus erat fulgor & splendor faciei Christi propter communicationem, quam humanum cum diuino habebat: ita vt Iudaei cum tantā claritatem intueri non possent, velamen ei imposuerint. Bene etiam hanc gloriam suam & maiestatem ostendit in horto, cum eum vulerunt comprehendere: quādoquidē solis illis verbis, ego sum, omnes in terram deiecit. Secundum vero, quod vehementer admirata est regina Sabba, fuit sapientia Salomonis. Sed ecce plusquam Salomō hic. Nā quando Pharisaei miserūt ministros suos, vt Christum caperent & comprehenderent, inuenerunt eum in templo praedicantem: sic adeo voluptate affecti sunt audientes suā doctrinam, vt redeuntēs Pharisaei dixerint. Quare nō accepistis eum? Respondentes autem dixerunt. Quia nūquam sic loquutus est homo. Non solum quatenus Deus, Christus sapientior erat Salomone, sed etiā quatenus homines

Hieremi. 2.

Hierem. 8.

3. Reg. 10.

Matth. 21.

Matth. 26.

Exod. 34.

Ioann. 18.

Ioan. 7.

nam reliquis hominibus data fuit scientia & gratia secundum p̄odus & mensuram. At vero sanctissima anima Christi propter vnionē verbi data fuit scientia infinita. Nam etiam si actu infinita non sciat, scit tamen infinita, potentia: quia pater ei aditus infinitus. Et præterea infinitas res potest suscipere, per infinitas notitias effectas in intellectu suo à Verbo, cū quo est vnita. Regina itaque Sabba surget & condemnabit generationem istam, & condēnabit etiam te Christiane. Nam Regina illa non venit vltima Salomonem, vt aliquid pertinetis & spectans ad salutem animæ cum eo ageret, sed tantum propter nimiam curiositatem & vt aliqua philosophiæ & naturæ secreta cognosceret, Vt hanc mundi sapientiā posset attingere regina hac tam longā sibi suscepit viam, tot labores pertulit. Tu verò, vt salutem animæ consequaris tribus vel quatuor gradibus nō vis moueri, nec in ecclesiam ire auditurus sacrum, nec cōcionem. Illa sine dubio te condemnabit. *Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabūt illam, qui penitentiam egerunt in predicatione Ionæ, & ecce plūquam Ionas hic.* Ionas erat propheta aduena, Christus vero naturalis & notus: Ionas trium dierum spatio prædicauit, Christus vero tribus annis: Ionas prædicauit gentibus, Christus vero eis qui cognitionem Dei habebāt: Ionas nullum miraculum fecit, Christus multa: Ionas desiderabat subuersionem & destructionem Niniues, Christus vero salutem omnium cupiebat. Illi vero fidem adhibuerunt Propheta aduena, & qui nullū fecit miraculum: vos vero post tot conciones & miracula contumaces & rebelles estis. Niniuite condemnabunt generationem istam. Quid rogo illi facerent, si viderent mortuos resurgere, sicut vos videtis? Ecce plūquam Ionas hic. Vultis videre hunc esse meliorem quā Ionam? Ionas fuit Propheta, qui nō seruauit, nec habuit obedientiam: Christus vero ita obediens, vt dicat Paulus, quod factus est obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Ille subuersionem Niniues, videre cupiebat, nam in quodam loco se dit, & ibi exspectabat viginti dierum spatio & quadraginta subuersionem ciuitatis: quando vero vidit in fine illorum dierum ciuitatem non esse euersam: de hac re illum pœnituit, vt mortem suæ animæ peteret. Christus autem istā salutē nostram semper curauit, & exoptauit: vt propter hanc rationē mendax & falsus Propheta

voluerit haberi, & seductor populi. Vide igitur quam longo spatio Christus antecedit & superet Ionam. Quid igitur Iudæi respondēbūt, cum magnum prædicatorem haberent: Viri Niniuite cōdemnabūt illos. Bene dixit condēnabunt, & non dānabunt: quia mali se ipsos damnant, & ipsi principes sunt & origo lux perditionis. Vnde Oseas. Perditio tua ex te Israel. At si Iudæi nullam exultationē habebūt coram Dei tribunali seuerissimo: multo minus tu o Christiane. Proh dolor quanti sunt in inferno, qui forsitan non deliquerunt nisi in duobus vel tribus mortalibus peccatis: & tu mille peccatis & flagitijs coinquinatus letaris, exultas & delicijs & voluptatibus te tradis. Deus autem clemēs, benignus, & patiens tibi auxiliū in necessitatibus suppeditat, nutrit, alit, & sustentat. Vnde meritisimē de illo dicitur. Pater misericordiarum, & Deus totius cōsolationis, &c. Si maior pœna & supplicium in inferno Iudæos manet, quoniam cum maiora beneficia à Deo accepissent ipsi ingrati fuerunt: mihi crede, multo maiora & grauiora supplicia tibi parata esse, qui plurima & maxima sacramēta & beneficia à Deo optimo maximo recepisti. Nota etiā, quod Ionas dixit Niniuitis. Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur: cū quod hic terminus dierum esset illis designatus, non diē vltimum ad faciendam pœnitentiā expectarūt: sed statim operi se accingunt, vt iram Dei mitigare & placare possent. Tu igitur, qui nec vltimū diem certum tibi habes: quid est, quod statim pœnitentiā non agas? Tibi nanque non tantum temporis, quantum Niniuitis cōceditur, nam illi certissimos habebāt quadraginta dies: tu vero nec vnā horā. Signum Ionæ est, vt statim pœnitentiā agas, nec procrastines dicendo. Cras istud faciā, subinde repetens, & alia noua miracula postulas. Age igitur obsecro pœnitentiā ante quā incidas in angustias & tribulationes mortis: quia in diluuiū aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Falleris nanque si cogitas te in hora mortis agere pœnitentiā: nam tunc cū malē semper vixeris, grande miraculū erit, si in Deum te conuerteris. Quando filij Zebedæi petierūt dextrā & sinistrā, quæsiuit ab illis Christus. Potestis bibere calicem; quē ego bibiturus sum? ipsi vero dixerunt, Possumus. At vero quādo Christum comprehenderūt, eo relicto omnes fugerunt. Itā etiam te scilicet opinio, scilicet, quod in hora mortis poteris agere

Osee. 13.

2. Corin. 1.

Luce. 23.

Eccle. 9.

Daniel. 5.

Matth. 25. Luce. 12.

Psal. 31.

Matth. 20.

agere pœnitentiā, & sine dubio vanē hoc tibi præsumis: nā quando tribulatio mortis te circumdederit, multa alia restāt tibi peragenda, & sic difficillime pœnitentiā facies, quāuis illā facere possis. Nam etiā si in hora mortis multi tē alienam restituant, & alia multa bona opera faciunt: nihilominus non isti propria voluntate mouentur, sed necessitate coacti & compulsi: & itā talis pœnitentiā multoties est inutilis. Quando tauri agitantur, & taurus aliquem hominem persequitur ille homo pallium suum in cornua tauri iactat. Sed cum iam taurus abierit, suū pallium accipit, & securus sedet. Sic multi in angustia & periculo mortis constituti, rem alienam restitunt, & suam vniqueque tribuunt: postquam periculum euadunt, in antiqua vitia relabuntur, & quas iam pepercerunt iniurias, deponunt. Aliquibus etiam Deus hoc beneficiū ob suā infinitam misericordiam & benignitatem fecit, vt dignam pœnitentiā in hora mortis de peccatis commissis agerent. Sed nunquid tu idem habes chirographum & priuilegium? Latroni in cruce pendēti hoc beneficiū cōdonauit: tu vero ex priuilegio paucis concessio, non debes vniversalem legem stabilire. Sicut pisces capiuntur hamo, sic iniqui capiuntur tempore malo. Itā captus est à morte Balthasar rex Babylonie quādo manus illa in pariete scripsit. Mane, tethel, phares. Obitus erat mortis & cibo meroq; se ingurgitās, quādo repētē & inopinatō mors illi aduentauit. Cum aliquis inimicū alterius se ostēdit & declarat, opere preteritū est, vt talis cautē viuat, & paratus ad quodcumq; periculū, quod se illi obtulerit. At si nō sibi cauerit, & ab altero interfectur, interfectur sine dubio nō est traditoris nota reprehēdus. Sic nimirū iam mors diu est, ex quo nostrā inimicā se manifestauit: tua vero est culpa, si minus cautē vixeris, nam quotidie te monet multorū obitū ob oculos tibi ponens. Quo circa dominus ait. Vigilate quia nescitis, quando dominus vester venturus sit. Sed hoc in sequenti capite explanabimus. Si igitur continud pœnitentiā nō egeris, Niniuite surgent in iudicio, & condēnabunt te: quia cum ipsi spatium quadraginta dierum haberēt ad pœnitendum, statim pœnitentiā in eum asumpserunt. Tu autem qui incertus es, an visurus sis venturū diem, pœnitentiā in crastinum protendis, si senex iā decrepitu, & in extremo ætatis suæ à rege perteret, vt in suum famulū & clientulum veller

illum accipere, non nē talis iridendus esset: sic sunt sine dubio: qui pœnitentiā in crastinum protendunt. Secundū quia incertū erāt, an veniam essent impetraturi. Nō enim audierant à Ioannē, Pœnitentiā agite, appropinquauit regnum cōlorum. Non viderant Petrum lachrymis consequutum fuisse veniam, nec Mariam Magdalenam: sed de venia incertū, pœnituerunt. Dicebant enim. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus? Nos vero certissimi sumus: habemus nanque illud manifestum & certum, quod in quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Nihilominus tamen hac non recordantes, in vtramuis dormimus aurem, & pœnitentiā in crastinum dilatamus: ideo illi barbari surgent & condēnabunt nos. Tertio quia omnia alia, quæ illis impedimento esse poterant, reliquerunt: nam nutrices infantes suos non lactabant, rex non se debat in folio ad iudicandum: & artes mechanicæ cessauerunt: & nulli alicui rei intēti erant, nisi pœnitentiā. Nos vero pœnitentiā accipimus tanquam rem accessoriam & accidentariā. Nam si aliquem interroges: cur non peccata confiteris? Respondēbit statim. Paululum negotij nunc habeo: id postea faciam. Negotia vero temporalia tanquam rem præcipuam, & nobis magis conducentē accipimus. Quarto Niniuite induti sunt facis, & pœnitentiā egerunt. Sic filij Israel videntes q̄ propter adorationem vituli recedebat Deus ab eis, nullus eorum secundum morem & consuetudinem induebat. At nos bōbicino & purpura induti pœnitentiā volumus agere. Si mulier plorans mortē mariti defuncti, Ecclesiā ingrederetur margaritis & gemis ornata, proculdubio hæc talis iridēda esset. Quāto meliori iure lugubribus vestibus induti mortem animę deplorare deberemus? Sanctissima Magdalena pœnitentiā egit proijciens vestes in terram: & capillis suis terxit Christi pedes. Sed iam superius de his egimus. Quinto Ionas semel Niniuitis prædicauit, & statim se ad Deū conuertētur. At nos quotidie audimus prædicatores elaniantes, dormimus tamen obturatis auribus, nec de peccatis pœnitemus. Sexto Ionas potius prædicabat & annunciabat desperationem, quā pœnitentiā: nihilominus pœnitentiā egerunt: nos vero ad misericordiam & clementiam vocamur: sed nihil de hac recuramus. Lege Chrysolomum in Homilia vnde cetera super Epistolam secundam Pauli ad Corin. 2. Cor. 5.

Matth. 3. Marc. 1. Luce. 22. Luc. 7. Ioel. 2.

Exech. 18.

Exod. 33.

Luce. 7.

2. Cor. 5.

Philip. 2.

Ionas. 4.

thios, tractatē illud. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Et quia ad alia properamus, satis sit ostendere tibi locum. *Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, nec sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.* Ostendit hic Christus, se non debere cessare a sapientia suae communicatione & praedicatione ob ludorum istorum duritiam & iniquitatem. Nam ad hoc caelestis Pater tantam illi. communicauerat sapientiam, ut illam bonis & malis ostenderet, & offerret, & quantum in se erat, cum illa omnes illustraret. Iuxta illud Esaiæ quod diuinus pater suo filio dicebat. Dedit te in fœdus populū, & in lucem gentium: ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusionibus vincitum. Per lucernam intelligit doctrinam, quæ illuminat intellectum: sicut lucerna artificialis oculos corporis. Docet ne scientiam & doctrinam abscondamus, sicut faciunt multi, qui ea, quæ sciunt alijs abscondunt, sed sibi ipsis seruiant, auaros imitantes. Et nõ ob aliud id faciunt, nisi, ut soli ipsi laudentur in populo, & gloriosi æstimetur propter raritatem & eximiam doctrinam & eruditionem. Super candelabrum ponit lucernam, qui cathedram ascendit, siue quemcumque alium locum, ut cõmuniceat alijs, quæ ipse didicit. Ille vero abscondit, & ponit sub modio: quia alijs nõ vult eruditionem & doctrinam manifestare, ut discant. Christus Saluator noster nec propter calumniantium duritiam, nec propter eorū murmurationem voluit abscondere lucernam suæ doctrinæ. Sic tu non abscondas donum tibi à Deo creditum: quia ut Paulus ait, Spiritus datur in utilitatem, nõ in desidiam. Et alibi. Dedit Deus Apostolos & Doctores, & reliquos, in ædificationem corporis Christi. Et Dominus vult, ut talenta quæ tradidit, apponantur in mensa: & damnauit seruū, qui posuit libram in sudario. Aduerte autem quod lux, quæ sub modio ponitur sub mensura ponitur: quia sub modio non lucet. Sed lux quæ super candelabrum ponitur, omnes illuminat, nullo termino clauditur. Vult enim Deus, ut charitatem habeamus sine modo & mensura. Nam lucerna non solum lucet, sed ardet & comburit: quod proprium est ignis. Quare locus hic non solum de doctrina, sed etiã de operibus charitatis & misericordiae potest intelligi. Vult Dominus, ut sine acceptione personarum omnes doceamus, & charitatem habeamus: sicut lucerna, quæ posita super candelabrum omnibus lucet, & omnes illuminat. Multi nanque suos amicos docent, & suos diligunt: sed non inimicos habet, parum extenditur, & sub modio ponitur. De præcepto charitatis loquens Dauid dixit Dominus. Latum mandatum tuum nimis. Quod mandatum est hoc? Illud, de quo Dominus ait. Mandatum de vobis, ut diligatis inuicem. Hoc inquam præceptum latum est, & ad omnes extenditur: quia ipsos inimicos includit, hæreticos & infideles, notos & ignotos: quos omnes charitate prosequi debemus. Ideoque super candelabrum ponitur, ut omnibus qui in mundo sunt luceat. Cum audieris auarum dicentem, Ero gabo elemosynam, sed extremè indigenti: & cum au dis tepidum Christianum dicentem, Non audiam Missam, nisi præcepto me cogente: & alterum, non confitebor peccata, nec eu charitatem suscipiam, nisi in pascu hate: hi omnes similes sunt luci posite sub modio & sub angusta mensura. Sed cum audis. Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et rursus. Optabam ego non solum vobis conferre Euangelium, sed & viscera mea. Hæc quidem est lucerna super candelabrum posita. Sed ex superius dictis conuenit Christus sermonem in nostram utilitatem. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Parabola sumpta est ab oculo materiali. Sicut lucerna facit nos videre, ea quæ facimus: sic oculus corporis totum corpus. Christus (ut ex consequentibus ostenditur verbis) vult insinuare, quod sicut oculus corporis est eiusdem corporis nostri lucerna: sic oculus noster interior, scilicet intellectus siue intentio animæ nostræ illuminat omnes operationes eiusdem animæ. Ideo ait. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Hoc est, si intentio tua fuerit simplex & recta, tota anima rectè dirigetur ab intellectu: & luce sapientiæ eius clarior efficietur: operum quoque multitudo studiosa erit, quia intentio imprimet speciem operi. Docet locus iste, ut in omnibus nostris operibus semper ob oculos Deum præsentem habeamus, & ut ipse sit noster finis, & præcipuus scopus. Multa sunt bona opera, quæ cum examinata fuerint per pediculus diuinæ iustitiæ ab hac recta intentione deficient: intentio nam quæ & finis operis est, qui meritum tribuit. Nam coram tribunali Dei nec virtutes morales per se, nec labores corporis quantumuis magni illi sint, aliquid valent: nisi spiritu amo-

ris Dei qui à cælo mittitur, coniungantur. Nichil enim erat in templo, quod nõ esset ex purissimo auro confectum, vel saltem deauratum. Atque ita in templo viuo animæ nostræ, nihil debet esse, quod non sit charitas, vel ornatum cum charitate. Quapropter non tantum oculos debes conijcere, in id quod facis, sed in id quod intendis: nam vilia & minima opera dum diuino spiritu fiant & intentione recta maximi sunt valoris & momenti: & è contra maxima & heroica opera si debita intentione & recto fine careant, nullius sunt valoris & ponderis. Vult Deus ut omnia ab amore procedant. Ideo præcipit ut dilectionem cum habeamus, qua ipse nos fuit profectus: hoc est, nullo apposito pretio nec mercede. Et cum inter circumstantias diuinæ charitatis hæc sit excellentior in persona diuina: scilicet ille & beatus erit, qui in omnibus suis operibus, curauerit illam imitari. Quocirca in omnibus quæ feceris auerte oculos tuos ab humano premio & laude, & id omne in Deum conijce: nec patiaris, ut opus quod talem dominum premium habet, de feruntur alicui relictum temporali. Nam quemadmodum dolendum est, quod dicitur mulier aliqua pulcherrima & diues maritum acciperet vilem hominem & abiectum: ita etiam multo magis est dolendum si virtutē videamus, quæ pro premio Deum habet, deditam acquisitioni honoris mundani. Omnis enim basis & fundamentum meriti aut demeriti consistit in recta intentione & sine nostrorum operum: opus est, ut propter solum Deum efficiantur: nam diuinus amor valorem & pondus illis tribuit. Ità superius in capite sexto loquens Christus de persecutionibus patiendis, dixit. Cùm male dixerint vobis homines propter me. Et de contemptu rerum mundanarum etiam dixit. Propter nomen meum. Tunc enim dicitur oculus noster simplex, quando rectè intelligens sine aliqua malitia opera dirigat in finem debitum, qui natura iter vnicus est, scilicet summum bonum, qui Deus est: & tunc omnia opera nostra bona efficiuntur. Sed videtur hic statim maximum dubium insurgere: nõ Dominus ait per Ioannem, quod dicit illi qui persequebantur Apostolos, arbitrabantur, obsequium se præstare Deo: sed nihilominus grauiusimè peccabant, & intentio eorum bona erat & simplex, quia ipsi putabant, Deo seruire, ut Christus inquit: nam intentio omnes iudicat, sicque qualis fuerit intentio, tale factum

*Psal. 118.*

*Ioan. 13.*

*Roma. 9.*

*1. Thef. 2.*

*Leg. Grego. lib. 23. Moral. ca. 13. & Ang. lib. 4. contra Iulianum Pelagianum. ca. 3. tom. 7.*

*3. Reg. 6.*

*Lucæ. 6.*

*Ioan. 16.*

efficitur, & à sine nomen opus accipit: finis autem hic bonus est, quia honor Dei, ergo & opus bonum: nam si oculus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Ad hæc respondeo dicendo: aliud esse intentionem rectam, & aliud bonam habere intentionem. Bona intentio est, quæ finem bonum habet, sed facit potest se error illi admiscere ita ut corrumpat illam: quia licet illa ex fine sit bona, tamen alia circumstantia illam deprauare possunt, ut minus bona sit. Recta autem intentio est voluntatis nostræ operatio, qua illa vero modo & medio tendit in bonum: quando scilicet cū lege Dei mensuratur, & dirigitur cum lumine legis rectæ. Fieri autem potest ut aliquid cum bona intentione fiat, & non sit opus bonum: quia non sit vero modo & intentione recta. Quantumcumque finis & intentio bona sit, si media bona non fuerint, nunquam opus rectum consistet. De hoc opere ait Paulus. Non sunt facienda mala, ut veniant bona. Et iterum. Zelum habent, sed non secundum scientiam. Error itaque perdit opus, dicente Domino per Prophetam. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam. Non sufficit itaque quod intentio bona sit, sed quod sit perfecta. Perfectio autem consistit in eo quod nihil ei deficiat: deficit tamen cū re actu dicitur. Et hac de causa eleganter Christus hic non dixit, si oculus tuus bonus fuerit: sed simplex fuerit. Simplex enim hic perfectionem significat: nam Hebræis verbis, simplex, sonat integrum & perfectum. Ità dicitur de Iob. Erat vir simplex. Quod qui peritissimè sunt in sermone Hebræo, exponunt. Erat vir integer. Et alij. Erat vir perfectus. Itaque ad bonitatem operis non sufficit bonitas intentionis: quia ad bonitatem operis requiritur obiecti integritas & conuenientia omnium circumstantiarum, quas recta ratio adesse debere iubet actu. Sed fieri potest intentio nem finis esse bonam, & tamen deficere vel obiectum debitum, vel alias circumstantias: ergo stat intentionem esse bonam, & opus malum: quia bonum confurgit ex causa integra: malum autem ex quocumque defectu. Nam si quis rapiat diuiti, ut subueniat pauperi, vel mentiatur ut succurrat insoniti, bonus quidem finis est: electio autem contra dictam rationem mala. Sed bonitas finis nõ excusat male eligentem. Ad malitiam operis sufficit malitia intentionis: nam ad hoc quod aliquid opus sit malum, sufficit defectus vniuscuiusque re quisi-

ad opera.

*Esai. 49.*

*Math. 25. 1. Cor. 12. Eph. 4.*

*Luc. 19.*

*Rom. 5.*

*Roma. 12.*

*Esai. 5.*

*Iob. 1.*

Enarrat. in Caput. XI.

ad operis bonitatem. Sed de his satis. ¶ Obferua autē q non ait, q aliqua pars corporis erit lucida; sed totū (inquit) corpus tuum erit lucidum cura enim viri perfecti simplicis & integri est, se totum circūspicere, & sua lucerna se examinare. Verebar (inquit Iob) omnia opera mea. Vir integer totū sibi notus est. Probat enim se an infide sit, vt Paulus inquit.

Iob. 9.

2. Corin. 13.

Iaco. 2. Matth. 6.

Luca. 1. vi. de ibi.

Matth. 20.

Ang. lib. 2. q. enarr. c. 15.

Coloss. 3.

tenebrarum. Id est, si nullum peccatū mortale habuerit admixtum. Partes tenebrarum, id est, vitiorum sunt superbia, auaritia, luxuria, &c. *Erit lucidum totum.* Hoc est. Tunc totum corpus tuum erit verē & perfectē dignum meritis, atque Deo ipsi placidum. Nam vno solo mortali peccato omnia opera meritoria extinguuntur: si verō nullum in sit peccatum mortale, charitas & gratia Dei efficiūt, vt ipsa opera corā oculis Dei splendeāt. Hinc in Ecclesiastico habetur, *Qui in vno peccauerit: multz bona perdet.* Et dominus per Ezechielem, Si iustus auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, &c. *Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Itaque anima tua his bonis corā Deo pulchra erit & fulgida. Vnde in Proverbij habetur. Iustorum temita quasi lux splēdens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem: via verō impiorum tenebrosa, nesciūt vbi corruāt. Igitur (vt ad alia iā gradū faciamus) ex his Christi verbis & metaphora oculi, luminis, & tenebrarū docemur, vt semper rectam intentionem habeamus in omnibus operibus nostris, nempe vt quidquid fecerimus in Deum dirigamus. Vnde & alibi saluator ait. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt vidcamini ab eis: alio qui non habebitis mercedem apud patrem vestrum. Vult enim Deus vt opera nostra in ipsum dirigamus, & vt sigillo recte intentionis ea designemus; ne ea amittamus, collocantes ipsa in ore hominū. Sicut Ezechias qui ostēdit bona sua nuntijs Babylonis regis, quapropter dixit illi dominus. Auferētur omnia que in domo tua sunt. Vult Christus vt merces nostre securæ portum contingant: ne post longā nauigationem ipsis mercibus spoliemur. Spoiliamur vtique quando bona opera non propter Deum, sed ad humanam & inanem gloriam captandam facimus. In moralibus finis (vt ait Philosophus) habet eandem vim mouendi, quam habet principium in naturalibus. Cum autē charitas sit finis, vt ait Apostolus ea nos debet mouere & dirigere. Si vero charitas nos mouerit, diriguntur sine dubio opera nostra in Deū: & poterunt perfecta & omnibus suis numeris absoluta appellari. Consi- stit autem bonorum operū perfectio in duabus rebus præcipue: in directione scilicet ad bonum finem, qui realiter sit bonus, & in electione mediotorum illi accommodatorum & conuenientium: & tunc finis est realiter bonus, quando est etiam principium bonum.

Ecclesi. 9.

Ezechie. 18

Prover. 9.

Matth. 6.

4. Reg. 20. Esai. 39.

1. Tim. 1.

Vis

Vis cognoscere, an sit opus bonum & perfectum cōsidera eius finem ad quem dirigitur. Si oculus tuus simplex fuerit, &c. Si intentio & finis fuerit rectus (vt diximus) bonum erit opus. Ob eam causam afferunt Mathematici circulum esse perfectum figuram: quia principium & finis idem est in illo: cum autē Deus sit principium & prima causa apertē concluditur, tunc opera nostra esset perfecta, si eorum finis fuerit Deus. Deū autē esse principium & rerum omnium primam causam, asserit ipse, qui per Ioannem de se ipso dicit. Ego principium qui & loquor vobis. Ipse Ioānes de Deo loquēs, inquit. Omnia per ipsum facta sunt. Et diuus Paulus ad Romanos ait. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ideo viri iusti opera sua in Deum dirigit, & propter ipsum ea efficiunt. Sicut Moyses cum leuabat manus cōsequēbatur victoriam Israel contra Amalech. Sic cū bona opera nostra, quæ per manus significantur, leuamus & dirigimus in Deum, victoriam de mundo, diabolo, & carne reportamus. Si autem ea in terrena direxerimus laudem humanam captantes, & inanis gloriæ desiderio flagrantēs, ab inimicis superabimur: nāqui appetitū humanæ gloriæ ducuntur, & laudes hominum quarunt, in Deum opera non dirigunt: ideo Christus in omnibus suis actionibus oculos leuabat in cælum: insinuare volēs vt in omnibus nostris operibus intentionem eleuemus in Deum. Itaque in omnibus nostris actionibus inanem gloriam vitemus instar illius, de quo Neemias ait, quod altera manu faciebat opus, altera vero tenebat gladium. Sic tu toto pectore incumbere operi, & altera manu tene gladium ad populū laudes rescandas. Oportet igitur vt oculum simplicem habeamus, & rectam intentionem in omnibus nostris operibus solam Dei gloriam querere: & quemadmodum Abraham voluit super carnes immolatas descendēs fugare & rejicere: vt doceret inanem gloriam esse fugiendam, eam que à nostris operibus recedendam. Tunc totum corpus nostrum lucidum erit, & sicut lucerna splendens illuminabit nos. Et cum loqueretur rogauit illū quidā Phariseus vt pranderet apud se. Egregiè declarauit & insinuauit nobis hoc exemplum quātum verē dominus egerit & apte de mala & palliata intentione. Solet enim diuus noster Lucas doctrinæ ac verbis Christi plerumque vna exempla & appositisima adijcere. Ostē

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Rom. 11.

Exo. 17.

Ioan. 6.

Neemi. 4.

Gen. 17.

dit nanque Phariseus hic quid sit habere oculum duplicem, & ex hoc vno licebit colligere quales alij fuerint: siquidem pharisei cum haberent oculum viciatum iustitiam conseruantes in cæremonijs externis, negligebant ea quæ non cernuntur, nisi patris oculis: hoc est mundo corde: ibi nanque putabant esse lucem, vbi tenebræ erant: & vbi grauis erat culpa, & crimen nullum ibi esse putabant. *Iesus autem ingressus recubuit.* In quo quidem eius benignitas & bonitas ostenditur: qui cum recte nouisset Phariseorum calumnias & merites, nihilominus vt eos hortaretur, & moueret, non dedignabatur eorum conuiuijs adesse. Docet quomodo humiles corde & benigni esse debeamus, etiam cum inimicis & persecutoribus nostris. Ecce quomodo dominus immemor iniuriæ, & memor luxæ antiquæ benignitatis cum impijsimo inimico & calūniatore accubuit mensæ. Considera quæso hominum cæcitatem & ignorantiam, qui arbitrantur hominibus suam virtutem ostendere, cum in alios faciunt, & illatas iniurias vindicant: & nihil patiuntur quod illorum nominis aut famæ aliquid detrahat. Non sic Christus qui cum inimico accubuit. Parcedo enim Deus magnum nomen sibi comparauit. Atq; ita diuino illustrata Spiritu canit illi Ecclesia. Deus qui omnipotentiam tuam parcedo maxime & miserando manifestas. Quod si recte volueris animaduertere apparebit hoc corā oculis manifestum: nam iniuriam illatam vindicando inimicum superas, parcedo vero teplo superior es: vrpote qui iram tuā compescere & frenare potes. Perpende autem calūniatoris cogitationes. *Phariseus autem cepit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium* Id est, quare nō lauisset manus. Mos enim erat apud Iudæos vt antequam se derent ad prandium manus lauarent. Vnde Mattheus, inquit, quod Pharisei dixerunt Christo. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Erant hi obseruantissimi exteriorum cæremoniarum cum interius deprauatam & viciatam conscientiam haberent. Et Marcus inquit, phariseos ita magnificare hanc exteriorum manū ablutioem obseruantes traditionem seniorum, vt redeuntes à foro nisi prius lotis manibus non manducabant. Vtinam nunc peccata quæ Christiani in foro & in plateis committunt, talia essent vt aqua mundari possent: vel

Mat. 15.

Mat. 7.



Enarrat. in Caput. XI.

vel etiā id fieret aqua benedicta quæ peccata venialia mūdā. At vero mūdus ita est transmutatus & cōuersus, vt ij qui p̄fessione sunt Christiani, more viuēdi & consuetudinibus ethnici sint & gētilis: ita vt omnis aqua, quæ in mari cōtinetur nō satis sit, vt tanta peccata & flagitia mūdāri possint. Hęc igitur erat phariseorū ceremonia ad ipsiſ magna cura obseruata. Christus verō noluit lauare manus, vt hac sumpta occasione phariseorū vitia increparet & reprehēderet. Aspice igitur quomodo nouit dominus res ad tuā vilitate spectātes ditigere. Querit occasionem quomodo ignorantes doceat & instruat: & hoc modo multoties salūtē animæ tuæ inquirīt, per eam media, modos, & viā, quæ tu nō attingis, nec intelligis. Ita se habuit cū muliere illa Samaritana in puteo Sicer, Ita cū diuo Paulo cum in Damascū tēderet, suę salutis oblitus. Et sic nobiscū quotidie agit. Videns autē phariseus qd dominus non se lauisset, cepit secū de hac remurmurare. Est enim mos eorum qui corrupti & deprauati sunt animi, vt cū magna non habeāt, de quibus taxare aliquē possint, minima assumant, vt vel inde occasione calūniant, di capiunt quodquidem manifestissime ostēditur in phariseo. Vbi malorū & bonorū contrariū ingeniu & conditionē discēs: nā mali ex quacūq; minima occasione mala faciūt, boni verō bona. Sumebant enim propheta ex quibuscuq; rebus occasione prophetandi. Abias ex vestimento nouo Ieroboānsam sibi prophetandi sumpsit. Eliseus ex oleo. Elias ex lechito olei & hydra fatina. Impij verō e cōtra ad faciēdū malū. Diabolus ex quacūq; occasione sumit auāciā, vt tēret. Sic famis occasione Christi dominū esurientē tētauit. Sic etiā Euā matrē nostrā pulchræ arboris occasione. Et illos etiā tētauit, qui aedificātur turrim Senaar. Amā quoq; occasione sibi leuē assumpsit vt flagitiū perpetraret: quia scilicet Machabeus non fledebat genua coram illo. Mali itaq; quacūq; leui data occasione peccatū committunt. Et quid dico occasione sumpta? Ex sua potius propria malitia peccāt, cum bonis inuideant. Quid obsecro erat in Ioseph, quod non amore & beneuolentia esset dignū? ac fratres eius quia plus omnibus diligebatur inuidebant ei: cum nihil eis noceret. Sic Saul Dauidi, &c. ¶ Rursus obserua, quam differentes sint cogitationes malorum a cogitationibus bonorum. Mali quippe non nisi exteriora conspicientes, interiora a tergo

relinquunt & obliuiscuntur: boni verō cū cogitatus suos omnes iacent in Deū, exteriora hæc obliuiscuntur. A dam in terreno paradiso cum totus deditus esset rerum diuinariū cōtemplationi, cum esset in statu innocētiæ nō aduertebat se nudū esse: postquā verō peccauit, in se cōuersus vidit se nudum esse. Et Paulus cū in terrū deditus raperetur, dicebat se nescire vtrū in corpore, siue extra corpus esset: nam homines qui cogitationes suas in cœlū eleuāt ea quæ corporis sunt nō curāt. Ita nimirum Christi discipuli cū ab ore magistri pendebant & ab ipsius doctrina, non recordati sunt liberationem manuum. At pharisei vt qui maximē hæc exteriora curabant, grauissimū peccatum illud existimantes murmurabant. Et ait dominus ad illum. *Nunc vos pharisei quod de foris est calcis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina & iniquitate.* Multi erant ibi Pharisei atque etiam Scribæ, vt ex sequentibus patebit: atque ideo in plurali omnibus illis loquutus est. Mos hypocritarum est externa curare, vt hominibus tantum placere possint. Ideo hypocritæ aranēis assimilantur, quæ telam texunt, quæ a vento rapitur, vbi omnem substantiam & viscera exhauriat, & omnia hæc efficiunt vt muscas venentur. Sic isti vt laudem humanā sibi comparent crucem ferunt, sicut Simon Cirinæus: sed conducti, propter mercedem & retributionem temporalem. *Quemadmodum pueri qui in edificijs ex marmore vel ex lapidibus constructi totam Ecclesiam vel aedificium videntur sustentare, cum re vera illi nihil ad fortitudinem aedificij conducāt: ita isti existimant suis virtutibus & sanctimonia Ecclesiam Dei sustineri: cum tamen id falsum sit. Est maximum discriminē inter rectos & probos viros, & hypocritas: sicut inter Esau & Iacob. Esau querebat ea quæ foris erant, Iacob quæ intra domum erant. Sunt aliqui mercatores qui cum nō admodum diuites sint omnem rem & omnes merces, quas habent, exponunt in taberna, vt omnibus patēat. Sunt verō alij diuites, qui parum vel nihil mercū foris ostentant, at vero si penetralia domus ingrediatis grandem supellectilem, & ingen tem copiam mercium videbis. Et qui sapientes & cauti sunt, non statim prima facie viso panno eum emūt: sed quid boni vel mali interius habeat, prius contemplantur. Si tabernam hypocritæ adieris, explica prius omnē pānū. De iusto vero inquit Psalmista. Omnis gloria*

gloria filij regis abintus. Et in Canticis. anima sancte ait Dominus. Oculi tui colunt bonum abique eo, quod intus in te est. Et. Diuus Paulus. Gloria nostra hæc est, testis conscientie gloria Boni nanque semper id euerant maxime vt interiora sua recta & pura habeant. Ideo Dauid in Psalmo. Fias cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vtrū confundat. Vult enim dominus vt cor meum semper mundum sit, & inmaculatum. De corde enim exiunt quæ conquinant hominē. Vnde dominus in Levitico iuberet. *Diuitis quæ circa renes est, & quæ in auribus, & in oculis, & in ceteris membris tuis, omnia quæ intra te sunt, scilicet cor, & lingua, & reliqua omnia esse offensa Deo. Ita vt cū Dauid dicas. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea non offensa tua. Non offeruntur Deo pellicæ & exteriora, sed interiora cordis munda. Pharisei & multi etiam nunc manus suas lauant: & cor a quo omnis immunditia procedit, non mundant. Sic Pilatus manus lauit, non tamē cōscientiam. Si igitur intus conquinatus es, prius id munda, tuncque simul exteriora mundabis: nam si sancta & perfecta confessione animam tuam mūdaueris, & interiora & exteriora simul pulchra & formosa Deo & Angelis apparebunt. Vnde Esaias. Dic iniquitates tuas vt iustificeris, Christus Phariseos odio prosequitur, quia vitæ suæ erant contrarij. Nam magis perfectum in Christo erat interius, quia anima Deo fruebatur: & si aliquid erat humanum, id erat exterius, quia cū publicanis & peccatoribus mensæ accumberebat. Maximē offenditur Christus hac ratione & modo viuendi. Nam non solum Pharisei sed etiam mali Christiani exterius fidem profitentur, & genibus flexis orant: interius autē pleni sunt iniquitate. Quod qui faciunt Deū ipsum rerum omnium conditorem, & Dominum dominantium tanquam idolum cōlunt & venerantur: cum solum illi obsequiū exterius tribuant. Ostendunt enim quod doctum timeant: sed illum non venerantur, nec gloriam debitam & honorē illi tribuunt. Ideo ipse per Esaiā. Populus hic labijs me honorant, cor autē eorum lōge est a me. ¶ At si istorum vitæ Deo odio haberetur, quanto maiori iure eorum erit execranda, qui nec exterius obsequium Deo præstant, quia nec sunt operibus Christiani, nec tales vidētur esse. ¶ Præterea in hos Phariseos quadrat illud*

Ezechielis. Ipsi liniebant parietem scilicet ex terius absque temperamento. Præterea simulantur isti illis, qui carnis peccata deiciuntur tanquam grauissima: spiritus alia tamen parua esse iudicant, cum tamen minoris culpa sint carnalia, quamvis maioris infamia. Sic multi prelati peccatum carnis quod in subditis reperiunt, quamvis veniale sit, acriter & grauissime puniunt: non autem auaritiā, ambitionem, simoniam, quæ maxime Ecclesiam Dei vexant. Sic isti exteriori mundi erāt, sed interius omni malorum genere deprauati atque corrupti: quæ propter arguit illos dominus dicens. *Stulti. Qui fieri potest, vt Christus hos stultos appelleret, cum ipse dixisset: Qui dixerit fratri suo, Fatue, &c. Dicim ad hoc, quod cum verba signa sint eorū quæ sunt in mente, culpa aut virtus est in verbis ex ipso affectu cordis. Ideo per contemptum aut animi elationem, vocare alium fatuum & amentem, eo animo vt iniuriam illi inferant, prohibetur a Christo: non autem si id dicitur ex charitate & animo corrigendi. Sic in hoc loco appellat stultos Christus hos Phariseos: & etiam discipulos euntes in Emaus vocauit stultos. Et Paulus ite in incolis Galatię ait. O insensati Galatę, quis fascinauit vos? &c. Nōne qui fecit quod foris est etiam id quod deintus est, fecit? Actū diceret. Nōne qui fecit corpus humanum, quod mundare vultis: cōdidit etiam animam per creationem? Cur ergo nō est vobis cura anima, sicut corpus? Imo quanto anima præstantior est corpore: tanto ipsius munditiæ esset innitēdum: & ideo stultos illos appellauit: quia de mī: imo habentes curam, maximum obliuiscuntur. *Verumtamen quod superest date eleemosynam: & omnia sunt munda vobis* Hoc in malam partē interpretandum est: nam vt Hieronymus admonet, ex antecessitibus & consequentibus colligitur verus sensus scripturæ. Et ideo illud Psalmi. Ego hodie genui te, existimo fore intelligendum de generatione Christi temporalis: quamuis multi id de generatione æternā interpretentur. Sed si quæ præcesserunt, legeris, & quæ statim sequuntur, cum dicit. Postula à me & dabo tibi gentes in hereditatem tuam, de Christo Domino homine intelligi debet: vt multi grauissimi patres cum locum explanarūt: sic illud Esaiæ capite primo. A planta pedis vsque ad verricem non est in eo sanitas, multi de flagris Christi interpretati sunt. Et cognouit bos possessorem suum, & asinus*

Ioan. 4. Abio. 9.

3. Reg. 11.

4. Reg. 4. 3. Reg. 17.

Math. 4. Genes. 3. Genes. 11.

Hebber. 5.

Genes. 37.

1. Reg. 19.

Genes. 3.

2. Cor. 12.

Marc. 15.

Genes. 26.

Psal. 44.

Car. 1. & 4.

2. Cor. 1.

Psal. 118.

Math. 15. Leui. 7.

Psal. 102.

Mat. 27.

Esa. 43.

Luc. 15.

Esa. 29.

Ezech. 13.

Mat. 5.

Luc. 24. Gala. 3.

Super. 25. Matthe. 23. Psal. 2.

Esa. 1. Leg. Hier. Gal. 4. Esa. 47.

*Ambr. lib. 5. de fide. c. 2.* *Augu. lib. 2. Tri. cap. 18.* *Ecclesi. 11.* *Apocal. 4.* *Thren. 4.* *Ioan. 11.* *Ioan. 13.* *Hier. super Amos. c. 4.*

sinus praesepe domini sui, de natiuitate praedicant: quod si literam recte perpenderit de populo Israelitico est intelligendum: quia totus erat languidus, & omnes pleni erant sceleribus & plagis peccatorum, & ingratisimi domino: nam cum bos & asinus cognoscant benefactores & praesepe domini sui, Israel vero peior bestijs effectus post tot & tanta illi beneficia collata dominum suum ignorauerit. Sic igitur in praesentiarum cum Christus dominus peccata Pharisaeoru arguisset, quia exteriorem munditiam curantes, interiorem & praecipuam contemnebant, impietatem & auaritiam exercentes: subdit dicens, Date elemosynam & omnia sunt munda vobis. Putabant isti quod si darent elemosynam, omnia erant illis munda: cum intus pleni essent superbia, ambitione, inuidia, & iniquitate. Itaque in hoc loco existimo Christum loquutum fuisse ironice & increpando. Quasi dicat. Vos pharisei cum sitis pleni iniquitate, cum rapinae studeatis & lucro, quae per fas vel nefas abutilistis, in elemosynam erogatis: & cum hoc simul maximè curatis exteriorem munditiam: quae duo cogitatis sufficere vt omnia quae in vobis sunt munda remaneant, cum re vera immunda & defaedata reddantur. Nam secundum horum doctrinam omnia erant munda post datam elemosynam. Multae sunt in scriptura imperatiuae loquutiones quae ironice sunt interpretandae, sicut locus hic: & cum quadam irrisione pronuncianti debent. Vt est illud sapientis. Latere iuuenis in adolescentia tua. Et illud Amos. Venite in Bethel: & impii agite in Galgala: multiplicare prauaricationem, & afferre mane victimas vestras: tribus diebus decimas vestras. Hoc est. Ter in anno offerre decimas idolis, vt mihi soletis offerre. Et Hieremias in Threnis. Gaude filia Edon, & latere qua habitas in terra Hus. Ad te quoque perueniet calix. Et dominus per Ioanem iudaeis dixit. Soluite templum hoc. Et ad Iudam: Quod facturus es, fac citius. Haec & alia plurima loca quae ironice & irrisorie dicta sunt, ita veniunt intelligenda. Ad dam etiam ex propheta Amos loco citato, qui ait. Preparare in cursum Dei tui Israel. Acti dicitur: iuxta Diui Hieronymi explanationem: *Occidisti seruos meos quos ad te miseram, & mittam denique filium meum: tu autem vt moris habes, & consuetudinis prepara te, vt contradicas & aduerseris Deo tuo. Lege de hac re beatum Hieronymum.*

[REDACTED]

*S. Th. 1. 2. q. 112. art. 2.*  
*Ephe. 4.*

Sed genuinus est sensus huius loci. Christus est vnum corpus, cuius nos sumus membra ac partes illud constituentes. Hoc corpus quandiu sanctorum numerus non fuerit adimpletus, multis membris destituitur. Desunt enim huic corpori oculi: cum videlicet aliquis vir sanctus eruditione & dignitate praestans, Ecclesiae coaptandus est. Desunt illi manus: cum aliquis vir misericors, non dum per gratiam ei est coniunctus. Desunt pedes, digiti, aures, & reliqua membra: cum aliqui alij viri deficiunt, qui possent augere & perfectum & absolutum reddere hoc corpus Christi mysticum. Cum vero iam omnes per gratiam illi vniuntur, vnum cum eo efficiuntur, & tunc Christus integritate manet. Sic dixit Apostolus. Donec occurramus obuam Christo. Id est, donec sumus perfecti viri: qui possimus exire obuam Christo, vt vnum cum illo efficiamur, in mensurae aetatis: id est, vt habeamus iam integram & adultam aetatem, vt Christo possimus vni: aut Christo addere illa membra, quae nodu illi coniuncta sunt. Plenitudo dinis Christi, id est vt Christum adimpleam, & vt liceat nobis dicere, Omnibus suis membris illi constitutum: quod fiet per cognitionem Dei perfectam: nam subdit statim apostolus. Ne simus paruuli, &c. *Sed vt vobis Pharisaeis qui decimas mentem & ritum & omne olus: & praeteritis iudicium & charitatem Dei. Vae, comminatio est in interitum aeternum: quia voluit Christus deterrere Pharisaeos, vt timore superuenturi mali, a peccatis se abstinerent. Aduerte autem quod hic non danantur decimae, quod falso existimant haeretici: sed ostendit charitatem esse pra-*

esse praeferenda. Nam ex eo quod statim subdit, dicens, hec oportet facere & illud non omittere, aperte Christus fateretur decimas esse offerendas: sed quod non omitteretur charitas. Pharisei namque pauperes expoliabant, vsura & rapinam exercentes: putabant tamen se iustos & mundos esse, si decimas solueret. Hinc errore danat hic saluator nos, decimas approbandas: & charitatem suadendo. Multi sunt qui plures faciunt minora, quam maiora. Sic Abraham plures faciebat adulteriu quam homicidii: atque idem dixit Sara. Occidet me, & te viuificabunt. Sic Dauid cum Berlabè adulteriu coinquinatus esset, inquirebat, an mulier esset sanctificata ab immunditia sua: & non inquisiuit, an viro esset copulata coniugio: ac si maius esset peccatum coire cum ea, quae secundum legem erat immunda, quam cum ea, quae per coniugium viro erat copulata. Sic Iudaei noluerunt ingredi Pilati praetorium, ne contaminarentur, sed vt manducarent, in Paschate: & nihili faciebant peccatum innocentem Christum occidendo. His multos similes hac nostra repestare inuenies, qui camelum deglutiunt, pulicem excutientes. Inuenies eos obseruantissimos ceremoniaru: cum pleai sint inuidia, ambitione, & alijs interioribus criminibus. Aduerte autem quod decimae fuerunt constitutae non ex lege naturae, sed ex institutione Dei, qui iussit solui decimas, quando legem dedit: vt patet in Numeris. Inceperunt autem primo illo anno cum legem dedit, cum ab Aegypto discederent: quae vis solutio decimarum non fuit inchoata illis sed observabant, sed solum postquam ingressi sunt terram Canaan, vbi securi vixerunt. Quauis antelegem dederit eas Abraham & Iacob: tamen eas non dabat ex aliqua lege, aut necessitate, sed sponte. In lege autem praecipit dominus quod Leuitis darentur decimae. Causa autem praecipua huius taxationis erat, quia dando decimas Leuitis, videbatur Deus tantum victus tribuere cuiuslibet Leuitae, quantum cuiuslibet populari homini: eo quod duodecim erant filij Israel, quoru vnus erat Levi. Et quauis vna tribus aliquando esset minor vel maior propter maiorem copiam hominum: tamen secundum generalem considerationem tribus Levi erat duodecima pars Israel. Ideo si diuiderentur fructus per aequales partes, deberent omnes fructus totius terrae Israel diui-

*Genes. 12.*  
*2. Reg. 12.*  
*Ioan. 19.*  
*Mat. 23.*  
*Numer. 18.*  
*Exo. 19.*  
*Deut. 18.*  
*Gen. 14.*  
*Gen. 28.*

di in duodecim partes, & vna illarum deberat dari Leuitis & sic haberent duodecimam partem fructuum: sed quia ipsi Leuitae dabant decimam decimae suae summo sacerdoti, pars quae ipsi supererat, non erat vnde decima pars omnium fructuum terrae Israel, sed erat inter duodecimam & vnde decimam: & sic diuisis fructibus in aequales partes, danda erat Leuitis decima pars. Si autem daretur solum duodecima aut decima tertia, & ipsi rursus dare deberent decimam summo sacerdoti, angustus & parcus victus eis superesset: quia non haberent ritum, quantum quilibet homo Israel diuisis fructibus in aequales partes: & ideo optima ratione taxata fuit portio fructuum quae danda erat Leuitis, vt esset decima. Nunc autem in Ecclesia non sunt decimae de iure naturali aut diuino, sed de iure positio: nam illa lex quo ad ceremonialia & iudicialia cessauit: hoc autem praecipit non erat morale: quia moralia sunt naturalia, & tamè decimae non erant de iure naturae, nec in nouo testamento Christus & eius Apostoli aliquid de decimis sunt loquuti. Aduerte autem quod optime coniungitur hic iudicium & charitas: quia iudicium sine charitate in crudelitate conuertitur: & charitas sine iudicio remittitur, cum iudicio autem in aequitate consistit. *Hae autem oportuit facere: & illa non omittere.* Scilicet praecipit. Pharisei, ea quae nullius momenti erant magnificabant, Dei vero praecipit non curabant. Vult dominus vt ipsius praecipit & mandata obseruentur: vt Dauid in Psalmo Domino dixit. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et in Deuteronomio loquens de praecipitorum obseruantia Dominus dixit. Ligabis (proculdubio praecipit) in signum in manu tua: & etant specilla seu oclaria inter oculos tuos. Expende quanti faciat Deus obseruantiam praecipitorum eius: vt sicut specilla illa voluerit haberi. Qui per specilla seu oclaria videt, mediatis ipsis videt. Sic dominus statuit, vt nihil videas ad concupiscendum; nisi ipsius mandata praecipit: & illud bonum appelles, quod diuina lex bonum iudicat, & idem de malo. Tuñc (ait Dauid) non confundar, cum prospexero in omnibus mandatis tuis: & cõsiliu meum iustificationis tuae. Similiter iubet vt eisdem manus tuae denuncietur, vt quocumque ieris intelligas Dei praecipit esse ligatum. *Ve vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.*

*Psalm. 118.*  
*Deuter. 6.*  
*Psalm. 118.*  
*Eccle. 7.*

Cum tamen scriptum sit. Noli querere ab homine ducatum, neq; a rege cathedram honoris. Et aduerte qd non dicit. Qui habetis cathedras, sed qui diligitis primas cathedras: quia non est vituperandum, qd aliquis sit magister, Episcopus, aut primus in honore & dignitate: sed hæc appetere & querere, hoc est vituperio dignum. Vnde per Matthæum non ait. Nolite esse rabbi: sed nolite vocari rabbi. Et Iacobus. Nolite plures magistri fieri. Vbi voluntatem, ambitione plenam damnat: non ipsos magistratus aut honores. *Vg vobis quia estis monumenta, quæ non apparent: & homines ambulantes supra, nesciunt.* Per sepulchra non apparentia describit sepulchra terra cooperata & lapidibus marmoreis: vt videmus aliquando in cimiterijs Ecclesiarum, in quibus multi pauperes sepulti sunt. Et hunc esse literale sensum constat ex eo, qd dixit, scilicet, Et homines ambulantes supra nesciunt. Et similes esse dicit Christus Phariseos, Scribas & hypocritas talibus sepulchris non apparentibus: quia tales in rei veritate sunt vala foetida, sicut sepulchra mortuorum. Sed coram hominibus eorum factor non apparet: later enim homines hos intus plenos esse vitij, quæ si ab hominibus cognoscerentur, nullum cum eis colloquium haberent. *R. respondens autem quidam ex legis peritis, ait illi. Magister hæc dicens, contumeliam etiam nobis facis.* Dicens hæc contra Phariseos, etiam nobis iniuriam infert, & honori nostro & statui derogat. Doctor hic hæc fuit loquutus, quia Christus Phariseos arguebat, eo quod primas cathedras cupiebant in Synagogis. Fuerunt autem inter Iudæos cathedra doctorum, iudicium & pontificum. Cathedra doctorum legis peritis dabatur: qui erant scribæ & doctores. Vbi hic legis peritus correctionem culpæ, contumeliam sibi illatam iudicat. Castigatio namq; quæ humiles & synceros corde meliores efficit, superbis hominibus intolerabile iugum videtur: nam cum mali consilij sibi sint suorum peccatorum, semper existimant, omnem parabolam de se dici. *At ille ait. Et vobis legis peritis va. Quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt: & ipsi vno digito vestro non ronymanas annotat, onus nunquam in scriptura refertur, nisi cum illud quod sequitur, aliquid graue est, & plenum laboris. Inter duo decim Prophetas minores quatuor scribunt onus, seu pondus. Et Zacharias in medio &*

Matth. 23. Luc. 3.

1. Cor. 1.

Hierony. in proemia. Abac.

prope finem duos sic inscribit titulos. Ita etiam in Psalmo de peccatorum pondere ait David. Sicut onus graue grauata sunt super me. Aliquando etiam in bonam partem sumitur: vt cum Christus dixit. Onus meum leue: tunc enim. Christus desinuit legem Euangelicæ loquebatur. Hic autem in malam partem sumitur onus, quia isti rudem populum multis hisque grauibus & onerosis præceptis & legibus onerabant, cum ipsi essent filij Belial, hoc est, absque iugo & obedientia pro libito viuentes. Sed multos hac nostra tempestate inuenies prælatos similes his scribis, subditos onerantes multis præceptis & legibus: à quibus omnibus ipsi se facile explicant. Vexant subditos tot excommunicacionibus & censuris, ligant animas, & tanta præcepta multiplicant: vt videatur lex Moysi iterum suscitata: at ipsi lautè & opiparè viuunt, & ad omnia vitia laxi habentis currunt. Et si aliquando subditi in minimo delinquant, leges positæ & statuta crucem illis parat, superbè loquuntur, & pœnas grauissimas minantur: ita vt vix possis eos pastores & custodes iudicare, sed superbißimos tyrannos. Non sic Apostoli, qui cum pleni essent Spiritu sancto scribentes Ecclesiæ, quæ erat Antiochia dixerunt. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quæ hac nec cessaria. Sed iam Christum audiamus. *Vg vobis, qui edificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.* Edificare & ornare sepulchra Prophetarum, si considere tur quatenus sit ze lo religionis, opus est laude dignum: sed si consideratur, vt est consummatio operis circa mortuos, sic est actus consummationis occisionis, prius nanque occidunt, & deinde sepeliunt, Ex eo autem quod patres occiderunt, & illi sepelierunt, perficiunt opere (quauis non intentione) quod parentes inceperunt. Nô religio animo sed hypocriti ornabant Pharisei sepulchra Prophetarum, vt ostenderent, se odire & execrari crimina parentum suorum contra Prophetas: & tamen perse quebatur Iesum caput omnium Prophetarum, illum crucifixerunt, maiores iniquitates in cumulo congerentes. Et ideo rectè alibi addidit. Implete mensuram patrum vestrorum. Præterea in hac re multos habent Pharisei imitatores: Respondetis obsecro: nonne hi qui in peccatis sunt, & qui sanctorum reliquias serui & auro cœcludunt, & suspensas ex collo portantes, dominum in corde

Psal 37.

Matth. 11.

Act. 17.

Matth. 23.

eorum occidentes, & fratrum suorum sanguini insidiantes, nonne inquam isti tales edificant & ornant monumenta Prophetarum? Idem etiam faciunt, qui basilicas & monasteria construunt in honorem sanctorum, cum ipsi peruersi peccatores sint: Hæc etiam faciunt mali prædicatores. Cum enim exornant sanctorum monumenta, nonne tibi videntur exornasse monumenta Prophetarum? Denique omnis, qui peccatum mortale committit, non Propheta, aut iustus, sed Deo ipsi edificat sepulchrum. Quæmadmodum qui iustus esse cupit, præter templum Christo animam suam, & sedes ubi requiescat: ita qui peccatum patrar, sepulchrum adornat, in quo Christum sepelit, per obliuionem: idque maximè facit, si in peccato diu perstiterit. *Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quandoquidem ipsi eos occiderunt, vos autem edificatis sepulchra eorum.* Certè aduersus vos testificamini, nõ verbis, sed ipsis factis: quod d similes estis patribus vestris in exemplo impietatis. Et cum ita sitis mali, tamen eorum sepulchra edificatis, ad captandum vulgi fauorem & opinionem, vt videamini iusti, & quod detestamini crimina patrum vestrorum. Sed profecto multo maiori impietate persequimini me, meosque discipulos, quæ patres vestri persequuti sunt Prophetas. *Propterea & sapientia Dei patris, ab æterno dicens decreui, & nunc dico quod per Prophetas prædixit. Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur: vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi: à generatione ista.* Aduerte quod quantum Lucas dicit hic vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, & Matthæus dicit: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus: sensum eundem esse, scilicet quod sumatur de illis vindicta propter effusionem sanguinis, & hoc est, quod Christus significare voluit. Euangeliste etiam eadem conceperunt sententiam: sed non eodem modo se explicarunt. Nam hoc est munus, pertinens ad Spiritum sanctum, inspirare scilicet Euangelistis, vt nõ eis dem verbis eadẽ sententias proferrent, & inopes perse queris, & opprimis innocentem: quàm asperum & rigidum, si talia feceris; tibi imminet supplicium: Deus nanque vltor est iniuriarum innocentium. Clamat sanguis pauperum petens iustitiam: & ipsius officium implorans coram Deo: non minus quàm sanguis Abel. Sic Rubẽ dixit in Aegypto fratribus suis. Nũquid non dixi vobis, nolite peccare in pueris, & non audistis me? In sanguis eius inquiri-

1. Cor. 1.

Matth. 23.

ritur suspicione cum eandem sententiam, nõ eundem verbis proferunt. Et Lucas dicit. Requiritur sanguis Prophetarum, & Matthæus, & dicitur sanguis iustus. Vbi nulla est contradictio, quia multoties scriptura Prophetam pro iusto accipit. Sic habetur in Genesi, Deum dixisse. Abimelec Regi Geraræ. Redde vxorẽ vxorisuoræ quia Propheta est, & ipse orabit pro te, & viues. Esse Prophetam, non est legitima causa, vt oratio exaudiat, quia aliqui Prophetæ sunt malicia causa quare aliquis exaudiat, ipse orantis iustitia est. A braham exaudiedus erat, quia iustus erat: quapropter. Propheta ibi pro iusto accipitur. Igitur sanguis Prophetarum siue iustorum venit super Iudæos, quia patientur penam pro omnibus iustis, qui occisi sunt, ac si ab eis occiderentur. Et est hic modus loquendi Hebraicis. Sic enim dixerunt Iudæi. Sanguis eius super nos, & super filios nostros: si aliquis venturus est. Sic David ad adolescentem Amalechitam, quem occidi iustus. Sanguis eius super caput tuum, os enim tuum loquutum est, dicens. Ego interfeci Christum Domini. Hoc est pœna pro effusione sanguinis tui, nõ veniat super alium, nisi super te: quia tu cum loquutus sis contra te ipsum, dignus es hac pœna. Ideo ait. Vt inquiratur à generatione ista. In quibus sanguinem ab aliquo, est punire ipsum pro peccato occisionis. Requiritur autem à generatione hæc, quia nusquam legitur, gentiles aliquem Prophetam occidisse, sed potius magni cum reuerentia ipsos honorasse. Chaldei honorati sunt Ieremiam, quem perse quuti sunt Iudæi. Benadab Eliseum honore affectit: & Niniuite bonam. Vide etiam quod dicit: inquiratur sanguis omnium Prophetarum. Quomodo fieri potest vt omnis sanguis Prophetarum veniat super hos: quia maiori pœna punientur, quàm patres sui: nam post tantam exempla proposita non sunt emendati. Sic lamech maiori supplicio est affectus, quàm Cain: quia noluit corrigi cum sententia & pœna. Cain. Dices tu, qui pauperes expolias, & inopes perse queris, & opprimis innocentem: quàm asperum & rigidum, si talia feceris; tibi imminet supplicium: Deus nanque vltor est iniuriarum innocentium. Clamat sanguis pauperum petens iustitiam: & ipsius officium implorans coram Deo: non minus quàm sanguis Abel. Sic Rubẽ dixit in Aegypto fratribus suis. Nũquid non dixi vobis, nolite peccare in pueris, & non audistis me? In sanguis eius inquiri-

Luc. 13. Matth. 23.

Gen. 10.

Matth. 27.

2. Reg. 1.

4. Reg. 25.

4. Reg. 8. Ioan. 3.

Gene. 4.

Gen. 42.

ritur . A sanguine Abel , usque ad sanguinem Zacharia : qui perijt inter altare & ædem . Propter duas causas hos duos potius quàm alios nominat , quia hi sunt alter prior , alter verò vltimus : quos scriptura refert pro religione esse interfectos . Quamvis alij multi fuerint interfecti à Manasse Rege Iuda , vt E- saias , & alij post hunc Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis , & Hieremias dicatur postea obrutus lapidibus à Iudæis in Ægypto : aut tertia tamen scriptura nullum nominat specia- liter pro religione post Zachariam filium Ioiadæ . Deinde nominat hos duos , quia hos duos solos legimus petijisse vindictam . De Abel ait scriptura . Sanguis fratris tui clamat ad me de terra . Zacharias autem filius Barachia vel Ioiadæ summi sacerdotis cum occideretur à Ioa Rege Iuda , dixit . Videat Dominus & iudicet . Dicit autem de hoc Zacharia , perijisse inter altare & ædem , quia occisus est in templo Salomonis , quod templum sic constructum & dispositum erat . Erat quædam domus nimis alta , clausa parietibus : & hæc vocabatur templum , in quod non intrabant nisi sacerdotes , vt imponeret thura quotidie mane & vespere in altare thymiamatum : & vt lucernas componerent ; & semel in anno summus sacerdos sancta sanctorum ingrediebatur . Exterius erat quidam murus lapideus profundas habens portas quatuor ventis contrarias , & erat in modum fortalitiij & intra hunc murum erat altare holocaustorum , in quo cremabantur omnia sacrificia , ob quam causam nullo recto cooperiebatur propter magnitudinem ignis & fumi : & sic non erat in domo illa , quæ vocabatur templum sed foris , intra murum tamen dictum : & erat contra portam templi , quæ erat vnica ad partem Orientalem templi , licet murus exterior , vt dictum est , habebat quatuor portas . Intra hunc murum ingrediebatur totus populus Iudeorum adorandum , & ad audiendum doctrinam legis , vbi Christus sæpius predicauit . Inter altare autem holocaustorum , supradictum & portam templi erat spaciū quoddam medium , quod vocatur porticus à porta templi & vocatur interdum porticus Salomonis . In hoc spaciō vel porticu occisus est Zacharias : & ita dicitur occisus inter altare & ædem hoc est templum , vt Matthæus dicit . Quem occidistis inter templum & altare . Porticus enim erat inter templū & altare ; quia

erat altare . scilicet holocaustorum à parte Orientis , & porta templi à parte Occidentis : & porticus siue spaciū illud in medio . Et in illo spaciō erat Rex Ioa & populus quando Zacharias ex parte Dei arguit populum , & ibi mandato Regis lapidauerunt eum . Nam loca illa bene intrabant laici : quia Christus qui ex tribu Iuda , de qua nullus ministrabat altari vt inquit Apostolus : cum sapius maneret in illa porticu , Iudæi voluerunt lapidare eum , sicut olim patres eorum Zachariam , & ideo benedixit , quod lapidauerunt Zachariam , & illum occiderunt inter templum & altare , vel vt Lucas ait , inter altare & ædem . Templum itaque accipitur dupliciter , aliquando strictè & tunc vocatur templum domus illa , quæ erat clausa parietibus , porta , & tecto , quàm soli sacerdotes ingrediebantur . Alio modo accipitur templum largè pro toto illo spaciō sacro clauso muro , in quo erat altare holocaustorum . Accipiendō primo modo templum , non fuit Zacharias occisus in templo , sed extra templum & inter templum & altare : & sic hic accipitur templum strictè . Accipiendō secundo modo templum est dicendum , occisum fuisse in templo : & in hoc secundo modo accipit Ioannes templum cum dicit : Ambulabat Iesus in templo , in partiu Salomonis . Et tamen accipiendō primo modo templum , nūquam Christus ibi intravit , neque Iudæi laici sed soli sacerdotes . Ita dico vobis requiratur ab hac generatione . Primo quia maiori pœna Deus in illos animaduertet , quam in parentes suos : quia post tot exempla in sanio remeantem non sedierunt . Secundo non loquebatur Christus his Iudæis , tanquam particularibus hominibus , sed vt erant populus Iudeorum , quæ gens non erat noua , sed ortum & originem traherat à principio mundi . Timenda valde sunt Dei iudicia & punitiones : nam quamuis aliquando taceat , dissimulet , & patienter expectet , mihi credas , vel sero vel citò te soluturum esse pœnas mali , quod feceris . Sparserunt Iezabel & Achab sanguinem innocentis Naboth , eius autem Deus vindictam cum fœnore sumpsit , quando quidem in eodē loco quo iniuste fuit interfectus Naboth , ibi canes Achab sanguinē imbiberunt . Et quia sanguis Prophetarum Dei dispersus fuit , canes ipsam Iezabel comederunt . Et Iehu destruxit omnem domū Achab interfectis suos septaginta filios & omnes posteros & filios ,

Gen. 4.

2. Par. 24.

Hebra. 9.

Ioan. 10.

Mat. 23.

Hebr. 7.

3. Reg. 21.

3. Reg. 22.

4. Reg. 9.

suos , & omnis sanguis domus Achab dispersus fuit in pœnam sanguinis Prophetarū . No tri etiā sunt labores , quos intulit Deus Dauidi propter sanguinem innocentem Vriæ . De Ioa autem Rege qui Zachariam interfecit , ait scriptura , post arum nas maximas quas passus est , surrexisset seruus eius , & occidisset illum in vitionem sanguinis Zacharia filij Ioiadæ sacerdotis . Et isti Iudæi quibus Christus dicit , quod requiretur sanguis omnium Prophetarum ab eis , quem putas habuerunt exitum ? Ciuitas eis dilectissima Hierusalem solo fuit æquata , & omnis terra destructa , ipsi vero In trecti sunt gladio , & fame , & omnes filij eorum venditi sunt , & omnis posteritas eorum fuit exul à patria , & facti sunt omnes in derisum & opprobrium cunctis gentibus : nam cum iustos persequeretur , sibi ipsis potius malum parabant . Vt vobis legis peritis qui tulistis clauem scientie ipsi non introiistis , & eos qui introibant prohibuistis . Per clauem intelligit Christus scientiam reconditam legis & Prophetarum . Clauis enim scientiæ metaphoricè est eruditio , & scientia aperiens sensum legis & Prophetarum . Hoc fecerunt legis periti introducentes mandata & præcepta hominum , & non docentes , ea , quæ legis & Prophetarum sunt : iuxta illud Ieremias . Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarū . Prohibebant autem eos , qui introibant : qui parati erant per fidem , hos eiuebant & persequebantur , quia stabiliarent Iudæi inter se , vt si quis Christum cōfiteretur , is extra synā gogam fieret . Hoc & nostra tempestate alij qui doctores & prædicatores verbi Dei faciunt , cum conciones , & prædicationes , quas ad populum habent , in fabellas & humanas leges , in poetas & philosophos conuertunt . Expende etiā quanta sit humana malitia : nihil enim est , quod in malum non conuertatur . Scientia , quæ ad cognoscendum Deum statuta est , & vt eius cognitio nos ducat in ipsius dilectionem in peccatum conuertunt : & lumine & luce scientiæ eos excæcāt , quos illuminare debuissent . Sic gigantes illi vires , quas dominus dederat ad colendam terram , & ad adiuuandum homines , in hominum opprobrium conuertuntur . Nihil enim deterius aut inclementius in homine inueniri potest , quàm vt id , quod ad agendum bonum donauit , in malum perpetrādum exerceat . Hoc Christus Saluator noster obseruare voluit , vt potestatem , quam habebat nunquam volue-

2. Reg. 11.

2. Par. 24.

Ierem. 8.

Ioan. 9.

Gen. 6.

Luca. 9.

Psal. 58.

Psal. 41.

Exo. 2.

Eccle. 19.

Prone. 15.

rit in mala conuertere , nec curiosa speculari . Nam cum discipuli eius voluissent aduersus Samaritanos irasci , itam eorum frænauit , dicens . Nescitis cuius spiritus estis , filius hominis non venit animas perdere , sed saluare . Sanctus etiam Dauid à Deo edocētus dixit . Fortitudinem meam , ad te custodi . Ac si diceret . Quamuis potens sim , nolo nisi in seruitium tuū fortitudinem meam ostendere . Grande id quæ græue malū est , quando Deū offendis ijs rebus quibus honorare illum potes de beres . Et vt videas quomodo abyssus abyssū inuocat , vt que iij , qui in peccato sunt , in alia maiora & grauiora descendunt , ita vt obstinanti & indurati efficiantur : attende quid de hisce legis peritis & Pharisæis dicat Euangelista . Cum hæc ad illos diceret , cæperunt Pharisæi , & legis periti grauiter insistere , & os eius opprimere , de multis insidiantes ei , & querentes aliquid capere ex ore eius vt accūsarent eum illi qui videbātur alios antecellere in vita vt Pharisæi , vel in scientia , vt legis periti difficulter correctionem sustinent . Sicut Iudæi irascuntur qui correctionem Moysi non valuerunt sustinere , sed dixerunt . Quis te constituit iudicē super nos ? Semper paratior est & aptior gēs popularis ad quamcūque correctionem ; quam literati & potentes . Veritas nanque similis est aquæ benedictæ : nam diuites & nobiles cum asperguntur in ecclesia aqua , faciem tegunt & oculos elaudunt : at vero rustici & populares ambabus manibus eam accipiunt & derecta facie . Sic correctiones nolunt inagnates & diuites sustinere sed blandè & delicatè : qui alias grauitet irascuntur . At populus melius eas accipit . Nam si in concione clericos castigaueris & reprehenderis , nullum alium fructum percipies , nisi quoniam Christus in his fecit : qui futurore & ira petiti aduersus Christum irascuntur . Vnde in Ecclesiastico dicitur . Sicut sagitta infixa semori canis , sic verbū in ore stulti . Verbu correctionis sic pūgit sicut sagitta : & sicut canis sagitta percussus sagittam mordet & larrat , sic stultus correctus vel reprehensus , contra verbum correctionis murmurat . Gemma , quam appellat Chalahziam , quamuis iniiciatur in ignem , tamen natium frigus retinet : sic Iudæi multis moniti miraculis & correctionibus , in suis flagitijs perseverabant , non enim amat pessiles eum , qui illum corrumpit . Obscurna autem quod non receperunt isti doctrinam Christi quamuis sapientes essent : quia vas ad fundendū lili quorem

Enarrat. in Cap. XII.

quorum triplici ratione non fit aptum. Primo quia plenum est aliquo liquore, & re solida. Ideo isti quia repleti erant iniquitate non poterant Christi doctrinam recipere. Supercecidit ignis & non viderent solē. Sic modo do multi literati pleni sunt cupiditate, & ambitione vt nihil boni recipiāt: quia pleni erāt isti diabolo, & ideo Christi doctrinam nō capiebant imō illa doctrina quā ibi deposuerat Christus, cōtra Deū iuabat diabolum. Sicut si aliquis traderet alicui nobili castra plena machinis & armis, & ille traderet castra in potestatem inimici Regis: tunc inimicus Regis magis fortis efficeretur contra regem illis machinis & armis. Secundo quando vel est vas clausum vel conuersum. Isti vero propter odium quod aduersus Christum conceperāt clauderant aures cordis doctrinæ ipsius: tantum modo aperientes aures corporis ad contradicendam. Ideo in Psalmo. Posuit pluias eorum grandinem, &c. Pluiæ sunt doctrinæ bonæ, quæ in grandinem conuertitur dū vit eruditus eis abutitur: tunc enim bonos fructus suffocat, quando id, quod bonum est frigiditate mentis induratæ ad defendendū malum, conuertunt. Sicut grando pluuia est, quæ contra calorem magis fortis efficitur & induratur, & lata, quæ tangit destruit. Tercio quando vas nimis distat ab eo, qui liquorem debet infundere: qui deuiat à principio, quantò plus itineris peregerit, tantò magis deuiat à fine. Cùm igitur Deus sit principiu & finis omnium, quia isti deuiabant à principio, quod debebat eos replere sequitur quod ab eo minimè repleti sunt. Cauendum igitur nobis est ab hac obstinatione & impietate, sed aures nostras aperiamus audituri Christi increpationes, abijcientes à corde amorem seculi, & accedentes ad illum: vt vel sic mereamur æternam beatitudinem consequi: & perpetuis sponsi colloquijs, perfui cum sanctis Angelis & iustis. Amen.

Psal. 57.

Psal. 104.

C A P V T. XII.



EDIA ILLA, modos & viam, quæ mali sibi assumunt, vt famam, gloriam & honorem bonorum destruant: hæc eadem Deus eligit vt eorum gloriam, dignitatē & honorem magis extollat, laudet, & summis encomijs offerat. Filij Iacob ob inuidiam, quæ de fratre conceperant, decreuerunt eundem vendere in Ægypto vt vel sic eum non adorarent: quæ eandem viam dominus sibi statuit, vt Iosephum magnum & excellentem efficeret in regno Ægypti ita vt omnes eum laudarent, venerationem, & suspicerent, tanquam proprium dominum. Sic contigit Pharisæis & Scribes, qui mortali odio Christum dominum persequebantur: qui pleni inuidia, quæ bona aliorum ferre non valet, volebant populum à Christo seducere. Sed cùm ipsi diligentius hanc rem curabant, tantò maior concursus & plausu populus ad Christum accedebat. Nam cum temporibus Noe aquæ tumidis fluctibus cælum vsque attingebant, tanto arca Dei in altum eleuabatur: & quan-

Gen. 37.

Gen. 41.

Gen. 3.

to maioribus persecutionibus Pharaon in Ægypto populum Israel molestabat, tanto in dies populus augebatur & multiplicabatur. Sic nimirum cùm Pharisæi & Scribæ magis curabant Dei gloriam & laudem obsecrare, tanto eius famam & nomen altis precibus omnes declarabant. Vidimus in fine capituli precedentis quomodo Pharisæi & legisperiti vehementius insistebant, vt Christum insidijs accusarent. Vt videas quomodo Deus malorum opera in contrariam partem detorqueat, & Pharisæorum astutiā nihil valere, vt laudem Christi & concursum ad eum venientium possent impedire, audi, quid nunc dicat Euangelista. *Multis autem turbis concurrentibus, ita vt se inuicem conculcarent: cœpi dicere ad discipulos suos.* Tantum abest, vt mundi ingenium aduersus Christum & iustos aliquid valeat, vt quibus vijs & modis laudem & honorem cupiat ipsi arripere, eisdem magis ac magis pādatur & manifestatur. Quid profecerunt insidiæ Amā aduersus populum Dei? Et quid calumniæ Iudeorum aduersus Christum? Tentabant Pharisæi & Scribæ ipsum in sermone & verbis illaqueare, vt turbas ab eo auerterent: sed res multo aliter euenit, quia maiori impetu turbæ

Exod. 1.

Hester. 3.

Iud. 9.  
1. Reg. 17  
Iud. 13.  
1. Reg. 31.  
Hester. 7.

turbæ ferebantur in Deum. Suo gladio sunt occisi, sicut Abimelech filius Gedon, & velut Goliath Philistæus, & Holofernes, Saul & Aman, qui digno suæ iniquitatis supplicio suspensus, est in cruce, quam parauerat Marchocho. Vide autem huius populi feruentem in Christum deuotionem. Sic enim concurrebant, vt se inuicem conculcarent, & alij alijs essent impedimento. Ita Deus feruenti animo querendus est à nobis: nam dona Dei si tepidè & remissè cupiatur, ob eandem hæc causam homo indignus ipsis efficitur: Nam si in voluntate tua & animo sederet velle mihi pretiosissimum lapidem offerre, videresque me illud donum paruipendere: sine dubio manus à tali liberalitate abstineres. Sed potius alteri homini illum tribueres, qui vt æquum esset, digno valore & estimatione eum haberet. Ita nimirum ob nimiam frigiditatem & remissionem qua dona Dei accipimus, eorum indigni efficiuntur. Qui hanc ignauiam & inordinatam à se longè non relogauerit, nimia semper paupertate & egestate spiritali laborabit. Et solum si hoc vellet homo rectè intelligere, vt alacris & lætus viueret hanc ignauiam & frigiditatem à se deberet propellere. Nam si in terra dies aliquis bonus est & lætus is solus habet qui feruenti animo Deo deseruit, & suis mandatis pareat. Huc soli res aduersæ prospere succedunt, & huic soli onera illa: quæ nimis graua & ponderosa alijs videntur facilia & leuia ipse iudicat. Sed de his alijs. Itaque cùm turbæ istæ sic feruenter & magno impetu ad Deum concurrerent: cœpit discipulis suis dicere, tum quia magis capaces erant, tum quia futuri erant aliorum doctores. *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Erant discipuli inclinati in pharisæorum doctrinam, qui religiosi inter eos habebantur: quam Christus vult vt fugiat, quia de exteriori munditia cura erat eis, non autem de interiori sanctitate, honorem humanum ambiebant, omnia propter hominum laudem efficere desiderabant, & primas sedes in cenis, & primas cathedras in synagogis diligenter curabant, & vocari volebant ab omnibus Rabbini. Hoc vitio specialiter laborabant hi, quocirca toties Christus de hypocrisis eos arguit. Omnis enim homo suum vitium habet particulare quod vt intersciat, maxime est illi laborandū. Hoc debet vnusquisque in se examinare, & cognoscere quod sit, ne uos & vites addere, vt illud

Matt. 23.

superare valeat. Fermentum igitur Pharisæorum est, malos esse, & bonos videri quod ad hypocrisis pertinet. Vocatur autem fermentum. Primo quia vt Paulus ait, modicum fermentum totam massam corrumpit. Sic peccatum humanæ laudis totum perdit bonum, & meritum operis tollit: atque omnia bona opera corrumpit. Vnde, omnia opera hypocrite sunt velut falsa moneta, quæ intus ferrea exteriori vero deaurata est. Et sunt velut poma, quæ inueniuntur in arboribus, quæ sunt prope mare mortuum: quæ cum pulchra videantur, si ea ascindas, fauillas iuuenis. Videntur opera eorum meritoria esse, sed in futuro erunt digna igne æterno. Vix intelligi potest quomodo hoc peccatum hominem occidat. Vnde hypocritæ videntur viuere, cùm anima eorum mortua sit. Sicut illè, de quo in Apocalypsi habetur. Nomen habes quod viuas & mortuus es. Secundo fermentum appellat hypocrisis pharisæorum, eo quod latens virtutem habet cleuandi ad similitudinem fermenti. Modicum quippe fermentum eleuat totam massam, nam Pharisæi sub specie religionis inflati erant, auaritie studentes. Hic est mos hypocritarum vt velint magni alij apparere, cùm in rei veritate parui & miserii sint. Ideo assimilantur struthioni de quo Job dixit. Penna struthionis similis est Herodij & accipitris. Accipiter & Herodius sua velocitate reliquas aues superat. Struthionis autem pennæ similitudinem illorum habent, sed volatus eorum non habent. A terra eleuari non valet, & alas quasi ad volandum erigit: sed nunquam volando à terra elongatur. Ita sunt hypocritæ qui bonum simulant, & apparentiam sanctitatis habent: sed vitiorum pondere grauari nullatenus à terra subleuantur. Sic erant Pharisæi qui cùm pleni essent vitijs, & auaritia, superbia & ambitione imbuti, operabant boni alijs apparere. Sed Deus cùm veritatem diligit, talem exteriori similitudinem non vult. Et vt hoc insinueret præcipiebat in Levitico, vt animal de terra pelle immolaretur, & membrum igne comburentur. Exterior simulatio vult, vt auferatur, & quod interiori igne charitatis exardescat. Ideo ait. Fili præbe mihi cor tuum. Ea enim differentia, quæ est inter naturam & artem, est inter veram & falsam virtutem. Vt enim natura in hominis generatione incipit à corde, & postea ad exteriora se conuertit: sic vera virtus incipit ab animo, cùm

Apocal. 3.

Job. 39.

Leuit. 1.

Prover. 23.

que exornat, & postea in exterioribus splen-  
 det. Vero non curat interiora sed exteriora.  
 Peiores namque & stantius cum imagi-  
 nem deprehendit, non interiora, faciunt: ut est  
 cor, viscera, & iecur, nec alia huiusmodi: sed  
 tantum externa, ut oculos, nares & similia.  
 Sic falsa & ficta virtus non curat de interio-  
 ri animi ornatu & munditia, sed externa tan-  
 tum qua sit, ut omnibus placeat, & illis bona  
 appareat. Quam vero malum hoc sit bene Chris-  
 tus ostendit, cum non obiter & velut in tras-  
 cutu, sed tam efficaciter dixerit. Attendite,  
 caute inquam & diligenter videre ne hypo-  
 crita sitis. Maximum hoc malum est, & peius  
 aperta & cognita ipsius iniquitate, quoniam  
 sub imagine virtutis delitescit. In mari namq;  
 peiores sunt scopuli, qui aqua cooperiti tristes  
 interitum nauiganibus parant, quam rupes  
 eminentes, quas nauarum facile vitare possunt.  
 Sic hypocrite quorum vitium latet & non vi-  
 detur, quia absconduntur sub specie virtutis,  
 multo magis perniciosi sunt, quam peccato-  
 res manifesti: caues enim ab eo, quem iniqui  
 & peruersum nosti, non tam ab eo, qui lu-  
 pus est, latens sub pelle ouina. Vt in pharma-  
 copola officina sunt aliqua vasa literis desig-  
 nantibus aliquid medicamentum salubre i-  
 bi esse in cluam, cum tamen reuera, nihil ni-  
 si toxicum contineant. Sic hypocrite foris sin-  
 gunt se virtute esse praeditos, cum interiora ne-  
 fariis scelerebus sint imbuti. Et, ut Pauli ver-  
 bis vtar, repleri sunt omni iniquitate, fornicatione,  
 malitia, auaritia, nequitia, &c. Ideo hypo-  
 critis iuxta Chrysostomum descriptionem est  
 subtile malum, secretum vitium, venenum la-  
 tens, virtutum fucus, & tinea sanctitatis. Vt  
 Ambrosium & opacum nemus, quod prima  
 facie arborum & delictis plenum apparet,  
 quodque oculos, virtutum plantarum va-  
 rietate delectat & pascat, ita ut volu ptatis cau-  
 sa videatur comparatum, cum intus plenum  
 sit serpentibus venenosis, lupis & alijs feris.  
 Sic hypocrita cum foris sanctus appareat, ocu-  
 los oblectat ipsum conspicientes, sed intus la-  
 tet superbia, auaritia, ceteraque scelera, ve-  
 lut in nemore in manes bestiae: tunc aperit,  
 quales ipsi sint. Nam sicut tulus qui produ-  
 cit ex pluvia & ex aliqua parua terra humidi-  
 tate, solummodo in feribore hyemali fluat,  
 sed in vere solis calore existitatur & steriles  
 sunt: sic hypocrite suas virtutes ostendunt  
 in prosperitate, veniente autem afflictionis  
 actu desiccantur & ardescunt. Ideo Christus

de his dixit, esse lupos venientes sub pellibus  
 ouinis: Assimilantur hypocrite lupis venien-  
 tibus sub pelle ouina. Differentia, quia est in-  
 ter pellem ouis viva & inter eam, quam lu-  
 pus indutam habet haec est: quod ea, qua ouis  
 vicia cooperitur, dum magis scinditur & toit-  
 detur, magis ac magis crescit, quod idem si-  
 fiat ei, quam induit lupus, deperditur & de-  
 struitur: sic bonus dum maiores persequitio-  
 nes & calamitates illi aduerserint, in virtutum  
 exercitio magis crescit & augetur: sed implus  
 hypocrita in tribulatione statim ostenditur  
 quam falsa & fallax sit ipsius virtus. Obser-  
 ua autem quod dicitur est duplex veritas, vita  
 scilicet & doctrina: sic etiam est duplex men-  
 ductum seu fictio hypocritarum, nempe falsi-  
 tas vitae, & falsitas doctrinae: sic multi hereti-  
 ci sunt hypocrite in doctrina, qui sub nomi-  
 ne Christi, & sub specie religionis & fuce, &  
 verbis adulatorijs populum simplicem deci-  
 piunt. Pharisei hanc duplicem hypocritism ha-  
 bebant, scilicet morum & doctrinae: quapro-  
 pter de vtraque hypocritism hoc Christi dictum  
 intelligi potest. De falsitate doctrinae eos ar-  
 guit Christus saepe. Docebant enim populum  
 sub specie adorationis & diuini cultus, vt ea,  
 qua partibus indigentibus erant datur, offer-  
 rent in templo Deo: & sic adimplerent Dei  
 preceptum de parentibus honorandis. Ideo  
 cum Christo illos falsam doctrinam repre-  
 henderet, voluit illos hypocritas, & dixit eis,  
 Deus dixit. Honorate patrem tuum & matrem  
 tuam: vos autem dicitis inuicem quodcumque  
 est ex me, &c. Praterea quia Deus dixit. Dili-  
 ges amicum tuum, ipsi a contrario sensu fal-  
 se argumetati sunt: ergo inimici sunt odio ha-  
 bendi, & sic docebant, inimicos odio esse pro-  
 sequendos. Duplex itaque erat fermentum  
 phariseorum: vnum simulatio vitae, quod ef-  
 ficiebat hypocritism, & aliud peruerso doctri-  
 nae, quod faciebat cupiditas sine curiositas.  
 Hoc duplici fermento corrupta erat synago-  
 ga, &c. secundum illud. Quia dicitur paululum ciuitas a commixtio-  
 ne fermenti, donec fermentetur totum. Quo-  
 circa diuus Paulus. Non epulemur in ferme-  
 to malitiae quantum ad peruersam doctrinam,  
 & nequitiam quantum ad simulatam iustitiam.  
 Sed in alymis lycenitatis quo ad vitam, & ve-  
 ritatis quo ad doctrinam. Aperte Christus lo-  
 quitur est de falsa doctrina sub nomine fer-  
 menti, cum per Matthaeum dixit. Caudete  
 fermento phariseorum & sadduceorum.

Matth. 7.  
 Mat. 23.  
 Exo. 12.  
 Exo. 25.  
 1. Cor. 15.  
 Tit. 1.  
 Act. 17.  
 Dente. 21.  
 Mat. 15.  
 Aug. lib. 2.  
 de doct. chri-  
 stia. ca. 40.  
 Lenu. 23.  
 Lenu. 2.  
 Ose. 7.  
 1. Cor. 5.  
 Mat. 16.  
 Et non

Et non dixit, vt caute et a fermento panis,  
 sed a doctrina. Sed nomine Christi alibi di-  
 xit, quod super cathedram Moysi sederit scri-  
 ba & pharisei, quae dixerint vobis facere, fa-  
 cite: cum bona docebat, hoc est, ea quae Mo-  
 ses praedixerat, & dicitur, audientia erant.  
 Nam tum bona quidpiam impij doceant, au-  
 ferent dicitur ab eis, ita quia ab indignis pos-  
 sessibus, & designandum ad cultum Dei &  
 salutem animarum. Ideo populum Israel ab-  
 stulit ab Aegyptijs vasa aurea, quibus taberna-  
 culum & sacra sanctorum adornauerunt: ita  
 Poetis Philosophis, & ethnicis tanquam ab  
 Aegyptijs auferendum est, quidquid bonum di-  
 xerunt, & cum eo sacre scripturae debent pos-  
 titus adomari, & id Deo est dicendum. Sic  
 Paulus in primo epistola ad Corinthios inquit  
 quod contumunt bonos mores colloquia  
 prauis: quod ex Menandro sumptum est. Et  
 ad Titum scribens dixit. Crementes mala be-  
 stia. Hoc Epimenides dixit. Et in Actis ad du-  
 cit Aratum Poetam dicentem. In quo vlti-  
 mus, inuenitur & sumus: Ex doctrina Phari-  
 seorum sum me tibi bonum, & malum relinque.  
 Sicut a Poetis bona quae dixerunt auferenda,  
 vana autem & ridicula contentenda sunt.  
 Sic in Deuteronomio precepit dominus, vt  
 qui vxorim veller duceret captiuam ancilla,  
 raderet euungulas, & castitatem tonderet, &  
 vt vxorem exderet, qua capti fuit: & sic po-  
 testate illi conuinceretur: Sic raderet a poetis vi-  
 ngulas, & castos, hoc est superflua, vana & iniu-  
 tilla, & sic poteris sapientiam eorum ample-  
 citi. Legit Augustinum. Sed a falsa doctrina  
 Poetarum & Pharisaeorum cauendum est, si-  
 cut a fermento malitiae: bona autem doctrina  
 amplectenda, & Deo cum ea inseruendum  
 est. Vnde in Leuitico precepit Deus vt pone-  
 rent sacrificium super panes fermentatos. An-  
 tea fermentatum prorsus a sacrificijs abieci-  
 rat: sed cur modo praecipit imponi sacrificium  
 super panes fermentatos? Vnde quod non ad  
 sacrificium, sed ad ministerium sacrificij fer-  
 mentatum panis assumitur. Humana doctri-  
 na est fermentum, vt Christus ait: & haec non  
 est Deo offerenda, sed tantum seruire debet  
 sacrificio, hoc est Deo, & sacrae Theologiae, &  
 sic Dialecticae, Philosophiae, & ceterae scientiae  
 Theologiae deseruiunt, & ad usum ipsius sunt.  
 A falsa vero doctrina cauendum esse, admo-  
 net Christus in hoc loco, & expressius per  
 Matthaeum. Magnum enim periculum est ac-  
 ceptare falsam doctrinam pro vera, & tene-

bras pro luce. Certè nihil magis interest qua-  
 rum in ascensum per scalam Iacob in caelum,  
 & praecipitum per foueam peccatorum infer-  
 rum. Ideo dominus tanto verborum ponde-  
 re inquit. Attendite: estote vt animalia illa E-  
 z: chielis oculis plena: vt a falsa doctrina fu-  
 giatis. Omni custodia custodite cor vestrum  
 ne phariseo fermento inficiamini. Omnis  
 doctrina, quae auocat ad interioribus, & reu-  
 cat ad exteriora fermentum est phariseo-  
 rum. Toti dediti sunt exterioribus, libioni manu  
 & alijs huiusmodi, nihil vero curant de inter-  
 rioribus. Sepulchra sunt dealbata, plena osi-  
 bus mortuorum, qui inuis nihil de charitate  
 curant, quia pleni sunt odio & rapina, nihil  
 de humanitate, cum gloriam ad hominibus  
 quaerant: nihil de elemosyna, cum viduarum  
 domos diripiunt. Discamus ex hoc loco om-  
 nem simulationem fugere tam vitam quam do-  
 doctrinae fugientes hypocritism, quam tones  
 Christus in Euangelio detestatur. Simulator  
 ore decipit amicum suum. Qui ambulat sim-  
 pliciter, ambulat confidenter. Respondeas  
 obsecro simulator & hypocrite, si bonum est  
 bonum apparere, cur non vis esse, quod vis  
 apparere? Et si malum est, malum apparere, cur  
 vis esse, quod non vis apparere? Quod si bo-  
 num est bonum apparere, melius est bonum  
 esse: & si malum est, malum apparere, peius  
 est malum esse? Esto ergo quod apparet, aut  
 appare quod es. Sed quid dico? Cur sanctita-  
 tem simulatam & hypocritism arguo? Christi  
 namque temporibus maxima hypocritism vige-  
 bat praesertim in phariseis: atque id eo iure o-  
 primo contra hypocritism disceptabat. Sed  
 hanc cum tanta homines inuaserit impuden-  
 tia vt de peccatis loquerentur, & gaudent om-  
 nibus manifesti peccatores apparere: quid o-  
 pus est, vt hypocritism reprehendamus? Non  
 solum multi se ipsos iactant, & latitant de  
 malo quod commiserunt, sed eo quod nun-  
 quam fecerunt, ita vt mundus sic adeo sit de-  
 prauatus, vt cum tam iniqua sit hypocritism, o-  
 pus sit, vt ipsos homines inuenimus, ad hoc vt  
 sint hypocrite. Nam minus malum est, vt sint  
 hypocrite, quam vt, cum tam impudenter in  
 peccata irruant, alios secum praecipitent & du-  
 cant in infernum. Estote igitur hypocrite, dum  
 mali estis & contenti sitis, si soli in infernum  
 abeatis, &c. Sed iam Christum audiamus. Nihil  
 enim est operum, quod non reuelatur, neque ab-  
 sconditum, quod non sciat. Affer rationem vi-  
 tandi hypocritism ex euentu contrario. Nam

Ge.  
 Exo. 1.  
 Prover. 4.  
 Mar. 7.  
 Prover. 12.  
 L 5 idco

idco homines in vitium hypocrisis dilabuntur, quia putant hac ratione fieri posse, vt latent sua vitia, & propiterea aduersus hoc Christus dicit nihil esse in hac vita opertum, quod in futura vita non reuelatur. Vult hypocrita malus esse, & bonus videri: & recte puniatur in eo, quod appetit, quia secreta malitiam. Deus manifestabit. Vnde per Nau Prophetam ait Dominus. Ecce ego ad te dicit Dominus, exercituum, & reuelabo pudeda tua in faciem tuam, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Propterea opertum pertinet ad opera que occultantur ex industria, & absconditū ad cogitationes, que occultantur ex propria natura. Sed vitium que in futuro iudicio manifestabitur. Vtinam hac fecum reuoluerent omnes ijs, qui secreto peccantes, illa secum dicunt Ecclasiastici. Quis me videt, tenebrae circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me. Quem vereor? Delictorum meorum non memoratur altissimus. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Nō cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt, super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi & hominum corda intuentes in absconditas partes, & vtinam coram oculis suis hac semper ferret miser & infelix peccator, & certo sciret, se in ipso peccato à Deo videri & conipici: non nisi est dubium, quin si hac animaduerteret, non ita facile in peccata dilaberetur. Nam si Deum non times, & homines magis quam Deum veneraris, scias nihil ei esse absconditum, & omnia secreta peccata in extremo die iudicii Deo, omnibus hominibus & Angelis manifestanda esse. O quantum pudorem & verecundiam tunc habebis quado omnes manifeste noverint omnia illa peccata, quorum minimum vt combitteres facie hominum fugiebas. Reuelabo stultitiam eius in medio amatorum eius: dicit Dominus exercituum. In die enim iudicii vt Apostolus ait illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit Dominus consilia cordium. *Quoniam quae in tenebris dixistis: in lumine dicentur, & quae in aure loquistis: in cathedris praedicationis in ecclesijs Christi sepe sicut tantum discipulos docuit ita tibi nullus adefert extraneus: & haec etiam quae in alijs praedicant ad aurem, hoc est secreta praedicabitur in ecclesijs, praeterea te ta planicies: domosum in parte superiori, quia in Palestina*

Num. 3.

Eccle. 23.

Ose 2.

1. Cor. 4.

quae erat patria Iudaeorum, non erant recta in modum pyramidum sed plana & equalia: & in ea conueniebant homines ad voluptatem & solatium capiendum diebus festis: per quod significantur loca publica, scilicet, eo quod in publicis locis praedicandum erat. Vt haec autem haec multipliciter vera sunt. Constat enim quod in die iudicii virtutes honorum, & vitia malorum detegentur. Rursus ea, quae Apostoli tempore Christi per circuitum Iudaeae tantum praedicauerunt, postea haec eadem erant praedicaturi per totum orbem: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Vt ergo dicere, omnia manifestabuntur, tam secreta cordium, quam doctrina Evangelica in die iudicii, nam nihil est occultum, &c. Quod cum ita sit ea curemus deinceps facere, quae ante vniuersum mundum possint apparere sine aliquo pudore nostro & verecundia. In omnibus ijs, quae Christus dixit, id praecipue intendit, scilicet, vt paruipendamus hominum dicta & laudes, cuius contrarium hypocritae faciunt, sed raptum, vt Deo nos conciliemus & curemus cum amico & propitium habere. Ita quod nec hominum laudes querere debemus, nec eorum minas, persequutiones, aut conuicia timere. Quomodo autem homines nō debeant timere, ostendit id Deus, in eo quod sequitur. *Dico autem vobis amicis meis ne timeamini ab his qui occidunt corpus: & post haec non habent amplius quid faciant.* Seruos vocat amicos cum ad martyrium ascendit: vt dicas mala praesentis vitae, tormenta, & martyrium parata esse Dei amicis, & talia esse amicitiae eius pignora. Idco cum Christus discipulis suis promittit mortem & passionem, his verbis vocat eos amicos. Vt intelligas quod quos Deus diligit, corrigit: & signa quae ostendunt aliquem esse amicum Dei, sunt, si propter Deum maximas tribulationes, afflictiones, & labores fuerit passus. Qua propter ait. Dico autem vobis amicis meis, ne timeamini ab his, &c. Non quod alicuiusque timorem Christus admittit: sed eum duntaxat, qui amicitiae Dei aduersatur: vt est timor humanus & mundanus. Vbi etiam aduertes multiplices esse species timoris. Primus timor naturalis appellatur: quo quisque naturaliter timet nocium naturae, per quem timore neque meremur, neque demeremur: quia non lubet libero arbitrio: quo timore Christus fuit affectus vt Marcus ait. *Ccepit* (inquit) Iesus pauere, &c. Alius est timor, huius manus,

Rom. 10. Psal. 18.

Hebrae. 12.

Mat. 14.

Mat. 10.

Ioan. 12. Mat. 14.

Matth. 2.

Ioan. 11.

1. Ioan. 4.

Psal. 18.

manus, cum aliquis nimis timet, ea quae corpori nocere possunt: & hic malus est, de quo nunc dominus loquitur: & per Matthaeum cum dixit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Qui timor promanabat ex nimio amore vitae praesentis. Et sicut amor praesentis vitae quandoque est peccatum veniale, quando est citra Deum: ita timor humanus quandoque est peccatum veniale, quando oritur ex amore veniali: & quandoque mortale, scilicet, quando oritur ex amore mortali, de quo amore ait dominus. Qui amat animam suam perdet eam. Hoc timore humano correptus Petrus Christum abnegauit, cum dixit illum non nosse, ne vita corporis priuaretur. Alius est mundanus timor quando aliquis nimis timet res suas & bona amittere: qui timor impijissimus est. Hic timor Herodem inuasit, cum Christum occidere voluit: & innocentes inter fecit, ne regnum temporale perderet. Hoc etiam timor permotus Caiphias, Pharisaei, & Pontifices Christi occiderunt: timentes ne venientes Romani perderent locum & gentem. Alius est timor seruilis: cum quis propter crucem & tormentum inferni se à peccatis abstinere: qui non malus est quia initium est ad bonum: sed nec dignus est, vt bonus appelletur, quia non est cum charitate, & seruus potius quam amicus ille potest dici. De hoc timore seruili loquitur Ioannes. Perfecta charitas, foras mittit timorem. Alius est timor filialis, qui manet cum charitate, quem habent viri puri atque perfecti: qui etiam in patria manet. De quo regius Propheta. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: Sed Christus hic timorem humanum à suis fugat & repellit. Timendi enim sunt homines quia malum possunt infligere: sed non sunt timendi, ita quod ob eorum causam à mandatis Dei desistamus: quia mala, quae homines efficere possunt, multo minora sunt, quā ea, quae Christus potest infligere. Volebat igitur Christus timorem humanum ab Apostolis propellere, neque ob hanc causam cessandum esse à praedicatione, quia in maiora mala inciderent, scilicet in penam aeternam. Ad nostram vero eruditionem discamus hic, non timere corporis mortem: iustus enim non timet, quia tales timores effectus sunt iniquae & deprauatae vitae. Non timet iustus mortem, quia rato suae vitae tempore semper dicit, quomodo bene moriturus esset. Homo vero qui caute & prouide viuit, inimicum non pauelit. Non timet mor-

tem, qui toto vitae curriculo semper sollicitus fuit in querendo adiutores & patronos illi horum qui quidem virtutes & actiones sanctae sunt. Non timet mortem, quia multis obsequijs & operibus propitium & fautorem sibi dominum comparauit. Denique nō timet mortem: quia mors iusti immerito mors appellatur, sed potius somnium & transitus de bet dici. Non est mors, sed mutatio: non est mors, sed vltimus dies laborum & calamitatum: non mors, sed via ad beatitudinem & vitam nunquam perituram. Discamus igitur sic viuere, vt mortem non timeamus. Secundo discamus timere peccatum: nā qui peccatum timuerit, nō timebit mortem. Arma mortis peccata sunt. Vbi nō est peccatum, nullus est mortis timor: quae si nullum adsit peccatum imbecilla & inermis venit mors. Apes & alia id genus muſcae quae ictibus suis dolore infligunt omnem partem stimulis suis ingenerant, quibus nos feriunt: nam si his stimulos abstuleris, quid mali poterunt facere? nullum sanē. Stimulus igitur mortis cum peccatum sit, id auferas. Vnde Paulus. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus mortis peccatum est. Diuus Paulus, qui mundam habebat conscientiam suam à peccato, mortem irridebat, cum victam eam teneret: tanquam qui triumphum de illa reportauerat, inquit. Vbi est mors victoria tua? Et quid est in causa quare mors sine victoria remansit? Certe quia stimulus nō habebat. Ideo dixit. Vbi est mors stimulus tuus? Et quis sit hic stimulus, Paulus manifestat, inquit. Stimulus mortis peccatum est. Igitur quia mors nullum habebat peccatum, inde erat, vt nec stimulus haberet: & quia non habuit stimulum, nec victoriam reportauit. Aspice igitur o homo peccator quod cum mandata Dei transgredieris, arma tribuis ipsi morti quibus fortissimè aduersus te possit dimicare, nam ipsa nullum malum infert, nisi peccatori neque aduersus aliquem, nisi peccatum irascitur, & his armis bellum nobis parat. Nisi peccatum habueris, non est quod mortem timeas: si vero peccatum abhorrueris, mortem irridebis. Ideo Ioannes in Apocalypsi ait. Qui vicerit, non laedetur à morte secunda. Quoniam dicit mortem secundam sequitur, quod est alia mors quae prima appellatur: ideoque scias duas esse mortes. Alteram mortem animae, quae est peccatum: iuxta illud. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Altera vero est mors secundae, quae

1. Cor. 15.

Apo. 2.

1. Cor. 15.





Et in libro sapientia. Iustorum anima in manu Dei erit, & non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate est plena. In paucis vexati, in multis bene disponuntur, quoniam Deus tentavit eos, & inuenit eos dignos se. Et in Apocalypsi Iohannes inquit. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, &c. Et in libro sapientia legitur. Excitauit eos eos malitia sua, & nescierunt sacramenta Dei, nec mercedem sperauerunt iustitia: nec iudicauerunt honorem animarum suarum: quoniam Deus creauit hominem exterminabilem: ad imaginem similitudinis sue fecit illum. Ex quo aperte colligitur animam esse inextinguibilem, id est incorruptibilem & immortalem: quoniam vt ex litera colligi potest, de homine differit secundum animam, & non secundum corpus, secundum quam & ipse homo imago Dei est. Sic enim ait. Nec iudicauerunt honorem animarum suarum, & causam subdens ait. Quoniam creauit Deus hominem inextinguibilem. Et in fra ite no'ter Lucas, quod animam iusti Lazari deportauerunt Angeli in sinum Abraham. Et anima diuitis purpurati post ipsius obitum sepulta est in inferno. Accedit ad hanc, quod Dominus dixit in Euangelio Sadduceis negantibus resurrectionem. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Non est Deus mortuorum sed viventium. *Ostendit autem vobis quem timeatis. Timeate enim, qui postquam occiderit: habet potestatem mittere in gehennam.* Vide Christi benignitatem. Non dicit, vt non timeant, sed ostendit quem potius timere debeant. Timor enim, sicut & gaudium passio est animi. Et sicut discipulis letantibus & gaudentibus eo, quod demonia illis subijcerentur, dixit, in hoc nolite gaudere, quia demonia subijciuntur vobis, sed gaudeat quoniam nomina vestra scripta sunt in caelis: & nunc dicit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, timeate autem eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Sed singula verba iam ve-

niunt obseruanda. Postquam occiderit, intellige corpus, nam animam nec homo, nec Deus ipse qui illam codidit, occidere potest: nec corpus etiam occidi potest. Quapropter quod nunc ait de occisione corporis, & quod antea dixerat. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, modus est loquendi vulgaris, quo Christus vitat propter rudem: quia corpus non occiditur, nec anima, sed totus homo. Dicitur tamen corpus occidi, id est vita priuari, quia prius viuerebat, & per occisionem iam non viuere. Praterca potest dici, seu potestatem habet mittendi in gehennam: quia Deus potest perdere, non tamen vult perdere. Sed nos nostris peccatis cogimus, vt perdat, que saluare cupit. Deus enim vult omnes homines saluos facere: quia propter que damnatur, sua voluntate propria & malitia damnatur. *Potest itaque Deus, non tamen vult mittere homines in gehennam.* Obserua autem quod post mortem mittit impios in gehennam, nec vnquam eos amplius queret, nec de illis erit sollicitus. In hac vita perdit & querit & ouis perdit inuenitur a pastore: & gratulantur ei, quia cum amissa esset, eam inuenit. Verum si post hanc vitam perieris, perpetuo peribis sine villo remedij aut redemptionis genere. In te igitur nunc peccator descende, & si deuius post peccatum abieris in dominum tuum cito reuertere: antequam obtenebrescat sol, & lumen, & stella, & lamina, & reuertatur nubes post pluiam. Clama sicut ouis ad pastorem, vt eripiat te de ore lupi. Christus pastor bonus: antequam te deglutiat lupus rapax, & in ventrem interni mittat. *Ostendit itaque dominus eorum omnium que timere debemus, maximum esse gehennam.* Vnde pra omnibus & summopere maxime est timendus, qui in illam potest nos mittere. Porro gehenna idem est quod Hebraeis gehinnon. Est autem gehinnon vallis hiuon. Erat enim vallis volucribus plena, quae dicebatur, hinnon: quae dicitur significat frustra. vt tandem gehenna si-

1. Tim. 3.

Mat. 25.

Luc. 15.

Eccl. 12.

Ioh. 10.

gnificet

4. Reg. 23.

Gen. 4.

Leuit. 26.

Prover. 28.

Psal. 26.

gnificet vallem frustra. Erat haec vallis locus, vbi idolo Moloch incedebantur pueri viuorum lamentu ne audiretur tympana percutiebant, qui pueros immolabant. Vnde & nomen Tophet locus ille accepit, id est tympanum. Hunc locum destruxit & contaminauit sanctus Rex Iosias, iubens in eum projici cadauera & reliqua excrementa. Vnde dictum est, gehennam esse locum mortuorum. Erat autem Moloch starua concaua & ex aere confecta, faciem habens vituli, & manus extensas & brachia ad accipiendum: incedebatur que interior & in manibus & brachijs candentibus apponebatur puer, qui viuus ardebat: & tunc saltitabant adstantes, & quaticabant tympana. Per hac vallem intelligit Christus infernum, quia Iosias in contempum idolorum hunc locum impleuit olibus mortuorum & spurcijs, qui horrendus erat, instar inferni. Et subdit statim dominus. *Ita dico vobis hunc timeate.* Deum plusquam homines timeate, qui maiora dona vobis inferre potest, quam homines: quia potest mittere vos in gehennam, quae facere nequeat homines. Admonet locus iste, vt Deum timeamus: si reliqua omnia, quae sub caelo sunt, nolimus timere. *Qui Deum timet, nihil illi restat, vt timeat: & qui Deum non timet, omnia alia expauescit.* Igitur, vt homines non timeamus, inquit hic Christus, Deum esse timendum. Cain cum timore dñi amississet, ita pusillanimus & timidus mansit, vt dixerit. Omnis qui inuenit me occidet me. Qui potens fuit & animosus ad interficiendum fratrem: iam ita incers & ignauus redditur, vt dicat, quicunq; inuenierit me, &c. Quod quidem non mirari debes, cum videas illum amississe timorem dñi. De quibus omnibus, qui timorem hunc amittunt, scriptura inquit. Terrebit eos conitus solij volantis, & ita fugient quasi gladiu, cadent nulli persequente. Et Sapiens ait. Fugit impius nemine persequente: iustus tamen confidit vt leo. Mali cum male viuunt, semper pleni timore & pauore incedunt: at vero iusti & recti confidunt in Dño, & tanquam robustissimi Leones sunt. Non est cur mireris, si qui timet Deum, homines non pauescant: quan doquidē Deum semper patronu & aduocatu habet. Vnde David ait. Dñs protector vite meae a quo trepidabo? Nihil David timebat, cum protectorē suu Deu haberet: propter quod ante verbum huc dixerat Palmista. Dñs illuminatio mea & salus mea: que timebo? Et quia Deum timebat

ipse erat eius adiutoriū & protectio. Ideo subdit. Dñs protector vite meae, a quo trepidabo? Quocirca dñs his armis timoris sui suos mittens induit: na hoc vestiti nihil omninu que sunt in mundo, est que timeant. Et vt eos magis firmos reddat, ne eos timeat, qui occidit corpus, adducit exemplum ostendens illis curam, quam de eis habebit, dicens. *Nomē quinq; passeris venient disponio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo.* Quod si Deus non obliuiscitur passerum, qui tami parui pretij & valoris sunt: qui fieri potest, vt vos obliuiscatur, qui creaturae eslis rationis participes, & condita ad ipsius imaginē & similitudinem? Timeate Deu, & omnem vestram fiduciam in eum constituite: na qui passeres non obliuiscitur, nec vos obliuiscetur, nec deseret, qui multo praestantiores illis estis. Dixerat enim homines non esse timendos, quia parum mali nobis inferre possunt: quod etiam nunc probat ex alio capite, nempe quia Deus id permisit, qui rerum omniu habet prouidentia. Et assumit exemplū de quinq; passeribus qui veniunt disponio, & non tradit illos Deus obliuioni: multo minus vos. Prouidentia enim Dei auferret rationem mali ad aduersa, quae nobis accidunt: quia cum prouidentia eius sit per quam omnia diriguntur in finē, & ipse bonus sit: ne cesse est quod omnia ordinet ad bonum: & id quod nobis euenerit, bonu censendum est licet malu videatur, cum tamen ad bonu ordinetur. Sicut potio amara licet palato non sit sua: nis: bona tamen est, quia ad bonu ordinatur, & dirigitur, scilicet ad sanitatem. Ideo nihil homini potest accidere, quod ad bonum non sit. Sed ea est differentia, quia malis aduersa mala sunt: bonis autem etiam ipsa mala in bona conuertuntur, quia in bonu proficiunt. Na, vt Paulus inquit, Diligentibus Deu omnia cooperantur in bonu. Duplici itaq; ratione non est hominibus timendum. Primum quia parū mali nobis inferre possunt: Deus autē grauissimis malis nos efficere potest. Secundum non debemus homines timere, quia quidquid mali infigunt, Dei ordinatione & voluntate faciunt: quod fieri non potest, nisi vt in maximum bonu nobis cedat. Hoc duplici argumento solatur Deus suos discipulos, & monet ad aduersa ferenda. Aduerte autem illam non esse loquutionem hyperbolicam, scilicet quod Deus nec ipsos passeres obliuiscitur: na Deus secundum rei veritatem (quauis nobis mirabile videatur) curā habet singulorum passerum non solum in genere

Rom. 8.

genere vel specie, sed vni ulcuiusq; indiuidui. Spectat enim ad immensitatem prouidentie eius singulis quibuscuq; indiuiduis prouidere & illorum curam habere: sine vlla mutatione, aut multiplicatione actuum vendendi, volendi, disponendi, aut curandi. ¶ Docemur hic in omnibus aduersis, in omni tribulatione, angustia & labore patientia nos indui, at tendentes q; omnia nobis eueniunt ex diuina prouidentia & voluntate: & hoc sufficiat nobis ad consolationem & requiem, ita q; quando tribulationibus & ærumnis sumus affecti: sciamus illa d esse consilium diuinum. Nā si quinque passerēs, qui omnes vno dipendio venduntur Deus non obliuiscitur, nec illorū singulorum: quomodo nostri obliuiscetur Deus? Subijciamus ergo nos diuinæ ipsius prouidentie: cum nesciamus, quid nobis magis expediat. Aliquibus nanque magis expediunt aduersa, quā prospera & felicia. Ideoque in aduersis & inopinatis non debemus murmurare. Quocirca in Ecclesiastico dicitur. Non est dicere, hoc est melius illis. Nec solliciti sumus, quid de nobis futurus sit Deus. Vnde Paulus. Siue viuim⁹, siue morimur: domini sum⁹. Recte enim scit medicus cœlestis & diuinus, quid daturus sit nobis in refrigerium & solatium, quid vero in exercitiū. Sic Esaias ait. Vā quicōtradicit factori suo. Et postea. Nunquid dicit spurū factori suo quid facis? Peruerſa est hæc cogitatio, quasi futurum contra figurū cogitet, & dicat opus factori suo. Quid fecisti me: Hoc Dei consilium & decretum respiciēs Dauid, cum malediceretur à Semei, & vellent illum occidere, dixit. Dimitte eum, vt maledicatur, iuxta præceptum Domini. Sic Dominus Petro volenti passioni suæ obstaculum esse, dixit. Calicem quem dedit mihi Pater, nō vis, vt bibam? Præterea destruitur hoc verbo illorum assertio, qui dicebant, Deum nullam mundiciuram habere. Quis enim est fabricator, vel artifex, qui operis sui curam negligit? Quis deserit, & auxilium destituit quod condidit illius quod fecisset nullam curam haberes, summa inclementia est. Si quis enim (vt Paulus inquit) suorum curam non habet maximè domesticorū, fidem negauit: & infideli est deterrit. Sed Deus (quod ratione naturā suaderi potest) qui summum bonum est, iniquus esse, si eorum quæ condidit negligens esset: & si inquit, siā non Deus. Omnia enim summa sapientia, summa prouidentia & consilio regit & gubernat: ita vt nec arboris foliū

moueatur, nisi ipſius voluntate. Nec obstat huic rei quod Paulus ait. Nunquid cura est Deo de bobus: Loquitur nanque ibi de cura seu prouidentia speciali: puta doctrinæ & disciplina quæ creaturas rationis compotes gubernat & regit: hic vero sermo incidit de prouidentia generali, qua Deus cuncta disponit, iuxta illud Sapientie. Non est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus. Quapropter sequitur in contextu. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Non hyperbolicos & augendæ rei gratia loquitur: sed hæc est firma & stabilis veritas, & omnium etiam capillorum numerum esse apud Deum: ita quod non solum cognoscit, nos habere capillos, sed curæ illi est, ne capillus capillo vicino noceat. Numerati dixit: quia quæ diligenti cura seruari volumus, ea numerare solemus. Quo nimirū nobis Christus ob oculos vult ponere, quanta illi sit cura de amicis suis, cum etiam capillos eorum non solum seruet, sed etiam numeret. Maximā curam habet Deus de iustis: ita vt minimè permittat, aliquem eis nocere, iuxta illud. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nam quem admodum Deum nemo potest decipere: ita nec iustum, cuius curam gerit Deus. Iustus enim est sicut figura spherica: quæ quocunq; eā verteris, scdem propriam habet. Retum & consiliorum mutationes quas fecit Laban, cessarunt in vilitatem ipsi iacob. Hoc quippe intererit iustos & impios: quoniā si impiū verteris & volueris, iam non amplius manet: pius autem & iustus quocunq; se verterit, suam sedem habet: quia vt Dauid ait. Dominus supponit manum suā & sedē illis constituit. Sic de sancto Ioseph scriptura dicit, quod Dominus erat cum eo: & omnia opera eius dirigebat. Sic ipse postea dixit fratribus suis. Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Sic Dauid cum sepius à tantis inimicis persequeretur, Dominus manum præstabat: & vbicunq; sedem inueniebat, manus enim Domini tanquam scabellū illi erat. Vnde ipsemet Dño ait. Si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo mala: quoniā tu mecum es. Dominus enim est, qui iustum venditum non dereliquit, sed in peccatoribus eum liberauit, descenditque eū illo in foueam, & in vinculis eum non dereliquit, Et in Psalmo. Multæ tribulationes iustorum; & de his omnibus liberabit eos Dominus. Et propterea etiam si huc & illuc multis labori-

1. Cor. 9  
Sapient. 12  
Ecclesia. 15  
Zach. 3  
Psal. 90  
Luc. 16  
4. Reg. 6  
Nume. 16  
Ezech. 5  
Genes. 31  
Psal. 36  
Genes. 39  
Genes. 45  
Psal. 22  
Sapient. 10  
Psal. 55

Eccle. 39  
Rom. 14  
Esa. 45  
Esa. 39  
2. Reg. 16  
Ierem. 18  
1. Timo. 5

laboribus & procellis agitentur, nunquā deficient, nec victi erunt: sed potius virtute diuina muniti & robotati omnia illis felicia succedunt. Quæ admodum si arbori grandi noua vinctula abscideris, magis in altum quotidie propagatur. Sic iusti quāto magis ab impijs affliguntur, magis in virtute proficiunt. Tanta curā eorū dñs gerit, vt nec vnū capillū perire velit. Oculi dñi super timētes eū, & in eis qui sperant super misericordia eius. Et in Zacharia Propheta. Qui vos sagit, sagit pupillā oculi mei. Et non solum ipse dñs eos seruat, & custodit: sed etiā Angelis suis eos comendat, vt haberet in Psalmo. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te, & c. Quæ admodum fratres maiores natu fratres suos infantes & pueros manibus sustinent: sic Angeli qui sunt fratres maiores iustorum, & eos portant in manibus suis, eos custodientes. Sic animā Lazari pauperis mendicij tulerunt Angeli in sinū Abraham. Et in circuiu Elisei Prophete erat Angelorū multitudo, qui Prophetam custodiebant. ¶ Præterea aduersus quāti Deus faciat iustos: ita vt nihil habeat, quod non sit Deo gratissimum. Anima nanq; corpus, vngues, vestes, & capilli, Deo maximè placent. Vnde habetur in Numeris q; capilli Nazæeorum in odore suauitatis, domino offerebatur. Capilli vero impiorum apud Ezechielem scinduntur, comburuntur & sparguntur: sanctorum vero numerantur. Concludit autē dñs suum argumentū dicens. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis. Si passer rerū vicissitudinibus expositus nec cadit, nec moritur: quāto minus homo iustus? Si abiq; magno consilio & ratione nihil agitur de his quorū pretiū est dipendiu, q; decretū erit de his quorū pretiū est sanguis Christi? Quānis multi sint qui plaris habeat sua, quā seipſos, & magis hæc terrena, quā animā & vitā corporis magis quā æternā: quot obsecro homines erūt qui vilissimo pretio & solum propter quinq; passerēs falsō & mēdaciter iurabūt? Cū Christus hic dicat, multis passeribus plaris estis vos: corā oculis peccatoris nihil est vilius nec abiecti⁹ quā anima sua: nā fere pro nihilo & pro vilissimo pretio dāmoni eā tradit. Vnde scriptura ait. Pro nihilo habuerunt terrā desiderabilē, Sed de his alijs. ¶ Ostēdit deinde Saluator nulli⁹ timoris causa à se esse recedēdū: & id ostēdit ex retributione malorū & bonorū. Dico autem vobis, Omnis quicun-

que confessus fuerit me coram hominibus. Hoc est, quicunq; fidem suam persequutionis tempore verbis constanter atque fideliter expresserit coram tyrannis ac perfidis, confitemdo me esse vnicū Dei filium, Deum verum atque hominem: & cetera quæ ad fidē Christianam spectant. Et filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei. Ego filius hominis testis adero in cœlis in conspectū sanctorū omnium, & manifestissimè ostendam illum esse ex oculi meo: propter quod æterna beatitudinē illum glorificabo. Ad hanc confessionem fidei tenetur quilibet Christianus in omni loco & tempore & coram infidelibus: & quando videret fidem periclitari. Quomodo autē Christus confitebitur & contestabitur eos coram Angelis Dei duplici modo potest intelligi. Primò quod hæc confessio sit approbatio. Quia in die iudicij bonos approbabit dicēs. Venite benedicti patris, & c. Secundò q; hæc confessio sit quædam laus, qua Christus eueher & magnificabit bonos, enarrans virtutes eorum. Ipsi sunt viri boni, qui præcepta meā seruarunt, & me coram hominibus confiteri nec timuerunt, nec erubuerunt. Tunc enim erit necessum vt Christus nos approbet: quia solum illi salui erunt, qui à Christo fuerint approbati. Et quia iudicij competit Christo homini dicit corā Angelis: ad significandū magnum honorē: nā cū quis testimoniu alicuius virtutis perhibet corā alijs inde resultat illi & accrescit magna laus & gloria: & quanto ibi adstantes excellentiores gloriantur, tanto est maior laus, quia natura honorem cupimus, & desideramus. Et quia nemo est adeo excellens sicut Deus & sancti Angeli, coram illis dicit debere suos confiteri. ¶ Obserua autem quod ex hoc contextu aperte colligitur, vt si Christianus aliquis sic opprimeretur; vt propter subitum tyrannorū futorem & hostium fidei Christi, ante suorum omnium peccatorum factam penitentiā pro Christo esset interfecus; martyrium ipsius sine dubio ad penitentiā satis esset. Nam qui virtutem ipsi penitentiæ tribuit, vt dicat, nisi penitentiā habueritis oēs simul peribitis: tribuit etiam hic virtutē martyrii dicens. Omnis quicūque confessus fuerit me coram hominibus, & c. Omnis dixit, vt intelligas & iustos & peccatores posse huius gloriæ esse participes. Nā martyriū vt Cy Cyprii desingulari clerico.

1. Cor. 9  
Sapient. 12  
Ecclesia. 15  
Zach. 3  
Psal. 90  
Luc. 16  
4. Reg. 6  
Nume. 16  
Ezech. 5  
Genes. 31  
Psal. 36  
Genes. 39  
Genes. 45  
Psal. 22  
Sapient. 10  
Psal. 55

Matth. 25  
Ierem. 5  
Luc. 15

uus sit, qui propter Deū aquam suscipit: quare non qui propter Deum sanguinem & vitā fundit? Nam Deus qui dolorem peccatorum & contritionem accipit: quanto libentius martyrium accipiet pro ipso receptum? gratia enim est, & ex suo genere laudabilis, mortē fabire pro Deo: quam poenitentia peccatorum. Certe agrestis ille esset & inhumanus inter homines habitus; cui si aliqua iniuria esset illata, & qui illam in tulit mortē propter ipsum subiret, non illi libenti animo parceret. Quanto igitur liberalius & magnificentius piissimus dominus illius peccato parceret: qui sanguinem simul & vitam pro ipso fundit? Ipsum namq; martyrium in virtute continet poenitentiam, & sufficiens remedium est ad salutem: & ita fas est credere, quod qui libenter & spontanea voluntate vitam pro Christo amittit, si tempus illi cōcederetur, sine dubio poenitentiam ageret peccatorum. Nam adest nobis illa firma stabilitas; sententia, omnis qui me confessus fuerit corā hominibus, filius hominis constituetur illum coram Angelis Dei, Sed apud homines nulla maior cōfessio esse potest, quam illa quæ fit cum dispendio vitæ. Igitur, &c. *Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Si dicat se non esse Christianū, vel Christum non esse Deum, siue hoc faciat in persecutione, siue nulla persecutione addita: in mortali delinquet. Sic infideles & heretici Christum abnegant. Sic etiā multi iniqui & peruersi peccatores suis operibus & factis Christum non nosse ostendunt, ore autem illum confitentur: De quibus Apostolus ait. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Aduersus quos percussus ira Paulus ait. Osten de mihi fidem tuam ex operibus. Vitam degis quasi non moriturus: Operaris, quasi non redditurus rationem in die iudicij? Quid tibi prodest, Deum credere, & sine Deo vivere? Avarus Deum negat, & pecunias pro Deo colit: Quia vt Paulus ait: Avaritia est idolorū seruitus. Prælati etiam, & quicūque ille sit, qui suorum non habet curam maxime domesticorum fidem negavit, & infideli est deterior. Multi etiam dicēt in illa die, domine domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus, &c. Dicam eis. Nescio vos, Cur illos negabit Christus? Certē quia opera non habuerūt. Et ideo subdit. Discedite a me operarij iniquitatis. Sed quomodo Christus aliquem negare dicitur, qui

omnes nouit & mentiri non potest? Negare dicitur, id est reprobare & damnare. Nam sicut confiteri aliquē, est ipsum laudare & approbare, & pro bono opere retribuere: ita negare aliquē, est ipsum tanquā malū vituperare, & malū iniquitatis suę infringere. Illos enim negat, quib; dicit, ite male dicit: quia eos dānat. Sic fatuis virginibus dicit. Nescio vos. Præterea dicere Dei est facere, ipse dixit, & facta sunt in tripse mandauit & creata sunt. Negare ergo Dei est ad nihilū redigere: sicut dicere, est dare esse rei, quæ nullū esse habet. Sed dices nūquid dānati redigēt in nihilū? Minimē. Idē aduerte, q̄ negare est duplex. Aliud negare simpliciter, & aliud corā patre & angelis ei;. Si Christi negat et dānatos simpliciter, in nihilū eos redigeret. Sed negare corā patre, est illos desituere & orbare illis bonis æternis, quæ pater & angeli possident. Aduerte etiā, q̄ prius explicuit premiū, quod daturus est bonis, qui illū fuerint cōfessi corā hominibus: & postea pœnā, qua in eos debet animaduertere, qui eū abnegauerint, quia magis naturale est Deo retribuere, & soluere, q̄ punire. Et cū per Mattheum de die iudicij loquitur: prius explicat retributionē bonorum dicens. Venite benedicti, &c. quā sententiam malorum. *Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur illi: ei autē qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.* Duo dederat præcepta. Alterū ad vitandum fermentū Phariseorū: alterū, ne corporis interfectores timerēt. Primum præceptum confirmauerat ex vanitate hypocrisis, ex alio capere modo id ostendit, scilicet quod nullā habeat remissionem nec veniam. Qui fermentum Phariseorū adeo erat corruptū & contaminatum, vt nulla remissione esset dignū. Ad hoc enim propositū subiūgit hæc verba: Pro quorum maiori declaratione aduerte, q̄ de peccato in Spiritū sanctū varie loquuti sunt auctores. Alij appellant negationem Christi, aut apostasiam. Alij cū videant omne peccatū quauis grauissimum remitti in hoc seculo, dicunt esse finalē impoenitentia: & hoc dicit peccatum esse in interitum, de quo Ioānes loquitur. Aliqui quodlibet peccatum post baptismū commissum. Alij obdurationē & obstinationem in peccato cum voluntate nunquā amp̄ius poenitendi. Alij tamen credunt peccatum in Spiritum sanctum esse desperationē de diuina misericordia ex malitia prouenientem: & non ex ignorantia vel passione,

Matth. 25. P sal. 148.

Mat. 25.

1. Ioan. 5.

Tit. 1 Gal. 3.

Eph. 5.

1. Timo. 5.

Mat. 7.

Mat. 11.

Ioan. 8.

Hilar. cano-  
ne. 12. in  
Mat. Hier.  
li. 2. cōmen-  
Mat. ca. 12.  
Ambr. li. 2.  
de poenitē-  
ca. 4. Chry-  
sostom. 42. in  
Mat. Durā.  
2. d. 43. q. 1.  
Mar. 3.

Alij vero dicunt esse quodcūque peccatum laiale commissum: ex malitia siue consilio & data op̄tate: quod demum diuidunt in sex species; quæ sunt præsumptio, desperatio, obstinatio, impoenitentia, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidia charitatis fratrorū: quia hæc omnia aduertantur bonitati Spiritus sancti, & ex diuinitate opponuntur principio siue dispositionibus iustificationis nostræ, & remissioni peccatorum nostrorum, quæ peculiari-ter dicitur opus Spiritus sancti. Sed saluo meliori iudicio nullum istorum: ego crediderim peccatum esse in Spiritum sanctum. Nam Christus aperte distinguit peccatum in Spiritum sanctum, & peccatum in filium hominis: & tamen peccatum in filium hominis ex malitia potest contingere, & in eo quis potest obdurari, & decedere: sicut verisimile est decedisse aliquos ex eis, qui Christum voracem appellarunt, & potatorem vini. Nam inter illos forte illi fuerunt, quibus Christus dixit. In peccato vestro moriemini. Præterea ab huiusmodi peccatis quæ appellantur in Spiritum sanctum plerumque homines solent resipiscere, & in vitam vocari. Neque verò simile est tot homines committere hoc peccatū in Spiritum sanctum, qui impoenitentes decedunt: Dicendum igitur est peccatum in Spiritum sanctum Christum vocasse blasphemiam: quæ opera & miracula diuina virtute facta, tribuunt ipsi dæmoni. Et huiusmodi blasphemiam crediderunt esse peccatum in Spiritum sanctum, grauissimā & eximij doctorēs Ecclesiæ: vt Hilarius, Athanasius, Hieronymus, Ambrosius & Chrysostomus, & ex scholasticis Durandus. Quod quidem satis videtur expressisse Marcus, cū post verba hæc statim adiecit, reddens causam. Quoniam dicebant Spiritum inmundum habet. His namque verbis satis explicuit Evangelista fulminatam esse illam sententiam de peccato in Spiritum sanctum quia ipsum calumniabantur: & habere spiritum inmundum dicebant. Et hic noster Lucas peccatum in Spiritum sanctum blasphemiam appellat: nā cū voracem illū, & potatorem appellaret, & publicanorū amicū, patienter id tulit: & iniuriam sibi illatā, tanquā si esset in aliū hominem paulisper dissimulauit. Cū vero (vt solet) contumelia creuit, & ad blasphemiam vsq; diuinitatis vidit pertingere, (ne iniurias diuinæ maiestati illatas tanquam nostras putarem) dissimulandas cōstanter & vitili animo respōdit. Omne regnū

in se ipsū diuisum desolabitur, &c. Et illud. Ego dæmonium non habeo. Atq; vt sciret, quanto se reatū addixissent, vel certē vt cauere, ne persecutes in ea blasphemias peccatū illorū perueniret, vt nullus esset locus veniæ: subiūxit, quæ de peccato in Spiritum sanctum cōmemorauimus. Ratio autē cur vocauit peccatū in Spiritum sanctum hanc blasphemiam est, quia quāuis opera Trinitatis ad extrā sint diuisa, tamē quia iustificatio & sanctificatio nostra tribuitur Spiritui sancto, & ea miracula quæ in ipsa iustificatione fiunt: idē qui ea dæmoni tribuunt, celsendi sunt peccare peculiariter in personā Spiritus sancti; saltim per appropriationē. Et attēde, q̄ non omnis huiusmodi blasphemia est peccatū in Spiritum sanctum; quod Christus nūquā remittendū asseruit: sed illa tantū, quæ ex malitia procedit & ex impietate. Si enim quis non data operā, nec ex industria sed ex ignorantia Christo & ipsius operibus detraxisset, nō is celsendus foret, peccare in Spiritum sanctum: Quā ratione cōcedimus Paulū blasphemū fuisse, non tamen peccasse in Spiritum sanctum: quia ignoras fecit: & ideo misericordiā est consequutus. Obseruādū præterea, q̄ licet huiusmodi blasphemia possit dici peccatum in Spiritum sanctum quod nūquā remitteretur: fortassis tamē requiritur certa aliqua & maxima obduratio & obstinatio animi & tanta propensio ad infirmā dā & euertendā gloriā & claritatē diuinā, vt nōn facillē mortaliū aliqui explicare queat, quādo quis peccat in Spiritum sanctum. Nam quāuis huiusmodi blasphemia si scientia fiat, ex genere suo peccatū sit in Spiritum sanctum: tamen non omnis talis blasphemia celsenda est esse peccatum in Spiritum sanctum; quod nunquam veniam consequetur: & incertū est à quāta malitia procedere debeat, vt bene sciatur, nullam esse illi veniam futuram. Hactenus ostendimus, quid sit peccatum in Spiritum sanctum, & quare sic vocetur. Restat nunc scire, quare irremissibile dicatur hoc peccatū blasphemie. Ad hoc dupliciter respōdeo. Primō quod irremissibile sit quo ad pœnam temporalem, quam Christus talibus peccatoribus infert. Nam cū Christus Hebræus esset more Hebræorū loquebatur: & ipse qui condiderat scripturas, ad eā normam loquutus est: Sic dicit Paulus, Esau, nō inuenisse locū poenitentia: etiam si cū lachrymis postulasset. De Saule etiam dixit dominus ad Samuelem. Quid iuges Saulem, cum ego

1. Tim. 1.

Hebr. 12.

M 2 cum ego

1. Reg. 16.

cum ego eiecero eum: Et de Iuda, Hieremia dicitur. Si stererint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et de eodem Iuda, dicit dominus. Non pacem vos: quod moritur, moriatur. Virgam meam quæ vocatur decus (id est Iudam) abscidi, ut irritum facerem fœdus meum, quod percussis cum omnibus populis. Nunquid Decusa abscidit Iudam, ut ex necessitate eius culpa punienda esset in inferno? Minimè. Nunquid peccatum gulæ Esau quò ad culpam fuit irreversibile, aut etiam Saul à peccato in obediètiæ non poterat resisterè? Quis hæc credit? Certum est quod in pœnitentiam adduci poterant, & salvi fieri, & nullum est peccatum quantumvis grauiusimum, quod venia careat. Scelus ergo est eorum locorû, quæ adducta sunt: Peccata dicta Iudæorum & Esau, & Saulis, id eod irreversibilia appellari: quia decreuerat Deus propter illa peccata eos à pristino gradu, sedis, & honore deiicere, & in eodem nunquam perpetuo illos reuocare: ut ipsa rerum docuit experientia. Eodem igitur sensu propter blasphemiam, qua dixerunt Iudæi, Christum habere spiritum immundum, in cuius virtute operabatur miracula, decreuit Deus ab honore, dignitate & loco eos deiicere in perpetuum. Et ita factum est. Quocirca corû peccatum in dignum venia appellatur, quoad pœnam hanc temporalem: dignum verò venia si ipsi pœnitentiam agerent, & conuerterentur. Secundò quantum loquamur de spiritali pœna, hoc est, quod talis peccator nunquam consequeretur gratiam, nec remittere tur ipsius peccatû quò ad culpam, sed quod sine vlla condonata venia cruciatus est in inferno, dico quod isto modo peccatum in Spiritum sanctum dicitur, id quod omni prorsus caret venia, quia nunquam de facto remittetur, quantumvis possit remitti. Neque tamen per hoc quod peccatum in Spiritum sanctum nunquam alicui remissum esse, neque remittendum asseruimus, consequens est, ut & illud nullam habere remissionem secundum legem concedamus. Multa quippe secundum legem fieri possunt, quæ tamen nunquam fiunt. Pœnitentiaque Antichristus & quilibet reprobus secundum legem quando fuerit in hac vita saluus fieri: sed in rei veritate nunquam saluus erit. Certi etiam sumus, quia Iohannes inquit, nemine ingressurum esse ciuitatè Dei, nisi qui scriptus est in libro vitæ: & posunt qui scripti sunt in libro vitæ, quandiu

Hiere. 15.

Zacha. 11.

Apo. 21.

hic viuunt, secundum legem condemnari: certi tamen sumus, id nonquam futurum. Neque violenta ista expositio censenda est. Multi namque grauisissimi auctores contempnentes rigorem scholasticum, sequentes scripturam, & vulgarem loquendi modum imitantes, sæpe dicit impossibilia quæ nunquam fiunt, & necessaria quæ certo scimus futura esse, & faciendâ à Deo. Unde fit, ut hæc verba sint. Necessè est impleri scripturas, & electos saluos fieri: & præsantos condemnari. Et fieri non posse, ut pereant, qui scripti sunt in libro vitæ, & nemine posse eos rapere de manu patris: & alia multa occurrunt, quæ contempto rigore dialectico interpretanda sunt. Nec aliquis Euangelistarum asserit hoc peccatum irreversibile, sed quod non remittitur. Quod quidem verbum obseruatione dignissimum est, quia insinuat quod de facto non remittetur, licet ex se remissibile sit. Et hæc satis sint de peccato in Spiritum sanctum. Vnum tamen antequam ad alia gradum faciamus operæpretium est obseruare: quod ex verbis, quæ Martheus addidit, loquens de hoc peccato scilicet quod non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro, aperte colligitur Purgatorium esse: & peccata in alio seculo remitti: nam si nullum peccatum in futuro seculo remitteretur, superfluo sermone vltus esset Christus, apponendo, nec in futuro: vtriusque ergo seculi distincte seorsum & pari contextu mentionem faciens significauit aliqua peccata remitti in hoc seculo, & aliqua in futuro. Ex quo duo colliguntur, scilicet Purgatorium in futuro seculo: & remissio peccati quod in hac vita non fuit condonatum. Scriptura etiam in secundo Machabæorum testatur. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Et Paulus ad Philippenses. In nomine Iesu omne genua flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Et Ioannes in Apocalypsi. Nemo poterat in celo, neque in terra nec subter terram, &c. Ex his planè colligitur subter terram aliquos esse, qui nomini Iesu genua flectant, spem habentes in eo, & qui tribuant sedenti super thronum singulari quadâ pietate sanctâ benedictionem. Et quare obsecro inuenti erant digni, ut libri possent aperire: nisi quia mortui sunt in fide? Non in inferno vbi damnati sunt: quia ut inquit Elias, non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Et Psalmus. In inferno (scilicet vbi damnati sunt) quis

2. Mac. 11.

Philip. 3.

Apocaly. 6.

Lucia

Esai. 38.

Psalm. 6.

quis

Aug. hb. 21 ciuit. ca. 24. & in inchi. ad Laurent. ser. 4. & li. 50. hom. ho. m. 16. & in Pal. 37. Hierony. in fine cōmen. Esai. Orig. hom. 12. super Esa. Gr. 4. dialo. & habetur di. si. 25. capit. qualis.

quis confitebitur tibi? Accedit & Pauli autoritas, qui Corinthijs ait. Siquis autem super edificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides, preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus qualis sit ignis probabit. Vbi beatus Paulus de Purgatorio loquitur, & sic hoc testimonium Pauli intelligunt & interpretatur diuus Augustinus, Hieronymus & Origines & ferè omnes. Sed de hac re multa aduersus Lutheranos impletat & malitiam poterant adduci, quæ non breuitati consulentes consule alijs omitimus. Cum autem inducent vos in Synagogas, & ad magistratus & potestates nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Duplex nostra infirmitas nam propter timorem pœnarum martyrium fugimus, vel propter simplicitatem. Propter timorem dixit eos non metuentes, qui corpus occidunt, cum animam immortalem occidere non possunt. Vel ob simplicitatem & ob id dicitur temporis non nos sed Spiritu sanctu pro nobis esse loquaturum. Nam alius tunc erit cōcionandi modus: & non nostru, sed Dei bellum est. Quantumvis sitis ignorates, imbecilli, & humiles, non est quod timeatis mundi tumultu aduersus vos irruentem. Sufficit vobis spiritus Dei benignus ac simplex aduersus omnem mundi potestatem & fraudem. Nam si verbu Dei in vestris præcordijs habitat: quomodo deesse poterit vobis in ore magnum eloquentiæ flumen, & verborum copia & abundantia? Veritas ipsa quæ vos profitemini non eger externo verboru lenocinio nec oratione fucosa coposita. Per se enim satis pulchra est & decora, satis firma & stabilis: falsitas vero fucosa indiget, nec comprehendatur. Hinc est quod homines sua mendacia multis verbis componunt. Sic consueverunt facere Oratores, Philosophi & Poetæ. At scriptura sacra, nullis verborum eger ambagibus, sed veris & simplicissimis verbis est tradita. Non vobis præterea Apostolos potuisse prædicare sine aliqua specialia reuelatione doctrina, quæ acceperunt à Christo, & habituali infusione, qua imbuti sunt in die Pentecostes. Secus autem deberent facere, quando ad præfides ducebantur, & ab eis varia quærerent: tunc enim nulla certa notitia prius data sufficeret, sed oporteret actuale reuelationem illis fieri. Secundo quia prius præmeditari debent: quia ad

prædicandum prius cogitabant, quid dicturi essent. At vero coram præfide interrogati, protinus respondere tenebantur, & sic à seipsis habere non poterat, quid rectè statim essent responsum. Tertio & præcipuè timoris causa: quia timor etiam sapientis animu conturbare solet, & sæpe facit imperitè & ineptè loqui: ideo oportuit, ut actualiter diuinus spiritus tunc eos illustraret, ut rectè ad interrogata responderent. Ad nostram verò euidentionem duo hic docemur. Primum, nè eas quæ diuina sunt, & quæ humanum captum superant nostris viribus aggrediamur, qualis est prædicatio verbi Dei: alioqui in vanum laborabimus cum nec exteriora ipsa si nostris viribus inueniamur, feliciter succedant. Sic filij Israel suis viribus confidentes infeliciter pugnauerunt contra Canaanos. Sic viderim tribus de suis viribus & multitudine præsumentes contra Benjamin ter victi fuerunt. Sic idem populus contra Philisthæos sine vlla fide in Deum in arca tantum confidens bellu iniuit. Vnde Elias. Vobis filij desertores, ut facerent consilium & non ex me, confidentes in fortitudine Egypti: Propterea hæc substatim. Ob id erit vobis Egypti fortitudo in confusionem. Nè alia de causa hæc confusio: toties irrita sunt, nisi quia nostris viribus ista ea aggredimur, nec Dei auxilio confidimus: non attendentes, quod non tanta labor noster, quam benedictio domini diuini facit. Hinc est quod patres illi veteris testamenti: magnum aliquod facturi, ad orationem cõ fugiebant. Sic Moyses pugnaturus cõtra Amalech, orauit. Sic Iosaphat cum audiret hostes superatos esse atque deuictos oraturus abiit. In nobis (inquit) non est tanta fortitudo. Si hæc in alijs necessaria sunt, multo magis in prædicacione Euangelij: quod quia non facimus ferè nihil fructus Deo asserimus. Sicut enim cyrthata animos audientium captat & allicit, sed qui eam pullat: sic nihil Spiritus domini linguam nostram mouerit, frigidum, & nullius utilitatis erit, quod loquimur. Dei opus est, & causam ipsius agimus, & ille docebit nos. Sic Paulus. In prima mea defensionis nemio mihi astitit: sed Deus astitit: & eripuit. Et ad Romanos. Nihil a se deo loqui coru, quæ per me non effecit Christus. Et ad Corinthios. Deo (inquit) gratias, qui semper triumphat per nos, & odor inuestituræ suæ manifestat per nos. Docemur secundum omnem spem nostram in Deum ipsum reportare, & colligere. Nam

Rome. 21.

Iud. 10.

L. R. 21.

Esai. 38.

Prover. 26.

Exod. 17.

2. Para. 20.

2. Tim. 4.

Rom. 15.

2. Cor. 3.

Enarr. in Cap. XII.

si nauis suam anchoram habuerit, à ventis & tempestatibus secura erit: aliàs huc & illuc rapta tan de demeretur. Sic tu in Deu, qui im mobilis, & firmus est, iacta cogitatum tuum, & ipse te enutriet. Sic Ioseph, Iacob, Helias, & Susanna, in domino fiduciam habebant. Quapropter in psal. dicitur. Beatus vir cuius dominus spes eius. Sic liberauit Loth à Sodò mis, & tres pueros in fornace ignis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quãd oportet vos dicere. O felix tribulatio & angustia, quã organum spiritus sancti nos efficit. Quale obsecro illud erit pectus, à quo verba Spiritus sancti promanant? Rationi esse consonu, vt presides illi & sapientes mirarentur hominum illorum & dicta simul, & facta, & vt cogitent & in animu suum inducerent, vera esse, quã sancti illis narrabat. Vnde & ipsi dicebant. Vnde istis est sapientia? Et ita Paulus. Ipse Spiritus adiuar infirmitate nostra. Et sic etiã de Stephano legimus q non poterant contradicere sapientia, & spiritui, qui loquebatur. Expende etiã quomodo Christus (vt inquit. Dauid) sit adiutor in necessitatibus & tribulationibus. Adest enim spiritus patris filijs suis sua rem & negotiu agentibus. ¶ Prater eã quomodo Spiritus sanctus homines suos milites facit, vt pro eobellum suscipiat? Quid opus est, vt in Apostolis loquatur? Nã si Spiritus Dei vult fide augeri & propagari, iubeat & factu erit. Vult enim humanas res humane tractare. Homines vult, hominum verbis conuerti: Disponit omnia suaute, & ea ratio ne, qua homines ea disposuissent. Sed iã prosequamur historiã, & nostrum Euangeliũ audiamus. Ait autẽ ei quidam de turba. Magister. Dic fratrem meo vt dimittat mecum hereditatem. Fac diuisionem rei & facultatũ inter me & illum. Male iste est loquutus. Primò quia auaritia morus, hęc fuit loquutus: vt liquet ex Christi verbis, quã sequuntur statim: quia in de sumptu sibi aniam contra auaritiã disputabat. Secundo male petiuit, quia licet ista diuisio licite possit fieri, nõ tamen illa opportuno tẽpore. postulauit: quia Christi prædicationẽ & sermonẽ interrumpit: nõ cũ Christus diuina & spiritalia ageret, ille sermonem inquit de rebus temporalibus. Tertio quia id à Christo petebat, quod iniuriẽ ad ipsius minus & officium spectabat: nam diuina omittit, vt per aliquod tẽpus: cũ Christus nõ venisset, terrena aditus: sed vt nos cœlestia doceret, & regnum Dei nobis aperiret. Ideo

Christus ipse petitioni noluit acquiescere, sed asperẽ respondit. At ille dixit. Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? Quauis talis diuisio licite possit fieri, saluator vero vt pote qui corda hominum inspicit, cum cognosceret, hanc petitionẽ ex auaritia prouenire, illam noluit facere. Et aduerte quod vocat hunc, hominem dicẽs, O homo: quã vox sonat vitium & quod carnem sapit: iuxta illud Apostoli. Cum sit inter vos zelus & contentio nonnẽ carnales estis: & secundum hominem ambulatis? Docet Christus suo exemplo temporalia & terrena contem nere, & consilium prædicatoribus suis proponit, vt semper vitent secularia negotia: vt etiã si nimis inuitetur & obsecrentur, negotia inũdana fugiant: nam hæc nihil ad munus prædicationis conferunt. Quod postea Paulus Timotheo scripsit, dicens. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Noluit Christus ea, quã maioris momenti & ponderis erant, propter leuia & secularia relinquere. Quod sequiti Apostoli dixerit. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Sed iam multos eorum videbis qui de sorte domini sunt, qui postquam rem sacram celebrant, mille se implicant negotijs & quãstibus, & corda sua his cupiditatibus tradunt: & ita omnem diẽm & noctem his studijs consumunt, non operam dãtes lectioni sacrarum scripturarum, nec contemplatiuã vitam, ad quam electi fuerunt. O quantum distant cogitationes istorum à munere & statu, quem acceperunt. Videbis etiam multos religiosos prædicatores, qui vitam degunt in curijs & in domib; regũ & principũ, se per cũ secularibus agentes, & secularia tractãtes. Videntur hi mihi similes. Centauro illi, quem Põete fingunt, qui medio corpore effigiem hominis ferebat, reliquo autẽ medio figurã tauri. Sic prædicator, qui se negotijs publicis & secularibus ingerit, partim homo, & partim bellua appellari potest: quia spiritalis simul & carnalis est. Sed de his aliã. ¶ Sed cũ mial (vt iam superius diximus) ex quacũque leui occasione malũ eliciant, & peccata committunt: itã eãdẽ ratio bonũ, ex leui causa occasione sibi sumunt ad bonũ faciendũ. Erat ita ex questione auaritiã quam iste coram domino proposuit. Christus redemptor noster aniam sibi arripuit, vsq; salubrem celestẽ doctrinã populam doceret. At quia sequitur. Dixitq; ad illos: Videte & caute ab omni

1. Cor. 6.

2. Tim. 2.

Act. 6.

AVARITIA.

Hierem. 6.

Philip. 4.

1. Timot. 6.

Iosue. 7.

4. Reg. 5.

2. Mach. 3.

Matth. 27.

Acto. 5.

Ephesi. 5.

**AVARITIA.** Singula hæc verba obseruanda sunt. Non dixit Christus hoc soli illi homini, sed omnibus qui ibi adorant: nam vt Hieremias ait, à minimo vsque ad maximum omnes auaritiã student. Praterẽ, Videte, ait: quia auari cæci sunt, vt aperiant oculos mētis, & videãt, quam impium sit pecunias diligere. Et vt videant, & confideret, quòd in mortis hora nihil secum deferent: sed omnibus spoliabũtur & tantum veteri & vili sindone induentur. Videant etiã, quã nullius momenti sint omnia illa, quã diligũt, & in quẽ oculos suos & mentẽ conijciunt. Et ita diuus Paulus omnia hæc tanquam stercora reputabãt. Videãt etiã cæcos esse, quia nec seipsos cognoscũt, neque vllus auarus est, qui talem se esse iudicet. Omnes nam que auari falsi vana cogitatio ne liberales se iudicant, sapientes & cordatos: ipsi vero alios putant insanos esse, dementes, & prodigos, & humanarum laudum amicis & cupidos. Et si aliquid hi auari, vel semel in vita distribuerunt, semper id memoria secũ repetunt, & altis præconijs declarant: & inde fit, vt hoc vitium difficillimẽ medicinã accipiat. Nam quem admodum si ob oculos & coram magno luminis splendore vas aliquod micã siue speculum vtro apposueris, vis oculorum itatim splendore ipso obtenebratur & obcæcatur: ita etiam hi pecunia splendore & suã auaritiã cupidine cæci ambulant, & in miseris tenebris delitescunt. Videte inquit (ait Christus) & caute ab omni auaritiã. ¶ Ab omni ait, vt insinuet tam in paruis quã in magnis penitus auaritiã esse fugiendam. Nam radix omnium malorum est cupiditas. Huius cupidinis causa Acam fuit lapidatus & interfecit: Giezile præ cooperatus: & Heliodorus asperẽ & rigidẽ vapulauit: & iniquus ille traditor Iudas se ipsum suspendit: & denique repentino & infelici obitu Amanias & Saphira vitam finierunt. Illam autem mortem magis debes timere & expauescere, quã scilicet anima interit in gehenna crucianda. Vnde Apostolus ait. Auarus non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. Propter quod Christus monet illos, vt caueant ab omni auaritiã. Si quis peritus medicus tibi diceret, caue nõ de illius herbæ succo aliquid auidius bibas, quòd si feceris subito morieris: nõ dubito, quin nisi propitiẽ salutis effes eueris, consiliũ acciperes. Nunc verò tam corporis quã animã cœlestis medicus, simulq; dominus iubet auaritiã fugere, & temporalium re

rum sollicitudinẽ tanquã mortiferũ succũ relinquere: & tu ab eis nõ vis abstinerere? Praterẽ quauis ille medicus peritus sit, & rectẽ suam facultatem calleat, nihilominus errare potest, & te ipsum decipere, cũ ille homo sit: & tamẽ suis præceptis, vt veris acquiescis & obtemperas: cur igitur Dei mandatis non debitam obedientiam præstas, qui nec fallere, nec falli vnquam afluere ipse enim ait. Caute ab omni auaritiã. Hoc igitur est quod cœlestis hic medicus nobis parat. Quod autem Christus medicus fungatur officio, satis aperte constat, cũ ipse dixerit se medicũ esse in illis verbis. Non egent qui sani sunt medico, sed qui malẽ habent. Et subdidit. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Tanquã medicus præceptum posuit Adã, & dixit. De ligno vitã nõ comedas: in quacũque enim hora comederis, morte morieris. Si igitur tu hominis verbis, qui facillẽ errare potest, fidẽ adhibes, & ab eis cibis te abstines, quã ipse præcepit, & id solũ vt corporis vitã & incolumitatẽ tuearis: quãtò obsecro iustus eris, vt veris Christi redemptoris nostri acquiescas: quò fiet vt non incolumitatẽ & salutẽ corporis, sed potiũ immortalẽ animã tibi conferas, & liberã & saluam facias? Auaritiã igitur fugiamus. **PRIMO** quia ipsa fide, spẽ, & charitatẽ, quas Deo debet retribueres, in creaturas refert. Nam de fidelum id est, cum auarus melius sentit de diuitijs: & potiũ eis credit, quã Deo. Credit nanque firmo animo quòd necessaria semper habebit, si diuitijs seruiturẽ præstiterit: & cre die se fame periturũ, si Deo seruiat: quasi Deo nõ itã bene soluat his, qui ipsi deseruiũt, sicut diuitiã suis amatoribus & sectatoribus. Dubus enim de causis contingit, vt quis suo obsequio mancipatis nõ prouideat de necessarijs: vel quia non potest, vel quia non vult: quartũ neutra in Deo reperiri potest, cum sit summẽ omnipotens, & ipsum bonitatis principium & origo. Spem etiã, qua suam fiduciam in Deum deberet iacere, auarus diuitijs tribuit. Item etiam contra charitatem agit, quia omnem amorem & conatum illis adhibet, & illas Deum suum existimat: quia, vt Paulus ait, Auaritiã est idolorum seruitus. Non minus peccat, qui pecuniam insatiabili auaritiã congregat: quã ille, qui idolis & sculpsitibus obsequium præstat. Idolis certẽ dicendus est ille inferuire, qui creaturis ipsis fruitor: qui quẽ debitam omnem reuerentiam, quam Deo deberet tribuere, ipsi creaturis præstat. Ideo

Matth. 9.

Genes. 30.

Coloss. 3.

Psal. 54. Psal. 39. Gen. 19. Dan. 3.

Act. 4. Rom. 8. Act. 6. Phil. 4.5.

Sap. 3.

Matth. 1.

Matth. 1.

Osee. 10.

Propheta Osee. Secundum multitudinem fructus sui Israel multiplicauit sibi altaria, &c. Secundo cauenda maximè est auaritia, quia si avarum pecunijs oneraueris, adhuc magis fitier. Et in d. Sapiens dicit, Auarus non implebitur pecunia. Non enim satiatur avarus; nec eius sitis extinguitur. Primo quia ipsa anima quæ Deo capax est, non potest impleri nisi Deo ipso: nam cum omnia, quæ sunt in mundo, minoræ sine vlla collatione sint, quæ Deo, non potest anima his terrenis rebus impleri. Omnes mundi opes, facultates & diuitiæ si cum Deo conferantur, velut minima aquæ gutta sunt. Secundo quia insatiabilis appetitus avari est sicut ignis, qui nunquam dicit, Sufficit. Anima calida (ait Ecclesiasticus) quasi ignis ardens. Et in prouerbijs Salomon. Ignis nunquam dicit, Sufficit. Ignis nanque non extinguitur, si ei apposueris ligna sicca, sed maius incrementum accipit. Secundum ligna

Eccle. 13.

Sylua (ait Ecclesiasticus) exardescit ignis. Sic dum magis locupletatus fueris, & maiores congregaueris diuitias: minus cupiditatem tuam explebis. Tertio quia diuitiæ, quas avarus acquisit, illum locum non ingrediuntur, ubi sitis illarum residet: ideo non extinguitur sitis. Nam sicut vinum in dolio non extinguit sitim corporis: sic nec pecunia in arca sitim auaritiæ. Non enim sitis est in arca, sed in appetitu, in quo pecunia esse non potest: quia quod spirituale est, minimè corporali impleri potest. Tertio cauendum est ab auaritia, quia nec ætate nec tempore consumitur: sed in dies in peius crescit. Et ratio est, quia cum senibus calor naturalis simul & vita deficit: ita his avaris semper videtur, necessaria ad vitam & vestitum esse defutura. Quarto hanc mortiferam pestem à nobis debemus propullare, quia nemo adeo inhumanus & crudelis est, ut sibi ipsi avarus. Carè enim charitatis & pietatis vsteribus: fratrem nescit, matrem ignorat, propinquos & consanguineos velut extraneos rejicit: & seipsum fame consumit, & sibi ipsi crudelis & inhumanus est.

prouer. 30.

Sylua (ait Ecclesiasticus) exardescit ignis. Sic dum magis locupletatus fueris, & maiores congregaueris diuitias: minus cupiditatem tuam explebis. Tertio quia diuitiæ, quas avarus acquisit, illum locum non ingrediuntur, ubi sitis illarum residet: ideo non extinguitur sitis. Nam sicut vinum in dolio non extinguit sitim corporis: sic nec pecunia in arca sitim auaritiæ. Non enim sitis est in arca, sed in appetitu, in quo pecunia esse non potest: quia quod spirituale est, minimè corporali impleri potest. Tertio cauendum est ab auaritia, quia nec ætate nec tempore consumitur: sed in dies in peius crescit. Et ratio est, quia cum senibus calor naturalis simul & vita deficit: ita his avaris semper videtur, necessaria ad vitam & vestitum esse defutura. Quarto hanc mortiferam pestem à nobis debemus propullare, quia nemo adeo inhumanus & crudelis est, ut sibi ipsi avarus. Carè enim charitatis & pietatis vsteribus: fratrem nescit, matrem ignorat, propinquos & consanguineos velut extraneos rejicit: & seipsum fame consumit, & sibi ipsi crudelis & inhumanus est.

Eccle. 14.

Quis sibi nequam, cui erit bonus? Nullum adeo est graue flagitium & scelus, quod avarus non audeat committere, quandoquidem in seipsum crudelitatem exercet. Nihil boni efficit, nisi iam iam moriturus. Qui auaritiæ diuitiarum studet, prodigus est honoris: & qui ad mercedem, vel solutionem respicit, non veritatem inspicit. Qui vero alijs vitijs se tradunt, etiam si sibi ipsi mali sint: tamen vtilis

sunt alijs, & emolumentum alijs afferunt. At avarus nec sibi, nec alijs est bonus: ideo Ecclesiasticus dicit. Avaro nihil celestius in celo nec in terra, nec in inferno. Nemo ita pauper est sicut avarus: nam nulla maior pauperies esse potest, quam omnibus proflus bonis care. Ita avaro omnia deficiunt: nam & ijs, quæ possidet caret, & ijs, quæ non habet. Non possidet, quod non habet, & eius, quod possidet, non est dominus, sed mancipium. Alij peccatores si non gaudent, nec fruuntur alia vita, saltem in hac voluptates & oblectamenta accipiunt. At avarus nec isto seculo nec futuro gaudet. Vnde colligitur illum esse omnium infortunatissimum. Ardet in hac vita igne cupiditatis: in futura autem igne inferni torquetur & comburetur. Circuit terram; & perambulatur eam: sicut pater suus diaboli. Fugiamus obsecro hanc perniciosam & pestiferam feram: quandoquidem celestis medicus iubet, ne nos illa cõquinemur. Nec debemus ita nos precipites dare, ad amandas huius seculi diuitias: ne nos eijciant Deus à regno suo: quem admodum reiecit milites illos, qui cunctes in bellum Madian proueniunt aquam bibebant. Sunt enim diuitiæ velut aquæ, quæ fluunt & refuunt: nam hodie vnus eas possidet, mane vero iam illis est spoliatus: sed ex eis nobis tantum sumamus, quod necessarium nobis fuerit ad vitam degendam, oculos conscienties in cælum. Et subdit dominus aliam rationem, quare auaritiã debeamus fugere, præter iam dictas. Quia non in abundantiam cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Vita enim hominis non consistit in abundantia facultatum & diuitiarum. Rerum nanque temporalium affluentia non facit hominem diuitius viuere: imo sapius solè esse occasio, ut citius intereat. Videmus enim frequenter diuites qui ciborum varietate vtuntur, citius vitam finire: & paucos reges inuenies, qui numerum sexaginta annorum impleuerint, multos vero rusticos & agrestes, qui laboribus manuum victum & vestitum quaerunt, qui & contentum attingunt. Equidem in rerum abundantia non vita hominis consistit: nam videmus, quod statim in prima mundi conditione homines viuebant quingentos & octingentos annos & aquam bibebant, & parcis epulis vescerentur, & perizomatibus se induerent. Nunc vero qui maioru diuitiaru copia abundant, breuius vitam finiunt. Ergo vita hominis non est in abundantia rerum. Et ut hoc Christus

Eccle. 10.

Iob. 2.

Indic. 7.

Lege C. bryf. bom. 2 ad pulum An. tio. post med. vsq. in fin.

Eccle. 5.

monet, & ut nostram cecitatem ostendat, qui existimamus beatitudinem & felicitatem positam esse & constitutam in rerum affluentia, & in hoc etiam diuertam vitam consistere, exemplum adducit de diuite quodam grandi rerum supellestile locupletato, qui præter suam opinionem, & p̄tiusquam ipse cogitabat, mortem obiit: quo exemplo docet fugiendam esse auaritiã, nam non liberabit nos à manibus mortis pecuniarum copia. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager tulit. Deus in hac vita multa bona temporalia etiam ipsis peccatoribus concedit, ut saltem his bonis alliciat, & cognoscant dominum benefactorem suum. Aspice igitur tu, qui avarus diues es, quod ea de causa dominus largitus est ea bona, ut mentem & oculos in tuum benefactorem cõiicias, & ut charitate & amore illum prosequaris. Et si nolueris in cælum oculos eleuare, saltem aspice terram; & vide quam vberes fructus ferat in tuam vtilitatem & commodum. Ager huius diuitis vberes fructus attulit. Ager, hæreditas, & omnes possessiones tuæ fructificat: quod si nolueris imitari volatiliæ cæli, quæ dominum suum laudat, terram saltem, quam videt & conteris imitare. Noli esse deterior infensibili elemento. Illa nanque fructus, quos offert, non suis vberibus vendicat, sed tuist: tu vero illius fructus tibi accipis. Et si quidem terra non sibi, sed alijs fructus producit: noli etiam tu diuitias tibi soli seruare, sed distribue illas inter pauperes. Quid autem hic diues avarus cogitauerit ad diuitias. Et cogitabat intra se dicens. Quid faciam? Vide avari curam anxiam & sollicitam. Ecce curas, sollicitudines & anxietates, quas secum afferunt diuitia. Serui mali sunt diuitiæ, si quidem non auferunt curam domino suo. Serui enim diligentes curas omnes dominis auferunt: alius nanque cibum parat, alius vestitum, alius lectum sternit, alius mensam: atque ita dominus quietus, tranquillus, & sine cura viuat. At vero diuitiæ mille sollicitudinibus dominos onerant. Solent enim si huius anni fructus fuerint, dicere. Quid faciam? Xenophon in dialogo quodam pulchre ostendit diuitiarum & pauperum comparationem. Pauper cum angustia & curam habeat supellestilem, non tantæ curæ ab eo pendet: diues vero cum amplam & copiosam possideat, obnoxius est mille curis, & sollicitudinibus. Serui multi, multis indigent: vestitu scilicet, cibo, & alijs, &c. Salomon in-

quit. Vbi multæ sunt opes, multi qui comedunt eas. Has tantas & tam anxias curas voluit dominus diuitijs iniungere: ne nimis rapidi in illarum amorem duceremur. Qui multas habent, plures desiderant: cum vero has plures comparant, statim sollicitudo & cura eos vexat, quid de illis facient, siue quomodo illas distribuēt. Sed ut videas quousque hic insatiabilis appetitus diuitiarum perueniat, cum Semiramis in suo sepulchro inscripserit (ut refert Elianus & Plutarchus, etiam in Apophtheg. si quis rex pecunia indiget, hoc monumentum diruat: cumque Darius monumentum aperiret, nullas pecunias inuenit, sed in literis mandatum inuenit. Nisi es insatiabilis nunquam sepulchrum mortuorum attinges. Aduertit autem quod in scriptura legimus tria hominum genera, qui se vitijs & flagitijs tradebant, hæc verba dixisse. Honoris scilicet cupidi, ut ille villicus, qui munere suo erat honoratus, postquam cum illo expoliatus, dixit. Quid faciam, quia dominus auferat à me villicionem? Hæc sunt illa: curæ & sollicitudines: quæ homines honorum & dignitatum cupidos vexant, & torquent. Secundi vero, qui hoc dixerunt, illi sunt inuidi, de quibus Lucas in Actis Apostolorum inquit: quod cum viderent opera & miracula Apostolorum, & quomodo Petrus & Ioannes claudum sanauerant iuxta portam templi, & quod populus illos magnificabat, & eximijs laudibus extollebat, inuidia commoti, non valentes tanta miracula & prodigia ferre, dicebant: Quid faciemus hominibus istis? Bene hic homo, de quo hic agit, avarorum mores & ingenium refert, qui varijs cogitationibus torquentur, quid de diuitijs sint facturi: ac si nulli essent pauperes & mendici inter quos diuitias superfluas possent distribuere. Pauperes enim (ait dominus) semper vobiscum habebitis. Et Ecclesiasticus ait. Abscede elemosynam tuam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te. Quauis vitia & peccata nullum aliud tormentum secum afferrent, nisi illud, quod in peccatrici anima ingenerat plura: quæ nouercali odio deberemus ea prosequi: sed quod dolendum est, alia maiora & grauiora tormenta illos expectant. Aspice obsecro huius hominis curam. Quia non habeo quo congrege fructus meos. Mentitur, nam habebat pauperum domos & corpora: ubi posset fructus recondere. Parata erat illi à domino hæc horrea, in quæ si reconderet, nec tinea nec

Lucæ. 16.

Act. 3.

Math. 26. Eccle. 29.

M s arugo

Matt. 6.  
Prouer. 3.

arugo posset demolire. Nihil melius fructus tuos conseruare poteris, quam si in pauperes distribuoris. De primitiis frugum tuarum (inquit Salomon) da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate. Insuper bona Deo concessa sua dicit, quasi suis laboribus & industria comparata. *Et dixit hoc faciam. De strua horrea mea, & maiora faciam, & illic congregabo omnia que nata sunt mihi, & bona mea: & dicam anime mee. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare.* Tāquam insipientissimus, & qui potius elleboro esset purgandus, inquit. Destruam horrea mea, & maiora faciam. Cum melius dixisset. Aperiam horrea mea, & dabo indigentibus. Secundo huius manifestam stultitiam & insaniam vide, qui longam & diurnam vitam sibi promittebat, dicens. Habes multa bona in annos plurimos: cum nec vnam horam certam haberet. O quanta illorum est insaniam, qui omnem suam curam constituunt in longa & diurna vita, & in eis, quæ in posterum facturi sunt, sibi ipsis vanè & insanè pro libertate vitam promittentes. Hæc insaniam & amentiam hodie in inferno multos discruciat, qui cum procrastinantes in dies penitentiam & conuersionem protenderent, subito & repente a morte rapiuntur: nam cum vita breuissima sit, & in manu Dei posita, prohibito ipsi eam sibi largam & diurnam promittunt, ut diues faciebatur. Quando tempus his conceditur, nolunt occasionem datam accipere, ut rectè operentur: cum vero eis denegatur illud que runt, nec inuenire possunt: que madmodum contingit illis quinque virginibus fatuis. Breues dies hominis sunt (ait Iob) & numerus mensium eius apud te est. Tanquam flores transeunt, & similes sunt rosi capi, & in istu oculi non apparent. Vapor est ad modicum patens. Tanquam nebula, quæ mane efficitur, at verò radijs solis nascentibus statim à terra resolutur: ita hæc vita nostra aliquid videtur, cum homo protinus, ut nascitur, alijs vult dominari, diues fieri, ad dignitates & honores aspirare: at vero vanitas apparet, cum subiecta & obnoxia sit febri, & varijs agitudinibus, quæ in puncto in cinerem & puluerem redigunt. Quid obscuro aliud est omne tempus vite nostre: nisi breuissimum instans, quod tanquam ventus currit, & ut nauis, quæ pertranseat fluctuantem aquam, cuius cum petra fuerit non est vestigium inuenire. Est veluti nuncijs breui spacio iter suum peragens, &

Matt. 25.  
Iob. 14.

Iacob. 4.

Iob. 9.

velut hospes nunquam rediturus: sicut fulmen de caelo cadens, quod in istu oculi absconditur: ita sunt omnia tempora & regna mundi. Vanitati omnis creatura est subiecta. Numerus dicitur. Rom. 8. *Ra sibi libet omnes dies, omnes horas, menses & annos tuæ vite, & dic mihi ubi sunt? Transitur sicut umbra & sicut aranea meditantur.* Flauit ventus, & perijt aranea tela. Nihil sub caelo stabile & firmum est. Nihil breuius ea vita, quæ secum mortem fodalem & sociam ducit. Breuis est & miseris vndique circumdata: quam boni cum patientia ferunt, & mali vehementer diligunt. Sed quantumque eam diligant, & amorem ipsius exoptent: nõ ea multo tempore fruuntur. Omnes namque morimur, & quasi aque dilabimur in terram, quæ non reuertitur. Nemo ita velociter currit, ut vita hominis. Aquæ enim non retro redeunt: & dies hominis recuperari non possunt. Si igitur adeo breuis vita est, ut cum nõdum venerit, iam transit: quid est quod tam diurnam & spatiosam vitam tibi promittas? Multi sunt Christiani, qui etiam si omnia hæc clarè cognoscant sibi ipsis dieunt: Anima mea habes multa bona in annos plurimos: & hac falsa opinione & spe se totos vitijs & voluptatibus tradunt. Tertio postquam vanè & amenter delicijs & voluptatibus se tradens, sibi ipsi multos dies promittit: id etiam anime suæ dicit. Requiesce, comede, & bibe, & epulare. Tanguntur quatuor vitia, quæ ipsas diuitias semper comitantur: scilicet ocium, gula, ebrietas, & voluptas. Nam comedere & bibere irrationalis anime est bonum: rationalis vero intelligere, ratiocinari, & lætari in lege domini, & sanctis cogitationibus & operibus intendere. Hoc iste diues anime suæ dicit: & hoc etiam carnales homines suæ libidini dicunt, laxis habenis per omnia genera vitiorum currètes. Sed ut videas quomodo homines in suis cogitationibus deuaneant, & omnia corum consilia & decreta irrita esse coram Deo, audi quid sequatur. *Dixit autem illi Deus, Stultus, hæc nosse animam tuam reperent à te, que autem parasti cuius erunt?* Hoc modo homines incautos & suæ salutis improvidos, repente mors vocat. Sed verba hæc consideratione sunt dignissima: quocirca quatuor obseruanda sunt. Primum est quod vocat illu stultum, & optimo qui dem iure: quia diues avarus se ipsum sapientem & cordatū existimat, liberalem & magnificum: iuxta illud Prouerborum. Sapiens sibi videtur vix diues. Secundo sum

2, Reg. 14.

Prouer. 28.

Prouer. 22.

Ecl. 29.

Sap. 5.

Esa. 29.

Psal. 75.

sum ignorat, nam cum avarus & parcus sit, liberalem se iudicat: & reliquos alios prodigos & gloriosos appellat. Quapropter sapiens irridet diuitem avarum dicens. Vidisti hominem sibi sapietem videri, magis illo spem habebit stultus. Cum igitur in vita cæcus fuerit & amens, & in sua æstimatione sapientem se ipsum iudicauerit: necesse est, ut in morte oculos suos aperiat, & manifestè videat, eum vocari amentem & ineratione. Secundò stultus est avarus, quia ea custodit, quæ custodia perduntur: perdita vero custodiuntur. Quod facile potest ostendi, per similitudinem de frumento adductam, quod si custodiatur perditur, si vero seminetur & spargatur in terram, multiplicatur, & augetur. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Perde pecuniã propter fratrem & amicum: & non abscondas sub lapide in perditionem. Lapis vocatur cordis duritia, sub qua dum absconditur, in perditionem absconditur: quia dum magis seruari creditur magis perditur, & non solum sui ipsius iacturam facit, sed etiam domini & possidentis, quod deterius & infelicius est. Tertio stultissimus est & valde amens, quia eam dominum & mansuetum, non sibi curat, in qua in perpetuum debet permanere: ubi vero tantu pernoctaturus est, gradus ad es & palatia, constituit: hæc enim vita si conferatur cum futuram, vna nox appellari debet. Spes impij quasi lanugo est, vel tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Quarto stultus est, quia que somniat vera existimat. Sicut somniantes putant in manibus suis aurea poma conrectare, & lapides pretiosos, & assumere cibos delicatos, & euenit phantasmatum causa. Sic isti veras diuitias existimant habere cum tantum diuitiarum phantasmata possideant. Maius namque est discrimen & differentia inter hæc & veras diuitias, quã inter vera poma & somniata. Ad huiusmodi somnium potest referri illud Esaiæ. Quæmadmodum somniat elutiens & comedit, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus lapsus adhuc sitit, & animæ eius vacua est. Sicut somnians comedit, & bibit, & vacuus est: sic avarus esurit diuitias, & congregat eas, & vacuus est: quod intelligitur cum in hora mortis à somno expergefactus, omnibus orbatur, & destituitur. Vnde psalmista. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt vtri diuitiarum in manibus suis. Ma-

nus Christi sunt pauperes: & quia nihil posuerunt in manibus Christi, nihil inuenerunt in manibus suis. Quintò stultus est avarus, quia thesaurizat, & nescit cui thesaurizat. Talem stultus est, quia cum dies nec tempus in sua sint potestate, longa secula vite sibi ipsi promittit. Quibus omnibus David ait. Intelligente insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Perpende secundò: quod non dixit in hac die, sed in hac nocte reperent animam tuam, qui in nocte suorum appetuum erant, & in tenebris & obscuritate vitiorum, nec vllum lumen diuinæ scientiæ illum illustrabat. Bonus mors, dies est: nam tunc illis clarus illucet dies in quo iustitiæ diuinæ solem splendètem conspiciunt in sua diuina essentia, qui dies perpetuus est & clarus sine vilo termino nec fine. Sed malis, etiam si media die mortatur statim nox obscura & tenebræ adueniunt: siquidem, ut malus feruus, in tenebras exteriores eijciuntur. Vnde sapiens inquit, impios in inferno constitutos dixisse, Sol non illuc nobis. Rectè igitur hic dicitur, quod malus & impius in nocte moritur. Tertio ait. Reperent animam tuam, à iusto enim non reperitur anima, sed ille gaudens & libes eam domino commendat, ut pote qui dissolui cupit, & esse cum Christo iustus namque non ægrefert mortem: oneratus est quippe corpore suo, sicut ille, qui dicebat. Quis liberabit me à corpore mortis huius? Hanc sarcinam & facillimo negotio & gaudens deponit. Sed peccator qui animam suam carni subdidit, & eam carni efficit, dare illam non vult: & ideo dicitur repetita tanquam ab inobedientibus debitorum, qui crudelibus exactoribus traditur. Angeli qui terribiles exactores sunt, animam ab impio reperent, etiam illo inuito. Quarto aduerte quid post hæc omnia dixerit scilicet: Hæc quæ parasti cuius erunt? Laborat avarus ut sibi multas diuitias cumulet in diurnu tempus: extranei vero & alieni substantiam eius deglutiant. Cum interierit, non sumet se cum omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Nescit homo finem suu, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines tempore malo. Sic Nabuchodonosor cum in aula Babylonis ambularet, dicens, Nonnè hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauim domum regni, & c. vocè de caelo audiuit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, regnum thum transfuit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs

Psal. 38.

Psal. 92.

Matth. 22.  
Sapient. 5.

Philip. 1.

Psal. 48.  
Ecclesia. 9.

Dan. 4.

*Psal. 38.*

bestijs & feris erit habitatio tua. Omnia quæ comparasti, cui sunt? Certè non tibi, sed oportet, vt heredi ea relinquantur: vel vt quiuis alius ea possideat. Vnde David sanctus. Ecce mentes furabiles poluisti dies meos, & subitã meam tanquam nihilum ante te. Veruntamen vniuersã vanitas omnis homo viuens. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed frustra conturbatur. Theaurizat & ignorat cui diuitias congregat, tantum abest, vt diues hic citò ad te mortem venturam expectaret, vt nec talis cogitatio animum suum inuassisset. Sed cum maiori oblectamento & voluptate hac vita fruebatur, tunc mors subito & inopinatam aderat ad postes pulsans. Hoc certè filij huius seculi debent mente reuoluere, qui tam anxie & sollicitè diuitias querunt, mudi honores & dignitates. Soler enim contingere vt gulosi & helleuones pueri hortum ingrediantur nuces vel poma, vel aliud quoduis genus fructus furaturi: cūque arbores ascēdunt, alij sinus suos & manicas impleant: alij veto infra arbores sunt colligentes & comedentes. At cum ipsi incauti sunt & improvidi, ecce repente olitor & custos horti cum illis adest, & fructus omnes eis aufert, & flagellat, & scapius vestibus eos exuit. Ita omnes homines in mundo velut isti pueri gulosi & helleuones ambulantes querentes diuitias, honores, & dignitates. Videbis namque multos in curijs regum, qui in altis & supremis dignitatibus constituti, onusti sunt magnis reditiibus, superbij, elatiarque potentes. Alios verò videbis, qui infra has arbores magnas ambulantes; videntes an aliquid ab istis superioribus cadat, siue beneficium siue canonicatus, siue episcopatus, vt inde possint manducare. Atque ita videbis plurimos, qui regum curias, & papie sequuntur: expectantes, an aliqua spireret dignitas; officium, vel praelatia, manibus suis apertis ad eam suscipiendam. At vero repente olitor, qui mors est his aduenit, cū somno sopiti in vtramuis dormiunt aurem, & in hac verba prorumpunt: Eia igitur tu Episcopo, vel Archiepiscopo: à tua dignitate plorans descendens; deponere obsecro vniuersa, quæ habes: & me ipsam insequere. Aufert ab eis iniquis hic latro aurum, argētum, pompam, honores & dignitates, & his omnibus spoliatus in sepulchrum nudos descendens. Quæ parasiticus erant? Vanitas vanitatum omnia enim exues, quæ habes & possides: exurus vero, in sepulchrum abibis. Et vnam quemadmodum

*Eccle. 1.*

diuitijs & honoribus spoliatus sepulchrum ingredis, nè ita etiã virtutibus & bonis & sanctis operibus exurus in infernum proficiscaris. Sgat namque illa sententia aduersus diuites prolata. Diues cum interierit, non sumet secum omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Vnde Sapiens dixit impios in inferno positos talia protulisse. Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? trãserunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nūcius citò percurrens, &c. Non est igitur hæc mundi gloria tam anxie & sollicitè à nobis querenda: quandoquidẽ sui amatores tam citò deserit & relinquit. Quid huic diuiti profuit tā abundans & pinguis supellex? Potuit nè illum liberare à morte? Laborant diu noctuque diuites, & se mille curis onerant, vt grandes diuitias sibi comparant: qui nihil aliud faciunt, nisi vt auis Fœnix ligna sicca congregare, vt in inferno comburantur. *Quæ parasiti cuius erunt?* Quadrat in hos maledictio illa, quam Moses iurauit legis suæ transgressoribus, cum illis dixit. Percutiet te dominus amētia, & cæcitate ac furore mentis: & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Domum ædifices, & non habitabis in ea. Plantas vineam & non vindemiabis eam. Hoc idem huic diuiti contigit, & omnibus etiam diuitibus auaris contigit. Videbis enim quod mulus, qui aqua haurit ex puteo, ad irrigandum hortum primo cooperatos habet oculos linteos. Secundò vero in circuitu ambulat. Tertio aqua exhaurta non suis commodis nec vtilitati deseruit, sed alijs: nam aqua quæ ipse hauriuit, olera irrigantur, quæ ipse non comedit sed alij, illi autem nihil aliud restat quã labor. Ita diuites auari; vt hic, de quo sermo habetur cæci ambulantes, & caliginosis tenebris inuoluti: secundum illud scripturæ loquentis de his. Ambulauerunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Nulla maior est cæcitas, quã avaritia. Et idem Moyses dixit, Percutiet te Deus amētia & cæcitate. Secundò, vt mulus aquam hauriens in circuitu ambulat, iuxta illud psalmi. In circuitu impij ambulat. Omnem terram circueunt, perustrant maria, ad Indos nauigant, in barbaras & innãnes nationes transeunt: vt instabilem diuitiarum appetitum expleat. Ideo Moyses dixit. Palpes in meridie sicut, &c. Tertio mulus non lactucas comedit: nec reliqua alia olera: ipse solum laborem sibi haurit & nihil

*Psal. 48. Sapi. 5.*

*Dente. 23.*

*Sopho. 1.*

*Psal. 11.*

*Eccle. 5. Sapien. 3.*

*Psal. 48.*

*Hiere. 8.*

*1. Reg. 16.*

*Hesher. 8.*

*Baruc. 3.*

hil aliud illi remanet. Sic diues auarus non sibi sed alijs laborat: nam alij extranei & ignoti sapè diuitijs, quas ipse comparauit, potiuntur, & possident: & tui heredes gaudentes & latantes, illas consumunt & deuorant. Ideo Moyses, domum ædifices & non habitabis in ea. Plantas vineam, & vias non comedes: quia alius vindemiabit. Rectè igitur hic dicitur. *Hæc quæ parasiti cuius erunt?* Congregasti multas diuitias, & dicit te illis morietis fructurum? O stulte, stulte, hæc nocte morietis: & alij ipsis gaudebunt, cuius erunt? Non tuas sed alienorum: Alij deuorabunt & consument eas, non tu, cui nihil restabit nisi ponitere; cum illas relinquant. Qui amat diuitias fructum non accipiet ex eis. Et Salomon sapientissimus. Vacua est spes eorum, & labor sine fructu. Et David in psalmo. Relinquunt alienis diuitias suas. Quemadmodum arca, quæ constituta est vt semper clausa maneat, vt accipiat, quidquid in illam fuderint, nihil què dat quousque illam frangunt: sic auarus quantumcumque illi dederit, accipiet, ipse tamen nihil dabit, nisi quando iam frangitur & moritur & veniunt extranei & multoties inimici ad possidendas diuitias, quas ipse comparauit. Et Hieremias Propheta ex mandato Dei dixit quibusdam diuitibus auaris, se illis darum heredes extraneos: & causam huius rei ostendens, dixit. Quia à minimo vsque ad maximum omnes avaritiam sequuntur. Et in dignitatibus & officijs ecclesiasticis hoc sapius videbis contingere, vt vni episcopo alter succedat, qui in manus & crude lis inimicis semper illi fuit. Saul successorem sui regni habuit non filios proprios, nec consanguineos: sed Dauidem, quem ipse odio habebat, quique ex altera erat tribu. Et summe illius beneuolentia & amoris, quem Rex habebat erga Aman, Mafdocharus heres fuit: quem Aman odio prosequēbatur: & eius res & substantiã hereditauit Hester. Hoc enim permittit Deus, statuit, & discernit: vt extranei & inimici, quos ipsi auari nouercali odio prosequuntur, diuitias suas, dignitates & honores accipiant. Vbi ergo sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? Qui in auibus cæli hūdāt, qui argentum thesaurizant & auram, in quos fidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt & ad inferos descendunt: & alij loco eorum surrexerunt. Quid obsecro habent, in hora mortis principes hu-

ius mundi? Quid de omnibus suis diuitijs, honoribus & dignitatibus secum ferunt? Soler contingere vt quãdò Rex aliquis vel Princeps magnus ex vna ciuitate vel regione in aliam vult migrare, iubet mulos parari ad vehenda itinere necessaria. Alius enim mulus vehit culcitras, ceruicalias, & stragula linteã. Alius sedes & scabella, & leuia quedam supellex. Alius instrumenta culinaria. Alius vero vasa aureã & argenteã, & pecuniam portat: & hic cum iam ad stabulum omnes peruenerunt, magis defatigatus & lassatus manet. Itã similiter diues auarus etiam si superbus & elatus incedat quia maiores redditus habet, quã pauper. At quando cuius finis fuerit impositus, & huius vitæ laboriosum iter fuerit peractum & in mortis hospitium peruenerimus: omnes simul tam diuites quã pauperes exonerabimur. Moritur doctus pariter & indoctus: & omnes morimur, & quasi aqua dilabimur super terram: quia vt Paulus inquit, statutum est hominibus semel mori. Tunc igitur rogo, quis magis defatigat? & lassatus veniet, pauper, qui leue onus sustinuit: vel diues, qui onerat? fuit diuitijs? Quid obsecro habet mulus, qui graue pondus aureã scilicet vasa & argenteã portauit? Quid sibi reliquum fuit? Certè non aliud nisi vlcera maioris labor & defatigatio. Exonerati Episcopi quã diuitem cū iam morti est propinquus omnibus suis diuitijs. Et quid restat illi nisi vlcera? Remanent illi defectus & negligentie, quas in munere suo obeundo commisit: quæ grauissima vulnera sunt. Iter suum isti faciunt maiori labore, quã pauperes & egeni: cuius causa est graue & ponderosum onus, quod humeris suis ferunt. Quando vero ad mortem isti accesserint, & omnibus fuerint spoliati, quid de illis fiet? Mittentur in gehennã stabulum ex itinere defatigati, & pondere peccatorum pressi: vbi ardore & sudore ignis perpetuo cruciantur. Et tunc alij fruentur vasibus argenteis & aureis, quæ mulus portauit: ipse vero mulus in stabulo defatigatus & lassatus manebit. Itã heredes horum avarorum lætabuntur & fruentur ijs bonis, quæ ipsi reliquerunt, & factis equalibus partibus laute & opipare inebriabuntur. Et tunc quæ parasiti cuius erunt? Bene quidem Propheta Ofcas. Comeditur alieni robur eius, &c. Sed de his iam satis. Applicans igitur Christus hanc similitudinẽ proposito, inquit. *Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.* Non damnat thesaurizantem si-

*Eccle. 2. 2. Reg. 14. Hebra. 9.*

*Ofca. 7.*



rem sibi ipsi, nisi iste talis etiam in Deum non thesaurizet, ad differentiam eorum, qui suis diuitijs ipsi Deo etiam inseruiunt. Qui vtrūque fecerit, huius damnationis expertus erit. Possunt enim homines, & licite sibi thesaurizare, & filijs suis: dum modo diuitijs suis utantur, ut ipsa lex domini præcipit: scilicet pascendo Christi pauperes, & reliqua pietatis & religionis opera exequendo. Sed qui sibi ipsi tantum thesaurizat, huic diuiti similis est. Præter eam ille diues est in Deum; qui ita suis diuitijs utitur, ut expectatio ipsius sit dominus. Vnde in Psalmo: Beata gens cuius est dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. Itaque quando iam vidisti quid contigit huic diuiti, & quid etiam contigerit diuiti illi, qui noluit eleemosynam largiri in eodemo Lazaro, & quomodo in inferno fuit sepultus, accipe experimentum in capite alieno. Quæcūque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Docet hæc similitudo, ut meditatio mortis semper mensuris nostris insideat, & quotidie illam venturam expectemus, ne nos incautos & imprudens inueniat quemadmodum diuitem hunc. Hic enim longam vitam sibi promittebat: qui si sciret mortem illa nocte venturam, non vtrūque dixisset animæ suæ. Anima mea habes plurima posita ad multos annos. Docet quàm bona & vilis mors sit pauperibus. Multum quidem pauperes ipsi morti debent. Videbis namque multos diuites, qui toto discursu vitæ nunquam pauperi nec buccellam panis tribuerunt: at in hora mortis iubent eleemosynas fieri, & nouis vestibus pauperes indui. Non tunc, ut solebant in vita modum viuendi pauperis inquirunt: nam ipsa mortis angustia non concedit illis locum: Iudæi petierunt ab Egyptijs diuitias suas & dona mutua: ipsi vero cum intenti essent mortuis suis sepeliendis, non attenderunt, Iudæos abire: atque ita quid quid petierunt, dederunt illis. Memoria mortis, quam presentem habebat, non dedit illis locum, ut animaduertent, quæ possent amittere suas diuitias. Nec etiam incole terre promissionis oculos conuerterunt ad speculatores Israel, cum grandis tunc grafaretur pestis, cum intenti essent mortuis sepeliendis: ut inquit glossa diui Augustini. Hæc omnia memoria mortis effecit. Nè igitur vanè & stultè nobis ipsis diuitiarum vitam concedamus, ut hic diues auarus: sed memoriã mortis nobiscum recolamus, & ita liberales.

Psal. 32.

Rom. 15.

Exo. 12.

Num. 13.

semper existemus in pauperes. Docet denique similitudo hæc, diligere diuitiarum contemptum propter vitam nostram breuitatem. Transimus enim cito velut flosculus campi, & iter factum per quod nunquam reuersumus, & mensurat nobis horas & leucas nunciis ita velocissimis, qui viginti quatuor horarum spatio millia millium leucarum pertransit: & constituit nos in manus reuersumi illius iudicis, de quo Paulus dicit. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Nos vero hanc vitam consumimus in comparatione vilis stercoretis, & vanæ spei quæ breuiter nos deludet. Nonne hoc exemplo aperit simè vides hoc esse somnium phantasticum & fallax, quod dormiunt viri diuitiarum: qui cum in hora mortis fuerint expetgefacti, vacuos se & inanes inueniunt: lungetur tunc istis æterna mors & vera, cum somno mortis huius vitæ: quemadmodum Sifara, quem excitauit a somno (quod ingenerauerat dulcis lactis potus) Iael pertransiens & configans cerebrum ipsius acutissimo clauo. Continget etiam his quod superbo illi Holoferni, cui huius vitæ somnium simul & æternæ mortis euenit. Hoc igitur & nos videntes, non videmus: & audientes, non audimus, facti illis idolis similes, quorum vanitates diligimus. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quid de nobis erit, cum audierimus vocem dicentem. Stulte hac nocte tollent animam tuam à te? Tunc dominus diuortium faciet inter carnem & mundum, quem tantum diligimus: & audiemus irrisionem illam domini qua irridet amatores mundi, dicens. Vbi sunt diuortium, in quibus habebant fiduciam? surgant & opitulerentur vobis, & in necessitate vos protegant. Igitur filij hominum vsquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Fugiamus ergo auaritiam, hæc res terrenas & caducas contempnamus, in pauperes eas distribuamus, memoriã mortis nobiscum semper ferentes: & ita viuamus, & res mundi huius tractemus tanquam hac nocte morituri. Omnem hæc salutem doctrinam docet hic nos Christus Redemptor noster hoc exemplo proposito, anam sibi & occasionem sumens, ex qua sione facta, Sed iam postquam Christus docuit, immoderatum affectum rerum temporalium esse vitandum: docet necessarium esse inordinatam eorum, quæ necessaria sunt funditus extirpandam. Nam sollicitudo necessestiariorum, sæpe induit sollicitudinem rerum superfluarum. Dixitque ad discipulos suos. Apostolos præcipue in struere, quia futuri erant prædicatores huius euangelicæ perfectionis, & præceptores totius mundi: quocirca operæpretium erat, ut ipsi hoc sibi prius persualium haberet & ipso opere adimplerent ne de illis diceretur. Qui aliam doceret, te ipsum non doces? Nam sicut cœpit Iesus prius facere, & docere: sic opus erat, ut ipsi prius facerent & postea docerent contemptum & sollicitudinem superfluarum rerum terrenarum. Ideo dico vobis. Illationem hanc inferret ex præmissis. Ac si diceret. Vidistis ne quid contigerit diuiti illi auaro, quàm sollicitus ambulabat, quod facturus esset de tantis diuitijs, & quomodo mors præter ipsius spem & opinionem illum inuifit? Experimentum igitur vos hanc sumite. Nam felix quem faciunt aliena pericula cutum. Et ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre, quid manducetis. Quia loquutus fuerat dominus aduersus auaritiam nunc sermonem suum conuertit aduersus auaritiã radicem: scilicet, aduersus nimiam sollicitudinem rerum temporalium. Anima hic pro vita sumitur: sicut etiã in primo Regum legitur Dauidem dixisse Abimelech sacerdoti. Ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, nè timeas. Siquis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam. Hoc est, si quis mortis fuerit vitam mihi auferre, etiã tuã curabit auferre. Appellatur vita hæc, qua viuimus anima, nam sepius nomen causæ in suos effectus mutamus. Sic ferrum ardēs appellamus ignem: nam vrit, & calefacit, qui effectus sunt ignis. Cum igitur anima qua viuimus vitam huic corpori tribuat propter sui præsentiam & vnionem, bene compatitur huic effectui (qui viuere est) nomen suæ causæ imponere, scilicet, anima. Obserua autem quod non tollit dominus omnem sollicitudinem, sed illam, quæ Christi iugum repellit. Nam ut clariùs in Mattheo habetur, prius dixerat. Nemo potest duobus dominis seruire, & postea subdit. Nolite solliciti esse, &c. Non veto vos esse sollicitos: veto tamen esse sollicitos si hæc sollicitudo coegerit seruire Mammonæ. Ideo Graecis hæc sollicitudo est, *μετρημύνη*, quod significat curam anxiam & sollicitam, quam habent avari de pecunijs congregandis. Quapropter non dixit. Nolite laborare, aut curam moderatam habere. Et ideo etiam in exem-

Hebr. 10.

Indi. 4.

Indi. 13.

Psal. 134.

Deute. 22.

Psal. 4.

Roman. 2. Act. 1.

1. Reg. 22.

Matth. 6.

licitudo necessestiariorum, sæpe induit sollicitudinem rerum superfluarum. Dixitque ad discipulos suos. Apostolos præcipue in struere, quia futuri erant prædicatores huius euangelicæ perfectionis, & præceptores totius mundi: quocirca operæpretium erat, ut ipsi hoc sibi prius persualium haberet & ipso opere adimplerent ne de illis diceretur. Qui aliam doceret, te ipsum non doces? Nam sicut cœpit Iesus prius facere, & docere: sic opus erat, ut ipsi prius facerent & postea docerent contemptum & sollicitudinem superfluarum rerum terrenarum. Ideo dico vobis. Illationem hanc inferret ex præmissis. Ac si diceret. Vidistis ne quid contigerit diuiti illi auaro, quàm sollicitus ambulabat, quod facturus esset de tantis diuitijs, & quomodo mors præter ipsius spem & opinionem illum inuifit? Experimentum igitur vos hanc sumite. Nam felix quem faciunt aliena pericula cutum. Et ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre, quid manducetis. Quia loquutus fuerat dominus aduersus auaritiam nunc sermonem suum conuertit aduersus auaritiã radicem: scilicet, aduersus nimiam sollicitudinem rerum temporalium. Anima hic pro vita sumitur: sicut etiã in primo Regum legitur Dauidem dixisse Abimelech sacerdoti. Ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, nè timeas. Siquis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam. Hoc est, si quis mortis fuerit vitam mihi auferre, etiã tuã curabit auferre. Appellatur vita hæc, qua viuimus anima, nam sepius nomen causæ in suos effectus mutamus. Sic ferrum ardēs appellamus ignem: nam vrit, & calefacit, qui effectus sunt ignis. Cum igitur anima qua viuimus vitam huic corpori tribuat propter sui præsentiam & vnionem, bene compatitur huic effectui (qui viuere est) nomen suæ causæ imponere, scilicet, anima. Obserua autem quod non tollit dominus omnem sollicitudinem, sed illam, quæ Christi iugum repellit. Nam ut clariùs in Mattheo habetur, prius dixerat. Nemo potest duobus dominis seruire, & postea subdit. Nolite solliciti esse, &c. Non veto vos esse sollicitos: veto tamen esse sollicitos si hæc sollicitudo coegerit seruire Mammonæ. Ideo Graecis hæc sollicitudo est, *μετρημύνη*, quod significat curam anxiam & sollicitam, quam habent avari de pecunijs congregandis. Quapropter non dixit. Nolite laborare, aut curam moderatam habere. Et ideo etiam in exem-

plo auium non dicit, quod non volant, sed quod non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea. Non prohibet honestum laborem neque studium acquirendi temporalia: sed nimium ipsorum amorem. Ita enim alienum & extraneum est homini vsurarium esse siue latronem: ut esset ipsis anibus cœli seminare, arare vel metere. Et sicut auis solum volando sustentatur, nec seminant, nec metunt. Ita vos solo honesto labore & vestra natura consentaneo vitam degite: nec modos illicitos quaeratis. Aduerte autem quod triplici modo sollicitudo rerum temporalium potest esse illicita. Primo quidem ex parte materiam suæ rei de qua solliciti sumus: ut cum quis quaerit temporalia bona, illa constituens, ut si nem suum. Secundò ex parte superflui & solliciti studij quod in illis acquirendis consumitur: propter quod studium retrahitur homo ab exercitio rerum spiritualium, quibus inseruire debet. Tertio ex parte timoris superflui: quando scilicet quis nimis timet, quod si non fecerit quantum suæ vitæ suppetierint, necessaria sibi deficiant. Sed iam adeo creuit rerum terrenarum amor, illa cupiditas, ut multi Christianorum (& vitiam non sunt Ecclesiasticæ Monachi) ita de his rebus caducis & perituris sunt solliciti: ut viderent nullam aliam vitam expectare. Propter quid obsecro defatigaris? Certè propter nihil. Videbis enim in fluuio pisces huc & illuc discurrere, & inter se certantes: & id omne solum faciunt propter aliquem vermiculum, vel micam panis: & hoc non vident pisces, sed illi qui in litore sunt eos iridentes, qui propter rem tam vilem & parui momenti tantam contentionem inter se habeant: & tandem vnus illorum micam vel vermiculum rapit. O quantæ admirationis est videre strepitum, voces, & contentiones, quas homines necunt, sola cibi & victus causis: quanta est illorum sollicitudo, ita viderentur omnem mundum reuoluere. Certè qui hunc magnum strepitum & clamores videret, nil aliud intelligeret, quod non nisi de re grauisima, vel de hominũ morte ageretur. At si rectius & artemius id examineret, clariùs intelligeret, id esse propter rem parui aut nullius momenti. Qui vero in litore quieti & tranquillè sedent illos irident & substant. Nam ij quibus dominus hoc contulit beneficium, ut dederit illis lucem & oculos ad intelligendum hæc mundi vanitates, & ob quas res homines laboribus & curis se ipsos conficiant,

Eccle. 1.

ciant maximè demittantur. Nec id mirandū, quia puluis mundi eos obcæcavit, nec ingens periculum ipsi inminēs videre possunt. Vnde de Salomon. Vidi omnia quæ sub cælo geruntur, & ecce vniuersa vanitas. O curas hominum, quantum est in rebus inane. Quapropter non ille diues appellandus est, qui plures diuitias habet: sed ille cui minores sunt curæ & sollicitudines. Nā si aliquis homo octo millia aureorum haberet, simul & filias quatuor, quibus de maritis ipse esset prouisor: & alius quatuor millia aureorum, & nullam filiam inuuptam, certè iste secūditior & locupletior esset appellandus: nam iste minores necessitates habet, quam ille. Sic qui parum habet & contentus est, ditior est illo qui multa possidet, & plurimis necessitatibus & curis plenus est. Si Christus dixisset, Laborate & solliciti estote de rebus humanis & temporalibus: & de cælestibus securi sitis, me vobis illas daturum: non mirarer si homines tam anxie & vehementer earum inuaderet cura. Sed multo aliter & diuersissimo modo inquit. *Quarite bona cælestia*: nam terra na vobis ego cōdonabo: & mihi hæc cura est imposita. Si hoc igitur ita est quod rogo est non tam tam profundum somnium, & que tam acuta fames, vt ita defatigemur, propter ea que terrena sunt: & que cælestia sunt obliuiscamur? Vnde Amos, Vx qui opulenti estis in Sion, & confiditis in montem Samarie, &c. Magna est aliquibus cura in prouidēdis necessarijs in venturum annum, & quod omnia sint abundantia & superflua in futurum tempus, ignorantēs an sequenti die sint morituri. Præcipiebat dominus in Leuitico, vt eodem die, in quo oblatio offerrebat, in ipso etiam comederetur. Etiam præcipit, vt de agno paschali nihil in venturum diem seruaretur, & manna si seruabatur in crastinum diem corrumpatur. Ezechiel etiam dixit. Nunquam caro hesterna intrauit in os meū. Vult dominus ne tam anxiam curam de venturis habeamus: vt ipse præcepit in Euangelio: sed vt pendeamus ab ipsius prouidentia. Quid tu Christicola tātopere temporalia bona curas cui æterna & nunquā peritura sunt promissa? Quod etiam ethnici Philosophi cōtempserunt etiam tu in pretio habes? Nihil ita ab homine alienum & extraneum est, vt ipsi pecunia, nec aliquid quod minorem illi afferat vtilitatem. Nam etiam si omne aurū & argentum mundi possideres: esses ne illius

causa melior, doctior, meliori corporis valetudine, aut præstantiori & elegantiore forma? Nihil minus. Sed obijciat aliquis, dicens. Diuitiæ gaudium afferunt & voluptatem, & efficiunt, vt homo in maiori honore & dignitate sit habitus. Ad quod respondeo, quod etiam si gaudium afferant & voluptatem, tamen id est perniciosum & nocuum: neq; optimo iure gaudium appellandum. Nam verum gaudium & voluptas, est tranquillitas & pax cordis. Bona tua quid honoris tibi conciliant? vt te populus laudet & veneretur? O stulte, stulte, nō te aspiciunt, sed pretiosas vestes. Nam si miseria & mendicitas animę tuę illorum oculis pateret, infelicitissimum te iudicarent: quem nunc beatum existimant. Verus honor & laus est ipsi Deo placere. Sed dices. Ad diuitię amicos multos conciliant. Respondeo, eos non veros amicos, sed fictos esse, qui te amant, non tui sed pecunię, & sui commodi causa. Nemo te ipsum tanto amore prosequitur, qui non desideret, te iam sepultum videre, vt tuis bonis fruatur. Et vt vnico tantum verbo omnia dicta complectar: comoda, quæ diuitiæ secum ferunt, falsa sunt, vana, & instabilia, atque ita vera mala afferunt, miseria & calamitates, curas anxietates & labores: & hominem ips, quæ veræ sunt diuitię, & nunquam interituræ, spoliant: nimirum, animi & cordis quiete & pæce, quod iucundissimum & pretiosum bonū in terra est. Nimia cupiditas & vana sollicitudo rerum temporalium pondus grauissimum est, quod deprimat spiritus alas & volatum impedit animæ nostræ in cōtemplatione diuinarum rerum, Fecit Deus hominem, vt summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando frueretur. Ab hoc gaudio te semouet sollicita cura rerum terrenarum. Ideo beatus Petrus. *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis.* David etiam. *Pauper ego sum & mendicus, dominus sollicitus est mei.* Sed hæc satis sint de hac superflua sollicitudine. Nunc autē duo videamus in speciali, quorum nos esse sollicitos Christus prohibet. Vetat enim sollicitudinem cibi & sollicitudinem vestitus, quæ duo magis anxie & sollicitè homines curant. Et de primo sic ait. *Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis.* Si populus Israel animū ad id inderet, quod in deserto erat manducaturus: nunquam ab Ægypto exiret, nec promissionis terram ingrederetur. Et multo illo.

Amos. 6.

Leuit. 7

Exo. 12. Exod. 18. Ez. 4.

1. Pet. 5.

Psalm. 39.

Exod. 14.

Nam. 11.

Psalm. 103.

Exod. 17. Num. 11.

Genes. 2.

Gen. 28.

Gen. 32.

Gen. 42.

Exo. 3. 3. Reg. 17

3. Reg. 22.

Dan. 14.

4. Reg. 4. Ioan. 6.

Mar. 8.

et illorum, quia solliciti fuerunt, post quæ exiti-  
tunt ex Ægypto, carnes perentes, & illas ser-  
uantes in deserto in tererunt, nec conse-  
quiti sunt finem desideratum, nec terra sibi pro-  
missa fuit potiti. Si non obstat, saltem pro-  
pter honorem tui patris cælestis non tam so-  
licitus debes esse, quid manducaturus: quid  
me habiturus sis. Inuicem infero diuino patri,  
qui aperit manam suam & implet omne abi-  
mā benedictione. Israelitas quadraginta an-  
nis cælesti patri in deserto panit, Et dedit illi  
manna de petra. Et desiderantibus carnes, co-  
tinentes in tanta abundantia suppediuit, vt  
etiam ipsi manibus eas apprehendere pos-  
sente. Vide quid omnibus quam innumetabilem  
populū pauert in deserto. Sanctus Abra-  
ham vt præceptum domini impleret, domū  
paternam reliquit: & ad peregrinos & igno-  
ros migrante. Dominus alebat eū, vt & di-  
ceseret, & scilicet successit omnia prospera  
& secunda illi contingere. Iacob pauper  
& profugus trans Iordanem peregre profici-  
scibat: quia Dei auxilium implorauit,  
& in ipsius manibus se constituit, reuersus est  
cum duobus turmis. Sanctus Ioseph vendi-  
tus & in exilium missus: pauperatem, miseria-  
m, & labores sustulit: sed Deū illum tantis  
diuitijs completauerit, vt fruges eius frumen-  
tum ab ipso petere cogentur. Moses co-  
actus fugam facere ex Ægypto: sed Deus e-  
tiam inter peregrinos & ignotos illum pasce-  
bat. Et Heliam adeo iniqua & peruersa Ieza-  
bel persequebatur, vt in syluis & cauernis  
sempiternis habitaret. Deus: vt qui tantam cu-  
ram seruorum suorum habet, tum per cor-  
tuos, tum etiam per Angelos necessaria sub-  
ministrat. Et vidua illa Sareptana non ni-  
si vnum pugillum farinae habebat: Deus au-  
tem sic farinam augebat, vt ipsa, & filius eius  
& Hebraeorum annorum spatium victum ha-  
berent. Et Daniel inter Leones positus, a do-  
mino fuit pastus: nam Abacuc, qui erat in Lu-  
dra & cibum in floribus potabat: adduxit  
Angelus in Babylonem, & cibum dedit Da-  
nili. Et cum Ihesus propheta populo Israe-  
litico prædicaret, centum homines viginti pa-  
nibus satiatur. Et Christus quinque panibus  
& duobus piscibus, famem expleuit quinq;  
millium hominum: & alia die quatuor millia  
hominum septem panibus & pisciculis satia-  
uit. Manifestissimum est testimonijs, tum in vete-  
ritate in nouo instrumeto ostendit Deus:  
se posse faos alere & sustentare. *Quod au-*

tem id etiam nunc vellet, declarat his verbis:  
& per Esaiam dicens: *Nunquid poterit obli-  
uisci mater infantem suum, vt non misere-  
tur filio yerei sui? Et si illa obliuiscerit, ego au-  
tem non obliuiscar tui.* Hoc etiam David ait.  
Sicut pater miseretur filiorum, miserus est  
dñs timētibz se. Et alibi. *Suaus dñs vniuersis,  
& miserationes eius super omnia opera eius.*  
Ideo ipse David de dño minus cōfidenti,  
inquit. *Iacta cogitatu tuū in dño, & ipse te e-  
nutriet.* Hęc omnia libuit dicere, ne nos nimis  
solliciti simus de cibis & potu: cū patre adeo  
benignū & misericordē habeamus: vt ex his  
adductis exemplis facile constat. Sed iam ad li-  
teram: *Neque corpus quid induamini.* Iam sic  
mundum adeo inuicem nimia cura & solliciti-  
do vestitus: vt nullus sit animus adeo fortis  
& virilis: prædicatorum, qui illum audeat re-  
prehendere. Tanta sunt nouę inuentiones ve-  
stium, tanti tam que excelsiui sumptus, & pre-  
cipue in Hispania: vt omnis hominum res  
& substantia penitus destruantur. Et ita huic  
rei intenti sunt, vt nullam aliam curent nec  
de alio sint solliciti: Sed qua in superioribus  
de his egimus, & infra acturi, ad contextum  
reuertamur. *Animus plus est quam esca, & cor-  
pus plus quam vestimentum.* Sex rationibus pro-  
bat non debere nos sollicitos esse. Scilicet  
quia de maioribus Deus prouidet, de anima  
inquam & corpore sine nostra sollicitudine.  
Qui dat optimum, dabit conueniens; & qui  
maiora ministrat, minorā tribuet. Secundam  
rationem ab ipsis auibus desumit, di-  
cens. *Considerate coruos, &c.* Tertiam ex  
impotentia sollicitudinis ad augmentum cor-  
poris, dicens. *Quis vestrum cogitando, &c.*  
Quartam sumit ex floribus, dicens. *Consi-  
derate lilia.* Quintam ex discrimine inter ip-  
sos & ethnicos, dicens. *Hęc omnia gentes in-  
quirunt.* Sextam ex patris scientia dicens.  
Pater enim vester scit, &c. Prima itaque ra-  
tio, qua Saluator probat, non debere nos esse  
sollicitos de cibo & vestitu ea est, scilicet,  
quia si Deus maiora donat, sine vlla nostra so-  
licitudine: multo melius de minoribus pro-  
uidet. Quocirca æquam est, vt omnem nos-  
tram curam & sollicitudinem in Deum ip-  
sum reponamus, & a mundanis & caducis re-  
bus eam auocemus: ea prius agentes, quæ ad  
partem diuinam & superiorem spectant. Nā  
quibusdam hominibus, qui sua tantum cura  
habent, nō quæ Dei erant, dominus dixit. *Quia  
domus mea deserta est; & vos festinat*

Esa. 49.

Psalm. 102.

Psalm. 144.

Psalm. 54.

Cap. 7. homi-  
nem molli-  
bus vestitū.

Aggai. 1.

Enarr. in Cap. XII.

vnusquisque in domum suam: propter hoc super vos prohibiti sunt, &c. Iustum enim est vt omnia eis deficiant, qui creatorem relinquunt, & munda sequuntur. Quod certe propter honorem patris tui celestis, non sic deberes facere. Na nimia filij sollicitudo & cura, tanta quędam reprehensio est inertię patris circa prouisione necessarij. Omnę igitur curam & diligentiam adhibe circa ea: quę domini sunt iuxta illud Apostoli Petri. Omnę sollicitudinem vestram projicientes in eum, quia ipsi cura est de vobis. Sic fecit sanctus ille Rex, qui dixit. Pauper ego sum & mendicus: dominus sollicitus est mei. Si dominus curam tui habet, ne sollicitus sis circa temporalia: quādoquidem ista sollicitudo ad nihil aliud defertur, nisi ad suffocandum verbū Dei. A sollicitudinibus huius seculi (ait Saluator) suffocari verbum Dei. Gētiles & infideles qui vana & incepta opinione existimant fortunā esse, non mirandum si solliciti sint. At vero vos vrpote qui sub vexillo Christi militatis solliciti debetis esse circa spiritualia: quandoquidem si a vijs rectis non deflexeritis, clare cognoscetis, nunquam vobis necessaria defutura. Distractio nimia circa res temporales, affectum amoris diuini videtur frige facere, & ipsum hominem in varias inimici tentationes & insidias constituit. Secunda ratio sumitur ex parte auium: ideo ait. *Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum: & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis.* Per Matthæum dixit. Respiciate volatilia cęli. Vnde hic ponitur species pro genere scilicet coruus pro volatili. Et ideo ita in particulari loquitur de coruis: quoniam cum vniuersis volatilibus dominus escam prouideat, specialiter tamen dicitur pascere coruos: quia nulla adhibita diligentia parentum educantur, cum ceteris omnibus volatilibus labore & ministerio parentum cibis ministraretur. Ferunt enim naturam corui esse, vt statim in ipso ortu a parentibus destituatur: nam cum parentes videant coruos natos esse albos, existimantes suum non esse fœtum, eos relinquunt & fugiunt. Interim tamen dum alę nascuntur, & nigri sunt cęli rore sustentantur, & etiam liquore tenuissimo nutriuntur. Ideo Dauid dixit in psalmo. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis cornuorum inuocantibus eū.* Iob etiam dixit. *Quis preparauit coruorum escam suam: quando pulli eius clamant, ad*

Deum vagantes, eo quod non habeant cibos: Sed si Deus coruis prouiderit, & ei de illis est cura: quanto maiorem curam de vobis habebit, qui conditi estis, & facti ad ipsius similitudinem & imaginem? Vnde Salomon. *Non est alius Deus, quā tu, cui cura est de omnibus.* Obsęrua autem diligenter, quōd cum homo sit omnium creaturarum dominus & magister, ad bruta docendus mittitur. *Quia cum in honore esset non intellexit, factus est iumentis insipientibus similis: & ideo ad illa mittitur.* Sic sapiens pigrum hominem & inertem ad formicam mittit. Ita nos miseros & ineptos reddidit peccatis, vt multa possimus discere ab ipsis brutis rationis expertibus. Pręterea non sine causa exemplum coruorum & volatiliū dominus proposuit. Potuisset nanque viros religionis & sanctitate excellentes nobis adducere, vt fuerunt Moses, Helias, & Ioannes Baptistas: quos nulla ex parte ipsorum adhibita cura Deus pascit. Sed noluit: quia posset aliquis dicere. *Quid hoc in me umolatum facit? Nam si ego ea probitate & vita sanctimoniam esse prædicitus, quia ipsi, possem & ego Dei præsidium sperare.* Et fuit in causa quare volatilia pro exemplo adduxerit, vt intelligeremus maiori iure nostram diffidentiam esse detestandam, considerantes securitatem & libertatem irrationabilium animalium. Est ergo mens & animus Christi. *Quoniam Deum patrem habetis, qui tanta bonitate & benignitate omnibus creaturis prospicit: non est quod vos solliciti sitis: potius debet vobis ipsis prospicere quibus tanta dedit & contulit beneficia, quos ad immortalitatem creauit & ad æternę beatitudinis diuitias prædestinavit: quibus denique suum filium vnigenitum Redemptorem & vnicum reparatorem tradidit.* Denique iustorum vitam cum ipsis volatilibus confert, quia vult vt in sollicitudine cibi nos illis similes efficiamur. *Primo: quia nullam quietem nec sedem in terra fixā habent, nisi eam, quā necessitate coacta sumunt. Secundo, quia aues semper in alto vitam degunt, & ambulat. Ita simili modo tu si huius vitę pericula & scopulos liber euadere volueris, opus est, vt terrā ipsam fugias, & in altum tuis cogitationibus & operibus aduoles. Cū Deus aues & pisces creauit, dedit illis benedictionem sicut brutis quia in terra vitam degunt non benedixit. Qui illius benedictionis, quam daturus est dominus in die iu-*

1. Pet. 5.

Psal. 39.

Luc. 8.

Mat. 6.

Psal. 146.

Iob 38.

Sapi. 11.

Psal. 48.

Prover. 6.

Gen. 1.

Mat. 25.

die iudicij, particeps esse voluerit, volare in altum debet, vel natate, vt saluus & incolumis euadat, vbi alij periclitantur. Eis enim, qui vt bruta in terrenis viram agunt, negabit dominus benedictionem suam imo eis male dicit, dicens. *Ite maledicti in ignem æternū.* Exemplum igitur volatiliū ob oculos semper deferat: ex quo duo potes discere. *Primum: ne nimis sollicitus sis circa temporalia. Secundum, vt in altum aduoles: tuas cogitationes in Deum ipsum eleuando.* Vnde quidam dixit. *Pronaque cum spectent animalia cętera terram. Os homini sublimē dedit, cęlumque videre iussit & erectos ad sidera tollere vultus.* Tertia ratio desumitur ex impotentia sollicitudine ad augendam staturam. Ideo ait. *Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum vnum?* Sicut auium exemplo ostendit, non debere nos sollicitos esse de cibo: nunc etiam hac ratione & sequenti suadet ne de vestitus superfluitate si mus solliciti. Et hoc ostendit, quia vestimentum ad mensuram corporis fit, ad illum ergo pertinet curam de veste habere, an magna vel parua satuta sit, ad quem pertinet curam habere de magnitudine corporis. Homo nō potest per suam sollicitudinem aliquid addere magnitudini corporis sui: quia nemo sua cogitatione addere potest aliquid staturę suę, sed tanta erit, quanta ipse Deus voluerit. Ac si diceret. *Si in potestate hominis esset facere sibi magnam corporis staturam, optima ratione deberet etiam sollicitus esse de vestibus.* Si ergo nec quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? Hoc est. Si hoc tantulum nō potestis facere, quod quidem Deo est facillimum, quid solliciti estis de corporis necessarijs? Ideo creatori talem curam relinquit. *Aduerte autem, quod sicut maxima opera animę sunt operationes intellectiuarū virium, quia cognitione & intellectu reguntur: magna vero ipsius opera sunt virium sensitiuarum, quia cognitione reguntur: minima vero sunt virium vegetatiuarum: quoniam naturali necessitate reguntur: ita maxima opera Dei sunt opera glorię, magna vero sunt gratię, minima autem opera naturę.* Quarta ratio ad idem tendit, ne simus solliciti de vestibus: & sumitur ex floribus. *Considerate lilia agrı, quomodo crescant. Non laborant, neque metunt.* Posuit in his exemplum, quia habent maximam pulchritudinem & dixit, lilia agrı, ad ostendendam minorem sollicitu-

dinem. Nam si essent lilia domorum, quę in hortis nostris nascuntur, per humanam sollicitudinem & culturam, dici poterat quod humanus labor & sollicitudo conferebatur aliquid ad illorum pulchritudinem. Sed lilia agrı nulla cultura nascuntur, & a nemine plantantur, & sine vlla sua sollicitudine tantum decorem & pulchritudinem habent. Dicit etiam non laborant, propter viros: neque nent, propter fœminas: vt vtrisque auferat superfluam sollicitudinem: nam viros decet laboribus corporis intendere, mulieres etiam colum accipere. *Dico autem vobis. Neque Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.* Sollicitudo magna vestium inutilis est, quia per illam desiderata nobis non valebimus consequi quia Salomon cum omni apparatu & ornatu exteriori non potuit ad tantam pulchritudinem peruenire vt æquari posset alicui liliorum campi: quia opera naturę præstantiora sunt & excellentiora, quā ea, quę sunt ab arte. Nam si ars vel imitari naturam, non tamen ad æquare poterit. Sed dices. *Nonne Salomon auro & margaritis pretiosissimis ornatus pulchrior erat, quā vile liliū? Regina Sabba videns vestes Salomonis stupuit: nunquam tamen admirata est liliū.* Pręterea si Salomon sapientissimus erat cur potius non contexit vestem ex lilijs quā ex gemmis & auro? Et quis est, qui nō dicat aurum pulchrius esse quā liliū? Hic manifestissimus hominum est error: quia ea quę apparent pulchra, pulchriora iudicamus his, quę verē pulchra sunt. Cupiditas nostra est causa horum. Vestis enim ex auro confecta pulchrior nobis videtur, quā liliū, qui si nō essemus cęci & clari oculis id vellemus perspicere, videres in veste deaurata manum hominis, qui eam fecit, in lilio autem Dei artificis manum. Et quanto tibi gratior est Deus quā homo, si mundos haberes oculos, tanto pulchrius videretur liliū, quod depinxit. Sic sponsa pretiosissima laudatur. *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea, &c. Si autem senum, quod hodie est in agro, & cras in clybanum mittitur. Deus sic vestit quanto magis vos pusille fidei.* Cras in scriptura sacra pro omni tempore futuro, quod cito eueniet ponitur. Vnde Iacob dixit ad Labā. *Respōdehitq; mihi cras iustitia mea.* Ac si diceret. *Modo iniuriam mihi inferis, quia retines oues vnus coloris: sed in futuro consequar iustitiam meam.* Sensus

3. Reg. 6.

Can. 2.

Genes. 30.

N 2 huius

huius litera planus est. Sed vt aliud hoc interpretemur aduerte. Quod hoc quod est mittere in clibanum nō dixit de lilijs, sed de fœno: quia quanuis lilia marcescunt, non tamē in clibanū mittuntur. Ideoque sicut Christus vocauit animam iusti liliū, cum dixit, si cut liliū inter pinas: sic nunc reprobos intelligit per fœnum, sicut alibi etiam designat per paleas. Habet enim scriptura suas figuras & tropos. Esaias iussu domini dixit. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Hic homines latantur & florēt, sed in ignem æternum destinati sunt. Sensus igitur est. Si impios, & eos qui cruciandi sunt in gehenna, Deus sic vestit: hoc est honores illis tribuit, diuitias & dignitates: quomodo vos obliuiscetur? Certe hæc ratio nimis vrget. Nam videbis Tiberium, Caligulam, Nerone, Helio gabalum, Commodum, Domitianum, qui cum tam impij essent, nefarij, & truculenti, Deus illos sic ditauit, vt totius orbis imperium & sceptrum tenerent: Quomodo credibile est, quod seruus suis negabit necessaria? Verum vt ostendat, quam breuis sit & inanis gloria huius mundi & fœlicitas dicit, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Impij autem tantum hodie sunt: pij vero hodie, & cras, & in perpetuum, sicut Christus, cum quo in æternum regnabunt. Sic Sapientis personam agens impiorum, qui sunt in inferno, inquit. Nos nati, continuo desideramus esse. Vnicum tantum diem vixerunt: quem non concupiuit, ille sanctus, qui dixit. Diem hominis non desideravi, tu scis domine. Orem maxime horrendam. Cras in clibanum mittitur. Ibi impius ita possidebitur ab igne: sicut possidetur fœnum cum in clibanum conijcitur. Penetrat mors intima viscera peccatoris. *Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis.* Redit ad præcipuum scopum, repetens quod dixerat de nimia solitudine cibi & potus. Superfluum epularum curam simul & potus dominus reprehendit. Est mundus a deo perditus, vt hominibus sit plenus, quorum Deus venter est: id enim honorem existimat esse, dignitatem, & laudem, si Epicuri scilicet hōlam sequantur, cum Christū in sacro baptismatis fonte fuerint confessi. Audi igitur Christum fræno cohentem hominum belluonum gulam & ebrietatem. Dixit enim Esaias. Equi eorum, caro eorum. Maximum est periculum equitari in pingui & lucido equo,

qui nunquam domitus fuerit. Et siquidem Propheta inquit equum nostrum, carnem nostram & appetitus esse, opus est, vt abstinentia fræno ipsam cohibeamus: ne aduersus nos insurgat, & in mille peccata & miseria nos præcipitet. Quapropter Psalmista ait. In chamo & fræno maxillas eorum constringe. Nisi carnem continueris abstinentia fræno, ducet, te tāquā equus indomitus per deliriarum aqua: huius mundi, & vt Phæro suffocaberis: qui cum equis suis in Rubro mari perierunt, & ipse cum suis tanquam lapides in profundum descenderunt. Corpus se cum animam ducet, nisi illud frænaueris abstinentia. Abstinentia enim est mors culpæ, exterminatio voluptatum, remedium salutis origo & radix gratiæ: & substerniculum castitatis. Magna quidem ignominia est, vt tuus seruus tibi præcipiat & imperet. Ismael filius ancillæ persequebatur filium spiritus: & Agat dominam suam contemnebat. Nisi domueris carnem tuam, superbia elata insurget aduersus spiritum. Magna quidem est confusio & verecundia, quod cum ita sis magnus princeps & dominus, vt paulo minorem angelis te ipsum fecerit, voluntatem facias, & parcas tam vili seruo qui ipsum corpus est: Hoc lamentabatur Hieremias dicens. Serui dominiati sunt nobis. Ideo Christus curam anxiam & superfluam sollicitudinem cibi & potus prohibet his verbis. Et quia inter varios cibos, & grandes mensas, & pretiosa vasa inueniri solet superbia & vanitas, vt contigit in conuiuio Regis Assueri subdit statim dominus. *Et nolite in sublime tolli.* Sunt multi qui lautè & opipare manducant, & omnes venientes ad se inuitant: non tantū propter manducationem & potum, quam vt ostendant vanitatem suam & sumptus. His igitur verbis Christus medelam adhibet huic agri tudini. Hoc idē Apostolus suadet dicens. Noli altum sapere: sed time. Admonet Christus, vt quanuis ita diuites simus, vt omnia nobis superflua fuerint, nē vanè & stultè extollamur: sed pro omnibus ipsi Deo gratias referamus. Hinc ad Timotheum ait Apostolus. Præcipe diuitibus huius seculi non sublime sapere, nec sperare in incertita dinem diuitiarum: sed in Deum qui omnia nobis abundè præstat. *Quintario desumitur ex differentia inter ipsos & ethnicos. Hæc autem omnia gentes mundi querunt.* Qui nihil habent in celo, non mirum si terrena querant: vos vero qui thesau-

1. Cor. 1.

Gen. 4.4. Psalm 22. Luc. 12. Psalm. 35. Esai. 64. 1. Cor. 2. Numer. 11. Esai. 48.

1. Tim. 6.

Rom. 11.

1. Tim. 6.

1. Thess. 4.

Hebr. 10.

rum, redemptionem atque iustitiam habetis in celo, cur secularia curatis? Qui nullam in futuro seculo habituri sunt requiem, nihil mirum si hic fatiantur. Qui nō habent in terra promissionis panem, in Ægyptum descendunt, vt cibos afferant. Sed vos quibus parata est in celo mensa, quibus dispositus pater regnum vt edatis & bibatis: qui potandi estis fonte dulcedinis, imo torrente voluptatis: quibus ea parata sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: cur hic tam vehementer cupitis alijs & porris Ægyptiorum & carnibus satiar? Denique non mirum si qui seruilium habent conditionem terrena tractent: sed qui filij Dei sunt ignominiosum deberet eis videri, si his se inuoluerent. *¶* Obserua autem quod ex his verbis vniuersique poterit colligere an ex gētibus sit, vel ex Deo. Suū studium viderat, an circa terrena & peritura, an circa im mortalia & diuina ambulet intentus: nam si terrenis se contaminauerit, iam factus est demoniorum socius. *¶* Sexta ratio desumitur ex patris scientia. *Pater autem vester scit, quoniam his indigetis.* Tam hic vides quod Deus indigentium sit pater: ~~quod non potest esse pater, nisi qui non indigetis.~~ Quocirca gaudere debes, & latari, cum tibi aliquid detur vel non omnia ex animi sententia successerint. Præterea non dicit vos indigete domibus ebullientis, lapidibus pretiosis, phaleratis equis, & alijs similibus rebus: sed quod indigetis cibo, & potu, & veste. Vix enim pij his solis & non alijs indigent. Habentes inquit Paulus victum & quibus tegamur, his contenti sumus. Verè Deus est pater eorum, qui victu & vestitu sunt contenti. Quis est tam crudelis & acerrimus pater, qui filio suo non concedat necessaria, si habuerit? Deus autem cum sapiens sit, omnia nouit: & quia omnipotens, omnia potest: & quia pater est, piè vult: ideo ad prouidendum in est summe bonus, & idoneus: & qui hominem creauit, rectè nouit ipsius indigentiam & mendicitatem. Et si aliquando patiuntur aliquas graues necessitates, id euenit quia in Deum fiduciam suam non collocarunt, qui id permittit in poenam suæ culpæ. Qui mundo considerant, ipse mundus ijs remunerauit, & digna factis exoluit. Ex his omnibus Christus sic infert, dicens. *Veruntamen querite primum regnum Dei & iustitiam eius.* Quod ego magis desidero vobis dare, & quod vobis magis vtile est id queri-

te. De reliquis nē solliciti sitis: magna & alta querite, quandoquidem magnum & excellentem dominum habetis: Spiritualia inquirite: terrena nanque & temporalia, non deficient vobis. Qui maiora dat, minora etiam cōcedet. Et qui anima simul & corpore vos dotauit, cibū & vestitum largietur. Deficit ne cibus ludæo, aur infideli: Deficit cibus a iudæo cœli, aut formicis: Querite ergo primū: hoc est præcipue regnum Dei. Beatus ut finis non ster est, & finis prior est in intentione. Primū ergo querendū est regnū Dei orando, meditando, & mentē in Deum leuādo: vt inde referatur hoc principale bonū ad cætera operā nostra. Nam res, quæ propter aliud queritur (vt pulchrè distērit Augustinus) inferior est, quā id propter quod queritur. Et ideo illud primū est propter quod istam rē inquiris: nō ista res propter quam aliud queris. Quapropter si regnū Dei, cibi tantū causa querimus, anteponimus sine dubio cibum regno Dei: vt si non deceret cibus, non querendum esset nobis regnum Dei. Prima itaque sollicitudo & principalis habēda est de regno Dei: quod est beatitudo cœlestis. Querere autem iustitiam eius, est conari ad obseruantiam legis & ad faciendum opera bona, per quæ tandem peruenitur ad regnum Dei. *¶* Obserua autem, quod prius loquutus est de regno Dei, quod est finis, quam de iustitia, quæ medium est, nam finis primus est in intentione, quam ca quæ sunt ad finem: quia nullum agens secundum rationem potest aliquid agere, nisi præsupposito fine. Ideo ille qui est finis simpliciter omnium operationum humanarum, necesse est, vt præsupponatur ante omnem operationem: si autem non præsupponeretur, ageremus temerè & à casu, nihil præcogitantes, & talis operatio nunquam est bona, quia non est conformis rationi: & sic non est Deo accepta: & sic oportet finem præsupponere ad hoc vt bonū operemur: & hoc est regnum Dei querere, hoc est præsupponere, & de illo cogitare. Hæc enim sunt de quibus solliciti esse debemus, & in hac sollicitudine peccare nūquā poterim: quia quāto magis de hac re solliciti fuerim, tanto melius nobis erit. Quia illa, que propter se queruntur (vt ait Philosophus) in infinitū queruntur. Beatus ut autē & virtutis operatio propter se ipsa queruntur: ideo nullus terminatus nec modus constitui debet, in inquirendis istis. Secus autem est de necessarijs aduitant, vt cibo potu & vestimēto, quia ista

Can. 2.

Matth. 13. Esai. 40.

Hebr. 13. Sap. 5.

Hiere. 17.

Philip. 3.

Esai. 31.

Aug. lib. 2. de ser domi ni in montē

Arif. 1. p. litiico.

non propter se queruntur, sed quatenus sunt necessaria ad vitam conseruandam : & conseruatio vite consistit in quadam mensura, ergo prater necessaria, alia superflua querere, vana est & taxanda sollicitudo. ¶ Rursus obseruandum est, non esse intelligendum, prius tempore querendum esse regnum Dei, quam cibum & potum: sed hic prius in intentione debet intelligi, & mentis & animi desiderio, quia interdum oportet temporalia prius curare, quam regnum Dei. Vt si quis propter instantem necessitatem cogatur prius corpora liter laborare, quam orare. Item obseruandum, Christum non fuisse loquutum de honore Dei, sed de regno Dei, & iustitia eius: quia licet honor Dei prius querendus sit, quam beatitudo nostra, & via pietatis, qua peruenitur ad beatitudinem: de honore tamen Dei non loquitur hic Christus, quia solus hic agit Christus de illis tantum bonis que querimus, propter nos ipsos, & istorum est precipua beatitudo & iustitia. Honor autem Dei non appetitur propter nos, sed propter seipsu. Ideo non est hic loquutus de honore suo. Quia Christus non iniecit in hoc loco agere, quid magis, vel quid minus desiderare debeamus: sed quid potius propter nos ipsos querere debeamus. Nam quid nobis sit petendum in superiori capite Christus retulit, in dominica oratione: cum prius egit de honore Dei cum dixit. Sanctificetur nomen tuum. Postea verò egit de beatitudine nostra, dicens. Adueniat regnum tuum. ¶ Sed non possum non homines vehementer mirari: qui cum audiunt Christum dicentem. Querite regnum Dei, tantæ petitioni aures suas obturatas habent, & frigidi & tepidi sint, & velut in chemicæ sedeant. Et est causa, quia cum carnales simus non existimamus regnum Dei ad nos pertinere. Saul cum audisset se potiturum regnum Israel, non motus fuit: imo Samueli rem tantam promittenti, dixit. Nunquid non filius gemini ego sum: de minima tribu & de minima cognatione in Israel: Quare ergo loquutus es mihi sermonem hunc? Acsi diceret. Non hæc ad me spectant. Sed is, qui triseriat verbum de regno, vbi domini spiritus eum agitauit, statim Dei animum fortem & virilem induit: & nihil deinceps nisi regnum & magnum facere cepit, ita nos cum solum homines simus, putamus regnum Dei nihil ad nos spectare: sed si spiritus domini in nobis flauerit, nostram dignitatem cognoscemus, & nihil regio nomi-

1. Reg. 9.

ne indignum facere tentabimus. Hoc itaque regnum Dei primò & precipuè querere debet: deinde temporalia & terrena tanquam media ad consequendam beatitudinem. Hinc nanque ordinem & consensum vult Deus nos habere. Ad dedit enim pulchritudinem magnam ordo & dispositio omnibus rebus seriem interse seruantibus. Nam siue aliqua doctrina vel concio bona fuerit si nullum tamè ordinem seruauerit, nihil placet. Ita in omnibus operibus tuis & exercitijs rectum ordinem & normam seruare debes. Primò ergo regnum Dei quære: deinde vero temporalia & terrena tanquam media ad finem. ¶ Obserua etiam, quòd in hac vita ita temporalia & necessaria ad corpus inquirere debes, vt hoc non possit tibi esse impedimèto, vt celestia & diuina obliuiscaris. Ita regnù Dei debes primò querere, vt ipsa intentione & desiderio supra ipsa exteriora opera aduoles: sic vt cor tuu non precipuè exteriori operi applices, sed portione aliquã ipsius cordis reserua, vt ipsa in res celestes te ipsum erigas ad exemplum auium, quæ mare pertransiunt, quæ cū defatigata & lassata sunt, in aquam descendunt, & aliam aliam in aquam constituunt, alteram vero ex aqua hauriunt, vt non possint si volare in altum velint habere somnes plumas madefactas aqua, non possint se in cœlum eleuare. Qui hoc tempore uolunt in salutis portum nauigantes, si lassati & defatigati fuerimus volatu orationis & contemplationis, alteram aliam in vitam actiuam debemus conuertere, sed non omnino, his rebus inhærerere debemus: sed alteram aliam sublimem semper & erectam desiderio & affectu in cœlum habere debemus, ne si aqua amba submergantur, precipuum nostræ orationis scopum obliuiscamur, atque ita semper salui & incolumes remis actiue vitæ, & contemplationis velis æternæ vitæ portum feliciter attingamus. Quo fiet vt rectè & optimo iure illud de nobis canatur. Odor vestimentorum tuorum sicut odor incensu. Incensum enim in sacra pagina orationem significat, deuotione, & sanctum desiderium anime: quod ad celestia volat: vestimenta autem sunt bona exteriora opera quæ homines conspiciunt. Tuncque incensum redolent, quando diuino amore & deuotione sūt. Cuius rei exemplum extat in Iacob. Qui etiã si septè annis pro Lia inseruierit, ipsi intètu & scopus non fuit nisi pp pul-

Gen. 29.

Gen. 29.

2. Reg. 17.

L. ff. de iur. iudi. omnium iud.

Phil. 3. Rom. 8.

chra Rachele famulari: per quã quidem contemplatio significatur, & in quam nos omnia opera nostra debemus dirigere, etiam si Lia, hoc est vitam actiuam nobis dent: cum qua non contenti esse debemus, sed vltra ad maiora progredi, & Rachelem desiderare opera nostra externa in altiore finem & in conseruationem diuinam eleuado. Sic Machabzei manibus dimicantes, & vocantes cordibus dñm suu clarum & insignem victoriam de Nicanore & de alijs inimicis suis reportarunt. Etiam si corporalibus laboribus fuerimus intenti, etiam si victum & vestitum queramus, in his etiam occupationibus regnum Dei & celestis Hierusalẽ in memoria habeamus: & hoc primo nobis querendũ est. Nã si diuinũ & celeste tanquã precipuũ curauerimus, omne temporale liberali & magnifica manu dñs ministrabit. Vnde fit vt statim dñs dicat. Omnia hæc adiciuntur vobis. Qui maius dat minus etiã concedet: & qui precipuũ dat, quod huic conueniens fuerit, dabit. Nã omne agens naturale dans formã, tribuit etiam omnia consequentia ad formam. Ignis nanque cum formam substantialiam ligni corumpit, dat illi formã ignis, & prater ea ipsi accidit, quæ sunt calor & siccitas. Iure etiam consulti dicunt, quòd cui conceditur principale, videtur etiam accessorium illi concedi. Nã si Rex aliquem constituit regni gubernatorem, vel rectore: clarè constat, concedere illi facultatem, vt possit citare, conuenire, suspendere, & reliqua alia huic officio necessaria. Ita igitur inquit Christus. Si vitam vobis liberaliter concedo, clarũ est, me vobis concessurum victũ & vestitũ, vt illam sustetare possitis. ¶ His verbis ostendit Christus, temporalia non esse nobis petenda tanquã bona nostra, etiã si necessaria sint. Regnũ autem Dei petendũ est, tanquã finis & precipuus scopus noster. Idco dixit, adiciuntur: quia non propter se dabuntur, sed adiciuntur tanquam necessaria ad finem. In quo indicat, aliud esse, quod precipuè datur: aliud vero quod superadditur, æterna nobis in intentione esse debent, temporalia vero in vsu: & illa quidem dantur, hæc autem tanquam conuenientia adduntur. ¶ Discamus ergo in Deum confidere, nec vnquam de diuina ipsius providentia desperare. Non vidi iustum derelictum (air diuinus Pfaltes) nec semen eius querens panem. Si credimus nos ita à Deo diligeri, vt filium vnigenitum nobis dederit: quomodo cum illo non

donabit nobis omnia? Si pater est benignissimus & suorum filiorum amantissimus, si beneuolus sponsus, si fidelis amicus, si pastor diligens, si ditiſſimus rex, si pia mater & nutrix: quomodo eorum obliuiscetur, quos in vlnis gerit? Si panem illũ in terra dat, quem edunt angeli in cœlo: quomodo nõ dabit panẽ, quẽ edunt iumenta? Potest de petra aquas haurire. Potest farinam, & lechytum olei plenum semper exhibere. Potest Danielem in lacu, & Heliam pascere in deserto: & non poterit vos satiare, & sitim vestram explorẽ, si omnem vestram curam & diligentiam in ipsum posueritis? Sic in parabola illa, quæ habetur in Mattheo de patre familias qui conduxit operarios, ibidem dicitur, quod fecit conuentionem ex denario diurno, per quod intelligitur retributio æterna, & beatitudo celestis: quã dabit dominus his, qui recte in sua Ecclesia laborauerint. Et aduerte quod non fecit conuentionem cum illis de cibo & potu, sed tantum de denario diurno: quia cibus & potus non potest amicis Dei deficere. Nam pater familias qui dat denarium laborantibus in vinea, dabit & cibũ & potũ. De denario enim tantum fac conuentionem: hunc quare, huc concupisce: & cetera necessaria vitæ ministrabit. Sed dicet aliquis quomodo hoc verum sit, quia multis seruis Christi hæc non sunt ad dita? Nam Paulus de iustis ait. Circiuerunt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti, quibus dignus nõ erat mūdus. Et de se ipso ait. In fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Sed nõ quid Paulus nõ quarebat regnum Dei? Ecquis vehementiori & ardentiori animo quæsiuit? Cum hæc imperfecti considerant, quæ sollicitudini diuinitatis quam promissioni diuinæ committunt. Sed respondeas obsecro. Quis habet cibum, ille nõ, qui cum cibo, quem habet dolet & tristatur: an ille qui cum cibo carcat, gaudet & lætus est? Certè cibus queritur, vt animus contentus sit cibo. Qui igitur fame contetus est, is maiorem abundantiam cibi habet, quam qui cibo contentus esse nescit. Neque erat quisquam egens inter illos (ait diuus Lucas de Christianis, qui sine proprio viuebant in primitiua Ecclesia.) Hæc enim est diuina proidentia, vt si regnũ Dei quæseris, quod tibi dicitur, aut quod est cibo: maius & excellentius scilicet vt animus suu forte sit contentus. Audi Apostolum, quem fame siti & nuditate confectum proponebas, Philip-

Phil. 77. Dente. 8.

Num. 20. 3. Reg. 17. Dan. 14.

3. Reg. 19.

Mat. 20.

Hebr. 11.

2. Cor. 11.

Act. 4.

Phil. 4.

penfibus dicentem. Scio humiliari, scio & abundare: in omnibus institutus sum, & satiarum & esurire, & abundare & penuriam pati. Nemo omnium qui abundantiam bonorum omnium in mundo habet, ita contentus erat, & satiatus: ut Paulus sua egestate & mendicitate. Da tu mihi hunc animum, & ego tibi regias opes promitto. Verum quia sollicitudo superflua provenit ex inordinato timore: docet Christus talem timorem esse vitandum, datque fiduciam quarendi regnum caelorum, dicens. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Nam qui vobis dat regnum caeleste, multo melius terrena concedet. Timorem & pusillanimitate expellit: & ut fiduciam & spem in dominum erigamus, locus hic moner. Neque in auctoris rebus nec in secundis & felicibus timere docet: quandoquidem in his omnibus praesto adest nobis dominus, paratus, ut gloriam suam nobis concedat. Gloriosè de inimicis suis triumphavit Susanna, quia erat cor eius fiduciam habens in domino. Et magnam spem habuit Esdras cum in oratione ad dominum facta magis consideret, quam in chirographo regum. Et sanctus Iob in suis tribulationibus dicebat. Si occiderit me, in ipso sperabo. Quia verò populus Israel, cum in deserto ambularet, nec fiduciam habuit, se ingredi posse terram promissionis, quia in caerant Gigantes: quia defuit illis spes, in eam non sunt ingressi. Praeterea pusillus grex vocatur, ob humilitatis devotionem: qua quidem humilitate Ecclesia magnum incrementum suscipit, & ob hanc etiam provenit ad regnum. Humile spiritu suscipiet gloria. Oportet locum hic, quantum illi promerantur apud Deum, qui sibi ipsis per humilitatem, & mundo ob simplicitatem & sinceritatem vilescunt. Etiam si paucis sitis, humiles, abiectionis, & insipientes, non est tamen cur mundi impietatem & inhumanitatem formidetis: quia placuit patri vestro, reiectis superbis divitiis, & sapientibus huius mundi, sua scientia infatis, dare vobis pusillis regnum Dei. Nonne pauperes elegit Deus in hoc mundo, divites in fide, & haereditatem regni? Et Paulus. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulti sunt elegit, &c. Humilibus enim placuit haereditatem regni concedere. Et sic ipse dixit. Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, &c. Iustus namque

dominus regnum concedit. Saul cum in oculis suis parvulus esset, in caput filij Israel factus est. Sed de his aliis diximus. *Vedete quae possideris: & date eleemosynam.* Antequam praecipiat dare eleemosynam, duo dicit. Primum vendite. Secundò: quae possideatis. Dicit ut vendamus: quia homo in eleemosynâ largiri non debet domum vel hereditatem: quia hoc non esset pauperis necessitatem subleuare, sed illum ditare. Sed vendendo domum vel hereditatem, pecunijs habitis, sapienter & prudenter eleemosyna fieri potest, ut vniuersumque pauperis fuerit necessitas. Ideò praecipit, ut prius vendamus. Secundò dicit, quae possideatis, & non, quae rapuistis: nam eleemosyna fieri debet ex proprijs bonis nostris. Ideò Ecclesiasticus. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Et in Proverbijs dixit Salomon, Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua sapientia, & vino torcularia tua redundabunt. *Bo*na igitur tua in pauperes debes erogare. Id namque praecipit semper dominus nobis commendat, ut misericordes & pii erga pauperes existamus. Et relinquens alia multa loca aliorum euangelistarum, in quibus de hac re sapientius à Christo monemur, & etiam illud Matthaei, qui dicit, in die iudicij bonos de hoc opere esse à Deo laudandos & maxime commendandos: sola illa loca adducam, quae de commendatione huius operis habentur in nostro Luca. Vnde in superioribus habetur. *Qui* habet duas tunicas, det vnâ non habenti. *Luc. 3.* Et, Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Et item. Date, & dabitur vobis. Et in parabola illius, qui descende debet ab Hierusalem, in Hierico, hanc virtutem maxime commendat. Et ipse dominus misericordia motus filium viduae suscitauit, & quinque panibus famelicam turbam satiavit. Et denique in hoc loco eleemosynam commendans, subdit statim. Theaurizate vobis thesauros in caelo. Et infra dicit. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Et historiam diuitis epulonis adduxit, qui mendico Lazaro non visus est misericordia. Et quarens quid faceret, ut vitam aeternam consequeretur, dixit. Vade, & vende omnia, quae habes, & da pauperibus. Et Zachariam laudauit, dicens: illum esse filium Abraham, quod eleemosynam dedisset. Denique medicis, caecis, leprosis, infirmis & egenis

*Luc. 12.* nis semper Christus misericordia est visus: ut hanc virtutem non solum verbis, sed etiam ipsis operibus voluit persuadere. *Quo* fit, ut si non aliud argumentum esset, nec ratio, ad hanc virtutem suadendam nisi tot tantaque testimonia filij Dei & verbis & operibus adducta: satis esset, ut haec virtus perpetua fixaque animo nostro sederet. *De*truit in infernum illum, qui dixit. Non habeo vbi reponam fructus meos: cum multi essent pauperes in mundo. Nunc autem praeter ea, quae diximus ad dam aliquas utilitates & commoda, quae eueniunt, tribuenti pauperibus eleemosynâ. *Pr*imum commodum est, quod eleemosyna, quasi captiuum hominis ipsum Deum facit, ut colligi potest ex duobus testimonijs sapientis, si vnum cum altero coniungamus. Vnum est illud. *Qui* vitatur misericordia cum paupere faceretur domino. Alterum verò est. *Qui* accipit mutuum, seruus est faceretur. Si hoc verum est, bene sequitur Deum manere quasi captiuum & seruum illius, qui pauperi eleemosynam dedit: quandoquidem iste talis faceretur domino. *Q*uid obsecro est, quod possit maiori aestimatione esse dignum quam Deum captiuum habere, si ita fas est dicere? *Q*uid magis desiderabile esse potest, quam in nostra potestate habere, clauis misericordiae Dei: ut nobiscum vtatur misericordia? Sine dubio has clauis largitor eleemosyna suis manibus habet: quandoquidem dominus inquit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Et praeter hoc bonum aliud restat magis praecipuum, scilicet consequi veniam peccatorum. *V*nde Salomon. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et in Proverbijs. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu, indignationem maximam. Et Tobias. Eleemosyna liberat ab omni peccato. Et Daniel dixit Nabuchodonosor Regi. Peccata tua eleemosynis redime. Et si infidelis ille & ethnicus potestatem habebat, ut posset saluus fieri, si consilijs Prophetarum accepisset: quanto magis Christiani eleemosyna satisfaciunt ex bonis debite acquisitis? *Op*era & oleum perdit, qui manus in Deum eleuat, ut sua peccata illi remitrat: qui manus suas ad elargiendam eleemosynam pauperi extremè indigenti complicauit. Et hoc voluit dominus insinuare quando dixit, quod sacerdotes comedebat peccata populij: nam propter meritum eleemosynarum quae illis homines tribue-

bant, peccatorum suorum misericordiam commiserant. *Pr*æterea non contenta est haec virtus, eo solum, quod misericordiam peccatorum commissorum consequatur, sed etiam illum ditat nouis meritis: est enim haec solutio ita pinguis, diues, & abundans, ut pro commissis satis sit solueret: & possit etiam in posterum ditare. Et ratio est, nam hoc opus misericordiae ea parte, qua personalis est, est etiam satisfactoria, & quia fit in charitate, est meritoria: atque ita ex vna parte debita soluit, ex altera vero, quae possidet auget. *Q*uod vtrumque ostenditur in eo, quod Propheta Eliens fecit cum vidua illa, quando oleum multiplicauit. Ita quauis ad eam pauper & egena sit anima, nisi illi defuerit oleum misericordiae, & vltima fuerit illa industria, qua vltima sit mulier, fundens partem illius olei misericordiae inter pauperes: vacuus opibus & solatio: & clauso ostio, hoc est, ita abscondit ut nesciat sinistra quod facit dextera: certum & in dubitatum sibi habeat, quod tantum augetur & multiplicabitur fructus & meritum huius largitionis: ut satis sit ad soluenda omnia debita peccatorum commissorum, & ut in posterum nouis meritis directat. *Q*uod aperte fit in Psalmsa ostendit, dicens. Dispertisti, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Ideo Apostolus similem eleemosynam facit semini, cum dicit. *Q*ui parcat seminat, parcat & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Nam qui seminat, etiam si prima fronte videatur semine perdere: re bene inspecta, illud multiplicat. *Q*uod etiam Salomon visus est sentire, cum dixit. Mitte panem tuum super transientes aquas, quia post multa tempora inuenies. Nihil magis perditum & amissum videtur, quam id quod in flumen iactatur: sed reuera etiam si videatur amitti, non tamen amittitur: quia post multa tempora inuenies illud. *Q*uod obsecro maius lucrum & faenus reperiri poterit, quam hoc? Terram das, & inuenies eorum: panem hominum tribuis, & panis Angelorum redditur: vas aquae frigidae largiris, & aquam viuam reperis. Denique id tu tribuis, quod portare nequis: & tibi datur, quod nemo auferre poterit. Cur igitur re tuam, non transferes in eum locum, in quo perpetuo es habiturus? Sed alia duo specialia bona his superaddam. Primum est auxilium Dei quod nobis praestatur in ipsis tribulationibus. Nam si Christus dicit, mensura qua alij mensuris

Dan. 13.

1. Esdr. 8.

Iob. 13.

Numer. 14.

Prover. 29.

Iaco. 1.

1. Cor. 1.

Mat. 11.

1. Reg. 15.

Eccle. 34.

Prover. 3.

Mat. 25.

Luc. 3.

Luc. 6.

Luc. 10.

Luc. 7.

Luc. 9.

Luc. 16.

Luc. 18.

Luc. 19.

Luc. 19.

Luc. 12.

Prover. 19.

Prover. 22.

Mat. 6.

Eccle. 3.

Prover. 11.

Tob. 4.

Dan. 4.

Offe. 4.

4. Reg. 4.

Matth. 6.

Psal. 111.

2. Cor. 9.

Eccle. 11.

Luc. 6.

ritis, eadem & mercedem in istum est, ut misericors homo, qui in necessitatibus & angustiis miseris succurrit, in suis proprijs subueniat à Deo. Hoc nobis insinuant tot tantæque benedictiones, quas Dauid coniecit in misericordes, dicens. Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eum dominus. Dominus conferuet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi, &c. Vehementi quodam amore prosequēbatur Propheta sanctus hanc virtutem: quando quidem ipse amat dres tor benedictionibus implebat. Ideo Elias postquam eleemosynam commendauit, & dixit, Frange esurienti panem tuum, egenos & vagos introduce in domum tuam, si videris nudum operi eum: subdidit statim dicens. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, &c. ¶ Secundum bonum est, scilicet, quod largitor eleemosynæ exaudietur à Deo. Nam quemadmodum ipse pauperem audiuit, ita Deus suis orationibus & clamoribus aures applicabit. Ideo Elias in superiori testimonio postquam eleemosynam laudauit, subdidit. Tunc clamabit & ego exaudiam. Et è contra qui pauperem non audierit, neque ipse exaudietur à Deo.

Vnde Salomon. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis ipse clamabit, & non exaudietur. Maximè tamen præter omnia dicta, in id oculos debes conijcere, quod pijs & misericordibus vitam æternam promittit. Nam in extrema illa die in qua vniuersis secundum vniuersumque merita retribuetur, his dominus dicit. Venite benedicti patris mei, &c. Constitue igitur in statera vnam omnia hec bona, quæ tibi accrescunt: & in alteram stateram omnem rem temporalem; quam amittis, eleemosynamtribuendo: & considera quæ bona maiorem valorem habeat, illa quæ das, an ea quæ accipis. Nihilominus tamen volo tibi ostendere, non solum te hæc quinque bona spiritalia, quæ restitui, lucrari: sed quæ nulla temporalia amittis. Nam eis qui misericordes sunt & largitores eleemosynæ non solum in futura vita dominus multa bona cõcedit, sed etiam in hac. Lege in Deuteronomio, & inuenies tibi innumeras benedictiones quas dominus dat largitoribus eleemosynæ. Et præter ea audi Salomonem dicentem. Honora Deum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur

horrea tua saturitate, & vino torcularia redudabunt. Et iterum. Qui dat pauperi non indigebit: qui despicit deprecationem, sustinebit penuriam. Et Paulus Timotheo ait. Pietas autem ad omnia. Omnia hæc allata testimonia idem dicunt, quod vnicuique verbo Christus reulit. Date, & dabitur vobis. Hoc clarè & aperte cognoscitur in vidua illa Eliæ: cui etiam in temporalibus rem dominus auxit, siquidè non defuit illi farina & oleum. Idem contigit Tobia, quem dominus propter ipsius charitatem diuitem effecit. ¶ Nunc autem à te libet interrogare, cre das nè illis testimonijs scripturæ: vel non? Si non credis, iã non es Christianus: quandoquidem Christi verbis non fidem adhibes. Si dixeris te credere, necessarid fateri debes, quod quando largiris eleemosynam, nullam iacturam rerum temporalium facis, sed potius magis diues efficeris rerum spiritualium, tum etiam temporalium: & quanuis nullam viam ad hoc tibi persuadendum inuenias: debes tamè id firmum stabileque habere, quandoquidem id Deus dicit. Et ipse Deus etiam inquit, quod qui liberaliter vsus fuerit cum paupere, nunquam necessitate laborabit. Quemadmodum igitur credis Deum trinum esse & vnum: ita etiam credere debes quod largienti eleemosynam nunquam deficiet, etiam si asperum & durum tibi videatur. Si igitur hoc ita credis, quare parcus & auarus es, in largienda eleemosyna: quando fides tibi dicit, quod si eam distriberis, ipsa magis ac magis augebitur? Nulla via excusati potes: nam si in bona spiritalia oculos conuerteris, multa tibi hæc promittuntur: si vero temporalia inspexeris, fides te securum & quietum reddit, nunquam tibi esse defutura. Si cum scis triticum in terra multiplicandum esse, id spargis magna fiducia, etiam si spes aliquando fallatur: si credis etiam hoc semen eleemosynæ multiplicandum fore, quare non seminas? cur tam auarus & parcus es in seminando? Nam si dixeris te non videre, quomodo sparsa eleemosyna, magis tua res & substantia augeatur: nec etiam vides quomodo Deus trinus sit & vnus. Deus enim vtrūque dicit, & firmissima fide id credere debes. Teneris nanque vel fidem abnegare, vel concedere libenter, quod largitori eleemosynæ nunquam necessaria deficiet. Defuit nè Elias, vel Danieli inter Leones constituto? Si volatilibus cæli Deum ignorantibus non dicit: quomodo Christianis dicitur

Frone. 28.

1. Timo. 4.

Luc. 6.

3. Reg. 17.

Tob. 11.

3. Reg. 17.

Dan. 14.

Quo-

Quomodo Christus eum abnegabit, qui ipsum Christum esurientem pascit: Quomodo terrena bona negabit, qui liberaliter cælestia concedit? Quomodo frustum panis, vel parum aque negabit, qui proprium sanguinem & vitam fudit? Vnde tibi ò Christiane nata est ista praua & iniqua cogitatio? Quid in domo fidei, iustidum peccatum facit? Qui fieri potest, vt nomina Christiani gaudeat, qui verbis Christi non fidit? Fateri igitur veritatem, & dic nullam te excusationem habere: & clarè & aperte insinua huius rei causam tuam insatiabilem auaritiã esse. Tu ipse mancipium es tuæ pecuniæ, & captiuus tuæ auaritiæ. Seruus Abraham nullam maius signum nec euidentius inuenit in puella, vt existimaret dignam posse esse nurum Abraham, nisi misericordiam, quæ vsa est, cum peregrini sitientis sitim expleret. Hoc signum elegit magis, quam aliud: quia digna non erat vt nuberet Isaac, si misericordiam nõ fecisset cum proximo: nec credere poterat seruus ille Abraham, Deum datum nurum seruo suo Abraham quæ charitatem cum proximo non haberet. Sed huius te pestatis multi Christiani iam non relinquunt opes pauperibus nisi in mortis articulo: quando iam ipse diuitie eos deserunt. Sunt veluti animalia, quæ non maducantur nisi mortuâ & comæta. Non potest pauper quidquam ex eis comedere, nisi prius eos mors cõcoquat. Tunc plura mandant qui in vita nec obulum pauperi dederunt. In prouerbis ait Salomõ. Qui miseretur pauperi, beatus erit. O quantum & quam magnum premium promittit, pro tam paruo dono. Cur ergo eleemosynam nõ tribuis? Quemadmodum putei, qui olim claras habebant aquas, luto repleti, non manant, nisi mundentur à sordibus & cæno: sed potius aqua foetida & immunda redditur: sic opes si coagulentur perniciosè sunt, immundæ & foetidæ: si vero in pauperes & egenos distriuantur, alias maiores producant & meliores. Sed ad rectum reuertamur & videamus Christum vterius hanc eadem eleemosynam commendantem. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficiet in cælis: quo sit non appropriet, neque timea corrumpit. Docet Christus, vt in cælo thesaurizemus, & ibi recondamus eleemosynas nostras: nè ea nobis contingant, quæ in terra thesaurizantibus. Quæ enim hic reconduuntur latronum astutijs sunt exposita, aut tineæ læsioni. Per quæ duo internæ & externæ omnes

Gen. 24.

Pro. 14.

causæ damni significantur. Per tineam internæ, per furem externæ: neutrum tamen contra ea, quæ recõduuntur in cælo militant. Disce hæc terrena contemnere, cum corruptioni & varijs rerum euentibus sine subiecta. Nihil nanque in terra firmum est, stabile, & quod diu durare possit: omnia infirma, caduca, & interitura sunt. Vita pertranst, inuentus senescit, honor aufertur, diuitie fugiunt & fluunt, velut aqua fluminis: & meretricum more, quæ amorem simulant, & nulli datam fidem seruant, facile pertranseunt. Quocirca in terranolite thesaurizare: transeunt terrena illa simul cum thesaurizante. Quod obsecro auxiliium Pharaoni contulerunt illi plures thesauri Egypti? Nonne repente in maris profundis absorptus est? Quid præsidij attulerunt Nabuchodonosor totius orbis omnes simul diuitie congregatæ & in Babylonem translatæ? Nonne electus est miserè ab altitudine gloriæ suæ: & de medio hominum subito separatus est, atque cum fetis agrestibus computatus? Quid adiuuerunt Balthasar em filium eius: qui post patrem innumerales etiam congregauit diuitias? Nonne percussus est, & eadem nocte perijt? Quid de alijs quam pluribus dicemus? Thesaurizemus ergo in cælo, vbi veræ diuitie, firmæ, stabiles, & nunquam periturae. ¶ Obserua autem, quam suauem sit iugum domini, & quam leuia ipsius diuina mandata. Lucundum & lætium est mandatum illud piscatori; quod iuberet, vt piscationem exerceret: & venatori, quod etiam venationem commendaret. Attende obsecro, & vide suauitatem & dulcedinem diuinarum præceptorum. Accesserunt enim quidam die discipuli ad dominum nimis læti & alacres dicentes. Domine in nomine tuo demonia subijciuntur nobis. Non dixit Christus illis absolute, nè gauderent: nam homini, qui natura sua lætitiã in dicit, durum erit & asperum non lætari. Sed dixit illis. In hoc nolite gaudere, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Non aufert gaudium, sed ostendit de qua te potius gaudere possint. Sic etiam dixit de timore, qui alia passio animæ est. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Natura le quidem est ipsos homines aliquando timore corripit: quod si absolute illis diceret, Ne timeatis, durè & asperè ipsorum aures hæc verba sentirent: propterea non omnino timore auferre illis vult, sed ostendit quid potius timere debeant, dicens. Eum timeo, qui postquam

Exod. 14.

Dan. 4.

n. D. 4.

Luc. 10.

Mat. 10.

Psal. 40.

Es. 58.

Prover. 21.

Matth. 25.

Deute. 28.

Prove. 3.

quam occiderit, potest animam simul & corpus in gehennam mittere. Sic olim legitimus dominum fecisse cum populo suo Israelitico. Nam cum difficile esset populo illi sacrificia suorum idolorum relinquere, Deus non abstulit omnino sacrificia: sed iubet ut illa sacrificia ipsi offerantur. Sic cum difficile videretur Apostolis suum officium piscandi relinquere: dixit illis dominus: Faciam vos fieri piscatores hominum. Et cum Paulus nimis arduum atque difficile aestimaret ipsis hominibus persuadere posse, ne gloriam quaerent, non docuit gloriam omnino respuendam esse, & faciendam: sed ostendit non in mundi vanitatibus, & momentaneis & fluxis honoribus, sed solum in Deo ipso esse gloriantium. Qui gloriatur (inquit) in domino gloriatur. Ita nunc Christus cum recte sciret, homines à natura nimis esse audios & cupidos congregandi & thesaurizandi sibi diuitias, non iubet, ne thesaurizent, sed docet ubi thesaurizare debeant. Qui enim diuitias congregat, & thesauros vult recondere: locum sibi securum ab omni metu & suspitione quarit: nam thesaurus semper expositus est latronum periculis. Ideo non dico, quod non thesaurizetis: sed matum & salubre consilium praebeo, scilicet ut in caelo thesaurizetis, ubi ærugo & tinea non corrumpunt, neque latrones furantur. ¶ Vbi obsecro diligenter aduertas & confideres: quam graue malum sit peccatum, quod diuitias tuas & thesauros reconditis in sinu Dei (qui locus tutissimus est, ubi nec ærugo nec tinea perdit illos nec destruit) peccatum tamè compos est, ut possit illos auferre & subtrahere à sinu Dei. Peccatum enim est fur qui dam manibus aduncis & picatissimis, quæ caelum vsque pertingunt, & inde thesauros nostros rapiunt. O procax & inuerecundum peccatum; quod etiam in diuina penetralia irumpere aude: in de quo multo tempore & labore partas opes, sine misericordia vlla eripit. O terribilem Dei iustitiam; qui peccato thesauros peccatoris rapienti, fores non claudit. Verum peccatum non ita profusum & omnino opes tollit: quin si conuertaris opes ad Dei sinu reconditas, inuenias. Si autem non conuertaris, quæ tibi non profuerunt opes, aliterius misericordiam subleuabit. Thesaurus enim Ecclesie ex superfluis sanctorum operibus; & ex his, quæ autoribus suis non profuerunt: aggregatur: sed quid est, quod ego diligenter curo, mihi ipsi lucrari, cum meis operibus:

& laboribus alios videam ditatos? Ergo peccatum est, in quod si incidam, meas omnes opes & diuitias subtrahit, & animam expoliat & nudam relinquit. ¶ Discamus ex hoc loco peccatum tanquam omnium grauissimum malum fugere, quia opes & thesauros nostros, quos furari nequeunt fures, & nec à tinea corrumpi: peccatum ipsum furatur, corrumpit, & destruit. Discamus non in terra sed in caelo thesauros recondere, eleemosynam erogando, & opera pietatis exercendo. Nam Christus in hoc loco de his ad literam loquitur: quia agens de eleemosyna largitione, subdidit de thesauro. Contrario enim modo se habent thesauros mundi, & thesaurus caeli. Nam thesaurus mundi comparatur congregando & cumulado diuitias. Thesaurus vero caelestis, opes omnes distribuendo. ¶ Præterea est hic obseruandum tria esse thesaurizandi genera. Nam alij thesaurizant in terra, alij in inferno alij vero in caelo. Et aduerte, quod non solum congregare & cumulare diuitias, thesaurizare dicitur: sed etiam finis, quem vnusquisque sibi destinauit, thesaurus appellatur: nam nemo est adeo pauper & egenus, qui non aliquem finem sibi proponat & intendat, & diligat. Ille autem finis intentus & amatus thesaurus dicitur. Ideo Christus statim post hæc subdit. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Et quia res amata est, ubi cor est, & e contrario: idè quod diligimus, thesaurus vocatur. Qui cogitationes suas in terra dirigit: hi thesaurizant in terra. Et his Christus dicit. Nolite thesaurizare super terram. Et superius dixit dominus. Thesaurizat, & nescit cui thesaurizat. Et Iob: Qui ingreditur in thesauros auis: quæ quidem ad modicum calorem liquefit, & sic perditur & fluit in terra. Et Dauid. Poniit abyssos in thesauris: ponit enim abyssos insatiabilis cupiditatis. Misera & infelix est illorum conditio, qui malunt has diuitias terrenas, quæ thesauros omnes caelestes. Ut enim canis os, quod rodit, non commutat pro diuitijs Regis, sic diuitias isti pluris estimant, quam regnum caeleste. ¶ Obseruandum præterea: quod Christus non prohibet thesaurizare honestis & licitis causis: quia Paulus ait, parentes debere thesaurizare filijs. Hoc ipsi natura ius docet: sed prohibet thesaurizare ex auaritia & amore pecuniarum. ¶ Alij vero sunt qui thesaurizant in inferno: de quibus Paulus ait, quod thesaurizant in diem iræ, multiplicantes scelera sua & in peccatis

catis perseverantes. Adducit illos dominus ad poenitentiam: ipsi vero thesaurizant sibi in diem iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, secundum duritiam & impoenitens cor coru. ¶ Nos vero si Christi filij esse cupimus, nec in terra nec in inferno nobis est thesaurizandum: sed in caelo, ut diuinum ipsius mandatum adimpleamus. Primum, quia ille est tutissimus locus, ab omni profus violentia & corruptione præseruatus. Ideo ibi thesaurus nec perdit nec minui vnquam potest. Quocirca Christus ait. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, & hi sunt corpora pauperum. Thesaurum non deficientem in caelis quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ea enim quæ perpetuo possidenda sunt, libentius acquiruntur: quam ea, quæ per paruum tempus, sicut redditus ad vitam, quam redditus ad tempus. Quemadmodum faciunt hi, qui ex Hispania pecunias in Flandriam volunt traducere, quibus in hac ciuitate datur chirographum, ut in Flandria dentur pecuniae: ita nimirum si pecunias in caelum volueris transferre, & ibi thesaurizare, locus tutissimus ubi pecunias debes reponere in hac vita vni caelo retribuantur, ipsi pauperes sunt. Isti dabunt tibi chirographum, quo & ipsum caelum tibi dent & non sine multo fauore. In qua re duo debes animaduertere, scilicet licet, hoc cambium multum excellere id, quo in mundo utitur: nam hic si velis tuas pecunias in alterum locum transferas ibidem dacturam aliquam in eis debes facere: nam non omnes pecunias, quas tu in Hispania dedisti, reddentur tibi in Flandria. At vero si pauperibus dederis, in cambio caelesti non solum reddetur quod hic dedisti: sed etiam multo amplius non sine magno fauore & lucro. Deinde secundò, nemo hic promittit te saluas & incolumes merces in alia ciuitate vel regione daturum, nisi bene solutur ei, qui promittit hoc facturum. At in hoc cambio nulla mercede addita promittit Deus rem omnem saluam & incolumem redditurum. Ideo thesaurizemus in caelo. Primum quia ibi tutum habemus thesaurum. Secundò quia in illo loco thesaurus corrumpti nec minui potest. Quia neque ærugo neque tinea demolitur: neque villo pretio comparari potest, quia infinitus est. Tertio, quia ille est locus in quem migraturi sumus. Quocirca omnem appellabilem & opes confer, ubi patriam habes. Quæ est ista insania ut in eo loco velis bona relinquere, à

quo breuiter recedere debes: & illic non mittere, ubi iturus es, & sine fine mansurus: Mercator suas merces mittit, ubi bene vendatur: non ubi dissipentur. Maxima est deploranda multorum insania, qui cum duorum vel trium dierum spatium in hac vita sint mansuri, thesaurizant in patria, ubi hospites & peregrini sunt: nec congregare curant diuitias in caelum cuius perpetui incolæ debent esse. Nam si aliquem viatorem videres, qui cum vnus horum spatium in taberna sit demoraturus, parietes dealbaret, omnia cubilia sterneret, & tecta renouaret, nonne hunc talem amicum & insanum iudicares? Si enim die ac nocte in aliam vitam iter facimus: quid est quod hic thesaurizemus, & frustra pecunias consummamus? Qui in regionibus longinquis habitant, omnes facultates, opes, & diuitias, mittunt, in eam patriam, in quam tandem sunt deuenturi: ita nimirum tu, qui caelum patriam promissam habes, omnes tuos labores, partas opes, & diuitias, eo debes reportare: nuntij autem & vectores pauperes sunt. Ita fecit diuus Laurentius, qui Decio dixit. Facultates Ecclesie quas requiris in caelestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Ideo Dauid dixit. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Ideo non thesaurizemus in inferno, ubi tormenta parantur: neque in terra, ubi fures effodiunt, & furantur: sed thesaurizemus in caelo, ubi tutæ erunt merces nostræ, & ubi perpetuo mansuri sumus. ¶ Thesaurizemus nobis thesauros ex optimo ore, & ex purissimo auro. Nemo enim thesaurum congregat ex vili vel aeneo metallo: sed ex auro vel argento. Moneta aliqua vilis esse potest, vel non in pretio haberi, duplici de causa. Altera ratio est, vel quia confecta est ex vili & abiecto metallo: vel quia falsa est. Hæc duo monetæ genera, non sunt apta, ut in thesauro recondantur. Primum, quia vilis est: secunda, quia falsa. Vnde fit, ut eleemosyna, quæ solum propter Deum non fit vilissimæ sit pretij, propter quam res temporales promereri poteris, non autem vitam æternam. Moneta aenea, ut asse, vel teruncio emere poteris, vel lactucam, vel raphanos: equum vero minimè poteris, nec sex vel octo vlnas puræ, vel fericæ. Ita quando eleemosynam tribuis solum, ut ab hominibus lauderis, & ut venari possis humanum honorem & gloria, has viles laudes & honores temporales cum illa emis. Thesaurizare ergo debes pretiosam monetam

Exod. 26.

Mat. 4.

2. Cor. 10.

Mat. 6.

Iob. 28.

Psal. 32.

2. Cor. 12.

Roman. 2.



monetam, quæ digna sit in thesauro gloria reponi, non humanas laudes curans, sed solū vni Deo placere. Tunc enim moneta tua maximi valoris & premij digna efficitur, quādo quidem illa vitam æternā emittit, vt ipse Christus inquit in Euangelio. Qui dederit vas aquæ frigidæ in nomine meo, &c. Et quia Christus vult vt elemosyna fiat sola ipsius causa, præcipit vt secretò fiat: vt nec sinistra manus quid dextra faciat, sciat. Atque ita Paulus. Vnūquisq; vestrū apud se reponat, recedens quod bene ei placuerit. Quæ verba suat propria illius, qui abscondit thesaurum elemosynæ, de quo ibi loquitur. Qui thesaurizat, quoad fieri potest secretò id facit, ne forsitan thesaurus in manus latronum incidat. Vnde Gregorius. Deprædari desiderat, qui thesaurum publicè portat. Ezechias qui thesauros suos ostendit & manifestauit nuntijs Regis Babyloniæ acriter & asperè in ipsum fuit animaduorsus. Ne elemosynā tuam facias mundi causā, nec enim habet vnde possit tibi soluere, quia pauper est: sed solum Dei amore commotus & tactus eam largire, qui ditissimus est, & satis aptus vt soluere tibi possit. Sic Abraham ditari noluit à Rege Sodomorum: sed dicitur id dominus nimis eum locupletauit & amplissimis fortunis auctum reddidit, qui dixit. Noli timere Abraham, ego merces tua magna nimis. Sic tu honoribus & diuitijs nolis ditari, sed à solo Deo: nam id quod ipsi tribuimus, reddit nobis in tempore necessitatis non sine scœnore & lucro. Si aliquis homo eius virtutis manus haberet, vt omnia, quæ vel ipsis tangeret, vel acciperet, incrementum & augmentum susciperent: nõn manifestissima esset infamia illum non rogare, vt omnia nostra manibus suis acciperet. Nonne summum esset nobis beneficium si ipse vellet accipere, & referuare? Similes his sunt Dei manus, de quibus dicitur in Canticis. Manus eius tornantes auræ, & plenas. Hyacintho. Quantumuis minima sint elemosynæ nostræ si propter Deū fiant, & in eius manus constituantur: statim in pretiosissimas margaritas conuertuntur, quibus ipsum cœlum emi potest. ¶ Secundum verò quod habere debet hæc moneta elemosynæ, scilicet, vt non sit falsa. Falsa moneta est quam hypocritæ ostendunt, qui in exterioribus purissimū aurum esse videntur, cum interiora habeant ex are vilissimò, & mille peccatis coinquinata. Vnde Mattheus dicit, quod Christus reprehēdit

hypocritas antequam de isto thesauro loqueretur, dicens. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Vnde quædamodū elemosyna in exteriori videtur bona: ita opus est vt sit in interiori. Volo enim dicere, quod sit facta in statu gratiæ. Ipse sibi prius elemosynā debet facere, qui accepta & gratā elemosynā Deo voluerit offerre. Ideo Paulus Corinthijs ait, loquens de Philippensibus. Semetipsos dederunt primū dño, deinde nobis. Ideo Ecclesia sticus etiam dixit. Misereere animæ tuæ placens Deo. Si volueris cum proximo vt misericordia, eadē tecum prius vtere, & cū anima tua. Nā rectus ordo charitatis præcipit, vt prius in te, deinde in proximis misericordiā exerccas. Tūc enim in cœlestē thesaurū pretiosam monetam mittes: quādo talis intus extiteris, qualis exterior appares. Et ideo in statu gratiæ elemosyna debet fieri: vnde euenit vt in scriptura ipsa elemosyna gratia appelletur. Et ita Paulus Corinthijs ait. Notam vobis facimus fratres gratiā Dei, quæ data est in Ecclesijs Macedoniæ. Et in priorē ad Corinthios Epistola inquit. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiā vestrā, in Hierusalem. Vtque videas quanti sit valoris & meriti tuū opus, debes illud conferre cū diuino amore & charitate. Hic diuinus amor est statera illa sanctuarij, de qua dñs inquit. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Hoc siclo ponderare debes monetā elemosynæ, quā Deo obtuleris. Nā si nudū operueris, hoc opus defer in siclum sanctuarij: si vero famelicum pauperis, constitue opus hoc in stateram sanctuarij, &c. Sed de his satis. Iam nūc Christus subiungit, cur tam gratis illi sit contemptum rerum temporalium nõ ex parte rerum, sed ex parte affectus: quia cor committitur thesauro. Ideo ait. *Vbi est thesaurus vester, ibi & cor vestrum erit.* Locus thesauri trahit ad se cor. Vnde secundum Augustinū, anima plus est vbi amat, quā vbi animat. Hinc fit, vt thesaurizantes in terra habeant cor terrenis affectum, & thesaurizantes in cœlis habeant cor affectum cœlestibus. Vbi est res amata, ibi est cor amatis. Vnde David in Psalmo. Cor meū dereliquit me. Ac si diceret. Et si cor meum semper sit mecum secundum effectum, tamē dereliquit me secundum affectum: & vsq; ad cœlum volauit, vbi est thesaurus meus. Itaque si in terra quis thesaurum reponat, animam suam quæ Dei imago est, terrenis immer-

Mat. 6.

1. Cor. 8. Eccl. 30.

2. Cor. 8.

1. Cor. 16.

Leui. 27.

Aug. lib. 11. ciui. cap. 28.

Psal. 37.

Mat. 10.

Matth. 6. 1. Cor. 16.

Greg. hom. 11. Euang. 4. Reg. 20.

Genes. 14.

Genes. 15.

Can. 5.

1. Ioan. 2.

Gene. 2.

Gene. 31.

Exod. 2.

mergit: quod graue malum est. Si vero circa Deum & beatitudinem eternam studiū suū applicuerit, iam in Deo est cor eius: & conuersionem habet in cœlo. Vbi est amor, ibi & cor. ¶ Discamus ergo ex his omnibus thesaurizare in cœlis, & ibi cor nostrum ponere diligendo æternā illa bonā. ¶ Discamus hæc terrena contemnere, & solum Christum amare. Vnde beatus Ioannes. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Lumine enim naturali constat hæc terrena non propter se esse diligenda: siquidem amor tati pte rij est & valoris, vt nequeat dari, nisi illi, qui Talionem soluere potest, scilicet eodem amore eum prosequi, à quo amore prosequeris: cum que hoc non possit præstare nisi creatura, quæ rationis est capax, non debes cor tuū captiuare rebus huius mundi presentis. Aduertere obsecro: quod vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Thesaurus tuus, est tuus amor. Summa iniquitas est, eis rebus frui, quibus vti deberemus. Solum Deum diligere debes propter se ipsum: quia summum bonū est, & centrum tui cordis: creaturis autem rā quam seruis debes vt, referens illum amorē in Deum, & in ipsum ordinando. Si hæc terrena bona dilexeris, tanquam mundanus ordinem naturæ peruertis, & dignus es grauissimi supplicio. Creauit Deus hominem ad sui similitudinem: vt suum simile diligat, quæ natura est vniuersi cuiusque animalis, vt vel ita cum in bonis terrenis nullū inueniret hominem quod sibi assimilaretur, in suū creatorē se conuerteret. Quā obsecro similitudinem habes tu cū diuitijs? Quid anima tua cum auro habet, quod conferri possit? Deum igitur (cuius similitudinem geris) teneris diligere: non autem hæc terrena bona. In omni tempore, quo Iacob habuit liberos ex Lia & ex ancilla, nunquam recordatus est ire in patriam suam: nā rerum terrenarum amatores, his exterioribus intenti cœlum obliuiscuntur, quod vera patria & verus locus quietis est. At cum filiū in Rachele suscepisset, statim in patriam suā rediit. Mortuo Rege Ægypti clamauerunt Israelitæ ad dominum, & exaudiuit eos. Sed cum Deum ante mortem regis Ægypti vocauissent, noluit suis orationibus aures accommodare: Boni & mali omnes dominum in suum auxilium vocant: sed malos Deus non audit, quia non interfecerunt Regem Ægypti, qui amor est harum rerum terrenarum. Amorem à terrenis & mundanis semoue, &

illum in creatorem tuum collocatā talem te præbere debes, qualis est ille, quē tu diligis. Nabuchodonosor cum mundū & bona quæ sunt in cœnicio: & excelsium prosequeretur amore, in campis suam vitam degit bestiarū more: cum que penitentia ipsius animū subiret, imaginem quæ per peccatum maculata & defœdata erat in pristinum & antiquū pulchritudinem restituit. Grauius Deus cœlum terram, solem, lunam, & ceteros omnes planetas, quæ omnia valde bona esse dixit: At vero cūm hominem cōdidisset, nec malum nec bonum ipsum appellauit. Si igitur homo nõ minor est omnibus alijs creaturis, imò multo præstantior & excellentior: quid est quod eum reliquas omnes creaturas vidisset, dixerit esse bonas: at de homine nullum sermonē fecit, quando quidem dignitate & virtute reliquas omnes superabat? Non laudauit hominem, nec dixit bonū esse, neque malum, quod utque ipse homo operaretur, & vtram vellet vitam eligere: atque ita secundum electionē nomen illi impaneret. Si bonum diligis, bonus es: si vero malū, malus iā effectus es. Solus homo eligere potest, cum sit liber, quodcumque ipse voluerit, & ei magis arripit: siue bonum id sit siue malū. Voluit dominus videre prius, cui rei & studio animum suum homo applicaret: vt sic de ipso loqueretur: quam potestatem nulla omnium creaturarū habet præter ipsum hominem. Vnde multis inquit Apostolus, quod mutarunt gloriam incorruptibilis Dei, in imaginem hominis corruptibilis, auium; quatuor pedum; & serpentium. Contemplare igitur o homo improuide & omni prorsus mente carens, quas figuras & magines in anima tua depingis, quando mudanas res huius seculi nimio prolequeris amore. Propria & naturalis animæ habitatio ipsum cœlum est: vbi cor tutum, sollicitudinem, & curam omnem reponere debes animi affectu & desiderio, secundum illud Apostoli. Conuersatio nostra in cœlis est. Ne obsecro thesauros & diuitias Hierico cupias & affectes: quos propter suam mutabilitatem mundus hic representat. Qui vero contrarium fecerit, lapidabitur vt Achā, damnatione æterna. Deum igitur diligamus si recte thesaurizare volumus: potest enim ipse & in hac vita, & in futura nõs amplissimis fortunis auctos, ac locupletatos reddere. Sed iam ad contextum. *Sint lumbi vestri præcincti.* Inter omnia remedia, quæ conferunt & conducunt ad se-

Dan. 4.

Gen. 1.

Rom. 1.

Philip. 3.

1. Ioan. 7.

movendā

Enarrat. in Cap. XII.

monendam & depellendam à nobis auaritia; illud potissimum & presentaneum est, scilicet memoria mortis. Hec enim optima magistra est, quare rectè ostendit & docet, quã parum impoſite, in hac vita amplam & pingue diuitiam fortunam habere, quã cum ad uenerit ostendat omnia hæc uanitates esse. **Eccle. 11.** Vnde Salomon. Si annis multis uixerit homo, & in his diebus laboratus fuerit, in mensi uisibilem debet tenebrosi temporis, & diuina multorum, qui cum uenerit, uanitates arguerunt perterrita. Verã quidem illa sententia est diuinitus, quã dixit. Facile contemnitur omnia, qui semper cogitat mortuam. Si uero ad id omnia quod Christus in superioribus ad huc prædicauit, oculos conuertitis, inuenis facile hoc, quod nunc dicit, tẽdẽ quadratẽ cum his, quã superius tractauit. Ad id uero prædicandam est omne curam rerum temporalium: ideo ostendit nunc, ut memoniam mortis ob oculos semper habeamus, ut semper bonis operibus animos applicemus; quãdoquidẽ ignoramus quando simus mortui. & quando dominus sit uenturus ut rationem exigat uitę nostrę. Hęc enim cõtemplatio cõtemni faciet omnes res temporales, & earum sollicitudinem & curam abijciet, & quotidie nos alliciet in diuitiarum rerum amorem. At ergo, sint lumbi ueſtri præcincti. Accingere lumbos, est uirilitate aut expedite aliquid agere, aut se ad ministrandum expedire: quia is, qui summa eũ diligentia, & solertia ministratẽ cupit, ne uellet hinc impedimento, illas accingit. Sic legimus in quarto Regum Eliseum dixisse Giezi. Accinge lumbos tuos. Hęc est fac ut expeditis & diligens: ad opus quod præcipio tibi. Iob etiam inquit. Accinge nunc ut uir lumbos tuos: id est, esto expeditus, aut fortis & uiriliter animo te ipsum ostendẽ. Idem itaque est præcingere, quod præparare. **Mat. 24.** Vnde per uinculos, & uos, & expeditos dicimus. In rigore grammatices hoc significat uerbum præcingere: nihilque aliud uoluit Christus his uerbis insinuare: quod in fra clariũ patebit ex eo quod dicit, se ipsum declarans & applicans similitudinem. Ideo que est ore petras, quia quã hora &, &c. Et de se ipso dixit. Præcingente. Hoc est expedire se ad ministrandum. Sic Tobias Angelum præcinctum ad ambulandum inuenit: quia paratus erat ad itẽ agendum. Et beatus Petrus ait. Estote parati sicut lumbos ueſtros. Et alie

multa auctoritates & testimonia scripturę sacre adduci potuissent ad hanc rem confirmandam, quã longum esset referre. Satis enim ex dictis ostenditur, quã uolentia sit illorum explicatio, qui hanc locum de castitate interpretantur. Vltimaque dominus dicere. Parate uos diligenter & præcingite, quẽ ad modum illi facere conſueuerunt, qui negotium aliquod uisunt aggressuri: uel enim lar ge impedimento sunt, ad bene ministrandam. Quare dominus significare uult, ut obstacula & impedimenta bonorum operum auferamus, quã peccata sunt: ut uel sic quando dominus uenerit, paratos & prouidõs nos ipsos inueniat. Tunc enim lumbos præcinctos habemus, cum præparamus conscientias nostras, & eas à peccatis mundas reddimus. Vestes laigę & discinctę impediunt ministrantes: atque ita similis est rerum temporalium amor, qui impedit Dei obsequium, & memoriam mortis à nobis semouet. Præterea cum iubet nos præcingi docet, ut passionẽ nostras & appetitus rationi subiiciamus, ut uel sic quando dominus uenerit, digni simus, eorum ipso apparere. Non dicit: quod nudi ambulemus, quia per peccatum hæc passionẽ nobis quasi naturalẽ fuit nec omnino eas à nobis semouere possumus: sed uult, ut eas præcingamus & frænemus, rationi illas subiicientes, & carni spiritui. Vitam nullo modo transgredere potes, nisi manducaueris: at uero manducans, præcinge gulam abstinentia frano. Si in altos honores & dignitates te constitutum uideris, uanitatẽ præcinge tui ipsius humili cognitione. Quod etiam Paulus recte consulit, dicens mortificationẽ membra ueſtra, &c. Iosue illos quinque reges suspẽdit uersus eorum: quod refacere debes si crucifixeris eorum soleiustitia Christo Redemptore nostro omnes tãtã carnis appetitus, & quinque sensuum acrios. & fontes impulsus. Denique si uelitis non sit præcincti à uento elenatur, & rapitur. Ita nimirum homines, qui cogitationes suas non præcingunt suis ipsorum humili cognitione, elati superbia quocunque uanitatẽ uentõ huc & illuc sepiunt. Imaginatur quis turres uentõ, & in cogitationib; suis deuanescit, & omne quod cogitat uentõ est, nullum habens fundamentum, & d' solum in sua imaginatione. Et hinc nascuntur tanti atque tan superflui uestium modi, nam homines nolunt se præcingere, & componi cum re, quam habent. Solent

1. Tim. 6.

Psal. 33.

Colo. 3. Ioh. 10.

Psal. 118.

Prover. 4.

Sopho. 1.

luminant, & alios, de quibus operibus Saluator dixit. Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona: & glorificent patrem ueſtrum, qui in celis est. Quem admodum ille, qui noctu facem accensam portat, non solum se ipsum illuminat, sed alios multos: ita boni non solum sibi uiles sunt, sed suis sanctis exemplis, & bonis operibus cœli uiam alijs ostendunt, & quid illos oporteat facere, ut salui sint. Aduerte autem ne similes illis sis, qui cum manibus à tergo relictis facem portant, in lapidem offendunt, & cadunt. Lumen ante te feras, si uidere cupis quã uia gradiaris. Ita sunt multi, qui toto uitã discursu, nec buccellam panis in eleemosynam erogarunt, nec in uño bono opere se exercuerunt: quousque aduentante morte hæredibus præcipiunt, multa pia opera adimpleri, & eleemosynas erogari. Lumen ante te porta, per quod bona opera facta in hac uita intelliguntur, nec lumen post te feras, expectans illud tempus in quo post obitum tuum multi pauperes ex substantia tua inuentur. Mors uitam sequitur, & ita, ut uideris, morieris. Prius quã uita finiat, hæc lumina bonorum operum te ipsum comitentur, & ante te eant ut uideas reata nẽ, an deua insequaris. Qui riualum transgredi uult, duobus uel tribus gradibus retrouertit, atque ita sine ullo periculo in alteram partem transit. Mors est transitus quidam periculosissimus, quo quidem ex hac uita in aliam sumus migraturi, atque ita opus est, ut si illum transgredi uoluerimus sine periculo, eum contempserimus, in hac uita mortem ipsam præ oculis habentes: nam qui hoc non faciunt incidere solent in scopulum inferni, ubi brachia franguntur simul & caput. Itaque hæc bona opera in uita faciamus ferentes lumina coram nobis, non expectantes mortis tempus: in quo fortẽ nullus dabitur locus bonis operibus faciendis. Obserua secundo quod non solum dixit, ut habeamus lucernas, sed etiã, ut sint ardentes. Quod quidem dixit propter duas proprietates, quas habet ignis. Primo incendit, & calefacit: secundo uero illuminat. Propter primam dixit ardentes, nam non sufficit ut bona opera facias, sed oportet ut igne charitate incendantur: nam opus aliquod quantumuis illud excellens sit nisi charitate fiat nullius est ualoris nec momenti, neque dignũ est uita aeterna. Vnde Dominus Paulus. Si distribueris

1. Cor. 13.

Enarr. in Cap. X I I.

substantias meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sola hæc opera, quæ fiunt in gratia & charitate maximi sunt valoris coram Deo, & hac mota emittit cælum. Opera enim nostra vilissimi eris & sordidissimi sunt. Omnes iustitiæ nostræ (inquit Propheta) tanquam pannus menstruatur. Et Paulus. Non sunt passiones huius seculi condignæ, &c. Omnes namque vires nostræ non sunt sufficientes ad consequendam vitam æternam. At si in hoc vilissimo ære, id est, si in operibus nostris stemmata Regis illius cœlestis insculpseris, hoc est si facta fuerint in gratia opera tua, tanquam vsuaria moneta poteris cum illis regnum cœlorum emere de congruo. Secundo lucerna ardens lucet: atque ita vult Dominus, ut omnia opera nostra luce diuinæ legis examinentur. Examinandum est, quod Deo tribuitur. Examinandum est, quod Deo tribuitur. Agnus paschalis, qui in decima quarta luna erat immolandus, adducebatur decima die, & examinabatur, an in eo esset macula, quæ post illud à conspectu Domini arceret: ut doceret nos, quanta diligentia, cura & sollicitudine actiones nostras debemus examinare, ut coram Domino possimus eas offerre. Sic in prima mundi constitutione Dominus lucem examinavit, & vidit, quod esset bona: ut insinuaret non solum praua opera, verum ea, quæ natura sua bona sunt ad vniuersum esse probanda. Nam potest opus aliquod bonum esse in genere mortis: quod si non fiat debitis circumstantiis, iam malum efficitur. Sed de his in capite præcedenti discussimus. ¶ Obserua tertio, quod præcipit has lucernas ardentibus in manibus vestris. Primum dixit, quod habeamus lucernas: secundò ardentibus. Tertio autem dicit in manibus tenendas esse. Multi namque has lucernas habent & ardentibus, non in manibus, sed in corde: nam in animo fixum immotumque habent, se vitam rectam acturos, & diuinos futuros homines: nunquam tamen id opere complerunt. Aiunt namque multi in Quadragesima futurum esse, ut sua peccata faceantur, & quod aliena restituant: nunquam tamen à vitijs se mouentur, sed in peccatis suis hærent. Sicut porta vertitur in cardine, ita piger in seculo suo. Ita similiter hi suis vitijs tranquillè & quiete sedent, etiam si parum huc & illuc impellantur, quando diuinis inspirationibus tanguntur, & quando multorum obitum suis oculis contemplatur: sed non id efficiunt, quod

cogitant, nec opere complent, quod promittunt. Isti lucernas ardentibus in cordibus habent, non verò in manibus. Alij vero hæc bona opera in lingua habent, de Deo semper loquentes, virtutibus alios instruendo: at hæc bona opera non portant in manibus suis, quia quæ ipsi prædicant, non faciunt. Omnes lætantur & gaudent, de Deo loqui, & libros pros & sanctos legere: sed si ad hos, qui gloriantur legem Dei continuò in oribus ferre, pauper & egenus accesserit, elemosinam petiturus, nec buccellam panis dabunt: & sapius inuenies hos magis tepidos & inertes ad diuina præcepta adimplenda, quam alios religiosos & media plebis homines. A dextro obsecro quod d vult Dominus, ut has lucernas ardentibus in manibus habeas, vt quemadmodum loqueris, ita facias: & bona opera simul cum sanctis verbis ambulent. Aduersus priores ait Iacobus. Auditor verbi & non factor comparabitur viro consideranti vultum naturæ suæ. Audiunt isti verbum Dei, & sanctis propositis & cogitationibus afficiuntur: at quia operibus ea non exercent, sapienter damnantur. Aduersus autem secundos qui legem Domini in ore habent, non in manibus, Salomon dicit: Sentire de Domino in in bonitate: & in simplicitate cordis quarite illum. Non sentiunt simpliciter de Deo, qui sine operibus beatos se futuros præsumunt: inanes relinquuntur illi & sine villo honore in die iudicij. Et princeps Apostolorum Petrus etiam inquit. Cui enim præsto sunt hæc, cæcus est manu tentans: obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quia propter fratres magis fatagite, vt per vestra bona opera. &c. Vnde Paulus. Non auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Et iterum. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Et Ioannes. Opera enim illorum sequuntur illos. Tertio addidit in manibus vestris, aduersus eos qui restitutiones fieri mandant à testamētarijs suis. Isti non habent lucernas in manibus suis, sed in manus alienas eas constituunt: cum bona opera elemosynas & restitutiones, quos ipsi deberent facere, alijs relinquunt. Sed de his alias dicendum. Quod igitur iam dixerat, scilicet, vt simus præcincti, & quod habeamus lucernas in manibus nostris, quadam similitudine nunc suadet, dicens. *Et vos similes hominibus lantern-*

Esai. 64.  
Rom. 8.

Exo. 12.

Laco. 1.

Sapient. 1.

2. Pet. 1.

Roman. 2.

2. Cor. 5.

Apoc. 14.

Prout. 26.

Matth. 25.

*Antibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Optima & appositisima quidem ad propositum similitudo. Primum quia serui & familia quæ dominum expectat, nesciens quando dominus sit venturus, omni tempore in expectatione manet. Ideo nos oportet semper rectam viuendi normam sequi, & sanctis operibus animum applicare: vt pote qui Saluatorem expectamus, diem aduentus ignorant. Nonne manifestissima esset infamia si pauper qui solum argenteum haberet, magna in ciuitate & pulchra ædificia videns, alia similia vellet ipse ædificare? Diceres statim illi. Infane nonne vides hanc esse aperтам infantiã? Quibus pecunijs has ædes vis construere, cum nec aſsem ad cenandum habeas? Tu igitur maiori infania es taxandus, qui cum tam pauper repositis sis, vt nescias an crastina die sis victurus, magna tecum machinam dicis. Anno venturo hoc & illud faciã, postea vero hoc faciã: & in senectutem hæc congregabo. Hoc idem alius insipiens & amens secum cogitabat, & dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. &c. At vocem audiuit dicentem. Stulte hæc nocte repertam animam tuam? & hæc quæ parasti, cuius erunt? Quia vidisti senem transeuntem, qui septuaginta vel nonaginta annis vixit, tu vero cum viginti quinque habeas, tecum reputas quid facturus sis in reliquis multis annis qui tibi restant, non respiciens forsitan venturo die moriturum, cum nullam obſignatam tabellam Deus tibi dederit, qua hora, vel quo die sis moriturus prædicentem. Et si quidem qui dominum suum expectant, nescientes quando venturus sit omni tempore parati sunt iusto tu similis illis rectam vitam in omni tempore agens. ¶ Secundo qui dominum suum expectant domum habent mundam, conditam cenam, stratam lectum, denique omnia rectè ordinata prius quam dominus adueniat: nam postquam venerit nullus restat locus in quo hæc fieri possint. Hoc idem tu deberes facere, vt pote qui in hora mortis dominum venturum expectas. Ideo Christus dixit. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentibus in manibus vestris. Dominus namque nocte venturus est, & non verbum neque decens erit hospitium si mortuis lucernis ipsum excipiaris. Virgines illæ fatuæ interierant, quia lucernas suas non habebant ardentibus: quod idem Christus in hoc loco docet, vt sancta opera habeamus, igne

amoris diuini facta, & diuina charitate incensa, obuiam sponso nostrarum animarum faciamus. Et si quidem incerti sumus: quo die, quæ hora sit venturus, conscientiam mun demus ab omni inquinamento malorum, & animam nobis vestibus induamus, vt vestibus nuptialibus induta coram sponso audeat apparere, & mensæ accumbere cum reliquijs ad conuiuium inuitatis. Non pigri & negligentes simus vt virgines illæ fatuæ, quæ media nocte oleum inquit rebant, sed potius semper habeamus ardentibus lucernas, quibus iter sponso, & nobis magis illustretur. Hoc igitur modo prudentes vigines sponsum exceperunt. Perierunt namque fatuæ illæ virgines, nam cum tempus illis concederetur, vt se aduentui sponſi parare possent, illud amittentes, ecce sponſus venit, & illæ nihil parauerant. Et denique vt vno verbo omnia dicta complectar, Christus hinc docere vult, vt non in vitamus aurem dormiamus, sed semper sanctè & castè viuentes, dominum expectemus: si quidem nescimus quando venturus sit. Neque penitentiam in crastinum differamus: cum nec vnam horam vitæ certam nobis possimus promittere. De quadam anima sancta sub nomine mulieris, Sapiens dixit. Manus eius exiit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum. Interrogauerat prius Sapiens. Mulierem fortem quis inueniet? Et postquam eam inuenit, fortem illam appellauit, quia apprehendit fortia: & fortitudinem eius in id constituit scilicet quod digiti eius apprehenderunt fufum. Quæ vires obsecro sunt fortes & robustæ, manû ad fufum applicare? Si diceret enssem vel hastam arripuisse: vel leones & immanestigres manibus dilaniasse, (vt Sanson & Dauid conſueuerunt face re) vel si diceret aduersus fortes gigantes, & potentes barbaros arma induisse, bene quidem dictum videbatur. Sed inquit. Digiti eius apprehenderunt fufum: quod quidem opus ad vires imbecillas & languidas mulieris videtur pertinere. Sed si rectè id animaduertentis magnum quidem opus, & insignè est. Quocirca notare debes, quod in colu ponitur limum vel lana ad nendum: in fufo vero ponitur quod iam filum factum est & elaboratum. Interrogabis forte vsurarium vel concubinarium, meminerit ne, an aliquando sit mortuus, & an cogitet futurum esse, vt saluus sit: quam interrogatorem responderet, se vitam in melius mutaturum, & de peccatis confessorum, & ita saluus fiet. Hic talis sine dubio

manus ponit in colu: quia confidit, non his operibus, quæ faciunt, sed his, quæ facturus est. At vero homo iustus dominum suum vigilanter expectat, & confidit se daturum illi gloriam ob merita passionis suæ, & propter opera, quæ ipse facit. Et hic talis manus fulso applicatid est fretus est illis operibus, quæ iam effecit. Mulier amens manus in colu ponit: prudens vero in fuso. Nam anima sancta iusti: dominum recta conscientia & sanctis effectis operibus expectat: vt amens & sine intellectu stultè dominum expectat cum eis operibus, quæ confidit posse facere, quæ fortassis nunquam faciet. Quando dominus venerit iam omnia parata esse debent: nam si cum iam ipse ostium pulsar, velis tu ignem accendere, domum sternere & parare omnia: sine dubio dominus portas frangat, & seruos suos in carcerem detrudet. Aduerte d' stulte quod fontan' hodie veniet ostium animæ tuæ pulsaturus, & repente morietis. Expectas ne cum iam ipse aduenierit, omnia parare? facito igitur protinus penitentiam, & esto similis dominum expectantibus, quando reuertatur à nuptijs. Tertio qui dominum suum expectant, interitum dum non venit, de ipso loquuntur, quid magis ad ipsius obsequium conuertant, animaduertunt, considerant quæ magis ipsius palato possint satisfacere: & dicunt nocte præterita in tali, vel tali oppido mansit, nunc à nobis distat quatuor vel quinque leucis, bene possumus iam obuiam exire. Ita nimirum omnes nostri sermones & loquelæ de Deo deberent agere, quomodo in ipsius obsequio rectius & sanctius nos exercebimus. Sed iam nunc cum multi non Christum, sed diabolum expectent, de ipso sermonem inueniunt, iurando, metiendo, & sanctum Dei nomen blasphemando. Qualem dominum quisque expectat, talem sermonem exorditur. Aues cum volare volunt alas expandunt: sic nos qui dominum expectamus cordis & desiderij nostri alas in cœlum debemus extendere. Illi duo Cherubim alas suas expandebant. Ita semper debemus ardenti desiderio, & vehementi amore in ipsum Deum inflammati, horam expectare, in qua finietur peregrinatio nostra. Hinc illud est, quod Abraham in ostio tabernaculi sedebat: & Elias etiã in spelunca ostio. Sic nos in ostio huius vite mortis consideratione dominum expectemus, vt Abraham & Elias: nam sicut expectamus, quemadmodum & illi, nos etiam exci-

piamus. Quarto dominum suum expectantes, domum omnem parant, sternunt, & mudant. Sic nos qui dominum expectamus intellectum nostrum debemus induere ipsius Dei cognitione & voluntatem sancto ipsius amore, & memoriam omnium bonorum recordatione, quæ ab ipsius liberali manu semper accipimus. Nam cum infeliciter & misere perditis essemus ob peccatum illud primi nostri parentis, ipse nos redemit tanta perfectione, vt Paulus dixerit. Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Nam morte sua cœlorum ianuam aperuit: & resurrectionem carnis donauit. Nam & si mortem nobis reliquerit, infirmitates & labores id effecit, vt his vexari infirmitatibus, ad ipsum vnicum præsidium & remedium nostrum cõfugeremus. Perfectos nos condidit, & perfectè nos redemit: & ita voluit, vt semper ab eius diuina prouidentia penderemus. Pullus enim quantum uisus paruulus sit, perfectumque animal est: nihilominus multas necessitates habet, quibus coactus, matrem querit, & ad ipsius auxilium confugit. Ita similiter Deus cum nos creauisset, & redemisset modo absolutissimo & perfectissimo: voluit nobis relinquere has miseras & labores, vt vel hi nobis essent occasio maiorum meritorum, & abundantioris virtutis corona. Quod quidem nõ solum in naturalibus rebus conspicitur, sed etiam in eis quæ arte fabricantur. Nam si pictor aliquis figuram aliquam pulchram, & excellentem depingeret, & hanc sine oculis reliquisset: clarum est, quod si hæc imago sensum haberet, & loqui posset, quod a picture oculis peteret. Ita cum perfectè & absolute Deus nos creasset, & redemisset, nihilominus voluit his miseris, & laboribus subijci, vt ad ipsum confugeremus: cum ipse facientibus quantum vires suppeticrint, non deficiat. Quinto dominum expectantes è fenestris conspiciunt, & specolantur huc & illuc, an veniat: ita nos cœlum ipsum aspiciere debemus, & propter illud suspirare nam Dominus ibi adest cum Angelis & sanctis suis. Quod sanctus Dauid considerans, inquit. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Misera & infelix est conditio nostra, qui cum tot tantaque bona semper à domino accipiamus, nõ quam oculos in cœlũ ad benefactorẽ nostrũ cõuertimus. Si aliquis hominiter faciens lassatus ab itinere iuxta turrim accederet, & ibi iaceti, ab altitudine turris bonum

bonũ vinum, sufficiens cibus, & multa condimenta iactarentur, quibus sitim suam & famem expleret: semperque hic homo oculos defixos haberet in terram, nec in altum turris apiceret, vnde tanta illi bona veniebant: nonne immanem bestiam & omni prorsus mente carentem hunc hominem appellares? Qui igitur fieri potest, vt tu, qui tanta beneficia à cœlo accepisti, affectum tuum, & desiderium in ipsum non eleues? De his diuinus vates inquit. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Nos vero tanquam qui expectant dominum suum, oculos ad Deum conuertamus. Sed multi iam sunt (quod sine lamento non possum proferre) quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, inimici Crucis Christi Iesu: qui ita viuunt, ac si Deus nunquam esset venturus: & ac si non crederent post hanc vitam aliam nobis manere. Si hominem interrogares in læticiacem, an aliquem expectet, & responderet quod non: ex negligentia ipsius tu etiam colligere posses quod nemiãem expectat. Ita sunt multi Christiani tam negligentes erga ea, quæ ad ipsorum salutem pertinent vt facillè iudicare possis, quod hi nunquam Deum venturum expectant, & quod cœlum non esse iudicent, nec aliam beatorum patriã. Impinguatus est, dilectus, in crassatus, dilatatus, &c. Sequitur. Dereliquit Deum factorem suum. Obserua autem quod dicit expectantibus Dominum suum. In quo videre oportet, quod Deus, qui venturus est ad te, quod sit tuus & quod tu sis Dei: ita vt verè possis dicere cum Dauid. Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Rarè est in terris, qui possit dicere Deo. Tuus suum ego. Ille enim verè dicere poterit, qui toto affectu & tota mente Deo hæret. Nunquid hoc dicere poterit auidus peccator: & qui meretrici adheret? Ille qui de mundo cogitat: & mundana querit, sine dubio mandati est: sicut & diaboli, qui ei deseruiunt. Venit libido, & dicit. Meus es tu, quia ea quæ corporis sunt & concupiscentiæ cogitas. Venit auaritia & ait. Meus es tu: quia pecuniis studeas. Et sic luxuria, & reliqua alia vitia. Quomodo ergo tu g' talis es, poteris dicere Dño, tuus suũ ego? Et statim ad didit. Quoniam iustificationes tuas exquisiui. Hoc est. Nihil aliorum querui: tantum quæ tua sunt curauit. Alij monilia querunt, aurum, argentum & lapides pretiosos, dignitates, carnis il-

lecebras, & inimicorum vindictam. Ego autem iustificationes tuas exquisiui. Nescio possidere, nisi quod tui iuris est. Tuus sum, quia portio mea non in huiusmodi terrenis, sed in te solùm. Hunc ergo qui multis nominibus dominus noster est, expectemus, & ea opera in hac vita faciamus quæ ad verum dominum spectant. Demum, vt ad alia procedamus, obseruandum est, quod non dicitur hic dominus venturus tanquam iudex, vel alio modo, sed reuertens à nuptijs. Dominus qui à nuptijs reuertitur, alacris, lætus & iucundus venit, ad inuisendum suos. Sic expectaturi sumus dñm ingenti læticia, ita vt in nobis nihil sit, quod corda nostra tristet, neque sponi præsentiam offendat. Multi namque sunt, qui Deum expectant non tanquam sponsum, sed tanquam acerrimum iudicem. Expectat illum tanquam reuertentem à nuptijs, qui rectam & lætam habet conscientiam: at qui deprauatam habet, tanquam iudicem sumentem vindictam. Theaurizans in diem iræ & vindictæ, inquit Paulus. Theaurum congregas, peccata peccatis addens, & in inferno diuitias cumulas: ubi congregata sunt ira Dei. Expecta igitur dominum non tanquam iudicem, sed tanquam sponsum reuertentem à nuptijs alacri & lætamente: nõ super te adueniat thesaurus iræ suæ, sed thesaurus pacis & misericordiae. Causam vero cur sic eum debeamus expectare subdit, dicens. Vt cum venerit & pulsaerit, confestim aperiant ei. Qui non sunt parati, ad excipiendum dominum, ipsum iuxta ostium expectare faciunt: quia isti non faciunt tria illa, quæ solent fieri ab eis qui dominum expectant. Præterea iusti cum sint parati, statim aperiant, & Christum iudicem hilariter & sereno vultu suscipiunt. Talis fuit Paulus, qui dixit. Cupio dissolui & esse cum Christo. Et psalmista. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Hinc & Iacobus ait. Patientes estote vsque ad aduentum Domini, & confirmate corda vestra: quia aduentus domini appropinquabit. At vero mali cum non possint de sua vita rectam rationem reddere, cumque timeant coram iudice sistere, dilatant mortem quantum possunt, corpus lautis operisq; ciborum generibus pascendo, vt si possent, in perpetuum in hac vita permanerent. Mulier adultera que domi adulterum habet, quando maritus ad ostium pulsatus, non ita cito aperit, sed tardatur, vt interim abscondere possit adulterum. Ita mali quantum possunt tem-

Roman. 5.

Psalm. 16.

Phil. 3.

Deute. 32.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Roman. 2.

Phil. 1.

Psalm. 119.

Iacob. 5.

pus distendunt, vt mors non tam cito adueniat: nihilominus tamen non poterunt impedire, quominus Christus ingrediatur, & adu-  
 teria & peccata sua videat, iuxta illud psalmi. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Boni autem cum sint parati aduentu spon-  
 si latantur: mali vero aegre ferunt & detinentur. De bonis vero qui statim domino aperiunt, & parati sunt, inquit Dominus. *Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuen-  
 erit vigilantes.* Igitur opus est, vt semper vigiles: quia nihil refert, bene antea vixisse: nam qualis in morte inuentus fueris, sic iudicaberis. Quid prodest obsecro, si seruis tota nocte vigilet, & quando venerit dominus inueniat eum dormientem? Nam si prius dormisset, & quando dominus accederet inueniret eum vigilan-  
 tem, vtique parceret illi. Saul vigilauit toto tempore, quo bonus fuit: sed quia quando dominus venit, inuenit illum dormientem, in infernum eum detulit. Ita etiam Iudas vigilauit accedens ad Christum: at quia obdormiuit in fine vite, condemnatus fuit. Bonus ille latro, qui Christum in cruce confessus est, multoties dormire solebat: sed cum veniens dominus inuenisset eum vigilan-  
 tem, in gloriam suam eum tulit. Quo circa huius rebus, & fundamentum est quod vigilemus, quando ipse venerit. Bene viuere in scriptura dicitur vigilare: vt etiam status peccati somnus. Ideo Paulus. Vigilate iusti, & nolite peccare. Et si quidem nescimus quando vocandi sumus omni tempore vigilemus: nam qui vigiliam protendunt in mortis horam, & poenitentiam eiusque dilant, similes sunt illis, qui longius nauigaturi, nihil secum asportant, sed a portu discedentes, recordantur eorum, quae necessaria illis sunt: cum iam non liceat, retro progredi. Sic iam morituro nihil eorum agere licet, dum in extrema agonis hora est constitutus, quae omnia viuens, si vellet, potuisset perficere. Cum igitur incertus sis, quae hora nauis a litore debeat discedere: fatuus & stultus es, si omnia quae tibi necessaria sunt, summa cura & sollicitudine non paraueris. Si enim tunc quando iam mors vrget aliquis quaerit lanam & linum, & nunc incipiat, & texere forsitan quando tela necessaria fuerit, parata non erit. Quo circa operis pretium est, vt in hoc tempore, quod modo tibi liberaliter conceditur, tunc incipias & laborare: ne quando Christus aduenierit, te ipsum in somno peccatorum in vitam aurem inueniat

dormientem. Ideo beatus Paulus. Redimere tempus, quoniam dies mali sunt. Ocasio nem temporis, quam tibi dominus offert, arripe, ad agenda poenitentiam: quod quidem tempus cum captiuum sit in carceris nostrorum peccatorum, consulit Apostolus, vt sollicita cura & diligentia ipsum redimamus, vt pote quoddam est mancipium valde vtile & commodum suo domino. Bene quidem ipsum appellauit captiuum, & opus illi esse redemptionis: nam annis male consumptis, aequum est vt respondeant sancta atque bona opera. Nec dicendum est, utas istud faciam, subinde repetens: nam fieri poterit, vt hodie moriaris, & sine vilo profuro remedio permancas. Ita viuere debes, vt tempus hoc praesens pretium sit & redemptio illicum annorum, quos iniquum & peruersum consumpsisti: & si quidem tempus tibi fuit, in quo peccatis totum te tradidisti, iustum est, & rationi consentaneum, vt tempus etiam sit in quo lacrymis & poenitentia praeteritum tempus, quod per peccatum erat captiuum, redimamus. Nam in hoc consistit nostra perfectio, & clavis totius damni vel commodi nostri: vt vnusquisque tempus ordinet secundum suum statum & vocationem, Et ratio quam subdit Apostolus in superiorum auctoritate illa est, scilicet, quod dies sunt mali. Omne quod Deus fecit bonum est, vt ipsa scriptura inquit: nam ex manibus tantae bonitatis & clementiae, nihil exire potest, quod optimum non sit. Beati igitur erimus si tempus recte consumpserimus: vt cum Christus venerit, inueniat nos vigilantes in statu gratiae. Et quid faciet seruis vigilantibus, cum dominus venerit. *Amen dico vobis quod praecipit se.* Hoc est summa diligentia & sollicitudine te ipsum parabit, ad ministrandum illis. *Et faciet illos discurrere.* Quia ab omnibus rebus illos remouebit, & quietos esse faciet. Nam sicut qui recubitat, totum ipsum corpus requiescit, ita sancti in secundo aduentu ab omnibus super sedebunt: nam in hac vita nullus perfecte requiescere potest. Deus enim est centrum animae nostrae: & sicut vna quaeque res in suo centro quiescit, ita anima nostra in solo Deo requiescere potest. Tunc quippe iusti verum gaudium & perfectam laetitia habebunt, & quantum desiderare possint, ipsa diuina essentia fruendo. Faciet itaque nos discurrere: hoc est summa & ineffabili quiete rescit. Solum enim homines cum magna illis proponuntur premia fieri alacriores. Quo circa dominus pinguis & maximam

Ephe. 5.

Gene. 1.

Psal. 9.

1. Reg. 9.

1. Reg. 21. Maib. 27.

Luca. 23.

2. Cor. 5.

Esai. 32. 1. Cor. 2.

Apoc. 21.

Psal. 83.

ximam hic pollicetur mercedem, nempe quod post huius vitae miseros labores & vigilias, in regno caelorum felicissimè quiescamus. Ibi enim se debet populus (vt scriptura ait) in pulchritudine pacis. Illic videbimus, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Facilius nanque dici potest, & explicari, quod non est in caelesti illa Hierusalem, vbi in perpetuum sedebimus, quam manifestare & declarare eas perfectiones, quibus ditata & adornata est. Fundamenta eius (vt inquit Ioannes) erant iaspidis, calce donij, sardinis, Chrysoliti, &c. Non est in illa templum, nam Deus est templum suorum amicum: non est sol, quia ipse Deus, qui claritas est infinita cum illuminat, & lampas ardens atque splendens ipsius agnus immaculatus Christus Redemptor noster est. Porta eius ex margaritis confecta, & nunquam clauditur: quia nullus timor inimicorum, sed summa pax & tranquillitas. Nunquam intertranseat nox, nec multitudo dierum, sed vnicus tantum dies, qui melior erit (vt inquit Dauid) quam millia millium annorum, quos peccatores in hac vita viuunt: munus & officium ciuium est sine vlla cessatione diuinam essentiam contemplari, & Trinitatem personarum. Haec est ciuitas sancta, princeps tributi libera, corona & triumphus eorum, qui in hac vita fortiter & vtiliter segeserunt, quique sub vexillo Christi inuictissimi ducis militauerunt. In hac ciuitate se debent perpetua quiete, illi qui cum venerit Dominus inuenierit eos vigilantes, & in gratia. *Et transiens ministrabit illis.* Transiens, hoc est iucundissimè visitans singulos: se ipsum totum dabit nobis. Ipse enim est premium nostrum & beatitudo nostra: nam sicut boni in hac vita Christo ministrarunt: ita & ipse Christus in ciuitate illa eodem argento rependet: & erit Deus illis omnia in omnibus. Dabit dominus electis suis summa cum abundantia caelestes cibos. Secundò transiens ministrabit illis non ad singulos accedens, nam illic omnia sunt fixa atque perpetua. Sed protinus vt quisque ciuitatem illam ingressus fuerit, caelestem primogenituram illi dabit. Sic ipse transiens ministrabit illis: non quia ipse transibit, sed quia nos transibimus, & in gaudium domini intrabimus. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenierit: beati sunt serui illi.* Ne quis desperet, si maiorem vitam partem in vitijs & voluptatibus consum-

psit, spem veniae praeberet, si in meliorem mentem velit respicere. Deus enim cui somnasset & origo totius misericordiae & pietatis, eis agricolis, qui vndecima hora ad laborandum in vinea fuerunt profecti premium dedit: aeternae beatitudinis: quauis totum fore diem ociosus & nihil agentes consumpsissent. Si peccasti in puertia tua, & magnum baptismatis sacramentum se fidem datam duci Christo violasti, non li desperare, quia rex tuus benignus & misericors paratus est veniam tibi concedere. Denique si tota adolescentia, & senectute, si etiam vsque ad decrepitam aetatem peccatis te emancipasti, reuertere: & surge de somno & vigila: quia etiam in quarta vigilia, cum venerit, suscipiet te benignissimus dominus. Vnde ipse per Esaiam ait. Audite me domus Iacob & omne residuum domus Israel. Qui gestamini in vulua mea, qui portamini a meo vtero. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego fera, ego portabo, & saluabo. Significauit itaque per has tres custodias omnes differentias aetatis humanae, & quod in quacunque aetate inuenti fuerint vigilantes, beati sunt serui illi: vt nullus desperet quauis in senectute inaeperit vigilare. Docet praeterea locus iste quam parati semper esse debeamus in obsequium Dei, nam omni tempore oportet vt vigilemus. Quando discedebat nubes: proficiscebantur filij Israel: siue in die siue in nocte: omni tempore erant parati. Nec dicebant. Nox est, discedere non possumus. Qui Israelitis praecipiebat, vt ambularent in nocte, lumen illis praestabat: quo per deum non deesset. Sic omni tempore parati debemus incedere ad iter agenda. Multi inuenies sunt, qui existimant, nunquam dominum venturum nisi in quarta vigilia: quia multos homines videt senio confectos, qui nunquam decesserant, & putant in aetate florenti non esse a Deo vocandos, sed prius tempore illos senes abituros, quam ipsi. In qua re quantum natura haec non sita fragilis & caduca decipiat, facile est videre. Credit enim citò ea quae sibi indulgent, & facile suadet homo se victurum esse multis annis super terram: difficultat autem ea credit, quae cum sensibilitate pugnant. Sed id sine vlla dubitatione est credendum, eos mori posse in iuuentutis flore, & in iuuenilitate, quod plerumque contingere solet. Idem in omni noctis vigilia, hoc est quocunque tempore est vigilandum, cum nesciamus quando

Matth. 20.

Esai. 46.

Exod. 13.

vigilia dominus sit venturus. ¶ Aduerte autē quod ex his, quæ hic Christus loquitur, mul-  
ti existimant, aduentum Christi futurum esse in nocte: cum secundum historiam aduē-  
tus Christi gloriosus futurus sit in die: vt pote-  
qua est tempus congruum & aptum: vt ab  
omnibus videri possit. Cum tamen Christus  
hic loquatur de aduentu ad vnum quemque  
nostrum per mortem: de quo etiam clarē cō-  
stat quod non omnibus futurus sit in nocte,  
cum multi in meridie moriantur. Igitur de  
quocunq; aduentu loquaris, intelligendū  
est quod in nocte veniet propter similitudi-  
nem eorum que occurrunt in nocte: quia su-  
bito & prater opinionem veniet Christus, si  
cut ea, quæ in tenebrosa nocte adueniūt. Sed  
iam ad contextum. *Hoc autem scitote quoniā  
si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigi-  
laret vique, & non sineret perfodi domum suā.*  
Si igitur, propter res temporales, & vt vi-  
deat domum suam perfodi, pater familias vi-  
gilat: quāto maiori iure pro salute animæ vos  
vigilate debetis: Pulchra quidē & appositi-  
sima similitudine docet, semper nos debere  
esse paratos quia si pater familias in custodia  
domus vigilat non vtique fur poterit perfo-  
dere domum. Hoc nobis maxime hic com-  
mēdat Christus, & sapēssimus per Marthaū  
rem ita arduam & grauē, in qua non mi-  
nus quam de discrimine animæ agitur. Vigi-  
late quia nescitis diem neque horam. Et ali-  
bi inquit. Videte, vigilate, & orate. Et rursus,  
Beatus ille seruus quem cum venerit domi-  
nus eius inuenit vigilantem. Præterea per  
furem dominus seipsum intelligit, qui in no-  
cte veniet tanquam fur. Vnde Diuus Paulus  
loquens de Christi aduentu. Dies domini si-  
cut fur, ita in nocte veniet. Et in Apocalypsi  
ait dominus. Si non vigilaueris veniam ad te  
sicut fur. Et quod loquatur Christus de seip-  
so, satis clare ostenditur: quia seipsum expo-  
nens, statim subdidit applicando similitudi-  
nem. Estote parati quia nescitis quando filius  
hominis venturus sit. ¶ Assimilatur Christi  
aduentus in hora mortis furi venienti qua-  
rator de causis. Primo propter incertitudinē  
& inopinatum ipsius aduentum. Sic beatus  
Aug. libr. Augustinus incertitudinem aduentus domi-  
ni per furem & noctem intelligit. Per noctē  
incertitudinē intelligit: ea enim incerta sunt,  
quæ noctu occurrunt. Per furem etiam incer-  
titudō significatur, quia fur nunquam expec-  
tatur. Nullus enim expilabitur qui furem

expectet: sed qui hunc minime expectant il-  
li expilabuntur. Quo circa dominus in infe-  
rioribus loquens de suo aduētu glorioso, qui  
erit sicut in diebus Noe in quibus homines  
lætabantur in nuptijs, nihilque cogitabāt de  
futura calamitate, quæ ipsos comprehendit.  
cum per diluuii aquas omnes obruti sunt, ait,  
quē in aduentu speciali per mortem vnus  
cuiusque repente & subito impijs adueniet.  
¶ Secundo quia sicut fur non expectat vt fu-  
retur quando vigilat pater familias, sed quā-  
do est somno sopitus: ita Christus non segre-  
gabit ex hac vita impium, cum paulo aprior  
cœlo fuerit sed forsitan hoc illi eueniet quā-  
do ineptior & inferno dignior. Falluntur  
ergo qui existimant, tunc Christum homi-  
nes vocaturum, cum in meliori statu & con-  
ditione vitæ sunt: imo si impij sunt, aliquan-  
do vocantur quādo peiores sunt effecti. Cain  
nanque bonus aliquando extitit, nam cū na-  
scereretur, credendum est, quod per sacrificiū  
mundatus fuerit a peccato originali. Sic etiā  
Saul cum electus fuit in Regem, & vnctus a  
Samuele, humilis & bonus erat: & saluaretur  
si tunc mortem obiret: sed postea malus effe-  
ctus, cum in deteriori vitæ conditione esset  
constitutus, de medio raptus est: & in infer-  
num detrusus, vt ipsa scriptura asserit. Nam  
in primo libro Paralipomenon post commē-  
morata ipsius scelera, subdidit scriptura. Mor-  
tius est Saul propter iniquitates suas. Quod  
quidem scriptura non diceret, nisi de homi-  
ne damnato. Iudas etiam circūcisus fuit, qui  
si tunc moreretur, saluus fieret. Multi etiā alij  
de populo Israelitico dānati sunt, sicut Esau,  
Core, Datan, Abiron, Abimelech filius Ge-  
deon, Ieroboam, A cab, & plures quos cum  
venit mors inuenit in peccato mortali: & isti  
aliquando fuerunt boni, & erant in statu gra-  
tiæ constituti, saltem in circuncisione. Et non  
solum in mortali peccato solet mors impijs  
tollere, sed multoties in peiori & deteriori  
statu totius vitæ. Pharaō Rex Ægypti nun-  
quam tantis flagitijs fuit cooperatus quam cū  
in mari ipse & exercitus submersus fuit. Nec  
Aman vnquam ita pessimus ac malus fuit,  
quam tempore mortis suæ: quia tunc magis  
elatus superbia, & furore incensus erat. Ab-  
salon etiam & Iudas in pessima & flagitiosa  
vitæ conditione interierunt. ¶ Tertio assimi-  
latur furi: quia fur non venit nisi, vt furetur,  
interficiat, & perdat. Ita etiam Christus ad-  
uersus impios veniet: vt dona, quæ illis con-  
tulerat

Lucæ. 17.

Matth. 24.

Gene. 8.

Gene. 4.

1. Reg. 9.

1. Par. 10.

Nam. 16.

Judic. 9.

3. Reg. 15.

3. Reg. 22.

Exod. 14.

Hebber. 7.

2. Reg. 18.

Matth. 27.

Ihan. 10.

tulerat furetur, & spoliat, & vt ea morte in-  
terficiat, de qua dicitur. Eum timere, qui po-  
test corpus & animam mittere in gehēnam.  
Neque satis erit Christo, impium spoliare, &  
interficere. nisi cum omnino perdat. Bonum  
esset ei, si natus non fuisset. Merito quidem in  
fœlix & miser appellari potest, qui in manus  
huius furis incidit, qui nō solum spoliatur,  
& seminius relinquitur: ita vt id quod re-  
stat illi vitæ, melius ei esset, si non habuisset.  
¶ Bene quidem aiebat Ieremias, Factus est mi-  
hi quasi inimicus, & quasi hostis: & non qua-  
si hostis fit miserimo peccatori, sed quasi a-  
certimus & crudelissimus hostis: vt verē Pro-  
pheta dixerit. Vrsus insidiās factus est mihi,  
leo in absconditis. ¶ Quarto assimilatur furi:  
quia cum fur ingreditur domum, si inuenit  
dominum vigilantem modeste illi loquitur,  
& magna cum reuerentia: at verō si dormiē-  
tem illum videat, eum interficit & que po-  
rest rapit. Et hoc modo mors iusto quia vigilat  
non damnū asfert, imo alacris & læta est il-  
liat verō peccatori, quem dormientem inue-  
nerit, periculosa est, quia ipsum interficiet, &  
in infernum detruet. Quem admodum igitur  
fur, qui nocte venit, bonus & utilis est ei,  
qui vigilans est, malus verō ei, qui dormit: ita  
Christus in morte cum venit, bonus est ius-  
tis qui semper vigilant ( quia pretiosa in  
conspēctu domini mors sanctorum eius) ter-  
ribilis verō & acerrimus peccatoribus: quia  
mors peccatorum pessima. Vigilemus itaque  
& in omni tempore studiosē & sanctē viua-  
mus, nē mors subito & improbit ad ostium  
pulerit. Quietus & sine vlla mortis memoria  
sedebat Heli in domo sua, & ab scabello re-  
troccidit, & interemptus est. Nullus in hac  
vita viuere debet, quia maximā curam & so-  
licitudinem suæ salutis semper secum nō fe-  
rat: siquidem tātæ mortes & calamitates eue-  
niunt prater hominum opinionem. ¶ Obser-  
uandum etiam hīc est, quod hoc, quod dici-  
tur, & non sineret perfodi domum suam, de  
domo impij est intelligendum: non autē de  
domo iusti. Nō perfodiet dominus domum  
iusti cum venerit, quia iam ipse aperuit do-  
mino suæ voluntatis ianuam, & volens & li-  
bens a vita discedit. Impius tamen quia ianuam  
aperire non vult, patitur domum suffodi iu-  
stus pacificē a vita discedit, sicut sanctus ille  
Simeon: sed impius nō nisi mortis ictibus ac-  
ceptis & varijs angustijs circūdatus. A anima,  
quæ vigilat, & diligit domini aduentum sta-

Lucæ. 2.

2. Tim. 4.

Apoc. 3.

Philip. 1.  
Psalm. 41.  
tim vt nuncijs mortis accedit, portas aperit,  
cupiens dissolui & esse cum Christo: cupiens  
transire in domum tabernaculi admirabilis  
vsque ad domum Dei. Non finit se perfodi,  
qui statim aperit venienti: sed peccatrix ani-  
ma timore conficitur aduentu sponsi, cum  
adultera sit. Et vt similitudine quadam Diui  
Augustini vtar, quem admodum nupta mu-  
lier cuius vir peregrē profectus est, si ipsa ho-  
nestē, castē, & studiosē vixerit, nimis lætatur  
& gaudet in ipsius viri aduentu. At verō si-  
mulier hæc adultera fuerit, & datam fidem  
marito non obseruauit, vehementer timet  
mariti aduentum, cum conscia sit secundum  
humana leges merito se in sanguinis & vitæ  
discrimen adduci posse. Ita nimirū iusti ani-  
ma, quæ fidem datam in baptisate Christo  
sponso fideliter seruauit, in aduētu ipsius spō-  
si gaudet, & ianuam illi aperit. At vero ani-  
ma, quæ se multis peccatis & flagitijs contamina-  
uit, quæque fornicata est cū amatoribus mul-  
tis: quomodo hæc, aut qua verecunda fronte  
sponso ianuam aperiet? Necesse vtique erit, vt  
perfodiat domum & vxorem interficiat, &  
peius illi erit, quam mulier adulteræ: nam  
mulier adulteræ (vt sæpius fieri solet) manus  
mariti poterit euadere, & aliquod refugium  
& remedium sibi querere, quo possit a mor-  
te se ipsam liberare. At vero tu Christiana  
anima quando omnibus remedijs fueris de-  
stituta, & quando medici prædixerint sine  
dubio mortem tuam futuram esse: & recor-  
data fueris tantorum peccatorum, flagitiorū,  
furti & rapinæ quæ commisit: quid tunc fa-  
cies? Quod præsidium suæ salutis remediij ti-  
bi inuenies? Nulla erit ecclesia, nullum cœno-  
bium ad quod confugere possis: tunc enim  
nihil tibi proderunt auxilia regum nec prin-  
cipum, nihil imperium, nihil diuitiæ & facul-  
tates, nihil amici nec confanguinei, nihil de-  
nique quod sub cœlo sit, poterit te à mortis  
manibus eripere. Sistendus nanq; eris corā se-  
uerissimū iudicis tribunali cū omnib; tuis cul-  
pis & peccatis, quicquid accerrimē in te ani-  
madueret, nec vllus erit locus veniæ aut  
appellationi. Iam igitur cum peccator videat  
sine vllō profus remedio se esse moriturū,  
& quod omnes, qui de arte medica sunt be-  
nemeriti de eius salute desperant: magnis an-  
gustijs circūdatus, & doloribus plenus, in  
lectulo huc & illuc se reuoluens: locum ali-  
quem quietis querit, quem tamen nullo mo-  
do inuenire potest. Vult miser abscondi, &

non potest: tuncque necesse est perfodi do-  
 moni suam. Non vult mori: quo circa languo-  
 re & infirmitate dominus corpus percussit, &  
 animam subtrahit. **Iob. 4.** Si igitur in domo lutea  
 habitas, & terrenum habes fundamentum: si  
 ruine aliqua facta fuerit per peccatū, lachry-  
 mis & pœnitentia claude illum: quia Chri-  
 stus cum veniat in morte tanquam fur, per il-  
 lam ruinā corporis ingreditur, & spoliat te.  
 Egredere quidem Elaias inter reliquas fœlici-  
 tates, quas viro pio prœmittit, vnam illā præ-  
 cipuam promittit. Vocaberis edificator fœ-  
 licium: quod Hebræis sonat. Vocaberis repa-  
 rator ruinarū: indicans summam hominis vi-  
 gilantiam, curam, & sollicitudinē illi rei sem-  
 per debere studere, vt nulla conscientie suæ  
 pars ruinam patiatur: sed semper contendat  
 eam reseruare & reparare. Hoc debet esse Chri-  
 stiani hominis exercitium. Contemplantur igitur  
 mortem in vita, & prepara te tanquam si  
 singulis horis esses moritūrus: nam cum ip-  
 sa venerit, alacri & sereno vultu eā excipias.  
 Si basiliſcus videt te, antequam tu videas il-  
 lum, occidēt te visus: si autē videris prius eū,  
 illum occides: sicut Ambr. **Ambr. ser.** illud videt in hac vita illum cōtem-  
 plando, facit de ipsa victoriam reportabis, &  
 eam occides: si autem ipse te videt prius,  
 antequam tu illum consideres, eterna morte  
 morieris. Vigilemus igitur, quia aduersarius  
 noster diabolus tāquam leo rugiens, circuit,  
 querēs quem deuoret. &c. Sed iam Christus  
 exemplum accommodat suo proposito dicens.  
**1. Pet. 5.** *Et vos esto te parati quia quā hora non putatis fi-  
 lius hominis veniet.* Contemplete oblecto tan-  
 tam bonitatem & benignitatem Christi Sal-  
 uatoris nostri, qui tantis monitionibus & cō-  
 silijs, tantis exemplis toties repetitis, nullum  
 non lapidem moueat, vt ad sollicitam curam  
 mortis, & ad vitam rectis institutis componē-  
 dam animos nostros conuertat. Omnibus his  
 vocibus & monitionibus clamat dominus: vt  
 pote qui nostram salutem vehementer cupit  
**1. Reg. 26.** atque desiderat si sanctus David animum &  
 voluntatem induisset interficiendi inimi-  
 cum Sulem, bene posset id facere cum eum  
 dormientem inuenisset: at vero quia sanctus  
 rex vitæ pietatis & misericordie habebat  
 (quāuis ipse Saul dignus esset morte) et si  
 Abisai ad id adducebat, noluit illum interfi-  
 cere: imo ipse David clamans a somno exci-  
 tanit. Aduerte igitur o homo qui peccatisom-  
 no indulges, confidens in hasta vt Saul, hoc

est in viribus & adolescentia, in quiens: iute-  
 nisum, robustus, incolumis, & optimā vale-  
 tudine gaudens, diuturnam vitam habeo, in  
 senectute ad pœnitentiam me conuertam lu-  
 stitia vero Dei, vt Abisai aduersus Saulē, di-  
 cit, quod moriatis, siquidem in obliuione &  
 somno peccatorum manes. At Christus tan-  
 quam p̄p̄l̄imus & clementissimus dominus  
 qui propitiatio est pro peccatis nostris, vt al-  
 ter David iram & vindictam patris detinet  
 & protendit, cumque ipse sit offensus, & ad-  
 uersus quem tuis peccatis bellum geris, ad te  
 clamat in hoc Euangelio, dicens. Vigilate, quia  
 nescitis quando dominus vestri venturus  
 sit. Audi tu qui dormis voces, quibus Chri-  
 stus clamat, dicens quod vigilēs. Hoc autem  
 scitote quoniam si sciret pater familias. &c.  
 Quocirca dominus aufert tibi hastam & vas  
 aquæ, & immittit tribulationes & labores,  
 prospera & pristina valetudine te ipsum de-  
 stituens, & ea, quæ magis chara & dilecta ti-  
 bi sunt, de medio tollit: vt cognoscens mali-  
 tiam tuam ad ipsum Deum te conuertas, mi-  
 sericordiam petiturus: vt Saul fecit, qui pro-  
 iectus ad pedes David, veniam impetrauit,  
 dicens, Peccauit. Audi igitur tu voces & cla-  
 mores Christi, qui dicit. Vigilate & esto te pa-  
 rati. Et aduerte nē quando dominus veniat,  
 te inueniat dormientem: vt erat Isboſeth, quē  
 latrones interfecerunt. Ita si veniēte Christo  
 in hora mortis, dormiens fueris, vt Isboſeth,  
 morte æterna morieris. Estote ergo parati vi-  
 gilantes in omnibus, nē si dominus venierit in  
 ueniat vos dormientes. Rationem autē sub-  
 dens, quare vigilare debemus, inquit. **Quia**  
 quā hora non putamus filius hominis veniet:  
 quod idem per Matthæum explicuit, dicens.  
**Quia** nescitis diem neque horam. Quæ prop-  
 ter tria hic obseruatione dignissima sunt. Pri-  
 mum, quomodo mortis incertus & fortuitus  
 euentus nos inuitat, & allicet ad rectē operan-  
 dum, & ad hoc, vt semper parati simus. Se-  
 cundum, quomodo plerunque pœnitentia,  
 quæ in hora mortis fit inutilis est. Tertio au-  
 tem causas ad ducemus & rationes, quare vo-  
 luerit dominus heram mortis nobis incertā  
 esse. Et quantum ad primum, certum est quod  
 incertitudo mortis, est quædam monitio &  
 consilium ad hoc vt vitam nostram rectē in-  
 stituitis componamus: nā postquam vita per-  
 acta & finita fuerit, nequit fieri, vt eum statu-  
 mutes, in quo mors te ipsum cepit. Multi do-  
 mos edificant, alta & superba ædificia con-  
 struunt;

1. Iohann. 2.

Ecclesi. 9.

4 Reg. 4.

Matth. 25.

Iohann. 9.

struunt: cum tamen nesciant, an per vicinū  
 diem eam debeant colere. Multi etiam victū  
 & necessaria venturo anno quæritant: quem  
 forsitan non attingent. Ad incertam vitā pa-  
 rantur, certam mortem non curantes, nec re-  
 miniscentes. Cum igitur ad ea, quæ incerta  
 sunt te preparas: quid est in causa, quod  
 morti, quæ certissima est, non provideas? Nō-  
 ne consonum rationi erit, vt incerta procer-  
 tis deserat? Incerti sunt dies, quos in hoc mi-  
 sero & tempestuoso huius vitæ pelago debe-  
 mus fluctuare: certissimum autem est omnia  
 hæc terrena finem & exitum habitura. Ne-  
 scit homo finem suum: atque ita Sapiens ait,  
 quod sicut piscis capiuntur hamo, & laqueo,  
 sic iniquos capiendos esse tempore malo.  
 Quod nobis firma certitudine proximū est,  
 iam vt præteritum reputatur: atque ita cum  
 mors nobis appropinquet, iam vt præterita  
 debet iudicari. Vnde si quod nondum venit,  
 tanquam iam tranſactum reputares, nulla es-  
 set ratio, quare hæc præsentia, & momentanea  
 te ipsum detinerent. Si rex beneficiū aliquod  
 tibi impenderet, & daret tibi aliquam ciuita-  
 tem sui regni, & diceret se profecturum esse  
 peregrē post vnam tranſactam horam: nonnē  
 citius & omni ignauia reiecta priuilegiū scri-  
 beres, vt ipse suo nomine designaret: quod si  
 tunc amicus aliquis tibi diceret, Ludamus pa-  
 rumper exercitij gratia, nōnē illum à te proij-  
 ceres, & semoueres? Neque manducationida-  
 res locum, neque somno, neque amicorū lo-  
 quelis: sed potius omni cura & sollicitudine re-  
 gum chirographum curares impetrare, prius  
 quàm proficeretur. Quanto igitur excellē-  
 tior & opulentior est illa celestis Hierusalem  
 nobis promissa: omnibus ciuitatibus & regnis  
 huius mundi? Neque solam ciuitatem Chri-  
 sti promittit, sed totum regnum cœlorum.  
 Et quantum tempus tibi concedit, vt prome-  
 reri possis hoc regnum? spatium quidem hu-  
 ius vitæ præsentis. Operare dum dies est, ve-  
 niet nox quando nemo poterit operari. Post  
 hanc vitam non est locus merendi, nec deme-  
 rendi. Est nē aliquis, qui certō sciat se crasti-  
 no die victurū? Est qui certam vnam vitæ ho-  
 ram habeat? Si igitur regnum, quod dominus  
 promittit ita magnum est & opulentum: tem-  
 pus verō ita breue, in quo illud possimus pro-  
 mereri: quid est quod in huius vitæ nōnijs,  
 & vilibus gradum sitis? O vanitas vanitū,  
 quot curis & sollicitudinibus, quibus crucib<sup>9</sup>  
 & tormentis seipſos homines vexant: vt mo-

mentanea, & ad triduum peritura sibi cōpa-  
 rent. Quid est quod cum fidem sponſo Chri-  
 sto inuolabilem in baptisate promiserimus:  
 quod non festinemus lachrymis, suspirijs, &  
 gemitibus, patriam illam cœlestem nobis ac-  
 quirere? Si cum nolis perdere bonum tempo-  
 rale, somno priuaris, cibo, & quiete, & à re-  
 omnia oblectamenta reijcis, nē occasio oblata  
 è manibus elabatur: quæ est causa cur id non  
 facias, propter diuinum & nunquam peritu-  
 rum bonum, siquidem breuissimum est tem-  
 pus, & nescis quando mors ventura sit. Quā  
 hora non putatis filius hominis veniet. Ver-  
 ba sunt hæc Dei: quæ nec deficient, nec defi-  
 cere vnquam poterunt. Quocirca instantum  
 est, & omnino brutis animantibus simillimū,  
 in eo viuere statu, in quo nelles, vt mors te ip-  
 sum inueniret: & siquidem hoc quacunque  
 hora potest contingere, orani tempore vigi-  
 lare debes, & studiosè & sanctè viuere. Bre-  
 ues dies hominis sunt, & numerus mensum  
 eius apud te est. Nescis quā noctis vigilia do-  
 minus venturus sit. Nē obsecro falli te ipsum  
 desinas, siens tempus præterire, falsum spem  
 habens diei crastini, quem forte non videbis.  
**Matth. 24.** Audi Christum dicentem. Estote parati, quia  
 quā hora non putatis filius hominis veniet.  
 ¶ Secundum ex illis tribus, quæ promissi-  
 mus dicturos, id est, quod cum hora mortis  
 incerta sit: te ipsum sanctis operibus & virtu-  
 tibus induas, & prepara te nunc, quando re-  
 cta valetudine vteris: nam in hora mortis dif-  
 ficillimum erit, te in Deum conuertere si in  
 vita flagitijs & peccatis te ipsum tradidisti.  
 Quando venerit mors ita doloribus & angu-  
 stijs etis pressus, vt nequeas in Deum conuer-  
 ti nisi maxima difficultate. Vnde operepretiū  
 est, vt aures Christi sermonibus accommodes,  
 qui dicit. Estote parati, quia quā hora nō pu-  
 tatis. Protinus debes te ipsum parare, nī ve-  
 lis, vt mors te inermem & improuidum ca-  
 piat. Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies  
 salutis. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei  
 ministros, in multa patientia in ieiunijs. in ad-  
 uersitatibus, &c. In tempore quo sanus es, ad  
 Deum conuertere: quia in diluuiō aquarum  
 multarum doloribus mortis circumdanti im-  
 p̄p̄ ad eum non approximabunt: qui in vita  
 suum consortium & amicitiam à Deo segre-  
 garunt. Dominus enim ait. Tempore accep-  
 to exaudi te: & in die salutis adiuu te. Dies  
 salutis est status huius vitæ præsentis: quod tē-  
 pus, si cautus, & rationis compos es, in vanū  
 non

Iob. 148

Matth. 24

2. Cor. 6.

Psalms. 31.

Esa. 49.

## Enarrat. in Caput. XII.

*Eccle. 3.* non debes præterire: quando in ipso peper-  
tuam quietem & tranquillitatem potes tibi  
comparare. Tempus omnia habent. Tempus  
ridendi, & tempus flendi. Tempus huius vitæ  
in lachrymis & fletu, & pœnitentia consumi  
debet: quandoquidem dies mortis non bene  
apertus est, vt in Deum cõuertaris. Primo quia  
contritio, quæ ad primè necessaria est tuæ salu-  
tati, procedit ex diuino amore: quem maxi-  
ma difficultate poteris in hora mortis concili-  
are, cum toto vitæ discursu inique & peruer-  
se vixeris. Nam quantumuis aliquis se in ho-  
ra mortis lachrymis conficiat, potius est cre-  
dendum, id facere timore inferni, quam amo-  
re diuino allectus: quia dolor quia est charita-  
te destitutus non sufficit, vt ipse peccator sal-  
uus fieri possit. Quocirca sæpè sapius pœni-  
tentia quæ in illa hora fit, inutilis esse solet.  
*2. Reg. 16.* Semei cum vidisset Dauid redeuntem cum  
triumpho, quem ipse offenderat, obuiam exiit,  
*2. Reg. 19.* perituis veniam. At hoc potius necessitate  
coactus fecit, quàm amore commotus: & pro-  
pterea etiam si tunc Dauid disimulauit, nihi-  
lominus postea illum interficere iussit, cū cla-  
rè cognosceret pœnitentiam illam, violentā  
esse, & non ex amore & voluntate natam. At-  
que ita vnus ex equitibus Dauid dixit. Non-  
nè bonum erit, vt propter hæc verba Semei  
moriatur? Talis est multorum pœnitentia, qui  
cum iam iam morti esse proximos videant, ne-  
cessitate coacti, & potius timore quam amo-  
re ad pœnitentiam se conuertunt. Latrones  
non nisi tormentis & cruce veritatem confi-  
tentur: & illa confessio non liberat eos à pœ-  
na, sed potius ad mortem adducit. Ita etiam  
contingit illi, qui in mortis articulo est consti-  
tutus: quem ipsi dolores & angustia compellunt,  
vt veritatem confiteatur: quæ confessio  
non vitam, sed æternam mortem parabit. Nō  
festinant mali ad bonum peragendū, nisi quā-  
do iam vires desiciunt ad peccandum: &  
quando tempus vitæ finitur, Pharaon Rex Æ-  
gypti, quando vidit se morti propinquum, vi-  
tam in melius voluit traducere, nec persequi  
Israeliticum populum. At tunc recordatus est  
est Pharaon, nam iam erat clausum iter Maris  
Rubri aquis, atque ita interijt clausis portis suæ  
salutis atque remedij. Virgines etiam fatuæ se-  
rò oleum quaesierunt, & propterea in perpetuum  
à gloria sunt exclusæ. Hoc idem contin-  
git peccatoribus, qui in hora mortis remedia  
quaerunt: qui serè semper delusi & falsi inueni-  
untur: quia potius gehennæ tormentis com-

mouentur, quam diuino amore. ¶ Secundò  
quia passiones, quæ ingenerantur à tristitia ma-  
gis mouent potentiam, quam ille, quæ effi-  
ciuntur à rebus delectabilibus. Singulat bre-  
uis delectatio rationis vsu impedit: multò  
magis iudicium subuerret ingēs & magna tri-  
stitia. Et inter omnes maior & terribilior est  
mors, quæ sic te ipsum contremiscere faciet,  
& rationē obfuscabit, vt difficillime possis in  
Deum conuertiri. ¶ Non potest intellectus in eodē  
tempore diuersa obiecta speculari: atque ita  
tunc dolores in contrariam partem te ipsum  
impellent, vt maxima cum difficultate possis  
mentem tuam & cogitationem in Deum  
eleuare. Vnde Salomon, Non est in hominis  
potestate prohibere spiritum, nec habet pote-  
statem in die mortis. ¶ Tertiò cum habitus sit  
qualitas, quæ difficiliter remouetur: consueto  
do, quā in peccando induisti, post se te ipsum  
ducat. Vnde patientissimus Iob. Ossa eius im-  
plebuntur vitij adolescentie eius: & cum eo  
in puluere dormient. Et Salomon in Prouer-  
bijs. A adolescens iuxta viam suam, etiam cum  
senuerit non recedet ab ea. Et Hieremias. Si  
mutare potest Æthiops pellem suam, & par-  
dus varietates suas: & vos poteris beneface-  
re, cū didiceritis malum. Consuetudo est al-  
tera natura: & hæc super cor tuum tanquam  
grauissimum onus se debet, quæ non finet, vt  
cor tuum in ipsum Deum eleues. ¶ Quartò  
in illa hora aliquo modo diuino auxilio desti-  
tueris: & acris à dæmone tentaberis. Primū  
ex parte Dei nobis dicit sapiens. Vocari &  
renuistis, ego quoque in interitu vestro ride-  
bo, cum id quod timebatis aduenerit. Cum  
irruerit repente calamitas & interitus, quasi  
tempestas ingruerit, quādo venerit super vos  
tribulatio & angustia. Tunc invocabunt me,  
& non exaudiam &c. Quia peccatores in vi-  
ta noluerunt consilijs & vocibus Dei acquie-  
scere: ipse Deus in hora mortis subtrahat il-  
los, & nō exaudiet. Nā vt Augustinus ait: hæc  
anima durescens percutitur peccator: vt mo-  
riēs obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei.  
Vnde etiā apud Hieremiam ait Dominus. Cu-  
rauius Babylon & non est sanata: ecce relin-  
quamus eam. Secundo tunc acris tentaberis:  
quia sæpius aduersarius noster, quem in vi-  
ta modo non potest superare, alia vel alia die  
de eo triumphat. Sed quem in morte perdit  
nunquam iterum lucrari potest: & ideo in il-  
la hora tot acerrimis tentationibus, tot falla-

*Eccle. 8.**Iob. 20.**Prou. 22.**Hiere. 13.**Prouer. 1.**Aug. ser. in  
nocentium.**Hierem. 51.*

ciji

ciji & rechinis vititur, vt tentationes, quæ in  
hac vita nobis contingunt, cum illis collata,  
nomen tentationis non merentur. Si igitur  
cū incolumis es, & optima valitudine frues,  
non potes vel leui tentationi resistere: quæ fi-  
ri poterit, vt cum delictus sis & omni mente  
carens grauissimas tentationes liber & saluus  
pensis euadere? Quæ nam spes victoriae tibi  
ad esse poterit, si inimici tui potentiores sunt,  
tu vero magis imbecillus & languidus? Mo-  
do cum sanus es, non vis in campo manus cū  
hoste conferere: cum vero infirmus & langu-  
idus, & in lecto multis doloribus circumdatus  
existimas te illum superare? Cum igitur ne-  
scias an crastino die hoc prælium debeas ag-  
gredi, consilio saluberrimo Saluatoris tui ac-  
quiesce, qui his verbis monet, vt semper vi-  
giles: quia qua hora non putas filius hominis  
veniet. Psalmista domino ait. Non est in mor-  
te qui memor sit tui in inferno autem quis  
confitebitur tibi. viuens viuens ipse con-  
fitebitur tibi. In vita pœnitentiam age: &  
audi Sapientem, qui dicit. Memento creato-  
ris tui in die iuuentutis tuæ, antequam veniat  
tempus afflictionis tuæ & anni, de quibus di-  
cas. &c. Bene quidem cognoscitur, pœniten-  
tia, quæ in hora mortis fit sæpè numero fallam  
esse & nullius momenti: quandoquidem si  
isti infirmi in pristinam valetudinem resti-  
tuuntur aliquando in antea acta peccata se cõ-  
uertunt, & iniurias quas pepercerunt, repo-  
sunt. Nam si propositum talis pœnitentiæ fir-  
mum & constans esset, non ita facile in pœni-  
mos ante actos mores dilaberentur. Necessi-  
tas cogit illos, vt virtute vtantur. Si cum pec-  
care non potes, peccata relinquis: merito di-  
ci potest, quod peccata te ipsum deseruerūt,  
non tu illa. Nam quando mercator merces  
proicit in mare, coactus iacit & inuitus. At si  
postea serenum & tranquillū mare fuerit, cu-  
rat illas extrahere: neque principio illas in ma-  
re proijceret, nisi in tanto periculo esset cõsti-  
tutus. Ita isti compulsi necessitate in articulo  
mortis ad pœnitentiam se conuertunt: cum  
cor suum tradiderint huius mundi vanitati-  
bus. Mortis timore bona aliena restitunt, &  
alia pia opera exercent: at si ægritudinem eua-  
dunt, ad priora peccata se cõuertunt. Vix  
fieri potest, vt cum peccator inferno sit pro-  
pinquus magis Deum, quam ipsum infernū  
memoria recolat. Si mente non est destitu-  
tus, clarè cognosces quibus tenebris cæcitas  
sis inuolutus, si mortem expectas, vt pœ-

*Psal. 6.  
Esai. 38.**Eccle. 12.**Lege Greg.  
lib. 12. Mo-  
ra. ca. 18.*

nitentiam agas. Omnis ille qui pœnitentiam  
in crastinum diem protendit, in ipsam horam  
mortis protendit, cum nesciat an futuro die  
sit moriturus. Si dominus, cum tu non cogi-  
tas, est venturus, non est cur differas pœni-  
tentiam: sed vt statim incipias te ipsum mace-  
rare, & lachrymis conficere. Nūc quippe Chri-  
stum parentem piū, dulcem sponsum, sua-  
uem & benignum dominū inuenies: in mor-  
te vero iudicem acerrimum, iustitiam diuinā  
& illatarum iniuriarum arctissimum execu-  
torem. Quod quidem exemplo tibi ostendā,  
Nam si licem ageres in iudicio, & ille, quem  
aduocatum constituisti, in illa hora qua feren-  
da est sententia, matrem regis iudex desig-  
naretur, si ad illum accederes, disturus, Do-  
mine nunc est tempus, in quo debes mihi fa-  
uere, tuum auxilium imploro, te ipsum aduo-  
catum & fautorem exposcilo: statim ipse tibi  
responderet: ea quæ petis, minime possum fa-  
cere, nam ecce quomodo nunc à rege in iudi-  
cem sum cõstitutus, & vt in index de causa sen-  
tentiam sum laturus, non autem vt aduoca-  
tus. Nonne huius rei magna tristitia & mæ-  
ror animum tuum subiret? Nunc igitur cum  
Christum aduocatum habeamus, iuxta illud  
Ioannis, Aduocatum habemus apud Patrem. *1. Ioan. 2.*  
Dominum Iesum: in meliorem mentem re-  
deamus & vigilemus: quandoquidem nesci-  
mus, an in hora mortis iudex severissimus no-  
bis futurus sit. ¶ Tertiò diximus præcipue ef-  
se aduertendum, id quod dicit. Quia qua ho-  
ra non putas filius hominis adueniet. No-  
luit Deus vt horam mortis scirem? Cur hoc?  
Primò quia voluit, vt nescientes horam mor-  
tis, semper rectè & sanctè vitam ageremus.  
Et quòd nobis non manifestet, quando mori-  
turi sumus, innuere voluit, quòd semper  
debemus intelligere iam iam vitam nostram  
finitū: siquidem cum certum tempus non ha-  
beamus, eam horam, qua nunc viuimus, extre-  
mam debemus computare. In hoc, sicut in re-  
liquis, quæ Christus nobiscum operatus est, *lib. 12. Mo-  
ra. ca. 18.* benignè & misericorditer se habuit. Ignoran-  
tes horam mortis: mundioribus & syncerio-  
ribus animis viuimus. Nam si cum homines  
ignorent, an hodie sint morituri audent in  
peccato viuere: quid facerent si certo scirent  
longæuam & diuturnam vitam habituros?  
Solet enim contingere vt si nobilis aliquis lu-  
do in nocte se deat: famuli eius alij dormitè-  
ant, alij verò per ciuitatem diuagantur: ita vt cum  
dominus à ludò surgit, nullus adest, qui facere  
accen



accendat, neque qui ipsum comitetur. Clamat statim Dominus. At, at serui. Tamen nullus respondit, usquequo cum iam habeat caput fructum tantis vocibus, venit minimus omnium famulorum ferè somno sopitus cū face incensa. Respondens obsecro: si isti famuli cum nesciant, quando dominus sit illos vocaturus, alter in ciuitatem abiit & alius dormit: si hi certo scirent herum usque ad certam horam non de illis percontaturum, nonne melius & libentius abirent? Aliquis tamen erit, qui cum nolit à domino reprehendi, expectabit: si quidem nescit qua hora sit vocandus. Ita Deus noluit certam nostræ mortis horam nos habere, nè per peccata ab ipsis consortio & amicitia fugeremus: nihilominus tamen multi sunt, qui pestime & iniquè viuunt, & deteriores sint dicentes, in ultimo mēse vitæ meæ ad poenitentiam me conuertam: nunc autem flagitijs & peccatis me tradam: quod forsitan modo non audent facere, timentes ne in ipsis moriantur. Præterea si homo sciret, quando moriturus est: vel sciret se statim moriturum, vel ad certum quoddam tempus. Si sciret se statim moriturum: poenitentia in illo tempore facta periculosa esset, & de qua dubitari posset. Si vero sciret post longum tempus trā factum esse moriturum, tunc maiorem occasionem peccandi sibi assumeret, differens poenitentiam in illud tempus. Ambo quidē grā dia sunt inconuenientia tuæ salutis: nam breuis poenitentia, & vana dilatio dua res perniciosissimæ sunt tuæ conscientia. Quocirca suaui ille omnium rerum conditor voluit sua admirabili prouidentia, vt hora mortis tuæ incognita tibi esset & occulta: vt ab his duobus maximis periculis te ipsum liberaret, & vt semper sobriè viueres & castè, & sanctis institutis vitam componeres. Si diē mortis designaret, temporis securitate magis atque magis ipsi peccata multiplicarentur. Tertio voluit nobis occultare horam mortis, vt vilitati communi & non solum propriè viueremus, proximorum obliti, & nostra tantum curantes. Quarto si egrotans homo sciret infirmitatem illam non esse vltimam, non vtique de peccatis confiteretur, nec sacramenta acciperet, nec sanctos in suum auxiliū inuocaret, nec facta celebrari iuberet: nec multa alia opera pia, quæ infirmorum causa sunt. Omnia hæc bona opera cessarent, si certo habere tur, infirmū illum ex tali agitudine non moriturum esse. Multi nanque grauioribus infir-

mitatibus affectis, sua peccata confitentur, & in Deum conuertuntur, cum credant, se morti esse proximios: quod non facerent, si sciret illam non esse vltimam agitudinem. Quinto noluit Deus hoc nobis esse notum propter humanam consuetudinem & tranquillam & quietum modum viuēdi. Nam si homines sciret se per multos annos victuros, odia, iras, & inimicitias suas prosequerentur. At vero si breuiter scirent finem suæ vitæ imponendum esse, melancholici, & mæsti vitam degerent: & proximis suis molesti essent, graues, & incommunicabiles. Atque ita vtrique communem pacem destruerent: totius reipublicæ & humanam conuersationem. Denique Deus non solum nos condidit ad hoc vt in vltima hora ad ipsum conuerteremur: sed reuera, vt totam vitam in ipsius obsequio consumerem, neque quidquam committeremus, cuius postea opus esset nos poenitere. Aspice igitur quomodo in hoc dominus, vt in reliquis omnibus nostram vtilitatem & commodum respicit: & ita voluit incognitam esse nobis horam mortis nostræ, vt semper parati & vigilantes essemus. Ideo ait. Estote parati: quia qua hora nō putatis filius hominis venier. At tantum inualuit malitia multorum hominū, quod id quod Deus fecit, vt eos à peccatis se gregaret, idem ipsi assument in occasionem, vt deteriores & peiores sint. Boni namque cum considerent se ventura hora ex hac vita migrare posse, à peccatis se abstinere: mali vero deteriores facti, dicunt. Comedamus & bibamus, quia cras moriemur. ¶ Obserua autē quod Christus vocatur hic filius hominis, quia naturaliter dicitur filius hominis, quia natus erat ex matre, non habens patrem hominem. Et sic ex homine, & non ex hominibus dicitur: ad differentiam eorum, qui in scripturis dicuntur filij hominum. Quemadmodum enim Christus est filius Dei modo quodam singulari, quia singulariter vocatur filius Dei, vt singularis indicetur filiatione: alij autē in plurali filij Dei, vt communis generatio significetur: sic etiam singulariter filius hominis vocatur, vt videatis singularem modum filiationis, quia non ex vi feminis conceptus fuit, sed ex Spiritu sancto. Neque carnè acceperit peccati, sed similem carnī peccati innocentissimus & idoneus ad expiandum peccatum. Sed de his satis. Ad contextum. *Ast autē ei Petrus. Domine ad nos dicitis hæc parabola, an ad omnes.* Dixerat Iesus parabola de seruis expectantibus

tibus dominum adiuncta alia parabola de patre familias non vigilante: Petrus autem cum sciret se, & alios condiscipulos electos fuisse ad officium patris familias: dubitabat, an hæc parabola quæ in vltimis verbis ad ipsos spectabat, esset eis propria: an omnibus communis. *Dixit autem dominus.* Non præcipue responderet ad factam questionem, sed in doctrina adhuc persistit: quoniam instruit Petrum, de differentia inter electos ad pastorem officium, & reliquos alios, & quoad meritū & quoad premium: similiter etiam quoad crimen & poenam. Ex quibus facile intelligi potest dictam parabola secundum proportionem communem esse omnibus cum differentiæ premio acpona. Et subdit dicens. *Quis putas est fidelis dispensator.* Ach diceret. Prædicta parabola ad omnes pertinet: sed ista ad vos meos discipulos specialiter pertinet, quos dispensatores officio: cum vos alios ad regendum, alios verb ad danda consilia & documenta præficiam. Ideo quero. *Quis putas est, &c.* Non ex ignorantia querit, sed vt ostendat, quod paucissimi sint tales prælati fideles & prudentes: si ille, de quo Sapiens dixit. *Qui non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris.* Ideo interrogauit. *Quis est hic & laudabimus eum?* Rarus est talis diues, & paucos inuenies tales prælatos. Particula autem interrogatiua, quis, nō pro re impossibilis sed pro difficili (vt Hieronymus ait) frequenter accipitur in factis literis. Et sic ipse Hieronymus exponit hunc locum. Hoc est. Pauci serui fideles inueniri possunt. Sic intelligitur illud. Leo rugiet, quis non timebit: Et illud. *Quis ascendit in montem domini, aut quis stabit in loco sancto suo?* Et Paulus. *Quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et apud Oseam. *Quis sapiens, & intelliget hæc?* Si de hac re plura videre desideras, lege Origenem & Hieronymum. ¶ Præterea Christus in his verbis conditione assignat boni prælati, quem dispensatorem vocat fidelē, atque prudentem. Hæc & singula, quæ dicit animaduersione sunt digna. Primum dicit, quod sit fidelis dispensator. Officium prælati à dispensatione nominauit: vt intelligant prælati officium suum non in agendo pro libito, sed in dispensando consistere. Videant etiam prælati quod Christus eis imponit nomen dispensatorum: vt intelligant se dispensatores esse bonorum & reddituum Ecclesiasticorum. Fidelitas etiam requiritur: vt ea, quæ sunt domini, non in suos usus & vtilitates conuertantur

vt dominum suum incolumem & liberum in honore conferuent: ita vt pro ipsius honore semper vigilent & defensione, quæ omnia necessaria sunt seruis fidelibus. Est igitur fidelis dispensator, qui non quod suum est querit, sed quæ Iesu Christi cuius vices gerit: quod que cedit in ædificationem & augmentū Ecclesie, in cuius gratiam sibi omnia commissa sunt. Iustus nanque dispensator semper præ oculis habet præcepta & instructiones committentis. Gloriam Dei querit, non suam propriam. Hæc autem si in fidelis seruo & dispensatore requiruntur: merito dicemus cum Diuo Paulo. Iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Rarum esse putabat Paulus dispensatorem, qui fidelitatem suo domino seruaret. Plerique enim sunt qui fraudem faciunt: dum querunt quæ sua sunt non quæ sunt Iesu Christi, & celeste & diuinum mysterium in vltimū terreni lucri conuertunt, nec salutem proximorum sed propria commoda querunt: Ad salutem proximorum curandam negligentissimi sunt: ad redditus vero & vectigalia exigenda diligentissimi. Debitores suos opprimunt, in carcerem detrahunt, & excommunicant: si tamen in peccatis eos viderint, negligunt: nec illos admonēt, nec corrigunt: Si illos in angustia, aut tribulatione aliqua videant constitutos, contemnunt, & negligunt: cum tamen deberent eos consolari, & reficere. Quod officium est prælatorum, sicut dominus Petro dixit. Tu autem conuersus confirma fratres tuos. Hi non fideles dispensatores, sed lupi rapaces dicendi sunt: & quia istorū maior est numerus inquit Paulus. Iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. ¶ Præterea in administratione rerum temporalium oportet vt fidelis sit dispensator pauperibus, orphanis & viduis. Vnde beatus Paulus, qui in præfatione omnium suarum Epistoliarum solebat dicere, Gratia vobis & pax: scribens Timotheo, qui Episcopus erat Ephesi, inquit. Gratia, & misericordia, & pax. Timotheo quia Episcopus erat, misericordiam commendauit: quia præcipuum munus Episcopi est esse misericordē & piū erga egenos & pauperes. Sed iā nunc aliqui in tantam infidelitatem peruerunt, vt non solum non pauperibus sua bona tribuant, sed velint ab illis ditari. De his cōque rebatur Deus olim dicens. *Quis est in vobis qui claudat ostia mea, & incedat altare meū gratis: quod quidem ad infidelium dispensatorem*

1. Cor. 4.

Philip. 2.

Eccle. 31.

Hi er. super Naum. c. 3.

Psal. 13.

Roman. 7.

Orig. hom. 18. Numc.

Hieron. Amos 3. Zach. 4. Et in Epistola ad Mnerium.

Esa. 22.

Psal. 4.

Luca 22.

1. Cor. 4.

Malac. 1.

torem pertinet: cumque ad lucrum magis & proprium commodum respiciant, & non ad obsequium Dei non oves pascunt, sed eas dilaniant, & comedunt. Cum filij Israel offerrent plaustra Mosi, dixit dominus ad eum. Cape ab eis. Vide quomodo à populo non audeat illud recipere sine domini licentia. Et quis nunc quæso ministrorum Dei tam fidelis est, ut oblata sibi respuat? Iste vero necessaria non receperit plaustra, nisi dominus imperasset. Denique, ut vno verbo concludam ille fidelis dispensator est, qui sibi soli honorem non usurpat, qui tyrannidem non exercet, qui recta intentione & non propter temporalia ministrat, qui potestatem spirituales sibi non adscribit: & denique, qui rem domini non negligit. Omnia autem hæc colliguntur ex intentione beati Petri, cum inquit. Seniores qui in vobis sunt obsecro pascite qui in vobis est gregem Dei providentes non coactè sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntariè: neque dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. ¶ Secundo ait dominus quod sit prudens. Prudentia nanque dicitur scientia operandorum: nam sapientia pertinet ad intellectum, prudentia vero ad ea, quæ sunt agenda: atque ideo non solum prudentia est lumen illuminans intellectum, sed etiam calefacit affectum: non solum ostendit quid, quando, & qualiter sit agendum: sed etiam mouet voluntatem, ut apperat bonum post iudicium, & ut fugiat malum. Vnde vsus scripturæ & vsus communiter loquentium habet, ut inepti dicantur, qui imprudenter operantur: licet prudenter intelligant quid, & quando & quomodo sit agendum. Vnde in Proverbijs dicitur. Vir prudens dirigit gressus suos. Ideo ad hanc spectat moderare omnes virtutes quia auctrix est earum & ordinatrix affectuum, & motum doctrix. Sine hac curritur in obscuro, nam dum quis magis currit in maiori est periculo, ut frangat caput. Vnde hæc constituit ordinem in alijs virtutibus: ita ut si hæc sustuleris, virtus non est virtus, sed vitium. Hæc virtute maximè indigent prælati: ideo hic Christus bonum prælatum prudentem appellat. Opus est ut prælati res alias corrigat: alias vero dissimulet, tanquam qui non intelligit nec videt. Modo grauem se debet ostendere, ut non contemnatur: alias vero modestum & affabilem, ne arrogans & superbus existimetur. Modo uti debet misericordia, modo verò iustitiam debet exerce-

re: quod totum ipsa prudentia docet, sine qua non beneficium inunus & officium exequitur, etiam si magnis virtutibus sit præditus. Multa enim sunt quæ blandè & moderatione quadam ferri debent: & multa debemus exorare ut subditè faciat, quæ alias iuberi possent. Quando vero hoc sit faciendum, ipsa prudentia docet. Quemadmodum tonsor, qui nouacula tonsurus est barbam, prius eam lauat, & nouaculam acuit: nam alias scinderet & rumpere: ita facit imprudens prælati qui cum velit barbam tondere, hoc est aliquod vitium subditi propellere, tanta asperitate & rigore id facit, ut potius destruat ac scindat: atque ita non corrigit, sed in deteriore mentem subditum prouocat. Prius laua re debes & blandè & misericorditer agere. Et tu subdite vide quòd quando tonsor infans est, tunc te ipsum magis tranquillum & quietum præstare debes. nè te scindat: atque ita dum prælati magis infans fuerit, tu humilior & prudentior existere debes. Solent in finibus prouinciarum speculatores constitui, quoniam hi terram vicinam cognoscunt, & hostes vicinos maiori odio profectantur. Sic prælati optimè subditos cognoscant, & hostes sint hostium animæ, & cum modestia veritatem ostendant: & prudenter regant rem publicam: potius amari, quam timeri cupientes: nam si omnia vulerint timore & asperitate regere, omnia facile euertent. Quemadmodum aqua magni & profundi lacus cum natura sua tranquilla sit, vi tamen ventorum agitur, & commouetur: sic populus est sua sponte mitis sit & quietus, nimia tamen seueritate & asperitate prælati velut violenta procella concitare & perturbare solent. Debet esse prælati quasi plures: quia pluribus consulere debet, & de omnium salute cogitare. Ut in solo capite sunt oculi ut omnia videant, & non in alio membro: sic soli prælato conuenit omnia videre & consulere, & mentis oculis considerare quæ ad rectam gubernationem pertineant. Ideo per Ezechielem dicitur, quòd Cherubim, qui erant depicti in templo, habebant duplicem faciem, alteram hominis, alteram verò leonis: quia prælati debet esse humanus & benignus visus iustis, seuerus autem & terribilis sceleratis. Quibusdam debet humanitatem ostendere: quibusdam vero terrorem incutere. Et hæc omnia prudentia docet. Igitur hæc admirabili prudentia iaduti esse debent prælati: quia non solum

Genes. 41.

Psalm. 40.

Leui. 22.

3. Reg. 6.

Deute. 1.

3. Reg. 3.

Hier. 3.

Eph. 4.

Exod. 18.

Eze. 27.

lum est opus rerum spiritualium gubernatione, sed etiam temporalium: quia non tantum vnus debet tribuere, ut alijs deficiat. Opus est ut seruare sciat, & distribuere: & ut prudentiam similem Ioseph habebat, qui in annos steriles in abundantibus & prosperis congregauit. Prudentia opus est in impartienda elemosyna: nam cæteris paribus potius suis quam extraneis eroganda est: ad quod etiam opus est prudentia: nam confanguinari se ipsos ditare cupiunt tuis bonis & re temporali, & pauperem te efficere celestium diuitiarum. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Cognoscere debes necessitatem tuam discretionem, sine eo quod ipse pauper eam manifestet. Et ideo dixit, intelligit. Denique prælati non debent esse cæci, sed lumine intellectus pollere debent. Et ideo in Leuitico præcepit dominus ne offerretur illi animal cæcum. Animal cæcum est prælati sine prudentia, qui tanquam cæcus in consilijs seipsum precipitat. Vult Deus ut habeat oculos, & videat quod facit, & quid acturus sit: neque ignorans sit & insipiens. Bases templi Salomonis non erant sine Cherubin: ita bases sunt prælati, qui sustinent ædificium spirituale non tamen debent esse sine cognitione & lumine rerum agendarum sed sapientes & prudentes sicut Cherubin. Ideo Moses volens constituere gubernatores populi, dixit Hebræis. Date vobis viros sapientes & gnaros: quorum conuersatio sit probata in tribus vestris. Quod etiam intelligens Salomon non diuitias possulauit, sed prudentiam. Gubernator absque prudentia, est tanquam nauis sine clauo. Et ob hanc causam dicebat dominus per Hieremiam. Introducam vos in Sion: & dabo vobis pastores, qui pascant vos scientia & doctrina. Et Paulus cum loqueretur de officijs Ecclesiæ, quosdam (inquit) dedit Apostolos, quosdam Prophetas, &c. Cum autem loquutus est de prælati, inquit. Alios autem pastores & doctores. Coniunxit doctores cum pastoribus: ut insinuat prælatos scientia debere esse præditos: ut sciant quid agendum, quid ue vitandum sit. Sciat igitur prælati dispensatorem esse & non dominum: & quod fidelis esse debet domino, & prudens in rebus agendis: talis denique, qualis describitur in Exodo, cum Iero dixit Mosi. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus

sit veritas, & qui oderint auaritiam, &c. Prouide, id est, cum magna deliberatione eligere: de omni plebe, id est, absque personarum acceptione: viros: id est, viriles homines, & non pusillanimes, seu effeminosos: sapientes, id est, sapientia & prudentia præditos: in quibus sit veritas, id est, in quibus non sit simulatio, aut hypocrisis: & qui sequantur veritatem, & non inordinatum appetitum. Qui oderunt auaritiam: id est, qui non queat que sua sunt, sed que Iesu Christi, & non accipiant munera. Encænia enim & munera, excæcant oculos iudicis. Principes tui infideles socii futurum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Qui regant populum, id est, verbo & exemplo prædicando & rectè gubernando: ita ut prælati cunctis sit benignus, & emini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus: in aduersis firmus, in scilicibus & prosperis cautus, & omnibus proficiat, & nemini noceat, omni denique sapientia & prudentia ornatus. Lege Gregorium de cura pastorali: & Bernardum de consideratione Eugenium Pontificem. De tali prælato ait dominus. Quem constituit dominus super familiam suam. Abeant impij Lutherani, qui audent dicere Pontifices non esse superiores de iure diuino, sed solum hominum decreto electos. Mentiuntur: imo constituit illos dominus super familiam suam: ipse enim quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Evangelistas, & quosdam pastores & doctores. Nam apud Ecclesiam quantum sit certa forma constituendi prælatos siue per electionem, siue per maiorum decretum, ita ut videantur constitui ab hominibus, tamen à Deo constituuntur, & sic in Actis dicitur. Attendite vobis & vniverso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei. Spiritus sanctus constituit Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei, non homo: & sic Episcopi qui successores Apostolorum sunt immediatam habent potestatem ordinis à Christo, sicut Apostoli: quantumvis auctoritas præsertim quoad iurisdictionem sit à Papa. In quo tu maximè aduertere debes ne dignitatem aut prælatiam fauoribus aut simonia compares. Quæ sunt prælati, quos non constituit dominus, sed ipsi se constituerunt sua ambitione, fauoribus aut pecunijs. Nolo tamè dicere quod talis est non sit verus Papa, aut Episcopus: non tamen

Philip. 2.  
Eccl. 20.  
Esa. 1.

Eph. 4.

Act. 20.

est in tali dignitate Dei voluntate, sed permis-  
sione: quia permittit illos imperare, quos nec  
vult propter populi peccata à dignitate pro-  
pellere. Sic enim ipse ait. Ipsi regnauerunt &  
non ex me. In hoc q̄ dicit, & nō ex me, intel-  
ligit, q̄ non sua voluntate regnant: & ideo nō  
sunt à Deo super suā familiam constituti. Do-  
minus enim debet eligere prælatus, non sua  
manus fauor, tūc q̄; à manu Dei intelligas pro-  
uenire, quando sine tua sollicita diligentia di-  
gnitas tibi offertur: quādo vero eam accepta  
ueris, conuertere oculos ad rationem quam de  
illa es redditurus, & de ouibus tibi commis-  
sis. Dixit dominus Moysi. Voluntas mea est,  
vt educaſ oues meas ex Ægypto, & quōd tu  
sis pastor earum. Et respondit Moyses. Quæ  
obsecro in me residet autoritas. Et dixit illi  
dñs. Quid habes in manu tua? Projice virgā  
in terram. Quidquid homo habet à se debet  
expellere. Bonus prælatus rejicere debet ho-  
nores & gloriam quam consanguinei & parē-  
res illi curant. At vero si Deus iubet, per cau-  
dam debet accipere, hoc est per suam. Finis  
officiorum & dignitatum, est arcta ratio, quā  
dominus debet exigere de animabus sibi cō-  
missis. Si Hieremias cūm esset in vtero ma-  
tris sanctificatus, & cūm à domino ad prædi-  
candum mitteretur; ferē tantum onus recu-  
savit dicens. A, A, A. domine nescio loqui.  
Magna quidem est audacia vt velis tu digni-  
tatem sollicitè curare, & acquirere, &c.  
¶ Obserua autem quod dicit, super familiam  
suam. Non inquam super familiam Episco-  
pinon constituit cum super nepotes, cognat-  
os aut consanguineos suos: sed super fami-  
liam suam, scilicet domini. Familia enim do-  
mini nostri Iesu Christi sunt pauperes fideles;  
paruuli, pupilli, infirmi, &c. Super hos coasti-  
tuitur prælatus, hos pascere debet, sustentare  
& curare. At quantos nunc videbis, qui solam  
curam suæ familie gerunt: non erogant quod  
habent Christi familie, sed suæ. Sed si hoc so-  
lum contingeret in bonis temporalibus, non  
tam graue malum esset: at conferunt benefi-  
cia Ecclesiastica suis, soluentēs laborem: &  
dando illis beneficia curata. Hoc Romæ face-  
re consueverunt aliqui Cardinales & Episco-  
pi, qui seruis suis & milionibus beneficia Ec-  
clesiastica tribuunt, nec quarunt homines  
doctos & studiosos, sed suos familiares. Sed  
iam vteris. *Vt de illis in tempore tritici men-  
suram.* Vt det (inquit) illis. Quibus his qui  
sunt de domini familia, de quibus modo lo-

quuti sumus. Sed iam non tribuunt nisi di-  
uitibus, à quibus sperant aliquid accipere.  
At cūm prælati modo debent esse sicut sol,  
efficiuntur veluti luna. Nam luna non illumi-  
nat, nisi ea parte, qua recipit lumen à sole.  
Ita multi prælati non bona conferunt nisi  
eis, à quibus sperant aliud maius sibi euentu-  
rum. At que ita (Deus est testis me non men-  
tiri) me vidisse in curia Hispania Regis Phi-  
lippi, aliquos amicos Regis à prælatis multa  
dona, diuitias & pecunias accepisse, vt Talio-  
nem possent illis rependere: & vt sic hac via  
amicitiam Regis possent sibi conciliare, vt  
ad maiores dignitates & officia promoue-  
rentur. Alij pascunt semetipsos, quod Eze-  
chiel plorat. Vt pastoribus, qui pascunt  
semetipsos. Nonne oues à pastoribus pascun-  
tur? Officium autem boni pastoris est, vt  
det familie domini: & quod oues suas pascat  
doctrina & exemplo, & eleemosynis: tri-  
buens ouibus Christi tam bona spiritualia,  
quam temporalia: nam ad Episcopum per-  
tinet alere pauperes, & ministrare eis de sub-  
stantia sua. Oportet Episcopum esse hos-  
pitalem: alienam inopiam, propriam debet  
existimare: quod si hoc non præsiterit, non  
est dignus Episcopi nomine. Et ad Titum  
Apostolus ait. Oportet Episcopum sine  
crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non  
turpis lucri cupidum, sed hospitalem & be-  
nignum. ¶ Dicitur autem in tempore, quia  
cūm oporteat, vt iste dispensator sit prudens  
ad prudentiam spectat modum disponere  
circa actiones: quia est ratio recta agendo-  
rum: & ideo qualitas cibi, quantitas, & tem-  
pus cibationis considerari debent. Porro de  
cibo spirituali, quod est verbum Dei etiam  
considerandum est, quod detur suo tem-  
pore tritici mensura: hoc est, vt prædicet &  
doceat prælatus iuxta captum auditorum,  
aliquando subtilia, aliquando plana. Sic Pau-  
lus simplicibus & rudibus dicebat. Ego nō  
potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed  
tanquam carnalibus: tanquam paruulis in  
Christo lac dedi, potum, non escam, &c.  
Dandum est triticum ad mēsuram, id est, iux-  
ta capacitatem vniuscuiusque. Inspicientibus  
non dicenda altissima, sed ea tantum, quæ  
facile possint capere. Sapientibus etiam non  
sunt dicenda vulgaria & trita. Sic Paulus.  
Sapientiam loquimur inter perfectos. Consi-  
derare autem tempus, mensuram, & alia huius  
modi pertinet ad prudentiam ministri: sine  
qua

Ezech. 34.

1. Tim. 4.

Tit. 1.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

quæ fidelitas partum proderit. Ideoque tam in  
cibo spirituali doctrina, quam in cibo corpo-  
rali considerandum est: tempus, & necessitas,  
& qualitas subditi: & sic in tempore conue-  
nienti oportet dare vnicuique mensuram iux-  
ta intellectus ipsius capacitatem, vel de cibo  
corporali iuxta mensuram & inopiam: ita vt  
vnicuique prudentes prouideatur. *Beatus ille  
seruus, quem cū venerit dominus inuenit iudici-  
entem.* Id est, cum in morte Christus venerit,  
beatus efficitur. Tales enim non solum sim-  
pliciter erant beati sed etiam habebunt mag-  
num beatitudinis gradum: nam vt Paulus ait,  
Quibene præsent, duplici honore dignifunt.  
Obserua autem q̄ nō dicit ita fecisse sed ita fa-  
cientē: quia nō satis est q̄ aliquando bonus fue-  
rit, & rectè prædicauerit, & eleemosynas fue-  
rit largitus: sed opus est, vt semper talis sit, &  
perseueret in bono incepto, vt cum dominus  
venit in hora mortis inueniat illum sanctis  
operibus intentum: quod fieri non potest nisi  
semper firmus & constant in rectitudine vite  
perstiterit. Multos videbis senes, qui seiplos  
laudant, bona quæ in adolescentia fecerunt,  
iuuenibus narrantes: cum tamen in senectute,  
quam actionibus sanctis deberent consu-  
mere, auari sint, cupidi, male dicit, & ambitio-  
ne pleni. Iuuenes non videntur, quæ tu in ad-  
lescentia vel iuuentute fecisti, sed quæ modo  
agis: & iuxta eaque modo vident, ante actam  
vitam iudicant. His enim præsentibus virtu-  
tum exemplis alios moues & doces. Quocir-  
ca non satis est, aliquando bonum fuisse, nisi  
vt strenuus & magnanimus miles vsq; in fi-  
nē perseueraueris. *Beatus itaq; ille est, quem  
dominus sic inuenit facientem, quando ve-  
nerit siue in iuuentute siue in senectute: qua-  
lem te inuenit, talem te iudicabit.* Et quid  
faciet senex prudenti & fideli, quem sic inue-  
nerit? *Vere dico vobis quoniam super omnia, quæ  
possides, constitui illum.* Quicūque ad vitam  
æternam transferitur, constituitur super om-  
nia bona domini, quia diuina essentia fruitur:  
quæ omne bonum est. Cogitari nec dici po-  
test quale & quam diuinum & admirabile il-  
lust bonum sit. Sed hoc omnibus: qui defertur  
in beatitudinem conuenit, siue sint prælati  
siue non: sed tamen Christus bonis & san-  
ctis prælatis qui munus suum in hac vita re-  
ctè exercuerunt aliquid aliud his promittit,  
preter id omnibus concessum. Habebunt  
enim isti excellentiore gradū gloriæ nempe  
auricolam & coronam doctoratus: nā boni

prælati officium est, docere, vacare orationi,  
lectioni, & doctrinæ. Episcopi proprium mu-  
nus & officium est docere. Vnde curam rei  
familiares, & negotia secularia debent alijs com-  
mittere. Et ita Apostoli dixerunt. Non est nobis  
bonum relinquere verbum Dei: & mini-  
strare mensis. Quo circa elegerūt septem dia-  
conos, qui hæc facerent. Et præter auricolam  
habent aliquid excellentius in premio essen-  
tiali, quod consistit in excellentiori gradu vi-  
sionis quia magis meruerunt, cum plura cha-  
ritatis opera edat bonus prælatus, quam sub-  
ditus. Ideo de solis prælatis dicit. Constituet  
eum super omnia bona sua. Sed de subditis  
dixit in parabola præcedenti, quod præci-  
get se, & faciet illos discumbere, & transiens  
ministrabit illis. Maius est autem quod ser-  
uus maneat super omnia bona sua: quam q̄  
semel dominus transeat, & ministret seruis.  
¶ Oportet igitur, vt status prælatorum in ter-  
ra conformis sit, illi, quem habituri sunt in cœ-  
lo: vnde sicut in Ecclesia militanti est sum-  
mus, sic erit in Ecclesia triumphanti. Nam si-  
cut quia Christus saluandi homines munus  
accepit, meruit sibi locum super omne princi-  
patum & potestatem: ita prælati qui functio-  
nem saluandi homines suis humeris impo-  
suerunt, constituantur super omne principatum.  
Nec aures tuas offendere debet, id quod dici-  
mus, scilicet quod prælati subeant munus sal-  
uandi homines: eam Paulus dicit, Omnia fa-  
ctus sum omnibus, vt omnes ad me traham.  
Et alibi. Si quomodo ad, emulationem pro-  
uocē carnem meam, & saluos facias aliquos ex illis.  
Igitur munus generandi filios Christi, nutrie-  
di & saluandi, nec Angelis datum est ideo super  
Angelos est. ¶ Obserua q̄ non dicit hoc cū iu-  
rameto, sed affirmans Christus, ait. Verè dico  
vobis. Non dicit. Ego iuro vobis per Deum,  
sed ego vos certos facio: quod mirandum qui-  
dem est, cum in re tam graui, & tanti ponde-  
ris & momenti loqueretur. O quam pessima  
& execranda est huius nostri temporis con-  
suetudo, ita vt in re leuissima homines mille  
iuramentis vtantur: & pueri etiam incipien-  
tes loqui, nihil affirmant nisi nomine Dei in-  
vanum assumentes. Nabuchodonosor cum  
vidisset, q̄ Deus liberasset ab igne Sidrac,  
Misac, & abdenago edictum iussit diuulgari,  
vt nemo nomen Dei Israel blasphemaret. Si  
Rex ille Gentilis hoc iussit, quare Principes  
& reges Christiani hoc non percipiunt mag-  
nis poenis impositis: quādo quidem ma-

Amb. li. 1.  
officio. c. 1.  
Act. 6.

Eph. 1.

1. Cor. 9.

Roma. 11.

Dan. 3.

P 2 iora

Ose. 3.

Exod. 3.

Hiere. 1.

iota miracula illo quotidie Deus facit, &c. Haecenus loquutus est dominus de bono praelato & de ipsius premio: nunc autem de malo praelato & poena ipsi insidenda disserit, dicens. *Quid si dixeris seruis illis in corde suo. Moran facit dominus meus venisse, &c.* Dicit se de siderato, si fieri posset, ut nunquam mors adueniret nec vitia & peccata huius serui mali illud vnam est, quod existimare se diu vitam ruri: quod quidem quam vandum & stultum sit, satis ostenditur; cum quotidie videamus iuuenes mori; & sepeliri: O quor & quanti sunt iuuenes, qui iniqua opinione falsi existimant longam vitam habitare, & dicunt. Moram facit dominus meus: & sic poenitentiam differunt in seculum. Sic virgines factae perierunt. Et cum hanc vanam fiduciam conceperit, vide quid faciat. *Et cepit percutere seruos: & ancillas, & edere & bibere, & inebriari.* Seruus ille malus eo quod longae pota vita sibi promittit, in malam administrationem defuit, in qua omne flagitium & peccatum includitur. Postquam tamen Christus duo, quae praecipua sunt: scilicet superbiam, & luxuriam, ad quae caetera reducuntur. Primum autem, id est, superbiam per seruorum concussione designauit: ut inquit dicitur Augustinus. Luxuriam autem ostendit, dicens. *Cepit edere, & bibere, & inebriari.* Cum percutit seruos, velut dominus in illos animaduertit, cum non sint eius serui: sed ipse sit confertus eorum. Et ideo per Matthaeum dicitur: quod cepit percutere confertos suos. Istud autem ad praelatos pertinet: quia licet constituantur a Christo super plebem non tamen subditi desinunt esse serui Christi: & ipsi, qui eis praesunt non sunt domini illorum, sed conferti. Sic dicitur in Ecclesia Aethio. *Rectorem te posuerunt, noli extollere quia hoc magno vitio praecipue laborant: praelati enim esse percussorem, sed modestum.* Percutit autem eos suo malo exemplo cum scandalizando damnat conscientiam subditorum. Ait namque Paulus. Sic autem peccantes in fratres & percutientes conscientiam eorum infirmam. Percutunt etiam praelati subditos multis censuris & excommunicationibus, praecipit, constitutionibus, & comminationibus: ita ut non possint ulterius progredi, neque in bono proficere. De his per Ezechielem inquit dominus. *Vt vobis, qui curam*

potentia & maiestate imperabatis. Multo nunc iuuenes in Ecclesia Dei ita arrogantes & superbos, ut non eos existimes pastores sed tyrannos: & dominos: qui potius mores referunt Leonum & Tygridum, quam praelatorum. Non est opus ita arcum irondere, ut frangatur: nec subditos ita vexare, & opprimere, ut nequeant crescere, nec proficere. *Quod Christus his verbis voluit innuere: scilicet quod praelati superbi ita vexant subditos, ut non sinant illos in virtutum exercitio crescere. Et ut similitudine diui Anselmi utar: si plantam arboris in horto tuo plantaueris, & ramos illam ita ex omni parte concluderes, ut ramos suos nullatenus extendere posses: eum eam post annos excluderes; quales prae ramos extendes? Profecto inutilis arbor rugosa; & gibbis plena ramis sua incuruis perplexa. Hoc faciunt multi praelati & magistri & pastores subditis & filiis suis: qui plantati sunt in horto Ecclesiae: ut crescant & fructificent Deo. Sic adeo illos minis terroribus & flagellis comprimunt, ut nullatenus liceat eis libertate potiri. Atque ita inepte oppressi praeuasi & spinati more perplexas cogitationes in se congerunt, fouent, & nutriunt. Vnde fit, ut cum nihil amoris, nihil pietatis, beneuolentiae erga se in illis sentiant: nec subditi alicuius boni in illis aut grati operis, sed omne odium, impietatem & maleuolentiam aduersus illos concipiunt. Dum corpore cresunt, crescit etiam in illis timor, & inuidia, & omnis suspicio mali. Huius rei causa superbia est, & crudelitas, quam multi praelati aduersus subditos exercent: in causa enim sunt, ut subditi imparientes sint, & ut ira & furore commoueantur, cum non possint ferre grandia onera, quae illis imponunt. Et sepe sepius videbis, quod praelati haec cum subditis facientes, se ipsos biades, lautae & pie tractant: ipsi secundum suam libidinem comedunt, & bibunt: volunt autem subditi ieiunare, & se poenitentiam conficiant. Semper ego id sum expectus: eos homines, qui asperam & poenitentem vitam degunt erga subditos blandos, modestos, & pios seipso ostendere. E contra vero, qui sibi indulgent pro genio, & vitiosi & profani sunt: erga subditos legum & praepceptorum obseruantissimos exhibent. Aspicite obsecro diuini Baptistam: qui tam sobriam & asperam vitam agebat, qui cilicinis pollibus induebatur, erga publicanos & peccatores mansuetus & blandus erat. Et ita loquutus est illis di-*

Math. 23.

Ans. lib. similitud cap. 177.

Math. 3. Luc. 3.

Dan. 4.

lis dicens. Qui habet duas tunicas, det vnain non habenti. Et militibus dixit. Contehi esto te stipendijs vestris. Non dixit. Non carnes comedatis, nec vinum bibatis, nec in lectulis cubetis: siquidem haec omnia ego facio: sed blande & modeste illis fuit loquutus. E contra vero Pharisaei grauisima onera humeris hominum imponebant: sed ipsi nec digito ea ferre volebant. Atque ita Christus in hoc loco conuincit vexationem & percussione, quas praelati exercent cum eorum cibo & potu, & cum blanda vita: quia alterum ex altero nascitur & proficitur. Hinc enim euenit ut praelati subditos vexent & opprimant: quia scilicet belluones, profani, & vitiosi dediti sunt. Sed ut intelligant tales praelati id non sine animaduersione praeterendum esse, audiunt qua poena sunt puniendi. *Veniet dominus seruus illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum.* Malus praelatus, quasi securus de longa vita animum suum ad male administrandum applicat: quasi postquam diu vacauerit delicijs, poterit breuiter ante mortem poenitere. Sed toto errat caelo: quia cum putauerit tempus sibi esse quietis, superuenit subito mors, quando non erit tempus poenitentiae: quia vt iam ostendimus poenitentia in hora mortis difficilis est. Si quis toto tempore suae vitae gratiam Dei sperauerit, & Deum pulsantem ad os suum non auerit, forte in extremo vitae illa non habebit gratiam, quam toties contempserit, & recusauerit. Et forte tam subitane & repentina veniet mors, ut non sit locus neque aliquid de ipsa poenitentia cogitare. Illud vero quod dicit, quod diuidet eum: non est intelligendum, quod eum gladio discabit: sed quod a consortio sanctorum illum diuidet, & separabit. Nam cum malus praelatus in vita sanctis viris & alijs esset praepositus, & ideo cum sanctis communicabat: merito post mortem a bonis segregabitur, & non cum eis in gloria erit conuictus. Et quod deterius est, a Deo poena damni separabitur: quae quidem poena iuxta Theologorum sententiam maior est omni poena. Illa enim poena maior est, in qua maius malum inest, & plus inuenitur de ratione mali in causa, quam in effectu. Diuidetur itaque in morte anima eius a corpore, diuidetur a consortio beatorum, & a fructu diuinae essentiae: quod infelicissimum & grauissimum malum est. In libro Danielis Propheta legitur Nabuchodonosor Regem vidisse arborem magnam, & subter eam habitabant animalia & bestiae, & in ramis eius

conuerfabantur volucres caeli, &c. Daniel interpretatus est per illam arborem significari ipsum regem magnam, superbum, potentissimum & diuitem. Plurimos & nunc inuenies praelatos similes Nabuchodonosor praesertim in nostra Hispania, quae ditissimos habet Episcopos: arbores in qua magnas cuius cacumina ipsam caelum tangunt, subter ea animalia multa & bestiae. Sub vmbra pinguium & magnorum reddunt ipsi Episcopi, non videbis multos homines doctos congregatos, non studiosos & sapientes: sed animalia bruta, hoc est homines ignorantes, insipientes, & nulla bonarum artium scientia praeditos. Ita ex redditibus praelati magna multitudo bestiarum alitur: scilicet tot famuli, & serui, tot muliones, & alij multi qui solum intenti sunt luxuriae & omni vitiorum generi se committunt. In ramis eius conuersabantur volucres caeli. Passerculi qui suauem harmoniam & concentum efficiunt per ramos altos ipsius arboris saltim: hoc est parasiti & adulatorum qui suauiter & dulciter auribus praelati concinunt, & secundum palatum ei loquuntur: hi, inquam, sunt qui maximam familiaritatem & amicitiam cum praelato habent, qui fructus maturiores & salubriores comedunt quique maiora dona & pinguiora beneficia accipiunt. Hi nec latum vnguem a verbis praelati discedunt, genio ipsius indulgentes: quae ipse laudat, & ipsi etiam eadem extollunt: quae ipse vituperat, ipsi etiam vituperant: & denique hi ad viuum referunt personam illius famosi parasiti Gnatonis. Si quid dicit, approbant, si statim ipse reprobat, & ipsi continuo in eandem eunt sententiam. Omnia assentant, is quatuor est nunc multo vberior. Alius etiam Satyricus Poeta hoc genus hominum depingebat. Rides maiore cachino. Concutitur: flet si lachrymas confexit amici, Nec dolet, igniculum brumae si tempore poscas, Accipit endromidem: si dixeris astuio, iudax. Nocte dieque potest alienum sumere vitulum: A facie iactare manus, laudare paratus. Hi denique soli sunt, qui in domo praelati laudem & opiparum epulantur: & vique ad fatietatem inebriantur. Ita viuunt hi, vixis vitia, qui vincit, aduersus autem victum omnes insurgunt: & hi non accedunt nisi ad diuites & potentiores, & ad eos qui magnam amicitiam sibi conciliant. Qui veritatem loquuntur, ab his reiciuntur procul quae admodum ex a cab Micham abhorruit; quia non prophetauit ea, quae ipse volebat. Hoc genere hominum im-

Ysaie. Sat. 3.

3. Reg. 21.

Mat. 25.

Augu. Epi. sola ad Esp. ebium.

Mat. 24.

Eccle. 32.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Ezech. 34.

Ecc. 13.

pletus est mundus. Quod idem satis aptè in scriptura sacra depingitur. Vnde Ecclesiasticus dicit. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perdurunt. Pauper loquutus est, & dicunt. Quis est hic? Et si offenderit, subuertent ill. &c. Sunt veluti echo qui idem respondent, quod loquutus es. De quo Salomon. Resonans de altissimis montibus echo. Si tu canis, etiam canit echo: si ploras, echo etiam plorat. In altis montibus & sublimibus dicit resonare echo: nam adulatoris & parasiti non habitant in domibus pauperum, sed in domibus principum & magnatum. In his altis montibus ipsi resonant, & canunt: & ideo Daniel inquit, quod aues in altum arboris ascendebant: nam hi ad eos, qui in altis & sublimes dignitates sunt constituti, accedunt, & cum ipsis vnà habitant. Sed audi quid de hac arbore subdit Propheta. Ecce vigil & sanctus de celo clamauit. Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestie, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Idem hoc est, quod Christus in hoc loco dicit. Et diuidet eum. Succidite illum in morte: animam à corpore separate, diuidite illum, descendat anima in infernum, & corpus in sepulchrum à vermibus, & bestiis deuorandum. Tunc enim omnes bestie & aues fugiunt: quia solus in sepultura relinqueris: & vnusquisque tuorum per suam viam abiit, tu vero qui magna arbor eras scissus & solo aquatus manebis, & ab eis concubaberis, à quibus nunc tanquam Deus coleris. Et non solum diuidet te dominus, sed in tormenta grauiora detruet. Quæ circa sequitur in textu. Partemque eius cum infidelibus ponet. Hactenus loquutus est de poena damni, quia diuidetur & separabitur à consortio diuinae essentiae, & etiam ipsa anima à corpore discedet. Nunc autem agit de poena sensus, quia non tantum diuina visione carebit propter quam creatus est, sed etiam tormenta æterna parietur. Sicut enim dixerat de prælato fidei, quod super omnia bona sua constituet eum: sic nunc loquens de prælato malo dicit, quod ponetur cum infidelibus, quia infidelis fuit in ministerio sui administratione. Bene etiam dicit quod cum infidelibus collocabuntur mali prælati, quia (vt Paulus ait) si quis suorum curam domesticorum non habet, fidem negauit, & infidelis est deterior. Quia infideliter

Sap. 16.

1. Tim. 5.

Tuum munus exercuit: cum infidelibus fortitatus est locum tormentorum. Sapiens inquit. Iudicium durissimū his, qui præsumt fiet. In Sapient. 6. sequentibus Christus ostendit quod mali dispensatores, imo & omnes eruditi si sint vitiosi, grauiora sustinebunt supplicia propter suam scientiam. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Seruus, qui omnia præcepta diuina rectè percussit, & quid dominus ab eo requirat, & non se preparauit, hoc est non se disposuit ad bene agendū, nec mentē adaptauit, vt obediret Dei præcepto: pluribus & grauioribus punietur supplicijs: quia grauius & iniquius peccauit. Homo nanque debet se ipsū preparare faciendo quantum suæ vires suppeticerint: iuxta illud Prouerbiorum. Hominis est, animum preparare. Propter quod Samuel in libris Regū hortatur. Preparare cor da vestra dño. Sed prælatus & doctus qui cognoscit & nouit domini voluntatem, & non se preparat vt eam exequatur, grauius punietur. Nam vt Iacobus ait scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi. Et diuus Petrus etiam inquit. Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum reueriri. Vbi donum maioris & altioris scientiæ refuerit, ibi transgressio maior subiacerit culpa. Ideoque homo, qui perpicaci ingenio est præditus, qui abundantioribus naturæ dotibus est cumulatus si turpibus se immisceat flagitijs, si peccatis se ipsum dedecoret, inexcusabile committit peccatū: at homo rusticus & mediæ plebis facilius veniam impetrabit. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Quare punietur si non cognouit domini voluntatē? Quia poterat illam scire & noluit & negligens fuit circa suam salutem & non inuincibiliter ignorauit: nec fecit, quod potuisset, si viros peritos & doctos consuleret. Vnde Esaias. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et Paulus. Ignorans ignotabitur. ¶ Aduerte autem quod quædam est ignorantia, quæ excusat à peccato, & alia quæ non excusat. Quæ propter sciendum, quod ignorantia potest esse duplex: iuris scilicet & facti. Ignorantia facti est duplex, quia interdum adhibetur debita diligentia, & tunc ignorantia excusat à toto: vt patet de concubitu Iacob cum Lia. Inter Gen. 19. Gen. 4. tunc

Prouer. 16.

1. Reg. 7.

Iaco. 4.

2. Pe. 2.

Esa. 5.

1. Cor. 14.

Gen. 19.

Gen. 4.

Prouer. 1.

1. Cor. 4.

tunc non excusat & sic occidit Lamec. Cain putans illum esse bestiam: ignorantia autem iuris est duplex: videlicet vincibilis & inuincibilis. Ignorantia quoque vincibilis duplex est: quædam est affectata quæ non excusat, vt dum quis non vult, aut spernit scire, vt liberos peccet: quædam est non affectata, quæ verius excusat, vt in aliquo excuset. Ignorantia vero inuincibilis, cum homo facit omne quod in se est, excusat à toto. ¶ Obserua etiam quod licet distinguatur peccata, nempe in peccata malitiæ & fragilitatis & ignorantia: tamen omnia peccata in aliquo modo est peccatum ignorantia: quia omnis qui peccat, caret scientiâ actuali & practica, bonique approbatiua. Si enim cognosceret peccati malitiam, & mala æterna, quæ sibi parat, & bona cœlestia quæ perdit: quomodo auderet peccare? Ideo Philo sophus dixit, quod omnis malus est ignorans. Et in Prouerbijs Salomon ait. Omnis via viri recta sibi videtur. Malum nanque secundum quod tale non appetitur, cum bonum sit appetitus obiectum. Nullus enim respiciens ad malum operatur, appetit enim & agit malum: vt bonum apparens. Verum peccata quæ ex fragilitate aut ex ignorantia iuris vel facti fiunt, cæteris paribus, innoxia sunt quam ea quæ ex malitia fiunt: & ideo ait hic dominus quod ignoras vapulabit plagis paucis, nihilominus perpetuè damnabitur, si in mortali decesserit. Ex his etiam patet: quod non omnes æquali poena puniuntur in inferno sed vnusquisque iuxta quantitatem demeritorum. Omnis autem cui multum datum est, multum queretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Hac duo datum & commendatum referri possunt ad idem: & tamen distinctè ponuntur, quia datum referuntur ad dona homini propter se ipsum collata: commendatum vero ad dona homini præstita pro aliorum directione. Et certū est quod plus requiritur ab eo, cui maior animarum cura commissæ est, quia de cunctis & singulis redditurus est rationem. ¶ Dicamus ex hoc loco non gloriari de nobilitate, pulchritudine, scientiâ, aut qualibet alia gratia cum omnia data sint à Deo. Sed quæ maiora acceperint timeant ætissimum Dei iudicium super illū euenturū. Ideo Paulus. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Qui enim maiora accepimus à Deo, maiori tenemur obli-

gatione ad ipsius obsequium: quia magis arcta à nobis exigetur ratio. ¶ Præterea quia dicta dñi præcepta implenda sunt potius amore, quâ timore: addidit statim dñs. Ignem veni mittere in terram. Si quæras à Christo quid attulerit in mundū, respondit: Amorem. Hic enim dicit. Ignem veni mittere in terram: Et si rectè quæras, quæ res attulerit in mundū, respondebit: Amor. Sic enim Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitum daret. Si ab eo quæras. Quid prædicauit, respondit: Amor. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem: Quid multa? Si ab eo interrogas, quid ipse sit, respondit: Amor. Ita enim ait beatus Iohannes. Deus charitas est. Quæ ad modum malum & scelestum hominem ipsam malitiam, & ipsum scelus appellamus. Ita Iohannes Deum ipsam charitatem & amorem vocat, tum quia charitas perfectissimè in ipso apparuit: tum etiam quia sicut Deus essentialiter non tantum bonus, iustus, verus, misericors: verum etiam ipsa bonitas, iustitia, veritas, sapientia, & misericordia est: sic etiam essentialiter ipsa charitas est. De hac Apostolus dixit. Excellentiam rem viam ego vobis demonstrabo. Postquam Paulus excellentiam Apostolorum, Prophetarum & doctorum ostenderat, & dona & gratias, quas habebant, dixit. Et ad huc excellentiorem viam ego vobis demonstrabo. Estne quid maius charitatem habere quam Apostolum esse, Prophetam aut Doctorem? multo quidem maius. Nam poteris Propheta esse, Apostolus, aut Euangelista, & nihilominus in infernum abire, & hoc sine charitate. Quid prodest Apostolum esse sine charitate? Apostolus Iudas erat verus quia sine charitate discessit, damnatus est. Si linguæ hominum loquat & Angelorum, charitatem autem non habuerit: factus sum velut aes sonans, aut cimbalum tintiens. Cimbalum enim postquam sonuit & tintit, vt antea cimbalū maneret: Apostolus aut prædicator homo, vt antea manet, etiā si prædicauerit: quia charitatē nō habet. At charitas homines diuinos efficit & transformat illos in Deū, ita, vt iam homines non sint sed dii. Hūc ignem venit Christus mittere in terram: & ideo spiritum sanctum misit in linguis igneis, vt corda eorum igne sui amoris accenderet, & charitate inflamaret. Hanc charitatis lectionē sæpe Christus repetiuit, & iam ad patrem iurus in vltima cœna super omnia commendauit discipulis. Et in hoc dixit ipse) cognosceret homines quod discipuli mei

Ioan. 3.

1. Ioan. 1. c. 2. Ioan. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

estis si dilectionem habueritis ad inuicem de hoc igne subdidit dicens. *Et quid volo, nisi ut accendatur.* Significat per hoc, vt ex eo tempore ex quo inceperat accendi ignis spiritua- lis amoris in discipulos, desiderabat vt exten- deretur in vniuersum mundum. Vbi decla- rat non solum suum officium, sed fructum, quem expebat mediante munere discipulo- rum. Ignis in terra carera elementa maioris vir- tutis est, & ociosus esse nequit: sic amor Dei nescit esse ociosus, magna enim operatur, v- bi adest: si autem definit operari, amor non est. Hic ignis accensus est, & totum mundum infla- ma. Hic die Pentecostes, mittit Spiritus san- ctus carbones illos accensos per mundum v- niuersum. Sed ante quam genus humanum prædicto igne charitatis inflamaretur, præ- dicit se morte passurum. Sua enim sacratis- sima passione tantam gratiam humano gene- ri promeruit: atq; cū ex sua sanctissimæ pas- sionis memoria præcipue accenditur iste ignis in cordibus fidelium, ideo subdidit. *Baptismo autem habeo baptizari; & quomodo coarctor. vs- que dum perficiatur.* Mortem suam intelligit per hanc ablutionem, in qua ablutus est pro- prio sanguine iuxta illud quod filij Zebedæi in alio loco dixit. Potestis baptizari baptismo quo ego baptizor? Dicit quod coarctatur ad hanc passionem: quia secundum iudicium ad passionem hanc vehementer incendebatur ex amore, quem erga genus humanum habe- bat. Hinc in nouissima cœna dixit. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Deinde ponit Saluator modum perueniendi ad perfectionem diuini amoris dicens. *Putatis quis pacem veni mittere in terram?* Mirabile est quod dicit, scilicet quod non querat pacem cum videatur ipsum ad nihil aliud venisse, nisi ad pacem componendam. Vnde pro- tinus, vt ipse natus est dixerunt Angeli. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Ipse quoq; dicitur venisse ad pacificandū nos Deo in sanguine suo. A postolis etiam pacē mani- festate inquit: ita vt cum intrarent domos di- cerent, pax huic domui. Et post resurrectio- nem Apostolos salutauit dicens. Pax vobis. Quomodo ergo pacem detestatur? Est pax spiritualis & bona quæ est quies mentis in Deo, seu ordinata concordia: quam Chris- tus venit dare mundo. Est autem alia pax im- pia & carnalis cum spiritus subijcitur sensua- litati, & facit anima pacem cum vitijs. De hac ait Psalmista. Zelauit super iniquos, pacem,

peccatorum videns. Cum quæ Christus vene- rit destruere hanc pessimam pacem impio- rum, subdit. *Non dico vobis, sed separationem.* Effectus describitur duorum præcedentium officiorum ad quæ venerat, declarando quod affectus suæ passionis & ignis amoris non erat pax mundana & carnalis, sed separatio à car- nalibus & mundanis hominibus. Et apte cō- tra pacem posuit separationem: quia pacis est coniunctio. *Erunt enim ex hoc quinque in do- mo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. Diui- dentur pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nu- rum suam, & nurus in sororum suam.* Dixit quod in domo erunt quinque persone, quæ contra se diuidentur, & tamen sex enumerat, scilicet, patrem & filium, matrem & filiam, & so- crum & nurum. Sed intellige quod illa quæ mater est filij, socrus est vxoris eius, & sic ea- dem in filiam suam & nurum suam dicitur diuisa. ¶ Obserua autē quod vt in Matthæo clarius dicit non separatur pater à filio, aut mater à filia: sed cōtra dicit Christus, quod venit separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nu- rum aduersus socrum suam. Quare separabi- tur filius à patre, & filia à matre, & nurus à socro: & non è contra? Quia facilius recipiunt Euangelium iuniores, quam ij qui ætate sunt prouecti. Iuuenes namque minus se peccatis contaminantur & minus voluptatibus atque diuitijs se ipsos tradiderunt: senes vero duri effecti, & velut callo obdusti minus aperiu- postes sui cordis, vt dominus ingrediatur in eos. Quare non immerito Dauid dicit, iuue- nes virgines, & senes cum iunioribus laudēt nomen domini. Vide quomodo bis iuuenes & semel senes nomē domini laudant. ¶ Per- pende etiā quanta sit virtus & efficacia euā- gelij Christi. Non enim esset mirabile si pater contra filium insurgeret, maior videlicet cō- tra minorem; sed quod filius contra patrem, & filia contra matrem, & nurus contra socrum insurgat, ab eisque separentur: id quidem non nisi summe & diuine efficacie tribuendum est. Disce etiam ex hoc loco quod filius neq; filia in negotio euangelico à parentibus non- pendent. Potest enim filius inuito patre & re- nuente se ipsum mancipare vt euangelicam perfectionem sequatur: maximè vbi annum sextum decimum vir pertigerit, scemina ve- rō decimum quarrum. Dicebat autem ad tur- bas. Cum videritis nubem orientem ab occasu, sta- tum di-

rum dicitis. Nimbis venit. Et ita fit. Et cum au- strum flantem dicitis. Quia estus erit, & fit. Ratio horū est. De primis, quia pluuia fit de materia vaporū, humidorum, vel humefa- ctorum & ingrossatorū: nubes autem est cor- pus crassum ex vaporibus taliter humidis & incrassatis. Ideo quādo nubes sic surgebat, si- gnū erat quod pluuia iam adueniret: quia id quod in nube crassum erat, cito in aquam resoluebatur. Et dicitur de nube oriente vel ascendente: ab occasu, id est, de mari: quia to- tum mare Mediterraneum est ad occidenta- lem partem terræ Iudeorum. Sic in Numero- ram libro dicitur. Plaga autem occidenta- lis à mari magno incipiet, & ipso sine claudet- tur. De mari autem eleuatur exatationes hu- midæ, quæ statim vt incassantur, dissoluunt- tur in pluias: ideo surgente ab occasu vel ex parte maris, quod idem est, erat signum plu- uie: statim futuræ in terra Iudeorum. Et sic dixit Elias, quando pro pluuia orabat, occisis sacerdotibus Baal. Respice contra mare, & af- cendit nubem eula, & venit pluuia. Ideoque in terra Iudeorum ascensus nubes ab occasu, si- ue de mari, quod idem est, signum erat plu- uie: Ratio autem secundi, scilicet, quod videt- res austrum flantem dicitis, quia estus erit, e- uenit, quia aufter est ventus calidus & siccus & ita quādo ille flat, omnia desiccet. ¶ Sed sciendum quod flatu ventorum aliquando humectat, & aliquando exciccat, non secun- dum conditionem venti: sed secundum con- ditionem & temperiem regionū super quas transit, vel de quibus colligitur materia eius. Videmus enim quod quidam ventus est in aliqua regione pluuijs abundans, in alia vero nunquam pluuiam generat: & ita est de au- stro. Nam aufter ferē in tota Europa pluias affert. Ideo Poeta Latini, qui describunt re- rum naturas & conditiones iuxta proprietatem suæ regionis scilicet Europæ vocant au- strum pluuiosum; & hæc est ipsius proprie- tas & natura. Sic Ouidius dixit, Pluuio quæ- madescit ex austro, id est, ab Austro pluuioso. Et Virgilius, Austrium quem ipse Africum vo- cat, id est, de Africa venientem creberrimum procellis, id est, aquis venientibus cum impe- tu ventorum: & tamen in terra Iudeorū est Aufter valde desiccans, & signum æstatis, vt hic dicitur. Ratio diuersitatis est, quia ad hoc vt Aufter transeat in totam regionem Euro- pæ, quā nos incolimus, necesse est quod tran- seat mare Mediterraneū, vnde trahitur mul-

ta materies, quæ conuertitur in ventum: & inde fit, vt propter humiditates conuertatur in pluias. Et etiam, quia ipse ventus propter rationem dictam est humidus: & aliquo mo- do calidus propter regionem meridiana, ex qua venit. Et sic nubes humectat, & dissol- uit: per calorem: & hoc est, quod requiritur ad distillationem pluuiarum. In regione autē Iudeorum, contrarium fit: quia ad hoc vt au- ster veniat in illam transiturus est per solas re- giones siccæ & calidæ: scilicet per desertā Africæ, & non transit per aliqua maria: & ita cum perstrauerit regionem, desiccabit illam, & hoc est esse æstatem. *Hypocrita, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tēpus quomodo non probatis?* Scitis ex dispositione aeris quā- do sit tempestas aut calor: cur ergo ex oracu- lis prophetarum non vultis colligere neque probare, quomodo sit impletum tempus ad- uentus felicissimi Christi vobis in lege & in Prophetis promissū? Jam enim sceptrum erat ablatum à tribu Iuda, sicut prædixerat Iacob. Similiter numerus hebdomadarum, de qui- bus Daniel prophetauit. Christus etiam multa miracula fecerat sicut Esaias prædixerat. *Ecce (inquit) Deus vester veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum & aures surdorum, &c.* O quot & quantos nunc in mundo reperies his similes, qui terrenis & pe- rituris penitus impliciti, de cōducentibus ad salutem animæ nihil curant, quæstionibus su- tilibus & vanis intenti, vitam consumunt: quæ nihil ad rem conducunt: parum autē de eis quæ ad Deum spectant curantes. Vnde Pau- lus. Quomodo conuertimini ad infirma & egena elementa: dies obseruatis, menses & tē- pora, & annos, timeo vobis, ne sine causa la- borauerim in vobis. Quid tibi proderit cur- sursum & motum cœlorum nosse, & planeta- rum influentias callere: si cognitione condito- ris ipsius cœli careas? Quid prodest tibi om- niem Bibliā memoria retinere, & omnes sciē- tias mathematicas didicisse, & herbarum vires cognoscere, nisi te ipsum cognoueris? Si igitur opera Dei cognoscas, & factorem ipsorum cognoscas. Vos igitur hypocritæ qui recte sci- tis à ventis currentibus causas naturales om- nium euentuum cognoscere, æquum etiā est, vt de cognitione ipsius creatoris agatis: & sciē- tiam vestram ad salutem animarum applice- tis. Vnde in Ecclesiastico habetur. Quæ præ- cepit tibi Deus illa cogita semper: & in pluri- bus operibus eius ne fueris curiosus. *Quid au-*

Act. 2.

Mat. 10.

Luc. 22.

Leui. 2. Colo. 3. Luc. 10.

Ioan. 20.

Psal. 72.

Matth. 10.

Num. 34.

3. Reg. 18.

Psal. 148.

Ouid. 1. me- 12.

Virg. 1. AE- nei.

Gen. 49.

Dan. 9.

Esa. 35.

Gala. 4.

Ecl. 3.

tem eo: à vobis ipsis non indicatis quod in se habetis. Dixit et increpando, quomodo signa temporis huius non probatis; qui signa & tempus plurius & astatibus probatis? Aliud peius nunc subiungit. Cur ex interioribus vestris & reconditis non iudicatis quod iustum est? Longe si quidem deterior est & peius habere in sompno ipsis exemplaria, & errare, quam errare circa iudicia, quae pendunt ab exterioribus signis. Habemus enim apud nos synderesim, & virtutum seminaria natura iura: ex quibus debemus colligere quid iustum sit: à quorum cognitione nemo potest se excusare. Quocirca arguendo, quia etiam isti hypocritae errabant circa morem inquit. Cur non ex vobismet ipsis (hoc est ex his quae iustus habetis virtutum seminaribus & principijs) quod iustum est iudicatis? Ac si aperte diceret. Non est mirum quod hypocritas vestras se moueat vos in probatione temporis aduentus mei: cum ipsa met se adducat vos à iusto & recto iudicio circa moralia, & ea, quae ad ipsum proximum expectant, quorum tamen rationem habetis in vobis ipsis. Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo. Loquitur hic Christus de lite, quae est inter stimulum rationis & malum affectum: vbi superioribus peritos hypocritas taxat: et quod habentes signa clara & manifesta temporis messiae, non curarunt illa examinare: & etiam illos reprehendit, quod cum in se ipsis habere rationes iustitiae moralis, eas non sequerentur. Nunc autem his verbis significat litem inter rationem (tum naturalem, tum euidentium signorum aduentus Christi) ex altera parte: & malum affectum hypocritarum ex altera. Vnde saluberrimum & optimum consiliū in hac parabola subiungit, docēs quod in via, hoc est in vita, efficiat, vt ab ipso liberetur. Aduersarius synderesis est, quae continuo aduersatur mordendo & stimulando animum: inique agentis: vt istis contingebat. Dicit quod vadit cum eo, quia in diuiduis comes est ratio stimulans, & mordens conscientia. In hac vita, quae via est ad patriam caelestem, poteris te ipsum liberare à conscientiae morsu, bona & recta operando: Hendo etiam propter illa peccata, de quibus ab aduersario inculcatis. Nam de damnatis dixit Esaias. Vermis eorum non morietur in aeternum, & in perpetuum manebit: quia iam non erit postea locus poenitentiae. Absolue autem vocatur via non excludens aliquam partem viae, in quo

Esa. 66.

quidem innuitur in omni tempore locum esse conuersioni, antequam quis coram iudice constitutatur. Demus ergo opera, vt ab isto aduersario liberemur, commissa hendo, & poenitentiam agendo; & in melius mutates, quae ignorantibus peccauimus. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nunc autem in via sumus, & ignoramus quando ad finem & terminum finem peruenitur. In omnibus exhibeamus nos Dei ministros in multa patientia, in ieiunijs, in aduersitatibus & tribulationibus, &c. Da ergo operam ab isto aduersario liberari: Et quare? Ne forte trahat te ad iudicem: Iudex iste Christus est, cui patet omnem potestatem iudicandi dedit. Trahit autem, cum accusat peccatorem coram iudice. Christo conscientia ipsius. Si intelligendum est illud, quod dominus dixit Pharisaeis: Nolite putare, quonia ego accusaturus sum vos apud patrem: est qui accusat vos Moses. Non est sensus, quod Moses potius quam aliquis alius deberet accusare Iudaeos: sed peccata, quae ipsi commiserunt contra legem. Mosis accusabunt eos. Ne forte, non ponitur dubitatio: quia in sacris literis forte ponitur, vbi nulla est ratio dubitandi. Sic in Genesi dicitur. Ne forte moriamur. Et tamen nullum dubium erat, nisi quod comedentes de ligno vetito erant morituri. Et per Mattheum etiam dominus dixit: Ne mittatis margaritas vestras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis. Et tamen nullum dubium erat, quin essent eas conculcaturi pedibus suis. Itaque forte non significat hic vllam dubitationem: quia certissimè tradetur iudici, qui se non liberauerit ab isto aduersario. Et index tradat te exactori. Sententia feretur à iudice Christo, & impius tradetur exactori, vt in eum adimaduerat: quia peccator tradetur diabolo puniendus. Dicit namque dominus impijs. Ite maledicti in ignem aeternum qui parati est diabolo & angelis eius. Et in Psalmo. Misit in eos iram indignationis suae: immisiones per angelos malos. Et exactor mittat te in carcerem. Hoc est in infernum: de quo carcere per Esaiam dicitur, Claudentur in carcere. Ne autem istum carcerem contemneret: putans aliquid lenè esse subdidit ipsius grauitatem dicens. Dico tibi non exies inde donec etiam nonisimum minutum reddas. Non intelligas quod aliquando exiet: quia, donec, particula in sacris literis temporis aeternitatem significat. Vnde in Psal. habetur. Dixit dominus domino meo, sede

2. Cor. 6.

Ioan. 5.

ibidem.

Gene. 3.

Mat. 7.

Mat. 25.

Psal. 77.

Esa. 34.

Psal. 109.

sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, &c. Certum est tamen quod Christus Redemptor noster in potioribus bonis Patris sedet vsque in aeternum & in saeculum saeculi. In Gene. 8. neli etiam dicitur. Coruus non est reuersus, donec exsiccarentur aquae: tamen nunquam reuersus est. Sic & Matthaeus. Ioseph non cognouit eam: donec peperit filium suum primo genitum. Lege de hac re Diuum Hieronymum. Secundo potest iste locus exponi proprie vt sonat: quia non exies donec soluas nouissimum minutum: tamen postea exies. Sed nunquam exies, quia ad finem infiniti nunquam peruenitur: poena autem inferni in duratione temporis infinita est, & ita nunquam peruenitur ad finem solutionis. Sic accipitur illud Psal. 77. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Id est, donec desinat esse in caelo: & tamen nunquam

Gene. 8.

Mat. 1.

Hier. contra Heluidiū.

Psalm. 77.

CAP V T XIII.



I PENITVS animaduertere volumus, quot quantisque rationibus, Deus Opt. Max. negotia salutis nostrae semper dirigere nitatur: nihil est profecto, quod magis nos, animosque nostros, eius amoris sempiterno macipare possit. Multis enim beneficijs inuitat ad regnum caeleste, creberrimis & suavissimis inspirationibus clamat, & multis sermonibus hortatur: vidensque multos in nequitia sua obstinatos, & Dei clementia abutentes, alia incedit via, vt illos etiam sacrificiat, adducendo eis in memoriam iniustitias, punitiones, tormenta, & flagella iniquorum: vt saltem formidine poenae peccare desinant, & timore trahat quos benignitate ducere non potuit. In hoc capite comminatur peccatoribus poenam aeternam, & exemplum iustitiae, & punitiones aliquorum profert in medium: ne nos si poenitentiam non egerimus similiter peccemus. At ergo Euangelista. Aderant autem quidam ipso in tempore nunciantes illi de Galileis quorum sanguinem Pilatus misceuit cum sacrificijs eorum. Luca hic communititer interpretari solet, de Iuda quodam Galilaeo, de quo in Actis fit mentio, qui docebat suos non offerre sacrifi-

cia pro Imperatore Romano: sed tantum Deo offerenda esse aiebat, qui eduxerat patres eorum de Aegypto. Quod egresserens Pilatus iussit illos Galilaeos occidi super sacrificia, quae ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita commiseri sanguinem eorum cum sanguine sacrificiorum. His gestis (sicut mos hominum est, aliena crimina acutius videre, narrare alijs, aliorum delicta ad caelos vsque extollere, sua autem quauis graua non aspicere, aut cognoscere) quidam qui ad huius modi spectaculum adfuerant, haec Christo narrauerunt: illorum mortem dignam factis credentes se autem ipsos iustos existimantes, atque ideo via dignos. Obserua quod multi etiam nunc hoc idem faciunt, miscentes sanguinem cum sacrificio, quando id quod secundum spiritum diligere debet, secundum carnem diligitur: sub praetextu enim dilectionis spiritualis, quae est quasi sacrificium Deo, later sanguis carnalis affectionis, & de pallio religionis, operitur sentina vitiorum, & de Christo fit Ostium lupanaris cum propter Deum dilectio simulatur. Idem Paulus. Sic stulti estis vt cum spiritu cooperitis, nunc carne consummami: Igitur cum quidam nunciantes Iesu quomodo Pilatus misceisset sanguinem eorum cum sacrificijs, eos confutat Christus ostendens manifeste ipsos non minoribus esse criminibus inquinatos, quam illos: hortatur

1. Cor. 13.

Gala. 3.

taturq; ad penitentiam. Et respondens dixit illis. Putatis quod hi Galilaei pro omnibus Galilaeis peccatores fuerint, qui a talia passi sunt: non dico vobis: sed nisi penitentiam egeritis omnes similes peribitis. Ex quo patet, quod illi Galilaei iuste a Pilato puniti sunt, quia Deus suis demeritis existentibus in causa, subiecerat illos potestati Romanorum, & ut inquit Paulus, non est potestas nisi a Deo, & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: atque ideo Christus non dicit illos peccatores non fuisse, sed quod nunc ipsi etiam peccatores fuerunt: nam ex eo quod quis non sit peccator, non sequitur, quod non sit peccator. Sic multi si in alijs vident aliquod flagitium dicunt, ego nunquam id facerem, cum ipsi alijs multo peioribus criminibus decerati sint. Iudicant aliena peccata, etsi minima sint, esse maxima & gravissima: sua autem leuia existimant. Plurimi sunt, qui alienam vitam acutissimè intuentur, se ipsos autem non vident: quibus dominus dicit. Hypocrita festo cam quae est in oculo tuo non consideras? Tecum habita ut noris quae sit tibi curta supellex. Putas quod quauis alij poena aliqua puniantur, quod tu innocens es, quia similia non pateris: non crede. Aduerte autem quod post hanc vitam, verum est, qui maiora peccata habuerint maiore poena puniendos esse, quia pro mensura peccati erit & plagarum modus. Et in Apocalypsi habetur. Quantum glorificauit se in delictis suis, tantum dare illi tormentum & lucrum. Sed in hac vita non semper sic accidit, ut patet in his Galilaeis, qui quidem non pro omnibus peccatores fuerunt, quia talia passi sunt: nam multi maiores peccatores viuunt gaudent & incolumes letantur, exultant in rebus pessimis, & omnia eis prospera succedunt, sicut enarrat David in Psalmo de peccatoribus loquens. Quorum filij sicut nouellae plantationes in iuuentute sua, filij eorum compositae, circumonatae ut similitudo templi, promptuaria eorum plena, &c. Imò saepe dominus aliqua peccata hic suis electis purgat & castigat calamitatibus; & mortibus: permittens, ut ex sententia peccatoribus omnia eueniant. Vnde Iob, de peccatoribus ait. Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad infernum descendunt. Multi hoc de poena damnatorum intelligunt, cum loquitur Iob, quod in infernum peccatores descendunt: sed si littera contextum consideraueris, quid prece-

Rom. 33.

Mat. 7.  
Luc. 6.  
Pers. Sat. 1.

Denter. 25.  
Apo. 18.

Prouer. 2.

Psal. 143.

Iob. 21.

dat & quid sequatur expedes, quod de sepulchro loquatur, & quod diuites huius seculi ne infirmitate & doloribus descendunt in sepulchrum. Enumerat enim vit. sanctus qualiter cuncta in hac vita malis succedant. Cur, inquit, impij viuunt: tenuerunt, & roborati sunt substantia, semen eorum stabile fuit coram eis, & quae sequuntur: quos non solum dum hic agunt foelices praedicat, sed etiam in exitu vitae fortunatissimos affirmat, quippe qui non ut boni longa aegritudine discruciantur & tabescunt, sed cum dies suos in delictis absumpserint, in momento ad sepulchrum descendunt. Arbitrabantur enim antiqui ad foelicitatem huius vitae pertinere, non longo morbo hic teneri sed statim mori, quemadmodum apud Hieremiam offendes: qui dicit maiore fuisse poenam iniquitatis sanctae ciuitatis, subuersione Sodomorum: quoniam illi momento subuersi sunt cum vrbe sua, ciuitas vero sancta multis diebus & ferreis machinamentis. Quod etiam Palmista approbari videtur, cum de reprobis dicit, non esse ligamenta in morte eorum, hoc est, quia non longa infirmitate detinentur, sana est fortitudo eorum, scilicet, dum obeunt. Ac si dicat. Non ligatur longa infirmitate: sed viribus potentes & quasi sani moriuntur. D. quoque Hieronymus, & Chrysolostomus aiunt quod Massagetae & Derbitae, miserrimos putant, qui agrotatione moriuntur: vnde & parentes & cognatos: & propinquos, cum ad senectam perueniebant iugulabant. Itaque isti nimis errabant putantes quod illi Galilaei, quia peccatores erant, talia passi sunt: nam licet peccatores fuerint, non tamen credere debuerant, quod ipsi erant innocentes, quia non puniebantur tali morte. Docemur hic non contemnere eos, quos hic poena purificat a culpa: sed magis timendum nobis est, qui maiora scelera quotidie perpetrantes, foecordes viuimus quasi iusti, ac si Deus aliquando non sit puniturus peccata nostra. Nunquid quia Deus est bonus, sis tu malus: aut quia tecum agat benignius, clementer conuersionem tuam expectans: ideo tu arrogantis, superbiaque flagres, te solum bonum alios improbos existimans, quos in hoc seculo puniri vides: Expende etiam quantum placeat Deo vindicta malorum. Christus namque non damnat sed approbat hanc punitio nem. In Numeris quoque legimus quod Israel promissit delere vrbes Canaanorum, si Deus dedisset illas in manus eius: exaudiuit.

Tibren. 4.

Hiere. lib. con. Ioni.  
Chryf. ser. 1 de Pon. tom. 3.

Numer. 21.

quo

que dominus preces Israel, & tradidit Canaanem; quem ille interfecit, subuersis vrbus eius: Multi enim sunt qui falsam dei pietatem in his prosequuntur, putantes pietatis esse nomen: castigare. Ad haec etiam & videri quam prudenter respondit Christus, ut patet qui nec Pilati factum damnauit, peccatores vixit affectum, qui libertatem optabat, loquutus est. Sic & accufantibus meherem illam aduersionem respondisse videmus, non modo haec multum peccato obnoxia est (inquit) sed omnes vobis in iudicio peccatores estis, quattuordecim innocentes appareatis. Ita etiam dico vobis nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Afflictio illorum dabit vobis in rebus: cum poena aliorum non solum prodest afflictis, sed etiam alijs, qui aliorum afflictione perterriti se a vitijs abstrahunt. Ut enim ignis radius confectus ex terete exhalationibus in aere inter vapores eleuatis, in vnam partem cadit, & ibi solum ferit, & vrit, sed omnes illius regionis incolae perterriti: hinc vnus hominis calamitas cum solum affligit, sed multis alijs terrorem incutit, eosque exulscitat, ut a vitijs auocentur. Vnde quomodo illis aliorum poenam ante oculos proponens minatur. Quoniam re praesentatio poenarum & suppliciorum impendentium, ratio est frequentissima, qua Deus peccatores saepe numero ad se trahit. Quibus enim bona bonis promissis, multum afficiant omnes tamen maiori ex parte, rebus aduersis magis quam prosperis mouemur: quoniam ut vbi comperimus, maiori dolore, iniuria, quam honor, nos afficit voluptate, magisque moribus fatigat, quam delectat sanitas: & prospera vale tu diuis suauitatem, ex incommodo aduersae cognoscere solemus, ut ex re eo notiori, quo magis sensibili, ita in praesentia Christus peccatores attrahit, poenam praesentatione. Praeceptis autem temporibus sapientis hoc remedium Deus vsus est, ut patet manifestè ex Prophetarum scriptis, quae omnia timorum, & minarum re ferta sunt: quibus dominus nitebatur terre, & cohibere hominum animos, eosque legi subijcere. Iuxta hoc imperauit dominus Prophetae Hieremie; ut librum non scriptum caperet, in eoque omnes minas & calamitates sibi reuelatas conscriberet, & coram populo recitaret: si forte ea res homines ad penitentiam mouere vitamque eorum corrigere posset, ut ipse etiam sententiam mutaret, qua in eos iracundiam suam ostendere statue-

Iuan. 8.

Hiere. 36.

rat: Et sic est scriptura, quod stupebant audientes. Est deus in his, quibus vrbeatur in scriptu re lege Deus, vitur: & in lege gratia. Nouit enim haec, quam sit praesens medicina, vt peccatores ad meliorem vitam frugem, facilius tra ducantur: sic Ioannes incepit praedicationem suam dicens. Iam securus ad radicem arboris posita est, tantum autem valuit terror hinc, vt publicani, milites, & peccatores. D. Ioannem quid esset pro salute consequenda faciendum, interrogare non dabitur. Expende etiam, quod haec sententia comminatoria est, sicut illud Iouis. A dhuic quadraginta dies Ninive subuerteret: id est, si non egeritis penitentiam. Et illud Balaam de Nabuchodonosor. De tracta est ad inferos superbia tua, id est, si non egeris penitentiam. Et illud etiam quod Ezechiel dixit. Dispone domui tuae, quia cras moris sis. Et alia plurima scripturae loca, sic inter praetanda sunt. Igitur Christus, hos peccatores, & omnes admoet, & penitentiam suam docet, si posse volumus: haec enim est secunda tabula post naufragium. Mundus nauis post Adae peccatum mortis assimilatur, quod omnes in tate nauis baptisimati ascendunt: quae vbi in terra dicitur, quae per ipsum omnia peccata quo ad culpam & poenam simpliciter condonantur: atque ad hoc homines per ipsum in summa innocentia nauigant. Quae utique nauis per peccatum mortale, quod naufragium est effracta: quia baptisimus ex eo, quod caractere in primiti reuerenti non potest, restat poenitentia. Quare poenitentia non dicitur secunda tabula, respectu primae tabulae, sed respectu saluae nauis: nec debet comparari scaphae ut nonnullis placet, quae ex nauis auctat in vndas, ex naufragio, sed simplici soluta tabula, ex qua nauis erat compacta. Verum non silentio praetereundum puto, quid est cur Deus a peccatoribus praesentiam, dolorem, & afflictionem exigat: an non erat satis amorem in Deum & in proximum exigere? Cur Deus contristari vult peccatorem, eius peccatum si non contristetur non remissurus? Totis haec quaestio Lutheranos, adeo, vt dicerent, non a nobis Deum tristitiam pro commisso crimine requirere, sed solum vitae nouitatem. Sed stat sententia, nisi poenitentiam habueritis, &c. Cui ita? Sanè quia tam malum, & tam pestilens est peccatum, vt fas non sit quin tu de te vindictam sumas, doleasque quod illa pestis animum tuum inuaserit. Est tam grande vulnus, quod tibi peccatum infixit, vt nefas sit te omni

Mat. 3.

Iong. 3.

Esa. 14.  
4. Reg. 20.



re non exardescere, & non irasci, doloremque velut gladium arripere, quo peccatum interimas. Secundo: licet Deus misericors sit: ita tamen misericors est vt iustus sit, scriptura namque de ipso ait. Misericordia enim & ira sunt cum ipso. Nunquam igitur voluit Deus ita suam misericordiam indulgere, quin suam iustitiam rigorem seruaret illi salum. Id tibi persuasum sit nam sic misericordia pater misertus est generis humani, sed non sine summo rigore iustitiam in filij sui passione monstrat. Ita Deus vult peccatoris misereri, vt rigor eius vin dicta non pretereant: non praterit tamen cum ipse peccator sui peccati vindex est.

¶ Tertio hic est nature ordo, & hanc lex, vt nunquam offensum tibi concilies, nisi de offensa te dolere asseras: & quia Deus corda videt, ex eadem nature lege non tibi paritur conciliari, nisi verè dolens quod Deum offenderis. ¶ Quarto, petit dominus, vt peccator poeniteat: quia cum sola voluntate Deus offendatur, sola voluntate placatur. Nihil est enim quod Deum offendere possit, si ex voluntate non procedit: quoniam id quod voluntarium non est, peccatum censeri non potest. Hoc Christus, De corde exeunt quae coquinant hominem, furta, blasphemiae, &c. Ac proinde quae ex corde non exeunt non possunt coquinare hominem, nec Deum offendere. Vnde cum Deus corde offendatur, corde placari vult: ideo contritionem querit, vt eodem loco punitio & iustitia exerceatur, vbi crimè perpetratum est. Ideo peccator, qui Deum iratum placare vult, oportet, vt quia cordi suo placuit, postea eidem displiceat: & sicut prius iratum est cor eius, & exaltauit in rebus pessimis, ita post modum faciat placatum, amarum, & sic fiet, vt quantum glorificauit se & in delicijs fuit tantum tormentum subeat. Per hanc salutarem poenitentiam, prius homo a dam, consequutus est misericordiam: per hanc Dauid, Manasses, Nabuchodonosor, Petrus, Paulus, Mattheus, Magdarena, latro in cruce, & plurimi quorum non est numerus saluati sunt: quauis antea peccatores fuerint. Vide etiam & diligenter considera Dei bonitatem & clementiam: non enim vult Deus mortem peccatoris, sed emendam. Virga Moysi versa est in colubrum, non autem in leonem: vel versus, nam si leo aut visus esset, statim occideret Pharaonem: sed serpens terrae occidiosum est animal, voluit eos tertere & non occidere vt corrigerentur.

¶ Admonet locus iste, non contemnere deum: quoniam verissima sunt, neque tota die arabitans, sed etiam semelabitur: neque semper minabitur Deum, sed sequitur poena comminationes eius. Admonet etiam, vt à peccatis caueant peccatores, quod, quam primum peccauerint, peccati poena eos est vestigio sequatur, & licet quandoque non statim inueniar, eos tamen tandem tenebit. Hinc dominus populo suo, Scitote quoniam peccatum vestrum inueniet vos. Tertio, admonet, vt male viuentes caueamus: extremè enim dementia est, malè agere, & impunitatem sibi polliceri. Qui malè agunt summè cogitare debent, quod impuniti non erunt. Admonet etiam & quarto, vt ex aliorum malis nostra caueamus incommoda. Vnde in libro Numerorum habetur, quod Balac audiuit omnia quae fecerat Israel Amorrhæo, & timuit valde. Quis daret vt impij mala, quae Deus alijs impijs inflixit attente consideraret: ac vera remedia sibi quaerent, relinquendo mala sua? Audi quid dominus dicat. Et vidit dominus quod viderit, quod secundum omnes causas quibus fornicata est rebellis Israel, dimisi eam, & dedi illi libellum repudij: & non timuit praeruaricatrix Iuda Soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa. Volebat dominus Iudam in repudium Israel, timere suum repudium: & emendare mala sua, quod quia non fecit, perijt etiam ipsa, nam hac de causa dominus super peccatores poenas publice immitit, & eorum exemplo monet poenitentiam non vt destruat sed vt saluet. Quando Iudex vult nocentem aliquem comprehendere & in carcerem coijcere non illum terret minis, sed occulta querit: quando autem illi publice carcerem minatur, non vult illum punire, imò tacitè illum minis illis iustitiae hortatur, vt caueat, & à maleficio desistat. Ita Deus minatur hic supplicium & interitum non vt eos perdat, sed vt ad poenitentiam vocet: non enim vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuatur. ¶ Denique vt concludam in ipsis Christi verbis, duo consideranda sunt & commendanda. Primum, quod non dixit, nisi poenitentiam egeritis, sed nisi poenitentiam habueritis. Aliqui enim habent poenitentiam, quia voluntariè & ex amore faciunt opera poenitentiae: alij autem non habent poenitentiam, sed habentur à poenitentia, vt illi qui ex coactione aut ex timore, vel pudore poeniteat, sicut illi peccatores, de quibus

Num. 33.

Num. 22.

Hiere. 3.

Exech. 18.

Eccl. 5. & 16.

Mat. 15.

Prouer. 2. Hierem. 6.

Apo. 18. 2. Reg. 12. Dan. 4. Luc. 7. Luc. 23. Exod. 7.

Sap. 5.

Iob. 31.

Psal. 94.

2. Reg. 1. Prouer. 17.

Ecclesia 27.

Roma 12.

Esa. 5. Ioan. 9.

in sapiente dicitur. Poenitentiam agentes & praerangustia spiritus gementes. Secundo, non dixit, nisi poenitentiam egeritis per tres vel quatuor dies, vel per annum: sed absolute nisi poenitentiam egeritis, ac si diceret. Tota vita vestra poenitentia sit. An non miserum est Deum offendisse, vt opus sit poenitentiae agere? Hanc enim vita locus est poenitentiae. Ad nostram autem eruditionem dicamus ex hac litera, non letari in malis proximorum sed co pati: & nostra peccata poenitentia & lachrymis ablueri: non nobis aliquid mali eueniat. Casum Galilaeorum Christo narrabant isti, quasi letantes & se ipsos iustos existimantes. Ammonita cum deberent dolore affici, ob Israelitarum arumnas, eo quod descenderet ab Amnone filio Loth, consanguineo Abraham, similiter Idumaea, quia erant ab Edon, qui est Esau, frater Iacob: non solum non optulabantur eis, sed efferebantur letitia in eorum damno: quia propter Ezechiel & Abdias prophetauerunt contra eos, & voluit eos vt in Israelitarum calamitatibus versarentur. Non enim debemus in aliorum aduersitatibus letari. Vnde Iob. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultauit quod venisset in eo malum. Vbi particula, si, ponitur pro non: vt in Psalmo. Quibus irati in ira mea, si introibunt in requiem meam. Hoc est, iuraui impios in deos, non esse terram promissionis ingressuros. Cum Saul grauiter insequeretur Dauidem, non solum Dauid in eius morte non est letatus, sed lachrymas effudit. Vnde in Prouerbis habetur. Qui in ruina alterius letatur, non erit impunitus. Et rursum. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas: & in ruina eius, ne exulter cor tuum. Et Ecclesiasticus. Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem confumet eos ante quam moriantur. Et Paulus. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Isti qui Christum nunciabant de Galileis gaudebant in interitu eorum, & putabant se ipsos multo iustiores: ideo admonentur à Christo Saluatore nostro, vt & ipsi poenitentiam agant: ne simul & ipsi pereant: sicut & illi perierunt. Sed procedamus. Sicut illi decem & octo, super quos cecidit Turris in Siloe & occidit eos. Paratis quod & ipsi debitores fuerint praeter omnes homines habitantes in Hierusalem, non dico vobis sed si non poenitentiam habueritis omnes simul & peribitis. Siloe fons est in Hierusalem, vt ex Esaia & Ioanne satis liquet. Iuxta hunc fon-

tem quidam ex Hierosolymitanis turrim edificauerunt: quae vt finita fuit, cadens, occidit decem & octo ex illis. Non putetis (ait Christus) quod illi soli fuerint digni illa morte, sed multi alij: & vos ipsi peiorem mortem meremini. Obserua quod multoties Deus peccata multorum hic vlciscitur, vt suam iustitiam prouidentiam que ostendat: atque vt ceteri terreantur, & vitam emendent: vel vt per vltionem vite praesentis, à grauioribus futuris eruantur supplicijs. Sic Dauidem puniuit gladio & peste: & quia tulerat vxorem Veriae Ethaei absconditè, palam ingressus est Abalon ad concubinas patris sui. Vt etiam ne peccatores diutius hic viuendo grauius peccent, vt duriora sibi parent tormenta. Quoniam vidit Deus improbos non modo poenitentiam non agentes, iacturamque temporis maximam facientes, sed etiam in dies magis datorem Deum offendentes, optimo iure ipsi vitam eripit. Temporibus Noe centum & viginti annos concessit Deus peccatoribus, vt facerent poenitentiam. Sed quia noluerunt poenitere, abstulit viginti annos: & misit aquas diluuij anno centesimo. Ideo psalmista. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, & in ira tua defecimus: anni nostri sicut aranea meditantur. Aliquando etiam quorundam peccata quantumuis grauiora non iudicat in praesenti, suam in eis ostendens longanimitatem, patientiam, & pietatem, vt diu tolerati aliquando ad cor reuertantur: quod si facere neglexerint, postea iustius condemnentur, grauiusque aeternaliter puniantur. In quibus omnibus sicut in ceteris multis, apparet, quam incomprehensibilia sint iudicia Dei, & inuestigabiles viae eius. Scrutator enim maiestatis opprimitur ab ea. Occulis enim cauis aliquos peccatores repentina morte castigat, & alios finit diu viuere. Vnde docemur quod ea quae casu euenire videntur, & illa etiam, quae per humanam sunt iustitiam, in punitionem peccatorum: quod nutu & moderamine prouidentiae diuinae aguntur. Docemur etiam humiliter ex malis aliorum: & poenam quam patiuntur, illam nos etiam nostris malis mereri credamus. Multi enim sunt qui neque à Deo, sicut illi super quos cecidit turris in Siloe, neque ab hominibus sicut illi Galilaei, quos occidit Pilatus, puniuntur in hoc mundo: tamen poenam maiorem merentur, & maiora in inferno patientur quam illi, nisi poenitentiam egerint.

2. Reg. 24. 2. Reg. 11. 2. Reg. 16

Gen. 8.

Psal. 89.

Roman. 11. Prouer. 21.

runt. Docemur etiam vt sepe bene viuamus, nam mors cecinat cum inuis eam cauemus. Illi decem & octo super quos cecidit turris, in cauti erant: sed subitò cecidit turris, & inopinatò interfecit eos. Sic & tu forsitan moris sicut illi, & qua hora non putas, ideo semper habere debes animum preparatum. Vide etiam hominis miseriam & conditionem humanam, quæ tot generibus mortis & miserijs subiacet: Et tot discrimenibus est obnoxia. Heu sella sedens sua ociosus, cum se tutiorem putabat, cecidit & interiit. Sic Amon filius Dauidis, multi que alij. Hoc quod appellamus uitæ, nihil aliud est quam mori tanta est vitæ nostræ cum morte familiaritas, vt sustineri nisi cum morte nullo modo possit. Nam vt uiuat homo moriendum est arietis, gallinæ, cæte riq; animalibus terrestribus, uolaribus & aquatilibus. Itaq; alia moriuntur, vt leuiuat: uita igitur nostra sine multorum morte, stare non potest. O homo de tot mortibus quasi cõsiste, quid morte miraris: cum morte uiuas, morte sustententis? Nihil enim aliud homo est quam phantasma temporis, speculator vitæ lucis de seruo, vitæ consumptio, viator transiens, loci hospes, & mæcipiū mortis. ¶ Docemur etiam Dei iudicia timere. Hæc supplicia uult Deus perpetuo vt in memoria habeamus in nostrâ uilitate & emendam. Hac de causa præcepit dominus Moysi, vt Eleazar filius Aaron tolleretur thuribula Core & ducentorum quinquaginta uirorum quos ignis consumpserat, vt produceret in laminas, & figeret altari, vt cerneat ea pro signo & monumento filij Israel, quibus commonerentur, nè quis alienigena accederet ad offerendum incensum domino, ne pateretur sicut passus est Core & omnis congregatio eius. Vide quomodo Deus uult in memoria habere punitiones peccatorum; nè ipsi similiter pereamus cum illis, si similia fecerimus. Non meminerunt multi suppliciorum Dei, & quanta pro peccatis suis pœnædigni sunt, vt corrigantur, & habent in memoria iniurias, quibus lacessiti sunt, vt uindictam sumant: & crimina quæ aliquando perpetrarunt, vt recordatione eorum uoluptate perfundantur, nec recordantur uitionem & iudicium Dei, ut ad se redeant, uitamque longè à uidentis uia aberrantè corrigant. Sed de his alias. ¶ Sequitur in contextu. *Dicebat autem et hanc similitudinem. Arborem sci habebat quis plantatam in uinea sua.* Poterant dicere Iudæi. Si ergo nos maiores peccatores su-

mus quam illi Galilæi, & Hierosolymitæ, quare ergo nos non punimur sicut illi? Signum est quod non sumus peccatores sicut illi: uirtu affors. Ad hanc tacitam obiectionem respondit. Christus in hac parabola in qua ostendit, hoc non prouenire ex innocentia illorum, sed ex Dei misericordia qui diu expectat peccatores ad pœnitentiã. Hæc igitur arbor fici significat synagogam. Sic in Deuteronomio, loquitur Moses synagoga. Te elegit dominus ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Vide autem quam aptè synagogam comparauit ficu, qui sicut hæc arbor folijs redundans fluentibus & uiridibus, umbrosa uideatur, umbram autem non faciens dominum suum fallit: sic synagoga dum doctorum eius operibus infæcunda, uerbis autem uelut folijs redundantibus gloriatur, inani umbra legis exuberat spes autem falsi expectata prouentus populi uota credentis illudit. Aliæ etiam arbores flores ferunt, antequam fructus: hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In alijs flos discuitur, & poma nascuntur: in hac poma decidunt ut poma succedat, sic in initio synagoga protulit partes, scilicet, Moysen, Aaron, Iosue, Samuel, &c. Quibus mortuis non inuenit nisi folia Christus, successerunt alij ueriores fructus, scilicet, Apostoli, & discipuli. Hæc ergo ficus plantata fuit in Israelitico populo, qui uinea domini exercituum est: iuxta illud Esaiæ. Uinea domini exercituum dominus Israel est. Et in psalmo, etiam de Aegypto transfulisti *Uenit quærens fructum in ea.* Quia Dei filius à folio excelso descendit, ut uisitare dilectam synagogam, & uideret fructus ex ea. Baruc enim ait. Post hæc in terris uisus est & cum hominibus conuersatus est. *Et non inuenit.* Folia amabat uerborum, & externam sanctimoniam, & cultum habebat: quærens fructu uirtutum & bonorum operum. Aliqui boni fuerunt, quando dominus uenit quærens fructum, ut Zacharias, Simeon, Anna, Ioseph, & alij: sed paucissimi cõparatione malorum. Vt etiam tibi quoties cõmunitus uisitat animam tuam, quærens fructum, & expectat patientissimè fructus fidei, charitatis, & uirtutum, quas Deus tibi dono dedit & delatit: Tot anni sunt, ex quo uitam corrigere proposuisti, Deoq; in seruicium nunquam producis nisi folia. An imaduertes uitam tibi à Deo fuisse concessam: ut in ea mereris & consequeris fructum gloriæ. Hoc unum est huius

Mat. 24.

1. Reg. 4.  
2. Reg. 13.

Numer. 16.

Deut. 7.

Esai. 5.

Psal. 79.

Baruc. 3.

huius misera uita summum bonum, quod & malus, bonus: & bonus, melior fieri possunt. Hi autem fructus nullo sunt pretio æstimabiles, nec in alia, præter hanc, regione proueniunt, & hic à dño nostro ad eos colligendos detinemur. Quare præstaret, uel natos omnino non fuisse, uel à natiuitate statim interiisse, quod datoris Dei, intentioni non respondere: qui nobis uitam & salutem dedit. Ut possim fructum ferre Deo, oportet amabimus manibus operari nauare: sicut illi, de quibus habetur, quod altera manu ædificabat, & altera gladium tenebat. Quæmadmodum ficus putatione, irrigatione, laboreq; indiget ut crescat, & fructum ferat: eodè etiam modo nos, amputare & radicibus extirpare peruerfas animi propensiones, & libidines, uirtutisq; uia ad hoc nati sumus, palæstra insudare debemus: ut cum uenerit dñs ad nos, inueniat in nobis, bonorum operum fructum, nè forte de nobis fiat, quod factum est de Iudæis, ut iussu eius excisi in ignem sempiternum detradamur. ¶ Sequitur. *Dixit autem ad cultorem uinea.* Tractanda sunt cum amicis consilia, neque faciet dominus uerbum nisi prius reuelauerit seruis suis Prophetis. Incerta (inquit Dauid) & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et si in omnibus quæ facturi sumus consilium capere debemus: maximè tamen cum uindictam exercenda est, nè in ea excedamus. Solet enim ira ita hominem excæcare, ut raro nec excedat in uerbis aut factis. Sic Deus uolens destruere Sodomam & Gomorram prius cum Abraham arcanum habuit, & dixit. Nunquid celare potero Abraham quæ gesturus sum? Si ergo Deus quia uindictam excedere nequit, consulit amicis: quis tu, quia illum consulere dedigneris? Porro cultor istius uinea, carus Apostolorum & discipulorum Christi significat: quorum precibus & monitis, assidua plebi Dei cura suggeritur: & non inaniter sub nomine unius cultoris, tot Apostoli & discipuli ponuntur, quia ut in Actis noster Lucas ait, multitudo credentium erat cor uinum & anima. Occultè autem nos docet litera hæc misericordiam Domini. Ut quid enim dixit cultori uinea quod uolebat ficum destruere: nisi ut cultor pro ficu intercederet? Ad quid reuelare etiam uoluit Abraham Sodomorum uindictam: nisi ut pro eis oraret uir sanctus, & quoad poster prohiberet? Sic Moysi reuelauit peccatum populi, ut ipse apud Deum pro eo intercederet. Nos autem sine consilio & consideratione precipites sumus ad uindictam summè damis: sed ad bonum quid agendum, aut elec-

Neem. 4.

Amos. 5.

Psal. 50.

Genes. 19.

Act. 4.

Genes. 19.  
Exo. 32.

mosynam erogandam, uel quid simile pluribus consilijs utimur. Sed audiamus quid dixerit cultori uinea. *Ecce tres anni sunt, quod uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio.* Satis emedationem plebis huius expectaui, quia ante captiuitatem Babylonicam & post reditum Iudæorum de Babylone: & nunc tertio in meo aduentu, quæsiui opera uirtutum in plebe hac. Dicitur autem Christus quærens, & non inuenire, non quod sterilitatem malorum ignoret: sed ut suam in nos diligentiam prouidentiamque demonstret: & ut humanam declaret ignauiam, seque pro nostra salute probet sollicitum, & examinatorem. totius uitæ nostræ, iuxta illud Psalmi. Dominus de celo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum. Dices & tu. O durities Iudæorum, populus rebellis, & ingratus: quem tot beneficijs Deus allegerat, qui tanta bona à Deo acceperat. Fuerunt illi omnium hominum mundi peiores, quando non conuersi sunt, Deoque genibus flexis non iusserunt. Sed & tu quare illi non seruis die noctuque: qui maiora dona accepisti, quam isti Iudæi? Illos eduxit Dominus per aquas maris Rubri, te aqua Baptismi abluit: illos in deserto, manna cœlesti paut: te Sacramento altaris. Quando hæc illis Christus loquebatur, non fuderat pro eis sanguinem suum pretiosum: pro te autem mortuus es, & uitam tibi dedit. Illis ante eorum mortem clausa fuit cœli porta, nobis autem aperta est. Illos astrinxit Deus multis, difficilibusq; præceptis seruandis: tibi autem pauca, faciliaq; proposuit. Illis pauca fuerunt sacramenta in remediū criminum suorum concessa: tibi uero multa, gratiaq; maiorè importantia. Illi nullo remedio post peccatum, uia excepta contritione, salutem consequi poterant: tu præter eadem contritionem omnibus in uniuersum permissam, sacramentali confessione, cum attritione simul coniuncta, quorum concursus uirtute, uerè contritus redderis: ueniam peccatorum, sacramenti pœnitentiæ uirtute impetras. Sanctiores cõcionatores fuerunt nobis Apostoli & discipuli Christi, quàm illi anti qui Propheta. Expende igitur Deum, tua causa plura, quam illorum fecisti: quare plius illi debes. Ideo si duritia & cõtumacia illorum reprehendis, te ipsum reprehende, qui tamen inerbis cum colas obsequijs: & si eorum perfidiam miraris, magis te ipsum mirari debes, qui cum maiori iure ad Dei cultum tenearis, remissius, cum ueneris. ¶ Docemur hinc exemplo Christi Saluatoris

Psal. 13.

Exod. 4.  
Exod. 16.

Lucæ. 6.

nostri, misericordia vti citra peccatores, & misericordes esse, expectantes patienter eorum conuersionem: liquidem peccatores tam clementer expectat Deus, multis beneficijs eos alliciens. Eadem mensura qua mensuramur par est, vt fratres nostros metiamur. Hęc enim parabola munificentiam, pietatē, & misericordiam Dei ostendit: quam nos habere debemus erga proximos nostros. Cum delinquis, velles vt te statim Deus ad inferos detruideret: Si ergo vis à Deo clementer tractari, proximorum tuorum eodem modo miserariis necesse est. Qui enim seuerius aliena plexerit, nunquam suorum criminum veniam merebitur. Neminem quantumuis malum contemnas, necis enim, quem sit vitæ suæ exitum habiturus: si hodie est malus, cras bonus esse poterit. Quis cogitare possit, latro nem, eum uiuendi finē facturum, vt à Christo in gloriam perduceretur? Qui si annū ante mortē operijisset tam fortunatum exitū amississet. Quis aliquo in numero aut gradu quam plurimos peccatores habendos censeret, qui tamen postea ad maximum sanctitatis culmen peruenerunt? Si Deus Paulum cū Christianos homines persequebatur de medio sustulisset, & eius conuersionem non expectasset: non haberemus modō tantum in Ecclesia concionatorem, nec eius Epistolarum doctrinæ eximia suauitate fruermur. Si frater tuus peccat audi Apostolum dicentem: cum simus alij aliorum membra, par est vt iuxta legē naturæ, aliud membrum alij subueniat. Fer fratrem tuum in minimis, quandoquidem Deus te in maximis perfert: & ne irascaris in fratrem tuum, sed potius Iesum Christū imitare, qui tandiū synagoge indulgens, eius conuersionē expectauit, profert, & expectat quotidie animo patientissimo reorum conuersionem. Sed quia plerique Dei misericordia abutuntur, & audent atrocissima crimina committere, ea confidentia, quia existimant se ueniri à Deo consecuturos, nec reuocant in memoriam, Deum ita esse piū erga penitentes, vt sit etiā iudex inexorabilis in obliuatos reos: audi quid dicat. *Succide ergo illam.* Hoc est, destruendam atque damaandam pronūcia. Sic loquitur Dñs per Hieremiā. Eijce eos à facie mea. Id est, eijciendos pronūcia: ita vt de ea dicatur illud Psalmi. Fias habitatio eius deserta. Atque ideo Apostoli ex parte Dei nunciauerūt excidium Hierosolymitanum, imo & ipse Christus, flens super ciuitatē prædixit calamitates venturas. Huius feri successione bene Dñs præfigurauit, cū maledixit ficulneæ illi, eo quod fructus nō haberet: quæ statim arefacta est: in quo ostēdit ali, quando ob suā sterilitatē, synagoga destruendā fore. Sequitur. *Ad quid etiam terram occupat?* Id est, ad quid inani ter terræ promissionis, quæ est omnī terrarū opulentissima, immoratur? Ingrata est synagoga tantis beneficijs: quia multis miraculis dedit ei terrā fluentē lacte & melle: sed omnia beneficia perdit, quia his omnibus donis abutitur, peccator nō est dignus pane quo vescitur: ideo oportet illā eradicare & in dispersionē gentiū, rapinā & captiuitatē mittere. Obone Deus: si etiam & nunc Dñs omnes ociosos & qui terrā occupat eradicaret, quam pauciores homines essent in orbe. Aduerte nē perperam tempus consumas tibi à Deo concessum ad laborē. Imperauit Deus homini, vt in sudore vultus sui panē comederet: qui labor licet illic molestiæ speciē præferre videatur, maximū est remediū & medicina, qua pristinum malū sanatur: videlicet, vt laborādo recuperet quod ociosus comedendo perdidit. Quod etiā si tantūmodo sumēdi supplicij causa homini esset imperatū, iniquū esse non posset: præsertim cū omnia Dei imperio sanctificentur. Dedit itaq; laborē Deus velut mediū ad fruendā terrā cœlumque promerendū. Et ita ait Iob, quod homo nascitur ad laborē: & Christus magister rectissimūque omnium exemplar, omnē vitā suā laboribus, ad mortē vsque impendit: virgines dormiētes, & ociosos qui sunt in foro reprehēdit. Nihil arduū sine labore factū est, res autē labore partæ iucundiores vidētur: vnde qui laborē tollit, tollit quietē. Defesso, & defatigato omnia lauta, omnia dulcia videntur: nam & cibus sapore, somnus quiete, cæteraq; vitæ humanæ præstidia, maiori multō voluptate homini laborioso commendantur. Qui vero nunquam laborauit, nunquam defatigatus est, quō tandem otio gaudere poterit? Cōsidera omnes creaturas, nullam ociosam inuenies, Cœli orbes, & elementa motu operatur assiduo: terra annuis fructibus procreandis finē non facit. Econtrario vero desidia est omnium vitiorum mater: virtutum autem sanctissima non erca. Multam malitiā (ait scriptura) docuit ociositas. Et Ezechiel ait quod inter peccata, propter quæ fuit destructa Sodoma fuit ociositas. Vinum, oleum, omnesque liquores, ferrum cæteraq; omnia metalla situ citius, quā vsu cōsumuntur.

Matth. 21.  
Mar. 11.

Gene. 3.

Iob. 5.

Matth. 24.  
Matth. 20.Eccle. 33.  
Ezech. 16.

Prae.

Luc. 23.

Act. 9.

1. Cor. 12.

Hier. 15.

Psalm. 30.

Luc. 19.

1. Theff. 3.

2. Cor. 11.

Matth. 20.

Apo. 14.

Mat. 25.

Mat. 7.

Præterea medicorum communis verissimaque est sententia, neminem vilo modo sanitatem sine labore & exercitatione conseruare posse. Orium equis, alijsque animalibus pedes vitiat, milites otio ignauiores fiūt: in prælijs strenuissimum quenque tutissimum, tardiores omnibus esse periculis obiectos quis ignorat: quin nec auius volitatibus, sed morantibus auceps arcum tēdit, aut insidias molitur. Vide quantum labor commodi, quantum in commodi otium omnibus rebus, nedum hominibus, importet. Diuus Paulus doctor gentium, laborem sepiissime cōmendat: cui se esse deditum gloriatur. Ad Theffalon. cum scribit ait, illis non esse ignotum quomodo se imitentur, quando equidem apud illos nunquam fuerit ociosus: nunquam enim panem sumpsit labore non peracto, interdiu vero & noctu laborando se defatigabat, vt nemi nō molestus esset: hoc autem, vt aiunt, faciebat, illis normam & exemplum laborandi exhibiturus: & ita illis commendat & persuaadet, vt semper in labore persistant, ignauisq; victum denegent. Item Corinthijs inculcat, labores suos recensens: multisque alijs in locis curam eandem ostendit. Aduerte ergo ne sis ficus otiosa, quæ nequiquam terram occupat, nec velis hic quietescere: nam in cœlo est omnis quies. Hac vita est vinea Domini, ad quam vocati sunt operarij: in altera autē est soluenda merces. Ided Ioannes. Beati mortui qui in Domino moriuntur: modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum fecerunt illos. Nē ergo occupes terram otiose viuendo. Obserua etiam quod illi terram occupat, qui non solum otio se viuens bonis operibus non exercetur: sed etiam exemplum prauitatis alijs præstat. Quod cumur hic talentum nobis creditum non abscondere: sed in Ecclesiam sanctam Dei vtilitatem afferre scribendo, docendo, laborando, vniuersisque iuxta gratiā sibi datam, alius sic, alius vero sic. Denique quomodocunque poterimus laborem non tantum nobis ipsis, sed etiam alijs vtilitatem, & commodum afferentes: nē tanquam arbores infructuosas eradicemur, & in ignem mittamur. *At illi respondens dicit illi.* Cultor inquam vineæ, qui vt iā diximus Apostolorum chorus est, dixit domo suo. *Domine dimitte illam, & hoc anno.* Hoc est clementer differ hanc vitionem, quousque tempus prædicationis in Iudæa compleatur: quod per quadraginta & duos annos dura-

uit. *Vsq; dum fodiam circa illam.* Orando, docēdo, miracula operando, exemplariter viuēdo, increpando, & ab amore terrenorum reuocādo. Qui enim fodit terram, illam extrahit, & fossam facit: id est, humilitatem ingerit, & solitudinem terrenarum rerum extrahit. *Et mittant stercora.* Id est, abominationes peccatorū suorum reducam ad memoriam. Peccata enim stercora dicuntur, propter foeditatē & vilitatem: si tamē ad radicē arboris mittuntur, id est, si ad mentem peccatoris reuocentur, forunc datur arbor. Vtilis enim est memoria peccatorum, vt peccator caueat in posterū, & vt humilietur & timeat. Ided Deus posuit Adā iuxta paradysum voluptatis, vt vidēs terram deliciarum, quam per peccatum perdidit. Penitentiam ageret, recōdatus transgressionis eius. Sic David. Peccatum meum contra me est semper. Petrus qui Christum ter negauerat, in Christi passione interrogatus ab ipso post resurrectionem, an cæteris plus diligeret Christū: memor fragilitatis suæ, cautē & modestē respondit. Tu scis Domine quia amo te. *Ioan. 21.* Hac de causā dicit cultor vineæ, quod mittet stercora sicca, adducens in memoriam scēditatem & abominationem peccatorum vt detestantes ea & execrantes, afferant fructum. At nunc ita abundauit iniquitas, vt nullus velit, vt memoriam peccatorum reuocent prædicatores: quod si fecerint detrahunt illis, murmurant, & male dicunt. Secundo exponi potest locus iste de intellectu exercitio & humilitate. Expende stercoris magnam vim, tanta enim est vt de infœcundis fecunda, de arenis virentia, & de sterilibus faciat fructuosā. In stercore sedit Iob, cum tentaretur, & Iob. 12. vinci nequirit: & cum antea plura perdidisset, postea, quam sedit in stercore, non habuit quod diabolus posset ei auferre. Bonum est ergo vt terra fodiat, bonum vt stercus mittatur in eam: de terra enim Deus suscipit inopem, & de stercore erigit pauperem. Ided quæ cultor per intellectus exercitium, quod fodere terram est, & per humilitatis affectum quod per stercora intelligit, credit cultor Iudæos bonum fructum producere. Excæcatus erat ne Christum, quem præsentē cernebat, cognoscerent: superbi autē, quia quāuis maiores cognoscerent, nollebant credere, quia illum pauperem & humilem cernebant, & vitia eorum arguebat, quod superbis molestum est. Quapropter per intellectum scripturarū & cordis humilitatem adducendi erant ad

Gene. 3.

Psalm. 50.

Ioan. 21.

Psalm. 112.

Q. 2. Chri.

Enarrat. in Cap. XIII.

Christi Hoc est fodere terram, & mittere ster- cora. De principio dixit Christus. Scrutamini scripturas; quia illarum testimonium perhibet de me. Et de superbia eorum ait Hieremias loquens de Christo. Ecce paruulum dedi te ingentibus; & contemptibilem, inter homines. Et conuertit sermonem ad synagogam dicens. Arrogantia tua decepit te: & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petrae, & apprehendere niteris altitudinem colis. Quasi dicat. Quia uidisti illum humilem, & tu superba es; abiecisti eum. Haec duo remedia ceperunt sancti Christi discipuli, ad eius iram sedandam, iustitiamque longe lateque propagandam. Addunt & ultra. Et si quidem fecerit fructum. Supplendum hic est, non excidetur. Aposiopsis, qui modus est loquendi illorum, qui uehementi dolore affliguntur. Sic enim apostolorum catus loquitur; qui ex dilectione, qua ad synagogam habebat maxime de eius perditione dolebat. Sic vnus ex illis Paulus Romanos alloquitur dicens. Tristitia mihi magna est, & dolor continuus cordi meo, pro fratribus meis qui sunt Israelitae. Sic autem. Hoc An futurum succides illam. Id est, erades in manus Romanorum. Ex his omnibus satis constat excidit Hierosolymitanam, dilatum fuisse orationibus, precibus, & ueritis a postolorum. Tunc hic aspicias quanti estimandi sint uiri iusti; si quidem propter eos multa mala a peccatoribus auerit. Sa- lomoni nimio mulierum amore deprauato, dixit Deus. Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. Et apud Elaiam. Sic facta, inquit propter seruos meos, ut non disperdam totum. Hoc uoluit scriptura significare cum ait, abegisse Abraham uolucres, super immolata cadauera descendentes. Lacerassent, & deuorassent uolucres animalia illis mortua, nisi eas sanctus ille parer legem superasset. Sic sanctorum meritis, & suffragiis, tyrannorum potentia, & impios conatus & studium irruendi in filios Israel abegit dominus. Sic etiam olim commotus dominus, hominum peccatis discessit. Delebo hominem, quem for- mauit; sed delectatus Noe uiri iusti sacrificio dixit. Nequaquam ultra maledicam terram propter homines, non igitur percussit omnem animam uiuentem sicut feci. Sic in praesentiarum dixerat Deus de hac uice, Succidit illam, sed orationibus sanctorum placatus reliquit eam. Habent hoc uiri iusti, ut non solum Deum a malo reuocent, sed factam punitionis eum faciant

penitere, quemadmodum sanctus Moses fecit Deum non solum populo parcere, sed punitionis iam factae penitere. Commendat locus iste misericordiam & pietatem domini, qui in medio irae suae recordatur misericordiae. Eodem modo qui uoluerit Deum imitari utatur benignitate, beneficentia, & misericordia; & ob aliorum ingratitude, misericordiam non derelinquat. Ut enim sol non desinit terras suis calidis & fulgentibus radijs illustrare, quanuis illis lutum obdurecat: sic uir pius & rectus non debet a recte factis & beneficijs desistere, quanuis illis iniquorum animus durior & in sua ingratitude pertinacior in dies reddatur. Non enim Deus ob synagogae duritiam desinit a sua consueta misericordia, ut beneficijs suis ueteretur, & expectaret eorum conuersionem. Docentur praeterea, ut pro muro se gerat coram Deo pro uobis commissis, sicut a postoli rogabant dominum vineam pro ficulnea: ut Deus patiens & misericors synagogam non destruat. Officiu praetorum & sacerdotum est intercedere pro grege, ut Deus non destruat populum. Dominus enim dixit Moysi, Pro anima, quae praeparauerit Deo ceremonias oret sacerdos. Et in libris regum dicitur. Si peccauerit uir in uirum placari ei poterit Deus: si autem in Deum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Et in Leuitico de purificatione mulieris loquens dominus ait. Orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Aaron inter mortuos uiuentes se posuit coram Deo: & plaga cessauit. Hoc etiam Moysen fecisse scriptura commemorat. Sed paucos nunc Moses habet Ecclesia, qui uidentes Deum iratum contra populum suum intercedant apud Deum dicentes. Dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro uitae. Sed nunc praeterea aliqui quos pro muro contra Dei iram opponere se oportebat ad defendendum oues peccantes, abentes sunt, & delicijs vacant: de quibus conqueritur dominus per Hieremiam. Quis est pastor, qui restat uultui meo? Audi, quid ad te dominus dicat. O pastor & idolum derelinquens gregem. Idolo est similis, qui more idoli se habet: nam idola habent manus & non palpant, habent pedes & non ambulat, oculos & non uident nares & non odorant. Sic isti oculos habent ad uidentem egestatem proximi, & non subueniunt: habent pedes ut in eius adiutorium procedant, & cessant: habent manus ad elargiendum elemosinam, & illas pauperi non extendunt: &c. Sed ueluti

Exod 32.

Leui 5.

Leui 12.

Exo 32.

Jerem. 49.

Zachar. 11.

Psal. 119.

Psal. 79.

Lege Chryf.

homil. 49.

in imperfec.

Matth.

Psal. 3.

Acto. 22.

3. Reg. 16.

Ioan. 18.

ueluti idola adorari cupiunt, & ut omnes genu flectant, dominationis nomine aduantes eis: illi uero quasi idola nullo labore, nullo negotio occupati sedent. Atque utinam iam multi praeterea idola essent, & hoc minus malum esset: quia idolum, licet nullum bonum faciat, tamen nihil agit mali. Sed plurimi praeterea tanquam serpentes non solum bonum non faciunt, imò deuorant carnes subditorum, sicut lupi, destruunt, dissipant, & dilacerant greges excommunicationibus, censuris, spoliantes pauperes agricolas. Utinam Deus respiciat de caelo, & uisitet vineam istam, quam plantauit dextera eius. Sed de his satis. Igitur postquam Christus hanc ficulneam parabolam populo praedicauit, sicut mos illi erat ex quacunque occasione longam protrahere doctrinam, & hanc miraculis confirmare: praedicat in synagogis eorum, & hanc mulierem infirmam sanat: sic ergo prosequitur D. Lucas suam narrationem dicens. Erat autem docens in synagoga eorum sabbathis. Quia Christus dixerat in secundam & sterilem esse synagogam, non facit nisi irrigare illam doctrina. Vide quomodo Christus ex tam leui occasione: ut erat narrare ei, quod Pilatus interfecerat illos, sumpsit occasionem docendi eos: frequenter enim ex occasione carnali incipiebant Prophetae in Dei laudes & prophetias. Dauid ex persecutione filij Absalon incepit psalmum tertium. Dicit quid multiplicati sunt, qui tribulant me, ubi multa de Christo uaticinatur. Hoc enim quod dicit, Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me, fecundum tristitiam qua erat afflictus accipiendum est, quia multi iungebantur Absaloni: uerum illa quae dicit, Ego dormiui, & soporatus sum, & multa alia, de Christo ad literam sunt intelligenda: ut Petrus a postolorum princeps repletus spiritu sancto in actis interpretatur. Sicut enim boni ex quacunque occasione in laudes Dei erumpunt: ita impij maledictiones & conuicia dicunt. Sicut Semei, qui ex eo quod uidit sanctum Dauidem ex calcatiu extra Hierusalem ire iam credit non reuersum ad regnum, & multa male dicta & conuicia dixit illi, quod etiam & nunc passim uide mos contingere. Docebat autem Christus in sabbathis, quia eo die Iudaei frequentius conueniebant ad synagogam: quia dies festus erat: & etiam propter uitandam doctrinae suae suspicionem. Sic Anna Pontifici insidiosus quaerenti de sua doctrina faretur Ioannes respondisse. Ego palam locutus sum mundo, ego sem

per docui in templo, & in synagoga, ubi omnes Iudaei conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Veritas non quaerit angulos. In istis conuentibus muliercularum, pseudoprophetae speciem religionis, pileo ad oculos depresso, uoce submissa & modesta, docent haereticos: quasi noctuae, & bubones conuenticula facientes. Denique Christus qui non solum sicut synagoga folia uerborum habebat, sed opera charitatis, non solum uerbo sed etiam operibus docet, quid agendum sit: idem postquam publice in synagoga praedicauerat, opere complet, quae uerbo docuerat, salutem tribuens mulieri cuiusdam infirmitate incurabili grauata. Ait ergo Euan gelista. Ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis, annis decem & octo. Habebat infirmitatem a spiritu diabolico preparatam, uel inflatam: sicut de sancto Iob legitur, quod egressus satan a facie Domini percussit Iob uicere pelsi mo. Et apostolus ait. Datus est mihi angelus satanae. Ideo Christus dixit postea de hac muliere, quod alligauit eam satanas siue ex culpa sua sicut Saul, uel ut manifestaretur gloria Dei in illa, uel alia quouis causa: nobis autem ignotum est. Decem & octo annos erat in infirmitate, cuius ex sua natura uidebatur: difficilior curatio & salus est mihi angelus: nihil est difficile, qui omnia aequè facilliter operatur. O stendit autem Lucas grauitatem infirmitatis dicens. Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Vultu & corpore uersus terram depressa & incuruata ad modum brutorum, cum Deus homini rationali os dederit sublime, caelumque uidere iusserit, & erectos ad sidera tollere uultus. Utinam omnes, qui caelum contemnent & inclinati uersus terra mundana appetunt, & quaerunt, qui auerentes sensum suum, declinauerunt oculos & non uiderunt caelum, stauerunt oculos suos declinare in terram, Dominus etiam dignetur curare: ut iam intelligant se non tanquam bruta animalia ad terrena esse creatos, sed ad fruendum bonis, quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, quae Deus illis preparauit, si haec contententes super omnia Deum dilexerint. Sed ad contextum. Quam cum uidisset Iesus. Non tantum oculis corporalibus sed etiam miserationis affectu. Nunquam nos uidet Deus, nisi, ut aliquid nobis boni impartiat. Si Rex transiens oculos in aliquem conuertit, eumque latiori uultu intuetur, statim is gratiosus apud eum putatur, & aliquid beneficium consecuturus: quanto maiore ratione haec

Iob. 1.

2. Cor. 11.

1. Reg. 16.

Ioann. 9.

Dan. 13.

Psal. 116.

1. Cor. 2.

Q3 Deo

**Eccles. 32.** Deo tribui possunt qui propter eam oculis suis sole splendidiore, aliquem intueretur, ut eum maximo bono afficiat: Ideo sequitur aliud maius beneficium. Siquidem non modo eam aspicit, sed etiam alloquitur: & non solum alloquitur, verum etiam sibi coniungit, & eam ut ad se veniat sollicitat, in quo notatur maxima saluatoris mundi clementia & bonitas. Ideo sequitur. *Vocavit eam ad se.* Bene poterat illam curare, absque eo quod appropinquaret ad se sed voluit, ut miraculum omnibus esset manifestum ad Dei honorem, populi quoque edificatio-nem. **¶** Observandum est, quod sanavit socium Simonis Petri, rogatus ab Apostolis: quandoque etiam non rogatus curat, ut hanc mulierem, ut ostendat voluntatem quam habet ad sanandum nostras infirmitates & ad auxiliandum, & adiuvandum nos, si velimus invocare eum nam si tanta est eius dilectio, & ita appetit commodum & bonum nostrum, quod non rogatus ipsemet amore tantum tractus, vocat & sanat nostras infirmitates, quid si vocaretur: Quid ager, si invocatus fuerit? Nonne exaudiet nonne veniet? Maxime commendat locus iste Dei infinitam misericordiam: cum ipse querit, vocat, & rogat peccatorem Deum continenter. Immenita & ineffabilis Dei clementia hanc est. Noli ergo dilectissime contemnere auxiliatorem tuum, noli desperare, quam tuncque peccator sis. Hanc igitur tantam bonitatem durissima corda labefactare poterit, nec vilitate rigida precordia esse possunt, licet ad amantem duriora sint, qui hac tam mirabili saluatoris nostri clementia, non molliatur. Vide illum in cruce tuam salutem scientem, & brachij aperti ut te amplectatur. Vere tam bono ad tuam salutem saluatore, ne talem occasionem huius vite presentis amittas: in qua semper te vocat, semper te rogat, teque libentissimum animo quotiescunque ad eum confugies accipiet. **¶** Sed his omisis, quaerendum hic nobis est, cur hac mulier non vocavit Christum, & non quaesivit a medico sanitatem, sicut Cananea, caeci in via leprosi, & multi alij? Quia infirmitas inueterata despicit medicum & non curat de illo: quia desperat sanare. Sustinens peccator graue onus peccatorum humeris suis in terram respicit, sicut hac mulier, quae coelum non poterat aspiceret: quia inueterata erat infirmitas decem & octo annorum. Et tu auxilium a Deo, qui in caelis est, non petis, nec de siderum caeli habes inueteratus peccatis. Ne desperes de Dei benignitate, nec differas de

die in diem conversionem tuam. Nam si non potes leuare onus peccatorum, quando minus est: quomodo leuabis illud quod maius erit? quo magis cessas, incommodius facis: auges enim onus, & habes vas minus idoneum, ut dominus infundat balsamum gratie suae: vas enim sordidum, qui diutius peccati sordes habuit, est minus idoneum ad gratiam suscipiendam. Nihil libenter infundit balsamum in vase, quod diu continuit lutum: ideo ne differas poenitere, nec inueteras cas in peccatis: nam tanto difficilius ad Deum venies. Sequitur in contextu. *Et ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua.* Obserua, quod multi habent infirmitatem & non suam, quia non suo merito sibi inflata, aut quia non bene utitur ea: aut quia murmurat, & in patientes sunt, ait, tua, quia bene utebatur ea. Similiter & Ioannes de illo paralytico **Ioan. 5.** qui erat in piscina expectans, aqua motum, locutus est, dicens. Et ait tibi homo triginta & octo annos habes in infirmitate tua. Nouus est modus loquendi: nam anni non tenentur, cum de tempore non habeamus nisi nunc: sed ille annos habet infirmitatis, qui patienter suffert infirmitates, nam illi anni sui sunt, quos ad suum meritum conuertit. *Et imposuit illi manum.* Non quia sine tactu non poterat sanare: sed ad ostendendum benevolentiam, charitatem, & humilitatem suam ad pauperes & infirmos, quos non dedignabatur tangere. Mira Christi bonitas est, qui non tantum propter nos homo fieri non dedignatus est: sed etiam non abhorret a nostris miseris & infirmitatibus. Sed quid actum est ad Christi tactum? *Et confessus est ei.* In quo patet, quae imperialiter Christus egit miracula: siquidem omnes creaturae sunt in potentia obedientiales, & nutu Dei reguntur. Non aliter poterat esse, Christo volente & iubente: qui dominus est salutis & infirmitatis. Verum quid ipsa fecerit audiamus. *Et glorificabat Deum.* Lato animo gratias Deo retulit, eiusque potestatem cognouit, confessus est & exultauit corde, & verbo gratias egit, pro tam magnifica eius curatione. Gratitude-nem docet locus iste: vult enim Deus, ut illi gratias referamus pro beneficijs nobis collatis, sicut hanc mulier fecit. Non quod Deo aliquid crescit honoris, aut gloriae: sed ut in nobis cresceret merito efficiamur digni ampliori dono & beneficio. Gratus fuit Iero sacerdos Madiam cum Mose, qui quia eripuit filias eius a pastoribus, interrogauit & dixit. Quare dimisit hominem? vocate eum ut comedit panem: deditque postea

Exod. 2.

**2. Reg.** postea filiam ei in vxore. Dauid quoque reddidit gratias Berzelai, ex eo quod cibaria prae-buit ei, & viris, qui cum ipso erant, quando fugit a facie Absalon filij sui: & iam morti appropinquans, praecipit Salomoni, ut filij eius comederent in eius mensa. Si Deus vult, ut hominibus gratias sumas, quanto magis Deo reddere tenemur gratias a quo semper tot bona recipimus: Illi nouem leprosi ingrati, qui recepta sanitate gratias non reddiderunt Christo domino, a Christo reprehensi sunt. Dignum enim est, ut pro tantis beneficijs, ingentes Deo reddamus gratias. Hoc admonet egregius **Psal. 102.** Praeter dicens. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Sic & Paulus Ephesios hortatur dicens. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo, & patri. Et ad Colossenses. Et grati estote. Thessalonicensibus quoque ait. In omnibus gratias agite, omnia enim referenda sunt in Christum salutis nostrae auctorem: maiora enim tibi contulit Deus beneficia, quam huic mulieri, quare eius exemplo, eum laudantes, dignus est enim omni laude. Verum cum haec mulier, Deo gloriam redderet pro accepto beneficio salutis, vide quid agat homo inuidus & arrogans. *Respondens Archisynagogus indignans quod sabbatho curasset Iesus dicebat turbis.* Illic Archisynagogus respondere dicitur non ad quaestionem quae nulla praecessit: sed multoties in scriptura respondere accipitur pro dicere. Sic apud Marcum legitur quod cum dominus habens famem accessisset ad synagoga, non inueniens ficus, respondens dixit. Non nascantur ex te fructus. Clarum est, quod neque ad verba, neque ad cogitationes respondit, quia ficulnea non cogitabat, aut loquebatur: sed respondere ibi, pro dicere sumitur. Sic etiam apud Mattheum legitur. Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi Pater domine caeli & terrae. Expende huius Archisynagogi ingenium. Non dedignabatur hic nebulo, ob sabbathi violationem: sed propter Christi glorificationem. Fingit de se sabbathi violationem turbis, cum torqueretur inuidia. Iam & nunc plurimos huius similes inuenies, qui sub praetextu iustitiae fingentes zelum vindicant suas iniurias: & illi, qui in aliquo eos offendit persequuntur usque ad destructionem. Si praetextum aut iudicium in aliquo minimo verbo aut facto offenderis, caue ne aliquam legem transgrediaris: nam si peccatum veniale

commiseris tunc furit, insanit, seipsum vindicet, & ait quod opus est & concedens aqua ti, ut delicta puniantur: quonia vel solis splendorem pedibus proculcasti, vel in templo ex-puisti, culpam tuam exaggerat, & de culice Elephantum facit. Et nunquam ignoscunt aut finem faciunt donec te funditus perdant. Et quod multo impudentius est se hoc iustitia, cultusque Dei causa facere mentiuntur: cum reuera faciant ut iniurias sibi illatas vlescantur. Et si laudaueris eorum vicia, & tyrannidem, & amicus fueris eorum, quamuis homo facinorosus sis, laudant te, & honorant: & si in aliquo fueris lapsus peccato, licet conuersus sis, & probetur delictum, tunc nulla vel leuis poenitentia te abluet, ac dicunt, quod non recte probatum fuit peccatum, & quod Christus misericordiam praedicauit, ac fecit cum publicanis & peccatoribus, & sic dissimulant amicorum delicta. In aulis regum, principum, & praetorum & in omni republica inuenies potentes, suas iniurias vindicare sub typo iustitiae, & quod vicia vocantur virtutes: & e contra, & inopes, innocentes, multa incommoda patiuntur, & vltinam haec pestis per sacros etiam monachorum ordines non grauescit. Ecce hic Archisynagogus liuore inuidiae stimulatus innocentem persequitur, & contra iustum indignatur, fingens se sabbathi zelatorem & Dei honoris defensionem. Non est hic adeo amicus Dei, ut Deum esse offensum doleat, nec sabbathi curat violationem: nam si esset Dei honoris studiosus non moleste ferret honorem a populo domino deferri: quia Deus summa bonitas & summa charitas est. Ideo grauissime inuidia offenditur, quae repugnat & ex diametro charitati opponitur. Verum cum rationem non habeat offensionis Dei, sed tantum suae cupiditatis fingit se legis studiosum, ut possit Christum quasi transgressorem notare. **¶** Porro turbis loquebatur sycophanta iste: quia Christum arguere non audebat, timens confundi. Ignauis sunt peccatores, exiguae sunt vires malitiae: siquidem non audent hostem suum facie ad faciem inuadere. Vide autem quid turbis dicat. *Sex dies sunt in quibus opera vi oportet, in his ergo venite & curamini & non in die sabbathi.* Bone Deus, quomodo malicia cor excacat & oculos mentis. Quid inuidia non dicit si agrotaret iste Archisynagogus, diceret ne nolo hodie curari? Si in sabbatho cecidisset in foueam, & crus, brachium, vel caput fregisset: non vocaret chirurgum, ut se curaret?

Q. 4

raret: certe sic. Ergo quod tibi vis fieri, alteri ne prohibeas. Non enim omnia opera Deus in sabbatho fieri prohibuit, sed tantum seruitia: alioquin non liceret in sabbatho comedere, bibere, loqui, cibaria scindere, potum effundere. Nunquam opera charitatis, & necessitatis fuerunt: illo die illicita. Sed quia in capitulo sequenti Deo annuente aliqua de sabbathi oblatione differemus: nolo hic diutius immorari. ¶ Vide autem hominis stultitiam. Vocat alios, vt in sex diebus veniant ad curam: quasi ipse possit curare. Sicut canis qui nec olera comedit, nec alios finit comedere: alios etiam inficit detractor iste, vt contra Saluatorem insurgant. Vnde egregius Psaltes. Sepulchrum patens, linguæ eorum. Sepulchrum non claustrum fetorem suum alijs expandit, & omnes appropinquantes inficit. Ita detractor, cuius os est sine ostio, omnes proximos inficit.

**Num. 19.** In veteri lege vas, quod non habebat operimentum, immundum erat. Sic immundus & abominabilis est coram Deo, qui apertum habet os ad virus euomendum. Hi detractores qui carnes proximorum deuorant non oportet, vt impuniti maneant: sed respondere illis opus est, & eos confundere, ne alios sua lingua inficiant: iuxta illud Sapientis. Responde stulto iuxta stultitiam suam. Ideo Christus ne populum hac detractioe damnaret: respondit illi. Vnde sequitur. *Respondit ad illud Dominus & dixit.* Archisynagogus non fuit ausus Christum directe arguere sed populum alloquendo, quasi indirecte redarguit eum: sed Christus Dei iniuriam non sustinens, nec populi deceptionem ferens, apertissime redarguit Archisynagogum dicens. Hypocrita, qui te simulas iustum & zelatorem legis Dei, te ostendis coram populo rudi: cum plenus sis inuidia & superbia *Vnusquisque vestrum in sabbatho non solum bouem suam, aut asinum, & ducit ad aquare: Quasi dicat, hoc facitis, cum tamen hoc sit opus magis manuale, quam infirmum manu tangere, aut verbo curare. Non est melior homo quam bestia: Coram oculis vestris quia estis auari, non ita est: nam auari magis volunt asinum, aut bouem, aut possessionem suam, quam bonum proximi: & sic videmus, quod magis curant de mula, aut equo si infirmus sit, quam de paupere vidua, & infirma, que non habet qui curet eam. Sed isti Pharisei, quia auari erant curabant in sabbatho de boue & asino, & nolebant proximorum salutem. *Hæc autem filiam Abrahæ* Tam carnis propagatio-*

ne, quam fidei, ac virtutum imitatione: que non solum rationalis creatura est, & multo nobilior omni rationali creatura, sed etiam fidelis, & filia Abrahæ. *Quam alligauit satanas.* Et vinculo infirmitatis constrinxit, non tantum per breue tempus, sed decem & octo annis, ab impijsimo inimico patiebatur. *Non oportebat solui à vinculo isto die sabbathi.* Certe oportebat, & expediebat: tum quia homo nobilior est iumento: tum etiam quia alligatio ista erat miserabilior. Vos autem Pharisei zelatis legem Dei, cum tota lex ex dilectione Dei, & proximi predeat: curam geritis die sabbathi iumentorum, & dilectione proximi pretermittitis. Destruitis legem Dei & preceptum dilectionis proximi quod est principium & fundamentum mandatorum secundæ tabulæ: quia pœniter vos, eo quod salutem tribuo infirmis die sabbathi: & cum in cordibus vestris sitis prauaricatores legis Dei, tanquam hypocritæ sanctitatem simulantes, iustos coram plebe vos ostendere vultis. ¶ Obserua, quod Christus de hac muliere dicit, quod eam satanas habebat alligatam, vt infirmitatem eius non teneat: sed magis camulo, sed magis camulo, retrahitur exasperatur: itaque nec coacta se subijcit, nec tamen libera vinculo est. Sicut ergo trahit vincula, itaque iugo: quod si non teneat, te proximo, teneat tamen, nec se explicat & absoluit: ita trahitur vnusquisque peccator ab iniquitatibus suis, quanuis putet se liberum, qui non est iugo subditus, subiectusque iudicio, & nescit quod non sit exutus: sed magis vt illa vitula se implicat suorū nexibus peccatorum. Hi sunt funes delictorum nostrorum, quibus inuoluimur & ligamur. Ligat nos diabolus vinculis fornicationis & auaritiæ, & ambitionis, sicut Nemibrot, & Esau: qui feras laqueis alligabat. Dirum pamas ergo nos vincula ipsorum. Sed opus est Dei auxilio, nã sola diuina misericordia nos absolueret nequit: atque ideo hanc mulierem, quam satanas alligatam habebat diuina maiestas quefuit, respexit, vocauit, & sanauit. Sed de his alias sequitur in contextu. *Et cum hac diceret erubescerant omnes aduersarij eius.* Quia conuincerat eos, optimo & insolubili argumento & derisione dignos esse monstrauit. Nã fide beato Stephano ait noster Lucas in Actis, quod aduersarij non poterant resistere sapientiæ & spi-

Matth. 23.

Psalm. 118.

Gene. 10. & 25.

Psalm. 2.

Act. 7.

Luc. 21.

Roma. 1.

3. Esdr. 3.

Pron. 15.

1. Cor. 2.

Num. 12.

Iere. 17.

Luc. 5.

Matth. 21.

Matth. 22.

Ioan. 5.

ritui qui loquebatur: quid dicendum est de Christo Redemptore nostro, qui fons est sapientiam, cui non poterunt resistere, nec contradicere omnes aduersarij vestri. Quam magis ipsemet Christus? Vide quomodo sapientia Dei confundit mundi sapientiam. Sapientia diuina omnia se subijciunt. Dicentes enim se esse sapientes, ait Paulus, stulti facti sunt. Bene posunt impij aliquo tempore spatio veritati resistere, eamque opprimere: veruntamen veritas vt oleum, quod omnes liquores supernatur, omne mædaciū vincit, & superabit. Super omnia enim vincit veritas. Hi autem cõfusi erubescerunt, cum se vt veritatis victos cernerent, quæ illos obmutescere fecit. Erubescerant in quâ omnes aduersarij eius, non enim amat vir pestilens corripientem se. O diosa est lux oculis in firmis. Si leoni ostendas prætum viride, non excitatur eius appetitus: quia ex natura sua non est comedere herbas viuentes sed carnes. Similiter si luxurioso peccatori predicaueris amonitantes cœlestes non accenditur ad eas dei derandæ: quia non est moris sui desiderare spiritualia, sed carnalia, & voluptuosa. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Sic isti quia inimici erant veritatis, & mendacijs palcebantur: confunduntur, & torquentur audita veritate. ¶ Docemur ex hoc, nunquam resistere veritati: siquid eam nomine nihil nisi confusionem & pudorem capere possumus. Aarō & Maria quado resisterunt, & maledixerunt Moysi fratri suo, cõfusi sunt & reprehensi à Deo. Omnes enim illi, qui nunc Deo contradicunt in operibus suis, si in hac vita non fuerint cõfusi, saltē in cõspectu omnium in iudicij die, maxime confundentur: iuxta illud Hieremias. Omnes qui te derelinquunt, confundentur. ¶ Obserua autē quod Christus multipliciter confundebat & cõvincebat Iudeos. Miraculis, vt supra ostēdimus cum eis dixit, quid est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, aut dicere, surge & ambula: vt autē sciat, & cetera. Aliquando scripturis sacris, vt in Matthæo legimus, quod dicebat illis, Nunquam legistis quod ex ore infantium, & lactentium profecisti laudē? Aliquando rationibus, vt cum dixit, cuius est imago hæc? & subdidit, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Nonnūquam testimonijs: vt cum dixit, Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit de me. At nunc ratione cõfundit suos aduersarios, & ipsi erubescerant, quia ex sola

inuidia aduersabantur. Confusi autem quia non poterant veritati contradicere, nec propter inuidiam credere volebant: plebs tamē aliter sentit, dicit enim beatus Lucas. *Et omnis populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo.* Sic in Exodo habetur, quod filij Israel videntes Aegyptios mortuos in mari, & mirabilia quæ fecerat Deus cecinerunt carmen Domino dicentes. Cântemus Domino gloriosè enim magnificatus est. Aduerte tamen quod aliud est glorificari, & aliud gloriose glorificari. Cū carnē Christus ex Virgine suscepit, in passione etiā & in Cruce glorificatus est, non tamen gloriose glorificatus est: ibi enim vidimus eum, & non erat aspectus: vnde nec reputauimus eum. Erat ei gloria passio Crucis: tamen hæc gloria non erat gloriola, sed humilis: glorificatus est Dñs in his, non tamen gloriose, sed humiliter. Sed cū uenit in gloria maiestatis suæ cum Angelis ad iudicandum: tunc enim non solum glorificabitur Dñs, sed gloriose glorificabitur. Hoc enim in miraculis factū esse credimus: ideo in subuersione Pharaonis & que exercitus eius, cecinerunt filij Israel, gloriose glorificatus, seu magnificatus est. Eadem igitur ratione videns populus miracula & mirabilia, doctrinæque Christi Samaritanorum nostris gaudebant in his quod gloriose fiebant ab eo: ¶ Obserua etiā quod quauis virtus, ab impijs & iniquis hominibus impugnetur, in fine tamen laudabitur & oprinebit victoriā. Sic castitas Susannæ impugnata est: sed tandem gloriā consecuta est. Cælum primū mobile appellatum vehemēti suo motu alios globos rapit & facit, vt alij cœli moueantur violēter & per accidens, ab Oriente in Occidentem. Nihilominus tanē hi cœli inferiores inuito primo mobili mouentur suapte natura proprio motu ab Occidente in Orientē. Sic quauis impij suis maledictis viros iustos labefactare & ad occalum ducere conentur: tamē velint nolint virtutes habēt suū cursum in sphaera laudis & gloriæ. Obscurare conatur Christi potentiam Pharisei, verum ipsi confunduntur: & vt hic dicitur aduersarij Christi erubescerant, populus vero gaudebat, & virtus Christi extollitur. ¶ Expende etiam, quam verum illud sit, quod actus actiuorum sunt in patiente disposito: Pharisei inuidi doctrina Domini, deteriores & duriores fiebant: & populus simplex & syncerus gaudebat, & lætatur in his, quæ gloriose fiebant ab eo. Vtinam, & tibi non contingat, quod Phariseis conti-

Exod. 15.

Esdr. 5.

Mat. 25.

Exo. 15.

Dan. 13.

Q. 5. git:

git: vt miraculis Christi, qua te conuertere, corrigere & meliorem reddere deberent, causam prauitatis capias. Non est opus mirabile, quod sperat Deus peccatore mille peccata admittentem, & cum sit ab eo offensus tamen nihilominus eum expectet, & vocet, in eum multa millia misericordiarum effundens: Sed sunt multi qui ex hoc quod eos inuitare, & ad virtutem excitare debet, causam peccandi capiunt. Dicentes peccemus: Deus enim omnia remittit. Audi Paulum. An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis commemoris? Ignoras quod benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Abuteris Dei bonitate & clementia: nam illud (quod vt ait Apostolus) oportebat, vt adducere ad penitentiam, te peiorem reddidit, & tam improbus es, vt bono patientiaque Dei abutens statuas in dies esse nequior, eo enim duratior, quo molliri deberes. Docemur hinc vt nobis vtilitate ex beneficijs Dei comparemus: ne in nobis eius miracula, passio, & Crux sanctissima, pereant: imò potius illi toto animo inseruiamus, & eius mirabilia & benignitatem, quam in nos ostendit considerantes. Huius populi exemplo ad Deum conuertamur, eum laudemus, magnas illi gratias pro omnibus eius mirandis beneficijs agentes. ¶ Igitur Christus redemptor noster dimissis illis obstinatis Pharisais, in quibus sua miracula & doctrina nihil operabantur, propter malam eorum voluntatem, & dispositionem: docens nos ne margaritas mittamus ante porcos, nec sanctum de mus canibus, ad populum syncerum vertit sermonem, docens illos. Dicebat ergo. Cui simile est regnum Dei? Et cui simile esse asstimabo illud? Interrogat & interrogatione sub alijs resumit: vt attentos redderet auditores. Aduersarij eius erubescerent, populus autem gaudebat. Videns ergo dñs eos gloriosis operibus, congaudentes ad eorum instructionem subdit parabola de grano sinapis, quod vile est, modicum & contemptibile: sed cum seminatur in arborem magnam crescit, & dilatat in ramos, ita vt in eis requiescant aues. Ait ergo. Simile est grano sinapis, quod acceptum misit homo in hortum suum, & creuit & factum est in arborem magnam, & volucres caeli requieverunt in ramis eius. Obserua quod regnum Dei, regnum Christi, & regnum caelorum, idem sunt. Dicitur enim regnum Dei, quod Deus ille exercet suam iustitiam, potentiam, misericordiam, sapientiam. Item quod in eo Dei bona & diuitiae continentur. Dicitur

autem regnum Christi: quia Christus super hoc regnum constitutus est Rex, & Dux: & ipsi data est potestas in caelo & in terra. Dicitur autem regnum caelorum, vt scias non esse mundanum, aut externum regnum, sed spirituale aut caeleste. Regnum meum non est de hoc mundo. Sicut igitur ad regnum externum plura requiruntur, scilicet, rex siue princeps: populus, siue ciues: & externa, vt pote diuitiae, potentia, &c. Sic in regno Dei, Christus rex est ciues omnes Christiani, diuitiae regni iustitia, pax, fides, &c. Ob hanc igitur causam regnum Dei in scriptura, aliquando Christus dicitur, tanquam rex in hoc regno: & aliquando regnum Dei est Ecclesia fidelium. Qualitercumque igitur hic accipias regnum Dei, vera est sententia, quod simile est grano sinapis, quod vt planè fiat per singula declarabimus. Primum si regnum pro ipso rege accipias, verisimile est sententia, quod simile est grano sinapis quid enim abiectius Christo erat? Quid humilius antequam in terrâ seminaretur per mortem? Exinanit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem. Et Esaias. Vidimus eum & non erat ei aspectus. Vnde & filium fabri vocabant, & peccatorem & daemoniacum. Partium istum granum proiectum in terram & mortuum & sepulchrum, ad eum creuit, vt Paulus dicat. Dedit ei nomen quod est super omne nomen. Extendit ramos suos vsq; ad terminos terrae: & volucres caeli sub umbra eius habitant, factus est enim nobis iustitia & sanctificatio. De hac exaltatione Esaias dicit. Erit germen domini in iocunditatem & gloriam: & fructus terre sublimis. ¶ Secundo si regnum accipias pro Ecclesia hoc est pro populo Christiano, & congregatione fidelium, idem videbis: & quod est simile grano sinapis. Videte (inquit, Paulus) vocationem vestram: quia non multi potentes, &c. Vide autem & nunc quantum creuerit, vt omnes velint sub huius ramis habitare, id est, filij Ecclesiae esse: & propaga est Ecclesia & extensa in omnibus mundi partibus. Et isto secundo modo credo quod hic accipiendum est regnum Dei, videlicet pro Ecclesia: & sic coadunatur litera haec cum precedentibus. Conabantur illi inuidiam gloriam Christi obscurare: sed hac de causa magis gloria Christi elucebat. Ne autem aliquis putaret hoc inopinato fieri, & sine Christi voluntate adducit parabolam hanc ubi docet, non ideò Euangelium esse contemnendum, eo quod tunc pauculos haberet discipulos, sed omnia suo

Matth. 28.

Ioan. 19.

Phil. 2.

Esai. 53.

Ioan. 18.

Phil. 2.

Esai. 4.

1. Cor. 1.

suo

Genes. 28.

Act. 4.

Ephes. 4.

Esai. 55.

Gene. 11.

Dan. 3.

Dan. 4.

Judic. 14.

Gen. 37.

suo ordine peragenda: nam tempus adueniet, in quo dilatabitur Ecclesia, quam hic per regnum Dei intelligim⁹, ita vt verè de illa dicatur. Dilataberis ab Oriente in Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. ¶ Obseruanda autem hic duo sunt. Primum, quod non dicitur grana, sed granum quia licet plures simus Christiani, omnes vnā fidem, & Dominum habemus Christum. De fidelibus etiam primitiua Ecclesiae in Actis habetur, quod erat cor vnū & anima vna. Vnus est nobis Deus, vna fides, vnū baptisma, & speciatim calor charitatis, seu Spiritus sancti qui granum alias mortuum in naturam sinapis vertit. Hic calor vnus est: & idèd sicut vnus spiritus vitalis membra multa cogit in vnū, ita multò vehemētius calor spiritus sancti multa grana reddit in vnū. ¶ Obseruandum secundo quantum sit discrimen inter opera Dei & opera mundi. Opera enim mundi splendidum habent exordium, sed malo sine clauduntur. Contra, Dei opera humili principio oriuntur: sed splendidum & gloriosum habent finem. Ideo Dominus per Esaiam. Non sunt via mea, via vestra: & cogitationes meae cogitationes vestrae: nam sicut exaltantur caeli, &c. Ecce hic granum sinapis paruum creuit in arborem magnam: & humilis Ecclesia nimis exaltata est. Mundus vero omnia sua splendide incipit: sed in fine deficit. Exemplum sit turris Babel, quam si quis secundum exordium iudicaret affirmare vti que neque Deum, neque mundum illam turrim subuersurum: sed confusa sunt linguae, & omnia ad nihilum redacta. Nabuchodonosor omnium gentium victor, qui Iudaeis precepto suo obedire nolentibus dicebat, Quis est Deus, qui vos liberare possit de manibus meis, vt Deum se adorari volebat: sed vt bos pascebat herbas. Alteri Nabuchodonosori regi Assyriorum, qui omnes Deos terrae exterminari precepit, vt ipse solus Deus haberetur, prosperè successit hoc negotium in initio: sed vna mulier Hebraea confudit eum, & Holofernem principem exercitus trucidauit, & exercitus perijt. Sed quid multis moror? Mundana vita splendidum habet exordium, poteritiam videlicet, voluptatem, diuitias, gloriam, & haec omnia ad tempus prosperè succedunt: sed finis eorum mors, & perditio est. Contra vero opera Dei tam humile habent initium, vt vix credi possit aliquid boni secutum: sed finem habent splendidissimum. Exemplum est in Ioseph, filio Iacob. Vide quam

humile habuit initium, a fratribus est venditus in exilium ductus, ibidem infamatus & in carceratus. Quis hunc crederet futurum Aegypti dominum? Liberatio quoque Israelis de Aegypto humile habuit exordium. Mittitur vnus Moses inermis contra Regem potentissimum. Quis hunc crederet aliquid boni consecutum in tam finis gloriosus fuit. Sed vt ad nostrum propositum veniam, regnum Christi grano sinapis assimilatur, grano certè humili & paruo inter grana. Vide Christi initium, in natiuitate, in vita & in morte. Vide etiam Ecclesiae nascens exordium. Praedicatur Euangelium in pauperculis & humilibus hominibus: sed iam nunc in toto orbe diffusum esse cernimus, & omnem terram verbo Dei est, humili exordio sua incipere: sed semper ascendere vsque in finem gloriosissimum. Hoc sciens Gamaliel dixit in concilio. Si ex hominibus est consilium hoc, dissoluatur. Ac si diceret. In hoc differunt opera Dei & hominum: quod cum opera hominum quotidie decrescant & deficiant quaecumque exordium habeant, opera Dei in immensum crescant & augentur. ¶ Admonet locus iste ne quis mundi prosperitate decipiat, aut aduersitate terreatur. Considera semper finem. Sic enim Salomon ait, vt in Hebraeo legitur. Melior est finis alicuius rei, quam principium. Omnibus in rebus considerandus est finis: nullam enim rem secundum principium iudices, sed secundum finem. Ad idèd facit parabola illa de aedificante turrim, qui prius computat sumptus, imò antequam incipiat cogitat finem: qui enim rem non secundum finem cogitat, facile decipitur: plerumque enim vsu venit, vt quae splendidum habent exordium, malo sine claudantur, sicut omnia mundana. Sed quia de his multa differuimus in libro nostro de vanitate seculi, sit iam nunc satis. ¶ Secundo admonet locus iste. Ne contemnamus paruulos, & pauperes quos videmus, quauis nobis ignoti sint, & in oculis mundi parui videantur. Granum sinapis paruum est, tamen creuit in arborem magnam: & qui modo humiles sunt, forsitan sunt à Deo praedestinati ad magnum gloriae culmen. Quis putaret pastorem dauidem in deserto pascentem pauculas oues, minimum inter fratres suos ad regni fastigium ascensurum: & gloriosum fore, non solum in regno Israel, sed in omni Ecclesia? Quis hominem exulem Moysen pascentem gregem socerum suum

Exod. 3.

Act. 5.

Eccle. 17.

Luca. 14.

2. part. cap.

1. Reg. 16.

Exod. 3.

ri sui

Rom. 2.

M. 7.

Gen. 39. rifici sacerdotis Madian non conteneret: Qui tamen in tanta multitudine filiorum Israel principatum obtinuit. Quis Iosephum venditum & incarceratum in Agyptum non parvi faceret? Sed ad contextum. Cui simile a stima bo regnum Dei? Simile est fermentum: quod acceptum mulier abscondit in farina tria sata. Id est, militavit in tres mensuras farinae aqua aspersa. Dicitur tamen abscondi: quia cum fermentum respectu massae sit parvum ponitur intra massam, & fermentat eam: & cum sit occultum operatur. Satum vero non est vox Latina sed Syra: quae apud illos genus est mensurae, vnum modium & dimidium capiens: & sic tria sata facient aliqualem massam. Sic dixit Abraham Saræ quando venerunt Angeli, quos voluit inuitare cum non haberet panes. Dixit autem Iesus tria sata & non plura vel pauciora, quia in terra Canaan ubi Christus loquebatur erat vsus frequentior fermentare tria sata. Interdum autem maior, vel minor massa fiebat: Christus tamen locutus est de eo quod communis erat. Hæc parabola idem significat quod prima de grano sinapis & ad idem tendit: tamen quia Christus cupiebat, ut omnes utilitatem caperent ex eius doctrina, & ab omnibus intelligi volebat, similitudines duplicat, quia similitudinem sumptæ ex agricultura non intelligit miles, nec rusticus illam, quæ ex miliria trahitur. Itaque ne aliqua mulier ignoraret, ea quæ per parabolam sinapis voluit docere, addidit hanc ex farina & massa quæ ab omnibus mulieribus intelligi poterat: hac de causa Christus sæpe idem sub diversis parabolis aliquando predicabat: quia ubi congregatio est magna populi varia sunt officia. Vnum hic advertendum moneo, quod quando multis modis res similes rebus apparent, non putemus, ait Diuus, Augustinus, quod ubique eodem modo accipiatur. Nam supra fermentum in malam partem sumpsit Christus cum dixit, Cauete a fermento Pharisæorum quod est hypocrisis: at nunc in bonam partem. Multa enim in scriptura accipiuntur in bonam partem, & in malam. Sic leo significat Christum ut Apocalypsi, & etiam significat diabolum. Serpens etiam in bonam partem sumitur, ut cum Christus dixit, stote pruden tes sicut serpentes: & etiam in malam, ut cum Paulus dixit suis Corinthiis. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua. Et ut exemplum vtar Beati Gregorij: lapides in bonam & in malam sumuntur in scripturis sacris. In ma-

lam pro dicitur, ut illud potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abraham. In bonam autem ut cum Petrus dixit: Vos tanquam lapides viui super ædificamini domos spirituales. Itaque quauis fermentum accipiatur pro falsa doctrina & hypocrisi, hic tamen in bonam sumitur partem. Sequitur, Donec fermentetur totum. Hoc est donec tota massa virtutem a fermento accipiat. Itæ Ecclesia sicut illud paruum fermentum totam massam fermentat, creuit in totum orbem dilatata: ita ut iuxta Malachiæ vaticinium a solis ortu vsque ad occasum, offeratur sacrificium mundum in nomine Christi. Sed quia hæc parabola ad idem tendit, ut iam diximus, quod preterita: hoc vnum dicam & statim ad reliquam huius capituli explanationem accedemus. Vide enim quod in omni rerum genere, id in conspicuo minus est, quod magis est proclatum. Excellentissimum in omnibus rebus, occultissimum est. Arbor habet foris folia, flores & fructus: sed radicem quæ pretiosior est, habet absconditam. In homine corpus videtur non anima, in omnibus rebus accidentia videntur: non forma, aut rerum substantia. Sic Ecclesia bonum absconditum. Psalmus. Omnis gloria filiae regis ab intus, fermentum enim habet absconditum: & granum sinapis paruum est exterius in visu, sed intus virtute calet. Iusti exterius nullius momenti sunt, interius vero plurimis bonis abundant. Et in Ecclesia vides, foris oleum, aquam, albedinem, misericordiam videlicet sacramentorum: intus vero plena est virtute & gratia. Sic absconditum est fermentum: quod massam eleuat. Sed ad contextum *Et ibat Iesus per ciuitates & castella docens.* Quia per illas similitudines Christus de fide & Ecclesiæ ampliatione locutus fuerat, consequenter operibus & factis verba sua verificat. Ibat enim per ciuitates & castella Iudææ & Galilææ: tam vrbanos quæ rusticos, sine personarum acceptio ne: per loca parua & magna, tam potentes, quam pauperulos, omnibus seminando verbum Dei, & quantum in se fuit, tam doctos quam indoctos adducens ad salutem. Docemur exemplo Christi redemptoris nostri omnibus predicare: pauperes non contemnere, pro omnibus enim Christus passus est, pro omnibus sanguinem fudit, ipsa denique summa sapientia & bonitas non de dignatur in paruis castellis paucis auditoribus Euangelizare verbum Dei. Saluator mundi pro omnibus boni, omnes querit, & tam mag-

nas, quam paruas ciuitates circuit predicando. Seminatio non stat immobilis in vno & eodem loco, sed hac & illac ambulat. Sic predicator verbi Dei non debet vno loco semper stare, quamquam vbi iam sunt noti, & habent honorem & amicos semper manere volunt.

Lucæ Euangelij 127

Exechi. 1. Nō sic illa sancta quatuor animalia, quæ vbi erat impetus spiritus illic gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. In Psalmo de Apostolorum legimus: quod Christum Dominum imitantes, euntes ibant & stebant, mittentes sua semina. Lege in Actibus quoroum prouincias Paulus peragravit, ceterique Apostoli & discipuli Domini, relinquentes patriam & genus suum, nihil aliud præter salutem animarum quærerebant: non timuerunt barbaras accedere nationes, ut verbum Dei seminarent. Sequitur: *Et iter faciens in Hierusalem.* Appropinquat ad locum suæ passionis, iam cupiens genus humanum liberare. Fera defatigata & lassata teneriores sunt: sic Christus lassatur & fatigatur: quia cibus noster est: & ut melius nos sapiat. Vide quomodo defatigatur Deus, & quoroum ambitus propter salutem tuam faciat: quot itinera, villas, & pagos, ut animam tuam lucretur, perlustret. Tu autem nihil eius lucri causa facere vis. Expende etiam quantum defatigetur, ut remedium tuum finitum & conclusum videat. Ipse enim ait. Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor donec perficiatur. Quid autem in hoc itinere acciderit audi. *Sit autem illi quidam, Domine si pauci sunt qui saluantur?* Quia audierat Christum de regno Dei predicantem & ardua documenta tradere pro acquirenda vita æterna, hac sumpta occasione hoc illum interrogauit. Inutilis profecto quæstio scire numerum reproborum & electorum, vel an sint plurimi vel pauci. Sic etiæ & nunc multos videbis populares, & aliquas mulieres interrogantes, quæ non ad utilitatem sed ad curiositatem pertinent. Nonne quæres, ut ille legis doctor optime quæsiuit dicens: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Interrogas peritos sacerdotes: quid facias, ut salueris: an talis, vel talis contractus sit licitus nec ne? an hoc vel illud sit peccatum nec no? & horum similia quæ ad salutem animæ tuæ concernunt. Ne animam tuam inducas nimis curiosa & inutilia inuestigare: aut numerum eorum qui saluandi sunt quærere: tibi enim satis est scire id quod ad salutem tuam spectat, quod si feceris proculdubio inter electos numeraberis:

Idem Christus non respondit huic ad ea quæ interrogabatur: nullius enim erat momenta eius interrogatio, paruique intererat, scire essent ne multi vel pauci saluandi, docuit autem eum, quid ut saluaretur faceret. Non respondit illi ad ea, quæ quærerat: sed ea quæ quærere debuerat. Sic Petro interrogati, Hic autem quid non respondit Dominus ad interrogationem Petri, quæ inutilis erat. Sed dixit, quid ad te? Tu me sequere. Admonet locus iste, ne inutilia quæramus: aut in vanis sciētis consumamus tempus: ut multi in Astrologia iudicialia, & magicis artibus, & alijs quæ potius ad damnationem, quam ad animæ salutem conferunt. Sed iam Christum audiamus. *Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam.* Nihil aliud esse cenfeo, quam Dei præceptum inuisibiliter seruare. Hæc est porta angusta de qua apud Mattheum apertius loquitur Christus. *Inuitate per angustam portam:* quia lata & spaciota est via quæ ducit ad perditionem, & multi inueniunt eam. Vocatur hæc via angusta metaphoricè, quia sicut per angustum locum difficile est intrare: ita difficile est homini carnali per obseruantiam præceptorum ambulare. Omnes enim appetunt delectabilia, & fugiunt labores & difficultates. Operari autem secundum virtutem est valde difficile: quia virtus consistit in medio: quod in medium inuenire non est facile: & multo difficilius circa medium inuenire operari. Idem porta hæc angusta & difficilis est, via autem & porta perditionis lata, quia operari vitiosè est valde facile propter duo. Primum quia nulla difficultas est inueniendæ viam, quia non est aliquis modus certus operandi ad male agendum: sed qualitercumque velimus possumus male facere. Secus est de bono: quia non possumus bonum facere nisi vno modo, videlicet, obseruando omnes circumstantias secundum rectam rationem. Malum autem fit ex defectu cuiuslibet circumstantiæ: ideo peccatè contingit in infinitis modis, bene autem agere solum vno modo. Exemplum est in sagittarijs quia difficile est percutere signum, eo quod ad percutiendum in medio signi non est nisi vna via: ad deficientem autem sunt infinitæ, quia totus mundus via est. Secundo, quia operari malum non habet difficultatem, cum sit secundum inclinationem naturæ nostræ deprauatæ: virtus autem temper est contra hanc inclinationem, ideo operari virtutem est difficile propter difficultatem

Genes. 18.

Matth. 23.

Aug. 3. doct. Christ. cap. 24. Luc. 12.

Apo. 5. 1. Pet. 5.

Mat. 10. 2. Cor. 11. Greg. li. 18. mor. ca. 20.

Exechi. 1.

Psal. 125.

Mal. 1.

Psal. 44.

Luc. 12.

Luc. 10. Matth. 22.

Ioan. 1.

Matth. 7.



facultates repugnantiæ ad depravatam inclinationem Per hæc difficultatem ait Christus. Contendite intrare, id est, cum magno conatu parate vos ad hoc, quia regnum cælorum vim patitur. Sed videtur his repugnare quod in Matthæo dicitur ubi Dominus vocat mundi seruitores laborantes & oneratos, ut veniant ad illum & reficiantur. Et postea addidit, Iustum meum suave est, & onus meum leve. Videtur enim ex his quod seruire mundo onus sit, & seruire Christo iugum suave: & quod vitium difficile & onerosum sit, & virtus facilis & suavis. Respondendum tamen est, quod Christi lex est levis tum propter consideratio nem premij, quia dat Christus vitam æternam, qua considerata vilescit terrena: sicut Iacob amanti Rachelem septem anni videbantur dies pauci propter premij magnitudinẽ. Tum etiam, propter adiutorium gratiæ & charitatis, atque ideo vocatur lex Christi iugum quia à duobus portatur animalibus, & vnum adiuuat alterum. Ita à Christo adiuuamur, sine cuius gratia nemo potest legem Christi obseruare: etiã propositio sibi sine beatitudinis. Gratia enim res asperas, molles facit: ita ut nõ solum præcepta, sed etiam consilia obseruare leue sit. Igitur licet virtus sit circa difficile, & porta cæli, quia carni & sanguini, & nature corruptæ repugnat, angusta sit: tamen cum Dei adiutorio considerata, premij magnitudine, dulcis est virtus: & lex Christi, dulcis atque suavis. Contende ergo & tu intrare per hanc angustam portam. Vincens te ipsum, & negans sensualitatem, subijciens rationi & fortiter legem Christi amplectendo. Quis autem quam tumcumque stultus sit nõ faciet hanc vim carnis suæ, ut mortem æternam euadat, & vitam consequatur perpetuam? Si quis magnorum criminum conuictus, & in carcerem coniectus certus esset se post biduum moriturum ab amicisque sollicitaretur, ut per aliquod parietis cauum euadens, morti iam iam impendenti se subtraheret: nonne prorsus amens esset, si nõ perderet, aut ne exeret pallium, tunicam vel toracem: tanta occasione sibi consulere negaret? certe hunc omnes iudicio parum valere crederent. Nemo est quantumuis excors qui videns, ut mortem ante oculos propositam effugiat, necessario aliquo angustissimo loco esse transcendendum, non modo vestem omnem abijciat, sed etiam cutem corpusque ipsum seindere non dubitet: vita enim omnibus rebus anteponitur. Attende igitur o Christia-

ne, eoque modo animum tuum præpara, ut quotiescunq; opus fuerit rem familiarem contempnas, victum corpori neges, & si salutaria expedierit religionem ingrediaris, & de duobus beneficijs, alterum, si viam cælestem impediunt, resignes. Angusta est cæli porta: qua oneratus intrare non poteris, præstat nudum saluari, quam vestimentis & calcamentis ornatum in ignem æternum damnari. Religiosus & castus adolescens Ioseph, in manibus dominæ suæ turpissimæ fœminæ pallium reliquit: & seminudus, ne libidini eius acquiesceret, aufugit. Eo modo omnia relinquenda sunt nõ Deum offendas, & ut quod debes, facias: quare si oportet propter Deum persecutiones & labores ferre, quantum in sufficiens tibi videaris ferenda sunt omnia. Qui enim à carcere morti adductus fugit, si sapit, non modo vestem deponit: verum etiam quantumque vulnera in corpore suo admittit, ut expeditius euolet. Considera Christum laceris in Cruce membris constitutum, quibus angustijs ad Patrem transierit: eisdem enim discipulos suos transfere vult: ut quia via caput, eadem membra euadant. Sed multi sunt hodierna die qui vestem anteponunt vitæ: & malunt vestibus ornati in ignem descendere sempiternum, quam nudi in regno cælorum collocari. Pluris faciunt rem familiarem, gaudia, & delicias huius vitæ: quam voluptates nunquam interituras. Malunt perfui huius secularis bonis, ea conditione, ut morte obita igne infero torquantur: quam renuntiantes omnibus rebus, quæ fugam mortis impediunt, infera supplicia vitare, & angustijs cæli portæ superatis, æternum cum Christo gaudium adipisci. Quantum sit ingens labor mundum contemnere, te ipsum negare, & porta angustam ingredi, vita tamen multò maioris est pretij: quare omnes has difficultates ferre debes, ut postea viuas, beatulosque dici possis. Sed multi iam nunc abiecto Christi documento contendunt non quomodo intrent per angustam portam, sed quomodo laute viuant, & contentio eorum est, quomodo abundant diuitijs, & quod periculosissimum est quomodo pluribus beneficijs adeptis carnalem vitam ducant, & per amplam portam ingrediantur, quomodo ad ecclesiasticas dignitates ascendere possint, & honores adipiscantur. Hæc est contentio Christiana: hæc Christi disciplina. Contendite, contendite, intrare per angustam portam. Sed de his satis. Expende etiam

Genes. 39.

Matth. 25.

Oseas. 5.

Esai. 55.

Ioan. 12.

Hiere. 13.

etiam ad tuum solatium quod licet Christus dixerit angustam portam, non tamen dixit angustissimam portam, alioquin, si tantæ essent angustia frustra dominus in mundum venisset ut saluos nos faceret. Iam ad contextum reuertamur, & audiamus Christum vterius dicentem. Quia multi dico vobis quærent intrare & non poterunt. Multi quærent, imò omnes quærent & appetunt esse beati: sed quærent non omnes, quia multi nihil faciunt pro beatitudine. Sed alij Deum agnoscentes quærent intrare, & clamabunt, sed non poterunt: quia tardè & insufficienter quærent. Insufficienter quia non amore Dei super omnia magis dilecti sed timore pœnæ mortis vel inferni, amore inquam quodam seruili ducuntur. Tardè autem quæmadmodum virgines fatuæ quæserunt dominum, cum esset clausa ianua, quando iam non erat tempus pœnitentiæ. Oseas enim inquit. In gregibus & armentis suis vadunt ad quærendam dominum, & non inueniunt. Quærite ergo dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Observa autem quod Christus non dixit hic, quod non poterunt conuerti hora mortis, quia omnis quantumcumque peccator sit, in statu vitæ præsentis saluari potest, etiam in vltimo instanti vitæ: sed mos est scripturæ, opera, quæ cum magna difficultate sũt vocare impossibilia. Sic dominus de Pharisæis. Propterea non poterant credere: quia Esaias dixit, Excecauit oculos eorum & indurauit cor eorum. Et in Hieremiale legimus. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis beneficiare, cum didiceritis malum. Tamen impossibile est quod mutet Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: sed impossibile nõ est, ut assue factus vitijs nõ possit esse bonus. Sic etiam Pharisæi, absolute loquendo, bene poterant credere: sed quia difficilimè credere poterant, quia non ex ignorantia sed ex malitia peccabant, dixit quod credere non poterant. Similiter quia illi, qui ex praua & veteri consuetudine vitiorum difficilimè conuertuntur. Hanc maximam difficultatem dixit dominus impossibilitatem, ut illæ similitudines Aethiops & pardi insinuant. Sic in præsentiarum qui in vitijs sunt immergi, & ferre totam vitam in peccatis consumunt, bene possunt hora mortis conuerti & saluari: sed quia hoc difficilimum est & raro contingit, ideo hanc maximam difficultatem impossibi-

litatem Christus vocat. Volent ipsi saluari sed non poterunt: quoniam contritio ad eorum salutem in primis necessaria ab amore Dei procedit. Quem difficilimè ille poterit habere, qui vitam suam Deum offendendo consumpsit. Docemur hic, in hac vita pœnitentiã agere non cum voluerimus illam facere iam non detur nobis locus. Esaias enim dicit, Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuuie. Ecce ergo tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nunc ergo pœnitentiã agere, præoccupatus die mortis quæ locum quando inuenire non possis. Sequitur. Cum autem intrauerit pater familias. Hoc est, Christus Iesus, qui omnium dominus & pater est, & veniet die iudicij ad iudicandum omnes oportet enim nos ante tribunal eius præsentari, ut vnusquisque reddat rationem de his quæ gessit in corpore, sine bonum sine malum. Et clausit ostium. Id est, additum regni cælestis. Quando finita vita fuerit, finitumque tempus merendi & demerendi, illud ostium claudetur pietatis & misericordiæ Christi. Illud inquam ostium, quod nunc la chrymis, gemitibus, & precibus pœnitentiũ, facile aperitur. Illud ostium quod nunc aperitur venientibus ab Oriente & Occidente. Illud ostium quod nunc aicit, omne quod venit ad me non eieciam foras. Illud quod nunc patet meretricibus, adulteris, & peccatoribus. Denique illud ostium quod Aaron post idolatriam, David post adulterium, & homicidium, mulierem post adulterium, Magdalenam post peccata, Matthæum post thelonarium, Petrum post trinam negationem, & Paulum post ecclesiæ persecutionem admisit: hoc inquam ostium tunc claudetur. Nullius etiam tunc pœnitentiã, nullius oratio, nullius gemitus, admittetur: nullius clamor audietur: omnes sancti, quorum intercessionibus hic adiuuatur peccator, tunc erunt surdi. Durus hic sermo est, Et clausit ostium. Peccatori hæc tantum via patet: hoc illi est refugium, misericordia inquam Dei: quia nisi in hac vita sibi commoderet postea nihil proderit, quia iam non est locus pœnitendi, nec manet via salutis. Vnum solum asyllum habebat, videlicet misericordiam Dei: si hoc autem deficiet, quod remedium habebit? Certè nullum. Nunc vero antequam tibi porta claudatur pulsam: nunc dum tempus est misericordiæ, ea vrere. Memento ergo creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniat tempus afflictionis

Esai. 49.

1. Cor. 6.

2. Cor. 5.

Roma. 14.

Matth. 8.

Ioan. 6.

Exod. 32.

2. Reg. 11.

Ioan. 8.

Luc. 7.

Matth. 9.

Mar. 14.

Act. 9.

Eccle. 12.

fictionis tuae & appropinquent anni; de quibus dicas, non mihi placent: antequam tenebre fecerit sol & luna, &c. Sed quid erit postquam clauerit ostium? *Et incipietis foris stare.* Hanc maxima poena erit peccatorum, poena in qua damni: quia exclusi ab illo beatitudinis regno, qui finis vltimus est animae nostrae, exilium aeternum patietur priuatus diuina visione & fruitione summum boni. Maxima omnium poena erit foris stare, & a regno caelesti in aeternum excludi. Auertisti (inquit Dauid) faciem tuam a me. Sequitur, Et factus sum conturbatus, omnia ossa mea contremuerunt. Et ego plenus sum doloribus, quia faciem tuam auertisti a me: in me non transferit iram tuam: & terrores tuae conturbauerunt me. Quanto timore corripientur peccatores cum viderint Deo faciem suam ab eis auertente, se aeternum omni desperato remedio a caeli gloria exclusos, cum daemonebus, supplicij condempnatos esse perpetuis: Quantis lachrymis & gemitibus, quantaque inuidia, suspicient alios supra caeli sidera eleuatos, qui in seculo aequalibus vel forte maioribus fuerunt criminibus immerisi? Et quid ultra? *Et pulsare ostium.* Hoc est, incipietis ingressum deposcere: sed sero medicina paratur. Propter frigus (inquit Salomon) piger arare non vult: mendicabit ergo in aestate, & non dabitur ei. Noluit vocare Deum: cum illi aperire ostium parabat cum que ut veniret rogabat, noluit assequere corpus suum & poenitentiam agere, dum tempus agendi habuit: nunc vero postquam vitae hyems praeterijt in qua operari noluit, mendicabit & velut infans ostium pulsabit dicens. *Domine aperi nobis.* Dominum vocant, cui nunquam obedire voluerunt. Habuerunt in vita diabolum dominum, fecerunt omnia quae diabolus illis imposuit: obdierunt mundo & carni morigerantes eis, nunc vero vocant Christum dominum, cuius praecipua non obseruauerunt. De his loquitur Esaias. Populus hic labijs me honorat, sed cor eorum, &c. Si labijs sine corde honorare facit hypocritas, ut Christus dicit: quid iurare, blasphemare, mentiri, &c. Hae isti sola bona verba habent cum intus sint vacui virtute. De his conqueritur dominus dicens: Si ego dominus, ubi est timor meus? Verum responsum pro meritis eorum fuit. *Nescio vos unde sitis.* Hoc est, non approbo vos. Cognoscit enim Deus omnia, nulla enim inscientia cadere potest, intellectu diuino, cum om-

Psal. 29.

Psal. 87.

Prover. 20.

Esai. 29.  
Matth. 15.

Mala. 1.

nia sint nuda, & aperta oculis eius. Impossibilia enim & ea, quae nunquam erunt cognoscit scientia simplicis intelligentiae: eorum vero quae non sunt, sed aliquando erunt, habet scientiam visionis: praedestinatorum autem habet scientiam approbationis: quam quia non habet reproborum; quia eorum mala opera non approbat, dicitur nescire illos, scientia in qua approbationis. Iste modo dicitur quod Deus facit omnia, quia nihil fit nisi eo agente & cooperante: sine ipso factum est nihil, & quidam non facere nec scire, quia non placent ei. Hoc patet de principatu & potestate: quia omnis potestas a domino Deo est, & ab eo sunt Reges & duces, ut in Proverbijs dicitur, per me principes imperant: & potentes descendent iustitiam. In Osaia autem oppositum legitur, ubi dominus ait, de quibusdam principibus Israelitici populi. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes steterunt & non cognoui. Quia Deus non approbat opera eorum, dixit quod non cognoscebat eos, neque regnabant ex ipso, id est, eo iuuante, aut concurrente, cum operibus eorum malis. Ideo quibusdam placuit ponere in Deo notitiam hominum, quam habet practica, & speculatiuam. Notitiam habet omnium speculatiuam, quia omnia cognoscit & scit: practica autem solum praedestinatorum, quia ad bona illorum opera Deus concurrat, imo operatur ipso restante, quia ait. Sine me nihil potestis facere. Et Paulus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Secundum hunc sensum locum istum intelligendum esse cenfeo sic. Nescio vos, id est, scientia practica: quia speculatiua omnia cognosco. Similia verba narrat Matthaeus, quod Christus dixit illis quinque fatuis virginibus. Expende quod Deus non cognoscit eos, qui cum non cognoscunt: nam ut inquit Paulus, ignorans ignorabitur. Multi cognoscunt temporalia, tenent gemmarum valorem, & earum virtutes, gradus autem, pretium panni, proprietates herbarum & arborum callent, optime pauperem decipere, diuitias & dignitates consequi sciunt: sed Deum ignorant & multa peccata committunt: quae si scirent esse peccata non facerent. Ignorantia autem haec non excusat coram Deo: quia corda autem habent immersa negotijs secularibus, & nube mentem offuscata habent, ne diuina cognoscant, & sunt negligentes circa salutem animarum suarum quia nolunt

Hebr. 4.

Ioan. 1.  
Rom. 13.  
1. Pet. 2.  
Prover. 8.

Osa. 8.

Ioan. 15.  
2. Cor. 3.

Mat. 25.

1. Cor. 14.

theolo.

Esai. 5.

Sapient. 13.

Apoc. 12.  
Sapto. 1.

1. Cor. 4.

Theologos sapientes interrogare, & sua peccata stultitia, quia ignorantia eorum non est inuincibilis, sed culpabilis. Vnde dominus: Propterea captius ductus est populus meus: quia non habuit scientiam. Vis ut te dominus agnoscat hora mortis tuarum cum vocaueris, & ut tibi ostium aperiat necesse est, ut tu cum in hac vita cognoscas & voces. Cognoscit eos qui eum nouerunt: & respondet illis, qui est hic vocat. Quid tibi prodest motu caeli, omnes scientias, & quaeque scripta sunt nouisse, si notitiam Dei non habes: nec debes satis esse putare, cum cognoscere esse Deum, ut omnes cognoscunt Christiani sed oportet dare operam, ut specialiter eum scias esse seuerum & potentem ut cum times: bonum, ut eum ames: misericoe, ne desperes, &c. Qui huic libro non nauat operam, & hanc scientiam ignorat: inanes literas & doctrinam futilem doctus est. Diuina enim sapientia ait. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Sed procedamus. *Tunc incipietis dicere.* Tunc emphasim habet. Tunc, quae do opera loquentur & ora tacebunt. Tunc, cum plus valebit bona conscientia, omnibus mundi thesaurus. Tunc, quando nec nobilitas sanguinis, nec cognati aut amici, nec regum, aut principum fauores, nobis prodesse poterunt. Tunc, quando iudicij die vitae examina buntur & aperientur libri nostrorum conscientiarum. Tunc, quando venerit dominus in lucernis ardentibus scrutari Hierusalem: & reuoluerit omnia serinia nostrorum cordium. Tunc, quando ante supremum iudicem fueris constitutus: a quo appellare non poteris. Tunc, quando orbis combustus fuerit, & consumptus: quando iam non erit locus praenitentiae, quae do ut inquit Paulus illuminabit Deo abscondita tenebrarum & manifestabit obscura cordium. Tunc, inquam, quando iam non proderit quidquam, incipietis dicere. *Manducamus coram te & bibimus & in plateis nostris docemur.* Hoc communiter exponitur de Iudeis, inter quos Christus corporaliter conuersabatur: qui cum ipso saepe cibum sumperunt, & in eorum praedicauit Synagogis & locis. Sed si de illis hoc verificari potest, multo magis de nobis. Nam hoc non modo ad eorum instructionem & morum correctionem dictum est, sed etiam ad nos: qui maiora illis susceperimus, & maiorem familiaritatem nobiscum habet, & comedimus & bibimus nos sacerdotes fere quotidie in vna mensa cum il-

lo, & illuminanducamus & familiariter tractamus. Vnde nobis, qui tam familiariter manducamus & bibimus cum illo in altari: si tales non fuerimus quales oportet esse, maiorem damnationem patiemur. Sed omnes Christi fideles illum manducant, & audiunt suos ministros praedicantes & populum docentes in Ecclesijs & in plateis: & vocat illos Deus per inspirationem internam: sed ipsi aduertere aut parere recusant. Aduertere autem quod in hoc quod ait. Manducauimus & bibimus coram te cultus exterior in sacrificijs, iuxta mortem illius temporis significatur. Sacrificantes autem manducabant & bibebant coram domino, hoc est, in loco dicato ad diuinum cultum: & secundum legis ritum. Praeterea ad nostram eruditionem, duo hic obseruanda sunt. Primum quod illi eieci sunt a consortio beatorum, qui in plateis dominum audiunt: non autem in corde praedicantem & vocantem. Sic tecum fiet si illum non audieris, in angusto, trito, & compuncto corde. Plurimi audiunt Christum, publice in Ecclesijs per ministros suos praedicantem: sed qui interioris in cordis secreto non audiunt illum, sed tantum in plateis, graui peccata plecentur. Secundo discit ex isto loco non gloriari de donis Dei, quantumlibet eximjs, nisi ex fide & charitate obtineatur, & ad Dei gloriam exigantur. Nihil enim proficit ad salutem cum Christo manducare, illum audire, prophetare, aut miracula facere: sed Dei praecipua seruare, atque Christo obedire. Vnde dominus clarius in Matthaeo in nomine istorum dicit, quod clamabant dicentes, Non in nomine tuo prophetauimus: daemonia eiecimus & virtutes multas fecimus: & tunc constitebor illis quia non noui vos. Et Paulus Corinthijs suis. Si habuero prophetiam & non uerim mysteria omnia, &c. Spiritus enim prophetae & haec dona gratiarum saepe dantur hominibus qui sunt longe a charitate & dilectione Dei: quare in his gloriari vanum & stultum est. Balam propheta fuit, quem admodum apud Aegyptios Mercurius Trismegistus, & Sybilla apud alias nationes: ideo non oportet ut in his gloriaris. Quis omnium mortaliu, aequiparet daemone scientiam? Qui tam enim omnia sua sapientia, poenas infernas effugere nequit: nec alia vlla arte aut in dustriani debes, aut gloriari, omnia enim vana sunt. Sed quid ultra dicit illis: *Et dicit vobis, Nescio vos unde sitis.* Deo nihil ignorare potest, sed dicitur ignorare ea, quae in digna sunt notitia: si

Matth. 7.

1. Cor. 13.

Nam. 25.

Enarr. in Cap. XIII.

*Leg. Hiero. super D. 9.* cut dicitur inclinare aurem, aperire, videre, quado exaudimur, & nos aspicere dignatur: & auerit faciem, quando illud sumus indigni dicitur autem dormire, quia his videtur dormire quos deserit: & quando propter peccata nostra corripimur, vigilat super nos Deus. Sed quia hoc iam paulo ante expositum est, procedamus. *Discedite à me operari iniquitatis.* Magna miseria discedere à Deo vsque in seculum, & ab illa aeterna beatitudine excludi iuxta illud Psalmi. Nec habitabit iuxta te malignus: nec permanebunt iniusti ante oculos tuos. Nam cum Christus sit omnium bonum, pax, & delicia, sit ut discedentes illi à Christo, incidant in omne malum, inquietudinem, & anxietatem. Equidem non tantum omne bonum est: sed etiam omne esse. Ita dixit Moysi. Ego sum, qui sum. Est igitur Christus esse, dices. Si Christus est esse, & iubet damnatos à se discedere: ergo iubet eos non esse: nam si discedere iubet ab esse: iubet eos non esse. Non iubet eos non esse, sed iubet peius quam non esse: nam quauis generaliter loquendo melius est esse in quocunque esse quam non esse: nam esse habet aliquam bonitatem, quæ est esse, quam non habet non esse: tamen esse cum isto onere & grauitate pænæ, melius est non esse quam sic esse. Ideo de damnatis habetur. Desiderabunt mortem, & mors fugiebat ab eis. Quod est appetere non esse nam certum est quod damnati tantis cruciatibus afflicti appetunt non esse.

¶ Expende igitur in piorum miseriam, iubentur prouere in maius malum quam sit non esse: & sicut esse supernaturalis deitatis, quod Deus pijs dat, exuperat omne esse naturale animalium cælorum, & Angelorum, bonum que illud omne bonum excedit: ita & non esse damnatorum est non esse supernaturale, quod omne malum & omne non esse transcendit. Optime autem dicit, discedite: nam omnes qui hanc sententiam audituri sunt, discesserunt à Deo per peccatum, in hac vita. Bene ergo, pænæ responderet delicto, sunt nanque in quolibet peccato duo mala: iuxta illud Hieremie. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Auerit à Deo est dereliquere summam Dei bonitatem: est que primum omnium & maximum malum. Alterum ad creaturas, easque caducas conuersio, & deflexio: quæ nunquam sine Dei contemptu fieri potest. Atque ideo addit opera-

air, sine operibus mortua est. Quomodo fides viua est quæ charitate caret? Illa fides viua est, quæ vt ait diuus Paulus per charitatem operatur: illam vero quæ sine charitate est non potest ad aeternam vitam consequendam aptissimè ostendit locus iste, & Paulus Corinthijs scribens. Si habuerom omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Quid ad hæc respondebant Lutherani qui sola fide gloriantur opera autem charitatis reijciunt non esse necessaria affirmantes? Qui fieri potest, vt non sint necessaria opera, si nos Deus secundum ea iudicaturus est? Vide quid dicat Paulus in Epistola ad Romanos. Deus reddet vnicuique secundum opera sua. Quid potest esse clarius? Præterea si sola fides satis est, cur dixit Iacobus: estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quia si quis auditor verbi est & non factor, &c. Et Paulus. Non auditores legis sunt iusti apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Lege scripturam vbique inuenies opera commendari. Apud Mattheum Christus nos ad operandum in vitam mittit. Et alibi sic inquit. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum. Et alibi reddens rationem quare producturus est iustos in regnum sempiternam opera charitatis commemorat nulla facta mentione de fide, sine qua tamē vt ait Paulus, impossibile est placere Deo. Diuus quoque Petrus princeps Apostolorum in Epistola sua secunda ita ait. Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Et diuus Paulus in secunda ad Corinthios restatur, ituros non esse ante tribunal Christi & ibi manifestandos, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. O insipientes Lutherani, cur Lutherus creditis homini perditissimo, potius quam diuo Paulo doctore gentium: potius quam diuo Petro Apostolorum principi: & potius quam Christo cælesti atque summo doctore, qui ideo humanam naturam copulauit, vt hominum genus doceret, & tenebris vindicaret, & viam veræ salutis consequenda aperiret: Sed iam ad contextum reuertamur. *Ibi erit fletus.* Dicit Christus de pænâ dani quæ est carentia diuinæ visionis, in eo quod dixit discedite à me: iam nunc agit de pænâ sensus dicens quod ibi, hoc est, in inferno erit fletus.

Matth. 11.

Hebr. 12.

Osee. 9.  
Dan. 13.  
Iosue. 24

Lucæ. 15.

Dan. 3.

Psal. 139.

Matth. 11.

Iacob. 2.  
Galat. 5.

1. Cor. 13.

Rom. 2.

Iacob. 1.

Rom. 2.

Mat. 20.  
Matth. 5.

Mat. 24.  
Hebr. 11.  
1. Pet. 1.

1. Cor. 5.

air, sine operibus mortua est. Quomodo fides viua est quæ charitate caret? Illa fides viua est, quæ vt ait diuus Paulus per charitatem operatur: illam vero quæ sine charitate est non potest ad aeternam vitam consequendam aptissimè ostendit locus iste, & Paulus Corinthijs scribens. Si habuerom omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Quid ad hæc respondebant Lutherani qui sola fide gloriantur opera autem charitatis reijciunt non esse necessaria affirmantes? Qui fieri potest, vt non sint necessaria opera, si nos Deus secundum ea iudicaturus est? Vide quid dicat Paulus in Epistola ad Romanos. Deus reddet vnicuique secundum opera sua. Quid potest esse clarius? Præterea si sola fides satis est, cur dixit Iacobus: estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quia si quis auditor verbi est & non factor, &c. Et Paulus. Non auditores legis sunt iusti apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Lege scripturam vbique inuenies opera commendari. Apud Mattheum Christus nos ad operandum in vitam mittit. Et alibi sic inquit. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum. Et alibi reddens rationem quare producturus est iustos in regnum sempiternam opera charitatis commemorat nulla facta mentione de fide, sine qua tamē vt ait Paulus, impossibile est placere Deo. Diuus quoque Petrus princeps Apostolorum in Epistola sua secunda ita ait. Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Et diuus Paulus in secunda ad Corinthios restatur, ituros non esse ante tribunal Christi & ibi manifestandos, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. O insipientes Lutherani, cur Lutherus creditis homini perditissimo, potius quam diuo Paulo doctore gentium: potius quam diuo Petro Apostolorum principi: & potius quam Christo cælesti atque summo doctore, qui ideo humanam naturam copulauit, vt hominum genus doceret, & tenebris vindicaret, & viam veræ salutis consequenda aperiret: Sed iam ad contextum reuertamur. *Ibi erit fletus.* Dicit Christus de pænâ dani quæ est carentia diuinæ visionis, in eo quod dixit discedite à me: iam nunc agit de pænâ sensus dicens quod ibi, hoc est, in inferno erit fletus.

tus. Prius de maiori malo loquutus fuit, nunc autem de secundo agit. Porro fletus erit in damnatis: sed non vt nos vocamus fletus, id est, resolutionem lachrymarum, quia non potest esse lachrymarum fluxus, sine alteratione reali, quæ est quædam calefactio interioris, vt possit resolui & destillare id quod prius non erat fluidum: nihil enim istorum potest esse die iudicii, cessante motu cæli, qui est principium omnium motuum naturalium. Sed erit fletus in damnatis, tanquam aliquid quod est in fletu corporali: & illud est non resolutio lachrymarum: quia sic hoc est cum pænâ sit aeterna, esset infinita: & sic excederet quantitatem maris: sed erit commotio capitis, & turbatio vultus & oculorum: & obnubilatio. Erunt autem in anima summa tristitia, quæ erit maior, quam omnis voluptas quæ præcessit in peccato: in corpore autem erit dolor summus ab igne & alijs tormentis, quæ verè & acriter sentiuntur, & erit turbatio quædam vultus, & offuscatio, qualem solent facere qui flet, quauis lachrymas non emittant. Sed tristitia & pænâ secundum corpus ita erit, ac si vere lachrymas funderent quia ille lachrymarum fluxus non auget pænâ, cū sequatur ex motu præcedente in corpore. Et vltra hoc etiam erit. *Et stridor dentium.* Verè erit in damnatis stridor sicut, & fletus. Sed non ab igne & fumo & frigore, à quibus nobis solet caufari: sed gignuntur à causa intrinseca, id est, motu indignationis & displicentia. Aduerte tamē quod pænâ inferni significatur, in tristitia animi causa fletus, & inconcussione totius corporis vsque ad stridorem dentium vt pænâ animi & corporis comprehendatur. Sequitur. *Cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei.* Ex hoc sequitur quod damnati videbunt gloriam beatorum: nam damnati habebunt omnem modum pænæ, & erit maxima vt Christus hic ait, quod videbunt Abraham & sanctos in regno Dei, & ipsi expelli foras. Aduerte autem, quod hæc visio non erit corporalis, sed intellectiua ad quam non requiritur sensus neque propinquitas, aut proportio medij, aut lux corporalis, quia non est visio sensitiua. Hoc tamen sciunt damnati naturali cognitione: nam si ponerentur scire gloriam sanctorum, id est, quod viderent quæ esset gloria eorum & quanta, necessè erat ponere reuelationem fieri damnatis & quodammodo beatificari eos, & hoc non sciunt sed sciunt

beatorum gloriam in quodam cōfuso & generalit: videlicet, scient esse in quodam bono ineffabili, sed nec scient quale illud sit quia nihil experti sunt de illo sicut nos cognoscimus gloriam beatorum, sed delectationem illius gloriæ nescimus, quia nondum experti sumus. Ratio autem huius cognitionis prouenit quia anima separata cognoscit aliam cū cognoscat, quamlibet substantiam separatam: tamen qui cognoscit substantiam alicuius rei actu existens, vt actu existit necesse est vt cognoscat aliquid de conditione eius, ideo dānati qui beatos cognoscunt, sciunt positos in magno bono, & hac est magna eorum afflictio. Dari autem eis interiorem cognitionem de bono beatorum non expedit: quia non poterat fieri sine quadam participatione beatitudinis in damnatis, cū cognitio non possit fieri sine similitudine quadam: ideo ad cognoscendum illam gloriam & quantum sit, necesse erat tantum de gloria habere, & tunc esset cognitio per assimilationem vni uocam, aut eleuati intellectum eorum per aliquid excellentius: representatiuum ad illam gloriam cognoscendam, sicut intellectus cognoscit ea, quæ sensus, non quidem vniuocæ, idest, per speciem talem, qualem sensus: & facta tali passione qualis sit in sensu, sed per excellentium representatiuum: idest, per speciem in materialem, & tunc esset excellentior cognitio damnatorum, quam beatorum, quod est inconueniens. Ideo non possunt damnati, neque etiam dæmones scire determinate gloriam beatorum, sed solum in confuso. ¶ Sequitur in contextu *Vos autem expelli foras*. Sic in Matthæo dicitur. Inutilem seruum projicite in tenebras exteriores. Et alio in loco dominus ait. Exhibent Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. ¶ *Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone, & mari & accumbent in regno Dei*. Hoc intuens Dauid aiebat. Memor esto Raab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic. Per Raab intelligitur Ægyptus ab Ægypto Rege fratre Danaï, ita denominate, vt ait Manethon Ægyptius in libro de Regibus Assyriorum. Per Babylonem vrbis illa celebris, quam Semiramis incredibili magnitudine extruxit, vt ait Archilocus in libro de temporibus, quæ euersa fuit per Cyrum, & Darium, qui annis duobus simul regnaue-

Matth. 25.  
Mat. 13.

Psal. 36.

runt, deinde solus Cyrus, vt Afferit Methasthenes Persa in libro de iudicio temporum. Per alienigenas possunt intelligi cultores Italia: fuit enim Regio illa possessa in initio à gente Phœnicia & Saga sub Iano, vt ait Porcius Cato in originibus, & postea coluerunt eam & Archades alienigenæ, vt ait Marcellus Lesbius in libro de origine Italiae. Possunt etiam per alienigenas intelligi Philistæi: quoniam sic eos Hebræi vocare solebant. Est loci illius sensus. Intra Ecclesiam meam, dicit Deus, non solum gentem vnā concludam, sed multas & varias: memor enim ero Ægyptiorum & Babyloniorum, quos afferam ad Ecclesiam meam: qui me scient, cum me antea non cognouissent, & non solum hi, sed etiam Palæstini Tyrij & Æthiopes, hi in Ecclesia mea inuenientur, quam ex omnibus gentibus, linguis & populis congregabo. Vnde Esaias primitiuam Ecclesiam in hunc modum alloquitur. Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longe veniēt, & filia tuæ de latere surgent, &c. Quibus verbis hominum multitudinem ad Ecclesiam concursuram prædixit. Hoc autem videmus impleri, eo quod per quatuor mundi partes Euangelium prædicatum sit, & ex omni natione sanctissimos habet viros Ecclesie: vt nunc habet fideles & iustos: cum adhuc multitudo Iudæorum maneat in sua perfidia. Maximus enim erit dolor Iudæorum. Videmus enim ipsos, qui ex populo Dei erant & filij Abrahæ & sanctorum Patriarcharum expelli foras: & alienigenas gaudentes, & feliciter requiescentes cum eorum patribus in regno Dei. Hinc apud Matthæum loquitur Christus de semetipso. Mittet Angelos suos in tuba & voce magna: & congregabit electos à quatuor ventis, & accumbent in regno Dei. Magis torquebuntur Iudei, videntes Gentiles gaudentes cum patribus, & ipsos expelli. Qui remotiores videntur, & quos minus credimus, sæpenumero illos, qui proprios loco sunt virtute & religione anteeuertunt. Propius habitabat Bethleemite cum Christus in lucem est editus, eodemque modo Iudæi: qui omnes non cognouerunt eum. Multi etiam exierunt, qui viginti passuum spacio confecto, si voluissent Christum adorare potuissent: & tamen cum non viderunt. At ecce Magi Orientis extremis regionibus longo itinere, mag-

Esai. 49.

Mat 25.

Mat. 2.

gnis

gnis sumptibus & laboribus veniunt. Sic videmus pagos: quam plurimos: tria aut quatuor miliaria à Compostella distantes, quorum habitatores nunquam sanctissimum Iacobum Apostolum templum inuenerunt: vbi Germani, Theutonici, Galli, Flandrij alique in laudatæ nationes, vistantes celeberrimam basilicam, reperiantur. Sic etiam sæpe videbis simplices seculares & mulierculas Eucharistiæ suscipientes in magnis festiuitatibus: maxima cum deuotione & lachrymis: sacrosdotes vero ferè quotidie comunicantes, tepidos & in deuotione videbis. Qui propinquiores sunt sæpe peiores sunt: & de longe veniunt qui nos sapere religione antecedunt, vt ego vidi ex partibus Indiarum homines Barbaros & simplices multo meliores Christianos: quam nos qui habemus antiquam fidem. Itaque qui foris veniunt, illos qui intus sunt, sæpe numero excodunt. Vtinam in die iudicij multi milites, sacerdotis & religiosos non præcedant: ne sint meretrices, quæ custodissimis sèpminis præferantur, sicut multi gentiles, iudæos antecesserunt, vt Christus hic fateatur. ¶ *Distamus non inabitur de statu religionis aut perfectionis gloriari, sed iusta nostram uocationem piæ & iustæ uiuere*. Nos enim, qui maiora à Deo suscipimus ad maiora tenemur: & strictiorem rationem reddemus ante tribunal iudicantis. Væ nobis cum uiderimus milites & publicanos cum patribus nostris Augustino Benedicto Dominico & Francisco, in regno Dei: nos autem expelli foras. Væ etiam nobis cum uiderimus publicanos, & meretrices venientes ab Oriente & Occidente intrantes in regnum Dei, & accipientes beatitudinis denarium: & nos qui summo mane uocati sumus ad uincam dominij expelli foras à premio eterno. Sed ad contextum ueniamus. *Ecce sunt nouissimi qui erant primi: & summi qui erant nouissimi*. Fecerunt Israelitæ: primi cultores Dei ad extremum: autem Christo prædicanti uenerunt gentiles & ideo ipsi credebant, quod essent potiores: &riptores in regno Dei quam gentiles: sed reuera aliter eis euenit, nam publicani & peccatores præcedentes uos in regno Dei. In eisdem etiam & apud nos accidit, vt qui sunt perfectiones in uirtutibus & gratia, quia socordes uiuunt & negligentes, tepescunt, & sunt nouissimi: vt uideamus in religionibus in quibus multi tyrones, qui Deum cultum mundo se subtrahunt, maiori seruire: & spiritu, quam ueterani religiosi, Deo inser-

Matth. 20.

Matth. 3.

uiunt: qui cum longius in uirtute & perfectiores multorum annorum exercitatione, & Gymnasio diuturniori esse deberent, remissiores sunt & ad omnia diuina exequenda potestremi. Ideo Paulus monet. *Qui stat uidebitur in altitudine perfectionis, uideat ne cadat: & retrò reuertatur*. Sed uinquitque cum timore & tremore seruiat Deo: Nemo enim scit utrum sit Deo acceptus, nec etiam quantum in bono incepto perseverabit: quapropter Christus Saluator noster, qui non uult mortem peccatoris, neclatur in perditione morientium, hortatur & monet nos ne confidamus in eo, quod iam tempus ueteres Christiani, aut filij sanctorum: sed vt contenti damus operibus bonis fidem nostram ostendere, & conemur per angustam portam intrare seruantes Dei præcepta: dum adhuc tempus, & locus est penitendi: quia in futuro non est tempus aut locus intrandi, claudetur enim porta misericordie dei: neque non aperienda, &c. Igitur postquam hæc Christus populo prædicauit ait noster Lucas. *In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi. Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere*. Iesu bone, unde Pharisæi tecum tanta amicitia? Molestè ferebant, quod Christiani gentiles illis præuoluerunt: & cum inuidiam suam, miracula, conciones, & honorem Christi apud populum pati non possent, ueluti uespertilioes solis radios auercentes, hanc astutiam excogitarunt, vt Christum à Galilæa ubi tunc erat eijcerent. Id enim uisatis tuto facere non poterant, nec eum comprehendere aut uexare audebant, nam ab uniuerso populo Christus diligebatur, quare proditores hunc dolum fabricauerunt, ut eum illic relegarent. Sic etiam & hodie multi similia faciunt: qui postea quam uident non posse ualentiores expugnare: qui uisibus & dignitate potentiores est, nituntur eum apud principem uel prelatum dolis & caualationibus infamare, blandis nihilominus mollibusque uerbis proximum, quem prædiderrunt compellantes. Hic est aulicorum hominum mos, hoc usurpant homines in principum regijs, beneloquentes & inale uolentes, coram re laudant, clam uisuperantes, ostendunt se amicos, & mutant uellem, quem admodum fecerunt: Gebaonia Iosue: ealceos uelutque atricias induentes, amici apparebant, cum reuera hostes & aduersarij essent, populi Israel. Sic etiam multi de cons-

1. Cor. 10.

Exec. 18.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 9.

Enarrat in Cap. XIII.

ueniunt domi tuae, praetextu amicorum, mutata veste, ludunt tecum, quem tamen mortuum vellent. Dant tibi consilium vt hi vesipelles Pharisei Christo de dederunt: quod quam foris bonum & vtile videtur exitium tibi, & ab rege alienationem molitur. Hoc quod Christo perfridi Iudaei consulebant, primo aspectu salutare videbatur: verum illum a Galilaea in exilium officij nomine mittere tentabant. Hoc est osculum Iudae: caue ab his scorpionibus, qui ore blandiuntur & cauda pungunt. Ne multitudine miraculorum turbas sibi conciliaret, & virtute verbi ad se alliceret, fingunt se saluatoris curam gerere.

¶ Expende etiam hominum malignorum stultitiam. Videbis alios, qui se amicos tuos profiteantur, & semper molestijs te afficiunt: sunt quam plurimi stulti amici, qui nihil aliud agunt, nisi vt nuncijs sollicitis amicos suos concilient. Nuntius in ore hominis loquacis, est sicut triticum loco humido confutum: quod praeter modum luxuriat, sed statim corrumpitur. Ita isti loquaces & fabularores, nuncios sibi commissos corrumpunt: & omnia quae dicunt, licet in se bona sint, suo malo animo peruertunt. Sed audiamus Christi responsum.

*Et ait illis. Ite & dicit vulpi illi.* Sicut Paulus ob crudelitatem Neronem vocat Leonem: sic Christus, ob calliditatem vocat Herodem vulpem, propter hypocrisim & simulationem. Vt pellis vulpis in pretio est, caro autem nihil valet: sic exteriora hypocritarum magni aestimantur interiora autem patuipenduntur. Volens Carbo prudens homo Syllam crudelem & fallacem vocare, aiebat vt refert Plutarchus eum Leonem esse & vulpem. Ideo veteres hominem versipellem, & dolos sub virtutum tegumento conflantem vulpem appellabant. Vnde fluxit vetus proverbius, vulpes anno-sa haud capitur laqueo Si Satanas, vt Paulus ait, transfiguratur se in Angelum Lucis: quid mirum si idem faciant membra eius, qui sunt homines impij? De his ait Apostolus Timotheo. Speciem pietatis habentes, virtutum autem eius abnegantes. Igitur sicut vulpes se in terram prosterunt & mortuum esse simulat, vt a uiculis decipiat, & comedat: sic Herodes hic, Ioannem Baptistam occidit sub specie sanctimoniae, simulans religionem, & se velle seruare iumentum: fingens exterius tristitiam eum intus gauderet. Sic in Ecclesia stico habetur. Interiora eius plena sunt dolo. Docet hic locus, homines impios, non homi-

nes, sed feras appellandos esse. Ea enim scelera concipiunt, & subtrata animalia, fero citate, stoliditate, & maleficio superent. Phariseos appellauit Ioannes Baptista progeniem viperarum: quibus etiam Christus dixit. Progenies viperarum, quomodo fugietis in iudicio: gehennae Libidini deditos. appellat Hieronymus & quos amatores: voluptuosi appellantur porci, impudentes vero canes: iuxta illud quod Christus ait. Nolite sanctum dare canibus: nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Ait itaque Christus. Fallimini, si creditis vos aut Herodes, quod verus filius humanae possit aliquid contra potentiam Dei, & eius voluntatem. *Ecce efficio demonia & sanitates perficio.* Vide Christi sapientiam. Non tantum respondit verbis, quantum animo, quo loquebatur. Dolentes namque Pharisei quod Christus tanta faceret miracula, dixerunt, quod Herodes volebat eum interficere, vt discederet ab eis:ideo Christus de misericordia loquitur, vt inimicos torqueat, ac si diceret. Si peruenit vos eo: quod miracula facio, audite. Ego efficio demonia & sanitates perficio. Quia illi propter fanitates inuidebant, idcirco ipse dixit quod credebat illis potissimum dolere. O quantum tormenti inuidi sua sponte capiunt, nemo alteri tam saeuus carnifex est, quam inuidus sibi ipsi. *Hodie & cras, & tertia die consumor.* Hodie & cras, plures dies significant: quemadmodum & nos familiari sermone consuueimus dicere hodie & cras fiet hoc. Non omnino intra tam breue temporis interuallum rem circunscriptas: sed statim fieri significantes. Sic etiam cras in scripturis accipitur pro tempore propinquum, sicut in Genesi Iacob ait. Cras respondebit mihi iustitia mea. Nec etiam significare voluit, quod tertio die esset consumendus, id est, moriturus. Sed in breui mortem suam esse futuram declarauit, & non diu apud eos mansurum: quasi dicat. Quid meditantini meam mortem? Ecce cito ipsam veniet. Vos dicitis, quod Herodes mortem mihi molitur, & vos non molesti fertis: sed inanis est delibatio eius, quia non est in manu eius mors mea: quia nemo tollit animam meam: a me potestatem enim habeo ponendi animam meam: & sic cum uoluero ponam eam & moriar. Volo nunc per aliquid tempus miracula facere & predicare, quia non expedit facere tolli, ideo nunc hodie & cras demonia efficio & sanitates perficio: sed post breue tempus moriar cum uoluero

Mat. 3.

Mat. 23.

Kiere. 5.

Mat. 7.

Gene. 30.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

lucro, non tamen iusta voluntatem Herodis & vestram, nec cuiusquam hominis. Docet hic locus voluntarie Christum passum esse pro nobis. Expeditabat enim vt opus tam insigne redemptiois nostrae ostenderent Euangelistae, non coactum & inuitum: sed mere opus amoris & dilectionis fuisse, ex fonte diuinae voluntatis, & dulcedine amoris procedes. Sequitur. *Veni tamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare.* Hoc est oportet aliquibus diebus immorari, docendo, & miracula faciendo, & operando hominum salutem: & postea in Hierusalem proficisci, vt impleatur quae Prophetae scripserunt de me. Obserua autem quod tempore dicit, oportet me. Non te oportet domine Iesu, sed nos oportet. Expende Christi bonitatem & clementiam, bonum nostrum, suum vocat: commodum nostrum & utilitatem nostram, suam reputat. Tanta enim est vis amoris in eo, & sic diligit nostram salutem, quod omnia nostra sua reputat: & tristatur, cum videt nos tristari: & gaudet in nostro profectu. Atque ideo detentus, vt praediceret & vt doceret contemneret terrena & amara caelestia, & occupatus in curandis leprosis, caecis, claudis, paralyticis, alijsque infirmis, dicit quod eum oportet ambulare & viuere aliquantulum. Me oportet domine, non te: quando omnem vitam tuam consumis in meum commodum, & omnes gressus tui in meum bonum diriguntur & ista vita non est tua sed mea: siquidem tu ea non fruere sed ego. Mea refert audire doctrinam tuam: & miracula tua extendunt, vt nos credamus, &c. Ambulat Iesus benefaciendo, & operando salutem nostram, deinde vt consumentur in eo omnia quae scripta sunt per prophetas, vadit in Hierusalem. *Quia non capit.* Hoc est capacitatem, seu congruentiam non habet. *Prophetam perire extra Hierusalem.* Hoc est occidi extra Hierusalem. Hiperbole est, quia non omnes prophetae occisi sunt in Hierusalem, cum Ieremias in Aegypto, Et Ezechiel in Galilaea, & Amos in terra decem tribuum legatum occisi: sed quia copiosius in Hierusalem sanguis Prophetarum effusus est: quia ibi regnabat reges Israel & summi sacerdotes: sicut etiam in vrbe Roma fuit maior occisio sanctorum Martyrum, quia ibi sicut in mundi capite Caesares imperabant. Sed considerans peccatum grande Hierusalem, & mala quae super ipsam erant ventura, dolet eius miseriam pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, & gemi-

tu altius emissio, animo que tenerimo, sic inquit. *Hierusalem, Hierusalem quae occidis prophetas & lapidas eos, qui mittuntur ad te.* Per Hierusalem non ligna & lapides, sed homines intelliguntur: vt apud Esaiam. *Uoluate naues maris.* Hoc est qui nauibus per mare cursum faciatis. Et in Ezechiele, dominus ait. *Pone faciem tuam ad montes Israel.* Figura est Metonymia, cum continens pro contento usurpamus. Cum ait Hierusalem, Hierusalem intellige, ac si diceret. O Iudaei Hierosolyma habitantes, quia eadem sanctis Prophetis inferitis. Sic etiam Ezechiel. *Ecce ego ad te mons Seir.* Et Esaias. *Audite caeli & auribus percipe terra.* Aduerte autem quod non dicit in preterito occidisti & lapidasti, sed in presenti occidis & lapidas: quia perseuerabat in statu occidendi & lapidandi: & prius quidem repleta fuerat sanguine prophetarum, postea autem occidit dominum Prophetarum. Praeterea geminatio verbi affectum diligentis & miserentis exprimit. Sic David geminabat. *Abfalon fili mi, fili mi Abfalon:* commota enim erant viscera patris super filio. At patre & matre multo magis misericors est Deus. *Dolet pijsimus Iesus eo quod multoties voluerit populum ducere iudicis reducere ad salutem, sed frustra.* Reuocat in memoriam ingratae synagogae beneficia accepta, quorum maximum est, sanctos homines ad eam misisse. *Misi ad te Esaiam, & serra secasti eum: misi Hieremiam, & hunc lapidasti: misi Ezechielem, & eum excerebraisti, & alios plures occidisti.* Quid facere debui, quod tibi non fecerim? *Quomodo sanabo te, qui me dicos omnes persequeris? Sanctis meis non peperci, vt tibi parcere peccatrici: illorum vitam neglexi, vt mortem tuam non viderem. si tuam voluisses mortem, non misissem ad te prophetas. Rursus in hac geminatione verborum, videlicet Hierusalem, Hierusalem, duplicem poenam ciuitatis plangit Christus: duplici namque poena plectetur, expulsionem videlicet a regno temporalis, & damnationem patitur aeternam. ¶ Aduerte etiam quod Christus non saxa & lapides ciuitatis lamentatur, sed eius habitatores. ¶ Animabus peccatricibus condolendum erat, & tristandum de bonis animae spiritualibus, non de perditione bonorum temporalium. ¶ Obseruandum quoque est quod non solum ad illam ciuitatem loquitur Christus, sed ad totum regnum Iudaeorum, quia omnes incolae illius regni occupati fuerunt & consenserunt in Christi morte: quia in die*

Esai. 23.

Exec. 6.

Exec. 35.

Esai. 11.

2. Reg. 18.

Esai. 5.

**Matth. 27.** Azymorum Christus mortuus est, ubi omnes conueniebant, & tenebantur interesse ex omni parte regni, & tota turba exclamauit, Nō hunc sed Barabbam. Er de discipulis Christi non est dubium, qui vexati sunt de ciuitate in ciuitatem, & ideo cōmuni culpa fuit omnis gentis Iudæorum: & sic in punitione non solum deleta est Hierusalem sed etiam tota Iudæa. Sed loquitur de toto regno sub nomine tantum Hierusalem: quia sic est consuetudo Dei loqui in Prophetis ut non solum per vnam ciuitatem designet vnam gentem, sed etiam per vnam mulierem. In Ezechiele ponit Oolam & Oliuam: & per Oolam intelligit gentem Israel siue Samaritanos, & per Oliuam gentem Iudæorum. Rursus obseruandum, quod lapidatio hæc, de qua loquitur Christus, non distinguitur contra occisionē, sicut species contra genus: quia communiter apud Iudæos Idololatræ & blasphemiam lapidabantur. Cū enim volebant Prophetam aut sanctum occidere, imponebant, quod contra legem egisset, & lapidabant. Sic lapidauerunt Stephanum: Christum tamen, quauis de blasphemia accusatus esset, non lapidauerunt: quia iudicatus fuit à Pilato, qui gentilis erat. Vel melius quia Deus verterat voluntatem iudicis, & Iudæorum ut eum crucifigerent: quia prophetarum factum per Prophetas ut crucifigeretur. Et ideo prophetatum, quia Christus id genus mortis elegit, quæ vilior & magis infamis fuit, & abiectionis: ut humilitatem ostenderet; & altius nos exaltaret: quia secundum legem maledictus erat, qui pendebat in ligno. Admonet locus iste super animam rebellem & obstinatam plorare: ut Christus dolet cecitatem & duritiam Hierusalem. Docet ut hoc etiam Christi exēplo nō letari in dāno nostrorum proximorum: sed potius condolēcamus miseriam eorum. Sed ad textum: *Quoties volui congregare filios tuos: quemadmodum auis nidum suum sub pennis eius: nō volui?* Mira Dei bonitas, non obstantibus occisionibus sanctorum non desinit eos vocare, non semel, sed multoties: atque ideo dixit, quoties, ac si diceret. Non semel aut bis, sed sepe: quo etiam verbo indicat omnes rerum Prophetas à se missos. Magna certe ductus fuit habitantium Hierosolymis: sed vtinam & tu durior ne sis, contemnas Christum tam benignè quotidie vocatē: semper enim Deus vocat peccatorem, & pronior est ad parcendum, quam ad puniē-

dum Adam postquam peccauit punitus quidem est. Sed attende quam humaniter se habuerit cum illo iudex clementissimus. Non misit ad illum Angelum aut Archangelum, sed ipsemet venit. Nec ei dixit. O sceleratissime, cui tot contuli beneficia, quid fecisti? sed dixit. Adam ubi es? non oblitus est nominis eius, quanquam ille Dei oblitus sit. Nos odio habemus nomina inimicorum nostrorum, & eorum, qui nobis iniuriam fecerunt: & nolumus eos proprijs nominibus vocare. Saul, qui Dauidem oderat eum proprio nomine non appellauit, cū de eo percontaretur: sed potius dixit, Vbi est filius Isai? Et Iudæi, de Christo dicunt. Vbi est ille? Et non dicunt ubi est Iesus. At Deus ut ostendat per peccatum hominis non esse suam dilectionem extinctam ait, nomine proprio, Ad ubi es? Bene illud sciebat Deus: sed ut eum oculos ad se conuertere faceret, ut ubi esset à peccato constitutus videret, inquit, Vbi es. Alibi te reliqui, & alibi te inuenio: in honore eras & gloria, & nūc in confusione: vide ubi prostratus sis, memento vnde excideris: nolo mandare iudicium alij qui minus te diligit, quam ego: per me ipsam te volo iudicare, & relinquere. Alij forsitan punient sed non corrigent. Iudices cū aures quærunt & capiunt, non laborant quomodo illi latrones meliores fiant: sed quo pacto puniantur pœnis. Sed ego cū peccatores arguo, non exspecto, ut supplicium quærant, sed ut corripiam: nolo mortem peccatorum, sed ut magis conuertantur & viuant. Voluit Hierusalem non occidere te, sed congregare. O quam bonus Israel Deus, non tantū his qui recto sunt corde: sed etiam nefandissimis peccatoribus. Cū hæc maledicta ciuitas, mereretur in Berathrūni mergi: non vult illam destrūere, sed saluare, & ideo multoties suauiter vocat illam, & illa rebellis & inobediens semper extitit diuinæ vocationi. Malitia enim eius cum Dei bonitate certabat. ¶ Voluit, inquit, congregare sicut auis congregat nidum sub pennis. Vide quod congregare opus Dei est, & propriū eius: disperdere vero opus diaboli, & alterum à Deo. Sic viri iustitiam inter discordias amicitias tractant: impij vero, discordias seminant. Porro quod vnus Euangelista tacet, alius dicit: nam Matthæus dicit, sicut gallina, quæ quidem auis magno affectu nutrit pullos, fouet eos, & propter illos infirmatur: & à miluis defendit: quæ omnia Christus solerter cum Synagoga fecit, & nō-

**Gen. 3.**  
**1. Reg. 20.**  
**Ioan. 9.**  
**Hierem. 3.**  
**Apoc. 2.**  
**Exe. 18.**  
**Psal. 73.**  
**Esa. 28.**  
**Mat. 23.**

biscum agit. Væ pullis non fugientibus sub Christi alis, cū diabolus tanquam miluus circumate quærēs quem deuoret, Sic Dauid in persequutione inuocabat dominum protectorem suum, dicens. Sub vmbra alarū tuarum protege me. Aperit inquam gallina alas suas raro quas pullos admitterit, apertura si liceret & corpus, ut eos intro reciperet. Ita Christus aperuit in cruce brachia sua, ut nos omnes susciperet: & quia ei fas fuit corpus & cor aperire, idcirco latus aperuit, ut nos intro ingrederemur. Nec hoc cōtēntus sua nos mēbra esse voluit, vnumque sibi nos effecit. Ita enim ille habet. Volo pater ut vnū sint, sicut ego & tu vnū sumus. A deoque voluit sui cordis penetralia omnibus patere, ut pulis suis dicat. Intra in gaudiū domini tui. Sed in gaudiū Dei planè nemo penetrare potest, nisi ad intima & vltima cordis admittus. Præterea ut puli sub alis sunt velut in abscondito, ac ideo in silentio sunt: ita & Christiani sub alis Christi fileant, vnicū illud præsidium sibi ipsi putantes esse. Cur ergo Christiani in laboribus murmuramus, cū simus pro te cū talibus alis? Sumus enim nos de quibus Dauid dixit. Abscondisti eos in abscondito faciei tuæ, proteges eos in abscondito tabernaculi tui. Denique sicut contra miluos, nullū pullis remedium est, nisi gallina: ita nec sub cælo est datum hominibus contra demones aliud præsidium nisi Christus. Demū si pulli æquales ferunt sub alis matris sue, & non odia gerunt, non rixantur, non pugnant: cur nos sub alis Christi pugnamus? Certe in ventre Rebecæ fratres pugnant: & in ventre Thamar fratres cortexantur: sed sub alis Christi id-minimè licet. Sed his missis ad alia properemus. Quid fecit Hierusalem, ad tantam Dei bonitatem? *Et noluit.* Dubium est, cum Deus omnia quæcunque voluit fecerit in cælo & in terra, & in omnibus abyssis, quid est quod Hierusalem non est saluata? Quia noluit. Deus voluit illam saluare, vult etiam omnes peccatores saluos facere: tamen ipsa non est saluata, quia noluit: nec alia ratio danda est. Non compellit Deus liberum hominis arbitrium, relinquit enim hominem ab initio in manu consilij sui. Neminem cogit, sed in sua voluntate relinquit, nec virtus esset virtus si homo cogere tur recipere eam: aut peccatum non esset culpabile, si iniustus faceret. Post quidem Deus de nolente facere volentem: nolentem tamen non cogit.

Voluit namque Deus saluare Hierusalem veluntate antecedenti, quæ non semper impletur, quia non est voluntas absoluta & plena: sed voluntas Dei consequens semper impletur. Voluntas antecedens est, cum Deus omnia necessaria dat homini, ut consequatur vitam æternam: & sic intelligendus est Paulus cū dicit Timotheo, Deus vult omnes homines saluos fieri. Voluntate inquam antecedente, quia Deus nemini negat suum auxilium. Si quispiam pater paruus filio gladiolū in manus traderet suscipere hunc velle, ut filius se interficeret: quando illi uti nescienti, ferrum concessit, ad hunc effectum mediū satis accommodatum. Sic etiam est mos loquendi, si aliquis in manibus palam portaret thesaurum suum, quia multi latrones grassaretur, diceremus hunc spoliationem suam affectare. Eodem modo si quæras quare Turca non saluatur? quia non vult. Nihil aliud aut certius aut breuius responderi potest. Non vult uti donis Dei, & secundu legem nature viuere, ideo damnatur. Non quod lex nature satis sit ad salutem, nemo enim sine lege Christi & baptisate potest saluari: sed si Turca aut Maurus, aut infidelis viuere iuxta dictamen rationis, Deus illorum mentes illuminaret, eosque ad fidem catholicam & sanctum baptisam, ut saluarentur adduceret. Neminem facientem quod in se est Deus deserit: sed quia infidelem legem naturalem non seruauit, non illuminantur à Deo. Omnes enim carnem & sanguinem sequuntur, & vitijs se tradunt, libidines suas belluinas sectantes, & pleni sunt execrabilibus peccatis, quibus ostium Deo claudunt, ne ad animas eorum ingrediatur. De his ita Paulus loquitur, ita vt sint inexcusabiles. Quia cū cognouissent Deum, scilicet lumine naturali, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum, &c. Sequitur quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum: & in immunditiam vt contumelias afficiant corpora sua, in sanctis, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt creaturam, potius quā creatorem. Omnia itaque media necessaria ad consequendam vitam æternam dedit Deus omnibus: atque ideo si non saluantur, non est ex defectu Dei: nec quod non illis omnia necessaria suppeditauerit: si illi sibi viles esse velint. Ideo propria corū culpa fuit. De hoc

**1. Tim. 2.**  
**Rom. 2.**

Hiere. 3.

etiam accusabat Deus olim populum suum Israel per sanctum Prophetam suum Hieremiam, dicens. Tran sit melsis, finita est aestas: & nos liberati non sumus: super contritione filie populi mei, contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est ibi obducta cicatrix filie populi mei? Vide quomodo non ex defectu medici aut medicina, non est sanata Synagoga: sed quia noluit sanari. Cum Deus perfecte omnibus sufficientibus remedijs prouiderit Hierusalem, non solum communia auxilia, sed etiam multa particularia dedit, particularem legem illi tribuens, ad eam que quam plurimos prophetas mittens, quorum predicatio ne, monitu, & reprehensione à vitijs suis auo caretur, donec idem filius Dei, per se ad eos missus est, vt illis Euangelium predicaret: & tamen noluerunt venire ad illum. Et noluit ait dominus: omnis culpa est in te. Et ita quanto maiori obligatione tenebaris tu, quã alie nationes, vt esses bona, siquidem maiora beneficia acceperas: ita etiam patieris maiora supplicia, quia maiorem culpam habes. Et si vis cognoscere quanta sit culpa: vide quanta sit pœna. Sed qualis est pœna? Audi. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Relinquetur inquam vobis, id est, ad vestram confusio nem, vestrarum que culpatum vindictam, domus vestra deserta: quod factum est, quando Romani destruxerunt Hierusalem, & venderunt ac disperferunt plurimos Iudæorum, vt olim prædixerat Daniel. Ciuitatem & san ctuarium dissipauit populus cum duce ven turo. Et Psalmista. Fiat habitatio eorum des erta. Obstinati adhuc & cæci Iudæi in sua ad huc perfidia permanentes, nolunt concedere (vt ego ipse cum eis disputando audivi) quod Deus dereliquerit populum suum dilectum Israel, atque quod eiecerit Synagogam. Sed audiant, quid propheta suus Esaias prædixe rat. Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas: & ambulabimus in scimitis eius: quia de Sion exiit lex, & verbum domini de Hie ru salem. Hoc de Christo loquutus est atque eo rum Melsia, cuius lex exiit de Sion: nam lex Euagelica exiit & incepit Hierosolymis, que ciuitas est in monte Sion. Lex tamen Mo si, in cepit à monte Sina, vbi data fuit. Et etiam lex Mo si nam erat data tempore Esaiæ, & nunc va ticinatur, quomodo Christus docturus esset

Dan. 9.

Psal. 68.

Esai. 2.

19.

gentes & populos: quapropter de nullo alio loquitur Esaias hic, nisi de Christo Rege Mes sia. Sed quod De' aliquando expulerit & à se abiecerit Synagogam, & domus eius mane ret deserta, in eodem capite post pauca subiit gur Esaias. Dereliquisti domine populum tuum domus Iacob. Ecce ibi propheta dicit eos de relinquendos à domino Deo suo. Nunquam tamen nec sub Nabuchodonosor, aut Antio cho, aut alio principe, tanto tempore dereli cti sunt, nam plus fluxerunt, quam mille, & quingenti anni quod expulsi sunt à templo & Hierosolymis & nunquam redierunt. Ex pende ergo & diligenter considera: quod Iu dai propter Idololatriæ crimen exules facti sunt, & ducti captiui. Manasses enim Rex Iu da posuit idola in templo domini & fecit po pulum adorare, vt habetur in quarto volumi ne Regum: propter quod dixit dñs. Delebo Is raelem sicut deleri solent tabulae, &c. Fuerunt autè captiui in Babylonia septuaginta annos vt dixit dominus, per Hieremiam. Et seruiet omnes gentes iste Regi Babylonis septuagin ta annis. Et nunc videmus quod plusquam mille quingentis annis, sunt extra patriam suam dispersi per omnes orbis nationes: igitur propter aliquod peccatum maius quam idololatria. Deus enim maiora peccata maio ribus pœnis plectitur: hoc autem peccatum aliud non est quam Christum occidisse. Vnde sequitur Christum Deum & hominem esse. Nam si homo purus esset, quamquam ab illis occideretur, non esset hoc tantum pecca tum: quoniam occisio hominis non est maius peccatum quam idololatria. Videmus autem quod propter hanc occisionem Iudæi grauiore pœna plectuntur, quia perpetuo damnantur exilio: ergo ille homo iustus quem suspē dētes in ligno, occiderunt, aliquid maius ha bebat quam humanitatem. Igitur quia Deū & hominem suum verum Melsiam occide runt, domus eius vsque nunc manet deserta: & ipsi exules & profugi, quod maius pecca tum fuit, quam Idololatria: atque ideo nō se ptuageneratio, sed perpetuo exilio danantur. Ecce ergo quia vsque congregare filios tuos, sicut auis nidum suum sub pœnis, & noluit, relinqueretur domus vestra deserta. Ad nos tram autem eruditionem monet locustis, vt Deum timeas ne te deserat, sicut istos Iu dæos deseruit. Bonum erit ex alijs periculis facere. Considera diligenter populum tā cha tum & acceptum Deo: quippe qui genus du

4. Reg. 17.

Hierem. 31.

Exo. 14.

Mat. 15.

Ab. 13.

Gen. 3.

1. Reg. 16.

1. Reg. 28.

Apocal. 15.

cebat ab illis sanctissimis Patriarchis Abra ham, Isaac: & Iacob: quem tantis miraculis e duxit dominus de Ægypto, cui tantum in de sertio, & postea in terra promissionis indul sit, in qua tot Reges & Prophetas esse voluit. Denique de quod idem Deus carne in sumere dignatus est, & ad quem (vt Cananæ dixit) potissimum saluandum venit. Videbis illum antea dilectissimum & charissimum omnium populorum, nunciatum à domino destitutum: vt nulla sit in toto orbe terrarum natio vilior & abiectior gente Iudæorum. Ab omnibus contemnuntur, omnibus odio sunt: sed quã obrem à tanto honore ad tantam vilitatem deuenerunt: propter peccatum. Fuge igitur peccatum: nam vbi est peccatum non con siderat Deus vtrum sis cognatus, vel amicus. Aduerte quantum Deus de Iudæis supplicium sumat, quos eorum culpa reliquit, & se cogno scendum & colendum gentibus exhibuit. Sic Paulus & Barnabas dixerunt illis eorum duritiam improperantes & incredulitatem. Oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iu dicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gē tes. Caue ne tecum Deus sic faciat vt te dere linquat, si non audieris eum vocantem: time ergo ne simile tibi accidat. Sic Adam audiuit vocem Dei deambulantis & timuit, & abs condit se. Cur? Quia deambulabat. Qui de ambulat non moratur: graditur de loco in locum: deserit hunc & capit illum. Hoc est valde timendum, vt Deus te deserat & transeat ad proximum tuum: vt fecit Sauli, quem reli quit, & ad Dauidem migravit. Sic dixit Samuel Sauli. Quid interrogas me, cum domi nus recesserit à te, & transierit ad amulum tuum? Ideo multum debes timere, ne à te trã seat ad alium. Ideo in Apocalypsi habetur: quod illi qui vicerunt bestiam & imaginem eius, per quos iustos intelligit, dicebant. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum: quia solus pius es: quoniam omnes gē tes & adorabunt in conspectu tuo. Mirabile est quod dicuntur isti: quod timeant Deum, quia pius est. Si dixissent, quod potens est, vindex aut seuerus, &c. non mirum si timerent: sed dicunt, quia pius es. Quare pius? Quoniam venient gētes, & adorabunt in conspectu tuo. Acsi dicebant. Ideo ego te timeo, quia cū pius & misericors es, omnes suscipis & gētes venient ad te: ideo ego timeo ne derelinquas me, sicut dereliquisti Hierusalem, & mansit

deserta & conuersus es ad nationes. Hoc etiã & ego timeo ne accidat mihi, ne cum sis pius suscipiens peccatores obliuiscaris mei. Caue ergo, & time: ne propter scelera tua, derelin quaris à Deo: sicut misera Hierusalem. Et vltra hoc, addidit etiam dominus. *Dico autem vobis quia non videbitis me, donec veniat cum dicitis: benedixit qui venit in nomine domini.* Dico autem vobis incredulis & ingratis non videbitis me, id est, in vestra cecitate relinque mini iusto Dei iudicio, propter vestras iniqui tates: ita quod non cognoscatis me esse Chri stum filium Dei; donec veniat cum dicitis, id est, vsque ad diem iudicij: quando corpora liter videbis, & Christum esse scietis me, que confixistis. Tunc dicitis, seu confitebimini, benedictus qui venit in nomine domini: quia in nomine Iesu omne genu flectatur cele stium, terrestrium, & infernorum. Obserua autem quod locus iste intelligi non potest de generatione Iudæorum quæ tunc erat præsens, cum Christus hoc dicebat: nã illa in suis pec catis mortua est. Nec intelligit de generatione Iudæorum damnanda in die iudicij: nam nullus istorum dicit, benedictus qui venit in nomine domini. Intelligitur ergo de generatione Iudæorum ante iudicij diem aliquantulum: de qua D. Paulus. Cum plenitudo gen tium intrauerit, tunc Israel saluus fiet. Hi igitur qui propè finem mundi conuertentur, di cent. benedictus qui venit in nomine domi ni. Sensus ergo huius loci est. Generatio Iu daica hæcenus fuit maritus vester: hæcenus vos in humeris meis portavi: hæcenus salutem vestram quaesui: Prophetas, sapientes, & scri bas mandavi; iam à modo libellum repudij vobis trado, à modo vos desero, non maiore vestri quam aliorum infidelium curam habens. Ad generationem quippe meliore me confero: nec licebit iam me in vestra genera tione videre: donec proxime ad iudicium, ad me conuertamini; & videatis me in spiritum per fidem. Bonum ergo erit vt ex aliorum incommodis tua compares commoda: quia vt Paulus ait quæcumque scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt. Ideo Euangelista hoc scripserunt, vt nos ne simus ingrati Deo sicut Iudæi fuerunt: quando quidem tanta benefi cia à Deo accepimus quanta illi, aut etiã ma iora: sed potius si forte conscientiam aliquo peccato gratiam senserimus, aut labores & tentationes patimur, fugiamus sub alas huius Gallinæ: vt nos protegat, defendat, atque tucatur.

Philip. 2.

Rom. 11.

Rom. 15.

1. Tim. 2.

tueatur. Et hæc super decimum tertium caput Beati Lucæ satis sint dicta: nunc autem

CAPUT XIII.



V. M. C. H. R. T. stus in mundum veniret, & prædicare, & miracula facere in ciperet: omnes pontifices, sacerdotes, scitibæ & Pharisei, quod erant tunc sine vlla animi perturbatione

eum esse Messiam cognouerunt. Examinabant inter se scripturas dicentes. Hæc propheta iam est impleta: & figura, debito tempore consummantur: omnia conueniunt, & hic homo magna signa facit, se esse Christum ostendit. Certè Christus est. Ità ait Euangelium eos dixisse. Hic est hæres. Postea verò animum mutauerunt, quia erant improbitissimi, & se videbant ab illo reprehendi: & quia se supra modum amabant: nã quo quis peior est, eo plus se, minus Deum amat. Igitur cum videret Christum viderunt esse Messiam, Messiam autem mentiri non posse: qui illos ob malam vitam eorum via perditionis incedere prædicabat, illi autem grauisimum putabant malum viuendi: morem relinquere, grauius tamen in æternum damnari, nã quo quis peior est plus se amat: & quo plus se amat, plus odit pœnas inferni. Nemo beatorum tantum se amat, quarum quilibet damnatus: & ita si aliquo casu Diuus Petrus, vel Diuus Paulus apud inferos esse possent minus pœnatum sanctitate sua quam Iudas sentirent: sancti enim acquiescerent diuinæ voluntati & dolorem patientius ferrent: Iudas autem, quoniam se plusquam Deum amat, sibi ab illo eius crimina plecente, iniuriam fieri putat: quare non fert patienter, sed blasphemando & execrando Deum, eiusque bonitatem; Præterea cum considerarent se agere vitam non ferendam: dicebat inter se. Hic verus est Messias. Et assuegerat nos esse execrabiles, & hoc modo viuendi proculdubio, esse perituros. Corrigi durum est: perire tamen in æternum: durius. Quid nam remedij potest in hoc negotio inueniri? Nos existimamus nos esse sanctos, velle dixit qui in templo orabat, non sum

ad decimi quarti capitis explanationem accedamus.

sicut ceteri hominum. Alius vero dixit, se custodisse à iuuentute sua legem Dei: non possumus ferre, tam acriter ab hoc Iesu reprehendi, duorum alterum faciendum est. Aut mali mores vite nostre sunt relinquendi, quod est difficillimum: aut illud non esse Messiam, defendere debemus. Denique statuerunt illi non credere: ad hoc autem opus fuit credere ipsum non esse Messiam, in quo maiorem laborem existimo ipsos suscepisse, quam in credere: Nam ad credendum habebant maxima documenta: verum ad negandum defatigabantur inueniendis argumentis, quibus fallaciam suam probarent. Quærebant igitur multa media: nè Christus Messias videretur. Maximum autem erat eorum medium, quo intellectui suo persuaderent, Christum non esse Messiam, peccatum in Christo querere: vt inuenio in Christo peccato probaret ipsum, non esse Messiam. Quo probato non adherent fidem eius dictis aut reprehensionibus: & sic, eo modo quo viuebant viuere possent: & ab inferno liberari, licet Christus contradiceret. Quarunt igitur in Christo peccatum ad eum negandum: nam, Messias peccatum habere non poterat: iuxta illud Esaiæ. Iniquitatem non fecit nec dolus inuentus est in ore eius, in quo toto capitulo, si rectè attenderis, Esaiam de Messia, & non de alio loqui inuenies: quoniam si Christus peccasset, non modo mortaliter, sed etiã venialiter, hac de causa quod inuentum esset in Christo peccatum licet paruum, non teneretur illi credere illum esse, Messiam. Quare innocentiam suam ostendit Christus tunc, cum dixit eis. Quis ex vobis arguet me de peccato, ne vllam excusationem haberent. Quarunt igitur in Christo peccatum, & hoc argumentum faciunt. Hic homo cum publicanis & peccatoribus semper versatur, ergo peccator & similis eorum est. Et vt videbimus in sequenti capite, murmurantes scribæ & pharisei dixerunt. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis: Murmurant etiã quando Christus cum Mattheo publicano manducauit: & cum Iohanne. Mattheo publicano manducauit cum illo.

Matth. 19.

Esai. 53.

Ioh. 8.

Mat. 9.

Luc. 19.

illo. Quibus omnibus concludere tentabant Christum esse peccatorem: quia cum peccatoribus agebat. Huius argumento respondens Christus dixit. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores: & quod sani non indigent medico, sed aegroti. Aliud erat argumentum. Cur tu cum hominibus, facis te ipsum Deum? soluit hoc dicens. Nonnè in lege vestra scriptum est. Ego dixi dii estis vos? Afferebant & aliud dicentes. Hic homo non est à Deo, qui sabbatum non custodit. Hoc autem dixerunt cum cæcum à natiuitate Christum videre fecit: & cum sanauit qui erat in piscina. Et in capite præcedenti vidimus Archisynagogum indignatum fuisse: quod Christus in sabbatho mulierem illam curauerat quæ decem & octo annos, recto corpore incedere non poterat. Idè etiam fecerunt, cum in sabbatho hominem manum aridam habentem curauit. Cum igitur Pharisei, sacerdotes, & scribæ, Christi essent inimici, & peccatum in eo quærent, vt affirmare possent ipsum non esse Messiam: de quo Dauid dixerat, quæretur peccatum illius & non inuenietur: scribit modo Euangelista noster Lucas dolum & laqueum quendam, quem illi tetenderunt. Nam cum inuitantes ad manducandum sabbatho, coram hydropicuro curandum proposuerunt, vt si curasset postea possent illum quasi sabbathi & legis Mosi transgressorem notare: & ita tanquam peccatorem credentes non esse Messiam contemnerent, non adherentes fidem eius verbis, & reprehensionibus, quibus affirmabat, illos ne vitam corrigere, in infernum ituros. Sæpenumero Christum falso accusant, quod non obseruaret sabbatum, vt patet multis in locis Euangelij, & vidimus in capitulo supra proximo. Nunc scribit hic noster Lucas, quoddam argumentum Christo ab illis appositum & eius solutionem à Christo redditam, qua probat se non esse sabbathi aut legis Mosi violatorem. Nam quod facit rectum, & non contra Deum aut legem, imò secundum charitatem aut rationem factum esse ostendit. eo quod proximo subueniendum est, etiam in die sabbathi. Ait ergo Euangelista. Et factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam Principis Phariseorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Expende Christi bonitatem & clementiam. Dicebant Pharisei de Christo Saluatore, quod erat portator vini & comestor carniu: & nihilominus tanta eius dilectio est, vt hydropicuro

Ioh. 10.

Ioh. 9.

Ioh. 5.

Luc. 6.

Psalm. 19.

Matth.

curet, & homines docet: conuiuium Phariseorum acceptat, sua postponens propter nos: non curat de his, quæ de se ipso dicuntur, vt curet nos. Tantum diligit salutem nostram, vt quauis sciat illos esse murmuratos: etiã cum detrimento honoris sui venit ad conuiuium, sciens quod obseruabant eum. At tu vis Deo seruire ea conditione, vt nihil de honore aut iure tuo amittas. Vis ieiunare, sed non famem; aut tantillum capitis dolorem perpeti: vis iniuriam tibi illatam condonare, non aliter tamen quam sit tibi nihil de iustitia tua concedenti, plenè satisfactum fuerit. Denique volumus Deum colere, nullo nostro sumptu, cum Christus nobis a deo suis impensis inferuerit. Admonet locus iste, vt iniuriarum oblitus, bona proximorum curemus. Sic Ismael sepeliuit patrem suum Abraham, quauis expulsus esset domo, cum matre & exheredatus cum natu maior esset: & Esau iniuria immemor occurrit in occursum Iacob fratris sui. Docemur etiam vt malos non ex animo sed dolo nos honorantes non statim fugiamus, dummodo spes sit nos in bono posse vincere malum: si secus exundam est de medio eorum, nec profus comunicandum operibus tenebrosis, ne cum peruersis ob infirmitatem nostram perueriamur. Præterea Christi etiam benignitas attendenda est. Acceptat enim conuiuium, vt serui, qui domi manebant, & non gerant in sabbatho ad Synagogam, etiam ipsi audiant sermonem. Genus seruorum solet mane rem diuinam audire: postea autem domi in seruitio, & præparatione prandij, & rerum domesticarum occupari: ita isti saltem in Hispania nostra, in toto fere anno integro non audiunt, neque vnã concionem. Sed Christi charitas & bonitas, qui non solum pro diuitibus & magnatibus, sed etiam pro seruis & ancillis venerat, ingreditur in domum principis Phariseorum: vt seruitores mensæ, & ministri, & tota Pharisæi familia audiat dominum ibidem concionantem, & gaudeant vilo miraculo, & conuertantur. Verbum Dei prædicandum est, non solum dominis & liberis, sed etiam seruis, & pauperibus; omnibusque absque personarum acceptione. Sed iam prædicatores nostri aulas Regum, & Principum circueunt: diuites quarunt, magnatibus blandiuntur. Quod villa-gia sunt vbi nunquam verbum Dei prædicatur, quia steriles terre sunt, & pauperes ibidem habitant: vbi non magna palatia, & delicias in-

Mat. 21.

Luc. 20.

Luc. 18.

Gen. 25.

Gen. 33.

tias in-



cias inueniunt: numquam Episcopi, & praedicatoris verb i Dei accedunt: ac si Deus pro illis sanguinem suum non effuderit, sicut pro diuitibus: in quo facto satis ostendunt non animas, sed lucra temporalia, & delicias querere. ¶ Ceterum Christus non tam pro consolatione suae verae humanitatis, quam pro utilitate animarum conuiuia acceptauit: nam semper aliquod spirituale bonum operabatur. In domo Simonis discubuit & peccatricem mulierem absoluit. In domo Zachari hospes gratissimus ingressus, salutem eius domui dedit. Martha hospitis fratrem Lazarum a mortuis suscitauit: in conuiuio à Matthaeo exhibitio, ipsum ad Apostolorum prouexit. Denique inuitatus ab hoc principe Pharisaeorum, hydropticum sanauit: & conuiuas saluari doctrina refecit. ¶ Aduerte etiam ac diligenter considera, quod hunc principem Pharisaeorum, qui Christum inuitauit, non nominauit Euangelista, Lucas, cum in superioribus vidimus nominatum alium Pharisaeum qui Christum inuitauit, & murmurauit, eod quod peccatricem suscepit, quem Lucas dixit fuisse Simonem. De isto autem ait, quod intrauit Iesus in domum cuiusdam principis Pharisaeorum. In quo facto expende quantum Deus odiat peccata quae non casu & forte fortuna fiunt: sed ex malitia, & proposito malo peccantium. Si non ille casu peccauit, non enim sciebat quod Magdalena esset ventura: & licet arrogans & superbus fuerit, tamen forsitam bona intentione inuitauit Iesum, & si peccauit hoc fuit casu, & sumpta occasione atque inopinato. At iste princeps Pharisaeorum proposito malo, & malitia inueterata & recocta inuitauit in sabbato, ut numeret occasionem accusandi, & hydropticum coram illo posuit, ut caluniarum possent. Denique Euangelista ait, quod ille cum alijs qui malignum consilium inierant, quod obseruabant eum. Illorum enim nomen, qui non casu aut fragilitate humana, sed sicut daemones ex inuidia & malitia & proposito malo peccant, Deus obliuiscitur, iuxta illud Psalmi. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Cum alijs autem peccatoribus misericordius agit. Nomen scit & eos pacificis verbis, & inspirationibus hortatur. Et aduerte si iam tibi sit peccandum, ut non de industria sed casu peccare videaris: nec odium habeas inueteratum, nec obstinatus viuas in peccatis tuis, nec innocenti reia tendas. Vnde dominus arguit Adam, & quae fuit ab eo

1 uc. 7.  
Luc. 19.  
Luc. 10.  
Ioan. 11.  
Matth. 9.

Luc. 7.

Psal. 15.

Genes. 3.

de peccato: & etiam correxerat mulierem, quia peccauerant. Sed serpentem nihil interrogauit: quoniam peccatum quod ex malitia procedit, nihil habet quod illud possit excusare aut suffragari. Vnde dominus in veteri lege dans remedium peccatorum in Leuitici libro, tradit sacrificium pro his, qui ex ignorantia peccant: & quomodo peccatum eorum expiandum sit: similiter de peccatis ex fragilitate & alijs: sed nihil agit de peccatis malitia. Nullus enim deberet aduersus tam pium patrem studiose peccare, id est nullum sacrificij genus institutum legitur: licet fuerit, pro expiatione illorum, qui sua sponte in vitia prolabebantur, sed illi magistratum puniendi relinquebantur. Sicut enim dominus nemine, ut videretur, sua sponte castigat sed coactus: ita nemo deberet eum sua voluntate offendere. Quia in re considerandum est quam graua sint peccata ex studio commissa, quibus ante legem nullum ad expiandum institutum legitimus sacramentum, aut sacrificium. Admonendi itaque sunt qui in culpa ex consilio ligantur, quatenus prouida consideratione perpendant, quia dum mala ex iudicio faciunt, & proposito malo & malitia peccant, quod districcius contra se iudicium accendunt: ut tanto eos durior sententia feriat, quanto eos in culpa artius vincula liberationis ligant. Citius forsitan delicta poenitendo abluerent, si in his sola praecipitatione cecidissent: nam tardius peccatum soluitur quod per consilium solidatur: nisi enim mens omnimodo aeterna despiceret in culpa, ex consilij iudicio, non periret. Hac ergo praecipitatione lapsi, & per consilium pereuntes differunt: quod cum hi à statu iustitiae peccando concidunt, plerumque simul & in laqueum desperationis cadunt, & à radice spei funditus euelluntur. Hinc est, quod per Hieremiam dominus, non tam praecipitationem prauam, quam delictorum studia reprehendit, dicens. Ne forte egredietur ignis, in dignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. Hinc iterum per eundem Prophetam iratus dicit. Visitabo super vos, iuxta fructum studiorum vestrorum. Quia ergo à peccatis alijs differunt peccata, quae per consilium perpetrantur, non tam praua facta dominus, quam studia prauitatis insequitur: in factis enim saepe infirmitate, saepe negligentia, in studijs vero semper malitiosa intentione peccata. Quae circa recte beati viri expressione per Prophe

Leuit. 4.

Lege Orige. hom. 5. super Leuit.

Hiere. 31.

Hiere. 4. 4.

Psal. 1.

RAM

ram dicitur. Et in cathedra pestilentiae non sedet. Cathedra iudicis vel praesidentis esse solent: in cathedra enim pestilentiae sedere est, ex ratione mala discernere, & tamen ex deliberatione perpetrare. Lege diuum Gregorium in cura pastoralis de hac re differentem. ¶ Obserua etiam quod in sabbato voluerunt illum inuitare, quia Iudaei maxime isti Pharisaei, qui ceteris sanctiores volebant videri, erant superstitiosissimi in obseruatione sabbati, & calumniaabantur Christum de transgressione festorum. Cum Deus dixit, memento, ut diem sabbati sanctifices, non dixit, quod recorderis, vt in eo gaudeas, tripudies, aut proximum decipias: sed vt Deo vaces, & proximo charitatem exhibeas: quia propter proximum & infirmum curare, æquum & sanctissimum erat. Sed post haec hanc latius enarrabimus. Porro manducare panem in scriptura, quamuis de pane tantum fiat mentio, tamen de omni cibo intellige. Sic in primo libro Regum habetur, quod mulier illa pythionissa ad panem inuitauit Saulem, & dedit ei vitulum pasuale. Et in quarto Regum etiam legitur quod coram Assyrijs iustus Eliseus ponere panem: appositum autem est coram eis ciborum maxima multitudo. Ionathas etiam, qui fauui mellis comedit, praecipitum patris fregit, qui dixerat: male dictus, qui comederit panem vsque ad vesperam. Vbi vides nomine panis intelligi etiam fauui mellis, & omnem cibum: nam apud Hebraeos panis appellatur lechem à verbo lacham, quod significat comedere, vnde quidquid comeditur panis appellatur. Plura autem scripturae loca hic in medio afferri possint, breuitatis tamen causa omittimus: clara enim haec sunt. Igitur iam Christus inuitatus ad mensam seder: sed quid Pharisaei agunt? Audi. Et ipsi obseruabant eum. Princeps iste alios traxit ad malum. Hoc malum vsque hodie grassatur in orbe: ut omnis malus velit habere consortem: & quod deterius est etiam amicos. Vtinam sic eos velimus habere ad bonum, sicut ad malum. Hoc autem ex amore, quem erga nos gerimus accidere reor ut amicos in malo velimus habere consortes: ne si contingat ex hoc malum aliquod sine consortio & solatio in supplicio simus. Nihil enim est peccatore timidius, sicut neque iusto audacius. Iustus ait sapiens, ut leo confidit. Idem peccator multitudine armat se. Ex pusillanimitate malorum venit, ut vnus vocet alium in socium, ut fortior sit. Sic Eva post peccatum voluit statim

Greg. de cura pastorali. 3. p. 64. 33.

Exod. 20.

1. Reg. 28.

4. Reg. 6.

1. Reg. 14.

Prou. 28.

Genes. 3.

habere matrem socium criminis. Sic etiam & filia maior Loth, postquam cum patre dormiuit, sororem suam, & filiam Loth minorē, habere voluit sociam incesti. Sic etiam & hic Pharisaeus volens Christum capere in factis, aut verbis, secum alios duxit: & simul discubuerunt, ut Iesum obseruarent. Iniqui inter se coniuncti animantur, & roborantur, ut capiant aliquid ex ore innocentis: & ut inuadant iustum, nam vnusquisque solus perse non aufer. Est enim virtus fortissima: vitium autem imbecillum. ¶ In eo autem, quod obseruabat ostendunt se Christum idcirco inuitasse, non ut aliquid ipsi officium charitatis impenderent: sed ut inter prandendum aliquid deprehenderent, vnde ipsam accusarent, & damnarent. Vtinam non sint plures, qui hos ex sua malitia, quam Christum in sua charitate exercenda imitari malint: & de facto imitentur. Quotidie hoc videmus, ut illi, quibus magis fidas, te prodant. Proprium hoc est hostibus veritatis, ut dum ratione nihil dolos (ut inquit Dauid) meditentur tota die. In alio quoque Psalmō ait. Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis. Et alibi. Aduersus iustum sunt omnes cogitationes eius in malum. Inuitat Christum vt ei insidietur: hoc tamen pestilentissimum est insidandi genus, vt sub beneficio fraudem occultes, quomodo hic domino sub epulis factum est, & Abalon fratrem suum Amōn ad conuiuium vocatum occidit. 2. Reg. 13. Similem necem Simō Machabaeus cum duobus filijs à Ptholomaeo duce petulit: & id insidiatōrum genus tanto peius est, quanto diffidius euitatur. Nam parum prouidemus vbi fidem amicitiae praesumimus. Vnde Salomō, meliora iudicat vulnera diligentis; quam oscula blandientis. Et egregie Plaltes. Loquentur pacem cum proximo suo, mala autem cum eordibus eorum. ¶ Vide etiam istorum Pharisaeorum malitiam: contaminauerunt enim laudabilem conuiuiorum vsum; nam vbi debebant Christo gratulantes congaudere obseruabant eum, impletos illud Psalmi. Principes conuenerunt in vnū aduersus dominum & aduersus Christum eius. Plenus est mundus istorum qui exterius inuitant, & ostendunt se diligere, interius verò mordent: quod Propheta Ieremias deplorat dicens. Inustus ait sapiens, vsque ad sacerdotem omnes faciunt dolum. Plures etiam nunc imitantur hos in sua malitia, quam Christum in sua charitate. Hos detestatur Abacuc, dicens. Vae qui potum dat amico suo;

Genes. 19.

Psal. 37.  
Psal. 36.  
Psal. 33.

2. Reg. 13.  
1. Mach. 10.

Prou. 27.  
Psal. 17.

Psal. 5.

Iere. 6.

co suo;

co suo, mittens felinum & inebrians: vt aspi-  
 ciat nuditatem eius. Laudatur Iob in scri-  
 ptura quod fuerit simplex, cui similes per pau-  
 cos inuenies; Sed quid obseruabant: Duo.  
 Primum, quomodo manducabat, obseruan-  
 tes quibres biberet: vtum comedat carnem  
 necne: vt si manducet helluonem, si non man-  
 ducet hypocritam cum vocare possent. Sic  
 etiam & nunc multi, si vident aliquem man-  
 ducantem & cibo affatim affluentem dicunt.  
 Quomodo habuit tantum vnde commedit:  
 fur est: ex vltus & iniquitate, manducat. Si  
 non comedit a iute esse inutilem, & hominem  
 nihil si quidem victum querere nec vult. Si  
 quis inuitat splendide omnes, & laute viuut,  
 dicunt quod prodigus, vanus & prophanus  
 est: si autem temperate viuut & modeste, vo-  
 cant eum avarum & fordidum. Denique &  
 manducando & abstinento notatur. Secundo  
 obseruabant an curaret hydropticum  
 necne. Tantum erat odium, quo isti maledicti  
 in Christum ardebant, vt etiam miracula &  
 infirmitates ab eo curatas accusarent: nam si  
 in sabbato curabat, dicebant esse festi violato-  
 rem. Si extra sabbatum, miracula humilia esse  
 dicebant, se autem malle miracula coelestia  
 videre. Eo modo mali etiam bona iustorum  
 opera reprehendunt, & murmurant de illis,  
 que laudare debuissent. Per pulchrum locum  
 scripturae inuenies apud Esaiam, vbi legitur,  
 quod Raplaes Dux Assyriorum inter alia,  
 qua improperans Ezechiae Regi dixit, hoc ait:  
 Nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias excel-  
 sa & altaria? Considera impudentis & scelerati  
 hominis calumniam. Vertit vitio regi  
 sancto, id propter quod ipse veram laudem  
 fuerat consecutus. Sancte quidem & iuxta  
 Dei legem abstulerat. Ezechias altaria idolo-  
 rum, vt errore sublato, deleta superstitione,  
 & idolatria, coleretur verus Deus in templo  
 sancto suo. Ex hac calumnia Raplaes & Pha-  
 risaeorum, eo quod Christus sabbathis cura-  
 bat, colliges quanta excitate laborent impij:  
 quamvisque tenebris obscuratum habeant in-  
 tellectum: hi praesertim, qui te odio prosequuntur:  
 qui non solum de falsis criminibus  
 ad inuidiam vocant, sed etiam virtutis actio-  
 nes quibus das operam damnant, & falsis vitio-  
 rum nominibus appellant: & quanto maior  
 est tuae integritatis opinio, tanto acius eam  
 extinguere conantur. Sed quemadmodum ignis  
 in aquam coniectus statim extinguitur & re-  
 frigeratur: sic falsum vitium, in vitam intro-

gram, & laudabilem proiectum, illico eua-  
 nescit & extinguitur. Sed procedamus.  
 Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum.  
 Omne nostrum bonum in hoc consistit, vt  
 nos coram Deo constituamus: quoniam ipse  
 est qui sanat omnes infirmitates nostras. Quia  
 Adam abscondebatur a medico, vocauit il-  
 lum Deus; & adduxit coram se: & sanauit  
 eum. Profuit misero hydroptico fuisse ante  
 domini praesentiam. Infelix peccator, qui se  
 subducit ab eius conspectu, qui vult omnes  
 homines saluos fieri, & ad cognitionem veri-  
 tatis venire. Obseruandum quod non pete-  
 bat verbo salutem, sed humili affectu: quod  
 nunquam dominus desistit exaudire; Hinc  
 Dauid. Domine ante te omne desiderium  
 meum, gemitus meus a te non est abscondi-  
 tus: exaudi me domine, quoniam benigna est  
 misericordia tua. Atque idem Christus, qui pa-  
 ratus est subuenire inopibus & infirmis, sana-  
 uit illum, vt statim videbimus: nam, vt Da-  
 uid ait, desiderium pauperum exaudiuit do-  
 minus, & praeparationem cordis eorum audi-  
 uit auris tuae. Docet locus iste, nullum apud  
 Christum locum aut tempus esse importu-  
 num, impartiendo proximis opera misericor-  
 diae: quare nec melius vnquam, nec cum ma-  
 iori merito festa sanctificamus, quam cum  
 opera misericordiae exercemus. Docet insu-  
 per omnes Christianos quemadmodum  
 Christum sint requisitiuri, vbi primum se  
 agros cognouerint, fidesque ipsis asseruerit,  
 Christum esse verum, & potestatem medicum,  
 est illis festinandum, ad ipsumque fugien-  
 dum, vt animarum vitia curet. Vbi cumque  
 Christus est, ibi est querendus vel in domo  
 Pharisaei, vel in itinere, vel inter turbas sine pu-  
 dore, sine doctrina, illius opem debemus im-  
 plorare. Porro crediderim ego non de futu-  
 ros quam plurimos doctores, qui dicant huc  
 hydropticum non casu illic affuisse: sed ex ma-  
 litia Pharisaeorum illic positum contra Chri-  
 stum, obseruantes quid cum illo ageret, hanc  
 intra seipos cogitantes. Videamus an curet  
 hunc hydropticum, vel non: si illum curat ac-  
 cusabimus eum, tanquam sabbathi transgres-  
 sorem: si autem non curat, amittet opinio-  
 nem, quam apud populum habet: quia cum di-  
 liget, & magnificat, quia pius est, & nunquam  
 desistit misericordiam predicare, & infirmos  
 curare, quare ab hominibus comitatur & a-  
 mat. Ille igitur, vt hanc vulgi opinionem  
 conseruet non comitet quum eum curet: &  
 ita eum

ita eum accusabimus vt legis transgressorem.  
 Hoc negotium semper daemone ex sententia  
 succedit, qui quam plurimos coegit. Deu of-  
 fendere ne famam aut opinionem, qua apud  
 homines habebant amitterent. Videbis nobi-  
 les multos, qui cum plus debeant, quam ha-  
 beant, si ab aliquo forte ad monentur, ne lu-  
 xum, famulos, & sumptus ultra censum exte-  
 dat, vt qua debent soluat, respondent hoc sibi  
 non a licere, quia sua & suorum maioru dignitas  
 non patitur aliquid de statu pristino detrahe-  
 re, ne autoritate sua imminuat: ita hi ne per-  
 dant vulgi opinionem tendunt ad infernum.  
 Alios videbis, qui proximis infamant, & no-  
 lunt famam detraha restituisse: ne retracta  
 do fidem sibi habitam deinceps amittant: & ma-  
 luit inferni miti, quam mundi honore no-  
 bere. Multi ex principibus, ait Ioannes quod  
 crederent in Iesu, sed propter Pharisaeos no-  
 n confitebantur: dilexerunt magis gloria hominu,  
 quam gloria Dei. Codem nauit Pilatus Christi-  
 innoceat scies: ne fide & gratia apud Cae-  
 sare perdere. Sciebat enim sibi inuidia traditu fuis-  
 se, quare optabat illum soluere: at accusatores  
 dixerunt. Si huc dimittis non es amicus Cae-  
 saris. Et quia timuit gratia Caesaris priuari, auto-  
 rem vite morte multauit. Voluit consciere  
 sua vim facere ne in principis despectu eade-  
 ret. Maluit Deu offendere: qua aliquid de suo  
 statu & gratia detrahere. Multos hac tentatio  
 ne expugnauit diabolus. Hac est hasta illa, qua  
 per ministros suos Pharisaeos Christum vulne-  
 rare voluit. Credidit enim Dnm ne autho-  
 ritate & opinionem apud homines perderet, solita  
 pietatis opera non praetermissurum, & hydropi-  
 cum illum curaturum: quo curato posset vt  
 festi violator accusari. Ad hunc igitur effectum  
 Christo hydropticum proposuerunt, de indu-  
 stria: vt quid faceret obseruarent. Colligitur  
 autem hanc illos habuisse intentionem, & hoc  
 in cordibus suis agitalle ex illis, qua in litera  
 Euangelij statim sequitur. *Ei respondit Iesus di-  
 xit ad legis spiritus & pharisaeos.* Respondit, no-  
 ad verba sed ad cogitationes: & in eo quod  
 eos interrogauit, videlicet an liceret sabbatho  
 curare, insinuat, quod ipsi obseruabant an il-  
 lum curaret hydropticum die sabbathi: & sic  
 quod habebat illam calumniam praeparata,  
 vt superius diximus. Docet hic locus cogi-  
 tationes nostras a Deo videri: quod cum ita  
 sit audiamus Esaiam dicentem. Auferte ma-  
 lum cogitationum vestrarum. Demus opera  
 vt omnem animi cogitationem, puram inte-

gramque seruemus: Aquila pullos suos quos  
 habet in nido aduersus Solem ponit, & eos qui  
 non valent Solem intueri, & eius radios non  
 ferunt, in nido tanquam spurios & alienos eij-  
 cit. Sic nos paruas adhuc cogitationes versus  
 iustitiam Solem dirigamus: vt ad eum oculos le-  
 uantes eum auctorem atque dominum cog-  
 noscant: eas vero quae Deu intueri noluerint,  
 nec in eum oculorum aciem dirigere: tanquam  
 extraneas & illegitimas, ab animae nido eij-  
 ciamus: easque dum paruae sunt ad petram,  
 hoc est ad Christum alidamus, iuxta id quod  
 dicitur in Psalmo. Beatus qui alidit paruulos  
 ad petram. Itaque cum omnia Deus intueatur,  
 & omnia sint nuda & aperta oculis eius, opus  
 est, vt semper bonas habeas cogitationes, ne  
 oculos ante maiestatis offendas. Responder  
 autem Christus cogitationibus doctorum &  
 pharisaeorum. Iam hic vides, qui fuerunt illi,  
 qui Christum obseruabant, & calumniaban-  
 tur: nempe legis periti, scribae inquam & do-  
 ctores, homines literati, & in lege exercitati  
 simi: & cum his iunguntur pharisaei, viri reli-  
 giosi, & separati a communi vita aliorum: Ho-  
 mines literati & qui se sanctos esse praesumunt,  
 sunt omnium maximi Christi persecutores.  
 Doctores docebant populum, pharisaei sancti,  
 vt cupiebant, reputabantur: sed cum Christus  
 melius quam doctores predicaret populum  
 eum relictis illis sequebatur. Praeterea quia Chri-  
 stus erat vita integerrima, & miracula facie-  
 bat, quae non poterant pharisaei, populum seque-  
 batur eum quae sanctissimum iudicabat: & pha-  
 risaeos relinquebat. Vnde orta est in doctori-  
 bus & pharisaeis emulatio, & inuidia, potius  
 quam in alijs: quia doctrina & miracula Chri-  
 sti magis eos, quam alios causa contumeliationis  
 torquebant. Quis est inimicus tuus: qui ante  
 tuam exercet. Ita quotidie videbis, predica-  
 torem de predicatorum, tabellionem de tabel-  
 lionem, medicum de medico, satorem de satore:  
 re: magis quam de alio detrahent enim: nam fa-  
 ber fabro inuidet. Cain & Abel germani erant,  
 eodem patre & matre progeniti: probabile est  
 illis ante se inuicem dilexisse, postea vero qua  
 idem munus Deo offerendū sacrificij obie-  
 runt, statim concertatio & inuidia orta est  
 inter eos. Ita illis, quise fraterna necessitu-  
 dine amauerant causa exitit Abel mortis,  
 Cain autem exitij. Eodem modo etiam iur-  
 gium erat inter pastores Abrahami & pa-  
 stores Loth, de pastuis ambigentes: qui om-  
 nes idem munus exequabantur, & alteri alteris

Malach. 4.

Psal. 136.

Hebre. 4.

Gene. 4.

Gene. 13.

137

70. 9. Mal. 12.

137. 36.

10. 12.

Math. 27.

10. 12.

Esai.



Luc. 4.

pater dixit; descendere, priusquam moriatur filius meus: & vt in locu Simonis qua tenebatur magnis febris. Alios vero qui tantam necessitatem non habebant, cutabat in sabbatho: propter maiorem gloriam Dei. Nā curationes Christi erant miraculosae & in instanti sanati: quāto autem coram pluribus ostendebatur diuina virtus erat maior Dei gloria, & in sabbathis conueniebant plurimi propter vacationem operis, & Christus quaerebat salutem omnium spirituales. ¶ Interrogans autem eos nunc, an liceat sabbatho curare, manifeste irridet eos, vt insipientes: siquidem cum sabbatho Dominus benedixit, ipsi si benefacere prohibent. Hoc non ignorabāt scribæ & Pharisei, qui doctissimi erant: sed ex inuidia dicebant illicitam curationem sabbathi. Sic etiā & multi hodie inuidia vel auaritia dictante male interpretantur scripturas, vt alios mordeant, vt vel sua vitia tegant, vel vt aliquod emolumentum acquirant. Interrogat itaque illos Christus vt confundat. Sed quid adhuc illi tacuerunt. Non tacebant illi cum in suis conuentibus murmurabant de Christo, quia sabbatho curabat: nunc vero tacent cum loqui opus est. O quā multi sunt his similes, qui plus alijs decem gartunt, murmurant: & infamant proximū suum, omnia eius vitia amicis suis manifestātes: at si præsente iuramento veniente praelato rogantur, vt verum dicant de aliquo male uiuente, tunc tacent. Si sciunt vicinum suum esse concubinarium, per omnem ciuitatem dicunt: non autem praelato, qui corrigat. Cum tacere debent, loquuntur: & cum loqui debent, tacent. Cum ex conscientia teneris dicere, tunc taces: & cum tacere teneris, tunc loqueris. Vniuersus orbis, nulla alia de causa est, ita vt videmus conuassatus, nisi ob nimiam loquendi licentiam: & sunt non paucitiam rudes, vt existimant non esse flagitiū vxori aut filio peccatum proximi arcanum manifestare: postea vero dubitant illud praelato interroganti dicere: & tunc cum loquendum erat, tacent. Eodem modo isti Pharisei, qui cum essent loquacissimi murmuratores, cum opus non erat: vt religiosi statuerunt seruire silentium. Maledictum sit tale silentium: maledictus talis cæcus hominum, maledicti qui eos imitantur. ¶ Præterea si tacere, respondere est: egregie responsum est. In turba simplici magnas excitarent tragœdias, sicut hereticorum mos est: sed præsente Christo nō

audent, neque mutire. Nā si respondissent, licitum est in sabbatho curare, au darent. Cur ergo me obseruatis: Cur metoties violati sabbathi accusatis: si autem respondissent, non licere: accepissent responsum, quale audierunt, etiam non responderentibus datum. Quidquid responderent erat contra ipsos, atque ideo tacerunt. Non latebat hoc regem Dauidem cum dixit de Christo. Rex vero latrabitur in Deo & laudabitur omnēs, qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. ¶ Expende etiam quomodo mudi sapientia muta sit & stulta coram Dei sapientia. Cum erat Moses in Aegypto, & erudiretur omni sapientia Aegyptiorum, non erat tardus lingua: nec profiteretur se esse ineloquentem, erat enim quantum ad Aegyptios honoræ vocis, & eloquentiæ incomparabilis: sed coram Deo quasi mutus est, & tardam & imperitam suam intelligit esse linguam. Si mutis animalibus comparetur homo licet rusticus & imperitus sit, videbitur eloquens in comparatione brutorum: si vero eloquentibus & eruditus viris atque in omni sapientia probatissimis conferatur, inequens & mutus videbitur. Sic etiam isti legislatores & Pharisei licet sapientes essent inter alios, & præcipue in populo, & eloquentes & religiosi: sed eorum sapientia posita in xtra diuini verbi sapientiam, stultissimi & insipientes facti sunt, & quasi lapides muti coram ipso tacent, & non audent nec mutire. Sic virga Aaron deuorauit virgas Magorum Pharaonis: quia Dei sapientia consumit & deuorat mundi sapientiam, & stultissimam illam reddit. Quod sanctus Dauid intuens dicebat Deo. Vt iumentum factus sum apud te. Omnes enim homines ad comparationem verbi diuini, non solum inequentes, sed & muti putandi sunt. Obserua etiam quomodo impij confunduntur & cadunt, ita vt verissimum sit illud, quod Psalmista ait. In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Parauerunt insidias, obseruabant, & modo loqui nesciunt confusi. Sic Pharaoni contigit. Permissit Deus ludæos quasi deserto & mari concludi, vt animus impij regis excitaretur ad eos persequendos, & corrueret, tam ipse quam populus eius. Vbi simul erudimur non posse pios vnamquam cōcludi: licet malis hoc videatur: sed semper eis exitū quo à malis exire possint patere, vt filijs Israel cōtigit: qui sicco pede ma-

Psal. 62.

Exod. 2.

Exod. 3.

Exod. 7.

Psal. 72.

Psal. 56.

Exod. 14.

Prover. 11.

Psal. 63.

Matth. 10.

4. Reg. 5.

re transire. Iustus (vt inquit Sapiens) de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. Sequitur in contextu. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Expende Christi benignitatem. Poterat vnico verbo hunc sanare: sed propria manu hominem horridum & foetidum terigit. Hydropisis enim morbus est aquosus ex vicia vitio natus, cum in flatione turgente, & anhelitu foetido. Non sic faciunt qui proximis infirmos non solum non curant, sed nec tangere, aut videre volunt, auertentes caput & oculos: ne viliorum vlcera videant. At diuina maiestas vsque vt tangat nostras miseras & infirmitates descendit a sinu patris. ¶ Præterea non obstante quod Pharisei offendebantur, ægroto & egeno beneficiebat Christus. Demum nullam mercedem pro beneficio dato querens, gratis curat infirmum hominem hydropisi laborantem. Denique nec à bono opere propter hominum calumnias cessauit, in quo facto docuit nos. Primo, vt proximorum miseras non fugiamus, nec abhorreamus, sed vbi pauper magis squalidus & vlcerosus est, tibi maiorem impendamus charitatem, si cut exemplo Christi multos sanctorum fecit, legendæ sanctorum commemorat. Secundo, docet hoc factum propter hominum impiorum calumnias, non desistere à bono. Si quod vis facere est bonum non desistas ob vulgi dictum. Quantumcunque canes tibi allarent, nihilominus tu rationalis, illi irrationales erunt. Non est lucis vituperium sed potius laus vespertilionibus odio esse. Multi sunt qui bene facere vellent: sed timētes quis sit de illis hominum sermo bona opera prætermittunt: ranquam pueri, qui per viam transire canum timore nolunt. De his ait Psalmista. Sagittæ parulorum factæ sunt plagæ eorum. Nam à quibusdam paruis puerorum arcubus timent. Docemur tertio nullam mercedem pro beneficio dato querere: & quod praelati Ecclesiæ pro beneficio collato, aut dispensatione nihil querant. Apprehendit inquit eum, ac dimisit liberum abire. Non quaesuit ab illo pecunias, vel mercedem pro salute. Gratia conferre indulgentias, & miracula facere à Domino Deo est: & hanc gratis accepit gratis dante. Sic Eliseus Propheta, cum Naaman Syrum mundauit à lepra dimisit illum, non accipiens munera nec dona illius, & liberum abire permisit. Docemur similiter nos face-

re, de omnibus bene mereri, & non curare hominibus ne id placeat an non: modo Deo placeat. Etiam docemur quod in omni tempore & loco, siue in mensa, siue in foro, siue in die, siue in nocte tempus est benefaciendi proximis: & quod illis impendamus omni tempore charitatem & beneuolentiam. Nullus locus est vbi Deo non possis seruire: in omni etiam tempore & loco poteris proximis utilis esse. Vnde Salomon. Quodcumque potest manus tua, instanter operare. Sed procedamus. ¶ Igitur postquam Christus Saluator noster miserabilem illum hominem sanum fecit, vult etiam sicut corpus hydropici curauit, animabus conferre salutem: non solum inimicis, sed etiam omnibus astantibus præsente, & docet plura ad mores bonos cōcernentia. Deo postquam hydropicum curauit, & dimisit, ducit primo sermonem ad legis peritos, & Phariseos: vt eorum irrationalem calumniam ostendat. Insuper & doceat, curationem infirmorum non esse contra sabbathi obseruantiam. Ait ergo. Cuius vestrum astitit aut hos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbathi? In his verbis & in hac similitudine, reddit Christus causam suo, si factorum ostendens nihil contra sabbathi præceptum fecisse: & quantum in digni erant, vt suarum rerum causas aperiret at tamen docere nos voluit, vt nihil aperiamus, faciamusque in spiritualibus fidei negotijs, cuius ex verbo Dei rationem reddere nō possumus. Quapropter & Petrus vult, vt semper parati simus ad satisfaciendū omni postcenti nos rationē de fide & spe, quæ in nobis est. Poterat sola sua autoritate compescere illos & confundere: sed docuit vt aliquando danda est ratio dictorum, & factorum proximis, etiam si minoris conditionis existant. Non sic multi praelati, qui arrogantia pleni satis esse credunt, & sufficere: quod ipsi illud iubēt, & præcipiunt nec ab illis petenda est ratio. Imo si quaras ab illis rationem, factorum superbiunt, rixantur, illud in lingua passim portantes. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. ¶ Obserua etiam quod propter opulas non desinit Christus dicere veritatem. Non fecit more adulatorum (quorum plenus est mundus) qui vt ventri consulant, & gula satisfaciant, ad placitum loquuntur magnatibus: & sicut canes vlcera, sic ipsi lingua adulatoria, lambunt vitia eorum. Admonet locus iste prædicatores verbi Dei, ne propter cō-

Eccl. 12.

1. Pet. 3.

uitia aut munera principum, desinant principum & ditium vitia reprehendere: nec desistant a veritate. Quauis Benadab Rex Syria miserit ad Eliseum Prophetam quadraginta Camelos omnium bonorum Damasci oneratos, per manum Azael: non tacuit veritatem vir sanctus: sed ostendit ei, quod infelicitate morte erat moriturus. At nunc multi concionatores verbi Dei carpunt vitia, morientur, & reprehendunt peccata: sed si quid eis potrigas, Abbatiam nempe aut Episcopatum, vel bonum quid temporale, sicut canes latrantes, quibus os cum carne dederis, desinant latrare comedendo: sic istos obmutescere facies quodcumque donum illis tribuas: & muti manebunt. Sed de his.

¶ Aduerte autem quod Christus optulit vitam a minori ad maius. Nam si alio aut bono iacenti succurritur, quanto magis homini? At nunc multi prelati maiorem curam gerunt de equis & mulis, quam de animabus subditorum. Si mula cadit, lenatur, curatur si infirmatur: & maxima diligentia, & si moritur tristitia gignit. Verum quot viduae pauperes famem patiuntur, quot pauperes, miserabiles agrotant, nec de lecto surgunt: quot etiam necessitate & penuria moriuntur: de quibus ipsi nihil curant. Si asinus cadit leuatur: si autem proximus cadit, non leuatur, nec ei impenditur auxilium. Iob vitrum sanctum non legimus scidisse vestimenta: cum perdit omnes boues, camelos, nec omnes temporales diuitias: at cum mortem si horum audiit, surrexit, & scidit vestimenta sua. Et sic tu mortem filiorum tuorum, siue illa temporalis, aut spiritalis sit, sentire, & lugere debes, & pericula & damna subditorum plorare, & illorum miseris & calamitatibus compati. Sequitur. *Et non poterant ad hanc respondere illi.* Admirabili artificio, & subtilitate, conficit aranea telam suam, sed in aere, ex quo efficitur, ut ipsa tela simul cum aranea facile frangatur & pereat. Sic creatorum hominum cogitationes & consilia licet ingeniosa & subtilia videantur, vana tamen sunt & in aere constituta: vnde euenit ut dum alios irerire volunt, ipsi ireriri capiuntur. Vide quam fragili res, sicut tela araneorum hominum vanorum cogitationes at que consilia comparare Esaias Propheta, dicens. Telas araneae texerunt, cor humanum est texetina, ubi haec tela struantur, sed homo orditur telam: Deus vero illam scidit,

& fila tenuissima refecit. Vanum est cor hominis, superbi & impij: & omnia consilia euanescent. Scit inquit Dauid, Dominus cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Nulla sapientia, nulla scientia, nullumque consilium est contra Dominum. Ecce non possunt respondere illi. Et quis poterit respondere cum Dominus ad iudicandum venerit? Quis poterit ei resistere: si nunc in humilitate ita inimicos obmutescere facit? Dic mihi qui tot consilia & pessimas cogitationes in pectore tuo componis contra Dominum: quid respondebis ei cum venerit in potestate magna, & maiestate iudicare viuos & mortuos? Sed de his inferius suo loco oportune Deo dante dicemus. ¶ Præterea admonet locus iste nihil contra nos facere posse scelera torum consilia: si Deum propitium habeamus. Nihil nocuit Dauidi consilium Achitophelis: nec Ioseph consilium suorum fratrum, neque Christo hoc consilium Phariseorum: vnde enim existimabant eius splendorem maculare, nomenque extinguere, inde confunduntur & cadunt, & sapientia Christi magis lucefit. Ita quauis te homines nefarii oppugnent, nequaquam tamen vincant si fueris virtutibus velut muro septus diuinoque praesidio munitus. Trahemus autem Deus apud Hieremiam. Bellabunt aduersum te, & non proualebunt, quia ego tecum sum ut liberer te. Et Iob Deus comprehendit sapientes in astutia eorum: & consilia prauorum dissipat. In prouerbis etiam Salomon ait. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Et pater eius Dauid, Dominus (inquit) dissipat consilia hominum. Et si viri iusti videantur aliquando ab impijs superioribus tamen de iniquis triumphant, ut Christus de Phariseis. Cum Palestini Hebraeos propter eorum scelera superarent, euenit arcam in templum Dei sui inferrent, euenit sacra referente historia, ut surgentes diluculo altero die Azotij inuenerint Dagonem Deum suum, iacentem in terra ante arcam: & alio die scissum & contractum. Quando existimabant arcam Dei esse victam & abiectam, subiectamque idolo suo, inuenerunt illam superantem, idolumque apud se contractum, & ipsam mirabiliter triumphantem. Aspicias hic gloriam Dei praeminere, etiam cum abiecta esse creditur: virtutemque victoriam obtinere, etiam cum victa esse existimatur? Voluit Syria cum Samaria Hierosolymam

maim euertere: sed Hierosolyma euasit superior, & ipse fuerunt euersta, & in summis calamitatibus constituta. Ut enim fluctus maris duram ingentemque rupem ferocitates ibi illiduntur, nihil aliud efficiunt quam se ipsos frangere, & in spumas inanes conuerrere, manente rupe immobili & stabili: sic qui iustum ac pium hominem volunt impugnare, spumas suae iracundiae & inuidiae ostendunt: sed nihil aliud efficiunt quam se ipsos frangere & atterere perseverante viro iusto in virtute & constantia, nullam gloriam virtutis atque constantiae premium amittente: vade dimittuntur, rupes autem immobilis & fixa est. Mali confunduntur, bonus triumphat. Superbus Aman, exoriens affligit populum Dei, Israel tamen triumphat: Aman autem cum tota familia sua perijt. Maxima Phariseorum turba in Christum conuenit: sed iam vides quomodo omnes taecant, & mutire non audeant. Omnia eorum consilia, consultationes, & astutiae, quasi spuma euanescent. Nunc ad contextum reuertamur. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Vides coenae Christi quales sint, nempe in salutem animarum, non in satietatem ventris vertuntur. Sanauit hydropticum, docuit Phariseos quod bonum sit in Sabbathis bene facere: & videns eos primos accubitus ambientes medetur huic morbo. Ostendit non esse veram gloriam quae ambitur: sed quae datur. Sic Paulus. Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Verum nostri sermones inter manducandum ab his valde discrepat. Christus super mentem concionatur, sermonem spiritualem, & de adificatione animarum iniens: illi veto qui legem eius profitentur, & iactant se esse Christianos omne suum studium ponunt in eorum moribus arguendis, & postea quam plenus stomachis suis incaluerunt, de proximis suis detrahunt, & eorum vitas calumniantur. Hoc est mundi vernaculum & quod magis in comestationibus & conuiujs ditium vsurpatur, postloculentam ciborum & poculorum satietatem. Non aliud agebat ille Babyloniae Rex Balthasar qui cum vxoribus suis helluabatur, cum venit in eum Dei iustitia & scriptis illa manus. Mane, techel, phares. Ita etiam credo Deum iustitia sua venturum super vos: non tantum propter cibi, potusque luxuriam, quantum propter

malos sermones quibus in conuiujs vitium. Nam sicut Balthasar cum familiaribus suis Deos suos laudabat, ita vos laudatis vitia vestra quae ut idola colitis, & pro dijs, habetis. Aliter Christus hic facit, qui in conuiuio bonum spirituale, & doctrinam salutarem tradidit inter epulas. Sic etiam faciunt religiosi, & qui vitam monasticam profitentur, vel semper lectionem scripturarum inter coenam dum audiant. ¶ Præterea obseruandus est locus iste ad praecognitionem verbi Dei ut non illico verbum veritatis subtrahant, ubi vel animo pessimo, vel capiendi studio, quosdam sibi auditores senserint adesse: sperantes, ut sicut Christus multos dolo venientes, virtute sive pietatem conuertit, ita per suos idipso conuincat. Factum fuit Hieremiae verbum Domini in opprobrium tota die. Omnes iriserunt eum, quam obrem silere penitus proposuit, sed audit a Domino. Noli subtrahere verbum, si forte audiant, & conuertantur vnusquisque a via sua mala. Verum ubi talibus spes deest, non est canibus proijciendum sanctum Dei, nec potius subternenda margarita. ¶ Aduerte etiam quod hic dicitur, quod Christus dicebat ad inuitatos parabolam, in quibus praedicabat se peius: quod fecit, ut declararet se eodem spiritu loqui: quo Propheta locuti sunt, familiare enim est Prophetis, ut parabolis idque cuique legenti libros Prophetarum patet. Imo nedum verbis sed plerumque factis parabolis proposuerunt. Sic Hieremias langunculam coram populo confringens hoc facto innuebat futuram Iudaeorum desolationem. Idem cathenis ligatis quas in collo gestabat, praefigurabat futuram captiuitatem Iudaeorum. Sic Oseas accipiens vxorem fornicariam praedixit gentes in gratiam Dei venturas. Ideo in eodem Propheta Dominus dixit. In manibus Prophetarum assemblatus sum. Ideo Christus ut declarat se ab eo missum, parabolis utitur more Prophetarum. Sed quia de parabolis in superioribus factis locuti sumus audiamus iam nunc Christi Saluatoris parabolam. Cum inuitatos fueris ad nuptias non discumbas in primo loco. Nihil aliud Christus his verbis in sinuare vult, nisi contunderet arrogantiam & fastum Phariseorum: & nos doceret honores fugere, humilia petere, alta contemneret, & humilitatem sectari. Considera autem Christi ingenium. Solet namque ut bene Chryso-

4. Reg. 8.

Iob. 1.

Esai. 59.

Capit. 21. de die iudicij.

2. Reg. 17. Gene. 37.

Hierem. 15.

Iob. 5.

Prouer. 21.

p. sal. 32.

1. Reg. 5.

Heb. 7.

Hebr. 5.

Daniel. 5.

Hiere. 20.

Hiere. 26.

Matt. 7.

Hiere. 19.

Osea. 12.

Osea. 8.

*Chryf. hom. 33. in opere imper. Mat.* mus adnotat, quādo de mysterio alicuius rei est locuturus, introducere ante corporaliter facientem ipsum: vt ex eo occasionem inueniens tam corporalem narrationem mysterij, quam rei propositum exequatur. Quia de compescenda Phariseorum iactantia locutus erat, introducit primo hydropticum, & cum sanat, vt in corporali timore hydroptici, iactantia Phariseorum præpingeretur inflatio. Sic in superioribus exablutione vrcorij, docuit Christus immunditias & sordes Phariseorum, quomodo abluendæ erant. Perpe de autem quod Christus in hac metaphora intendit, & sub hac parabola, vel comparatione, est, nos docere ne simus ambitiosi, procurantes & cupientes honores & præfuras & dignitates in hoc seculo, quod egregie ostendit ambitionem Phariseorum reprehendens. Igitur sub hac similitudine docet quomodo primos accubitus non eligant: quauis Christus non damnet primos accubitus, nec eos qui in illis sedent: sed eos qui primos accubitus sibi eligunt. Periculum igitur est in eligendo, & non in sedendo: necesse enim est, vt ex multis, vnus supremum locum habeat. Et si Papa, Rex, Episcopus, aut Prælatus sedeat in loco eminentiori, hoc non damnat Christus: sed hæc appetere, ambire, & eligere condemnat. Multi enim humiles in loco supremo sedent, & multi superbi in infimo. Animum respicit Dominus, non externum factum. Ioseph in Ægypto primum locum habuit, sed nõ propter hoc accusari poterit. Hæstet cultu regio intravit ad regem: sed quam longe à fausto & superbia, eius historia abunde testatur. Itaque ambitionem & appetitum dominandi damnat: vt erāt illi Pharisei qui appetebant primos accubitus in synagogis, & vocari ab omnibus rabbi, querere & appetere hæc stultissimū est. Sic Dominus duobus discipulis, qui voluerunt sedere, vnus à dextris, & alius à sinistris respondit. Nescitis quid peratis. Ex tui ignorantia oritur tibi appetitus imperandi, & præheminendi: honor est premium virtutis, si te existimas illo esse dignum, & virtute præditum, hoc nomine putandus es honore indignissimus. Ambitio est mater hæresis, & difficile est esse in summa dignitate constitutum, & cogitationes non eleuatas habere. Maximum discrimen subis si prælatus esse vis. Tantum debet præstare prælatus subdito, quantum pastor ouibus suis. Non est ornatus doctoris gradu

tyro & ille, qui in primo lumine studij literarum est, hac duntaxat causa, quod indolens eruditionis futuræ præferat: sed ille, qui iam de literis est bene meritus. Eodem modo nõ debet esse prælatus, qui virtutis via ingredi cepit: sed ille, qui iam omnibus suis libidinis renunciauit & perfectæ virtutis studiosus esse apparet. Prælatura status est perfectiorum, igitur tenet esse alijs perfectior & virtutis studiosior. Præterea, dignitas prælaturæ non est appetenda, nam si peccas grauius peccas scandalum alijs, malis tuis moribus præbens: tantò etiam est maior ruina, quanto maior est status. Omnibus discipulis in horto dormientibus, solum Petrum reprehendit Dominus: nam licet omnes in eodẽ sint crimine, cæteris partibus maiori dignus est reprehensione prælatus quam subditus. Non est dormiendum illi, cui incumbit aliorum excitare. Omnes oculos habent in te coniectos, quare si vera via deliras, scandalizantur. Prælatus iniquus, tot mortibus dignus est, quot fragilibus subditis malo suo exemplo, causas delinquendi dedit. Filij Iob, in domo fratris sui maioris interiorunt: nõ subditi malo exemplo prælati sui, qui locum obtinet maximi fratris intereunt, subditi prælatorum suorum exemplis diriguntur. Cum nubes incedebat, quæ populum Israël ducebat, populus sequebatur: cum autem cessabat, stabant etiã Iudæi immobiles. Incedente prægato via virtutum, incedunt etiam maxima cum sua utilitate subditi: sed si prælati ociosam faciunt moram subditi item ociosè immorantur. Nõ est appetenda denique dignitas prælaturæ, nam alstringis te reddere rationem de aliorum animabus: insanus autem est ille, qui se soluturum obligat quod alij commiserunt. Cum venerit hora mortis quæ citius fortasse tua cogitatione aderit satis erit tibi conscientiarum rationem reddere, non etiam aliorum conscientias præstare: quo in puncto temporis adeo te perplexum inuenies, coram seculo Dei iudicio, vt te liberando parum nõ facias, nedum in te suscipias aliorum conscientias. Ideoque ne recumbas in primo loco, ne velis aut cupias honores & prælaturas, alijs uel hominibus præferri. Præter bas autẽ & altas quam plurimas causas, quibus primum locum fugere & postremum eligere debes, quas hic breuitatis causa prætermitto: ponit in præsentij Christus Dominus noster quoddam maximum inconueniens propter quod quilibet primus

Mar. 14

Exod. 13

primus esse non debet, dicens. *Ne forte honorator te sit innitatus ab illo, & venies is qui te & illum innitatus, dicat tibi: Da huic locum.* Tu existimas te esse quacunq; dignitate & prælatura dignum vel quia literatus aut nobilise, Deus tamẽ vnũ de minimis reus aliũ habet electum ad illam dignitatem, vel prælaturam, te digniorem: & si tu primum locum tyrannica ambitione, secularique negociatione occupaueris, aut aliquo principum fauore veniet dominus, & tibi non sine magna confusione tua & pudore, prælaturam auferret & eam alijs te præstantiori committeret. Et ita præmittit Deus iusto & recto iudicio suo, vt illi qui tyrannice primo loco abutuntur & dominari volunt dignitate & honore adepto ante tempus à natura præfinitum decedentes non fruantur. Multa historiarum secularium exempla, adducere ad hoc possem. Sed his supersedentes ad diuina veniamus. Vide Abimelech filij Gedeonis qui septuaginta fratres vt imperaret occidit, quanto laborum principatum populi Israel tenuerit: & quam cito, quamque infelici exitu interierit. Idem accidit Absaloni qui intendens primum locum regni occupare & esse Rex suspensus suis ipsius capillis tribusque hastis confixus vitam finiuit. Idem etiam successit eius fratri Adoniam, qui primum etiam locum affectauit: verum à Domino responsum accepit, da huic locum, & constituit Salomonem. Athalia primum etiam locum obtinuit: sed huic eodem modo Deus dixit, da huic locum, quare gladio interempta, locum reliquit. Posuit Dominus Saulem in primo loco: postea tamen ob eius insolentiam & superbiam audiuit Dominum dicentẽ, Da huic locum, & ita Dauidi vt honoratiori & præstantiori loco suum concessit. Potentissima erat Vasthi Regina vxor Astueri Regis: sed propter suam superbiam de primo loco deiecta est: quem Deus Hester femina præstantissimam tribuit. Primum locum habebat Aman in regia Astueri: verum ob suam arrogantiam audiuit Dominum sibi imperantem, da huic locum, qui Mardocheo præstanti viro celsit. *Tunc incipies cum rubore nouissimum locum tenere.* Vide quãto probro & pudore, hi superbi tyrani de primis locis descenderint: qui nõ modo magna confusione & contumelia in infimis inferorum tenebris sepulti sunt, verum etiam & in hoc seculo, vitæ finem fecerunt, hastas aut pugionibus cõfosis, aut sibi ip

sis manus inferentes. Hoc idẽ accidit qui regi Helam regis Israel occidit, & oppressit regnum se regem faciens: qui tamẽ plus septẽ diebus non imperauit, nam in prælio cum se vndique circumlæptum videret, vrbemque in qua se defendebat, iam iam expugnari, Regiam suam ingressus est ad motuque igni spõ taneo, se cum tota familia combussit. O bone Deus quanta cõfusione & pudore isti ambitiosi tyranni, qui modo tanta iniuria orbẽ occupantes imperant, die iudicij peribunt: in solumque deiecti & in postremo loco constituti apparebunt. At pauperuli & humiles qui in hoc seculo in extremo sunt loco tunc erunt in primo: & tanquam aues in aere, sic illi in altissimis sedibus corporibus suis gloriosis fulgebunt vt sol in cõspectu Dei. Quanta ignominia & quantum opprobrium iniustos homines corripit, quam mortiferis doloribus & angustijs torquebuntur potentes, qui in hoc seculo primum locum tenuerunt: cum se viderint proiectos in terram, & in postremo loco, pauperes verò se toties despectos & contemptos, in summo honore constitutos. Tunc verè incipit cum rubore & confusione nouissimum locum tenere: quia hic recumbere voluerunt in loco primo. Sed nihilominus nõ desunt qui honores summa querant contentione: omnes volunt in pretio esse, & moriantur vt sint in hoc seculo primarij, Deum vt alijs imperent offendentes. Similis est hic mundus rotæ veloci & mobili super cisternam positæ, quam cæca fortuna assidue rotat, miseros homines in honore proferens qui quasi aquæductus alius post alium incedunt: donec ascendunt ad altissimum honoris gradum, qui quasi aqua de manibus elabunt. Et quemadmodum aquæductus non omnem aquam retinet sed partim effundunt suam, partim aliorum aquæductum aquam suscipiunt: sic homines ambitiosi cum nihil illis ex sententia succedat antecedentes sequuntur, vt eorum honore, & sanguinem bibant. Rotantur alij post alios, orbibus apertis, quemadmodum Dauid dixit in psalmo, in circuitu impij ambulat: sed descendentes à summo ad imum locum, omnẽ aquam effundunt, & cadunt vacui & inanes diuitijs & honoribus in locum postremo. Ita cum antea stetit in primo loco, quasi aquæductus aqua pleni, descendunt proni, & exinaniti extremi fiunt. Ideo sapientissimi Salomon hominum vitam rotæ super

1. Reg. 16.

Mat. 13.

Psalm. xi.

Eccl. 12.

S 5 cister.

disternam comparauit. Et quemadmodum alij aqua ductus implentur cum alij exaridantur, ita & in mundo, ut alij dicescant alij pauperes sunt: nam mundus alij aufert, ut alij tribuat: nam ut quis hereditatem acquirat necesse est ut aliquis moriatur: mundus enim ne mini dare nescit, nisi aliquem occiderit. Vnde Boetius. Hæc est nostra vis, hinc continuo ludum ludimus, rotam volubili ordine versamus: infima summis, summa infimis mutare gaudemus. Atque ideo in Sapiente dicitur in persona mundanorum. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis: tranferunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncijs præcurrentes, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: aut tanquam auis quæ transuolat, tanquam carduus, quem postquam aruit rapit vetustas: tanquam spuma aquarum, quæ statim eua nescit, tanquam fumus qui in aerem eleuatur, quasi hospes transiens, cuius non est memoria. Hoc dixerunt impij, qui cum se videant in primo loco diuites & honoribus abundantes, non animaduertunt instabilitatem, & vices mundi: nec aduertunt aut sentiunt quali sint ruina perituri: sentient tamen, cum se in infimo loco viderint. Sicut ille qui aquam è puteo hauriens hydria plena, onus non sentit donec hydria altius ab aqua eleuat: ita tu senties naturam rerum humanarum cum penitus eorum ab illis exemeris. Ideo ne mundus te sursum deorsum illudat, & ne à summo ad imum decidas: ne sis ambitiosus, ne quæras primum locum, neue honores, & prælaturas, aut dignitates affectes. Sed quid agendum? audi mundi Saluatorem. Sed cum vocatus fueris ad nuptias vade & recumbe in nouissimo loco: ut cum venerit qui te inuitauit dicat tibi, amice ascende superius. Quemadmodum qui primum locum occupant honoris à Deo deprimuntur & confunduntur: sic è diuerso humiles extolluntur, & illi qui honorè fugiunt, sicut dixit Virgo sanctissima, in Cantico suo Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Eos qui sponte sua mundi honores & gradus contemnunt, extollit Deus, & ad honorem vocat, deprimens superbos & ambitiosos. Quare optime honor assimilatur vmbra: nam si propriam vmbra[m] sectaris, quò magis properas, magis ipsa fugiet: adeo ut nūquam eam consequi possis. Eodem modo honor insequentes fugit: & licet aliquando honores, qui quærun[t] adipiscantur: sed ut dictum est,

Boet. lib. 2. pro. 2.

Sapient. 5.

Luc. 11.

illis breui tempore magnis laboribus, & defatigationibus fruuntur, & denique magno cum malo desinent. Quidnam igitur remedium vt hanc vmbra[m] cõse qui possimus? proijce te in terram, nam si te prosternas vmbra sub te capies. Eodem modo, si vis honorem adipisci, humilia, & abiice: nam si spõre tua elegis locum humilem & honoribus & dignitatibus huius seculi renuncies dominus te extollit, & constituet magnis in honoris gradibus quòd quannis in hoc mundo nõ faciat, faciet in altero: vbi vero honore, magno & se curo, & quæ te auferri nõ poterit fruere. Saul in principio adeo humilis erat vt Samuele dixerit, Nunquid filius Iemini ego sum, & de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Tunc Deus illi dixit, ascende superius. Et fecit illum caput populi sui, & constituit illum in primo loco, Idem fecit Dauidi minimo Isai filio, humili & paruo ante oculos suos: & quia in postremo loco sedit, & in deserto exiguum ouium gregem custodiebat, vocauit eum Deus dicens, Ascende superius, & eum regem fecit. Humili Abraham, qui Deo dixerat, Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis Respondit Dominus. Faciam te in gentem magnam. Et sic re ipsa ostendit, faciens eum magnum & nobilem in hoc seculo, & in altero. Quæritat Dominus assiduo humiles & paruos, vt eos eleuet & honoret: quare cum in orbem venit non elegit Domiaus, vt ait Apostolus, sapietes & potentes huius seculi, sed humiles & pauperculos, & idiotas piscatores: infirma enim mundi elegit, vt fortia quæque confunderet. Humilia enim respicit & alta à longe cognoscit. Vide quanto maior te consequetur honor, si in hoc seculo vitam deges in postremo paupertatis & mendicationis loco vt Lazarus & in angustiis plagarum & infirmitatum, postea delatus fueris ab Angelis in Abrahami sinu gloriam que sempiternam: quæ si diues & magnus es fueris, postea ad inferos detrudaris. Attende igitur Christiane, quanto securior est humilitatis status, quantoque præster, in hoc seculo te esse paruum & humilem, quæ magnum & diuitem. Cras forte morieris, & tunc nihil tibi proderit Regem, Imperatorem aut summum Pontificem fuisse: Non pauci magnorum prælatorum cum moriuntur, inquitunt. Vtinam & ego pauperculus fuissẽm factista, non prælatus. Et profecto cum reddẽs

1. Reg. 9.

1. Reg. 16.

Gen. 19.

Gene. 22.

1. Cor. 1.

Luc. 16.

da

Psal. 112.

Deu. e. 16.

Prou. 25.

da erit ratio, quod cum minime reris, & fenarius quam putas, erit, præstabit fuisse pusillum & humilem, quam magnum doctorem & superbum prælatum, aut potentem in hoc seculo. Et si quidem de Deo Dauid canit, Quis ficut dominus Deus noster, qui in altis habitabat: & humilia respicit in celo & in terra: suscitans de terra inopem & de stercore erigens pauperem. Hic autem ait dominus, se dicturum humili, Ascende superius. Crede mihi, sede in extremis, vt voceris ad primos: nam vt in præteriti inquit. Tunc erit tibi gloria coram summi discumbentibus. Non docet Christus quomodo efficiamur gloriosi, sed honestatem atque vbanitatem docet: non enim humiliare nos debemus vt gloriam inueniamus, quia hoc hypocritarum est: sed quod iustum & honestum est, iuste & honeste faciamus. Arguebat Christus Pharisæos, quia gloriam non solum indigne, sed etiam stultè & inepte quærerent, ac si diceret Si gloriam hominum quæritis inepte agitis, constituendo vos in superiori loco: quia maior in de vobis oritur ignominia. Sed si gloriam quæritis, melius illam acquirere humiliter agendo: nam gloria insequitur fugientem: sic agite vt gloria magis quærat vos, quam vos gloriam. Hoc iam ante à sapientissimo Salomone dictum erat sub his verbis. Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris: melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc, quam vt humiliaris coram principe. Itaque nõ docet Christus hic quomodo gloriam mundi quæramus, sed quomodo humilitatem studeamus habere, honores huius seculi fugientes: ea enim, si illa non quæserimus sponte sua sine vlla nostra opera aut cura nobis in manus veniet. E diuerso qui illam quærunt amittunt, qui vero contemnunt facilius illam inueniunt: atque ideo humiliemur, sed eamusque in extremo loco, vt honorem & gloriam absque vlla contentione aut industria nostra adipiscamur. Vis hoc clarius videre? A te deo, vt hoc rectè intelligas omnes qui modo in aliquo honoris & gloriæ sunt gradu, honorem contempserunt quare in tantam dignitatem procecti sunt: & omnes illi qui modo in primo honoris gradu constituti ab vniuerso orbe ingenti laude celebrantur, homines fuerunt mundi eiusque gloriæ fugaces: E contra verò qui mundo insequerunt & summa ambitione & cupidine gloriæ & honores captant, vt sui perpetua relinquere monumenta, obliuioni traditi, summissi;

tenebris obruti iacent. Nã etiã si diuierent primò obtinerent locum: nunc sunt extremi, & eorum memoria velut si nõ quã fuissent deleta est, hoc tibi apud animum tuum propone, quod dicturus sum. Si Roma te cõtuleris, quæ olim totius orbis caput fuit, nulla alia insigniora monimeta inuenies, quã ea quæ aliquando aut pauper piscator Petrus aut Paulus posuerunt. Omnia eorum nominibus inscripta sunt. At nõ fuerunt in illa ciuitate Reges, cõsules, senatores, duces fortissimi, imperatores ditissimi, maximi & potētissimi principes: negari nõ potest. Sed omnes quia gloriæ huius seculi quæsierunt nulla in gloria aut laude sunt: nec vlla sunt illorum monimeta, & eorum memoria quasi fluitans euasit, nullo sui indicio aut vestigio relicto, cum sint maxima signa & vestigia eorum qui mundum contempserunt & à mundo contempti sunt. Honoris igitur gloriæ & præmium non quærentibus sed fugientibus cõceditur. Quod si clarius videre vis aspice imperatores, Reges quid dicam: summos etiã pontifices, ad pedes eorum deuolutos, qui summis honoribus paupertatẽ & humilitatẽ antulerunt. Hic est non tantum quomodo de seruis Dei mundum eiusque honore & blanditijs fugientibus separatitque ab omni laude, hominumque gloria, faciat dominus Deus præconiũ per vniuersum orbem terrarum, omnibus gentibus illorum laudes nūquã interiteras prædicans. Nūquam Diana Maria Aegyptiaca tanta cõlebritate in orbe coleretur, nisi mundum derelictum se in desertum recipisset. Si mundo inseruisset, iam esset obliuioni tradita: verum quia mundum fugit, nõ est à domino Deo nostro eius honor destitutus, quin omnibus gentibus, laudes famula sue in eremi latibus delitescens publicaret. Quare multo plus absens quã si esset præsens lucrata est: multoque maioris honoris est particeps quod illum despexit, quã esset si quæsisset. Aduerte quanto in errore viuamus in hoc miserimo vitæ curriculo. Honorẽ perdimus dũ quærimus: quærentes etiã nostri memoria facere sempiternam, nihil aliud præter quam obliuionem inuenimus. Præterea dum nos volumus magnificare abiecti manemus. Itaque ea media quæ ad nostram cõseruationem capimus sunt efficacissima calamitatum nostrarum initia: nam vbi nobis profuturos existimamus, ibi ingenti ruina perimus. Maxima igitur est hominum amentia & cõcitas, qui tanta libidine honores quærunt: videntes quotidie illos qui magis honores fugiunt, maio-

maioribus honoribus perfrui. Nemo est honorator illo, qui honorē fugit: nemo est diotior illo, qui paruo contentus viuunt: nemo est in tanta dignitate constitutus, quanta ille qui in exiguo vitæ statu se continet: denique neminem ita homines obliuiscantur, vt eum qui supra modum huius mundi gloriam affeçtauit. Omnes illos de quibus mundus maximam lætiam, & alacritatem capit, certum est mundi acerimos hostes extitisse. MATHIAS dixit filiis suis. Date animas nostras pro testamento patrum nostrorum, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Itaq; si pijs oculis hoc inspicere & considerare vis cordate & sapienter profecto hanc inanem & caducam huius seculi gloriam cõtemnes. Esto igitur animo humili permittens Deo tua. Ille enim eam de te curam habebit vt vias & semitas tuas, quã minime existimes dirigar, sine vlla tua industria aut labore. Deo enim diligentia tua non indiget vt te ab imo ad supremum dignitatis gradum ascendere faciat. Verum humiliare donec tibi dicat ascendere superius: & hic erit magnus corã Deo honor, & etiam coram hominibus simul distumbentibus. Hanc doctrinam confirmat Christus dominus noster, sigilloque suo impresso roborat, veramque esse ostendit. Quia omnis qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Hæc ex superioribus patet verissima esse quoniam superbo qui primum locum occupat, dicitur, da huic locum & incipit cum rubore nouissimum locum tenere. E contra vero humili, qui sedet in nouissimo ait dominus, Ascende superius: quod idẽ est ac si humiliet eos qui se exaltant: & exaltet humiles qui in loco nouissimo & despecto sedere eligunt. ¶ Aduerte tamen quod non dicit omnis qui exaltatur, sed omnis qui se exaltat: quia multi sunt exaltati qui iusti sunt. Sed ait omnis qui se exaltat: id est, exaltat se ipsum ambiendo, honores & dignitates, & negotio humano & ambitione obtinet principatum: non enim potestas & status, sed elatio in crimine est. Præterea non dicit qui vestes & corpus humiliat, sed qui corpus suum, qui se ipsum abijcit, ac dimittit: debet enim humilitas esse vera & non ficta, illorum more, qui animi fingunt submissionem vt alios fallant, & mundi gloriam aucupentur. Sicut feræ prædam inuasura se inclinant & retrahunt, vt fortiori conatu in eã intruant, & insiliant: sic superbi & callidi se aliquãdo de-

mittunt, vt hac virtutũ simulatione dignitates acquirat. Sic Psalmista, dixit, Inclinate se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. Qui non exaltantur à Deo, sed se ipsos sic exaltant humiliabuntur: quia Deus mentiri nõ potest qui ait, qui se exaltat humiliabitur. Sicut in hyeme frigore vigente, & æstate nimio calore omnia inflammanteraro cadunt ingentia fulmina vt ait Plinius libro secundo, sed vere & autumno, quando aer est serenus & tranquilluss, tunc maxime adurunt & ferunt: sic ærumnæ & calamitates, prosperitati insidiantur. Non eos quæruunt qui frigore & æstu in humili statu laborant: sed illos repentino vulnerant impetu & deiciunt incendioque comburant, qui in tranquillo prosperitatis vere & autumno superbia extolluntur & inani mundi gloria insolent, & in sublimi vanitatis cleuatur. Nihil in vita securus, quam vera humilitas, & christiana animi submissio. Excelsus Dominus ait David humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Ac si diceret, Humiles Deus altissimus diligit, eosq; qui se submisẽ gerunt, & offert in sublimi: elatos verò & superbos mundi honores & mundi dignitates sibi assumentes à longe videt quasi res detestabiles nolens eos de pro pinquo vt chartos intueri. Humiliat Deo suos vt exaltet, sicut mundus eleuat suos, vt deiciat. Quemadmodum volens vt parua ignis flamma eleuetur, & in altum feratur eam flammæ motu, & veloci agitatione deprimat: sic Deus nos deprimat vt extollat. Deicit deorsum vt sursum erigat. Contra, vt luctator eũ, qui secum contendit amplectens, fert in sublimi, vt eum inde prosternat in terram: sic mundus ideo nos extollit vt precipitet: vt ex vertice falsæ & fluxæ gloriæ ruamus ad profundum veræ & perpetuæ ignominie. Vnde Psalmus. Vidi impium exaltatum supra Cedros Libani, & ecce iam non erat. Voce vna Dei cadunt impij iuxta illud quod idẽ Psalmographus ait. Vox Domini confringentis Cedros, & confinget Dominus Cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani. Intelligit per Cedros Libani potentes & mundi superbos: qui fulmine diuini verbi percussu corruunt & euanescent inftar illius vituli, quem ab Hebræis in Oreb fabricatum comminuit ac dissipauit Dominus per Moysen Elias etiam, Dies (inquit) Domini super omnes Cedros Libani sublimes & erectas. Hoc est super superbos & magnates, Dominus

Psal. 9.  
Psal. 67.  
Gene. 37.  
Gene. 43.  
Psal. 137.  
Psal. 114.  
Apoc. 12.  
1. Reg. vlti.  
1. Par. 21.  
4. Reg. 19.  
Dan. 4.  
Hester 4.  
1. Reg. 18.  
Iudib. 13.  
Exod. 14.  
Num. 16.  
2. Mac. 9.  
2. Mac. 15.  
3. Reg. 7.  
2. Reg. 18.  
4. Reg. 18.  
Act. 12.  
1. Reg. 15.  
1. Reg. 10.  
1. Reg. 16.  
Exod. 3.  
Ierem. 1.  
Iud. 6.  
Psal. 72.  
2. Reg. 7.

nus enim mortificat, & viuificat, humiliat, & subleuat: dixit Anna mater Samuelis. Non gloriatur fumus quia ascendit, nam ascendendo euanescit. Ideo Psalmus de superbis ait. Sicut deficit fumus ita deficiunt, sicut fuit, &c. Vis videre quam verum hoc sit, quod Deus humiliet eos qui se exaltant? Ioseph filius Iacob, prædixerat quod esset adorandus à fratribus: vnde illi superbientes dixerunt. Nūquid Rex nosceris, aut subijciemur ditioni tuæ? sed hos superbos quomodo Deus humiliauerit ex Geneleos libro constat: nam in Agypto adorauerunt fratrem proni in terram. Hoc enim malum habent illi qui nolunt humiliari & subijci, cum Deus vult illos esse subiectos: vt postea magis subdantur & humilientur. Quia isti noluerunt vt eunq; subijci, coacti sunt postea demissa in terram facie fratre dominum adorare. Quamobrem dicebat Petrus Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exalter in tempore visitationis. E conuerso vero qui humiliatur cum Deus vult eum humilem esse, nunquam cõtum deijctur quãtum erat deijctendus, si se non humiliat. Humiliatus fuit (inquit David) & liberauit me. Sed si humiliari noluerint superbi, humiliabuntur à Deo. Stat enim sententia. Qui se exaltat, humiliabitur. Angelos superbientes & exaltantes vsque ad imadentulit, Dauidem quia eleuatum fuit cor eius, & iussit populum numerare, peste puniuit, & septuaginta millia vitorum occidit pestis: Senacheribum humiliavit, & postea à filiis occisus est. Nabuchodonosor à regno deiectus cum bestijs pastus est herbam. Aman, Goliath, Holofernem, Pharaonem, Chore, Datan, & Abyron, quibus Moses dixit. Multum erigimini filij Leui. Sic humiliari vt superbum Antiochum, & Nichanorem, Adoniam, Absalonem, Rapfacem, & Herodem Agrippam, & plures alios. E contra vero humiles exaltat, sicut superbos humiliat. Saulem in regno subleuat quia humilis erat, vt ei dixit Samuel. Cum eras paruulus in oculis tuis, caput in filiis Israel factus es: & ipse abscondit se domi dum quaereretur ad regnum. David minimus inter fratres suos eligitur ad regnum. Humilem Moysen Principem populi fecit Deus. Dixit enim Deo humiliter, Quis ego sum domine? Et humilis Hieremias qui dixit. A. A. Domine ego nescio loqui, quia puer ego sum, constituitur super gentes & regna. Humili fuit Gedeon, Ecce familia mea minima est in Manasse, & ego mini-

mus in domo patris mei, dux populi cõstitui. Nummus enim qui descendit in statera in thesaurum mittitur, qui vero ascendit reprobaratur: sic superbi reprobantur à Deo. Et ipsi (inquit David) de manu tua repulsi sunt: & proiecti eos dum alleuarentur. Sed humiles approbatur & in thesauris celestibus reconduntur. Sic David quãdo dominus illi promisit perpetuum regnum retulit Deum illum ex patris caulis extraxisse: & populo suo Israelitico dixit. Si audieris vocem dñi Dei tui, &c. Faciet re Dominus Deus tuus excelso rem cunctis gentibus, quia versantur in terra. Si ergo exaltari & alios superare vis, humiliare te sub potenti manu domini Dei tui, obediendo vocibus eius. Sed filij Adæ genus ambitiosum putant ascensum, viam esse ad exaltationem, & contra apertam domini sententiam in digitis super alios eriguntur. ¶ Et vt ad sequentia explananda procedamus: expende quã ad rē & iuxta ea, quæ antea dixerat, locutus est hie Christus: primo in spiritali commodo, & mali deuitatione: secundo vt bonũ sequamur iuxta illud Psalmi. Diuerse à malo & fac bonum. Et sic Christus prius dixit, quid esset vitã dñi, & negatiuam posuit dicens, Ne recumbas in primo loco: & postea quid agendum docuit, dicens, Recumbe in notissimo loco. Et modo consequenter, & ordinatè asserit, contra eos qui recumbunt in primo loco: Qui se exaltat humiliabitur. Sed iam ad contextum reuertamur. Dicebat autem & ei quis se imitauerat. At tende etiam quam gratus sit Christus, qui nõ vult surgere à cœna ante cibi potusque pretij solutionem, & non quacunq; pecunia, sed verbis diuinis & celestibus, hospite omnesq; conuiuas celesti pane refecit, in pretij illius materialis cibi, quem illi præbuerant. Semper enim Deus pro minimis operibus magna nobis confert beneficia: & in solutione temporalis prandij cibum spiritualem Pharisæo subministravit. Ille corpus Christi refecit, Christus animam illius pavit: & quanto spiritus carnẽ antecellit, tanto spirituales epulæ præstantiores euadunt corporalibus; Hoc idẽ tecum fiet in celo, si pauperem Christi in terra refeceris, qui Christum propter te pauperem repræsentat. Ille enim sic ait. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sed illũ audiamus Math. 25. docentem Pharisæum & vide quod etiam tecum loquitur, dicens. Cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites.

Dente. 28.  
Psal. 33.  
Math. 25.



Non prohibet Christus pia conuiuia, nam Abraham in die ablationis Isaac, fecit grande conuiuium; & Laban filiam suam traditurus Jacob, vocatis amicis fecit magnum conuiuium; & Ioseph fratribus suis in Aegypto, Iob cum filiis, & Tobias cum amicis, quae omnia non damnat scriptura. Et Martha Christo parauit coenam; & conuiuia fecere illi sancti fratres. Itaque Christus hic docere vult, ut benefaciendo non nos ipsos sed proximorum necessitatem spectus: nequaquam nos humanos aut benignos arbitantes si proximis nostris bene fecerimus, & si in eos liberales fuerimus, qui possunt nobis vicem rependere. Non damnat conuiuia fratrum, sed ne id misericordiam & liberalitatem arbitremur. Pharisei isti putabant satis se esse misericordes, si comphariseos inuitabant: suadet ergo Christus ut liberales & misericordes simus in pauperes, hospitalitate magis commendat, & pollicetur nobis aeternam mercedem. Non diuites inquit, sed pauperes sunt inuitandi. Vnde Esaias, Frange esurienti panem tuum; & egenos non diuites intro duc in domum tuam. Prohibet Dominus conuiuia diuitem propter superfluitates, detractiones, confabulationes, & ceteras inhonestates, quae ibi solent fieri. Quapropter in Proverbij habetur. Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in comestationibus, &c. ¶ Quamuis etiam cum dicit hic, diuites, referri potest ad omnes praefatos, scilicet, ad amicos, ad fratres, & cognatos: nam si hi pauperes sunt meritorie inuitantur, imo ceteris paribus potius essent inuitandi quam alij: non principaliter, neque duntaxat, quia amici, fratres & cognati, sed quoniam pauperes & egentes, & potissimum intuitu & amore Christi ad gloriam Dei, qui ita requirit, ut non solum dilectio, sed & ordo charitatis seruetur: qui exigit ut propinquiores magis amentur, non solum amore naturali, sed spiritali ceteris paribus. Ideo in Canticis sponsa restatur. Ordinauit in me charitatem. Et Paulus. Si quis suorum non habet curam domesticorum, &c. Igitur intentio Christi & finis est, ut amicos & diuites non inuitemus: non quia malum est, sed quia premio caret apud Deum. Nam Christus alibi dicit. Si diligitis eos, qui nos diligunt: quam mercedem habebitis? Atque ideo ipsemet Christus seipsum declarans addidit dicens. Causam quare cognati & amici & diuites non sunt inuitandi. Ait enim, Ne forte & ipsi reuertantur,

Gene. 21.  
Gene. 29.  
Gen. 43.  
Iob. 15.  
Tobi. 2.  
Luc. 10.

Esa. 58.

Prov. 23.

Cant. 2.  
1. Tim. 5.

Matth. 23.

& fiat tibi retributio. Vult Dominus quod omnia opera nostra praesertim eleemosynae in Deum dirigantur: & ab ipso tantum expectemus pretium, qui maiora quam homines potest tribuere. Qui ergo eleemosynam facere vult, rectam habeat intentionem: quia Deus non ex operibus tantum iudicat, sed ex intentione & corde. Igitur da pauperibus qui non possunt reuicere. At nunc oppositum fit, ne mo enim solet aliquid nisi habenti tribuere: At tu multa caponum paria mittis illi qui haesterna coena refertus, nauseans cruditate cibum capere non potest. nec memoriam habet pauperis, qui fame & inedia noctem dormire non potest. Omnis charitas inter Christianos iam adeo refrigit, ut nemo sit, qui nisi diuitibus largiri velit: aut illis à quibus vel retributionem, fauorem, aut commodum aliquod expectet. Itaque quae ab impijs dantur in hoc seculo, spe retributionis dantur: nihil propter Deum. Qui autem pauperibus saepe petentibus ne assiduas illorum sollicitationes perferant, aliquid concedere coguntur, non amplius quam obolum, aut exiguum frustum panis impertiuntur. Itaque non habenti minima conceduntur, diuitibus vero, quaeque optima, maxima & pretiosissima referuntur. Si hoc autem tantum modo apud seculares, & eos, qui à religione remotiores viuunt, usurparetur, ferendum esset: verum hoc idem videmus ab Episcopis, ceterisque praelatis factitari, qui omnia bona sua cognatis diuitibus tribuunt: permittentes, pauperes inedia interire. Ita videbis cum Episcopis & praelatis non pauperes, debiles & claudos, sed nobiles, equites, comites, marchiones, discumbere: in hos enim pauperculos Ecclesiarum suarum redditus, Christi que patrimonium perpetua insumunt. His omnia quae habent tribuunt, honorificamque esse existimant, si eos pro cognatis habeant & apud se discumbere faciant. Verum si pauperes habent cognatos, eos nec curant, nec agnoscunt: non quia cognati, sed quia pauperes sunt. O quam se uero iudicio punientur, quam crudeli condemnatione torquebuntur qui se in hoc seculo eo modo habent. Hoc autem nimium discrepat, ab Euangelicis Christi praecipis, valdeque est contrarium eius exemplis & vitae, qui ait Sed cum facis conuiuium uoca pauperes, debiles, claudos &c. Vide etiam quanto melius sit dare pauperibus quam diuitibus, nam etiam ad seculi usum collatio beneficii in pauperes magis iuuat, quam

Prov. 19.

Luc. 16.

Luc. 12.

in diuites: quia diuites non est gratus pro beneficio accepto, existimans omnes sibi officium & obsequium debere: & cum multa possideat multaque accipiat, non meminit conferentium beneficia: sed penitus obliuiscitur cuiuscunque rei sibi elargitae, & ita saepe numero diuites narrare audimus. Hac supplex mihi data est: sed à quo sit, nescio. Quin etiam id quod collatum est sibi, meritis suis arrogat: quod velut debitum acceperit: vel ideo datum sit, eo quod is, qui dedit reddendum sibi à diuite vberius existimauerit. Ita accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint diuites dedit se magis quam accepisse existimant: pauper vero etsi non habet unde reddat pecuniam, refert gratiam, laudans & honorans te, & tibi esse deuictus fatetur: in quo certum est quod plus, reddit quam accepit. Pecunia enim nummo soluitur, gratia autem nunquam exinanitur. Reddendo vacatur pecunia: gratia autem & habendo soluitur, & soluendo retinetur. Quare non modo secundum Deum, sed etiam secundum mundum urbaneque & politice loquendo multo praestat, multoque maioris est lucri pauperi quam diuiti, extraneo quam cui tribuere: gratiores enim sunt pro beneficijs acceptis extranei, ut plurimum, quam cognati. ¶ Secundum inuitandi sunt pauperes & non diuites: quia sapiens creditor debitori fideli libentius bona sua committit. At Christus fidelior creditor, omni homini est, cui datur quod pauperi confertur: iuxta illud. Feneratur domino, qui miseretur pauperis. ¶ Tertio quia potius est acquirenda amicitia eius, qui plus potest prodesse. Diuites non nisi in temporalibus remunerant benefactoribus suis beneficia: sed pauperes bonis aeternis. Atque ideo dixit Christus. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. ¶ Quarto quia quod das repones in loco tuo. Quod das diuitibus amitti poterit, non autem quod das pauperibus. Si inuitas ut te inuitent falli poteris: sed si pauperem inuitas, de mercede non falleris. Ideo Christus. Facite factulos, qui non veterascunt. Thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropinquat. Temporalia deficient: sed data pauperi propter Christum, aeternum fructum conferunt in caelis. ¶ Quinto merces catus venditur ad terminum longiorem persoluenda: & ideo cum illud quod mundo impenditur in praesenti remuneratur, quod vero pauperibus futurum premium expectat: catus vendi-

tur quod pauperi impenditur. Et ne existimes te non esse adepturum in caelo mercedem quam in primis attendere debes: vide quid addiderit Christus dominus noster, ut intelligas omniratione praestare pauperi quam diuiti tribuere. Et beatus eris, qui non habent retribuere tibi: retribuatur enim tibi in resurrectione iustorum. Non erit opus tui sine mercede Deus enim tibi istam in caelo eleemosynam soluet: ubi certior multo & securior mercede te manet. Ideo in Ecclesiastico habetur. Bene fac iusto & inuenies retributionem magnam. Et in Ecclesiaste. Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post multa tempora inuenies. ¶ Observa autem, quod quamuis omnes tam boni quam mali resurrexerint simus, tamen non sit memoria de resurrectione malorum sed de resurrectione iustorum, quia mali non curant de illa: omnis enim cura est de rebus huius seculi, & ita cum nihil nisi de praesenti agant, & non de resurrectione caelesti, ideo Christus non loquitur resurrectione impiorum. Praeterea non sit etiam mentio de eorum resurrectione, quia impij non resurgent ad vitam: iuxta illud Psalmi. Non resurgent impij in iudicio. Resurgent quidem: 1. Cor. 15. nam (ut Paulus ait) omnes quidem resurgetur, sed non omnes immutabimur: quia mali non mutantur in corruptionem, nec resurgent ad gratiam & vitam spiritualem, sed ad mortem aeternam. Vnde Regi Antiocho quidam Martyr ex Machabaeis dixit. Tibi resurrectio ad vitam non erit. ¶ Docemur hic operibus misericordiae insistere: non enim sua mercede, & retributione carebunt. Itaque cum pauper petat à te eleemosynam quatuor debes attendere. Primum quis petat: quoniam Deus ait, quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Cogita Christum quando manum pauperi extendis. Secundum cogita quid petat Deus in illo paupere, non petit tuum sed suum: unde valde ingratis est qui de bonis Dei abundanter habet ad melam suam, & tamen non vult dare modicum panis Deo petenti. Cum enim pauper petit eleemosynam Christi est qui dicit tibi, da mihi de eo quod dedi tibi. De meo quare? & mihi non donas? Da & reddo, habuisti me largitorem, facito debitorem. Tertio debes cogitare ad quid petat: non enim petit ad dandum, sed ad mutandum, & ad centuplas vlturas. Quod feneratis homini, fenerare Deo & centuplum accipies, & vitam aeternam possidebis. Mira ingratitudo & stul-

Eccle. 11.  
Eccle. 11.

Psalm. 111.

1. Cor. 15.

2. Mac. 7.

Matth. 25.

& stultitia Christianorum: qui nolunt conser-  
 re Deo ad tales vsuras, ad quales commoda-  
 rent Iudaeo & Saraceno. Quarto debet cogi-  
 tare quod ipse habet perere, a Deo regnum  
 aeternum: & ille modo petit a Deo modicum  
 panis, & si negat Deo hoc modicum, negabit  
 illi Deus regnum suam. Qui obtrahat, inquit  
 Salomon) aures suas ad clamorem pauperis:  
 ipse clamabit, & non exaudietur. Igitur ad du-  
 bites impedere pauca cum tu ipse magna pe-  
 ras. Sed procedamus. *Et cum audisset quidam  
 de simul discumbentibus dixit. Beatus qui man-  
 ducabit panem in regno Dei.* Expende quan-  
 ta utilitas & commodi sermo Domini sit.  
 Ecce in hoc conuiuio Pharisaeus hic, vel quis-  
 quis ille fuerit animo mutato ad superba su-  
 spirat, hoc conuincione faciunt, ut incipiat popu-  
 lus, contemptis terrenis superna sapere. ¶ Do-  
 cemur ne nos ponere ad verbum Dei praedica-  
 re, etiam in multitudine derisorum. Nunquam  
 in hac vita desperanda est salus cuiuscunque  
 peccatoris licet sceleratissimus sit. Sed ad co-  
 rruptionem. *Et ipse dixit ei, Homo quidam fecit coe-  
 nam magnam.* In primis haec parabola non est  
 illa quae ponitur a Matthaeo: quia non est idem  
 ordo, nec deducitur ad eundem finem: quia  
 Lucas hic respondit homini, qui dixerat, Beatus  
 qui manducabit panem in regno Dei, &  
 Matthaeus loquitur contra Principem sacer-  
 dotum. Praeterea in Matthaeo vocatur conuiu-  
 ium, & hic vocatur coena: & illic vocatur  
 Rex, & hic homo quidam: & illic inuiriati qui-  
 dam noluerunt & alij neglexerunt, hic autem  
 excusauerunt se. Illic intus Rex ut videret  
 discumbentes, hic vero nihil tale dicitur. Igitur  
 secundum expositionem huius parabola  
 aduerte, quod sicut ignis ex sua natura, quid-  
 quid ei adiungitur in suam substantiam conuer-  
 tit, eodem modo quidquid homines vi-  
 dent, in suum amorem & effectum conuer-  
 tunt: quapropter mala omnia in malam par-  
 tem transferunt, boni autem in bonam inter-  
 pretantur, & in omnibus quae faciunt, aut vi-  
 dent, occasione capiunt Deum laudandi: &  
 quidquid terrenum apud illos agitur ad su-  
 perna deuocunt, & quia spirituales sunt, om-  
 nia spiritualibus referunt. Cum hanc parabola  
 Christus Pharisaeis dixit, erat in domo phari-  
 saei sedens atque manducans: & pulchre de  
 corporali cibo atque conuiuio ad spirituale &  
 aeternum conuiuium sermonem vertit. Simi-  
 liter & in Ioanne facit, cum quinque millia homi-  
 num, ex quinque panibus pauiisset in deser-

to, mox de spiritali cibo locutus est: scilicet,  
 de corpore suo & de sanguine. Quare me  
 inquit) quia manducatis ex panibus & sattu-  
 rati estis. Operamini non cibum qui perit:  
 sed qui permanet in vitam aeternam. Simili-  
 modo hic facit. Tota enim haec parabola ni-  
 hil aliud est quam respondere ad verbum quod  
 ille dixerat, beatus qui panem manducabit in  
 regno Dei. Haec parabola seu similitudine os-  
 tendit Christus, quod Deus morte vniuenti-  
 iam parauerat conuiuium aeternum omnibus  
 & singulis: quia omnes inuitauit, & omnes vo-  
 cauit per se & suos Apostolos & discipulos.  
 Sed hoc non erat satis: ut quis esset beatus, ut  
 comederet cibum in coena aeterna, nisi & ipse  
 vocationi responderet, & mandatis obedi-  
 ret: quod si multi non capiunt cibum in reg-  
 no, hoc est ob culpam suam, quia propter cupi-  
 ditates huius saeculi, & amorem terrenorum  
 contemnunt venire ad nuptias. Vocat Deus  
 & nemo audit, & aeterna offert, & ipsi tempo-  
 ralia sectantur: quinimo ob temporalium re-  
 rum amorem, aeterna negligunt. Excusatione  
 sumunt vbi nulla excusatio est: & impedimē-  
 tum fingunt quod per se impedimentum nul-  
 lum est. Sed quia multi ex Iudaeis noluerunt  
 vocati venire, & tot beneficiis allegerit, in hac  
 parabola ostendit Christus vocationem gen-  
 tium. Nam misit Deus vocare claudos, & cecos  
 gentiles, qui sine lumine & cognitione ve-  
 ritatis errabant: & sententia contra Iudaeos pro-  
 lata est dicens, quod nemo illorum Iudaeorum,  
 qui vocati fuerunt, & non venerunt gustabit  
 coenam, in regno Dei, sed poenas luet aeternas.  
 Quod optime Esaias Iudaeorum Propheta pre-  
 dixerat: nam loquens primo de vocatione eorum  
 dixit. Venite ascendamus ad montem Domini, &  
 ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas,  
 & ambulabimus in semitis eius, &c. Verum  
 quia ipsi vocati noluerunt venire, adiecit Pro-  
 pheta. Projecisti enim populum tuum domum  
 Iacob. Sed vt dilecta synagoga nulla habeat  
 excusatione, experitur Dominus prius omnia me-  
 dia, quibus illa teneat, antequam penitus abin-  
 nerit. Ideo in hac parabola, primum agit de vo-  
 catione Iudaeorum: & quia ipsi venire nolue-  
 runt agit de vocatione gentium. Sic Paulus  
 & Barnabas dixerunt eis. Vobis oportebat pri-  
 mum loqui verbum Dei, sed quia indignos vos  
 iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad ge-  
 tes. Denique concludit cum sententia contra Iu-  
 daeos prolata dicens. Dico autem vobis quod ne-  
 mo illorum virorum, qui vocati sunt, gustabit coe-  
 nam

Pror. 21.

Matth. 22.

Ioan. 6.

Dan. 9.  
Osee. 13.

Dan. 9.

Psal. 32.

Ioan. 17.  
Ioan. 6.

Esai. 2.

Mat. 26.

Psal. 144.

Aet. 13.

Psal. 15.

1. Cor. 12.

nam in eam: Et haec est summa & scopus  
 totius parabola: sed singula expendamus.  
*Homo quidam fecit coenam magnam.* Hoc pri-  
 mum verbum commendat nobis misericordiam  
 Dei, nam quando vindictiuam Dei  
 virtutem scriptura significat, pantheram,  
 vrsu: & pardum eum vocat: vt Daniel  
 Propheta ostendit. Vnde etiam per Oseam  
 dicit. Ego ero eis quasi leaena, & sicut par-  
 dus in via Assyriorum: occurram eis quasi vr-  
 sa captis carulis, &c. Quando autem scri-  
 ptura Dei benignitatem ostendere vult, ho-  
 mini eum comparat. Vnde in Daniele, v-  
 bi gratia noui testamenti describitur, Deus  
 pater & filius eius homini comparantur:  
 nam quales nos sumus, talem se nobis exhi-  
 bet Deus. Si homines sumus, & viuimus  
 sicut rationales creaturae, ipse etiam Deus ho-  
 mini comparatur: si autem belluarum more  
 viuimus, sicut equus & mulus, quibus non  
 est intellectus, sit nobis Deus fera terribi-  
 lior. ¶ Homo itaque hic vocatur Deus, quia  
 benignē & misericorditer, nos vocat & al-  
 licit ad epulas vitae aeternae, vocans nos dul-  
 citer & elementer. Multis modis, in hac  
 coena apponit nobis dilectum filium suum  
 Iesum Christum. In cuius vera cognitio-  
 ne & amore consistit nostra beatitudo dicen-  
 te ipso. Haec est vita aeterna, vt cognoscant  
 te. Ipse enim est panis verus caelestis qui om-  
 nibus nobis proponitur. In hoc Iesu Chri-  
 sto & per hunc donauit nobis pater aeternus  
 iustitiam, gratiam, remissionem peccatorum  
 & vitam aeternam, qui saluberrimi sunt ani-  
 marum cibi. ¶ Porro coena beatitudo aeter-  
 na est, ad quam vocati sunt omnes, quibus  
 est Euangelium praedicatum: & vocantur  
 modo, & vocabuntur perpetuo: iuxta illud  
 Christi praecipuum. Euntes in mundum  
 vniuersum praedicare Euangelium omni crea-  
 turae. Vocatur autem magna, quia magnus  
 est ille pater familias qui eam parat: iuxta il-  
 lud Psalmi. Magnus dominus & laudabilis  
 nimis, & magnitudinis eius non est finis. At-  
 que etiam dicitur magna propter cibum,  
 quem proponit: nempe gloriam diuinae vi-  
 sionis. Hinc David. Implebis me laetitia cum  
 vultu tuo, delectationes in dextera tua vs-  
 que in finem. Et parantur tibi ea, quae nec ocu-  
 lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-  
 nis ascendit: & non praeparantur ad horam,  
 diem, vel annum, sed in aeternum. Vnde dici-  
 tur coena magna, quia in aeternum durat, &

non habet finem sicut coena mundi.  
 ¶ Obserua autem quod hoc conuiuium Dei  
 non prandium sed coena vocatur: quia in se-  
 ro paratur, & post coenam nullum conuiu-  
 ium restat. Inuitat mundus ad prandium,  
 & non ad coenam: solet enim in hac vita suis  
 amatoribus delicias praeparare, sed hora coe-  
 nae hoc est sero & hora mortis eorum, reli-  
 quit illos fame dissolutos abire. Sic Baruc in  
 persona mundi, de suis dilectoribus ait. Nu-  
 trui eos cum iucunditate: dimisi autem illos  
 cum fletu & luctu. Hic saeculi huius amato-  
 res prandium faciunt, comedunt & bibunt,  
 latantur & exultant, & ad votum illis omnia  
 succedunt: sed in fine fame peribunt, cum in  
 morte, nec caro nec mundus, nec deliciae, quae  
 quam eis proderunt: sed vili operi fundone,  
 vermibus deuorandi tradentur sepulturae,  
 & animae in aeternum cruciabuntur in infer-  
 no. Sed aliter Christus, qui hoc seculo, ad  
 labores & famem, & sitim inuitat, & hic per-  
 sequutiones & famem patiuntur: sed opu-  
 lentissimam dabit coenam in fine. In finem  
 ait Ioannes quod Christus dilexit suos: quia  
 in fine vitae, & hora inortis maiora signa dile-  
 ctionis & amoris eis ostendit, tribuens eis coe-  
 nam illam aeternam in gloria. Ideoque hoc  
 tam splendidum & magnificentissimum conuiu-  
 ium coena & non prandium vocatur. Ad hanc ve-  
 ro pinguem & opulentam coenam omnes vo-  
 cat, nullum excludit venientem, atque ideo  
 sequitur. *Et vocauit multos.* Consideranda est  
 Dei patris immensa bonitas. Non potuit en-  
 nim Deus de nobis melius mereri, quam cum  
 dignatus est nos miseris peccatores ad hanc  
 coenam vocare. Vocat autem nos, cum pri-  
 mum incipimus vsu rationis habere: nam  
 statim de caelo lux quaedam descendit, quae  
 ad beatitudinem nos naturaliter instruit, &  
 inuitat ad hanc gloriosissimam coenam: asse-  
 rens in hac miserissima vita neminem perfe-  
 ctam gloriam comparare posse cum ad alia  
 maiora sit creatus, quae omnia adipiscetur  
 facillime si malum vitauerit, bonum autem sequi-  
 tur. Hoc autem quilibet iufans cum  
 primum annos iudicij tangit cognoscit, nec  
 cum latet futurum aut mentiri malum esse: o-  
 bediri autem, cultumque debentur praestare  
 parentibus esse bonum. Itaque cum inci-  
 pimus homines esse, illico a Domino Deo  
 nostro inuitamur. Ideo David interrogat. *Psal. 4.*  
 Multi dicunt, quis ostendet nobis bona: re-  
 spondit ipse. Signatum est super nos lumen  
 Tom. 2. T vultus

Baruc 4.

Ioan. 13.

Psal. 4.

Enarr. in Cap. XIII.

vultus tui domine. Ultra hanc generalem vocationem vocat nos Deus multoties, multisque modis: nempe inspirationibus, praedicationibus, infirmitatibus, tribulationibus, & alijs modis. Et licet omnes vocati & inuitati simus ad hanc cenam à pueritia, non desinit hos inuitatos vocare in omni vitæ ætate. Quapropter sequitur in contextu. *Et misit seruum suum hora cenæ dicere inuitatis, ut venirent.* Hora cenæ est spatium vitæ vniuscuiusque, qui dominum inspiratorem, vel praedictorem, vel confessorum audit docentem, Euangelium & doctrinam catholicam: quæ nos de his instruit, qui nobis dabuntur in illa cenâ, quomodo nos oporteat ad illam accedere: quæ media, quæ conditiones sint necessariæ, &c. Et per hanc seruum eorum praedicatorum intelligit: saepe enim in scripturis fit sermo de rota plebe aut de multitudine, sub vna persona. Sic dominus loquitur Pharaoni. Dixit tibi dimitte filium meum, idest, populum Hebræorum. Et in Esaiâ. Ecce Iacob puer meus. De roto Israel intelligens. Et in Ezechiele sub nomine Oole Samariam hoc est Israel em intelligit: & sub nomine Oolibæ, intelligit Hierusalem, idest, populum Iudæ. Itaque Apostoli & Christi discipuli in omnem terram predicauerunt, & eius successores Episcopi, prelati sacerdotes predicantes verbum Dei. Quod si aliqui eorum minus digni videantur: quia tamen ad æternas delicias inuitantur: quia tamen ad æternas delicias inuitantur & ex parte Dei æterna promittunt, audiendi & venerandi sunt, nam dominus dicit. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Atque idem praedicatoris verbi Dei si ad cenam cœlestem inuitantur audiendi sunt: licet ipsi aliquando peccatores sint. Nam si aliquis exularet, & Rex mitteret seruum vilem dicens ei, ut veniret ab exilio, & ferret chirographum Regis, continens aliquod maximum beneficium, certè iste gauderet & lætaretur cum tali nuntio: quia non seruum sed Regem & Dominum considerat, & mercedem sibi datam. Hoc intelligendum est de praedicatoribus catholicis qui veram & catholicam doctrinam praedicant: nõ de pseudo praedicatoribus, qui nec à Deo missi, nec ingressi per ostium, sed ascendentes aliunde seminant errores, praedicant hæreses, schismata suscitant, de quibus per Prophetam dicitur. Non mittebam Prophetas & ipsi sicurrebant, Et etiam aliqui ex nostris præ-

Exod. 4.  
Esai. 42.  
Ezech. 23.

Luc. 10.

Ioan. 10.

Hierem. 23.

dicatoribus catholicis solent inter praedictandum faceta dicere, ut populus rideat, & etiam seipos laudare, aut defendere: vel in reprehensionibus ita immoderatè & impotentè se habere, & ita populum scandalizare ut deterior fiat. Hos non misit Dominus, quapropter in eo quod hic dicitur, misit seruum suum, duo considera. Vnum est, quod sit suus seruus ille, idest, catholicus: nam hæretici & chismatici non Deised diaboli sunt. Alterum est quod dicit quod misit illum: quia qui inutilia vel faceta praedicat, licet Deifit & catholicus non tamen missus est à Deo, sed à proprio amore aut passione ductus. Nonne malus esset seruus, qui dicente domino, voca vicinum ex parte mea, ut veniat ad cenam: si ille dixisset vicino, dominus meus dicit ne ingrediatis domum eius, mandato præuaricato & inuerso: certè iniquus esset. Sic dominus dicit, ut voces inuitatos ad cenam gloriæ predicans pœnitentiam qua itur ad gloriam: officium enim praedicatoris est facere populum plorare, & non ridere. Præterea venire ad hanc cenam est integra fide & charitate formata Christum amplecti, qui vitam præstat æternam. Vnde Iudas dominus reprehendit dicens. Non vultis venire ad me, ut vitam habeatis: eod quod scripturis quæ ipsum testabantur, nec sibi credere vellent. Obserua etiam quod nõ vult eos compellere: sed tantum vocare ut veniant si velint. Etsi non velint non veniant: ante hominem mors & vita, bonum & malum, quodcumque voluerit dabitur illi. Sequitur. *Quia iam parata sunt omnia.* Antequam mundus fieret aut crearetur orbis in initio suæ eternitatis. Præparauit autem illam magnis sumptibus, pretioso videlicet sanguine filij sui vnigeniti illum nobis promeruit. O quantum gaudium antiqui patres haberent si hoc illis contigisset. Vocabantur quidem illi, sed nondum omnia parata erant: quia passio Christi nondum exhibita erat: quinimo sperabant futuro tempore paratum iri. O felix tempus, etasque beata, in qua praedicatoribus dicere possunt. Iam sunt omnia parata: iam Christus mortuus est pro vobis, iam suo sanguine cœlum aperuit, iam cœlos ascendit & præparauit vobis mansiones in æterna beatitudine. Venite ergo ad cenam quia omnia parata sunt. Idem Christus Apostolis dixit. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et beatores certè

Ioan. 6.  
Ioan. 5.

Ecl. 15.

Luc. 10.

Philip. 2.

Hierem. 8.

Heser. 5.

1. Reg. 20.

Hierem. 2.

Gen. 3.

patribus antiquis, quia iam cenam præparatam inuenit. Sed vide hominum impudentiam & ingratitude. *Et caperunt simul omnes excusare.* Omnes dicit non aliqui. O la chrymabile malum, O miseranda progenies Adami. Ferè omnes contempnunt vitam cœlestem: omnes quærunt quæ sua sunt: omnes appetunt terrena. Vnde Hieremias A minimo vsque ad maximum auaritiæ omnes student. Si pauperulus quidam à diuite potente, & honorato inuitaretur ad cenam: nonnè gaudens & lætus prepararet se diligenter, ne alius ad conuiuium potentis prius occurreret? Quanto gaudio & exultatione Aman iuit ad conuiuium Assueri Regis & suam gloriam lætus nunciabat vxori & amicis? Quanto magis hæc cenam multò pretiosior est conuiuio Regis Assueri? Si Rex pauperem inuitaret festinare ad conuiuium & nos ad Dei inuitatur cenam & excusamus nos, & ire contempnimus. Mira res: vocat Deus ad cenam & venire recusant. Si vocaret ad labores, non mirum si nolent venire: sed vocantur ad cenam, & nolunt. Vocat mundus ad labores, & omnes sequuntur illum, omnis populus sequitur est Sibam filium Bocri, pauci autem Dauid. Vocat mundus ut decipiat, diabolus ut torqueat, & caro ut illudat: & omnes hos sequuntur. Christus autem vocat ad cenam, ut gaudeas & cœnes cum illo, & læteris: & pauci sequuntur illum. O si consideraret peccator quod amittit: & quare amittat. Hæc duo vellem in primis considerares optime. Primum quantum amittas: secundum quare amittas. Quod amittis Deus est: nam summum bonum propter peccati vilitatem perdis, & propter sæditatem & turpitudinem vitiorum superbas gloriæ delicias deseris. De hoc conqueritur dominus per Prophetam Hieremiam. Me dereliquerunt fontem aque viuae: & foderunt sibi cisternas dissipatas. Me inquam fontem omnium bonorum reliquerunt, ob mundi abominaciones. Ea est enim humani iudicij corruptela, ea cæcitas & ignorantia: ut mala pro bonis, obscura pro illustribus, amara pro dulcibus sepe numero amplectamur. Prouenit hæc gustus deprauatio ex esu illius pomi funesti primis parentibus prohibiti. Et ut multi morbo aliquo & scelus stupore suauitatem cibi nõ sentiunt, sic improbi homines veræ virtutis gustum non habent. Quia potius mortiferas vo-

luptates concupiscunt, peccatum dulcissimum esse existimant, virtutem vero amarissimam. Sic isti epulas illas diuinas & suauissimas ob eam causam contempserunt: quia de prauatum gustum habentes pro dulcibus amara desiderarunt, durissimam mundi & amara, epulis Christi suauissimis anteposuerunt. In Psalmo Dauid ubi editio vulgata habet, bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: vertit quidam, bonum gustum & scientiam doce me. Ita enim potest verti ex hebræo. Vbi vides sanctissimam vatem à Domino bonum gustum postulare. Ac si diceret. Ita domine mentem meam illumina: ut perspeciam quid appetendum sit, & quid vitandum. Talem mihi animi gustum præbe: ut verorum bonorum suauitatem sentiam, mala vero acerba esse iudicem. Expende etiam hominum malitiam, qui non tantum amore huius seculi Deum contempnunt, sed volunt se excusare à peccatis. Sic multi Deo imponunt peccata, excusantque se, dicentes: naturam suam adeo in malum esse procliuem, ut non peccare non possint: quantumcumque renitentur: & ita culpam omnem in Deum naturæ autem rem transferunt. Quam grauis autem culpa hæc sit, Propheta regius testatur. dum precatur dominum ne in talem errorem incidat dicens. Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Sic Saul, quia à Samuele fuit reprehensus, eo quod accepit de spolijs Amalech: sub prætextu sacrificij, inobedientiæ peccatum voluit defendere & excusare. Excusationis & defensionis causa & origo superbia est, sicut enim ad humiles pertinet confusio peccatorum, ita & excusatio delictorum pertinet ad superbos. Quod si adeo manifesta sunt eorum crimina, ut excusari, palliariue omnino non possint: tunc superbia inflati & cæci, vel in Deum, vel in fatum, quod nihil est: vel in stellas, vel in tempus mentientes: imo blasphemantes retorquent. Hoc reprimit dominus per Prophetam dicens. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Quoniam nec ab Oriente, nec ab occidente neque à desertis montibus, quoniam Deus iudex est. Obserua etiam, quod illa quæ impediunt vocatos ne conuiuio fruantur, non sunt de numero illarum rerum quæ de se mala & prohibita in lege sunt: quemadmodum furta, periuria, adulteria, & alia similia: sed illarum quæ vt plura

Psal. 118.

Psal. 140.

1. Reg. 15.

Psal. 74.

rium ut bonæ admittuntur, vt est matrimonium contrahere, rem familiarem administrare. Vnde perspicue infertur, non solum ea, quæ mala esse cognoscimus, verum etiam & illa, quibus huic mundo indulgemus licet bona videantur, si parce eis non vitimur, nos perpetuò à gloria cœlesti exterminare, & in inferno sepelire: & si verum fateri volumus apud Christianos homines multo maius in his posterioribus, quàm in his prioribus periculum versatur. Nam rapinæ, homicidia, adulteria, aliaque similia peccata, cum aperta facie grassentur, facillimè à nobis cognoscuntur, vt ea vitemus & odio habeamus: verum hæc altera mala, quia operta & palliata incedunt, & sub prætextu boni, multò periculosiora, facilioraque sunt, vt in ea incidamus. Certum est, facilius quomuis hominem à re aliena se continere posse, quam suis parcere & moderatè uti, quod de reliquis etiam dicendum videtur. Doctrina igitur huius parabole non modo in hoc versatur, vt nobis mala prohibeat, sed & vt insinuet quantum lateat discrimen in illis, quæ primo aspectu nobis bona videntur. Quare expedit rectè hanc doctrinam animaduertere: ita, vt vnusquisque quod sibi obtigerit arripiat, est enim maxime vniuersalis, & omnibus competit. Nam vt ait Diuus Ioannes omne quod est in mundo concupiscentia oculorum est, concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Quod si his tribus incommodis mundus est plenus nemo omnium viuentium, aliquid horum periculorum effugere potest. Istæ sunt tres excusationes, quibus inuitati vti sunt. Sed iam audiamus primum se excusantem. Prius dixit ei. Villam emi. In emptione villæ notatur acquisitio dominij: qui enim villam emit, hominib⁹ appetit præesse & dominari, quod ex radice superbiæ procedit. Ac si dicat. Malo dominari in terris, quam venire ad vitam æternam. Expende etiam quod non dicit ciuitatem, aut castrum, aut regnum, sed villam exprimit vt significet tantam esse ambitionem & cæcitatem, vt pro re vilissimam maximum negligat bonum: quod tamen nec pro mundo dare deberet vniuerso. *Ex necesse habeo.* Ambitione cogente, quæ non potest coram domino permanere; nec in cœlo habitare. *Exire* Ab æternorū contēplatione, à mei consideratione. Omnis enim superbus extra se est, quia supra se est. Sic David. Domine non est exaltatum cor meum, nec

1. Ioan. 2.

Psal. 130.

elati sunt oculi mei: nec ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. *Ne videat illam.* Hoc est totū studium ad eam applicare, hoc enim est superbiorum, toto studio laborare, ad hoc, vt dominari possint. Expende etiam hominis stultitiam. Fructus rei, quam tam carè emit propter quam se ipsum calamitatibus innumeris subdidit & damnauit, non est alius quam videre illam. Quam vtilitatem habuit, nisi quia eam vidit? Non dicit, gau debo de ea, vel possidebo, vel satiabor: sed videbo. Infelix fructus bonorum huius mundi & potentatus. Dic mihi si maximam famem haberes, sufficeret tibi tantum cibum videre non comedendo illum? Certè hoc non modo famem non extingueret, sed magis appetitum excitaret. Vide qui honores ambis, & seculi vanitates quaris: quod non de illis plus habes quam videre illas. Non enim satiant, non quietant appetitum, sed magis voluntatem accendunt. Quid prodest possessori diuitiarum, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Non plus alijs eis vtiur: & quem admodum Tantalus in medijs aquis sitit. Tantulus à labijs sitiens fugientia caprat, *Horatius.* Flumina: quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Tu Tantulus es, qui in medio diuitiarum siti peris. *¶* Obserua etiam huius stultitiam, non solum in eo, quod rem inutilē tam carè emit: sed etiam in eo, quod priusquam vidisset. Emit enim, & postea exiit videre illam. Quomodo autem emeret, si prius vidisset? Honores diuitias, voluptates, & quæcunque mundus dare nobis potest, prius emimus quam videamus: nam si prius vidissemus, nullo modo à nobis emerentur. Verum nos, vt cæci in omnia mundi oblectamenta ruimus, non attendentes, quid faciamus, nos incipios vendentes, libertatemque nostram propter ea erogantes. Verum si oculos apertientes animi, ea inspicimus nos perditos & infortunatos compellamus, cognitis mundi abominationibus & incommodis. Obserua igitur, vt antea quam res mundi emas inspicias & consideres quales sint: si hoc enim facis mihi crede nunquam ea comparabis. Nam si mundus gladio veritatis scinderetur, palam omnium oculis falsus & inanis appareret. Omnia quæ in mundo sunt, præterita, præsentia sunt, aut futura. Præterita ià non sunt, futura incerta sunt: præsentia vero instabilia & momentanea reputantur. In his bonis exter-

Horatius

Prover. 31.

Mat. 130.

Luc. 16.

nis, mundus bonus esse videtur; cum reuera doli & mendaci plenus sit. Viriditas arundinum & amœnitas, aspectum oculorum oblectat suo nitore exteriorique conspectu: attra-then si illas confringas, intus inanes & vacuæ apparebunt. Ne te decipiat mundus, neue oculi tui, viriditate & pulchritudine illaqueentur: nam si rectè considerare volueris quid subtu lateat, omnia inania, nihil firmum, aut solidum inuenies. Mercator est qui breues ac pestilentes voluptates aliisque mortiferas merces pretio animarum vendit, aut saltem promittit vt nos ad æterna supplicia deducat. Atque ideo est summa diligentia & consideratione aduerendum, ne cum tali negotiatore commercia exerceamus. Ostendit dapes in superficie suaves & appetendas: sed intus funestas & latenti veneno contaminatas. Non est aurū id quod apparet, sed scoria: non mel, sed fel, non vita, sed mors: non fama, sed ignominia: non bonum sed malum. Vt enim stultus tenetur quicquam empturus eum non inspicit, sed frænum, phaleras, & exteriora ornamenta miratur: sic insanus iudicadus est qui merces diaboli, carnis, & mundi, speciem solum aspicit: interiora vero minime cõreplatur. Discere ex hoc loco ea, quæ sunt mundi prius diligenter aspiciere, quam emere. Sic de quadam anima sapiente legitur in Proverbijs. Considerauit agrum, & emit eum. Prius agrum considerauit: & quia bonus erat, emit eum. Sic prudens negotiator Euangelicus prius inuenit thesaurum: & postea antequam emeret abiit & vendidit vniuersa, quæ habuit. Sed diues epulo tunc fallaciã vidit, quando oculos eius pœna aperuit. Solent caupones offerre pretiosa vina, pauones indicoque gallos diuersantibus, quibus ignari homines latantur, & se illis ex animi sui sententia satiant: postea vero cum ad solutionem deueniunt, seuerissimè cum illis agitur: sepius enim plus soluunt, quam omnia illa quæ apposta sunt stare poterant. Ideo tu facere debes quod cauti & prudentes vlatores solent: qui quotiescunque à caupone aliquid ad comedendum tibi offertur, prius de pretio percontantur. Vnde si pro re vnum ducatum valentes, vident decem ducatos exigere, tangere non solum: sed potius comitibus suis dicunt. Abeamus hinc in aliud diuersorium, hic enim carius omnia venduntur. Eodem modo quotiescunque tibi aliquis Episcopatus, dignitas aut officium offertur, quanti cõ-

stet animaduerte: nam si postea quàm interrogaueris, quantum sit tibi pro ea dignitate & officio persoluendum inuenies te esse aliorū animarū rationē redditurū, ea cõditione, vt multo melior omnibus alijs esse teneatis huius indignitatem & honorem repudies. Si conspexeris pulchritudinem mulieris, die. Quanti emitur carnis delectatio? Igni inferni sempiterno. Inferni carum est hoc diuersorium comites: aliud queramus, inferuamus Deo, non carni, aut mundo, &c. Fac prius tecum omnium rationum periculum, Sed procedamus. *Regote habe me excusantem.* In superficie verborum ostendit humilitatem, sed per superbiam venire contemnit. Humilitas sonat in voce, sed superbia in actione: vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau, Sic Iudas ait domino, Aue Rabbis, & Ioab osculatus est Amassam, sed alter dominum tradidit, alter Amassam interfecit. Fuerunt verba amborum pacifica, actio autem vtriusque proditoria fuit. Perperam hic se humiliavit, cum interiora eius Deo nota essent: non enim mentitur hominibus sed Deo. Iam altum se excusantem audiamus. *Et alter dixit. Iuga boum emi quinque.* Hæc est secunda excusatio, quæ expectat ad ea, quæ diuus Ioannes dixit: concupiscentia oculorū, quæ auaritia est: tiam sicut iugum animalia ligat & cõstringit, ita auaritia ligat, & illaqueat animas, iuxta illud Apostoli. Qui volunt diuites fieri: incidunt in laqueum diaboli. In Proverbijs quòque habetur. Iniquitates suas capient impium: & funibus peccatorum suorum cõstringetur. De auaro loquitur: nam auarus proprie impius dicitur; quia sine pietate est ad pauperes. Hic funibus auaritiæ detinetur: ideo iuga, quæ boues ligant dicitur emisse pretio animarū suarū, quam mammona tradidit. Vide stultitiam auari. Christus dicit, Tollite iugum meū super vos, iugum enim meum suauis est: hic autem ne se subijciat iugo suauis, humeris suis quinque grauissima iuga subit: quorum quòdlibet grauius est centum Christi iugis. Diaboli quinque sunt iuga; quia nullus est sensus, quem sibi diabolus subijcere non desideret. Dicit etiam quod emit ea. Ego profectio gratis: & sine vilo pretio hæc merces meis non susceperem, quinque talia iuga: nec dum emerent. Certè sic est, quod emimus cum impendio nostrarū animarum & cõsecratiarū, diuitias, honores & delectationes huius mundi: quæ nobis nihil aliud nisi onus, T. 3. dolorem

Gen. 27. Mat. 26. 2. Reg. 20.

Act. 5.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 6. Prover. 5.

Mat. 11.

dolorem, ingentemque cruciatum offerunt. Magna labore consequitur avarus quod cupit, timore possidet, dolore relinquit. In Apocalypsi scriptum est, eos qui bestiam adoraverant quietem nullam habere, quam quidem qui cupiditati suae inserviunt, assequi nunquam possunt. Quare videbis quam perpetuo cruciatur & dolore avari, rerumque humanarum cupidi torqueantur. Attende igitur miser, qui ne te subicias vnicui Christi iugolevisimo, & gravissimo humeris tuis quia quo mundi iuga gravissima baiulas: quae emisti, animam tuam, & te ipsum pro momentanea vitae laboriosa, quam perfers, delectatione erogans. Hos vocat Christus eis compatiens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Quae maior caecitas, aut quae maior dementia esse potest: quam difficile existimare, vnicui domini non inservire, qui cultum nostrum ea tantum de causa expectat, vt nos a tantorum hostium tyranni de liberet? Facile vtroque quia gravissima iuga sustinere? E mi inquit iuga bouum. Morbus est omnium cupidorum, vitiumque nativum, nunquam ab emptioibus desistere. Esaias his loquebatur dicens, Vae qui coniungitis domum ad domum: & agrum agro copulatis. Numquid habitabitis vos soli in medio terrae? Adverte quod Esaias non arguit hic homines, qui coniungunt divitias furto acquiritas: causa enim eius reprehensionis fundatur in cupidine coniungendi divitias & haereditates: & non loquitur de medijs, quibus ea coniungi possunt. Quod proculdubio optimo iure, deplorat: causa enim quod tot sint in republica pauperes, nulla alia est quam ingens divitiarum fames in acquirendis divitijs: nam cum res temporales infinitae non sint, sed certis terminis claudantur, perspicuum est luxum alijs cum impendio aliorum fore. Hoc apud Christianos effusus, quam apud Ethnicos accidit. Ideo scriptura, non modo rapinas & furta condemnat, sed etiam in explebilem divitiarum acquirendarum cupiditatem, adeo, vt Christus dixerit esse impossibilem divitem ingredi in regnum caelorum: quod ex tribus incommodis, quae divitias comitantur, oritur. Primum, quia cum caelestia comparari non possint, nisi earum desiderium habeas, omne id quod hoc desiderium impedit, rerum caelestium consequitione impedit necesse est. Opes autem & divitiae humanae,

hoc desiderium omnino impediunt: detentis enim omnibus animae cogitationibus in bonis temporalibus acquirendis, minima vel nulla pars desiderij relinquitur ad cupiendam aeterna. Non aliter quam si quis ad magnum & lautum conivivium invitatus more impatiens, vilibus dapibus se adeo in principio ingurgitaret: vt postea, omni edendi appetitu amisso, reliqua comedere non posset. Iam enim inedia satisfecerat, qua lautioribus cibis fructurus erat. Hoc contingit quam plurimis, qui naturale desiderium divinarum bonorum, quod Deus hominibus quasi quandam caeli famae dedit: rebus terrenis tradunt, & ita inebriati bonis temporalibus vivunt, vt aeterna caelorum bona, non desiderent. Ideo Paulus. Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Vocat animalia illos qui se sensibus tantummodo tradunt, quibus omnes bestiarum voluptates definiuntur. Hoc inconueniens proponebant filij Israel, qui in castris oleribus Aegypti adduci non poterant, vt bona terrae promissionis desiderarent. Hoc inconueniens oritur communiter ex omnibus mundi voluptatibus: quae licet legitime retineri & possideri possint, tamen si effusus usurpatur & exercentur in anima bonorum spiritualium fastidium generant. Quod est maximum ad ea consequenda impedimentum. Fit autem particularis mentio divitiarum quia divitias reliqua vitia consequuntur. Ideo Paulus Timotheo. Praeceptum divitijs huius seculi, non sperare in incerto divitiarum, &c. Et in eo quod Christus dixit, de diuite illo qui dicebat. Gaude & latere anima mea, habes multa bona, tetigit dominus inconuenientia quae ex diuitijs oriuntur: specialiter securitatem & confidentiam quam divitiae secum ferunt. Alio etiam in loco non tantum deplorat Christus divitiarum possessionem quantum obliuionem caelestium bonorum, quam inducunt. Haec de causa hic deditus terrenis rebus, contemnit coenam caelestem propter terrenas opes. Secundo inconueniens quod oritur ex nimia divitiarum abundantia est: quia homines his rebus humilibus & caducis praepediti ad caelestia, esse velint, aspirare non possunt. Nam cum res spirituales tranquillitatem in conscientia, & in anima requirant, bona autem temporalia vagationes & inquietudines spirituales cum importent: fit vt homines Deo vacante non possint. Ideo Christus superius dixit.

Luc. 8.

xit. Hi sunt qui a diuitijs & sollicitudinibus huius seculi suffocantur. Quinimum in rebus huius vitae occupatur, cum illi deficient tranquillitas, qua alterius vitae desiderium comparatur, conivivium diuini imponit, ideo ait non possum venire, rogo te habere me excusatum. Durabus in rebus consistit omnis impossibilitas: in voluntate & in excusatione. Primum ait, Eo probare illa. Non possum quia cum omni voluntate in temporalibus bonis occupata habeam, nihil restat ex ipeditum quo caelestia desiderem. Secundo hoc facere non possum, nam licet id valde desiderarem, res tamen mea familiaris mihi tantum tranquillitatis non permittit, vt caelorum bonis animum adiungam. Tertium inconueniens diuitiarum quare diuites in sacra scriptura grauius a Spiritu sancto reprehenduntur & accusantur est, maximum periculum, quod in his omnibus inferioribus rebus versatur: nam qui diuitias etiam bene acquisite nimis amat, facile male acquisite cupiet. Quauis enim male parata omnino non desideret, tamen cum magnam animi partem diuitijs concedat, in eam forte cupiditatem diuitiarum veniet, vt male parata, bene parata esse existimet, quod quotidie in mercatoribus, experimur. Hoc inconueniens ostendit Paulus. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli: & desiderabilia multa, & inutilia & nocua, quam mergunt homines in interitum & perditionem. Ra. fix enim omnium malorum cupiditas, &c. Laqueus cuius hic D. Paulus mentionem, facit in hoc consistit: quoniam desiderium opum bene acquiratarum illis non contentum eo vacordie procedit, vt etiam male acquisite desideret. Cum autem desiderium feruidum & vehemens, huius sit naturae vt mentis iudicium hebetet sequitur necessario vt cu aliquid desiderare cupimus, statim nobis cogitatio proponat argumenta quibus id quod de se malum est, nobis bonum esse videatur: & ita peccerent in fraudem labimur, vt ibi lucrum sit, nihil alienum esse putemus. Eo modo enim rem affectamus, & circumuenimus, vt quod alienum sit nostrum esse videatur. Maxima sunt igitur diuitiarum pericula: ideo cum Deus legem dedit Moysi, duo illi ad hoc praecipit, primum non furtum facies, secundum non concupisces rem proximi tui.

Exod. 20.

Apoc. 4.

Matth. 11.

Esai. 5.

Mat. 19. Luc. 18.

Matth. 5.

1. Tim. 9.

num mandatum seruent secundum etiam non contemnant, fraudibus & dolis aliena sua reddere procurantes. Exempli gratia, Vicinus tuus iuxta hortum tuum vineam habet, quam e re tua fore existimas, si cum orto tuo illam copulaueris, sed vicinus vendere non vult. Quid facies? furari non licet: & omnia media qua: excogitas, nihil profunt, cupidō autem tua tibi in dies magis augetur: quare si forte ad aures tuas peruenit dominus vineae are alieno oppressum esse, eius creditorem ad interrogandum & pollicitandum impellis, ut vicino tuo debitori diem dicat, centum que aut reos sibi debitos nullo ad soluendum spacio relicto postulet: quo iudō miscet, vicinus tuus adductus, cum alias soluere non possit, vineam tibi vendere cogitur, quam si esset liber, hoc autem maximum esse flagitium nemo non videt. At contra quod præceptum admissum? Contra nullum aliud inuenies perpetratum fuisse, quam illud quod desiderium de rebus proximi prohibet. Hoc autem sapientissime contingit, nostrorum omnium criminum causa: ut de Acab Rege legimus, qui vineam Naboth cupiens, quod e re sua videbatur, Naboth occidere iussit. Hoc autem peccatum, quamuis apud magnates & potentes homines saepe numero inueniatur, frequentius tamen est apud mercatores qui cum aratoribus aliisque huiusmodi hominibus negotium habent: & quibus plurima ad tempus vtenda permittunt, pannum, frumentum que vendentes, vel pecuniam mutuantes, eos tamen postea in eas angustias inducunt, ut à se ipsis pretio dicto, omnia bona vendere compellant. Si autem quis eos impietatis acculat, respondent se sua recuperare. Quare merito dixit diuus Paulus: qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli. Eius quinque iuga bouum, quo iure qua que iniuria? ideo non possum venire. Quasi diceret. Nimia cura mearum rerum conseruandarum & augendarum mihi locum non concedit, eundi ad conuiuium. Quod igitur erit tanti incommodi remedium? Maximum erit remedium, satisque ad salutem sufficiens si homines contenti rebus à Deo cūctis, modestè & moderatè viuunt, nihil amplius procurantes. Ad didit amplius hic dicens. *Et promare illa*. O homines modicè fidei, non sufficit vt de sapientia diuina moneamini quam nihil subter fugere potest, non satis est, hoc ab hominibus expertis & dictum esse. Omnes quod quod mundo in-

seruire asserunt, mundi iugum, esse intolerabile: & contrariè autem omnes qui Deum colunt, iugum domini dulcissimum & suauissimum testantur. Tu tamen nihilominus periculum etiam nunc facere vis. Quinque iuga bouum habeo: quare ego permemet ipsum: mea sponte & auctoritate comparauit, volo probare illa, ideo non possum venire. *Rogo te habeme excusatum.* Sed audiamus tertium, & quid dicat videamus. *Et alius dixit: vxorem duxi, & ideo non possum venire.* Hæc est tertia excusatio qua ad illud diuini Iohannis responderet, eo cupiditate carnis. Iste qui duxerat vxorem, renuit ad cenam venire. A duere tamen quæ hic non damnat Christus nuptias, vt Tacianus impiè creditit & illas negauit, sed vul in sinuare nimium mulierum amorem esse maximum impedimentum: ad erigendum spiritum ad diuina cælorum domicilia. Nam si simplex fornicatio ipso iure naturæ damnata est, nullum aliud pater remedium ad conseruationem generis humani nisi matrimonium, quo quidem multoties male vtuntur: coniugati, & quibus Paulus ait: quod qui nuperint tribulationem carnis habebunt. Cum tamen hæc humana fragilitas nullo alio remedio conseruari possit, quam maris & femine conjunctione, institutum fuit matrimonium vt vir & vxor inuicè inter se licitis voluptatibus intenti, illicita non quaererent. Sed quid dicemus de malitia humana: qua eo processit, vt omnia illa, quæ in eius salutis mediū & auxilium concessa sunt, in causas condemnationis suæ conuerterit. O rem duram. O rem absurdam & non ferendam: vt dicas aliquid, cole Deum, ille autem respondeat, non possum, quia vxorem habeo. O magnum malum, vt matrimonium quod institutum fuit ad cultum Dei, malitia humana mille incommotis, in eius offensionem conuerterit saepe numero vxor, quod remedium est multorum incommodorum, alia quam plurima, scuitia sua sumptibus, insanis & cultibus causet. Verum ad hoc proficiet mariti prudentia vt eam monitis suis corrigat atque emendet: non enim satis est cuiuspiam mulieri, castitatem seruare, nisi etiam habitu & consuetudine, pudicitiam præferat: maritus debet cohæbere vana vxoris suæ desideria. Concipiuit Eua fructum vitium comedere inuitauitque maritum qui comedit & mortuus est: at si non comedisset neuter interisset, nā in fortitudine viri sustentaretur mulieris fragilitas. Desiderat

1. Ioh. 2.

1. Cor. 7.

Genes. 3.

Gen. 3.

Exod. 19.

Gene. 6.

rat vxor tua factum, cultum, sumptus, & cætera huius seculi inania: & cum non possit sine te libidini suæ satisfacere, tu ne eam molestia afficias, eius voluntati acquiescis, & effice ris eius stultitiæ particeps, existens mortis spiritualis vtriusque causa. Postea te excusas vxorem duxi, quem admodum Adā, mulier quā dediti mihi. Præter has autem insanias & luxus, quæ occasionem præbent hominibus, ne ad conuiuium gloriæ accedere possint, & in causa sunt huius tam immensi mali, est aliud maximum inconueniens ex parte carnis, quæ spiritum Dei suffocat. Cum Deus dedit legem Moysi, dixit Moyses ad vniuersum populum. Ne appropinquetis vxoribus vestris, nā quæquam de se nullum sit peccatum in actu matrimonij, ingens tamen est impedimentum; vt spiritum Deo leuemus, & legem eius recipiamus, esse vxoribus præditos. Nunc vero aliqui sunt coniugati tam stupida & hebeti mente præditi vt raro aut nunquam ab vxorum amplexibus & toro abstineant: & nihilominus frequenter communicant, frequenter cum Deo colloquia miscere præsumunt: nihil inordinatum coniugale congressum sanctitati obesse credentes. Quibus locus iste obijciendus est: nā vt de diuitijs dicebamus, impedit amor carnalis desiderium spirituum & diuinitatum nam amor mulierum spiritum obruit, Deus autem cum omnem munditiam amet, nō modo anima sed etiam corporis puritatem & mundificationem requirit. Ea enim de causa duntaxat tempore Noè occidit Deus vniuersam eluione non modo peccatores omnes, sed etiam bestias: quæ peccare non possunt, solis piscibus viuus manentibus. Nam cum diluuium in peccatum carnis tantummodo inductum sit, in brutis autem animalibus ratione naturalis congressus & concubitus inueniatur etiā turpitudine & abominatio huius detestandi vitij, ideo dominus aquis diluuij vniuersa animalia terre stria suffocauit. Nō sic autem pisces qui alium habent modum multiplicandi se: neque tam faciles sunt ad huiusmodi commixiones. In eo autem quod ille dixit, non possum venire, id est, non possum continerè viuere, mētur, quia quamuis sit castitas donū Dei & à Deo detur, tamen nemini facienti quod in se est Deus illam negauit: qui paratus est nobis omnia sua bona largiri: & adiuti gratia Dei bene possumus castè & continerè viuere, si volumus. ¶ Obserua etiam quod superbus & au-

rus quamuis noluerint venire ad cenam, tamen modestius se habuerunt quia dixerunt seruo vocanti, habe me excusatum: hic autē nihil tale dixit: sed tantum non possum venire. Peccatū carnis hominem bestiam reddit, in bestia autem modestiam aut vrbantatem ne requiras: Hoc vitium intellectum humanum adeo habet, adeoque vsū rationis offuscat: vt qui in eo obrutus facuerit, tanquam bestia quæ sensibus tantummodo se astringit omnis modestia humanæque politia quam vt homo rationis particeps obseruare tenetur prorsus obliuiscatur, tanquam homo inciuilis & inurbans: hebetudine intellectus nihil de vrbantate curans, nec aliquid in Deum officium præstans. Sed iam ad contextum reuertamur. *Et iam uenerat seruus nūciauit hæc domino suo.* Deus qui omnia nouit stabiliter atque incommutabiliter non indiget nuntijs, vt ei aliquid innotescat: sed ideo dicitur hic seruus nunciasse domino, quia Euangelij prædicatores sepe Deo conqueruntur de contumacia & duritia auditorum. Sic Moyses cum Dathan & Abarō, & Core à proposito seditionis nō posset auertere aliqua ratione, dominum ne eorum sacrificia respicere orauit. Sic & Elias conquererebat. Astaria tua suffoderunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ego sum solus, & querunt animam meam. Beneficiebat Deus quod altaria suffoderunt & Prophetas occiderunt, quod non dicit Elias vt ei de nouo aliquid innotescat: sed quærela facit. Sic etiam David. Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum, polluerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Sic etiam Petrus & Ioannes è concilio Iudeorum dimissi, reuersi ad suos nunciauerunt eis, quāta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Vbi post pauca apud Deum querelæ depromentes dixerunt. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum: quem vnxiisti, Herodes & Pilatus, & c. Paulus etiam Romanis conqueritur de dura ceruice fratrum suorum Iudeorum. Sequitur in contextu: *Tunc iratus pater familias dixit seruo suo.* Deus non irascitur, nec pœnitet eum more hominum, quia in Deū nullo modo cadere possunt hæc passiones, sed scriptura sacra (vt Origines adnotat) more humano loquitur quia hominibus loquitur: si contra Celsulo paruulo, puerilia & vt paruulus loquitur.

Nam. 16.

3. Reg. 19.

Psal. 78.

Acto. 4.

Orig. lib. 4.

contra Celsulo paruulo, puerilia & vt paruulus loquitur.

*Dente 2.* tur. Sic in deuteronomio dicitur. Portavit te dominus Deus tuus ut solet homo gestare parvulum filium suum. Humanos igitur mores Deo scriptura imponit, ut hominibus vtilitatem afferat. Itaque per iram & furorē Dei non perturbacionem mentis intellige: sed (ut Augustinus ait) vim, qua iustissime vendicat subiectam sibi ad ministeriū vniuersam creaturam. Alioquin vt ait Salomō tū domine vitutum cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Quāquam etiā vt Cyrillo & Hieronymo placet ira Dei ipsa mentis obscuratio sit, quæ consequitur eos qui legem Dei transgrediuntur atque ideo in scriptura quando hanc vindictiuam virtutem significat, vocat Deum pantheram, & vt sum & Pardum: quando autem misericordiā vult insinuate, hominem inducit. Similiter quando propter peccata nostra corripimur, vigilat super nos Deus, & visitat: quando vero à Deo deserimus & non iudicamur, indignique sumus correctione domini, dormire dicitur. Vnde in psalmo legitur. Surrexit quasi dormiens dominus, & quasi erupulatus à vino. Malitia enim nostra inebriat Deum: quæ quando in nobis corripitur euigilare dicitur, & de sua ebrietate confurgere: vt nos à peccato obrios euigilare faciat. Ita hæc passionis dicitur cadere in Deum, secundum suos effectus in nobis exhibitos. Sed quid ait seruo? Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc. Hæc vt in initio huius parabole diximus ad literā de prædicatione gentiū intelligenda sunt. Videns enim Deus contumaciā & infidelitatem Iudæorum, vocat prædicatores suos & omnes gentes, quibus dicit. Ite & prædicate. Euangelium omni creaturæ. Et Petrus cum vidit in Iope linream in a, & Cornelij conuersionem, dixit. In veritate comperij, quia Deus acceptator personarum non est. Ecclesia quoque gauiſa est. videns q̄ etiā inter gentes gratia Spiritus sancti esset diffusa. Considera etiā Dei clementiam & benignitatem in duobus. Primo quod omnes recipit debiles, claudos, cæcos, pauperes & miserabiles. Neminem despiciit, nulli claudit ianuam suæ misericordiæ. Non contemnit dominus A Ethiopem, aut Indum, à Mexico vsque delatum, nemoque est quantumuis miser & abiectus qui illa pietatis viscera aperta non inueniat. Eoque modo illum in cruce pendentem videbis, passis manibus vt omnes ad se accedentes suscipiat; la-

tereque apertō, vt omnes quantumcunque peccatores sint in præcordia sua introducat. *1. Cor. 13.* ¶ Secundo vide eius bonitatem: non enim quomodocumque eos vocat sed cito & sine vlla morā. Nunquam Deus piger est vt nobis benefaciat: sed potius diligentissimus, valdeque sollicitus; vt nos vocet gratiam quæ suam concedat. Nullam moram in rebus nobis vtilibus patitur: vult enim vt statim sine vlla mora, nūcius conuiuii vocatum exeat; & ita Zacharō vt cum iustificaret, beneficioque secum ad mensam discumbendi afficeret, dixit, festinas descende. In quibus omnibus videbis quam valde nos Deus amet, qui nos tanta diligentia & sollicitudine vocat. Sed vide, quam ingratus sis Deo, pro his omnibus beneficijs. Ille enim diligentissimus est ad te vocandum: tu vero pigerimus ad Deum colendum. ¶ Obserua etiā & considera eius munificentiā & liberalitatem. Nos si ingratitudinem in aliquo inuenimus pro accepto beneficio, omnibus portā occludimus: & propter vnus malitiam, nemini benefacere volumus. At misericordia diuina magis se extendit: nam nō obstante horum hominum ingratitude & perfidia, qui inuitati & vocati venite noluerunt tamen Deus non vult ostium occludere alijs: sed eos vocatum mittit. Minime defatigatus priorum ingratitude, posterioribus benefacere non desistit. Non exhauritur diuina misericordia tam cito vt perfidia & ingratitude aliquorum: beneficia Dei, in alios conferenda impediāt. ¶ Obserua etiā quod in hanc cœnam regiam intrauerunt cæci, & claudi, & debiles: sed qui integri erant intrare noluunt. Impij toti erant corpus, toti indulgebant corpori: & nequid corpori deesset, animam minuebant. Contra pij nihil aliud meditantur quam corpus affligere, minucere & deponere: vt integrum sit in die domini nostri Iesu Christi. Ideo que Christus impio alibi dicit. Vt totum corpus tutum mittatur ingehennam. Totum corpus impiorum integrum mittitur in gehennam: sed iustorum non totum corpus intrat in cœnam gloriæ: nō enim intrant in cœlū nisi manibus erutis, vel claudi vel cæci: nam licet in cœlo corpora nostra integra futura sint in membris, non tamen erunt integra quantum ad suas necessitates: nec enim manducabunt aut nubēt. Est enim nunc corpus animale, tunc erit spirituale: nūc infirmum, tunc erit in virtute: vt Apostolus *1. Cor. 15.* habet. Sed impij integri hic in corpore sic in inferno

inferno erunt: nulla enim erit corporis pars, que non omnium tormentorum corporaliū genere torquatur. Contra erit in animabus: animæ enim piorum trānt integerime: & omnibus spiritualibus delicijs fruuntur: impiorum vero etant imminuta, nihil enim boni aut cogitare aut velle poterunt. Sequitur. Et ait seruo. Domine facti est vt imperasti, & adhuc locus est. Iam prædicauimus gentibus & nationibus: & adhuc manet loca vacua in regno cœlorum; vbi & alij plurimi possunt esse: non enim numerus hominum prædicatorum est impletus in cœlis. Et ait dominus seruo. Exi per vias ad apes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. In eo quod dicit compelle intrare modus quodammodo violentus conuertendi istos significatur. Considera conuersionem Pauli, & compelle intrare illum videbis. Si sciremus quibus vijs dominus aliquos conuertit, videremus sapius impleri quod compellunt intrare: nō quod compellatur voluntas, sed nūtantia voluntatem talia sunt, vt compellatur qui mutare voluntatem vt fecit in Paulo. Et hoc facit dominus dupliciter. Primo ostendendo voluntati nostræ tantum bonum vt ipsa non possit nō appetere illud. Secundo remouendo & abscondendo omnē malum: & cum obiectum voluntatis sit bonum, tantum bonum potest voluntati representare vt non possit non amare illud quod videt bonum. Et isto modo liberum hominis arbitrium subijci Deo, quod compellere voluntatem non est. Nam voluntas naturaliter fertur in bonum & ex natura sua appetit illud: si autem cogere tur ad diligendum malum: quod est contra suā naturam, tūc diceretur compelli: sed quia in bonū fertur representatū; ideo remotis incōuenientibus nō dicitur cogi, id quod ipsa naturaliter agit. Dicitur tamē subijci Deo: quia Deus hoc facere potest. Tribulationibus etiā aduersitatibus, & calamitatibus nō trahit ad se multos, quod compelli quodam modo dicitur. Concludit dominus hanc parabolam dicens. Dico autem vobis quod nemo illorum virorum qui vocati sunt gustabit cœnam meā. Hæc est sententia aduersus illos rebelles, qui venere ad cœnam contempserunt. Expende Dei bonitatem & clementiam: Nō dicit hic Christus quod illi qui regnū cœlorū contempserunt, & cœnam beatitudinis, quod fuerit homicidæ, adulteri, traditores aut quid simile: sed tantum quod vnus quia duxit vxorem,

& alius quia emit villam, & alius quia comparauit iuga bouum non uenerunt: quia quantum impediret ad regnum cœlestē: non tamē fuerunt grauiā delicta. Nos cum volumus aliquid qui nos offendit puniri, indignati maximum in eum crimen dicimus omnium quæcunque perpetravit, vt seuerius puniatur: nō sumimus lenius, sed grauius delictum. Christus tamē ē contrariō; vt lenis non castiget, leuiora crimina sumit, vt maiorum obliuiscatur: & iracundiæ suæ; atque furoris postis ante oculos suos modicis criminibus temperet atque moderetur. Sic in die iudicij nō dicit peccatoribus, Ite maledicti in ignem æternum, eo quod blasphemii, latrones, & homicidæ fuistis: sed ite quia esuriui & non dedistis mihi manducare: sitiui & non dedistis mihi bibere, &c. Ecce quomodo nō peccata grauiā cōmissionis, sed ea quæ sunt omissionis & leuiora cōmemorat: vt rigorē temperet iustitiæ, & sic puniet eos, vt Theologi dicunt, citra condignum: Iratus fuit dominus contra illos rebelles, vt parabola ait: tamen quia cū irascitur, vt Abacuc inquit, misericordia recordatur, minima eorum peccata cōmémorat vt misericordius puniat. Dicit ex hoc loco vt: cum iudicium feceris de aliquo; nō eius delicta extollas, & exaggeres vt impij vindices & crudelēs facere solent: sed in quantum in te est illa miras. Si peccandum est altero duorum extremorum præstat lenitate, quam lenitate peccat. Sic sanctus ille Ioseph, fratrum peccatum licet ex inuidia & iniquitate peccasset contra illum, in quantum poterat excusabat dicens vis quod voluntas Dei fuit vt illud contingeret, sed ad contextum. *Ibane autem multa turbā eum eo, & conuersus dixit ad illos.* Proficiens vero dominus Hierusalem ad petitionē principis Pharisæorum; qui eū ad cōuiuuium inuitauerat, in domum eius declinavit: de cōuiuio vero proficiebatur iter destinatum: videns autem dominus turbas sequentes se, instruit eas de modo sequendi: imō in turbis non verē sequētibz instruit veros sequaces qui regia via incēdunt passibus corporum nō autem passibus operum. Instruit ergo dominus generaliter omnes qui sunt in via ad penitentiam tendentes & est hic ordo doctrinæ. Primo docet cauere ea quæ possunt esse impedimenta viam ingredientibus. Secundo addit de suffragijs quæ sunt necessaria venientibus: tertio agit de lege, quæ propozita est & data peruenientibus. Addit adhuc

*Math. 25.*

*Abacuc 3.*

*Gen. 45. Gen. 50.*

*1. Thess. 4. Matt. 5.*

*1. Cor. 15.*

*inferno*

Luc. 17.

adhuc necessarium hæc omnia implentibus, videlicet misericordiam Dei, vt ijs omnibus impleris dicant, serui inutiles sumus. Primū ergo instruit de vitandis impedimentis: quia maximum est iter facienti obse impedimenta multiplicia; id est, interiora & exteriora, que sunt impedimenta ad viam ducentis ad vitam: nec sufficit abijcere exteriora nisi abijciatur interiora: idem dominus non tantum dicit: qui odit patrem suum & matrem, sed addidit, adhuc & animam suam. Et quia multa sunt impedimenta exteriora, hortatur dominus vt abijciant grauiora videlicet carnales affectus, qui precipue homines retrahunt ab ardua via. Multi enim fuerunt quos non terrebant angustie pressurarum, & reuocabat eos a martyrio affectus vxorum & matrum ostentium eis vbera, & sic parati ad martyrium retinebatur carnali affectu vel cura vxoris vel liberorum. Hæc ergo sunt precipua impedimenta exteriora, scilicet carnales affectus: idem dominus specialiter docet ea amputanda: & similiter interiora, scilicet, desideria carnis.

Dicit ergo. *Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem & vxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam non potest esse meus discipulus.* Omnes creature naturaliter centrum suum appetunt, nullūq; alio in loco præterquam in proprijs spheris suis cōquiescunt. Scintillam ignis si attraheris videbis, sursum versustendentem: tanto quodam modo desiderio superiorum locorum, vt nulli libi donec in propriam sedem petueniat immoretur. Flumina vniuersæque aquæ, multis variisque flexibus nusquam cessant: donec in mare fontem omnium aquarum communem, tanquam in suam perfectissimam quietem perueniant.

Quod idem de omnibus alijs rebus dici potest: quarū omnium cū anima rationalis ad imaginem Dei præcreata præcipua & nobilissima sit creatura: ea de causa voluit Deus qui illa ad se creauit, vt visiope diuina frueretur: essē illius centrum spheræque perfectissima quo tandem corporeis vinculis soluta deueniret, pleneq; in eius conspectu cōquiesceret, & satiaretur. Vnde magnus ille Augustinus, & Ecclesia doctor eximius Deum alloquitur, dicens. *Fecisti nos domine propter te: & in quietum est cor nostrum donec perueniat ad te.* Extra Deū, quæcūque enim mandō sunt, turbatio, inquietudo, & defatigatio mētis sunt. Filius prodigus extra domum patris sui nunquam nisi famē,

& angustias offendit. Ionas Propheta Deum fugiens ab eo separatus, maris procella in gremioque alijs ærumnis vexatus fuit: sed de vtre Balenæ Deo orationem faciens reuersus est ad Deum centrum suum, & statim ab omni labore liberatus est. Iacob domi Laban forceri sui mille laboribus & defatigationibus semper fuit oppressus: quare ad Deo respōsum accepit, vt in patriam suam & in dōmū natiuitatis suæ redderet: & illico vidit Angelorum exercitus, & inuenit pacem & tranquillitatem. Hydria in puteum missa ad hauriendam aquam, dum adhuc aqua plena intra puteum est non grauat educentem, sed facillime eleuatur: postea vero quam supra aquam superficiem tollitur statim eius pondus sentitur. Sed quare cū est intra aquam hydria non videtur ponderosa: postea vero cum aquis eleuata est adeo grauari solet? Quia prius in elemento suo videlicet in aqua est postea vero quia extra elementum suum esse cogitur, proprio pondere quasi quadam innata vi in sedem suam redire cōtendit. Ne mireris igitur, si eos qui extra Deū sunt, mundo ministrates & carni, suisque animi perturbationibus tam defatigati & debilitati videris: sunt enim extra Deum centrum & elementum proprium hominum.

Quare semper perturbati, laboriosi, defessi, & anxii incedunt. Multo aliter sese habent Dei cultores: nam cum in propria sint spherā, veloces sunt in omni probitatis lætitia, & contenti ac lacres viuunt in omnibus suis aduersitatibus. Salomon enim ait. *Non cōtristabit iustum quicquid ei acciderit.* Nam ægritudine, ærumnæque persecutiones vniuersæque huius vitæ prospera aut aduersa, eos nitidiores, securiores & alacriores in dies facere videntur. Hi igitur soli viuūt cæteri enim nō viuūt: sed infelici morte moriuntur suis libidinibus mancipati, portantes humeris suis iugum mundi intolerabile, oneraque proprij amoris, corrupta voluntate sustinentes. Si vis perfectum gaudium veramque tranquillitatem inuenire, opus est vt ad Deum reuertaris. Nihil integritatem & perfectionem naturæ suæ consequitur, nisi conferatur in genere suo. Quare cum Deus genū & fons sit omnium bonorū ad quo omnia bona procedunt: anima nostra rationalis, tam intēse Deum situm desiderat, nam ad Deum rediēs omnia bona assequitur. Vnde cum Deus videt optimeque sciat, nihil extra eum esse, nisi laboris defatigationisq; plenum & sine eo nos nullum gaudium habere posse:

1047.1.

Gene. 32.

Prov. 13.

Mat. 11.

Gene. 8.

Vide Hilar. in Psal. 118.

re posse: compatiens nostris laboribus nos mille ærumnis defatigatos, & funditus interemptos ad medijs mortis faucibus euocat, dicens. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Venite igitur & ne timeatis. Columba, quæ ex arca Noe exiit non inuenit requiem vllō in loco vbi requiesceret pes eius, & ita in arcam rediit. Attende igitur quod eodem modo & tu in omni huius seculi quocūq; extra Dei manum & obsequium, nihil aliud præterquam procellas, pericula, variæque vitæ impedimenta offendes. Nullamque sedem vsquam tranquillitatis idoneam inuenies: atque ideo potissimum remedium est ad Christum verum Noe quasi in arcam redire, vnde egressus es, & ad quo separatus tandiu per huius seculi immensos fluctus iactatus es. Est autem Dei tanta bonitas & clementia vt licet se contemptum & desertum viderit, propter huius mundi fœditatem & immunditiam, nihilominus tamen rogat & inuitat te inquitens. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* Domine placet mihi summopere ad te redire: iam enim huius seculi sum defatigatus ministerio. Vis tu redire ad Deum? Vis remigrare in centrum tuum? Contentusque viuere, discipulus Christi factus, audi illum *Si quis venit ad me & non odit, &c.* Hoc modo Christus dominus noster omnium oppressorum confugium factus, dam nos vocat docet quid facere debeat qui a mundo expeditus, ad Deum se conferre statuit. Vult autē vt hoc facias videlicet, vt ad Deū tanquam animæ tuæ centrum in quo patrem, matrem, filios, fratres, & sorores tuas otio habeas, te conferas. Sed cur domine tu qui charitas es odium præcipis? Certè sicut Deus simul est amor & odium, amor rerum bonarum & odium malarum: ita vult quemque nostrum simul habere amorem eorum que in proximis aut in nobis bona sunt, odium vero eorum que in proximis aut in nobis mala fuerint. Vult ergo in nobis esse oculos quodam, qui videant non vasa, sed quod est in vasis. Si in vasis quantumuis inimicis nostris est pietas, eam amemus: contra si in vasis quantumuis amicis & cognatis sit malitia, eam de resemur. Si igitur in parente aut amico, aut in te malitia est eam odi: ideoque non simpliciter iubet odio habere parentes, quia hoc iniquum esset: sed si voluerint plusquam Christum diligere, in hoc odio habeantur, nam omnes oportet odire qui in via Dei aduersantur.

Parentes nanque debemus honorare & diligere, quia maiora ab eis suscepimus quam a cæteris hominibus: Deum tamen magis reuerentur honorare quam parentes, quia maiora accepimus ab eo. Ideoque parentibus obediendum est, quando eorum mandata diuinæ obedientiæ non repugnant: quia alias abfoluimur ab omni debito. Vnde Paulus Filij obedite parentibus vestris in domino. Id est, quādo mandata eorum consonant diuinis mandatis: nam alias non est eis obediendum, sed odiendi sunt, non homines, aut natura, sed peccatum, sicut Deus odit peccatum, & possumus eis offendere signa odientis. Nam qui amat complacet amato, qui autem non complacet sed aduersatur non diligit sed odit: & quia parentibus viam Dei impedientibus cōplacendum non est, dicimur eos odisse. Quo modo autē pater & mater percalcandi sunt, propter vitæ perfectionem de qua hic Christus, ad literam loquitur vt statim videbimus optime differit, Diuus Hieronymus ad Heliodorū de vita Eremitica. *Quid enim impedimenti afferat perfectioni paterna domus, patria, & consanguinei, satis ostendit dominus cum Abrahamæ præcepit dicens. Egrede de terra tua, & de cognatione tua, &c.* Ideo dominus, quem vult in discipulum accipere & eum docere, præcipit odire parentes, fratres & sorores. Vnde quos dominus erudire vult, segregat ab huius modi hominibus. In Osea enim dicit. *Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius.* Et vt in Hebræo habetur, *Ecce ego seduco eam, & ire faciam eam in desertum, & loquar ad cor eius.* Vbi expendit verbum, seduco: & considera quod etiam ad ea que nobis maxime vilia sunt, oportet Deum nos se ducere. Verum quia nō sufficit extrinseca tantum vitæ impedimenta addidit. *Adhuc autem & animam suam.*

Eph. 6.

Hier. Episto la. 1. quanto tempore. Gene. 12.

Osea. 2.

Galat. 5.

imple.

Aug. de vera relig. ca. 18.

Aug. in mendia.

Luc. 15.



impleri. Hoc sui ipsius odium quasi cauterium quoddam, omnem veterem hominem abijcit, nosque eo exiit veluti angues, qui in ter asperos lapides transeunt, vetus indumentum deponunt. Hoc exercitium seruare debet, qui vult perfectus & verus Christi esse discipulus nitens exuere se proprijs affectionibus, amoreque sui ipsius: nam qui se verè abnegat in omnibus rebus, voluntatè suà deponens, is demum verè Deo inferuire potest. ¶ **Obserua** autem quod odire parentes & carteros, atque etiam se ipsum secundum aliquè modum & sensum est præceptum & aliquo modo est consilium. Est enim præceptum quatum ad hoc, vt carnalis affectus prædictarum personarum contrarijs charitati spirituali abijciamus: & ita vt prædictas vitemus & odiamus personas, quantum ad hoc quod nos ab implerione præceptorum Dei impedire nituntur. Sed est consilium quoad hoc vt carnales affectus, carnaliterque propinquos siue coniunctos odiamus, relinquamus & vitemus: quantum ad hoc quod nos impedire nituntur, aut possunt à spiritali profectu, ad perfectionem tendente, per actus & opera su pererogationis: vt scilicet carnales prædictarum personarum affectus non illos duntaxat, qui charitati diuine obuiant directè, sed illos quoque qui charitatis profectum, & ardorè & perfectionem impediunt. Nisi quis hoc egerit ait Christus: *Non potest meus esse discipulus*. Vide quantum premium consequeris, si Christi discipulus fueris, sicut nunc dicebamus Abrahæ: qui propter Deum dereliquit domum, cognationem, & patriam, contulit meliorem terram: & fecit illum in gentem magnam, & patrem constituit multarum gentium: ita vt pro consanguineis rusticis magnos habeat, & pro patris benedictione consequatur benedictionem Dei. Sic etiam Apostolis qui omnia propter Christum reliquerunt illos super duodecim sedes seduros, & iudicatos duodecim tribus Israel promisit Christus. Expende hic quid lucri sit perdere parentes, cognatos, aut aliquid propter Deum periculum exponere: nam vt ait Bernardus, quia virgo se expoluit propter Deum veniendo castitatem, illo tempore vitio daram, vt ab omnibus mulieribus esset maledicta: dedit illi vt inter mulieres esset benedicta. Sic qui propter Christum hæc terrena & carnalia contemnit, Christum habebit in patrem & dominum & magistrum. Sed procedamus. *Et qui non*

*bauiat cratem suam & venit post me: non potest meus esse discipulus*. Crucem intellige carnis mortificationem, tribulationes, aduersitates, & mundi afflictiones, & omnia quæ inimica sunt spiritui. Qui hæc omnia patienter tulit, dicitur Christi cratem baiulare. Itaque nihil aliud est accipere crucem quam quotidiana nam mortis carnem sustinere, exponendo se cuiuscumque labori propter Christum, sine quo Christo placere non possumus. Ideo Paulus. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs*. Ideo in die iudicij, signum suum ponet Christus in celo, id est, crucem: nam signum crucis erit in celo cum dominus ad iudicandum venerit. Et sicut artifex regula ponderat & metitur quæ lapis aprus sit ædificij: sic Christus cruce sua videbit quis secundum crucis mortificationem vixerit: & quis sit aptus regno Dei. Præterea ne aliquis videns pondus crucis retrocedat, non dicit Christus, qui non baiulat crucem meam, sed crucem suam: vt vnusquisque iuxta propriam virtutem faciat: alius plus, & alius minus. ¶ **Obseruandum** etiam, quod potest esse, vt quis tollat crucem, & quod non sit discipulus Christi: vt est ille qui accipit penitentiam statim, & non ambulat sicut Christus ambulauit sequens illum, si signum hoc est charitatem, non habet in corde vt eremetur sacrificium, sine igne enim non sit sacrificium. Duo sunt facienda. Primum accipere crucem, & secundo diligere Christum: & hoc modo sacrificabis Deo te ipsum. A Abraham non sacrificat sine igne. Vnde Paulus. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Debes tu ligna & ignem ponere, vt sacrifices. Hoc est sequi Christum, in cuius pectore tantus ignis ardebat amoris. Vult igitur Christus vt tollas crucem, sed etiam cum amoris flamma: & non inuitamur ad hæc ex vitijs nostris, ipse enim præcedit, & fauet, & præstat auxilium, in quo etiam eius benignitas & bonitas ostenditur. Solent enim serui suos præcedere dominos, & explorare, & præparare hospitium, & iter ostendere, atque ante illos ire: sed Christus hic ante nos vadit & iter ostendit quasi seruus, & suadet, vt illum sequamur. Sequitur in contextu. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare*. Discipulos perfectionem vitæ profitentes docet duabus parabolis. *Ædificatio turris profectio est perfectionis vitæ, merito turri propter suam celsitudinem comparata*. Súprus autem

Gala. 5.  
Matt. 24.

Gen. 22.  
1. Cor. 13.

autem vt ipsemet dominus dignatus est declarare, sunt renuciare omnibus, quæ homo possidet. Debet antequam quisque profiteatur perfectioris vitæ statum sedens perfectè cogitare, & diligenter examinare affectus suos, an sint alieni ab omnibus quæ possidet, an in veritate renuciet, non solum rebus sed affectibus rerum exteriorum: computando inter possessa, non solum agros sed etiam honores. Sed si deficiunt melius est non incipere, quam postquam posuerit fundamentum professionis, carendo sumptibus perfectæ renunciationis, non posse perficere ædificium turris vitæ celsioris: sit lu dibrio Dæmonibus, & hominibus: sicut mûdus irridet religiosos apostatas, qui cæperunt in isto fundamento professionis, & non perseverantes quia defecit in eis virtus finiendi opus inceptum, ad telum reuertuntur, tanquam canes ad vomitum. ¶ **Admonet** locus iste perseverantiam in vita perfectionis incepta: si ne qua nulla virtus coronatur, iuxta illud Pauli. Omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit præmium. Sic Saul bene incepit & tandem quia non perseverauit damnatus est. Docet etiam cautela quæ per necessaria est viantibus: ne ardua supra vires aggrediantur: sed pro modulo virium suarum sese intra se misceantur. Alioquin enim minus cauti vitam austeriorem eligunt ad quam sustinendam insufficientes in medio vitæ deficiunt. Expende etiam quam differens sit ædificium corporale & spirituale: nam ad ædificium materiale necesse est congregare diuitias, sed ad spirituale contemnere illas, & parentes odire, & se ipsum abijcere. **Obserua** etiam quod in numero singulari & conditio naliter loquitur dicens. *Quis enim ex vobis, vt noceat raritatem eorum, qui spirituale ædificium & vitam perfectam ædificare voluit*. Multi enim ædificant turrim Babel, & inter tot qui gehenam ædificant in suam damnationem: est ne aliquis qui velit turrim vitam perfectam ædificare? Si forsitan aliquis est audiat quid agere ei conueniat. *Nonne prius sedens*. Id est, à mundi tumultibus quietens, qui enim negocijs secularibus se implicat non militat Deo. Sed et igitur sequestratus à mundi curis, se ipsum considerans & humilians, vana huius mundi contemplan-do. *Computat sumptus, qui necessarij sunt*. Id est, considerat diligenter quibus operibus & laboribus possit constitui ædificium, vitæ perfectionis,

2. Pet. 2.  
1. Cor. 9.  
1. Reg. 9.

Gene. 11.

2. Timot. 2.

& ad illum apicem altissimæ turris ascendere & peruenire: considerat vires suas, vtrum sufficere possint ad hoc quod inchoate proponit. Priusquam enim aliquid incipias, con-sulto: & postquam cõsuleris, opus est factu. *Videt prius si vires habeat ad perficiendum, ne posses quam posuerit fundamentum & ne poterit perficere: omnes qui viderint, incipient ei illud deie dicentes. Quia hic homo cepit ædificare & non potuit consummare*. Hæc ex dictis clara sunt. Expende autem quod in omni opere quod agis, oculos irrisores considerare debes: nam quoniam diabolus vidit quod incipis ædificare bonum, expectat, vt relinquas opus inceptum: videns autem quod reuerteris ad vitam pristinam, irridet & exultat: nam, sicut fuit ad malum persuasor, ita gaudet videns quod derelinquis bonum inceptum. Ideo David petens à Deo auxilium perseverandi ait. *Deus meus in te confido non erubescam nec irrideant me inimici mei: etenim omnes qui te expectant, non confundentur*. Omnes enim tam boni quam mali Angeli prospiciunt nos laborantes, boni de bono gratulantur, de malo quasi dolent: mali vero de bono dolent, de malo autem irrident. Spectaculum facti sumus, mûndo, Angelis & hominibus. Non solum Angelis & hominibus, sed etiam mûdo inquit: id est, amatoribus huius seculi qui sedulo circumspectant viros religiosos, & si in aliquo deprehendunt lapsum eorum estatim insultat & dicit. Hypocrita erat iste. ¶ Denique vnus hic obseruandum esse censeo quod non dicit si possit perficere, sed si habeat ad perficiendum: quia posse perficere est à natura, sed habere ad perficiendam est à gratia. Sic etiam posse credere natura est hominum: credere autem gratia fidelium. Bene etiam dixit, computet si habeat: & si non habet procuret & congreget. Sed iam secundam parabolam ad idem tendente audiamus. *Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se?* Posita si militudine de turri ædificanda supponit hic aliam similitudinem, de rege pugnaturo: in qua duo ostenduntur. Primum quod pugnaturo oportet peruenire ad regnum: quia vt Paulus ait non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Secundum est quod nullus per sua merita potest peruenire ad regnum, nisi iustitia Dei per misericordiam temperetur: nam vt Psalmista ait, non iustificabitur in conspectu eius

Psal. 24.

1. Cor. 4.

1. Tim. 2.

Psal. 142.  
Esa 64.

Mat. 19.

Berna. hom. 3. super Misericordiam eius est.

Enarrat. in Cap. XIII.

Et cuius somni viuens. Et Elaias. Facti sumus vt in mūdus omnes nos. Summa ergo totius parabola hæc est. Si in rebus externis & corporalibus prudenter & prouidi sumus: quare non multo magis in spiritualibus? Qui ergo militat Christi se addicere vult; prius perpendat vires suas, quas si inuenierit ad id, quod subeundum est impare, non temere sese inijciat in periculum: sed potius omnia excogitet, vt inuocato Christi auxilio facilius agere possit. Cum ergo necesse sit pugnare cum diabolo, mūdo, & carne, qui nobis fortiores sunt: innocendus est Deus, cuius manus abbreviata non est. Sic Dauid, Domine qui multiplicasti sunt qui tribulant me, &c. Et iterum, Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Expende autem quod in illo quod dicit habere regem contrarium viginti millia, ostendit mundi duplicatam potentiam, quia maiori conatu hoc perfectiores impugnat. Illud autem quod latini sequitur in contextu, scilicet: *Alioquin adhuc illo longe agente legatio nūm mittent rogat ea quæ paucis sunt.* Intelligendum est quod sit contentus vita & statu communium: si in vita perfectiori non potuerit perseverare; ne habuerit vires ad resistendum maiori mundi potenti: sit contentus vita seculari & communi. Doctrina harum duarum parabolarum est, vt altam turrim ædificemus & machinas mundi destruiamus, vitam in qua perfecti agentur & apicē perfectionis quaerentes: hac tamen modificatione, vt prius vires nostras consideremus; ne retrocedamus: nam melius est viam Dei non agnoscere, quā postagnitam retroire. Tunc enim erimus mūdo & Angelis, in derisum: & victi reuertemur cum confusione à fortiori inimico. Ideoque perseverantia opus est ne irideant nos inimici nostri, & dicant. Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Non enim cepit se virtutis esse: sed perfecisse. Cœpisse multum est: ad vltimū autem venisse, paucorum. In casum bonum agitur, si ante vitæ terminum desertatur: quia frustra velociter currit, qui priusquam ad metas perueniat deficit. Ideo cursores paulatim in mane procedunt, & semper plus & plus proficiunt: & sic continuando ad terminum operatum perueniunt. Sed quidam sunt sicut leæna: quæ in principio parit multos catulos, deinde pauciores, & in fine sterilis efficitur. Sic etiam plurimi in principio operis sunt feruidi, deinde tepescunt & in fine prorsus inrigidantur, & deficiunt,

Sic turris incepta manet, vel deficit in bello: & victa manet. Hoc autem valde placet diabolo: qui super omnia conatur facere ne homo in bono opere perseveret. Vnde in Genesi dixit dominus serpenti. Tu insidias beris calcaneo eius, id est, fini, sic enim in omni re finis est præstator: & qui destruit finem, destruit omnibonum. Summe autem dolet, quando videt nos inceptis bonis operibus perseverare: quia scit quod cum perseverantia obtinemus quidquid petierimus à Deo sicut ille, qui petijt tres panes ab amico obtinuit, quia perseveranter petijt. Sic etiam Magdalena, quia in sepulchro perseveravit plorans meruit Christum prius videre iocundatū quam discipuli qui recesserūt, & reuersi sunt non perseverantes. Similiter etiam Christus turbam famelicam septem panibus satiauit: quia perseveravit cum eo. Misereor, inquit, super turbam quia ecce iam triduo sustinent me. Sicut enim nulla utilitas est feminum in principio florentium nisi maturescant: ita nihil valet ad salutem bene incipere si vsque in finem non perseveraueris. Cauē ne iridearis. Iam ad contextum reuertamur. *Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus.* Hinc clarè apparet, quod ad profectores vitæ perfectioris adduxit vtramque parabolam. Renūciat enim omnibus quæ possident non mandatur omnibus Christianis: sed tantum his, qui statum perfectionis quaerunt: de quo Christus hic loquitur, & ad quod propositam adduxit parabolam supra dictas. Ac si diceret. Ex quo non bene turrim ædificat, qui sumptus non præparat, nec securè occurrit, qui legatos non præmittit, ergo non potest meus esse discipulus qui omnibus non renunciat: sed volo, vt homo sese totum mihi dedat, nihil mihi proponat, & nihil ardentius diligit quā me: se ipsum non quaerat, sua non amet, sed meam voluntatem diligit. ¶ Aduerte autem quod in his verbis excluditur error Anabaptistarum, qui sicut olim Adamitæ & Apostolici, asseuerabant hominem non posse esse Christianum nisi renunciauerit omnibus. Quare Christus non dixit absolute, omnis qui non renunciauerit, sed omnis ex vobis, videlicet Apostolicis viris, & discipulis meis qui perfectiorem vitam essis profecti. Cum istis igitur Apostolis loquitur Christus, non cum omnibus. Abraham, Dauid, Iob, & alij plurimi diuites fuerunt & perfecti. ¶ Obser-

Gene. 3.

Luc. 12.

Iohan. 30.

Mar. 8.

1. Cor. 7.

Gene 3.

Dan. 13.

Gene. 39.

ta etiam quod multū distat inter renunciare omnibus, & relinquere omnia: quia renūciare omnibus, conuenit omnibus, qui licitè mūdus vtantur. Sic tenent quæ mundi sunt, vt non teneantur à mundo. Vnde Paulus. Reliquū est, vt qui habent vxores tanquā non habentes sint: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Relinquere vero omnia, perfectiorum est: qui omnia temporalia abijciunt propter Deum. Attende autem, vt omnino his mundi vanitatibus renuncies, vt tā sublimi dignitatis gradu Christi discipulus factus stuaris, omnem amorem tuum in Deū conuertere, & renuncia tui ipsius rerumque humanarū amor: perfectus enim Christianus nihil aliud nisi Deum amare debet. Nec debet quisquam credere amorem suū reudē esse collocatum, ob virtutes & merita illius, quem amat. Valde enim interest esse bonū, & esse bonū mihi: nisi quis tam infans inueniatur, qui dicat ego iudico esse bonum, vt mihi oculi eruantur, si aureo gladiolo, adamantino vel smaragdino fiat. Arbor paradisi bona erat: sed Eva ibi oculos perdidit. Susanna bona erat & sancta: sed illi senes propter eius amorem interierunt. Ioseph bonus erat sed illum eius domina offendit. Hinc conijcere potes quantum cauere debeas, ne alterius quæ Dei prouidentie habenas affectionis tuæ committas: qui solus sufficiens est, vt tranquillitate & quietudinem animi nostri affectionibus tribuere possit. Ideo in Deo solo amorē tuū constitue: separans te ab omnibus rebus, quæ Dei amorem nō referunt. Quid existimas te facere: cum omnia humana cōtemnis? Opus est cogitare, quas angustias relinquo, vt cœli latitudinē consequamur. Vniuersa enim terra respectu totius mundi, pūctus est: adeo vt si fingeremus terram locatā esse in cœlo stellarum, adeoque perspicuā vt quælibet aliarum stellarum redderetur: ex his locis inferioribus discerni non posset, propter eius exiguitatē, sunt enim decem & septem stelle, quarū quælibet maior est toto orbe terrarum centies & septies. Sunt etiā alię quadraginta quinque, quarū quælibet nonagies est tota terra maior: ducetæ & octo etiā sunt septuagies bis maiores. Alie ducetæ sexaginta quatuor, quinque septē tricies quinquies maiores æstimantur. Præterea ducetæ quadraginta nouē. Decies & octies ampliores dicuntur. Sunt autē hæ potestremæ animæ quæ quidē videantur, nongen-

tarum quin quaginta nouem stellarum, quas Astrologi notauerunt: de quibus intelligitur id, quod dictum est, quod minima stellarum visu notabilium est maior tota terra. Quod si respectu firmamenti, terra punctum est nimium: quanto minor respectu Empyrei celsentebitur? Quid igitur putas te relinquere, dum mundum contemnis, licet eius dominus esses vniuersalis. nisi angustissimum formicarum nidum, propter regiam & amplam cœli palatiam? Rex dominus est quin quagiesimæ vniuersi puncti partis. Tu vero quid relinquere potes, licet omnia tua relinquo? Parum esse existimares, huius mundi cœditatem relinquere, voluntati quæ tuæ, & amoris proprio renunciare: si considerare velles te à Deo vocatum esse, in Christi discipulum: vt cum eo simul veris magnisque cœli thesauris stuaris. Sed de his alias. Sequitur in contextu. *Bonum est sal.* Gustum non habet ille sanum cui sapiunt amara, & cui acida & insulsa dulcia & lauta videntur. Stomacho bili laboranti dulcia omnia, quasi amara videntur. Doctrina Christi eiusque suauissimus cibus animæ est: verū quotiescūque stomachus pleus est malorū humorū volūtas, quæ assesta a lilijs, porrisque, Ægypti cū mūdū effranato amoris, carnisque & sanguinis gustū percipere non potest. Ex lautis, suauibusque cœli dapibus omnis doctrina, eum defatigat, cibusque animæ sustinialis diuinumque nutrimentū illi nau scā facit, quo pinguescere quasi suo naturali cibo & nutriti in primis deberet: vitia autē & peccata dulcia & delectabilia iudicat. Cū dulce fuerit in ore eius malū (ait Iob) abscondit illud sub lingua sua, parcer illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. Optima est metaphora, qua hic vsus est Iob. Suscipis ore parū crustū alicuius rei, melle illite illud autē detribus guttere nō audes, imo potius parces illi sub gutture abscondis, & retines, vt paulatim liquecat, diutiusque sapor & gustus in ore maneat. O mundū perditū, quot peccatorū genera homines quaerūt & inueniūt varias peccati formulas & modos, quibus saporem peccati morētur, & vt delectatio tā cito non trāseat: Quot varietates inueniūt homines ciborū: quot modos ludendi seque oblectandi in omnibus mundi vanitatibus & turpitudinibus: Ideo bene ait Iob. Cū dulce fuerit malum in ore eius, &c. Inescantur in Dei offensionē, vt diutius manēte peccato in illis maiorē capiant voluptatem. Cum Christus gentibus

Iob. 20.

Psal. 3.  
Psal. 117.

2. Pet. 2.

prædicabat tam perfidus erat mundus, quam nunc est. Hoc autem magis exaggerare non possum. Homines gustum deprauatum habent: quibus dulcia amara, amara vero suauia videbantur. Huic igitur populo Christus prædicat: hasque animas diuino cibo pascit, cœlestem panem illis tribuens. Prædicauit autem illis ut ait Diuus Matthæus, octo paradoxicas in monte inueniens. Beati pauperes spiritu, beati mites, &c. Hic autem dicit D. Lucas, Dum dixisse illis, ut renunciarēt omnibus bonis suis, post hanc verò doctrinā de paupertatis amore, spiritus, & de diuitiarum despectu affirmant ambo Euangelistæ Dominū statim de sale verba fecisse. Matthæus ait illum dixisse Apostolis, vos estis sal terræ: Lucas vero hic habet dixisse. Bonum est sal. Vtrumque autem in idem recidit: ad idem quæ propositum tendit. Homines cupidi & auari & qui gustum deprauatum habent, & qui acquirendis diuitijs inebriantur, non delectantur audiendo. Beati pauperes spiritu, &c. Vel, Qui non renunciat omnibus, quæ possidet: non potest meus esse discipulus. Prædicatio paupertatis in suauis cibus est auaro & diuitiarum despectus: eodemque modo, iracundo, patientiæ: crudeli, misericordiæ: mundanis autem, qui adeo honores huius seculi amant: persecutorum amorem prædicare acerbum est. Itaque hic cibus acerbis illis videbatur, non est defectu. Euangelicæ doctrinæ à Christo domino nostro prædicatæ, sed eorum culpa & propter gustum auditorum deprauatū. Sic Paulus ob suam humilitatem se in istorum numero comparans dicit. Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Culpa est in me inquit Apostolus. Videns autem vnigenitus Dei filius, quam exiguū gustū ille populus ex eius prædicatione conciperet, oculos ad discipulos qui iuxta se erant conuertit, & ait. Vos estis sal terræ. Attendite discipuli mei Sal enim omnibus cibus saporem præbet: gens hæc gustū non inuenit in doctrina mea, sed eam esse insipidā existimat: quare vos, qui estis sal terræ & sapor, illis saporem date. Tanta bonitate vitæ quæ integritate esse debetis, ut videns mundus vitæ vestræ sanctitatem & perfectionem accipiat doctrinam & eam amplectatur, licet gustum iuxta libidinem suam in ea non inueniat. Boni motes prædicatorū, sal eorum doctrinæ est. Sicut Eliseus misit sal in aquas amaras quæ dulces factæ sunt: sic prælatus & doctor sua

bona vita & exemplo facit dulcem doctrinā quāuis populus eam pro amara reputer. Et quemadmodum prælati debent esse sal terræ, ut alios doctrina, bonoque exemplo saliant: ita eodem modo Christus sui exemplum dedit, qui verus est sal, tanquā sal se comminuens, ut laboribus nostris saporem immitteret. Cū venit Eliseus Hierico dixerūt ei viri ciuitatis. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse optime nostis: sed aquæ pessime sunt & terra sterilis. Tulit vas cū sale Eliseus, & misit salē in aquas & factæ sunt dulces. Hoc autem modo duo mala in orbe erant ante Christi redemptoris nostri aduentum. Alterū quod labores & tribulationes amare videbantur. Alterū quod erat in terris maxima fames & sterilitas. Sterilitati nec Eliseus, nec etiā Christus remediū adhibuit, vult enim ut famē Dei, desiderium quæ cœli patiamur. Imo ut cœlestia amemus, in terris nobis famē iniicit, ut anima nostra nusquā satietatem inueniat. Hoc enim pacto cœlū ardentius desiderabit, vbi plene satiabitur, iuxta illud. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Illud vero alterū malum videlicet aquarū amaritudinē sustulit, eas dulces reddēs. Vas quoddā nouum enim accepit, & in illud salē coniecit. Sic Deus afflumen Virginem Mariam tāquam nouum vas, in ea filiū suum vnigenitū deposuit, qui verus est totius orbis terrarum sal. Hic sal cū ortus est, statim in aquas tribulationū coniectus fuit: plorans enim & nudus exoritur, frigoreque, milliq; alijs doloribus, & angoribus ita affectus, ut dicatur in Psalmo. Saluū me fac Deus quoniā intrauerunt aquæ vsque ad animā meam. Quæ admodū sal in aqua comminuitur, eodem modo Christus laboribus passionisque suæ se cōterit iuxta illud Pauli. Semetipsum exinanuit, formam serui accipiens. Liquefactus est, tanquā sal in aqua. Hinc procedit nostrorū laborū & passionum suauitas, sicut de aquis Hierico, factum est: postea quam Eliseus salē in eas coniecit. Dominus Iesus cum doloribus suis tanquam sal se in aquas coniiciens, vitæ merore mortemque dulcē reddidit. Antequā hoc sal in aquas conijceretur pauci illis utebatur in potum, quare paucissimi fuerunt in veteri testamento martyres: verū postea quam in has tribulationū aquas amarissimas Christus Iesus verus sal coniectus est, maxima extitit virginum ad martyrium confluentium multitudo. Sic beato Stephano fuerūt dulces lapides torrentis, crux beato Andreæ, Agatha quo-

a. Cor. 1.

Ab. 4.

Psal. 16.

Psal. 37.

Prouer. 27.

Psal. 68.

Psal. 37.

Ab. 7.

quoque ibat ad martyrium quasi ad epulas inuita. Vnde Diuus Paulus. Sicut abundant Christi passionem in nobis, ita per Iesum abundat consolatio nostra. Sic de Apostolis ait nos-ter Lucas in Actis, quod ibat gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic denique omnes sancti Martyres. Solent viatores cum sitiunt, & per aestum iter faciunt si nusquā aquā inueniunt nisi in aliqua palude turbida & insipida: ut eam bibere possint, quandoquidem aliam non inueniunt, illam per aliquod colum, vel pannum transmittere, ut ita suauior & purior efficiatur & panni illius præsertim si aromatis, gariophyllis, cynamomo, & zinzibere infectus est, suauitatem referat. Eodem modo dolores, passionem, ceteraque vitæ mala, quæ de se amara & insipida erant postea quæ per Christum transierunt colata aromaticis eius diuinitatis odoribus, dulcia & suauia sunt, & ab omnibus maxima cum letitia & sapore potantur. Tu vero nisi gustum percipis ex his aquis & tribulationibus, & si de illis murmuras & conquereris, sit, quia Deo non appropinquas, eius suauitatem doctrinæ, morumque integritatem diligenter attendēs. Gustate & videte (ait Dauid) quam suavis est Dominus. Si paulisper in gustu Dei immorari velles, maximam suauitatem inuenies in omnibus illis rebus quas nunc pro insipidis & acerbis reputas. Vnde in Prouerbijs habetur. Anima satūrata calcabit fauim: & anima esuriēs etiā amarum pro dulci sumet. Voluit itaque Christus tanquam sal terræ conijcere & liquefacere se in aquis amarissimis tribulationum: & passionis, ut eas dulces redderet: nobis immatam famē relinquens, quam anima nostra assidue habet desiderans Deo, cœlestique beatitudinē satuari, ut hæc famēs desiderium quæ gloriæ appetentiam animæ nostræ excitet, ut abiecto terræ & mundi amore omnem suam curam in Deo, cœloque constituat. Hoc idem vult etiā Christus, ut prælati qui locum eius in Ecclesia obtinent, faciant, videlicet tanquam sal se comminuant, operamque impendant ut subditi sibi commissi saluentur. Sic Matthæus ait quod dixit eis, Vos estis sal terræ: noster autem Euangelista Lucas, bonum est sal. A deo adiunat prælatus, doctorem vel prædicatorem bona de eo audientium opinio, ut in conuisione asperimur etiam reprehensiones, quæ sua parte natura omnibus odio sunt, libentissimo animo & patientissimo audiantur: sicut dixi-

mus bonam concipiunt de doctore suo opinionem, eum non modo suauem, sed etiam authorem omnium quæ dicit esse videntes. Hæc autem verba ad prælatos, sacerdotes & doctores diriguntur: quos Christus sal vocat. Primo quia estres valde cōmunis: vbiq; enim sal inuenitur. Nulla est verula quantumuis pauper, quæ vel pugillam salis non habeat. Tam faciles & communes debent esse prælati, ut qui eos querant statim inueniant: tam comes, ut pauperes sine timore ad eos accedere possint, & egestates suas manifestare. Tanta denique debent esse benignitate, ut nemo eorum conspectum perhorrescat. Nunc tamē aliter fit. Sunt enim tam superbi & arrogantes ut nemo eos conuenire audeat: quod si eorum opera subditi in digent ad aliquam subleuādam egestatem vel necessitatem, Regijs principum longe à prælatis suis abstant, vbi propria negotia sua procurant. Si autem præfentes sunt, clausi ianuis viuunt, ad identiam quæ pauperibus nullam concedunt. Itaq; negotia subditorum quæ eorum magis propria sunt aliena iudicant nihil de illis curare. Nemoque eos audeat cōuenire. Hoc deplorabat Ezechiel Prophetā iniquiens. Vt pastoribus Israel qui pascebant semetiplos. Nonne greges à pastoribus pasceuntur: Quid hoc tibi vult. Iā pastores non pasceunt oves suas: sed viceversa, oves pasceunt pastores suos, illos quæ pingues & nitidos reddunt, oves vero tam macilentæ & exiles sunt, ut vix ovisibus hæreant. Cum austeritate imperabant eis & eum poterant. Secundo sal liquefit & consumitur: ut carnes sustineat & præferat à corruptione. Sic prælatus conficit & consumitur: genūque defraudare ut subditis indulgeat: illiborant, ut sui orientes & quiete: teinabit, ut comedant, humerisque suis egestates & miseria subditorum supportabit. Optimus enim ille prælatus: Diuus Paulus Corinthijs suis ita inquit. Ego libentissime impendam, & super impendam pro animabus vestris. Tāquam sal meliquefaciam & conficiam propter animarum vestrarum salutem, & cōsummare in vestram omnium utilitatem. Sed vbi nā sunt modo prælati qui hoc faciunt? Prouideat Dominus Deus omnis carnis hominem, qui sit super, &c. Tertio sal quāuis cibo saporem tribuit, austeritatem etiam habet. Si ore suscipis micam salis tibi linguā inflammari: & adurit. Sic prælatus suauitatem & saporem fragilibus pauperibus peccatoribusque contritis

Ezech. 34.

1. Cor. 12.

Num. 27.

& humilibus ostendere debet, eos pie & comiter suscipiens, seque humilem & ducem illis præbens: superbis vero & potētibus asperū & severū se exhibeat, itaque & suavitatē & austeritatem certis, propriisque temporibus habere debet. Heli sacerdos, reprobatus fuit in sacerdotio suo, infelicique morte interijt, ob suam nimiam mollitudinē, Sciebat filios suos, malis moribus esse, & nihil amplius dixit quam nō est bona fama, quam audis, plus enim facere debuit illos virga ferrea, summaque seneritate corrigens. Eodem modo & tu, si filiam tuā vides fenestram frequētare, non satis est si dicas, hoc deinceps nō facias, sed eam in cubiculum conjice, ibique summa vigilantia da operam, ut custodiatur. Alij vice versa, adeo asperi sunt ut Pharisei videantur qui misero Iudæ peccati sui pœnitenti tam asperē responserunt, ut illorum asperitate læcessitus desperavit, seque suspenderit. Quare utrūque prælati bonus suo tempore & cum viderit expeditē facere debet: quanquam nunc de cōtra ratio omnia hæc in mundo transeunt prælati maxima potentium peccata dissimulatis, leuissima vero pusillorum hominum delicta severissimè, maximaque cū arrogantia plectētibus. Quare vult sal dicere, illique prælatos comparare, ut humiles essent. Cupit enim Deus ut prælati in dignitate, illa summa cōstituti meminerit quis esset antequam ad illud statum pervenisset, ut quid quid boni aut honoris habeat Deo acceptum referat: per se enim nihil nisi fragilitatem habet. Sal est quædam aqua salsa, pigra, & cohibita, nam albedinem, & quidquid boni habet à Sole accipit. Sic tu doctor aut prælate nihil aliud es quam quædam aqua sua apte natura vilis: dignitatem enim literarumque cognitionē quam habes, à Christo iustitie sole accepisti, nam omne datum optimū de sursum est. Vult igitur Deus ut Episcopus aut doctor quilibetque alius domus suæ minister, non obliuiscatur quis antea esset, quam esset sal coagulatus, id est, in tali dignitate constitutus. Lucifer non habuit in memoria cum se in tanta dignitate vidit positum, quod erat creatura: quædam de nihilo creata: & ideo suæ perditionis causa fuit. Meminit dignitatis, & non meminit essentia: à Deo date. Noluit Deus Adam nisi de lauto conficere, nec illud quidem de terrenoparadiso sumpsit: ut cunctis aliquando in aliquo honoris gradu videret, meminisset quæ de materia fuisset cōstitutus, nihilominus in Dei man-

1 Reg. 4.

Matth. 17.

Jacob. 1.

Genes. 2.

dato inobediens est. Esaias. Assur virga furoris mei. &c. Dixit autem Assur in fortitudine manus meæ feci. At quoniam minister Dei ab eo missus in illarū gentiū vltionem superbit à Deo asperitū punitus est, ut videre poteris in decimo capitulo Esaiæ. David autem quia in dignitate cōstitutus regia, eodē modo se extulit conueniens Propeta illi in memoria adduxit, quid antea quæ rex crearetur fuisset dixitque ex parte Dei. Ego te vngi in regem super Israel, &c. Nō habuit in memoria Saul se fuisse à Deo exaltatum de minima tribu Israel: & ita superbia se extulit, ut Deo nō obediret, A malech nolens occidere. Vt igitur cognoscatur verus prælatus, à Dño Deo nostro salī comparatur. Si homo literis dignitateque ornatus nasceretur, nemini, que est eius superbia, auscultaret: quod ne fieret voluit Deus ut lugens, cæcus, & mutus nasceretur, ut humilitatem suā cognosceret. Iacob vidit sacalā quædam, altera parte cœli, altera terram tangentem. Sic prælatus, Ecclesieque minister, per quē quasi per scalam omnes ad cœlū scandūt, partem in cœli cōtēplatione habere debet, secū perpendens omniū dignitatum summitatem & perfectionē Deum esse: partem vero animi sui in terra debet desigere, ut miserā, exiguitatemque suam, cognoscat. Sic Paulus. Gratia Dei sum, id quod sum. Ex huius rei autē obliuione multa apud prælatos mala reperiuntur: habeat enim rationem sui familiarumque suarū. Dei autem nec rationem nec curā habent. Ionas sui supra modū rationē habuit, nimisque operā dedit, ne eius opinioni apud homines derogaretur: credēs quod si Deus misericordia & pietate sua (qua sepiissime vltus est) sententiā suā reuocasset, se vanū & mendacē habitū iri: quare quia hanc curā, rationemque nimia suarū rerum habuit, Deique honoris oblitus est, omnia illi aduersa fuerunt. Heli etiam quia maiorem habuit rationem filiorum sanorum, quos supra modū deamabat, quam officij quod præstare tenebatur, iniquus sacerdos habitus est. Et in Canticis est. Aperi mibi, &c. Respondit. Expolui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, &c. Vt sibi prospiceret, Deo non aperit. Ideo vos estis sal. Meminitote vos ex vobis nihil habere: nam quid quid boni habetis, à Domino Deo est. Ideo ne obliuiscamini rerum diuinarum: sed potius vestra omnia propter Deum relinquitē. Quinto sal cum in vulnus conijcitur aut imponitur, pruritu suo vulnus acerbatur, etiam si eius

Sen. 3. Esai. 10.

2 Reg. 12.

1 Reg. 9. 1 Reg. 15.

1 Cor. 15.

Ionas.

1 Reg. 2.

Cantic. 5.

eius sanitati vtilitatem afferat: parti tamen sanæ integræ carnis non nocet, nec vllam molestiam infert. Itā & eodem modo correptio doctrinaque prælati, aut prædicatoris non molestat nec fatigat eum qui sanus & integer est, sed iniquum tantummodo. Maximum igitur est iudicium te esse malum quandoquidem de prædicatore murmuris & quereris, eo quod te reprehendit. O maximum malum. Sunt in animis hominum vulnera infixa adeo corrupta & putrefacta ut salem reprehensionis nō patiantur. Vnde Paulus. Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amates, &c. A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Nolunt veritatem audire, nolunt reprehensionem ferre: sed tanquam illi de quibus Esaias ait. Dicite nobis placentia. Sed iam huiuscemodi rei tempus abiit, mundus enim in peius ruit indices: quare etiam si sal tibi molestiam inferat, tamē nihilominus vulneribus tuis est imponendus, quia & temporibus Christi mundus tam corruptus erat ut diceret Christus. Vobis, qui estis sicut sepulchra dealbata, & Ioannes Baptista vocabat eos genimina viperarum. Nunc vero cum multo corruptior est, & deterior: quid vultis dicā vobis, &c. Murmuratis quia reprehensio non macerat & dolorem infert, sed vobis. Sæpe numero video, optimeque intelligo prædicatorum & religiosorum iniquos mores, vitamque iniustam, murmurationem vestrarum causam existere: quare ait Christus cum sal euauerit ad nihilum valet vltra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus: & ita omnibus despectui sumus, omnesque de nobis detrahunt: sed vobis qui hoc facitis. Dominus loquitur per Esaiā. Assur virga furoris mei. Deus non punit, linguarum vestrarū flagello: sed vobis Assur, sicut puluis, &c. Vos estis tanquam scopa, qua nos Deus mundificat: sed vobis qui detrahitis de prædicatione, puniuntur tanquam Assur, ut Deus hic per Esaiā dicit. Mitter dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & subtrahet gloriā eius succensa ardebit, quasi combustio ignis suscitabit super eum Dominum exercituum flagellum. Sexto sal sapore datur: nā olla bulliciens sine sale insipida, coniecto sale bene condita & lauta redditur. Sic si paupertas amara subdito videatur, conijcete in illam. Item si in iunio aut pœnitentiā subdito tuo insula apparet, conijce te in illā, & fac idem quod alio-

2 Timo. 4.

Esai. 30.

Matth. 23. Matth. 3.

Esai. 10.

facere vis, in omnibus rebus omnes antecedens: ut subditi qui te anteire virtutē & religionē cōspexerint, primūque labores omnes suscipere ea quæ antea amara iudicabant, dulcia deinceps reputēt. Ita Ionas iussit se in mare conijci tempestasque statim cōpressa est. Ministris Dei, vosque omnes qui munera diuina exerceis cōijce te vos in istas laborum omnium vnda, cessabuntque murmurationum & scaldalorū, quæ subditi vestri propter vestros malos mores capiunt, repestates. Sed multa sunt in Hispania sine sale salina: quam plurimæ Ecclesie sine rectore. Quarit vidua Episcopum, ut egestatem suā exponat, remediūque aliquod sibi imploret, & nō inuenit: est enim in regia, aut alibi, & non adest: ut miserorum necessitatibus subueniat. Quod si eum inuenit, non saluum, aut facilem, sed adeo insipidum, acerbum, & superbum, eum esse experitur, tā diffidit illiusque moribus ut coram eo toto corpore contremiscat, nedum aliquid auxilij consequatur. Hoc est maximum malum: videlicet ut sal non saliat, id est, prælatus, officium suū saporem tribuendi non præstet: atque ideo sequitur in contextu. Si autem sal euauerit in quo condiretur? Intellige in quo condiretur ipse sal. Si subditus peccauerit, à prælato corrigietur: verum si prælatus peccauerit, quis corrumpiet illum? quod remediū habebit? Nullū. Quare non debet referri illud in quo condiretur ad cibū, sed ad ipsum salem. Ideo in Marco habetur quod dixit Christus. Habete in vobis sal. Videlicet ut vestra apte natura, vestroque Marte & industria illū habeatis. Nemo enim illum vobis dabit salem si peccaueritis, quem admodum subdito peccanti: quia illi accipiet salem à prælato, sed non prælatus ab alio. Pastores salē seruant ad curandas oves suas: prælati que ad curandos subditos suos. Sed si pastor vel prælatus curatione indigent: quis eos curabit? Hoc valde consentaneum est ad illud quod in Ecclesiastico habetur. Quis medebitur mordere aliquem intenderit, ab incantatore cantabitur: sed incantator, anteaquam serpente cātare possit, ab ea morsus fuerit, quis serpente cantabit? O magnū malū & inauditū. Medicina iā venenū facta est, illique tibi nobis medicamenta adhiberi erant, ægrotant grauius, penuriamque medicinarum & curationis patiuntur: & ab alijs curati indigent. Hinc vere dignoscitur & aperitur maxima quædam vulgi amentia & infania. Nam si vident homi-

Ionas. 1.

Mar. 9.

Eccle. 12.

mines Episcopum, monachum, aut clericum in aliquod crimen incidisse, quod scdali causam debeat, letantur, fabellamque ad inuicem, inter se religionibus illudentes commemorant, tanta perfusi lætitia, ac si magnum aliquod gaudium memorarent, iustiori de causa susceptum. Insani quæso dicite, si hæc ciuitas corrupto aeris spiraculo (quod dominus auertat) laboraret, omnesque tabifica contagione tacti iaceretis, semianimes: non molestos ferretis, mitumque in modum doleretis, si vestras ad aures perueniret, medicos & chirurgos in quibus solis omnium vestrum salus supererat, grauiter egrotare: Quare ergo in infirmitate sacerdotum & religiosorum tantopere letamini: qui medici sunt spirituales animarum vestrarum, cum aduersa animæ laboratis valitudine: Si saperetis, cum audiissetis aliquod cuiuspiam sacerdotis peccatum, lachrymas guttatim deberetis effundere: omne enim illud malum & incommodum in vestrum damnum & præiudicium recidit. Maximum est incommodum, & quod sicis oculis spectari non potest. Locus est omnis serpentum plenus omnibus incantatoribus qui eas cantare debent, mori manus curationi adhibere non possunt, prelati & religiosi, qui mederi populi flagitijs multo maioribus criminibus obruti viuunt. Scholasticus qui scientiarum expertus est multa audiendo & legendo, quotidianaque prælectiones in scholarum Gymnasijs, discens, doctus & peritus omnium facultatum euadere poterit. Verum qui postea quam doctoris gradum attigit adhuc ignarus est, eorum quæ tandiu incolauit: quid remedij vobis calescat, habebitis nihil. Nam doctor creatus non poterit quasi scholasticus lectionibus interesse: & ita semper erit inscius. Eodem modo subditum iniquum prelatum corriget, vitamque eius emendatam reddet: Verum prelatum improbum cum à nemine corrigi poterit, semper in improbitate sua manebit. Obserua autem quod non dixit si salis committitur, aut huiusmodi fuerit, sed si sal euaduerit, aut insanierit: quia grande periculum salis est à vanitate aut insanitia. Cum enim prelati in gradu sint excelsi & videant se esse doctores populi & magistros, ipsa eos celsitudo vanos reddit, ipsaque sua scientia inflatos, & vanos, & fatuos, natura dignitatis loci homines vanos facere solent. Exemplum habemus in Lucifero, Pharaone, Nabuchodonosore, Saul, & Amanzeu gratia Regis Assueri euauit,

in alijsque multis. Scientia etiam (vt Paulus dicit) inflat. Graue ergo periculum est si sal infatuatur. Sed nunc quid aliud videmus, nisi prelatos elatissimos & arrogantisimos? Hoc autem malum eo grauius est quod putant ipsi bonum & licitum esse atque expediens, propter authoritatem & decentiam status: atque ideo irreparabile malum, quia videtur eis ipsa seculi altitudo, & elatio, necessaria esse pontificiæ dignitati. Quomodo ergo medebimur malo illi quod qui habet græde credit habere bonum? Insanus medicus manus renuit, quia cum insanus sit, sanum se esse putat, itaque nunquam curatur. Prædicatores his nunquam profunt reprehensionibus suis, quia cum se literis præditos existiment, officiumque suum iugiter præstare, si forte reprehenduntur in aliqua re, queruntur, & in prædicatores tam hi, quam improbi clerici & Episcopi audaciter inuehuntur. Ego quidem mallem in deserto viperis, & scorpijs prædicare, quam huiusmodi hominibus: qui cum vitam non emendant, perfectionibus suis prædicatorum doctrinam eleuant, fructumque impediunt, in aliorum animabus faciendum. Primo libro Esdræ habetur quod Artaxerxes Rex præcepit procuratori domus suæ vt daret ex thesauro suo Esdræ sacerdoti quantitatem quandam argenti, olei, tritici, sed sal præcepit ei vt daretur absque mensura. Sic prelati famulos, argentum, cibum, omniaque parce & moderate impendere debent: saltem vero sine mensura. Exemplum bonæ vitæ, doctrinæ, & prædicatio effusissime, sine vllaque mensura infusi debent: eorum enim debet esse maxima veritas & abundantia apud prelatos. Verum nunc multo aliter sit, apparatus, famulorum, equorum dapum & conuiuiorum, nimium, sine ordine, sine limitatione, sine mensura, aut delictu: doctrinæ vero sanctorum quæ sermonum parum, multa parsimonia, & limitatione, adeo vt non paucis in locis sacra concio semel in anno tantummodo populo exhibeatur. Præcipiebat Deus vt qui in aliquam seruum deperiret, eam vxorem ducturus, vestem illi detraheret, vnguesque & capillos raderet. Sic & eodem modo & tu, vt cum Ecclesia vero matrimonio copuleris, quæ de serua Christi redemptione libera effecta est: aduerte te esse Episcopum, vt ei vngues, & capillos omniaque superflua, aurum, argentum & famulos, vestes, apparatus & vanitates eripias, eam que nudam in vxore accipias. Quamquam nunc ne-

1. Cor. 8.

1. Esdr. 7.

Dente. 22.

mo

mo iam Ecclesiam propter Ecclesiam concipiit, sed reddituum, auri, & argenti, & vestimentorum concurrentium causa: quare tam pauci modo pij, & aliqui prelati in Ecclesia Dei reperiuntur. Hi igitur insani tanquam sal infatuatus & euanesces nullo remedio, in infirmitate sua, & insanitia curari possunt. Quid igitur de his fiet, quid boni huiusmodi prelati aut doctores ex sese præstare poterit? Audi Dominum. *Nec in terram, nec in sterquilinum vile est sed foras mittetur.* Vinum si corruptur acetum fiet, ex veste bombicina attrita calcei fabricantur. Equus mancus cisternæ rotæ alligatur, vitæque præstac ministerium, quin etiam & mortui corium vile est: Elephantorumque ossa conducunt. Verum sal postea quam corruptus est prorsus inutilis redditur, & ad nihil valet. Nihil est inutilius minoribus, & ad mentem, quam sal corruptus & euanesces: ita nihil est deterius aut inutilius malo prelato. Non mihi satis perspicuum est, quæ causa sit, vt talis prelati à terra sustineatur, in Deoque patientiam inueniat. Si subditus malus est, vni ca tantummodo anima deperit, verum si prelati est malus, ipse cum alijs quam plurimis qui malo eius exemplo scandalizantur intereunt. Quare nihil est deterius improbo prelato, aut inutilius. Si quinquaginta sunt terga forte comparaueris, tribus item salis ad ea sal lieda simul emptis modijs, & acciderit sale non recte naturam suam in illis salientis ostendere, vt salis defectu corruptatur, & in sterquilinum mittantur, quæro, quid amissum est: non saliente sale: Facta est tantummodo iactura trium aut quatuor aureorum, quibus sal emptus est: minimè, multo enim maior fuit iactura. Corrupta enim sunt, quinquaginta terga suum, quæ plus centum aureis emunt. Ita prelato malo existente plura amittuntur, quam si tantummodo prelati sui iacturam faceret: nam quod subditos suos à corruptione non præseruauit bonis exemplis & moribus, ipse in infernum descender mille animas secum damnatas ducens: vt eum in pœna sequantur ducem, quem in vitis malis que moribus prelatum imitati sunt. Quare aduertendum est quod eodem modo, quo Episcopi arrogantes & superbi maxima famulorum ceterua stipante, vicatim incedunt, in infernum nihilo minori turba insequente damnatorum qui ignorantet, & ex defectu doctrinæ peccauerunt, mittentur: se quentibus cognatis, viciosissimis, quibus multa dum viuunt in dig-

nis beneficia Ecclesiastica abutenda permiserunt, mulierculisque inopia reique familiaris penuria, quæ se prostitu erunt, cum à prelati illis negligentissimis sustentari in virtute & pudicitia, eorum egestate subleuata possent. &c. Maxima igitur turba huiusmodi prelatos consecretabitur. At tunc igitur quod tenoris multorum animarum rationem reddere: alioque vitæ tuæ doctrina & exemplo salire & meliores facere. Cum ergo hoc ita sit quis est tam mentis inops, vt prelati dignitatē concupiscat? Quis est qui alijs imperare velit? Diuus Bernardus est sanctissimus esset, subditosque religiosissimos atque optimos haberet, nihilominus tamen labores suos deplorabat dicens in quodam aduersus sermonem. Hei mihi quia vas sanguinis Christi mihi commissum est. Quid putas animas esse pretium sanguinis Christi qui pro illis effusus est: & ita pretij æstimabilis sunt. Si tibi forte daret vas vitreum Christi plenum sanguine, in cruce suffi, propter nostram omnium salutem: nonne illud summa diligentia custidires: nonne illud maxima reuerentia seruares, totoque corpore contremisceres ne aliqua gutta in terram decideret? Profecto illud in loco tutissimo constitueres, quo nemo posset appropinquare. Attende igitur prelate, vas Christi sanguinis tibi esse commissum: non vitreum, sed carneum, fragile & corruptibile. Vas vitreum si à nemine tangatur mille annos poterit durare. Attende igitur istas animas quæ sanguine Christi emptæ sunt, tibi commendari, quæ cum sit fragilibus vasis incluse adeo, vt nemine etiam tangente nullo vulnere aut ictu suapte natura corruptantur, maximum periculum tibi incumbit eas tueri. Paulus. Habemus thesaurum hoc in vasis fictilibus. Si ergo vitreum vas sanguine Christi plenum quod mille annos durare potest tibi commissum tanta cura asseruares: quanto potiori iure summa diligentia eniti debet, vt tot animas, tam fragilibus vasis incluse nulla iactura custodiantur? Verum tamen quot sunt, qui impudentissimè, effusissimæque conscientia prelaturas suscipiunt, & ad ministrant, non animaduertentes quam astricta obligatione teneantur ad virtutem? Quis esset adeo insanus qui per aliquem montem transiens, pastorem videret vere sub umbra recumbentem roboris aut quercus & ob illa minima voluptatis momenta cum illo vellet manere pastorem que factus equitis habitum deponere non dubitaret? Pastorem vita admodum

Bern. ser. 3. aduenius.

2. Cor. 4.

Gen. 31. dum est laboriosus, & ita Iacob, qui pastor erat depicta est. Die noctuque vigebar gelu, somnus fugiebat ob oculis meis. Quam plurimi vt ad hominibus dominationis nomine appellerentur, ob exiguaque mundi delicias officium pastoris laboriosissimum sibi comparat. vide igitur qualem habeas obligationem: teneris enim esse omnibus alijs perfectior, eo quod omnes oculos in te conuersos habent, actionesque tuas obseruant; peccataque hominum priuatorum & vulgaria sunt quasi quaedam in pede aut manu notae, quae facillime occultari possunt. Praetatorum vero criminata tanquam stigmata ori iniusta ab omnibus non conspici non possunt. Sed de his satis. Ia

ultimum verbum huius capituli audiamus. Qui habet aures audiendi audiatur. Loquebatur Christus de praetatoribus Ecclesiae, qui ferè nunquam corriguntur sed potius indignantur aduersus praedicatores, eos arguentes ideo dicit vt audiant. Rari enim sunt inter ipsos, qui quauis habeant aures applicent illas ad audiendum verbum Dei, nam putant omnia scire & quod ab omnibus tanquam dii sunt adorandi. Ideo propter raritatem dicit, qui habet aures audiendi. Habent aures mentis, sed non ad audiendum Spiritus sancti vocem, vt faciant mandata eius. Sed iam nunc ad explanationem capituli decimi quinti accedamus.

CAPVT XV.



PERPENDENS Dicitur Paulus causas quare Dominus noster Iesus Christus in tantam humilitatem & abiectionem in mundum venerit, potissimum aut fuisse remedium, salutemque omnium peccatorum: Christus (inquit) Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Nam nisi Adamus peccasset, quanquam Christus ad extollendam humanitatem, illamque praedestinationis aeternae beandam, nihilominus erat venturus, & vt operibus nostris vigorem daret: tamen in carnem passibili non descenderet nec tanta abiectione, varijs frigidis, sitis, inedia, aestus, & mortis aliorumque incommodorum supplicij obnoxius. Omnes enim in labores, qui bus Christus dum viuere affectus, medicinae praesentissimaque plagarum & peccatorum nostrorum fomenta, extiterunt: quod si nulla fuissent peccata, opus non esset, vt Christus tantis miserijs se subijceret. Vnde beatus Augustinus. Tolle morbos, & tolle vulnera, & nulla est causa medicinae. Et ideo quia homo peccauerat expediebat, vt Christus quasi medicus, malorumque nostrorum reparator descenderet. Et ideo ait ipse. Non veni vocare iustos, sed peccatores Et iterum. Venit filius hominis saluum facere quod perierat, Esaias quoque de Messia Prophetans ait. Ad annuncian dum mansuetis misit me, vt medetur contritis corde. Quae verba in superiori bus Euangelista noster Lucas narrat, quod

Christus dixit, quod de se ipso fuerant pronuntiat. Hoc erat Christus officium, quod Christus exercebat, & ad quod exercendum in mundum venit. Accedit enim ad paralyticum ante omniaque illi dixit, Remittuntur tibi peccata tua, Magdalenae etiam dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Etiam paralytico, qui erat in piscina, mulierique adulterae, alijsque quam plurimis confirmauit. Videntes igitur publicani & peccatores maximum, quod ex diuina Saluatoris nostri praedicatione commo dum perciperent, illaque regalia praecordia quibus omnes peccatores suscipiebat, considerantes exiniamque benignitatem & amorem, quo medicus ille caelestis infirmitatibus medebatur, peccataque remittebat, alleciti, ad ductique tanta bonitate, suauitate & dulcedine, eum quocunq; iret insequerantur: vt salutis verae via dirigerent. Hoc est, quod sanctus noster Euangelista ait. Erant autem ei appropinquantes ei publicani & peccatores. Cui taurus carcere, quo detinetur solutus in forum, vel in arenam vi maxima erumpit, nemo propius accedere audeat: qui vero prope taurum sunt retorquente tauro caput, statim maximo terrore fugiunt, in vallum que, seu quaeunque alia receptacula se coniungunt vt vim in cessentis Tauri deuntare possint. Verum si postea taurus curru fortiter astringatur vel iugo subijciatur, quilibet impune, comminus accedit, vt vel etiam puer cornu audeat tenere. Hoc igitur modo in lege veteri nemo Deo appropinquare audebat: nam quasi taurus ferus temere accedentem interficiebat. A cessit

1. T. m. l. Aug. ser. 9. de verbis Apolt. Math. 9. Luc. 19. E. sai. 61.

Luc. 4. Math. 9. Luc. 7. Ioan. 7. Ioan. 8.

2. Reg. 6. 1. Par. 1. 26. Leui. 10. Exod. 19. Psalm. 93. sit ad Deum Oza, arcamque tetigit, statimq; intus. Accessit Ozias, indebere, & leprosus factus est. Accesserunt etiam Nadab, & Abiu, filij Aaron, offerentes ignem alienum: & statim mortui sunt in cornibus tauri. Et cum Deus voluit legem dare populo Israel, dixit Moses populum ex parte Dei. Cauterè ascendatis in montem, neque tangatis fines eius: omnis qui tetigerit montem morte morietur. Quare non modo proxime accedere non audebant: sed nec etiam vno interposito millario: nam sicut taurus ferus appropinquans interficiebat. Ideoque David dicebat in Psalmo. Deus ultionum Deus: Deus vltionu liberè egit. Veru postea qua amorem vitus se humani tati tradidit, naturaeque humanae iugū subijt, hominu charitate deuictus, tanqua agnus mansuetus factus est, aded vt publicanos, peccatores, metretices, latrones, claudos, cacos, & paralyticos, leprosos & medicos, caeteramque miserorum hominu turba facillimo animo accipiat, summoque amore complectatur. Ita omnes in illo misericordiarum parente auxilium & solatium inueniunt. O beata felicitate tempora. Quis hoc audire potest, cui non praecordia desiderio labefactetur? Quis est aded durus, vt non tanta bonitate & pietate & misericordia domini molliatur? Nemine filius Dei rejicit, nullius plagae aut miseriae illi nauseam mouere possunt: sed cum sit summa bonitas & munditia, facili, alacrique vultu, luxuriosos, abominabiles, & turpes peccatores accipit, qui ab eo non modo morte aut aliquo supplicio non afficiuntur, verum vitam consequuntur. A nec in veteri lege nemo audebat appropinquare. Adamus se abscondit & cum audiuit vocem eius fugit: hi autem cum multo sint maiores peccatores audita filij Dei voce non modo non se abscondunt, sed potius appropinquant, vt audiant illum. Nullam confugium reliquit Deus miseris peccatoribus tempore diluuij, nec Sodomitis, Pharaon etiam rex Aegypti ita cum omni exercitu suo aquis maris interclusus fuit, vt nec retro, nec ante vllum remedium inueniret, quo effugere posset interitum. Nunc vero tantum habent asylum & confugium peccatores: quia idem Christus refugium & defensio, medicina, & venia, peccatorum. Vide nunc illum ante quem omnes Angeli tremore contremiscunt, in tantum se humiliauerit, & sublimi sua maiestate, seueraque iu-

sticia, ita exinanierit, vt etiam publicani & peccatores ad eum accedere ausi sint. Vide etiam quomodo sicut ad David conuenerunt omnes olim, qui erant in angustia constituti, & oppressi a re alieno & amato animo, & factus est eorum princeps: sic omnes miserabiles conuenerunt nunc ad Christum, quem videbis vndique circumseptum gentibus miseris, qui factus est eorum princeps, defensio & confugium. Videbant benignitatem illam qua illos accipiebat, illamque familiaritatem & conuersationem Christi considerantes, animosiores & alacriores reddebantur, vt eum quarerent. Qui perduces aut coturnices venari intendunt, illicem carum simulant. Eodem modo Christus cum publicanis & peccatoribus manducans & conuersans illos ea consuetudine, quasi quodam illice Deo, venabatur. Quando aliquis princeps venarum procedit & vel aprum, vel cesuum, aut feram quantuncunq; capere vult, cum suis vniuersum montem circumspicit & vniquisque separatim suo in tamine locatur, qua feram transirentem existimat: at dominus locum, capit communiorem, quae feris frequentissimum transentibus esse existimat, vt cum transire feram eo senserit propria manu interficiat. Non aliter peccatores huius mundi saltus pererrant, prorsus ab omni intellectu alienati, non inuenientes pericula quam plurima non modo in altero seculo sibi parata, sed etiam in hoc ante oculos proposita belluinas libidines suas insectantur vsu rationis obliti, non vt homines, sed vt bestiae, sensualitati roto pectore, totisque viribus suis dediti. Descendit Christus Dominus noster gloriae Rex, a summa caelorum se de in terram vt peccatores venetur: & ne venanda terreat, animalia, colosem campi induit. Nam vt ait Apostolus, venit in similitudinem carnis peccati, & habitu inuentus, vt homo. Venit in habitu peccatoris, & forma peccatoris, ne ab eo fugiant peccatores. Et quia sunt quam plurimi, operibus pietatis & misericordiae dediti, constituit Dominus in quadam statione seu limite Abrahamum quendam, qui eos venetur: est enim humi sicut venator talibus feris captendis aptior, qui eo peruenientes eleemosynis pijsque operibus saluentur. Praeterea quia sunt nonnulli ieiunatores, poenitentes, amatoreque solitudinis, in alia statione Ioannem Baptistam locat, vt penitentia sua & cilicio illius generis

1. Reg. 22.

Phila.

Gene. 18.

peccatores lucretur. Ita ceteris in vniuersum montem alij quam plurimis famulis obfedit, qui pro diuerfitate locorum, ingeniorumque fuorum & viriū varijs modis virtuti operam nauantes, varijs moribus homines cape- rent, vt vnusquisque iuxta naturam fuam faci- lius faluaretur. Sed princeps Chriftus Iefus frequentiffimo in loco fedet, quo plures ferè deueniunt homines, fcilicet, qui dum in hu- ius vita falutibus luftitque vagantur, non iniu- ria ferarum noimn fortuantur: Sedet igitur dominus, excurbatque in illa frequentiffima ftatione, mediocritatis videlicet: nam nec Io- nis Baptifta aufferitatem viuendi in exteriori- bus actionibus corporis delegit, quia in deser- to plus quadraginta diebus non est moratus: nec nimiam aliorum fanctorum hominū mollem & delicatam nimis vrbaneitatem admi- fit: fed agens, conuulfusque cum peccatoribus cum illis difcumbebat, & ambulabat, vt egrum animas Deo lucraretur. Hec est caufa quare doctores dicunt, Chriftum communio- rem vitam elegiffe, videlicet vt plures pecca- tores venaretur doctrinæ fuæ facilitate. Nam fi D. Paulus dicebat, omnia factus fum omni- bus, vt omnes ad me traham: quanto melius hoc præftare poffet Chriftus: pofuit fe in loco communi, & in ftatione, qua plurimæ ferè tranfite folerent: & ita cum videbis circumfe- ptum vndique publicanis & peccatoribus, qui ad eius fibilium & illicem concurrentes in manus illius incidunt: & ita interficit domi- nus in illis omne id quod est mundus, aut ca- ro, aut peccatum, vt Chrifto viuât veram gra- tiæ vitam. Ex omnibus officijs nullum maio- rem patientiam poftulat, quam venatio. Opus eft enim, vt patientiam habeas nec te tædeat, expectandi quantacūque feræ ceffationem faciant: nam fi feftinas tempusque idoneum capiendi expectare non vis, nihil vnquam ve- nabere. Si perfeueras, manefq; expectans do- nec fera irumpat cum minime reberis, tene- bitur fera, cum tu iam tædio affectus despera- re venationem cœperis. Quæ lingua fatijs ex- plicare poffet Dei patientiam, qua conuerfio- nem peccatoris expectat, vnum aut alterum annum, tertium aut etiam plures, clamans, vō- cans, infpirans, diuerfis que modis alij pecca- tores ad fe alliciens: Immemfa eft igitur Dei pa- tientia, qua erga homines vtitur. Nullus vena- tor eft, qui diutius venando expectet, quam Chriftus peccatores expectat. An diuitias bo- nitatis eius & patientiæ, & longanimitatis cō-

1. Cor. 9.

Rom. 2.

temnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit? Secundum autem du- rritiam tuam & cor Impenitens ihelaurizas ti- bi iram in die iræ, & reuelationis iufti iudicij Dei. Diuitias vocat Paulus quia cum tā mā- la quotidiē faciant peccatores, folet suum oritur facit fuper bonos & malos: & patienter fuffinet, & blandiens multa bona largitur, vt ad poenitentiam per beneficia prouocet. Diues eft & longanimitis: quia ad poenitentiam expe- ctat per multa tempora. Tertullianus librum de Dei patientia elegantiffimum fcribit, vbi monftat nihil in eo diuinius aut mirabilius, quam cum facta mortalium improborum to- leret, ac miferetur. Videntes itaque publica- ni & peccatores hanc benignitatē, erāt ei ap- propinquantes. Appropinquemus etiā & nos ad Chriftū, horū exēplo, qui tā lōge recessimus ab eo per peccata ficut admonet Elaias dicēs. Quarite dominum dum inueniri potest, in- uocate eum dum prope est. Iacobus quoque Apoftolus hoc idē fua det dicens. Appro- pinquate Deo, & appropinquet vobis. Que- res magno in dīctio est, quod peccata lōge nōs à Deo abducunt: quemadmodum Dauid di- xit. Longe à peccatoribus falus. Elaias etiam. Iniquitates noftre diuiferunt inter nos & Deū noftm. Et Paulus ad gentes. Aliquando eratis longe, facti estis propē in fanguine Chrifti. Ve- rum qui lōge fumus per peccatum, appropin- quabimus ei per dilectionem. Duo extrema funt, interfe maxime diftantia quorū alterū. Deus est, alterum tu: voluntas que media in- ter vtrumque fedet. Vnde quo magis ad Deū accedit eō magis à nobis recedit: & quo ma- gis nobis appropinquit, tanto longius à nobis feperatur. Quare tantum hæc voluntas ad Deum accedere potest, vt nos omnino dese- rat. Rurſus rātum ad nos approximari potest, vt profus Deū derelinquat. Tantum ac cefse- rat Apoftoli voluntas & animus ad Deum, tā- que ab fe recesserat, & ab alienata erat vt dix- erit. Viuo ego, iam non ego. Homines fancti quia valde Deum amabant, Deoque erant ad modum propinqui, longe ab fe erant: fiquē oblitū, & negligentes, rapti, & eleuati in Deū viuēbant. Sed quoniam mundus eos aliena- tos esse videbat, & in omnibus externis actio- nibus fuis quafi mortuos, illos infanos iudica- bat, vt Apoftolus de fe & socijs fuis ait. Nos ftulti propter Chriftum, vos autem fapientes, &c. Quanto quis magis Deum diligit, tanto minus feipsum amat: & quāto magis fe amat,

Matt. 5.

Esa. 55.

Iacob. 4.

Pfal. 118.

Esa. 59.

Ephe. 2.

Galat. 2.

1. Cor. 4.

tanto

tanto minus Deum diligit necesse est. Quare non pauci sunt peccatores qui ob id, quod voluntatem suam nimis ad se trahunt, fundi- tus in Dei contemptum, sacrarumque cō- cionum odium incidunt, vt nequidem illum de Deo verbum audire velint iuxta illud. Pec- cator cum in profundum peccatorum vene- rit, contentit. Hi duo amores sunt illi de qui- bus Augustinus ait. Duo amores fecerūt duas ciuitates: amor Dei vsque ad cōtēptum fui, & amor fui vsque ad contemptum Dei. Cum autem amor pedes animæ fit vt idē Augu- stinus inquit, inquitens, Amore feror quocun- que feror: si Deum amaueris magis quam te ipsum, proprius ad Deum accedes. Accede igitur ad Deum, non gressibus corporis sed mentis: illum super omnia diligendo. Sic qui non est calidus per charitatem Deo appro- pinquate non potest. Impius autem sicut flu- uius, qui quanto magis recedit à fonte, à quo exijt, tanto magis appropinquat ad mare: sic fluxibiles & deliciofi, quanto plus fluunt vi- uendo, tanto plus recedūt à Deo fonte viuo & vero, appropinquant ad amaritudinem atēnā, ita vt eis vere dicatur. Appropinqua- uerunt ad portas mortis. Nos verò appropin- quemus ei per dilectionem, vt ipse appropin- quet nobis per suam gratiam. Qui ægrotus est felicitatē ad Chriftum, is enim verus animarū est medicus. Si quis sitit & æstu præmitur, cur- rat ad Chriftum: qui fons est aquæ falentis ad vitam æternam. Qui infirmus & debilis est ad Chriftum veniat, quia lux mundi est. Qui fa- melicus est, ad Chriftum currat: quia viuus est & substantialis panis, per quem animæ noſtræ ab æterna morte liberantur. Appropinque- mus itaq; Deo per amorem & Deum appro- pinquabit nobis per amorem reciprocum: iux- ta illud quod in Prouerbij dicit. Ego diligen- tes me diligo. Ferrum enim quandiu est frigi- dū non potest cum alio vniri, nec ad id perfe- ctē appropinquare: sed quando est calidum facile potest. Sic nec homo frigidus per odiū vel malitiam appropinquare potest Deo: sed be- ne calidus per dilectionem. Sic enim beatus Augustinus dicit, super Pfalmos, quod Deo qui vbiq; est, neq; per loca appropinquamus, nec ab illo per loca remouemur: Appropin- quare illi est similem ei fieri, recedere ab illo est difsimilem fieri fit autem homo magis si- milis Deo per dilectionē. Sic isti publicani & peccatores appropinquabat ad Iesū Phariſei vero & Scriba lōge distabat. Appropinque

Prouer. 8.

Augu. libr. 14. cini. ca. 28.

Augu. libr. 11. cini. cap. 28.

Pfal. 106.

Iean. 4.

Iean. 8.

Prouer. 8.

Aug. Super Psal. 144.

mus etiam Deo per poenitentia, vt Deus appro- pinquet nobis per gratiam: iuxta illud: Poeni- tentia agite, appropinquet vobis regnū celorū. Si accesseris ad imaginē in speculo, accedet ad te: si recesseris, elogabitur. Sic etiā est de Deo, qui est speculum sine macula. Sicut enim na- uis quanto magis accedit ad littus fluminis, tā- to magis littus ei propinquum fit: sic quanto magis peccator accedit ad Deum per poenitē- tiam, tantō magis Deus cum se immobilis fit ei propinquus. Sic isti publicani & peccato- res sefum quærebant poenitentes, & ei appro- pinquabant: non tantum illum gressu corpo- ris fequentes, sed etiam per poenitentiam, & dilectionem appropinquant. Porro isti pu- blicani, qui fuerint ita sepe diximus quod erāt illi, qui publica vectigalia cogebant. Veluti cō- ductores, portitores, publicani, quæftores & alij fimiles regum ministri, qui communiter apud populum infames & abiecti reputaban- tur. Non quod omnino hæc ministeria de fe sint illicita (veritum enim non est, conducere, aut recuperare, vel cogere regia vectigalia) sed quia, vt plurimum, qui in huiusmodi negotia- tionibus versantur, homines sunt tyrāni, cras- seque conscientia: vnde ea munera & officia que de fe illicita non sunt, malitia eorū, qui ea obtinent, infamia redduntur. Vide igitur, quātum debeas optimū vitæ cursum tenere, officiumque tuum iuste administrare: ne infa- mia tua officij tuum inhonestes, & infames. Verūitū, qui prælatus, monachus, aut ecleſi- cus es, malo viuendi exemplo inhonestas & infamas officium, quod habes perfectionis. Nullus est status quantumuis sanctus & per- fectus sit, cuius auctoritas non magna ex par- te minuatur si hominibus male moratis sit commissus. Quis est status Chriftianismi dignitate altior? Hic tamen impune ab Ethni- cis & infidelibus, ob malam Chriftianorū vitam & morēs vituperatur & contemnitur: nam vt Diuus Chryſostomus ait, videtis ma- la opera Chriftianorū infideles blasphemā- tes dicunt. Qualis est Deus Chriftianorū, nunquam sustineret eos, qui talia agunt, nisi contentiret malis actibus eorū. Vnde Aposto- lus ait. Nomē Dei blasphematur per vos in- ter gētes. Corinthios quoque admonet dicēs. A diuitates exhortamur nē in vacuū gratiam Dei recipiatis, & c. nemini dātes vllā offēnsio- nē, vt non vituperetur ministeriū noſtrū. Ne impiē viuatis, ne vestrā vitam impietate sancti- simū Chriftianismū infametis: sanctiq; infide- libus

Matt. 31.

Sapient. 7.

Chrift. homi. 10. in opere imper. d. at. Rom. 2. 2. Cor. 6.

libus præbeat, vt Christianos parui faciant. Quapropter Neemias Iudeos reprehendens ait. Quare na in timore Dei ambulatis, ne exprobratur vobis à gentibus inimicis nostris? Lege Augustinum super illud Psalmi. In Ecclesijs benedicam te Dñc. Itaque ministeria, publicique magistratus reipub. olim infames, & abiecti reputabantur, eo quod ab iniquis hominibus gerebantur: vnde etiam publicani infames & peccatores putabantur. Hi tamen alijsque huiusmodi homines licet maximis criminibus immergi essent, moti & inuitati Christi doctrina, proprias domos, familiasque deserentes Christum quarebant, vt Christo in omnibus auferant. Ideo de istis publicanis & peccatoribus qui Christo appropinquabant, subdit Euagelista. *Vt audirent illum.* Verbum Christi traxit illos, sicut pisces capiuntur hamo. Hoc primum, argumentum est diuinae gratiae, q̄ peccatores sua gratia præuenit & vocat, & etiam trahit dū adhuc in peccato sunt, imo verissimum signum diuinae gratiae est, quod nondum cessat nos verbo suo vocare & trahere. Non igitur vlli peccatorum desperandum quandiu adhuc nos vocat Deus, nisi enim misereri nostri vellet, non vocaret nos & traheret verbo suo. ¶ *Obserua autē, quod nō omnes querūt Christum, vt cupiant ab eo discere & audire, sed sicut Iudas appropinquauit, vt osculo traderet illum, sic multi appropinquant ad Christum, non vt discant, sed vt tradant: & sicut Iudaei, qui saepe accedebat ad Christum, non vt audirent & discerēt ab eo, sed vt caperent eum in sermone. Isti autē reā intentione audiebāt verbum eius, & idē conuertebantur. Docemur simplici oculo accedere ad audiendum sermonem: nam sicut gladius rectus non intrat in vaginam curuā, sic gladius verbi Dei penetrabilior omni gladio ancipiti non intrat in animam maleuolam, nec Dei sapiētia habitabit in corpore subdito peccatis. Erat etiam Christi doctrina, cibis suauissimus animae maximaeque nutritio nis, & accedebant isti sicut famelici ad porrigentem cibum, ita lætabantur Christum insectantes eius sermone, vt cibo vitæ. Ab eo enim nusquam recedebant Phariseorū murmuraciones, quantoque magis Christum audiebant, maiori audiendi desiderio capiebantur. Hoc est enim maximum inter cibum animæ & corporis discrimen: nam cibum corporis cum esurimus optamus, postea vero quam satiati sumus fastidimus; at cibum animæ cum*

semper satiet nūquam fastidium parit, & diutius sumitur & frequentius, suauior & delectabilior est. ¶ *Obserua etiam quam efficax fuerit Christi sermo, quo tanti ac tales peccatores adducti sint in veram vitam emendam, morumque correctionem. Bonum testimonium dederunt de hoc illi, qui dicebant. Nūquam sic locutus est homo. Et rursus ille qui ait: Quo ibimus vsque vitæ habes. Hinc Dominus ipse per Hieremiam loquitur dicens. Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? Sed vñ hic maximè aduertendum esse censeo. Nam cum verba Christi tam egregius, tamque efficax essent animæ cibis, vt post se publicanos & peccatores traheret, nihilominus tamen Pharisæi illis audiendis non cōuertebantur, sed potius deteriores fiebant: de Christo, deque eius concionibus sacris murmurantes. Pharisæi & publicani omnes peccatores erant: hoc tamē intercedente discrimine, quod publicani publici, Pharisæi vero occulti erant peccatores: nam exterius iusti a sancti videbantur, cū intus inuidia, superbia, & ambitione essent pleni. Hi igitur, qui exteriori inspectu boni apparebant, cum interius essent impij, duriores ad conuersionē, tardioresque erāt, quam qui palam erāt improbi. Sic Diuus Augustinus ait, quod etiam si peccatum publicum grauius sit secreto, facilius tamen publicum quam secretum curatur. Nam peccatorem occultum nemo admonet, nemo reprehendit: publicum prælati, prædicatores, multiq̄e alij accusant, donec eum alijs multo vitæ moribus immutatum videant, adeo vt non raro huiusmodi homines religiosissimum vitæ finem faciant. Ex 2. Reg. 11. ¶ *Reg. 11. 12.* exemplum habemus de hoc in Dauide, qui dū eius peccatum secretum fuit penitentia nullam egit, postea vero quam diuulgatum est, Propheta Nathan reprehensionibus ductus, penitentiam egit. Ideo misericors Deus, saepe permittit, vt occulta peccata publicentur vt peccator confusus, & erubescens, infamia & ignominia peccati ad eum conuertatur. Quapropter Dauid in Psalmi ait. Imple facies eorum ignominia, & quarent nomē tuū. Maugult enim Deus vt cum paruo opinionis tuæ impendio salueris: quam vt secreto concubinam habeas, & sub prætextu pudicitiae apud homines viuens, postea in infernū mittaris. Quot sunt qui credentes se omnem vitæ suam secreta peccata sua habituros: postea tamen criminibus publicatis & punitis, ipsi auctore*

tores in carcerem coniecti ad Deū penitentes conuersi sunt? Pharisæi tanquā secreti peccatores in peccatis suis manebant: at publicani veluti publicè peccātes, ad audiendum Christi sermonē accurrūt, veluti presentissimā animarū medicinā, omniumq̄ in terra saluberrimā. Nec herba, nec malogranata sanauit eos: sed sermo tuus, qui sanat vniuersa. Sed quid Pharisæi? *Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicētes.* Hinc vides quod multoties vt pauper culi seculares & milites, qui videntur esse longe à Deo, sunt multis ecclesiasticis viris meliores & perfectiores: & illi qui videtur esse propeper sapientia & dignitatem in ecclesia sint remotiores, quod est contra ordinē rerū naturalium. Corpora enim quæ magis appropinquant cælo & soli, sunt nobiliora & clariora: vt patet de sphaera ignis & superiori parte aeris, ad quæ caligines, turbines, & nubes non ascendūt. Sic ecclesiastici, qui propinquiores sunt firmamento ecclesiae, & soli iustitiae per dignitates ecclesiasticas qui deberēt esse ceteris meliores & clariiores in moribus per veram scientiā & sapientiam aliquādo sunt peiores. Sunt enim multi similes istis scribis & pharisæis, similes Saturno, qui est planeta cælo propinquissimus, atq; idē debet cæli influentiā, cæteris plenijs participare: & tamē est planeta maleuolus, tardus, terreus, retrogradus, ponderosus & pallidus. Veniebāt publicani & peccatores deuoti, vt Christū audirēt, ecce isti scribæ & pharisæi maleuolentiæ & murmuracione deadebāt: qui secundū reā rationē sanctiores & perfectiores esse debuerant. ¶ *Obserua secūdo quā sint homines de rebus arduis, magnisq; agentis, linguis detractorū, & murmuratorū subiecti. Vnde Diuus Hieronymus in secundo prologo super librū Iob, inquit. Si sic cella iunco texeret, aut palmarū folia complicaret, &c. Sed quid munera ardua exercent multorū detractoribus sunt obnoxij. Lege Augustinum. Sic Reges, prælati, & magnates murmuratorib⁹ subiecti sunt. Sic Christus habebat præstantissimum officium, vide licet peccata remittēdi, quod sublimius erat, quam cælum ac terrā de nihilo creauisse: quo modo igitur effugere posset murmuratorum linguas? Murmurabant igitur scribæ & Pharisæi quia erant legis doctores aliq; qui eximia sanctitatem & perfectionē ostēdebant: quorum detractio non parui faciēda erat. Nam cum detractores ignari & imperiti sunt, pro nihilo est ducenda eorum reprehensio, nam*

ineptus, si dicas Deum esse trinitim & vnum, autumat te in aliquā heresim esse delapsum: quare nihil æstimanda est ineptorum murmuratio. Nec magis debes æstimare si de te detrahāt homines impij: verba enim hominum inuisitē viuentium nullam habent autoritatem, omnes enim qui illum au diunt, quæcunq; dicit ex affectu, non iudicio dicere credunt. Veruntamen quādo de te sapientes, & qui sancti putantur, murmurant timendum est: cogunt enim vulgus vt credat suæ sanctitati & opinioni, nam partim quod sapientes & literati sunt, nota illos dicere credunt: partim quia sancti, homines qui iusti reputantur, longè ab eorum linguis malitiam & mendaciam abesse opinantur. Quibus adiunctis adde confirmata & corroborata redditur illorum detractio, vt omnes illorum verba oraculo paria iudicent. Tales erant Pharisæi & Scribæ qui murmurabant contra Christum: nam Pharisæi æstimabantur sancti, & scribæ erant viri in lege doctissimi. Sed quid murmurabant audiamus. Dicebant enim. *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Hoc autem quod hi dicebant, vt Christum vituperarent, in maiorem gloriam & honorem Christi redundat: nam dum dicunt Christum peccatores benigniter recipere, saluatoris excellentiam innuunt: qui neminem quantumuis malum & peccatorem rejicit. Moses saluator fuit populi Israel, verum non tam perfectus, vt peccatores ad se recipere: imo manum suam in mare tendēs detinuit in aquis rubri maris suffocauit. Præterea cum populum Israel vidit vitulum fabri casse ad orandum, rediens tabulas confregit, ingentemque edidit in illos peccatores stragem. Item Iosue saluator fuit (hoc enim erat nomen eius & officium) sed occidit peccatores, qui erant in terra promissionis, & reges, qui possidebant eam occidit: Acham etiā qui peccauit furando de anathemate Ierico lapidari iussit. Item hi duo iusti fouebant bonos, puniebant malos, sed felix beatusque saluator noster: Iesus Christus, discipulos suos ita fouet & amplectitur, vt etiam peccatores recipiat nedum occidat. Inter omnia Christi mysteria, quæ fidem nostram extollūt, potissimū est illud arcanū quo peccatorum remissionē credimus; & quo speramus nos quantumuis peccatores piè & benigniter à Deo recepturi. Quid enim proderent nobis omnia quæ credimus, nisi veniē sp̄e haberemus? Si iniquitates obseruaueris domine: domine, quis iusti

Neem. 5.

Aug. super psalm 25.

Matth. 26.

Matth. 22.

Eph. 5.

Sapient. 7.

Aug. trahit de conflictu vitæ.

Reg. 11. 12.

psal. 32.

Sapient. 16.

Augusti. de verbis super Matth. serm. 15.

psalm. 129.

nebit



nebit? Sequitur. Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinuit Domine. Vnde Beatus Augustinus in ea verba Pauli, Iustificati gratis, per gratiam ipsius: si Deus (inquit) non reciperet confugientes ad se, esset in eo iniquitas. Si Deus peccatoribus non indulgeret, quid esset de Adam & Eva? quid de Aaron, Dauide, Petro, Paulo, Matthæo, & alijs innumerabilibus? Nullus istorum regnū cælorum intraret: & ex omni humano genere, Christus Dominus noster tantummodo, beatissimaque eius mater Virgo Maria, qui innocentes fuerunt saluarentur. Quid præter ea prodesset sacramenta à Christo instituta: si illis veniam peccatorum nostrorum non impetrarem? Nisi Deus nos reciperet, cum ad Deum conuertimur, multo peior esset viuendum hominum status quam illorum mortuorum qui in inferno æternis supplicijs torquentur quantum ad hoc. Nam damnati in inferno, quamquam peccant non illis hoc imputatur in nouam poenam quemadmodum nobis peccantibus. Vnde nisi haberemus veniam spè futuræ, eaque profus, vt illi careremus, manifestū est conditionem nostram viuendi, multo fore quam illorum deteriore, miseriamque nostram maiorem quam damnatorum in inferno iacentium: quandoquidē maiori poena esse digni in dies poteramus nullo consequenda: veniam remedio relicto. Hic igitur est maximus honor & gloria Christi, vt videlicet remittat peccata, peccatoresque iustificet. Vnde in Psalmo habetur in persona peccatoris. Adiuutor meus, & susceptor meus es tu. Quia non solum Deus adiuuat peccatorem vocando, inspirando, auxilium exhibendo vt à peccato surgat: sed etiam suscipit quem adiuuat. Audiui Domine quia misericors es, & promittis veniam peccatoribus, in hoc verbo, ego super speraui: non tantum speraui sed super speraui: quod non dicitur nisi de eo qui semper addit ad sperandum: & cum sperauerit aliquid iterum sperat, & spe proficit, extendens se semper ad superiorem. Hic est maximus Christi honor, quod sæpe & sæpe sæpius recipiat peccatores ad se confugientes: imo vnica nostra spe & fiducia est, quod Christus nullum peccatorem quauis impium repellat. Omne inquit quod dat mihi Pater ad me veniet, & omne quod venit ad me non eijciam foras. O dulce & omni melle suauius verbū: hic peccatores recipit. Nam qui tot peccatis grauati sumus quouidē: quid solatiij habere-

mus, si Christus tantum reciperet iustos? At qui nullum certius & clarius arguentū habere possumus gratiæ apud Deum semper inueniendæ, quam hoc verbum. Hic peccatores recipit. Si enim Deus recipit peccatores, benignus & misericors est: apud quem multa & magna misericordia necesse est vt sit. Et nisi Deus peccatores in gratiam reciperet desperandum nobis foret, sicut Dauid confitetur. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. O beata felicitas que verba, vitæ consolationisque plena, hic peccatores recipit. Hæc me confirmant, hæc me solantur: & secundum peccatorum meorum multitudinem, iam desperarem, in infernoque esse, nisi horum verborum dulcedine confirmatus erigerer, & sustinerer, &c. ¶ Obserua autē qđ sicut in initio capitis precedentis cepimus dicere, scribæ & pharisæi hoc dixerūt vt sibi persuaderent Christum non esse verum Messiam. Messias enim grauis magnaque autoritatis esse debet & cum hominibus honoratis versari: verum hic peccatores recipit & manducat cum illis cum hominibusque infamibus & humilibus agit, quæ omnia sanctitati auctoritatisque Messie derogant: ergo hic non est Messias quia peccatores recipit & manducat cum illis. Hoc argumento probare volebant Christum non esse verum Messiam, cū vtiq; eo ipso probatur esse Messias nā Esaias loquitur de Messia. Sicut pastor gregem suū pascet in brachio suo, congregabit agnos, in sinu suo leuabit: fetas ipsas portauit. Nonne etiā Ezechiel de Messia dixit, ipsum effusurū super populum suum aquā mandam: & mandaturum eos ab omnibus inquinamentis: Et in Hieremia Deus promisit tempore fœderis noui quod per Messiam pacturus esset, propitiaturum se omnibus iniquitatibus nostris. Et Michas dixit, Messiam depositurum iniquitates nostras, & proiecturum in profundum maris peccata nostra. Dauid quoque in Psalmo fatetur, populum humilem facturum saluum: & oculos superborum humiliaturū. Nonne etiam Zacharias dixit, in die illa fore fontem patentem domui Dauid, in abytionem peccatorum? Dominus etiam per Esaiam. Ego sum (inquit) ego sum: qui deleo iniquitates tuas propter me. Et alibi. Vere iniquitates nostras ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Et quid multis opus est? Nihil prophete tam dilucidè denūciarunt de Christo seu Messia, quam quod peccatores ad grati-

promotur? esset, at Pharisæi è cōtra noluerūt Christū pro Messia recipere, eo quod peccatores ad poenitentiam vocabat, recipiebantque. Si excecavit eos malitia & inuidia contra Christū, vt illū respuerēt, ob illā causam, quā illū maxime pro vero Messia agnouisse & recepisse debebāt. Itaque impii est hæc murmuratio ex omni parte. Primo ex parte Christi iniusta erat: quia Christus faciebat opus ad quod missus fuerat à patre, videlicet querere salutē hominū peccatorū. De hoc autē murmurare esset, ac si quis murmuraret contra solē, eo quod radios suos & calorē quibus omnia crescunt & fructificant diffundit super terrā, & si murmuraret quis de aliquo quia querit opes suas perditas. Qui de aliquo murmuraret ea quæ amiserat querēte nō esset infans: Hi igitur peccatores cum sint res Christi familiares, creaturæque ipsius quas in gloriā cœlestē creauit Christus eas perditas querit, tanquā bona sua: quare igitur murmuratis Pharisæi? Nā si dicitis illos esse peccatores, eo ipso debent maiori indulgētia & lenitate tractari. Egrotus plus indiget delicijs quā valēs, molliorūq; lecto suauioribusque cibis: ita & eodē modo hi quia peccatores sunt & infirmi, debēt esse mollius & lenius haberi. Quod si dicas infamiā esse cum infamibus agere, & Christū cū illis agendo se perdere: hæc ratio parum valet. Dñs enim non ster Christus peccatorū societas, non modo nō deprauaretur, verū è cōtrario peccatores Christi societate iusti fierēt. In cuius cōfirmationē animaduerte quā mutationē vitæ morumque suorū fecerint Matthæus, Zachæus, Magdalenæ, Samaritana, Regulus, eo quod ad Christum appropinquauerunt, eius doctrinæ obediētes. Qui imperfectus est, & in virtute nondū cōsummat, rectè iudicat si malorū consuetudinē deuit. Sic in Exodo habetur quod dixit Deus. Non inies fœdus cū eis, ne forte peccare te faciāt in me. Hoc dixit Deus quia Iudei idololatricè dediti erant: vt potē in Ægypto educati: quare volebat dñs ne amicitia cū gentilibus vicinis suis haberent, ne idola colore adducerentur. Et ita dicunt sancti, qđ primi qui populū Israel idola colore coegerūt, & illū ad cōstandū & adorandū vitulū cōpulerūt, fuerūt illi denuo cōuersi qui cū Iudeis ab Ægypto venerūt. Qui etiā si ad verū Deū Israel cōuersi essent miraculis mirabilibusque Dei inspectis, quæ in Ægypto fecit, tñ quia à pueritia vique sua, idolis serui erant, in idololatriâque illa educati fuerant, parua sumpta oc-

casione in pristinos morēs recidebāt. De hoc optimū ex exemplū in collationibus Calsianis. Christus cum peccatoribus versabatur, nullo incommodo ob suā eximiam perfectionē & quia miranda multa faciebat: ideo qui voluerit cū iniquis versari & nullo affici incommodo ex eorum cōsuetudine opus est vt sit eiusmodi vir, qui miracula faciat, aut facere possit. Bonum est malorū cōsuetudinē effugere, ne mali eorum morēs nobis efficiant. Verū Christus quia erat adeo perfectus, vt non modo nullū incommodū caperet ex malorū societate: imo etiam illos bonos redderet, maxima pietate & charitate perfungebatur cum huiusmodi peccatoribus agendo. Medicus egrotum tan gens pulsatilemque venā contrectans facilius illum sanare potest: Sol etiam per serquiliū transiens non coinquinat. Sic Christus cū peccatoribus cōmunicans eos sanat: & quasi Sol inter illos versatus non inquinatur. Præterea si verum vt est verissimū quod Paulus 1. Tim. ait, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, tenetur eos recipere venientes ad se: omnes enim ad beatitudinem creauit, & etiā reprobos: quod si dānantur, nō Dei voluntate, sed ex propria malicia, & voluntate mala dānantur. Figulus vasa, quæ facit, non ea facit vt frangantur sed vt homines illis vtantur: nam etiam si optime sciat, illa aliquando fractūriti: tamen eius intentū est ea facere vt homines eorum vsum habeant. Sic Deus quāuis sciuerit, Iudæ esse dānandum non tamē creauit illū ad gehennā, sed ad beatitudinē: & voluit vt saluaretur, dans illi omnia media necessaria ad salutem consequendā. Itaque cum Deus velit omnes homines saluos fieri tenetur eos recipere quāuis sint peccatores quia illos creauit ad suā beatitudinē. Hos Christus querit: hos tātis itineribus, & laboribus fatigatos vestigat, ad hoc de cœlo venit vt peccatores saluos faceret: quomodo venientes ad se non reciperet? Ex parte etiam Pharisæorum iniqua erat hæc murmuratio, quia non ex zelo iustitiæ mouebantur sed ex odio & ex mala voluntate. In peccatore enim tria cōsideranda sunt: videlicet, natura, peccatū, & poenitentia. Naturæ compatienidū est, peccatū odio habendū, & poenitentia gaudendū. Isti vero hypocritæ neque naturā neque poenitentiam considerabant in peccatoribus sed solū peccatū. Non meminerant illos homines esse non videbant vt illi iam sese corrigerent, & vitam in melius cōmutarent: sed id solum quod peccabāt, respiciebant.

Rom. 3.

Psal. 58.

Lege Ambrosij, Psal. 58. ser. 15.

Ioa. 6.

Matth. 15.

Psal. 129.

Esa. 40.

Ezechiel. 37.

Hiere. 31.

Micb. 7.

Psal. 137.

Zach. 13.

Esa. 43.

Esa. 53.

Exod. 23.

Exod. 32.

Colla 24. cap. 3.

1. Tim. 2.

ciebant. Præterea iustos se ipsos existimabāt, alios contemnentēs: cōtra quos scriptura ait. Dicis quod diues sum & nullius ego: & nescis quod tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Docet nos hoc murmur Phariseorum ne quis suæ probitati fidat: secundo ne peccatores contemnamus. Quis enim scit si cōuerteratur & uiuat? Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Neminem contemnas, nescis enim quid Deus de proximo tuo statuerit: quare neminem quantumuis iniultum despiciere debes, nescis enim quem sit finem habiturus. Qui hodie malus est, cras bonus esse potest. Quis crederet latronem, qui omnem vitam suam prædando transegit, cum vitæ finem factum, vt à Salvatore in gloriam reduci mereretur? Si animum ante interisset, tam fœlicem finem amississet. Quis aliquo in numero complurimos peccatores habendos censeret, aut putaret illos vnquam reuicturos, qui postea tamē sanctissimi euaserunt? Neminem alium contemnat et si peccator sit, potest enim sanctus euadere: manus enim Domini (vt Esaias ait) non est abbreviata. Ideo tu, nec intendere, nec vel le debes, vt eius gratia exhauriatur, nec diuinam clementiam vllō termino aut limite de finiri. Si proximus tuus peccat, audi a postolum dicentem. Omnes alij aliorum membra sumus & iuxta legem naturæ par est, vt membrum membro subueniat: quare potius compati, & misericordia moueri debes, quam indignari, vt Pharisei isti indignabantur, vt ab omni sanctitate & virtute alieni. Docet tertio locus iste pharisaicam fugere murmuratiōem. Quærebat egregius Plaltes dicens. Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies bonos? Et quia omnes hoc desiderant statim respondet dicens. Prohibe linguam tuā à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Non fecit Deus linguam duram & offeam sed carneam & mollem. Voluit enim vt verba tua mollia & suauia, non aspera aut dura forent. Accerrime puniuit Dominus mutmuratores: adeo vt Moisi dixerit. Omnes qui murmurastis contra me, non habitabitis terram super quam leuaui manum meā. Quare exlexcentis millibus hominum qui de Egypto exierunt, duo tantummodo ingressi sunt terrā promissionis. Vnde secūdum veritatem in terram celestem nobis promissam, non intrabunt murmuratores. Docet quarto locus iste quod quauis peccator maximus sis, ne diffi-

Apoc. 3.  
Ioe 2.  
Rom. 14.  
Luc. 23.  
Esa. 59.  
1. Cor. 10.  
Psalm. 33.  
Num. 14.

das de eius misericordia quando quidē Deus peccatores suscipit. ¶ Aduerte tamen quod non omnes sed illos tantum suscipit peccatores qui penitent. Penitentia enim sola est, per quam peccator in gratiam redit: quare si tibi placet, quod Christus peccatores suscipit, placeat etiā tibi quod penitentiam vult: imo scito quod neminem suscipere vult nisi penitentiam agentem. Penitentes peccatores appropinquabant, tu autem manens in cōplacētia peccati, quotidie elōgaris à Deo. Si fugis peccata, gaude, cū audis quod Christus recipit peccatores, & manducat cum illis: magnam consolationem tibi afferre debet hæc verba. Ideo habetur in Leuitico, quod in loco vbi iugulabantur holocausta, ibi etiā hostia pro peccato. Vide quanta sit benignitas Dei quod vbi holocaustum iugulatur, illud q̄ soli Deo offertur: ibi etiā hostia pro peccato immolari iubetur. Vnde colligitur, quod peccator penitens sociatur cum his quæ pertinent ad Deum: ibi enim immolatur hostia pro peccato, vbi offertur hostia Deo. Hinc viderere poteris, quanta sit inter Deum, & contritū peccatorem amicitia, & familiaritas. In suo sacrificio, sacrificium peccatoris est: quia cū peccatoribus Christus sedet & comedit. Sed si in peccatis manes: scito Christum huiusmodi peccatores non recipere, sed in extremo iudicio illis dicit. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Ideo inferius ait gaudiū fiet in cœlo super vno peccatore penitentiam agente, vt intelligas quod cū istis sit gaudiū: non autem cum obstinatis & induratis peccatoribus: sed iam ad contextum. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Vide Christi clementiam atque modestiam qua humiliter & modeste adortur eos, & docet vt sanaretur: poterat enim eos vocare superbos, & quod ipsi erant peccatores & nō publicani, qui quāuis fuerint antea peccatores iam per penitentiam erant conuersi, sed non vult nisi parabolam ratione respondere eis, & modeste loqui. Docemar hic mites esse cum aduersarijs: nam vt inquit Sapiens, sermo mollis frangit iram Parabola autem talis est. Quis ex vobis homo qui habet cētum oves, & si perdidit vnā ex illis nonne dimittet nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat donec inueniat eam? Si pastor tanto amore prosequitur oves suas quas non creauit, quod illi plus cura est de vna perdita & errabunda, quam nonaginta nouem incolumibus, maiori que afficitur gaudio

Leuit. 7.  
Matth. 7.  
Luc. 13.  
Prou. 15.  
Gen. 31.  
1. Reg. 18.  
Mat. 26.  
Ioa. 17.  
Luc. 23.  
Ezech. 34.

gudio propter vnā ouem nouiter inuentā quā propter totū gregem: quid murmuratis si ego qui natura bonus sum, sollicitus sim, ne pereat oves amissa? Nunquid pastor iugulat aut occidit ouē perditam? Certe non, imo lassat, humeris suis imponit. Hoc autem malū esse, dicere nō potestis, & q̄ male faciat pastor: ergo inulto min⁹ de me potestis murmurare, eo q̄ oves pditas quæro, & recipio peccatores, & manduco, & gaudeo in eorū conuersatione, cū multo præstantiores sint anime rationales quā oves. Si ergo pro inuentione ouis perditæ gaudēdū est, pro peccatore multo magis penitentiam agente. Et si de pastore ouē trahētē & gaudētē nō murmuratis: multo minus debetis murmurare cōtra me, qui peccatores recipio, & cum illis conuersor, & gaudeo. Hoc voluit Christus hac similitudine insinuare, quod peccator penitens sociatur cum his quæ pertinent ad Deum: ibi enim immolatur hostia pro peccato, vbi offertur hostia Deo. Hinc viderere poteris, quanta sit inter Deum, & contritū peccatorem amicitia, & familiaritas. In suo sacrificio, sacrificium peccatoris est: quia cū peccatoribus Christus sedet & comedit. Sed si in peccatis manes: scito Christum huiusmodi peccatores non recipere, sed in extremo iudicio illis dicit. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Ideo inferius ait gaudiū fiet in cœlo super vno peccatore penitentiam agente, vt intelligas quod cū istis sit gaudiū: non autem cum obstinatis & induratis peccatoribus: sed iam ad contextum. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Vide Christi clementiam atque modestiam qua humiliter & modeste adortur eos, & docet vt sanaretur: poterat enim eos vocare superbos, & quod ipsi erant peccatores & nō publicani, qui quāuis fuerint antea peccatores iam per penitentiam erant conuersi, sed non vult nisi parabolam ratione respondere eis, & modeste loqui. Docemar hic mites esse cum aduersarijs: nam vt inquit Sapiens, sermo mollis frangit iram Parabola autem talis est. Quis ex vobis homo qui habet cētum oves, & si perdidit vnā ex illis nonne dimittet nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat donec inueniat eam? Si pastor tanto amore prosequitur oves suas quas non creauit, quod illi plus cura est de vna perdita & errabunda, quam nonaginta nouem incolumibus, maiori que afficitur gaudio

enim pastor tantū ponit operā pro vna oue perditā: mirū non est, si ego vos deserā vt hos peccatores quæram & recipiā, cū illisq̄ gaudeā. Christus itaque in hac parabola cōparat se pastori: officium pastoris est laborare, vt ouē perditam quærat. Duo boni pastores fuerunt in veteri testamento Iacob, & Dauid. Iacob dixit. Die noctuque gelu vrgebar, & somnus fugiebat ab oculis meis, &c. Dauid etiam dixit Sauli. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, &c. Nā & leonē & vrsū interfeci ego seruus tuus. Verū neuter horū duorū pastorum tantam anxietas est, vt oves suas defenderet: quantum Christus, qui vt eas protegeret ac tueretur vitam suam posuit. Aduerte etiam quanta diligentia ouē perditam quærat. Exemplum sit tibi Iudas, quem perditum dominus vt ad gregē reduceret genibus flexis illi supplicare non dubitauit, illiusq̄ pedes lauit, & osculatus est: & postea dedit illi buccellā intinctam in hædo manu sua: denique corpus & sanguinem suum illum vt alliceret ad se amicū vocans, tribuit. Tribus etiam diebus dum ab illis absuit, videlicet ad inferos descendit, illos omnes patri commendauit, dicens. Sancte pater serua illos. Et in cruce dixit. Dimitte illis. O bonū pastorem, dominum nostrum: quoties tu qui eius ouis es intra pectus tuum sibi voca tionum inspirationumque eius sentis, & non aduertis, neque auscultas. Sicut bonus pastor oves suas cosibet ne melle pascant: sic dominus noster te prohibet à patris malorum vitis, animum tuum à peccatis auertens, eorū que desiderio. Sepe numero fundā rotam pastor, vt eius stridore oves terreat, sic Christus te terret vicini tui obitu. Aliquando etiam pastor, baculum in oves intorquet, vt eas ad veram viam, aut herbarum locum abundantiorē reducat: sic Christus tibi, vel vxorem, vel liberos, vel bona temporalia eripit, aut morbum, tribulationem que infligit: vt ad veram salutis viam cōuertaris. Omnes boni pastoris mores quos in Christo inuenias à Propheta Ezechiele distribuntur dicente. Ego requiram oves meas & visitabo eas, &c. Sed dum nos ouibus comparat, miseriam nostram fragilitatem, maximamque quā Christi habeamus indigentiam, nobis significat. Ouis per se solā viuere non potest: indiget enim pastoris cura & industria, vt videlicet eā, hęc mis tēpore in loca deducat aprica, & astate ab æstu solis eā auerrat, pascuatque opti

ma eligens, & à luporum insidijs eam omnibus modis defendens & custodiens. Sic homo non potest sine suo pastore Christo scilicet vivere. Tanta est enim eius miseria & fragilitas, quibus semper est circumscriptus ut à solo Deo remedium habere possit. Præterea, ovis animal est vitile, cuius omnia homini profunt lanam enim ad vestimenta conficienda, lac, carnemq; in cibum, corium in calcamenta ex sese reddit: ipsa deniq; tota ex usu est. Eodem modo & tu si huius gregis Christi ovis esse vis, commodare proximis tuis, & republicæ debes. Sic Paulus Corinthijs dixit. Ego autem impendar & superimpendar pro animabus vestris. Non debes esse contentus hoc tantummodo quod proficit tibi: sed eniti debes; alijs vrilitatē ferre. Deinde ovis vngues vt leo non habet, vt se tueatur, aut dentes more canum vt mordeat: nec itē habet tauri cornua, vt feriat vel robusta vrsorum brachia vt interficiat, verum animal est mansuetum, pacatum, simplex, & syncerum. Sic & tu dentes habere non debes ad proximi tui famam rodendam, & destrandam: ne vngues vt fratri tuo incommodum irroges: sed synceritatem, pacem; & simplicitatem amare: non malum pro malo, sed bonum pro malo reddens. Rursus ovis cum errat magis est omnianimali misera & infœlix, canis enim ceteraque animalia in domum herilē redire calent: quod & si nesciant dentibus, vnguib; aut pedibus, quæ quasi arma habent à natura indita se à periculis tuentur. Verum ovis errans delectum non habet vt ad gregē redeat, nec arma quibus se defendat: quare inquisitione pastoris indiget. Eodem modo homine in peccatum incidente nihil est omnium rerum miserabilius aut infœlicius. Nam neque potest, neq; nouit redire, nisi à Deo quaratur & in gratiā statim reducat. Itaq; peccatum laberinthi imaginem præfert: in quod qui semel immerfus est, exitum non inuenit: imo quo magis quærit, magis errat. Eodem modo & peccator in peccatum lapsus se erigere non potest nisi speciali auxilio Deus illum quaerat, & à peccati laberintho ad ostium vsq; penitentia extrahat. Cum autem arbitrium liberum sine gratia quam peccando amiserat, nimis fragile, imbecillumque maneat, se ab omnibus tentationibus defendere non potest. Quare varijs animæ periculis, tanquam lupis desertorum que feris, vt ovis perdit, obnoxium est, nullis ad defensionem at

mis relictis. Non dico hominem coactē peccare, nec omnia opera in peccato facta peccata esse: sed facile vinci ob defectum gratiæ virium, liberique arbitrij infirmitatem. Ideo David perditionem peccatoris ovis errori comparauit dicens. Errauit sicut ovis qua perijt: quare seruum tuum quia mandata tua non sum oblitus. A deo à via vera declinaui, vt nisi tu domine me quaeras: nullo modo redire possim, sum enim ovis errans. Igitur domine inuestiga seruum tuum. Non autem ait hic dominus in hac parabola, quod ovis pastore quaerit, sed quod pastor inuis quaerit. Oem. Esaias etiam ait. Perditionem peccatoris & errores exaggerans. Omnes nos quasi oues errauimus. Nihil enim est errante oue errantius aut miserabilius. Expende autem Christi domini nostri bonitatem aut clementiam, præsertim quod se ipsum ipse quaerit, ipse ovis, & ipse peccator. Quia ipse peccatorum laberintho immersus est, non potest se erigere nisi a quo peccatum accepit, & cuius peccatum non potest dimitti. Quia ipse peccatorum laberintho immersus est, non potest se erigere nisi a quo peccatum accepit, & cuius peccatum non potest dimitti. Quia ipse peccatorum laberintho immersus est, non potest se erigere nisi a quo peccatum accepit, & cuius peccatum non potest dimitti. Quia ipse peccatorum laberintho immersus est, non potest se erigere nisi a quo peccatum accepit, & cuius peccatum non potest dimitti.

Esai. 40.   
 I. Ioan. 4.   
 Rem. 15. Galat. 6.   
 I. Thess. 4.   
 Galat. 6.   
 Ezechiel. 34. I. Ioan. 20.

dum iauerit, quod respexit Esaias dum ait. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœcres ipse portabit. Ad nostram autem eruditionem dicamus, & nos vicissim erga hunc bonū pastorem, quomodo gerere debeamus. Diligamus eum: siquidem ipse prior dilexit nos, & vitam suam dedit pro nobis. Discamus illi etiam alijs in rebus fidei, quem admodum illum tam benignum & fidum experti sumus, in summa necessitate. Discamus tertio, quomodo ex nobis ipsis nihil simus, aut possimus: nam vt ovis se ipsam nec à lupis, nec ab alijs periculis tueri potest sed opus habet pastore ita indubie nos miseri & egeni sumus sine Deo, quare apud nostrum fidum pastore maneamus eūq; fideliter sequamur. Discamus quarto, ex hoc Christi exemplo, vt etiam nos alios homines à peccatis abstraham: ad bonū ducamus, & deinde gratia ad salutē ipsorū perducam: mādauit enim Deus vniciq; de proximo suo. Discamus quinto, ex hac similitudine vt miserijs peccatorum cōpatiamur, præsertim ijs qui à peccatoribus rescipiūt, quæ ad modū Paulus docet. Suscipite iniucē sicut Christus suscepit nos in honorē Dei. Et ad Galatas. Si prœuocatus fuerit aliquis vestrum in aliquo delicto, vos qui spiritualiter estis instruite illum in spiritu lenitatis, &c. Et Thessalonicensibus etiā dicit. Conuincite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Ad Galatas iterum. Alter alterius onera portare. Discamus sexto, oues esse vt Christi mercamur habere pastore. Christus naq; non est pastor porcorū, luporum, bubalorū, leonū aut similitū ferarū, sed pastor est ouiu. Vide & tu vt nō sis lupus per voracitatem, leo per rapacitatem, ovis per immundiciā, canis per mordacitatem: sed esto ovis per mansuetudinā & simplicitatem, ac obedientiam. Si ovis fueris habebis Christum in pastorem, qui pastor bonus est, & pascit oues pæne celesti & spiritali cibo. Denique discat ex hoc loco Episcopi, prelati, pastores, & qui curam habent animarum parochi, & conconatores, quid officium eorum requirat: & legant Ezechielem, & Ioannem. Si pastor pro vna oue errante tantum operæ ponit, vt montes, rupes & valles percurrat: quantum tu face re debes, qui curam animarum geris, pro anima ad imaginem & similitudinem Dei creata Christiq; sanguine redempta? Vtinam prelati Ecclesiæ oculos ad Christum Iesum

optimum pastorem conuertant & inspiciant quanto maioris sint pretij animæ, quā omnia mundi bona: vt inam tantam adhiberent curā in animabus suis redimendis, quantum in augetis redditibus ponunt. Videant igitur quales esse debeant, vt multa pericula & labores pro Christo & animarum salute subeant. Deus enim è manibus eorum requirit sanguinem ouium, quæ per suam negligentiam perierint. Hoc considerare hi possunt, qui magna officia, & magistratus ambiunt. Omnes gaudeat dici patres & pastores, nemo tamen curam gerit ouium. Sed de his factis, iam reliquam huius parabola partem videamus. Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis. Hoc communiter solet exponi, quia in cruce Christus peccata nostra tulit, & iniquitates nostras ipse portauit: quod verum esse fateamur, de nostris & tatiū mundi delictis: quia Christi morte & dolore eius sanati sumus, sed in proposito vt Christus respondeat aduersarijs, hæc expositio non quadrat. Standum enim est in proposito de quo loquitur: nam Christus tunc temporis pro istis publicanis & peccatoribus de quibus est sermo nondum sanguinē fuderat, nec in humeris portauerat peccata eorum: sed vt insinuaret laborē ex amore procedentem, quæ prædicans tolerabat vt peccatores reciperet, & ad se alliceret. Dicit quod sicut pastor labore & sudore ducit ouem perditam, sic ipse docens villas & castella prædicans regnū Dei eos conuertebat & trahebat. Et hic mihi videtur germanus huius literæ sensus. In humeris etiam portat cum eorum mores & molestias patienter tolerat. In huc sensum Paulus loquutus est dicens. Alter alterius onera portate. Hoc facimus patienter feretes proximo rū nostrorum defectus & culpas, eorūq; fragilitate tolerantēs: vt Christus his publicanis & peccatoribus faciebat. Audiant hæc pontifices nostri, audiāt sacerdotes, & videāt quid hic pastor Euangelicus faciat. Super humeros ponit gaudens & amicos & vicinos congregat. Sed quid nunc dicam de pastorum & sacerdotum sciuita? pro co ait dominus, quod in latius & humerum im pulistis, & cornibus vestris cornu percutebatis oues infirmas donec dispergeretis eas foras, seruabo pecudes meas. Expende quantum, ille super humeros portat: illi humero eas impellunt. Ille congregat, isti dispergunt. Præcipiebāt dō-

Exod. 28.

minus quod sacerdos veteris legis nomina filiorum Israel super humeros portaret: noua vero legis, & pastor noster re ipsa oue super humeros portat, ut scias vnam praecelsisse veritatem. Qui autem sint isti amici & vicini quos verus pastor Christus vocat, & qui congratulantur, facile ex literae contextu conijci potest, quod sint Angeli: nam subdit Christus, quod gaudium fit in caelo coram Angelis Dei, super vno peccatore poenitentia agente. Congratulantur enim Angeli cum Deo de nostra conuersione, & gaudent in nostro bono profectu. Eos ergo alloquitur Christus dicens. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quae perierat.* In hoc autem quod vicinis & amicis conuocatur, ut eos participes gaudij sui faciat, inuit Christus, quantum conuersione peccatoris gaudeat: maximum enim quodque gaudium occultari non potest, quin cum amicis comunicetur. Sic Philistim cum comprehendunt Sansonem, comunicauerunt alijs latriam, & omnes simul gaudebant, & immolauerunt Deo suo. Iudith etiam gaudens de victoria populum inuitauit dicens. Laudate dominum Deum nostrum, & c. Expedite etiam quod non dixit congratulamini ouis, sed congratulamini mihi: quia ouis non meritis suis, sed meritis & diligentia pastoris inuenta est. Quare gaudium illius esse debet, qui eam inuenit & pro ea inuenienda laborauit. Praeterea quoniam nos maxime latere debemus siquidem nostra interest penes tale pastorem esse, tam eadem pastor hic Christus dominus noster nos diligit ut nostrum gaudium pro suo habeat, & nostrum bonum suum ipsum reputet. Unde nostris commodis, nimium non latari non potest, nos liberatos saluos, & prosperos videns. Atende igitur homo peccator, quando delinquis quem offendas: eum enim offendis & iniuria afficis, qui se ipsum dedit pro te, saluteque tua. Nunciam applicat quae dixerat loquens scribis & pharisaeis. *Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.* Gaudium beatorum semper est aequale in eodem subiecto, gaudium tamen accidentale potest intendi & remitti, & esse maius & minus: imo desinere esse circum aliquas particulares. Gaudium itaque hoc accidentale fit in caelo magis de conuersione peccatoris, quam de salute iustorum: quam quia iam habent non est necesse ut de nouo gaudeant, sicut de infirmo sanato de cu-

Iudith. 16.

Iudith. 13.

ius conualescentia magis est gaudium amicis, quam prius cum sanus esset: sicut Iob post multas tribulationes, & aerunas ad extremum opulentior & cum magno gaudio magnificentior factus est, quam si miser nunquam fuisset. Similiter & cum Tobias reuersus est, ex Rages maius factus est parenti utriusque gaudium, quam si nunquam abiisset: ipsi quoque Tobias ad caecitate restituito latitia maior erat, quam si caecus non fuisset. Est itaque noua ratio gaudendi in conuersione peccatoris quia perierant, & de peccatoribus conuersis tanquam de re nouiter habita gaudendum est. De iustis autem in quantum huiusmodi nulla ratio est gaudendi de nouo cum non superueniant in eis aliqua nouitas, non tantum gaudium sumitur: quia sicut nunc iusti sunt, ita antea iusti erant, & ideo maius gaudium fit super vno peccatore poenitentia agente quam super nonaginta nouem iustis, quia de peccatore fit nouum gaudium, de iustis autem nullum gaudium nouum fit. Obserua etiam ultra hoc quod Deus & Angeli eius magis gaudent de poenitente quam de iusto sepe bene operante: quia si loquimur de iustis feruentibus ceteris, paribus magis diligit Deus iustum nunquam cadentem, quam peccatorem poenitentem, & maius gaudium est in caelo, de innocentia feruentis iusti conseruata, quam de peccatoris poenitentia, sed si loquitur de iustis tepidis magis gaudent Deus & Angeli de peccatore feruente poenitentia agente quam de illis. Dux in praelio magis amat militem, qui post fugam reuersus hostem fortiter ferit: quam illum qui nunquam tergum vertit, & nihil vnumquam fortiter fecit. Item arator magis terram, quam post spinas vberes fructus profert, quam eam quam nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem produxit. Saepem enim accidit quod illi qui a maximis peccatis surgunt, per poenitentiam postea acquisito habitu opposito feruentiores sunt in diuino amore, quam illi qui nunquam ceciderunt & tepidi sunt. Ferrum enim ignitum feruentius est ligno accenso: quia quanto materia & substantia est magis frigida, & igni contraria, si igne accenditur & ignitur, tanto calidior & feruentior efficitur, & calore diutius conseruat. Eodem modo sepe fit licet non semper de peccatore conuerso & igne charitatis accenso. Sicut pater in Davide, Petro & Paulo, & iam multis alijs, quin sanctitate quam plurimos qui nunquam ceciderunt antecellunt: Magdalena quoque multis virginibus sanctis-

Iob. 42.

Tob. 11.

Luc. 3.

Gene. 41.

Thren. 4.

sanctissimis qui in caelo sunt, antistat. De tabulis itaque peccatoribus feruentibus conuersis, hanc Christi loquutionem intelligere possumus. Potest etiam hoc intelligi in comparatione illorum, qui tepide seruiunt Deo: nam isti resurgunt ad maius meritum, & sic maius gaudium fit de istis in caelo. Ideo non solum quia de nouo fit gaudium, sed etiam quia sepe ad maiorem gratiam surgit, fit maius gaudium. Et istis duobus modis intelligendum puto dictum Christi. Obserua etiam quod non loquitur hic Christus de poenitentia cogitante sed de poenitentia agente: multi enim procastinant poenitentiam, alij illam praedicant, alij laudant, & ipsi laute viuunt. Non solum poenitentia cogitanda est & praedicanda, sed etiam agenda. Unde Ioannes. Facite fructus dignos poenitentiae. Hoc supra exposuimus. Sequitur. *Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnam nonne accendit lucernam & euerit domum & quaerit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenit conuocat amicos & vicinas dicens. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.* Haec parabola clara est, quia eadem est cum illa, quam modo diximus de pastore & oue perditam: nam sicut Pharaon qui vidit somnium, quod ascendebant septem vaccae pingues, & postea alium vidit somnium idem significans videlicet septem spicas, & cetera: quae somnia interpretatus Ioseph, dixit, somnium regis vnum est: sic in praesentiarum haec parabola & proximè praeterita, idem sunt: & sensus vtriusque ad idem tendit. Si mulier adeo latatur & gaudet quod inueniat drachmam amissam, ut vniuersam domum suam euerteret, ut eam inueniat, qua inuenta vicinas suas conuocet: quare ego non latabor daboc; operam maximam in his peccatoribus perditis quaerendis, ut ex illis inueniatur gaudium percipiam? Aduerte autem quod homo in prima sui conditione creatus fuit innocens & sine peccato: atque ideo in prima parabola, assimilatur ouis, quod animal innocens est & simplex atque mansuetum. Fuit etiam creatus ad Dei imaginem & ideo significatur per drachmam in qua est imago regis impressa: per peccatum autem perdit homo innocentiam, & deformat imaginem Dei iuxta illud quod Hieremias loquitur animam peccatrici. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Ideo peccator quales erant isti publicani assimilatur

tur ouis & drachmae perditae. Accendit lucernam quando sua doctrina hos peccatores trahit: nam ut in initio dixit noster Lucas erant isti publicani & peccatores appropinquantes ad Iesum, ut audirent illum. Illuminauit corda istorum verbo Dei, & sua praedicatione, quae quidem lucerna dicitur, iuxta illud quod in Proverbijs habetur. Mandatum lucerna est, & lex lux. Et pater eius David. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Et Hieremias in persona domini. Numquid verba mea non sunt quasi ignis? Haec lucernam accendit Iesus cum coepit praedicare verbum Dei: subiecit autem domum, quando corda hominum impiorum turbauit praedicando, commutationibus, terroribus, & minis. Conculsit corda, & sic drachmam inuenit: quia publicani & peccatores commoti eius praedicatione appropinquabant ad Iesum. Obserua autem quod diligenter dicit hic, quod quaesuit eam: quod maxime commendat Christi bonitatem. O quam diligens fuit Christus quaerendo peccatores, accessit enim face praedicationis mane, meridie, sero, die, ac nocte, quaesuit nos indefatigabiliter. In Iohan. 8. sero praedicaueat, & diluculo inquit Ioannes erat in templo, ut populum doceret: & peccatricem illam adulteram liberaret. Saepem in itineribus praedicabat: in Synagogis & in domibus & in deserto, & in omni loco euangelizans verbum Dei, drachmam perditam quaerebat, diligentissimus enim fuit Saluator noster ut homines peccatores quaereret, & saluaret. At nos pigri & ociosissimi sumus, ut illum quaeramus. De die in die conuersionem distulimus, & procastinamus, & in eius seruitio pigri sumus? Missam quaerimus post meridiem, conuersionem sero: pauperibus non statim elemosynam damus, denique omnia negligenter agimus cum in nostris proprijs commodis diligentissimi simus. Dilce igitur ex hoc loco opera Dei diligenter agere: quando quidem Christus salutem animae tuae non solum gignit quaesuit. Unde Iosaphat rex Iuda, iudicibus Iuda dixit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Quia autem negligenter Deum quaeris vide quid minus per Prophetam dicat. Quia domus mea deserta est & vos festinatis, vnusquisque in domum suam, propter hoc prohibita sunt caeli non darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum. & c. Eandem diligentiam, quam adhibes ut hominibus gra-

Proue. 6.  
Psal. 118.  
Hier. 23.

In Iohan. 8.

Luc. 4.

2. Para. 19.

Agg. 1.

Hesler. 1.

rus sis: adhibere debes vt Deo placeas. Vtinā idem faceret mercator pro Dei cultu, quod vt pecuniam lucretur, facit. Si mulier tantum operā impenderet vt Deo placeret, quantū vt hominibus pulchra videatur grataque sit impendit nihilominus decoram, animā faciem, quam corporis redderet: Vxores Regis Affueri se diligentissimē lauabant, componēbant, & ornabant, vt Regi suo placerent: qui Rex Affuerus vt primatēs regni sui splendidius inuitaret, pretiosissimos omnis generis arboribus confitos hortos fecit, vasaquē auri & argenti ditissima, &c. Vtinam & nos propter Deum faceremus quod Rex iste mundo placiturus fecit. Sed procedamus. Ita di eo vobis gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Angeli gaudent penitentia & conuersione peccatoris, primo quia eorum officium & ministerium quod ex Dei mādato erga nos exhibēt in penitente non frustra est: Secūdo, quia numerus eorum per hos penitentes impletur: etenim quousque in peccatis iacent, in castris diaboli sunt: & si ad penitentiam conuertuntur, sub vexillum Christi confugiunt. Hoc vō sanctis Angelis gaudium affert, quod diabolo regnum eius minuitur, Deo vero adaugetur regnum eius: & quod etiam ex humano genere quotidie noui veniunt, qui cum illis Dei bonitatem & misericordiam laudent & pradicent. ¶ Obserua autem quod non dicit simpliciter quod Angeli gaudent in nostra penitentia: sed etiam quod sit gaudium in cœlo propter peccatorem penitentem. Idē dicendum quod non solum Angeli, sed etiā beatissima Trinitas gaudet in nostra conuersione & penitentiā. Gaudet Deus pater quod per penitentiam nouos adipiscatur filios: & Dei filius gaudet eo quod non frustra sanguinem suum fuderit & passus sit, & spiritus sanctus quia acquirit suum templum in quo habitet, & membrum suum quod viuificet, & suū vas quod gratia suā adimpleat. Vide igitur peccator ne Christus pro te frustra sit mortuus. Vide etiam ne sanctos Angelos gaudio, & reque ipsum salutē tuā spolis. Quia igitur tam clare Dei gratiam & bonitatem vides, caue ne ingratus inueniaris: & oblatam misericordiam repellas. Caue abutaris, quo autem nunc misericordiam suam lenius declarat, hoc seuerius postea suam iustitiam ostendet, si ingratus fuerimus. ¶ Videmus etiam vt sicur tota sancta Trinitas & Angeli de nostra sa-

lute gaudent in cœlo, vt nos similiter de salute proximorum gaudeamus: & peccatorū duriē deploremus. Multi enim (vt inquit Paulus) unum corpus sumus: alior enim alterius membrum: & ita quemadmodum vnum membrum in alterius salute laetatur, dolorem vero & infirmitatem sentit, & compatitur: sic nos de bonis proximorum gaudeamus, & eorum mala sentiamus & deploremus: non sicut impij pharisæi, qui tristabatur & murmurabant, in conuersione & bono proximorū. Obserua secundō, & vide quanta sit humana malitia & iniquitas. De eo propter quod Angeli benedicunt Deo, laetabatur Angeli & gaudebant Deum laudantes, cum videbant hos peccatores ad Deum conuerti Pharisæi vero murmurantes inuidia flagrabant. Laudabant Angeli Deum eo quod Magdalena peperisset suam mam que capiebant lachrymas illius mulieris peccatricis vidētes. At Simon Pharisæus murmurabat. Iudæis Christum in crucē dependentem deludentibus, laetabantur Angeli in cœlis, Deo gratias agētes, & gratulantes quod esset inuenta ouis perditā, dicentes. Benedictus sit talis ac tantus pastor: nullus vnquam fuit amor, tanta dignus commendatione. Discē ex hoc loco paruifacere hominum de te murmuraciones, dum modo id quod debes facias: Angeli enim tibi bene dicent in omnibus bonis operibus manū tuarum. Vnde Paulus. Mihi autem pro mirimo est, vt à vobis iudicet, aut ab humano die qui autem me iudicat, dominus est. Sic tu in officio tuo permanens, Deum que tecum ferens, murmuraciones, impudentiaque hominum dicta despice: sunt enim quasi quædam apum punctiōnes, que parum incommodi inferre possunt. ¶ Obseruandum denique vltimo est, & diligenter considerandum, qualē quantamque doctrinā dominus noster Christus & Redemptor à Pharisæorum murmuracionibus eliciat: quo enim malitia humana magis crescit & augetur, eo diuina misericordia effusius abundat. Cum Saulus blasphemādo persequebatur Ecclesiam, tunc Christus apparuit ei & conuertit illum. Cum optimo iure illi apparere poterat non vt saluaret, verum vt occideret in infernumque deruderet: tunc illum luce cœlesti circumdedit, men teque illius diuinā sapientia illustrata eum ad se conuertit. Quando Iudei multo duriores & infideliores erāt adeo vt dicerent quod si gau ostendis vt credamus tibi, tūc pollicitus est

1. Cor. 10.

Luc. 7.

Mat. 27.

1. Cor. 4.

Acto. 9.

Ioan. 6.

est

Osa. 2.

Esa. 9.

est Christus illis, se corpus suum preciosissimum in cibum daturum. Item per Oseam, populo ita deprauato & perduto, vt diceret Deus ibat post amatores suos & me obliuiscatur: pro maximo supplicio quo debuisset afficere vniuersum populum dicens aperiat terra, & gentem hanc vniuersam peccatricē deuoret, multo aliter se habēs inquit. Propter hoc ecce ego laetabo eam & ducam in solitudinem. Sic per Esaiam eos reprehendit, dicēs. Nunquid parum vobis est, quia molesti estis & Deo meo? Vbi eos punire poterat inquit, propter hoc dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Vides maximā Dei misericordiam, qui numeratis flagitijs populi eius, cum iure eos punire poterat illis indulget, maiora que beneficia tribuens. Ita & eodem modo hic cum murmurātes maligne & iniuste, Scribas & Pharisæos iuste punire possit, eos non modo non punit, verum etiā pro acerrimo, seuerissimoque supplicio, quod eorum flagitia postulabant, magna æternaque doctrina illos instruit, vt in superioribus parabolis visum est. Nequis contentus esset, vt hominibus magis pietatem & misericordiam commendaret, addidit superioribus parabolis & tertiam, adeo dulcem, suauem & lepida vt in vniuerso omnium quatuor Euangelistarum contextu, nulla sit que cum hac filij prodigi parabola nec commendatione Dei misericordiam, nec peccati detestatione conferri possit: siquidem misericordiam abyssus eum qui in miseria maxima culpa erat immersus, ab omnium peccatorum abisso, extraxit. Audiamus ergo Christum dicentem. Homo quidam habuit duos filios & dixit adolescentior ex illis patri, &c. Hæc est tertia parabola, quam Christus ad eundem propositum, contra iniquam Pharisæorum murmuracionem adducit. Parabola certe dulcissima, & tanta suauitate repleta, vt nos valde consolari, & corroborare, omnes quotquot peccatores sumus possit. In ea enim infinita Dei misericordia ante oculos nobis proponitur, benignitasque & amor incredibilis, quo peccatores recipit. Quare in toto Euangeliorum volumine nulla tati solatiij parabola mihi occurrit. Et ita existimo nullam esse tantum peccatorem, qui ad Deum non conuertatur, si attendit bonitatem, benignitatem & amorem huius clementissimi patris & quemadmodū obuiam procedat, vt filium perditum accipiat, quomodo eum deosculetur, vestiat, & vitā male adēnō



X. 4. eccle.

erat, ut eius filius fame periret. Sequitur ergo, quod & ego beneficio cum his peccatoribus discumbendo & manducando. Sed & vltimus interrogat vos Pharisei. Si pater beneficit filium prodigum excipiens: nonne peperam egit maior filius, cum de patre ob hoc murmurabat? Nemo negare potest male fecisse: nihil enim deterius est, quam de bono operemur mutare. Ac si id quod pater erga filium prodigum fecit, iustum fuit, ut vidimus: perspicuum est murmurationem & indignationem filij maioris esse iniustam. Ergo si maior filius male fecit contra patrem suum murmurans, quod filium perditum suscepisset, cum eo que discubisset: male & vos facitis, qui in me inuehimini, eo quod peccatores recipio & cum illis manduco. Nam etiam si optimi iustissimi sanctissimi que essetis ut Dauidem, Samuelem, Esaiam, & Hieremiam, pietate etiam aquaretis, & quemadmodum hic filius maior, mecum semper fuissetis, mandata mea obseruantes: tamen inique ageretis si in me isto modo inueheremini murmurantes. Hic autem est maxime obseruandum, quod eodem responso, quo pater filio maiori satisfecit, qui se iustum existimabat, refellit Christus Phariseos: quae responsio totius parabola conclusionem continet, qua illum quasi quodam sigillo impresso terminat. Inquit enim pater. Fili tu semper mecum es, & omnia mea bona tua sunt, &c. Ac si diceret, in persona Christi. Filij Pharisei, legisque doctores, ego quotidie vos in templo video, vobisque tanquam intimis familiaribus meis non solum praedicatione mea, sed etiam omnia alia beneficia mea praesto sunt. Potestis enim a me & doctrinam & caetera quasi vestro iure postulare. Sinite tamen hos pauperulos in summaque miseria constitutos publicanos & peccatores ad me venire. Sunt enim fratres vestri, & ego pater illorum, omniumque vestrum sum, & omnes a me valde diligimini. Isti salutare suam curantes ad Deum conuertuntur: audiunt sermonem meum ut callcant, quid sibi pro consequenda salute sit faciendum. Epulari igitur & gaudere oportet, quia hic frater vester, hoc est caeterus publicanorum & peccatorum mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Quare nec vos quantumcunque sancti sitis, dolere debetis, quod ego hos susceperim benigniter peccatores: sed potius mecum letari ingentesque gratias Deo agere reueniri. **I**am credo prudens lector quod intelligis

Luc. 18.

Mat. 9.

Rom. 10.

Ezech. 13.

Reg. 18.

Ju. 1.

Luc. 2.

mentem nostram, circa huius parabola literalem sensum, a quo in toto hoc opere nunquam discessi: quantum aliqua etiam quae sunt in litera concedens est apponere. In primis fortitan scandalum patieris, eo quod filius, qui dixit, nunquam mandatum praeteriui, typum gerat Phariseorum; qui peccatores erant & arrogantes. Nec ex hoc scandalizeris, audies enim in nostro Luca alium Phariseum familia de se ipso arroganter iactare, sicut hic filius senior. Domine (inquirit) gratias tibi ago quod non sum sicut caeteri hominum, raptores adulteri, sicut hic publicanus. Ieiuno bis in sabba tho, decimas de omnium quae possideo. Hoc idem ait iste filius senior, sicut Phariseus dicebat, nunquam mandatum tuum praeteriui. Et si replices quod vere iustus erat quia pater approbavit sententiam eius dicens, fili tu semper mecum es, & semper cum Christo esse iustorum est. Iam dixi tibi quod Christus nunc non vult exasperare Phariseos, sed supposito hoc falso, videlicet quod iusti sint procedit argumentum, arguens eos ratione, ostendens quod quantum iusti sint, nihilominus tamen errant murmurantes, quod Christus peccatores suscipiebat. Cum dicit, tu semper mecum es, vocat eos iustos: non quod iusti sint, sed quia iusti existimabantur. Sic etiam loquens cum eis, & de illis dixit alibi. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Vbi Phariseos vocauit iustos, non veni vocare iustos, id est, confidentes in sua iustitia, sicut Phariseos, quibus Christus haec dicebat, & quales erant illi de quibus Paulus, ignorantes Dei iustitiam & suam querentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti: sed peccatores, desperantes omnibus viribus & conatibus suis, torroque desiderio suspirantes gratiam. Confidebant Pharisei in sua iustitia sicut hic filius senior, qui propter suam ceremoniarum obseruationem & hypocritismum estimabantur iusti a populo, & ideo Christus vocat illos iustos iuxta populi reputationem. Mos enim scripturae est vocare res, non ex substantijs earum, sed ex estimatione, & apparentia. Sic Ezechiel dicit, quod est factus sermo dicens ei. Vaticinare ad Prophetas Israel. Prophetas falsos vocat Prophetas, non quod essent, sed quia vulgus putabat eos esse prophetas. Isto modo sepe vocat scriptura Prophetas Baal: sicut Paulus appellat Prophetam, Epimenidem, Poeram Cretensem. Sic etiam in Euangelio dicit Lucas de Ioseph, quod erat pater eius & ma-

ter mirantes: vbi Ioseph, vocatur pater Christi. Et Maria dicit filio Iesu: pater tuus & ego, & vocas patrem Christi Iosephum, cum non esset pater verus, sed quia existimabatur. Sic etiam Christus dicit quod Iosabae de caelo cadent: quia existimabit populus quod cadent. Similiter in Genesi, illi Angeli qui Abraham apparuerunt vocantur viri: non quod essent viri, sed quod viri videbantur. Lucas etiam in Actis loquens de Ascensione domini, vocat Angelos viros dicens. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: Et alia sunt innumera loca horum similia in sacris literis: vbi vocantur res non secundum existentiam sed secundum apparentiam, & estimationem, quae breuitatis causa nolo hic citare: & quia iam de his disseruimus in capite quinto huius, super illud, non veni vocare iustos sed peccatores. Isto modo iustus hic vocatur Pharisei, argumentationis gratia: & ut argumentum procedat. Itaque hic frater maior, hoc est: catu s Phariseorum & scribarum, eorum more fratrem peccatorem despicit & contemnit: sicut ille qui oras despiciet publicanum in templo, & sicut isti Pharisei cum quibus Christus loquebatur, despiciebant eos. Quare hic maior filius, mores Phariseorum expressissime representat tam cum dicit nunquam mandatum tuum praeteriui, quam in morem naturae contemnit, patrique suo iniuste succensens. Quare si recte animaduertas inuenies profecto in hoc fratre maiori ingenium Phariseorum simillimum: & quod nunc ait Lucas, quod conquestus est de patre, & quod indignatus est, respondet ad illud quod antea dixerat, in initio huius capitis, quod Pharisei murmurabant de Christo, eo quod recipiebat peccatores, & ideo haec murmuratio istius filij senioris non fuit admiratio, ut aliqui putauerunt, sed vera murmuratio ex impietate procedens sicut verum murmurabat scribae & pharisei de Christo, eo quod recipiebat peccatores, confidebantque in sua iustitia, sicut hic filius maior. **O**bseruandum quoque hic est, quod duo dixerunt hic pharisei murmurantes de Christo: primum quod recipiebat peccatores, secundum quod manducabat cum illis. Si primum tantummodo dixissent, breuior esset haec parabola: nam postquam dedit calcamentum filio prodigo, statim diceret, quomodo venit filius senior & murmurauit de patre, hac tantum de causa, quia filium peccatorem recepit. Sed quia Pharisei addiderant secundum, videlicet,

Mat. 24.

Genes. 18.

Act. 1.

Luc. 8.

delicet, manducat cum illis. hac ratione intro ducit filium seniore dicens. Occidisti vitulum saginatum. Et ut etiam responderet. Christus huic secundum obiectioni, dixit parabola quod pater fecit conuiuium, quod conuiuium non ponetur in parabola nisi Christus antea cum peccatoribus manducasset, etsi isti pharisaei non dixissent murmurantes, quod Christus comedebat cum peccatoribus. Ad hoc igitur secundum de manducatione cum peccatoribus oportebat respondere, ideoque haec parabola maximam in se habet perfectionem, & nihil superfluum continet nihilque ad ornatum positum: sed omnia principali in teo correspondent, & adiuuicem condeantur. Idem autem responsum quod filio maiori dedit, dedit etiam Christus pharisaeis illis sub hac metaphora respondens. Et ita his tribus parabolis terminatis & conclusis imponit noster Lucas extremam manum sermoni & capiti. Quod si nihilominus his non obstantibusque diximus, velis insistere, filium maiorem verum & iustum esse, asserens, ea quae responsa sunt pharisaeis, tollis, quod iniuriam est, ut Christus videlicet ab re loquatur: parabolaeque proposito quod intendit non applicet. Verum si quaeras a me quid significet vitulum & quid per vitulum intelligam, breuiter respondebo dicens quod significat vitulum: & nihil aliud respondebo. Quod si litera inspicias in proposito, quid aliud significet non facile reperies: si quid aliud per illud volueris insinuare, opus est ut a literali sensu discedas. Posuit enim Christus in hac parabola vitulum, symphoniam & chorum, ut ostendat magnum gaudium, & quasi tripudium fieri in caelo in conuersione peccatoris, Christoque esse iucundissimum conuiuium paschaeque celeberrimum cum peccatoribus cibum sumere. Pullum gallinaceum, gallinam uero haedum, aut arietem occidere, solenne festum non faciebat: erat enim nimis tritum & vulgare. Verum vitulum occidere, praesertim paschalem, & saginatum apud Iudaeos solennissimum erat, quod in pascha illi, aliisque diebus festis maximis faciebant. Sic Abraham cum vidit illos tres Angelos, ut eos lautius & opulentiore hospitio susciperet, gregem adiit, & occidit vitulum tenerimum. Idem mulier illa fecit pythoniis, quae cum regem Saul domi suscipiens suae, se tanto honore affectam videret, paschalem vitulum occidit. Hi enim vituli, ita molliter educati, & in deliciis habitati, apud Iudaeos non nisi solennissimis festiuitatibus ma-

Genes. 18.

1. Reg. 28.

ctabantur. Quare nihil aliud Christus dominus noster voluit significare, per hunc vitulum saginatum, symphoniam, & chorum, nisi quatum perciperet gaudium cum peccatoribus discumbens & manducans, quod summam festiuitatem, summamque laetitiam, & voluptatem, indicabat. Ut autem exaggeraret, huius festiuitatis pretium, & valorem posuit vitulum saginatum & chorum, summaque alacritate dixit, Manducemus & epulemur. Denique neque praetermittendum silentio arbitror illud quod ait quod filius senior erat in agro, & quod venit ex illo. In hoc insinuat saluator quod sicut ille erat in villa & in agro occupatus circa terrena & temporalia, & ideo non approbavit ea quae bonus pater faciebat: sic isti Pharisaei, qui erant avari ignorabant quae sunt spiritus Dei, & non intelligebant quanta benignitate essent peccatores suscipiendi. Et quia de rebus terrenis tractabant, & erant occupati & intenti rebus istis corruptibilibus non intelligebant nescientes Christi officium esse, suscipere peccatores: & ideo murmurabant. Sic etiam alibi cum Christus dissereret de virtutibus, dicit Euangelista quod audientes haec Pharisaei, qui erant avari deridebant eum.

Luc. 16.

Hoc est quod pro meo capto ingenijque tenuitate, circa sensum huius parabolae literalis dici posse comperio, ex qua more meo solito, doctrinam eliciam, ad mores instituendos consentaneam, in vero literae sensu quem haecenus dixi, perpetuo ubique persistens, doctrina tantummodo ex ipsis literae visceribus, qui potero aptissimè deriuata. Secundum quam literam, minor filius, peccatorem domo Dei aberrantem, & discedentem propter mortale peccatum, representat, ad publicanosque & peccatores a Christo domino nostro refertur. Hic igitur continetur primum quomodo minor filius accepto patrimonio domo patris sui discesserit. Secundum quod non solum discessit a paterna domo, sed abiit in regionem longinquam. Tertium quomodo dissipauit substantiam suam luxuriosè viuendo. Quartum fames quam passus est. Quintum quomodo peccator se applicet daemone aut vicio in quod natura sua procliuior est. Sextum miseria & turpitudine peccati, cum porcorum gregem custodiret. Septimum mira peccatoribus conuersio. Octauum infinita Iesu Christi misericordia suscipiens benigniter. Nonum maxima celebritas quae exercet Christus vniuersis quae chorus caelestis in conuersione peccatoris.

Deci-

Decimum & vltimum quomodo dominus noster peccatorum sit praesentissimus aduocatus, respondeatque constantissimè & contrarius carnis. Sed iam singula haec discutiamus. Ait ergo noster Euangelista. *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri.* Miror autem haec parabola filij prodigi ponitur tertio loco. Nam cum de iustificatione impij, haec tres parabolae loquantur, primum & ante omnia ut meritum Christi precedat necesse est: sine quo omnis nostra actio quali ber in specie bona nihil est. Nemo enim venit ad patrem nisi per Christum, qui vnicus mediator est, inquit Paulus, inter Deum & nos. Ideo in similitudine de bono pastore primo loco statimam si ianua est ad salutem, merito primo de se ipso loquutus est. In prima & secunda parabola multa fecerunt pastor & mulier, & nihil omnis aut drachma. Quia autem non sufficit Dei voluntas nec passio Christi, ut peccator consequatur vitam aeternam, si ipse non fecerit aliquid, quia oportet ut & ipse addat operam suam, partemque suas obeat, additur haec tertia parabola: ubi docemur quod peccator cum filio prodigo seipsum confideret, seipsum agnoscat suam miseriam confideret, & de peccatis resurgat: ad Deum patrem suum curat, peccata sua humiliter confiteatur & suppliciter veniam & misericordiam imploret. Hoc peccatorè in iustificationem sui facere necesse est: qui enim creauit illum sine ipso, non iustificabit illum sine ipso. Homo itaque iste Christus est qui duos filios habuit hoc est peccatores poenitentes, & alios se iustos simulantes, ut iam in litterae expositione ostendimus. Vterque appellatur filius creatione. Per filium adolescentem non modo carnis ille publicanorum & peccatorum, sed quicumque peccator intelligitur. In hac enim parabola, satis ostenditur in illis publicanis & peccatoribus, quomodo homo per peccatum a Deo discedens in plurimas incidat miseras, & calamitates. Adolescentior itaque peccator hic est, non aetate sed moribus, non annis sed defectu sapientiae, & hinc ad insolentiam & peccata procliuior. Optime igitur dicitur adolescentior, nam si erat adolescentem in aetate, multò adolescentior erat in iudicio: membris inquam & leuitate adolescentem erat, licet non esset in aetate. Multos enim senes iuuenes qui iuuenes sunt in habere, inest, in verbis, & in moribus, plerosque videbis amantes, politos, adeoque ornatos, ac vigesimum quin-

Ioh. 14.

1. Tim. 2.

tum agerent aetatis annum. Alios, adificijs rebusque suis administrandis, & ambitionibus, publicisque reipublicae muneribus adeo districis, quasi heri vel nudius tertius in luce essent editi. Mundus eos repellit & dimittit, ipsi vero nunquam se respiciunt, ut mundum deserant, & se in Dei cultum recipiant, reliquum temporis, quod sibi est vita. Hos vocat Propheta Esaias pueros centum annorum. Alij autem sunt iuuenes aetate, sed senes in moribus: ut fuerunt Ioseph, Dauid, Daniel, & Samuel. Vnde Dominus ad Moysen ait, Congrega mihi septuaginta viros, quos tu nosti, quod senes populi sint. In quo puncto senes non vocantur canes, sed religiosi & prudentes. Si enim Deus tantummodo de senibus canis verba faceret non diceret quos tu nosti, quod senes sint: sed absolute dixisset congrega septuaginta fenes ex Israel. Illos voluit Deus eligere quos sciebat Moyses, & experientia cognouerat, viros esse virtuti deditos, sapientes & morigeratos, licet iuuenes essent aetate. Hos Deus vocat senes. Eodem modo Christus redemptor noster hic volens ostendere leuitatem & stultitiam peccatoris, eum adolescentem vocauit: nam ut plurimum adolescentem parum sciunt, quia pauca experiri sunt, quare ut eius inscitiam notaret, adolescentem nomine vsus est. Nam ut dixi adolescentem in seipsum suarum rerum, inopesque consilij. Si hic domum patris sui deseruit, & se iuit perditum, causa stultitiae suae id fecit: quare quilibet adolescentem, senex sit aetate. Omnis homo qui prudentia, ad vitam suae actiones dirigendas, caret, verus adolescens aut puer est. Ex hac iuuenili aetate provenit inscitia, quae vna causa est nostri errati, propterea (dixit Esaias) captiuus diuus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et Dauid in Psalmo. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulanti: & mouebuntur fundamenta terrae. Quare Moyses condolens populo precatur dicens. Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Hanc autem adolescentiam seu inscitiam peccatorum deplorabat mundi Saluator dicens. Quoniam si cognouisset & tu in hac die quae ad pacem tibi. Pueri futura non curant, tantum enim praesentia considerant: ideo Paulus passim precatur & optat fidelibus ut cognitione Dei repleatur: nam ubi consilij nulla copia est, facile in errorem adducitur homo. Eam ob causam promisit Deus in veteri lege daturum, ac missurum doctorem iustitiae iux-

Esaias. 67.

Num. 11.

Esaias. 5.  
Psalm. 31.

Deut. 32.

Luc. 19.

Ioh. 2.  
Psalm. 37.

tia: iuxta quam sententiam in persona Davidis quoque dicit. Intellectum tibi dabo, & instruat te in via hac qua gradieris. Nō est igitur mirū si Deus deseratur ab ijs, quibus notus non est qui verbum Dei, nec audiunt nec habent, qui nihil de Deo sciunt. Per atatem filius prodigus intelligere non poterat, quāta facultas fructū erat in paternis laboribus, postea tandē vexatio dedit intellectum, & sensit dampnū. Sic nos Deū derelinquimus, & in vitia labimur, quia nō prospicimus quanta mala inde pronentiant. Quemadmodum accipiter nisi compede ligatus teneretur operisq; oculis, cohiberi non posset, quin frequentissimis in subitibus superas cœli auaras peteret, euolareque etiam cum pedum iactura & afflictione niteretur: ita & tuis oculis operis in huius mūdi caligine cæcutiens, libidinibusq; astrictus tenereris, stare non posses, in exosis omnibus mundi voluptatibus quin velocissimis in cœlum cogitationum, operumque penes rapereris. Cecidit hirundinum stercus in oculos Tobie dormientis, & cæcus factus est: quæ hirundines in veris initio canunt: & statim auolant latentque. Idem habet & hic mūdus in ingenium, vt breuissimam demonstrata voluptate, quæ miseris homines sui amore præpeditos posteaquam cæcos efficit, suorum bonorum terrenorum stercore, statim auolat, & euanescit, vt est apud D. Paulū. Omnia enim breuiter transiunt, huius vitæ commoda & voluptates: sub quibus qui incapti dormiunt, tandem oculis capti efficiuntur, mentisq; caligine demersi in infernum mittuntur. Omnes enim peccatores in peccatis suis permanentes oculis carēt, vt lucem Dei videant tenebrasq; quibus inuoluntur effugiant. A periamus igitur animarum nostrarum oculos, vt ignorantiam teterrimum inferorum monstrum, propulsemus. Quamquam enim multa sint peccata fragilitatis, multa etiam malitiæ: tamen verissimum est, ignorantiam omnium malorum & flagitiorum esse fundamentum & principium Ignorato enim Deo maximoque virtutis premio incredibiliq; peccatorum supplicio, facile omnes in mala labimur. Ergo si consideraret homo quid esset Deus, quantumq; peccatorum causa amittat inferniq; tormenta & cruciatu horrendos non peccaret. Verum, quia in iudicio adolescens est, caretq; Dei notitia, in peccatum labitur. Ideo Philosophus dicit, quod omnis malus est ignoras, quia nullus peccat nisi quia quid perdat non videt.

Esa. 29.

Tobi. 2.

Philip. 3.

Ideo nihil aliud nobis restat nisi vt dominum cū Dauide rogemus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiā in morte. Et alibi. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Petamus à Deo iudicium canitum fenecutemque veram, quæ scientia Dei est: ne cum derelinquamus, cum eo permaneamus: domi eius habitemus, illius mandata custodientes, &c. Secū dū, quod habet iuniores est, quod confidit præter modū sibi ipsis, ingenio, viribusq; suis, existimantes se iam esse tales, vt per se re sua tenere & administrare possint. Et hac de causa recessit hic à domo patris, confidens in proprio ingenio & virtute. Et putat se omnia scire & posse. Propria confidentia multorum causa est, vt à Deo recedant. Istis loquitur dominus in Apocalypsi. Dicitis quod diues sum & nullius egeo, & nescis quod miser es, & miserabilis: & tu pauper, & cæcus & nudus. Quæ parum autem possit homo sine Dei gratia, & auxilio infra in isto filio prodigo videbimus. Nos vero in hoc loco discamus in hoc filio prodigo quid auertat nos à Deo nempe insipientia & confidentia proprii ingenij. Vidisti Petrum in suis viribus præsumptam atque dicentem: etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego autem nunquam scandalizabor. Sed quia proprie confidebat virtuti, à muliercula quadam superatur. Sic etiam & David dixit. Ego dixi in excessu meo non commouebor in æternum. Et subdidit. Auertisti faciem tuā à me, & factus sum cōturbatus. Atque ideo postea vt pote qui in seipso expertus fuerat in illos iludit, qui non omnem suam fiduciam in Deo constituunt. Ecce homo qui non posuit Deū adiutorem suum: ego autem speraui in misericordia Dei, in æternum & in seculum seculi. Et alibi de peccatoribus etiam ait. Qui confidunt in virtute sua. Sed iam hunc stultum adolescentem patri loquentem audiamus. *Pater da mihi portionem substantiæ, quæ mihi cōtingit.* Ista substantia rationalitas est: quam arbitrij libertas comitatur. Sine me pater viuere pro meo arbitrio & libidine, vt quecunque mihi placita fuerint faciam. Omnia autē mala & incommoda que in orbe videmus ex altero duorum malorum oriūtur, vel ex eo quod volunt homines, suo arbitrio cuncta gerere: vel quod præceptis diuinis obtemperare conueniunt. Peritio autē huius adolescentis ad obperuētā & irrationabilis fuit: vt infanior esse nō potuerit. Voluit enim similis esse Deo initium

Psal. 139.

Psal. 139.

Apocal. 19.

Math. 23.

Psal. 139.

Psal. 139.

Psal. 139.

Ecclesi. 19.

tium

tium autē omnis peccati superbia est, & qui illam habuerit maledictus. Hac inuenerunt omnia peccata mundum. Vult hic proprio arbitrio & iudicio se gubernare, patris liber præceptis. Hic idem amor proprius in nobis, quo contra Deum, eiusque præcepta utimur, causa est omnium malorum, amor enim proprius iudicium peruertit, rationem offuscatur, intellectum obscurat, voluntatem inficit, viamque salutis obstruit. Homines enim huiusmodi amore implicati nec Deum agnoscut, nec proximum: diligunt neque virtutem quarunt, sed honoribus tantummodo curant, mundiq; gloria peruestigandæ operā nauant: quorum infania in hoc potissimum consistit, quod existimant se proprio iudicio, & arbitrio posse viuere, sine auxilio aut industria patris sui cœlestis. In Pelagianam hæresim incideret ille qui assereret, quemlibet rationis vi, liberorumque arbitrio admittente vitam æternam per se ipsum sine Dei auxilio posse consequi. Causa autem huius effusissimæ libertatis, quam impij homines cupiunt, est vt pro libidine sua à patris sui præceptis liberè viuere possint: nā reuera nemo viribus arbitrij sine Dei gratia saluari potest, nec etiam se ab omnibus tentationibus tueri. Nam etsi per peccatum liberū hominis arbitrium nō tollatur: nihilominus tamen aded imbecillum & infirmum, deprauatumque manit, vt paucissimis tentationibus resistere possit, sed quasi nauis clauo amissa in medio maris constituta, quocumque vel minimo flatu, huc, illuc impellitur. Sic hoc nostrum liberum arbitrium post peccatum mortale nisi iam per pœnitentiā sue sit confirmatum, adeo infractum, & vacillans efficitur vt vel leuissimo carnis, mundi, aut diaboli pulsu nutet & contremiscat. Nam liberum arbitrium ante lapsum poterat ex gratia accepta bene viuere, & non peccare vnquam: & idcirco non indigebat tunc gratia Christi miserantis, & ad pugnandum & vincendum adiuantis. Sed post lapsum factum est miserum seruituti peccati & damnationis obnoxium, à quibus malis non potest liberari nisi per gratiam Christi redimentis. Nec per hoc auferimus ab arbitrio hominis suam libertatem, quia liber est in deliberando, in iudicando & consentiendo. Peccator enim per peccatum perdit vires, & potestatem: non tamē libertatem, quæ consistit non in eo quod possit bonum facere, sed in eo quod consentire vel non consentire aut velle, aut nolle possit

bonum vel malum. Vnde Saluator. Sine me nihil potestis facere. Potestatem hic tollit, nō libertatem, nec etiam quantum Deo subijciatur, adimit ab illo Deus aliquam libertatem. Exempli gratia, Nutrix infantem docet ingredij, eumque quo vult tendere permittit. Sed tamen fragilitati, infirmitatiq; illius diffidens, illum manu prehensum, vsque quaque sustinet progredientem. Dic igitur mihi, infans hic, nonne liber est eundi quo vult: certum est quod sic. Nutrix dicere non poterit, fili sine me nihil poteris facere? certum est quod sic. Nam etiam si nutrix eum incidere quo vult liberè permittat, tamē si manu mitteret illum profecto infans cum se sustinere ob pedum instabilitatem diu non posset, caderet. Eodem modo homo post peccatum, adeo viribus effectus manet, vt sine Dei auxilio, nec vitam æternam impetrare, nec consistere in virtute possit. Itē sicut infans hic recentia liberè gaudiendi libertatem, nutrici tamen substat, ita & liberū arbitrium est liberum, Deo subiectū est. Rursus, vt infans post ruina factam habet libertatem vel gradiendi vel sedendi: attamen sine auxilio nutricis surgere non potest. Eodem modo, & homo, qui in peccatum lapsus est, libertatem habet se eluandi à peccato, vel in peccato manendi, admittendi, vel non admittendi Dei inspirationes, demonisue suggestiones: caret tamen viribus gratiæ: sine quibus nec erigere se, nec viam virtutis ingredi potest: tanquam infans, qui nisi manu ducatur recta incedere non potest. Præterea quemadmodum possit infans hic licet manu duceretur nutricis, incedere nolle: ita & peccator potest in peccatis suis immorari, licet diuina manu corripitur ad salutē. Ex his colligimus primò quod mala ex nostra voluntate sunt: & quod bona fiunt ex nostra voluntate simul, & Dei adiutorio. Hic puer, per se solū, se prostermit humi, sedetque sine vilo nutricis adiumento: verum vt incedat motu pedum, nutricisque auxilio indiget. Sic etiam & eodem modo se habet peccator posteaquam semel lapsus est in peccatum mortale. Secundò quod liberum arbitrium liberum sit, subiectumq; Deo simul sine vlla implicatione cōtra dictio nis. Tertio quod homo post lapsum Adæ, filius ita natus, & in peccato conceptus liberi arbitrij vitibus, sine Dei gratia non possit surgere à peccato, nec Dei præcepta adimplere. Et quod magis est, quod quantum gratiam Dei

Dei



Dei sit assequutus, & remissionem peccatorum, idoneus non est tamē ad superandas diaboli in fidiās & ad vincendas carnis concupiscētiās, nisi per quotidianum Dei adiutorium, perseuerantiam bonae conuersionis acceperit. Ex quibus patet quod cum homo ex seipso tam parum possit, maxima sit temeritas de se ipso nimis praesumere, viribus suis confidere, proprioque nutu se regere & gubernare velle. Ita hic filius prodigus stulte nimis, pueriq; more patri suo dixit, vt sibi suo arbitrio viuere liceret, & vt se pro libidine sua vitam agitare concederet, siquidem liberum habebat arbitrium. Deus tamen neminem inuitum ad salutem ducit: sed permittit, vt vnusquisq; in libertate viuat, iuxtaq; propriae rationis dictam ē, aut iuxta libidinem suā: quapropter sequitur hic in literae contextu. *Et diuisit illi substantiam.* Dar nobis Deus rationem, vt libere vtamur tanquam nostra substantia: dat autem omnibus ex aequo, omnes enim ex aequo rationales sunt & aequo libertum habent arbitrium. In hoc enim elucet humani libertas arbitrij: quod pater nec discedere volentem tenuit, nec manere cupientem cogit abscedere. Vnde in Ecclesiastico habetur. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit mandata & precepta sua. Apposuit tibi aquam & ignē ad quod voluerit porriget manum suam. Neminem itaq; cogit, nec vult aliquem astrictum esse: quin possit recedere cum voluerit, donat etiam cum arbitrij libertate alij ingenij splendorem, alij scientiam, alij fortitudinem, &c. *Et non post multos hos dies.* Animus humanus naturalibus suis donis, nō potest diu iniri, sed quamprimum labascit, vbi Deus abstrahit manū suam. Prauum cor hominis, (ait Ieremias) & inexcitabile. Hinc Esaias. Cor impij quasi mare feruens. Satanas etiam non dormit, vt exponat hominem quē videt Dei auxilio destitutum. Qui nihil rei vult sibi esse cum Deo, haud diu quietum illū finit diabolus, quin statim occupatū illum reddat negotio aliquo quod Deo non probatur. In primo nostro parente hoc clare verificatū est: quem Deus optime cōsiderat, & pulcherrimis donis ornauerat, relictum in manu consilij sui, hostis non cessabat, donec in peccatū praecipitauit. Hoc sibi vult particula haec, non post multos hos dies. Quid autem facit filius prodigus audi. *Congregatis omnibus.* Donis naturalibus, scientijs, diuitijs, & ceputabat iam sibi opibus ita prospectum esse, vt nulla calamitas

animum eius sollicitare possit, ac proinde impossibile esset aduersam fortunam in se vllā potestatem habere posse, sibi persuadens facultates istas perpetuo duraturas. Quid autē accidit? Sic superbere incepit potentia elatus, vt derelinquerit domum paternam, & cōfidens in diuitijs & in proprio ingenio, omnia cepit consumere. *¶* Obserua autem quomodo superbiat congregatis omnibus diuitijs. Sic qui abundant his donis, & bonis mundi huius dicuntur in interitum. Sic Saul qui bonus & humilis erat in domo patris, in statu cōmuni: postquā diuitias obtinuit, & potētatus superbe egit, dominum dereliquit, & multa mala operatus est. Sic etiam Dauid qui bonus erat, cum erat pastor, & in persecutionibus Saulis: postquam Deus dedit illi requiem ab omnibus inimicis rapuit Bersabe uxore Vriā, & Vriam occidere mādauit. Sic iste filius prodigus, qui antea sub obedientia patris humilis erat & bonus, postquam se diuitem vidit, & omnia sua congregata, superbere cōcepit. Discamus diuitias huius vite, honores, & vana cōtēnere. Hic enim diuitiarū, honorumque status periculosissimus est, praesertim incautē videntibus, nam tantū est periculum quanta est negligentia. Quam plurimos vidimus homines religiosos. Deumque rimentes qui elati in praesentiam vel in alium gradum dignitatis effusius viuenter superbi facti sunt. Quare huius mundi prosperitatem in istar maximā alicuius calamitatis effugere debet. In montibus Gelboe interierunt nobiles Israel: ita in honoribus & prosperitatibus huius seculi, virtutes vitam perdunt. Nauigatio multo est periculosa in aquis fluuiialibus, quam marinis. Ita magis salus tua periclitat, dum in prosperitatibus, delictijs, & opibus versatur quam in aduersitatibus, & tribulationibus. Prosperitas prima facie suauissima apparet, & quod potius est carnis importunissima vicinā auxilio sustentata, animam fortius inuadit. Cum igitur secundam fortunam habueris cogita aduersam quam primum restaturam, & sic prosperitate non quaesi certa sed quasi commodata vteris. Hoc autē in hoc filio prodigo apertius videre poteris: qui opibus suis, prosperitate & iuuentute nimis latus paulo post superbia sua in ingentem deuenit egestatem & miseriam. Non ergo fidendum est huius mundi prosperitati. Felix videbatur sibi Amā, cum Assuero Regi gratiosus arat: attamen eo die quo maius gaudium habebat, inuitatus a Re-

1. Reg. 9.

1. Reg. 15.

2. Reg. 11.

2. Reg. 1.

Hester. 7. Exod. 14. 4. Reg. 19.

Tob. 1.

Psal. 140. Psal. 118.

Psal. 61.

gina Hester ad supplicium ductus est, ibique suspensus, cuiusque domus diruta. Hoc idem accidit Pharaoni, & Senacherib: qui maxima expeditione cum Hierusalēmi obediisset, postea tamen profligatus, centum octuagintaquinque suorum millibus amissis fugit, a filiisque suis pugionibus confossus animam efflauit. Insanies igitur filius hic prodigus diuitijs & felicitate summa in qua se constitutum videbat, libertatis cupidus quid faciat videat. *Adolescentior filius peregre profectus est.* Quis praecipit huic adolecēti, vt discederet? Quis domo eiecit illum? Non misit pater in exiliū, non expulit domo: se d ipsemet a nemine expulsi sponte sua aut potius leuitate abijt & reliquit domum paternam. In hoc digressu filij a patre agnosce discessum liberum & voluntarium peccatoris a patre caelesti, & separationem illius ab eo, qui neminem deserit nisi prius ipse deseratur. Ex quo patet quod causa peccati est propria voluntas: & non Deus nec diabolus aut caro, vt multi peccatores excusantes excusationes varias in peccatis solēt dicere. Non respuit pater hic filium, sed ipse sponte sua abijt: Ideo Dauid in Psalmo. Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis. Iam hic vides quomodo mali discesserunt a iustitijs Dei: atq; ideo spreuisti sunt a Deo. *¶* Praeterea obseruandum est, quomodo in dēx & origo totius mali est auersio a Deo: hoc est, primū & omnīū maximum malū, ad quod etiā maius malū respōdet, quod est carētia diuinae visionis. Sicut enim peccator ex malitia voluntatis suae auertit a Deo, per malum culpae: sic Deus auertit faciē suam ab eo; qui ab illo auersus est, quod est omnium maximum malum. Hinc carere poenitentia. Proficiscitur peccator peregrē, longe a domo paternae auertens ab incommutabili bono, & ad haerens creaturae: quam plus facit quam Deum; omnis enim peccator creaturā pluris quam Deum aestimat; vnde ortum habent omnia peccata. Ideo Dauid in Psalmo dixit. Mendaces filij hominum in stateris. Filij hominum, si iuxta naturam suam considerentur mendaces sunt in stateris. Quid ais sanctissime Dauid? omnes ne homines lanij, tabernarij videntur: vt falsa pondera faciant omnes, quia in ponderibus omnes mentiuntur. Nullus in peccato est, qui cētēs vapore dignus non sit proponere m falsitate. Pōdus enim falsū nihil aliud est, quam librā facere ex eo quod libra non est. Ponunt enim

in statera alia in parte Deum, alia vero in parte libidines, emolumentaque sua, Deumque in pondere leuiorem faciunt commodis suis. Hoc demum est pondus falsum facere. Hic filius prodigus vniuersūque peccatores dum peccant Deumque amore terrenorum relinquant, pondus faciunt falsum. Ponis sensualitatem, carnisque amorem; in altera statera lance, Deum vero in altera: & dicis quod pluris pendatur, plurisque aestimetur sensualitas, carnisque amor quam Deus. Et non modo hoc, verum etiam & addis, maio hoc quam vitā Dei, cū tentaris Deum super omnia amare, impudenter ais, cum mortaliter peccas, malo hoc, quā vniuersa quae Deus mea causa fecit. Eo modo igitur quo pondus fuit falsum, peccatum mortale committitur: mortale autem peccatum committere, est a Deo discedere, propria domo relicta, vt hic filius prodigus fecit. Vnde Esaias. Iniquitates, inquit vestrae, diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Iniquitas autem est pondus falsum facere, cum in oculis peccatoris pluris penditur terra sterus, quam Deus Ideo Salomon in Prouerbij. Statera dolosa abominatio est apud Deum. *¶* Obserua etiam quod pondus falsum, altero duorum modorum sit: vel quod celeriter praedatur, vel quod altera statera lance grauior sit, aut quod examen non sit ab vtraque parte adaequatū in statera. Hic filius prodigus deiecit domum patris sui, vitaeque blandimenta quibus ibi abundabat, quia nimis celeriter pendit, temerē se accinxit, & vt adolescens nullius experientiae non considerauit quid perderet, & quantum periculum subiret. Nondum enim satis discedere cogitauerat, cum nihil anima duceret quot essent in via incommoda, discessit. Quare eo stultitiae peruenit vt pondus falsum faceret. Nemo igitur celeriter pendat: Vnde in Prouerbij dicitur. Qui festinus est pedibus, statim ruet. Qui nimis festinē se disponit, postea poenitentiam agēt. Vnde factum est, vt filij Israel vitulum in deserto post tot beneficia a Deo accepta adorarent, nisi ex hoc quod venturum Mosem expectare noluerunt. Existimant enim cum nimis in monte immolari: & ideo expectare noluerunt. Fuerunt festini, nimisque cito proposuerant, & statuerunt factum suum, & ideo quia nimis celeriter perpendunt, pondus falsum fecerunt: pluris pendētē & aestimantes

Esa. 59.

Prou. 11.

Prou. 19.

Exo. 31.

Ecclesi. 15.

Ierem. 17. Esa. 55.

Genesi. 3.

mâtes vitulum quâ Deû Homo peccat quia affectum suum paulisper cohibere donec exitu peccati cõsideret, malumq; successum, nõ vult. Quod si se cohiberent, & nõ tanta festinatione raperetur, qua neq; malũ neq; incõmodũ animarũ suarũ respiciunt: nõ tãtã amẽtia in peccata incurreret. Ideo David. Cõsideravi vias meas, & cõverti pedes meos in testimonia tua. Ibat David, vt p̄deret: et quia cõstitit, & prius cõsideravit, quid esset potissimũ factũ, noluitq; festine pendere, bonũ p̄odus fecit, & nõ peccavit. P̄p̄derunt nimis festinat Bethuli, cum iam de Deo, eiusq; pietate desperantes, statuebant se Holoferni trademũ intra quinque dies sibi subueniretur. Cũ Iudæi adulteram illã vt iudicaretur, ad Christum adduxerunt, inclinavit se Dñs digitoq; in terra scribere cepit, in nuẽs prius homines negotia omnia iudicatos, se inclinare debere: digito iudicij cõsiderantes, se esse terrã & pulverem, eam enim qui habet considerationẽ, peccare nõ audeat. Quotiescumq; populus Isracl quærens ad Moysen veniebat, priusquã responsum reportaret consulebatur Deus à Moysè populi p̄ncipe & Duce. O si hoc servare quòties vindictã, honoris, vel carnis libidine incõsumur, nullum respõsum illis facientes, donec Deum consuleremus. Verum nos celeriter respõdemus, Deoque inconsulto: & inde facillimẽ in peccata labimur. Priusquam aliquid statuat de omnibus Deũ consulite: eiusq; p̄ceptis & consilijs obtemperare nõ eretis, peccata que p̄ndatis. Iosue à Gabonitis deceptus fuit, quia fidem habuit illorũ mendacijs: Deumque prius noluit consilere, quam cum illis negociũ perhiceret. Sic tu cum nimis citò te disponis mendacijs huius seculi cõfidens Deo inconsulto, facillẽ decipiare necesse est. Ne igitur velociter te alicui rei peragende accingas: ne effusissimum, quomodo fueris, risum postea de plores. Hoc autem adeo verũ est, vt etiam bona opera, velit Deus, priusquã fiãt, cogitentur. Ideo Iohannes Apõtolus ait. Nolite credere omni spiritui: sed probate an ex Deo sit, Beata Virgo vt in superioribus adnotauimus, antequã Angelõs responderet, prudenter cõsideravit quails esset illa saluatio. Immorare igitur nõ p̄odus falsum facias. Ideo in Deuteronomio dicitur. Gens absque consilio & sine p̄udentia, vti nã saperent & intelligerent, ac nouissimi ma prouiderent. David quia nimis festinatẽr mendacijs Sibã fidẽ adhibuit, iniustã tulit sen-

*Psal. 118.*

*Iud. 17.*

*Ioh. 8.*

*Exo. 19.*

*Iosue. 9.*

*1. Ioh. 4.  
Luc. 1.*

*Deut. 32.*

*2. Reg. 19.*

tentiã contra Miphibosetũ. Quãdo aliquis est summa aliqua turri decedit, p̄cipi: auisse se omnes credunt, non tamẽ si p̄detentem per scalas descendit. Itã & eodẽ modo hoc peccatũ festinationis p̄cipitatio dici potest: quoniam altissimã hominis pars intellectus est, in sima vero est re p̄stare quod intellexit. Vnde si tu nulla cõsideratione p̄uã re p̄stare intẽdis opus quod non excogitasti, & p̄p̄disti: nemo dubitat, quĩ in te sis p̄cipitaturus. Descendẽ igitur gradatim prius perpendens semel atq; iterum p̄detentimq; descendẽs per iudicij gradus: ne te p̄cipites. Hic filius prodigus quia nõ cõsideravit, domo patris sui discessit. Cõsidera ergo peccator quid tibi peccata p̄sentia & p̄terita p̄sint: nisi hilo enim magis tibi futura p̄derunt. Reuoca in memoriã te gloria cõlestem fore impetraturũ nisi hoc peccatum commiseris, cohibe te, ne celeriter cogites. ¶ Secundũ quare homines p̄odus falsum faciũt est, quia altera lanx rutina grauior est magisque onerata quam altera: & ita inferius prop̄det obliquo examine. Vnde etiam si quilibet diu pensitudo immoretur dum rutina huiusmodi vicio laborauerit, semper pondus falsum euadet. Cũ propria v̄itas grauior est, & quãstã, rerumque terrenarũ amore affectã, facillẽ peccatorem ad se trahit: Achab in bellum proficisci volẽti dixit Propheta Michas. Ne facias. Ille vero quadringeros Pseudoprophetas cõuocauit, qui omnes v̄ ore illi, vt proficisceretur in bellum p̄suaserunt: ille autem proficiscens suorum Prophetarũ monitu, primus omnium interiit. Quãdo aliquis alicui rei animũ addictũ & obnoxium habet, eiusque amorĩ quasi mancipatum, non sufficiunt p̄dicatorum exhortationes, cõfessorũ monita, vtiliũ à peccato illo extrahant, ad verãq; viã reducant. Habet enim alia ex parte forte non paucos amicos, aliquando etiam doctorẽ, qui omnes amicitiam vel doctrinã primo aspectu p̄fiteñtes illum exhortantur vt in proposito crimine, quasi esset virtus maxima, p̄sistat. Si igitur scopũ attingere vis, nullaque in re delirare à vera rationis via, depone animi tui perturbationes, & affectiones. Ibat Balam ad maledicendum Dei populum, sed prius Deum rogauit, iter necẽ: respõsumquẽ accepit quo sibi viã venia negabatur, verũm cupidine munerum à Balam oblatoꝝ captus, ire decreuit. Sed tamen asina, qua vehēbatur in medio itin-

*Eccl. 18.*

*Psal. 17.*

*Ioh. 11.*

*Matt. 17.*

*Reg.*

*Num. 11.*

ris consistens vterius progredi nõlebat: ille vero qui eam stimulo, verberibusque propellere tentabat, Angelum vidit, asinaque humana voce locuta est. Mirum est hoc affectionis exemplũ, quo ostenditur fuisse asinã herosã sapientiorẽ. Quoties admoneris ab intellectu ne pecces, ne hac incedas, sicuti Balam ab asina admoneretur: At tu intellectum tuum caedis & pulsas. Quoties dicant tibi intellectu illud, vel illud esse peccatum vt caueas respondes inoienter illam esse nimis putidam superstitionem, nimiumque scrupulosam & ita iudicium tuum verberas, infida cõtumacia tua. Ideo Ecclesiãsticus dicit. Ne vadã post concupiscentias tuas, ne libidinis dictamen sequaris, sed distamen iudicij & rationis, prius tamen Deum obseruare debes, dicens. Deus meus, illumina tenebras meas. Falsa est omnis sententia quã prius à voluntate quam ab intellectu ordinatur. Quia Iudæi d. d. ti erant honoribus & diuitijs, ideo dixerunt. Si hunc dimittimus venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. In iudicio etiam de passione Domini, Christo, & Barrabã in bilance constitutis, plus pependit Barrabã quam Christum: quia pluris aestimabatur à Iudæis Barrabã, quam Saluatoris nostri vita. Dixisses si ab aliquo fuisses interrogatus Iudæos istos igni sempiterno esse dignissimos siquidem tam inique hominum merita pependerunt. Si tibi daretur opus vtrũ eligeres, Christum an Barrabã diceres Christum an peccatũ? Proximo substantiã eripis, animã diabolo tradis, sequitur quod peccatũ & demonem plũquam Christum amas: sed cum dæmon Barrabã multo sit peior, te esse deteriore multo Iudæis illis, si quidem dæmonem pluris quam Christum facis, necessario concluditur. Cuius mali vera causa & principium est, statera odij vel amoris quã in voluntate tua constituta pondus adulterinum te facere cogit. Eodem modo & hic filius prodigus pondus falsum facit, quia huiusmodi lasciuitatibus & luxurijs deditus erat, quã cum domi patris exercere non possit, maluit libidinem sequi, quam patri obtemperare, libertatemque pluris pependit quam domus patris delicias. Similiter & omnis peccator mauiit turpia desideria sua adimplere carnisq; libidini satisfacere appetitumq; in omnibus sequi: quasi subulcus

porcos, sic cupidines suas obseruas quã amicus Dei factus bonis æternis & nunquam interiturus perfrui. Itaque omnes homines illi, qui terrena sectantur, & ea plus diligunt quã Deum, mē daces sunt in statera. Sed de his hætenus. ¶ Vsq; adhuc de primo principali locuti sumus videlicet quomodo filius hic prodigus discessit à domo patris per peccatũ pluris estimans creaturas, quã creatorem: nũc de secundo principali, vt promissimus nẽpe qd longẽ abierit, est discendum. Secũdo igitur hic filius prodigus non solũ discessit à domo patris peccans mortaliter, sed longẽ abijt: ¶ Evangelista expressit, dicens: *Et abijt in regionem longinquam.* Cum peccatum nihil aliud sit quã auersio ab incõmutabili bono, & aduersio ad creaturas: patet quod quilibet peccator se auertit ab eo, atq; elongatur, non tamen omnes peccatores qui à Deo absunt, æqualiter distant. Alius enim lógius est quã alius, iuxta grauitatem, & magnitudinem, numerum v̄ criminum. Dũ autem hic dixit Christus, quod hic abijt in regionem longinquã, significare voluit, illum multis magnisq; peccatis se à Deo auertisse. Sic Dñs noster Iesus Christus, de quibusdam peccatoribus, allegas illud Esaiẽ Prophete dixit. Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longẽ est à me. Non refugiebat eos Christus, qui de cœlo venerat in terra, & p̄cipue ad Iudæos, quibus hæc dicebat: sed ipsi voluntate sua se elongauerũt, & fugerũt à salute. Venit filius hominis salutẽ facere quod perierat: sed quia ipsi Barrabã petierunt & Iesum repudiauerũt longẽ facti sunt à salute. ¶ Sed dubium hæc oriri videtur, cum Deus dicat. Cœlum & terram ego impleo, & vbique sit per suam essentiam, p̄sentia & potentiam: qui fieri potest, vt aliquis lóge sit ab eo? Vnde David etiã in Psalmo alloquitur: Deũ dicens. Quis ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum, ades, si sumpleo pennas meas disculo, & habitauero in extremis maris. Igitur si nẽmo potest. Dei cõspectum effugare, aut ab eius p̄sentia distare: quomodo peccator hic procul à Deo est? Dico quod triplex est distantia in omnibus rebus. Prima est distantia localis, qua videlicet decem aut viginti passus distat columna à columna, vel paries à pariete. Hæc igitur distantia localis non est inter peccatorem & Deum: Deus enim vbique est, & ita nihil ita latere potest,

*Matt. 15.  
Esa. 29.*

*Matt. 9.*

*Hiere. 23.*

*Psal. 138.*

vt eius conspectu effugiat: de qua distantia lo-  
quutus est David, dicens in Psalmo. Quo ibo  
à spiritu tuo, &c. ¶ Secunda distantia dicitur  
comparationis vel perfectionis, qua quip-  
pià alio nobilius, doctius, pulchrius, ditius,  
aut melius est, vt cum de excessu, quo quis  
alium excedit dicimus, maxima est inter vtrū  
que distantia, quia alter alterum longe supe-  
ret: De hac distantia loquutus est Dominus  
ad Mosem, Filij qui hodie boni & mali ig-  
norant distantiam ipsi ingredientur, &c. Sa-  
piens quoque Salomō ait. Non vidit solem,  
neque cognouit distantiam boni & mali. Eze-  
chiel quoque ait. Sacerdotes eius contempse-  
runt legem meam, & polluerunt sanctuaria  
mea: inter sanctum & prophanum nō habue-  
runt distantiam, & inter pollutum & mun-  
dum. De hac secunda distantia, quam voca-  
mus perfectionis, si intelligimus nulla maior  
dici potest: infinita est enim inter Deū & pec-  
catorem distantia. Verum hic non agitur de  
hac distantia, secundum quam tam longe ef-  
fet bonus à Deo quam malus: Deus e-  
nim infinite omnes creaturas excedit,  
& omnes creatura à perfectione Dei infi-  
nitè distat. ¶ Verum est & alia terti-  
a distantia oppositionis, quando videlicet  
vnum alteri opponitur: vt si sedentibus hic  
quinque aut sex doctoribus sententiā de qua  
piam re tractatis, & vnus aliquid dicat, cuius  
contrarium affirmet alius: tum demum dici  
mus, hos inter se distare. Huiusmodi distan-  
tia oppositionis est, quia sibi inuicem sen-  
tentijs suis & voluntatibus contradicunt: nam  
alter ab altero tam longe est, quantum alibi  
à nigro distat. Ita inter duos dissentientes li-  
cèt corporibus hæreant, dicimus quod mag-  
na sit distantia: non inquam distantia localis,  
sed oppositionis distantia. Hoc modo ergo di-  
stat peccator à Deo, per oppositionem, & cō-  
trariam voluntatem. Dicit Deus, honora pa-  
trem: tum & matrem tuam. Sed ille respon-  
det. Non honorabo eos. Dicit Deus, non mo-  
chaberis: responder autem ille. Volo mœcha-  
ri, &c. Quando Deus ait, peccator negat: quā-  
do autem Deus negat, peccator ait. Itaque de  
præceptis affirmatiuis Dei, facit peccator ne-  
gatiua, & de conuerso de negatiuis affirmatiua:  
omnia contra Dei voluntatem gerēs, Deo  
que resistēs & contradicens, se eius præce-  
ptis opponens. Ideo dicimus illum esse lon-  
gissimè à Deo. Iuxta Christum erant scribæ  
& pharisæi illi, dicente Matthæo Accesserūt

Deute. 1.

Eccle. 6.

Ezec. 22.

Matth. 15.

ad Iesum scribæ & pharisæi dicentes. Quare  
discipuli tui transgrediuntur traditiones senio-  
rū: ve runtamen de illis ait Christus. Cor eorū  
lōge est à me. Si corpore prope erant lōge vo-  
luntatibus distabant: amabant enim quod Chri-  
sto odio erat, & odio habebat, quod Christus  
amabat. Cum autē omne peccatū, vt ait Au-  
gustinus sit dicitū, vel factū vel cōcupitū con-  
tra legē Dei: hinc fit vt omnis peccator à Deo  
per peccatū discedens hac distantia oppositio-  
nis, aut contradictionis ab illo distet. Paulus  
etiā. Peccatū nescire nisi lex prohiberet.  
Quia peccator se opponit contra legē, à Deo  
longè distat. Vnde egregius Psaltes ait. Lōge  
à peccatoribus salus. Cur autem longe est ab  
eis: Reddidit causam alloquēs Deū. Quia ius-  
tificationes tuas nō exquisierūt. In eodē quo-  
que Psalmo dicit. Appropinquauerunt perse-  
quētēs me iniquitati, à lege autē tua longè fa-  
cti sunt. Reverserūt peccatores à lege Dei, &  
appropinquauerunt iniquitati: quia cum vi-  
tium & virtus duo extreme sint inter se oppo-  
sita inuicemque contraria, quo quis magis re-  
cedit ab altero, magis ad alterū extremū acce-  
dit: qui autem à lege Dei recedit, que volūtas  
Dei est, necesse est vt à Deo recedat. Vnde ini-  
quitati propinquior fit, quo magis à Deo re-  
mota est: nō autem interuallo locorū vt di-  
ximus, à Deo quis elongatur, sed prauitate mo-  
rum & deformitate gestorum. Vnusquisque  
enim suis studijs sese adiungit aut separat, ad  
virtutis extremū. Quia peccatores, ait Da-  
uid, iustificationes Dei nō exquisierūt, quod  
longe facti sunt ab eo. ¶ Verū tūa hic obserua-  
da sunt. Primum, quid sit à Deo lōgius distare.  
Ille enim lōgius distat, qui maiores præcepti  
transgressor est, aut maioris alicuius virtutis  
violator. Longius enim recessit à Deo, qui pa-  
trem suum iniuria afficit, quā qui proximū  
suum aut vicinū: opponit enim se magis præ-  
cipuo mandato. Plus recedit à Deo, qui pro-  
ximū occidit quā qui vxorem alienam  
concupiuit: quia maiori præcepto contradi-  
cit. Ex hac autem regula, quæ Diui Augu-  
stini est, cognoscere facillimè possumus quis  
longius à Deo recedat, si animaduertamus  
quis cōtra maiorem aut potiorē virtutem,  
aut præceptum faciat. Vt si perpendamus, ex-  
empli gratia quis magis peccet, helleo an su-  
perbus, considerare debemus vter illorū con-  
tra maiorem virtutem faciat: prior contra ab-  
sinentiam; posterior contra humilitatē ope-  
rantur. At istarum virtutū quæ est maior: cer-  
tum

Aug. lib. 11  
con. Faustū  
cap. 27.

Roman. 7:

Psal. 118.

Prou. 18.

Genes. 3.

Gene. 4.

Gene. 37.

Gene. 16.

Psal. 72.

1 Pet. 5.

Gene. 4.

tum est quod humilitas: ergo plus peccat super-  
bus quam helleo, & ita à Deo magis recedit  
superbus helleone, & sic de alijs. ¶ Obserua  
secundo quod quāmadmodum qui maiores  
passus incedendo facit, longius recedit ab eo  
loco, in quo fuit: sic peccator maiora peccata,  
& sapius committens remotior fit à Deo. Cū  
in gratia statū & in Dei amicitia es, si peccas  
faciem à Deo ad creaturas auertis, à quo si se-  
mel peccas vnum passum ad mandum accedi-  
dis, si sepius pluribus passibus ad mundum  
appropinquas. Toties autem peccare potes,  
alijs peccatis ad alia additis, vt in profundū  
omnium malorum, vltimumque Dei contē-  
ptum venias: adeo, vt omnium diuinorum si-  
cut missa, sacræ concionis, diuinarū que pro-  
cum tadio capiari, iuxta illud. Peccator cum  
in profundum peccatorum venerit, contem-  
nit. ¶ Tertio quā plurimi recedunt peccato-  
res non vno ductu, sed pederentim & pau-  
latim, nam quauis peccator in instanti per-  
petret, tamen quemadmodum febres, alia  
que infirmitates in ortem proueniunt: sic pec-  
catum plurimā animæ agritudines præce-  
dunt, antequā fiat. Solebas quoridie missa  
interesse, sed paulatim ita frigidis, vt paulo  
post au deas dicere, te ad missam audiendam  
nisi diebus festis non teneti & ita prætermi-  
tis. Vnde fit vt postea etiam diebus festis au-  
dire contemnas, mortaleque peccatū admi-  
tas. Paulatim recessit à Deo mater nostra  
Eua, nam vidit lignum in mediō Paradisi  
quod erat pulchrum visū, & suauē ad vescē-  
dum: & postea cōcupiuit fructum eius, quod  
decepto, præceptum Domini transgressa est.  
Sic Cain, sic filij Iacob, ex parua inuidia que  
in principio non poterat esse nisi venialis,  
tandem paulatim crescente inuidia ad inter-  
uentionē deueniunt. Quantum autem ma-  
lum sit à Deo elongari testis est hic filius pro-  
digus, qui postquam exiit à domo paterna nō  
inuenit nisi famē & miseriam. Quid habuit  
Agat extra domum Abrahami, nisi laborem?  
Vnde Psalmsita ait. Ecco qui elongant se ab-  
sque peribunt. Sicut pulli incessit ab accipitre  
quādiu ceterū volant iuxta matrem securi  
sunt, at si ab ea longe discedant ceterū capiuntur  
& percutiunt: sic qui à Deo non distedūt eu-  
roduntur ab eo: qui vero longius discedunt  
capiuntur à demone, qui est ceterū, vt Petrus ait,  
qui tenens quem deuoret. Ex hac igitur auer-  
sione inuenit peccator in multa dāna. Ideo de  
Cain ait scriptura quod egressus à facie Dñi

habitabit profugus in terra. Inter alia autem  
mala quinque enumerabimus. ¶ Primum est  
Deum paruifacere, cū proculdubio nihil ma-  
ius sit, omnia enim illa, quæ emittis videmus  
quantumcūque magna sint apparent exigua:  
Radix enim visibiles qui ab oculis nostris pro-  
cedūt quod lōgius procedūt angustiores sūt,  
donec protinus euanescent. Si solem intuearis  
cū sit octies tota terra maior, duorū pedum  
aut trū mensurā habere tibi videbitur. Quā-  
re ergo sol cū tantus sit, tā paruus esse appa-  
ret? Nulla alia ratio est, nisi quia lōgissime ab  
es ab illo, maxima autem distantia, quæ est in-  
ter nos & solem; illius magnitudinem deftan-  
dat, eumque de magno partium videri facit.  
Eodem etiam modo ad nostrum propōsitū,  
nulla causa est contēptionis tuæ, quia Dei amo-  
re pro nihilo desere: aut certe pro rebus nihil  
litis ponderis & momenti, non dubites nisi  
quod de longe eum aspicias, lōgeque ab eo  
immoratis. Pluris enim facis emolumenta tua  
quā Deum, ceterisque peierabis, vt mercimo-  
nia tua ex animi sententia negotieris: aut etiā  
vt drachmam vnam lucrires Deum centies  
prodes & derelinques. Hoc autem fit, quia tā  
parui Deum facis vt argeteam nummū mul-  
to esse maiorem iudices. Bona terrena cū vi-  
lia & abiecta sūt tamen quia ea nihil amā-  
mus, nobilia nobis & pulchra videntur. At  
Deus quia super omnia huius seculi bona à  
nobis vt delectat nos amatur, exiguus & qua-  
si inuisus nobis est: verum multo aliter Paulo  
Apostolo gentiūque doctori visitabatur, qui  
quoniam procul à mundo, proximèque Deū  
ellet, ad Titum scribens dixit, vsque in aduē. Tit. 2.  
tum gloriæ magni Dei: vbi Deū magis vo-  
cauit. Et alio in loco tam parui mundū dixit,  
vt diceret Philippensibus. Omnia arbitratus  
sum sicut stercora. David quoque multis in  
locis eius magnitudinem extollit. Et in Psal. 46.  
mo nonagesimo quarto ait. Quoniam Deus  
magnus dñs, & Rex magnus super omnes  
deos. Et alibi: Magnus Dñs Deus noster, &  
magnitudinis eius nō est numerus. Et iterū  
Magis Dominus & laudabilis nimis, in ci-  
uitate Dei nostri, in monte sancto eius: Ideo  
omnes hi sancti, alijque multi quorum sen-  
tentiam hic citare nolo, magnitudinem Dei  
profitebantur, eumque esse maximum & im-  
mensum memorabant, quia illum amabant,  
& prope se habebant tū autem illi parui  
esse ductis, quia lōge abes ab illo. Vnde fit quod  
Deum adeo despicias, vt quæcūque in dō  
Y 3 na

na quantumuis parua Deo anteponas. ¶ Secū  
 dd. quo longius discedis à sole tanto longio  
 rem vmbra facis. Vesperti etiam sole occidit  
 te, multo maior corpora omnia vmbra conse  
 quitur. ita & eodem modo & tu quo longius  
 à Deo separaris maiorem vmbra, huius mū  
 di bonorum consequeris: vmbra enim sunt  
 omnia humilia & terrena, iuxta illud scriptu  
 ra. Transferunt omnia illa velut vmbra. Ergo  
 quo quis remotior à Deo fit, maiorem vmb  
 ram facit, & maioribus huius seculi vitijs &  
 voluptatibus implicatur, quæ velut vmbra  
 transeunt: & ita optime vmbrae assimulantur.  
 Hos autem peccatores qui magnam habent  
 vmbra deplorat Hieremias dicens. Væ vobis  
 quia declinauit dies. Sed vnde hoc colligi  
 tis? Quia longiores factæ sunt vmbrae vesperi.  
 Hæc bonâ terrena, amplissima sicut vmbra  
 vesperinae hominibus videntur, & non ani  
 maduertunt, in quantam decidant fraudem  
 quantamque incurant fallaciam. De his lo  
 quitur Ecclesiasticus dicens. Quasi qui apprehendit  
 vmbra & sequitur ventum: sic qui ad  
 vasa mendacia attendit. Qui sequuntur ho  
 mores, qui diuitias diligunt, non apprehendunt  
 vmbra: sequuntur certe visa mendacia. Au  
 rum enim quod tu plurimum facis, scoria terre  
 est: honores autem ventus & fumus. Vnde  
 David in Psalmo. Filij hominum, vsquequo  
 grani cordes. Vt quid diligitis vanitatem &  
 queritis mendacium, &c. Tertium cum Sol  
 ab aliqua regione procul cursus suos dirigir,  
 illam frigidam & sterilem reddit: & e con  
 tra, cum comunius aliquam regionem radis  
 suis perculstrat, eam calidam & fertilem effi  
 cit: & vterque fructus omnes producat. Vnde  
 vt experientiam nouimus, regiones soli pro  
 pinquiores temperius remotioribus fructifi  
 cant: ita & eodem modo cum comunius ius  
 titia Sol Christus dominus noster calor sui  
 radis sueq; diuinitatis presentia animas no  
 stras collustrat, eas multo fertiliores & abun  
 dantiores reddit, adeo vt etiam procul frigi  
 da aquæ pleno, cælum quis emereri possit.  
 In statu autem gratia, quocunque opere bo  
 no in gratia vitam æternam consequi potes  
 nam nulla terra fertilius aut vberius est anima  
 rationali, si comunius à Deo perlustratur: si  
 vero Sol longius recesserit, obscura tristis, frigida,  
 & sterilis manet. Ideo Paulus. Si distri  
 buero substantias meas in cibos pauperum,  
 Si tradidero corpus meum ita vt ardeat, &c.  
 Charitatem autem non habuero, nihil mihi

prodest. Terra igitur quæ non calefcit Christo  
 supremo sole, sterilis, & infelix est vt nihil  
 producere possit de seminibus sibi commif  
 sis: quod proficit ad vitam æternam. Nullum  
 enim opus absque gratia quantumuis bonū  
 sit, composces, facit homines æterna vita, nisi  
 calore iustitia, eiusdemque gratia fuerint ca  
 lefacti. Quiuis pagus, quantumuis sterilis, si in  
 eo rex habitet, omnibus rebus ad victum ne  
 cessarijs abundat & affluit: postea vero tamen  
 si rex discedat, sterilis, vt antea manet, vt ni  
 hil in eo ad victum necessarium inuenias. Eo  
 dem igitur modo, quo presentia regis loci ste  
 riles & deserti fertiles & frequentes sunt, ita  
 presentia Dei in animabus nostris abundan  
 tiam omnium virtutum parit, absentia vero  
 omnibus vitijs ianuam concedit. Quarto quæ  
 admodum sol presentia viuifica omnia creatū  
 lustrificat, absens vero in tenebris & caligine  
 cuncta relinquit: ita Deus cum nobis adest,  
 nos lætos reddit, cum abest, obsecuros & oli  
 citos. In omni terra A Egypti erant tenebræ  
 densissimæ, ita vt palpari possent; sed in terra  
 Gessen vbi erant filij Israel, erat lux. Ita vbi  
 sunt impij non sunt nisi tenebræ, sedent enim  
 ipsi in tenebris & in vmbra mortis, quia cum  
 primum quis à Deo recessit, ad dæmonum re  
 gionem commeat, vbi non sunt nisi tenebræ:  
 quantum enim distat cælum à terra, tantum  
 distat gratia à peccato. Ita peccator separatus  
 ab illo claro iustitia: sole, sedet tristis & infel  
 lix, in tristitia miseriaque peccati, & in vmbra  
 mortis, in tenebrisque densissimis dæmonū.  
 Quintum & vltimum in commodum quod  
 accipit peccator se à Deo separans est, quod  
 cum ab eius misericordia separatur, ad rigorē  
 eius iustitia appropinquet necesse est. Sicut ho  
 mo elongans se ab oriente appropinquet ad oc  
 cidentē, & elongans se ab Austro, appropinquet  
 ad Aquilonem: ita ille, qui per peccatū se elon  
 gat à misericordia Dei proueniēte, appropin  
 quat ad eius iustitia: vltionē, & qui elongat se  
 ab eius gratia subse quente, appropinquet ad  
 eius iustitia: puniētē: in Deo enim quasi eius  
 ortus & occidens sunt eius misericordia & ius  
 titia, & Auster & Aquilo, sunt eius gratia &  
 potentia. Peccator cum recedit à miseri  
 cordia incidit in manus iustitia. Constat hoc  
 ex Iona perspicue, qui fugiens Deum ma  
 rim ascendit, exortaque est tempestas, fu  
 gere voluit Deum præcipientem, & inue  
 nit eum puniētē: quanto magis elongat  
 tur peccator à gratia Dei, tanto magis ad  
 infer-

infernum approximat. Hic filius prodigus  
 tantus fuit peccator vt non solum obediē  
 tiam patris sui reliquerit, verum etiam è do  
 mo discesserit, abiens in regionem longinquā.  
 si filius tuus domi tua ægrotat, facile curabis  
 illum: si tamen peregre profectus, & in ali  
 qua regio ne longinquā immorans male ha  
 bet, à te curari non poterit. Sic homo quan  
 tumuis fragilis & infirmus, licet sæpius cadat  
 restaurari tamen potest quandiu domi patris  
 permanet: hoc est quando non multum recedit.  
 Amici enim Dei qui casu & forte fortu  
 na aliquando peccant, citò à peccato resur  
 gunt: ceterum qui abeunt in regionem lon  
 ginquā, vt hic filius prodigus, multa ob pec  
 cata difficiliter ad patrem redeunt & vt plu  
 rimum omnino intereunt. Cuius rei duo in  
 signia sunt exempla, Petri videlicet, & Iudæ  
 proditoris, Petrus ter Dominum negauit &  
 lapsus est: verum quia non nimis lōge à Chri  
 sto abierat, non illi multum obfuit, sed cito  
 reparatus est. Cum enim ceciderit iustus (in  
 quit David) non collidetur: quia Dominus  
 supponit manum suam. Iudas autem scian  
 ctus à Christo, domum Dei egressus maluit  
 inter hostes Dei, quā cum Christo inueniri.  
 Quid mirum si in peccatis mortuus sit? Hic  
 à patre discessit, & à domo eius & abiit in re  
 gionem longinquā: ideo tot mala inuenit.  
 Vide ergo quam malum & amarum sit, re de  
 reliquisse Dominum Deum tuum, ait Domi  
 nus per Hieremiam: ideo cur vt ad Deum re  
 uertaris: quod facies expeditisime si eadē via  
 iterata, qua recessisti, redieris conuersus ad  
 Deum. Ideo Paulus. Deponentes itaque mē  
 dacium loquimini veritatem vnusquisque cū  
 proximo suo. Qui furatur iam non furatur.  
 &c. Reuertamur igitur ad humilitatem si su  
 perbi sumus: ad caritatem, si libidinosi: ad li  
 beralitatem, si auari, &c. Si auersi facti sumus  
 à sole conuertamus faciem iterum ad Deum  
 illique vita denuo reformata, moribusq; cor  
 rectissimis appropinquemus vt de nobis di  
 ci possit, quod Paulus ad Ephesios. Vos qui  
 eratis lōge, facti estis propē. Sed quia de hoc  
 reditu & conuersione inferius acturi sumus,  
 cum velle licet hic filius prodigus domum pa  
 tris sui remigraverit, nunc interim tertiu prin  
 cipale videamus. ¶ Tertio filius hic prodigus  
 non solum recessit à domo paterna, & abiit  
 in regionem longinquā, sed & omnem sub  
 stantiam suam cum meretricibus cōsumpsit:  
 ideo sequitur in contextu. *Et ibi dissipauit sub*

stantiam suam cū meretricibus viuendo luxuriose.  
 Duo hic dicit. Primo, quod dissipauit substa  
 tiam suam: & secundo quod illam dissipauit  
 viuēdo luxuriosē. De primo vide quomodo  
 per hanc auersionē à Deo, miserissimus pecca  
 tor amittit omnia quæ accipit, & quæ illi con  
 ducere poterant ad ipsius salutem, scētiam,  
 intellectū, gratiā, corpus, & animā tā spiritua  
 liter, quam tēporaliter, & æternaliter. Deniq;  
 & omnia bona, & merita quæ habuit, in vita  
 sua perdidit, iuxta illud qd Dñs per Ezechielem  
 ait. Si auerterit se iustus à iustitia sua & se  
 cerit iniquitatem secundum omnes abomi  
 nationes, quas operari solet impius, nūquid  
 viuēt: omnes iustitia: eius quas fecerat, nō re  
 cordabūtur. Hoc mihi velim dicas, si qui per  
 viginti aut triginta annos apud Indos versa  
 tus, postea in Hispania rediens summis diu  
 itijs & opibus, immemor præteritorum labo  
 rū & periculorum, quæ ob illa acquirēda sub  
 iterit, vnica ludi spositione, chartæque pictæ  
 misionē, vniuersa erogaret, nōnē veniret in  
 sanus iudicandus? At qui tu infanior multo  
 es, qui triginta aut quadraginta annis, ieiunā  
 do orando, donando, piaque exercēdo, Deo  
 inferueris & postea vno mortali peccato vni  
 uersa hæc amittas. Paruo enim emolumento,  
 breuique vltimate, & ferē nihilo, qui tantū  
 lucratus est omnē vitam suā perdidit, in sanus  
 est certē: at tu infanior. Ille enim amissa sub  
 stantia, quam apud Indos peperit redire po  
 terit, vt tantundem lucratur: ceterum pecca  
 tor, qui vno peccato lucrū, fortemque omnē  
 amittit, hoc remedio vti nō potest, quia qui fa  
 cit peccatū seruus est peccati: seruus autē om  
 nia quæ lucratur dño nō sibi lucratur, ita pec  
 cator tā afflictus & perditus manet, in statuq;  
 adeo infelici, vt nullum opus vita æterna dig  
 num facere possit. Duo itaque mala cōsidera  
 re debes quotiescunq; peccas, te incurtere.  
 Alterū quod omnia bona amittis, quæ antea  
 feceris. Alterum quod in eo statu es vt etiam  
 si tantundem lucrari velis, non possis, & ita  
 nemo est magis infelix quam peccator. Me  
 rito igitur infans vocabere, si vel pro tātillo  
 emolumento, vel breuissima delectatione nō  
 recusas omnia lucra tua dilapidare, quemad  
 modum hic filius prodigus qui consumpsit  
 substantiam suam. Sed quomodo consumpsit  
 luxuriose viuendo. Dissipauit hiciuuenis  
 imprudens cū scortis & nebulonibus. Id nō  
 raro accidere solet ijs qui licentius ab ipsis in  
 cunabulis educatū: vbi vero adoleuerint ita

Sap. 5.

Iorem. 6.

Eccle. 34.

Psal. 4.

Mat. 10.

1. Cor. 3.

Exo. 10.

Luc. 11.

Matth. 26.

Psal. 36.

Hierem. 2.

Ephe. 4.

Ephe.

Iona. 1.

Ezech. 18.

Ioann. 3.

jugum, seruulamque parentum & magistrorum detestantur contemnunt proborum virorum confortia: alicuius & conuersionibus omnia profundunt etiam quæ parentum cura laboraque multo sunt parata & acquisita. Sed iste omnia bona dissiipauit in luxuria, quod quidem vitium, consumit omnia bona gratiæ & nature: quia naturales vires corporis enervat, rationem turbat & ingenium hæbetat, pecunia, honore bonis temporalibus & spiritualibus & quod plus est se ipso spoliatur, & defraudat. Ideo Salomon ait. Qui nutrit scortum perdit substantiam. Et iterum. Qui diligit epulas, in egestate erit. Ideoque igni assimilatur, qui quidem omnia consumit, vt ait sanctus Iob. Ignis est vsque ad consummationem deuorans, & omnia eradicans germina. Non enim solum his bonis externis homines nudat, sed etiã corporis & animæ multis eripit. Causa huius inuisi peccati, demolitus est Deus orbem vniuersam terrarum diluuij aquis, flammisque de cælo immisis Sodomam & Gomorrhã, & quinque alias ciuitates subuertit. Ona repente occisis, Sichen ciuitas vastata, & fere omnis tribus Benjamin interempta fuit. Hoc vitium immatura. Ammonis mortis causa exiit, Salomonẽ ad idololatriã duxit, occidit maritus Sara, Sansonẽ oculis priuauit, Dauidi maxima intulit incommoda, & senes Sufana accusatores perdidit. Illi causa Deus vno die viginati quatuor millia hominum populi Israelis interfecit. Omnia maiora supplicia quæ legimus Deum hominibus inflixisse in hoc existerunt peccatum. Vnde colligere poteris, quanto sit hoc vitium odio Deo, quando quidem ab illo tam acriter punitur: tantum enim odit Deus hoc vitium, vt Christus saluator noster omnia fere peccata in suo Collegio permiserit, vno excepto videlicet luxuria. Permisit Thomam incredulum, & discipuli omnes fuerunt increduli, nam recumbentibus illis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum. Permisit eorum ambitionem & superbiam, nam duo fratres voluerunt se alijs præferre & alij decem indignati sunt. Et in vltima cœna facta est contentio, quis eorum videretur esse maior: duo etiã Apostolirati sunt contra Samaritanos, & se vlcisci cupierunt dicentes Domino. Vis dicimus, vt descendat ignis de cælo? Inuidiam etiã permiserit: nam quidam eorum dixerunt Saluatori. Ecce inuenimus quendam demonia eijcientem in nomine tuo, & non sequi-

tur nos. Auaritiam quoque permiserit: nam Iudas fur erat & loculos habens, simul & traditor: & Petrus illũ negat: denique omnia permiserit Deus in suo Collegio vitia, sordides tam luxuriæ & carnis, ille qui pascitur inter lilia, nunquam permiserit, imo Ioanem propter donum virginitatis plus omnibus dilexit. Seruã nanque damonis est, qui vitijs consentit, & turpibus cogitationibus delectatur. De hoc peccato loquitur Apostolus dicẽs quod qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Est enim quidam ignis infernalis, cuius gula est materia, turpitudine flamma, immundicia cinis, infamia fumus, tormẽtum finis. Illud est corporis perditio, vitæ coarctatio, virtutis corruptio, legis transgressio. Alia peccata vnã tantum hominis partem contaminant, animam scilicet: hoc autem omnem hominẽ, corpus scilicet & animam ipsius vitia. Apostolus ait. Qui violauerit templum hoc: destruet illum Deus. Nescitis inquit quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti? Nõ poteris mihi crede seruum Dei supplicium effugere: si impudicẽ templo Spiritus sancti vsus fuerit. Sed tam hæc male dicta pestis toto fere mundo grassatur. Taxantur filia Loth: sed credo quod castior fuit illorum incæstus quam pudicitia multarũ, quæ modo castæ reputatur. Non redierunt ad concubitum vltra conceptum quia tatum generationis desiderio accesserunt ad patrem: at vltra non quæserunt virum. Discutiant se & requirant sceminæ in coniugio positæ, si hoc solum adeat viros vt suscipiant liberos, & si post conceptum desistant: iste enim quæ argui videntur deincesto, postquam conceperunt, vltra ad confortium viti non accesserunt. Nonnullæ vero mulieres (nec enim vniuersas pariter notamus) sunt velut animalia bruta absque vlllo iudicio, iugiter libidini inferuiunt, quas ego nec matris pecoribus comparauerim: peccora enim cum concipiunt, vltieris matribus sui copiam non faciunt. Has notat scriptura diuina cum dicit. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Sed satis sit de hac turpissima materia dictum. Vinctur hoc peccatum fugiendo, iuxta illud quod Paulus consilulit dicens. Fugite ab omni fornicatione. Alia vitia pugnano vincuntur, hoc vero peccatum fugiendo quia luxuria peccatum est valde immundum. Et sicut non expe-diret cum homine luto so luctari, quia licet eum

Ioan. 2.  
Marc. 14.

Cant. 3.

Gala. 3.

1. Cor. 6.

Gene. 19.

Psal. 31.

1. Cor. 6.

eum prosterneres, tamen te inquinaret: sic non est securum, nec oportunitum luctari cum vitio isto, vix enim fieri potest, quia homo inquinetur. Vnde Ecclesiasticus. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Tũ etiam, quia non est bonum comminus pugnare cum illo hoste, qui ex propinquitate sumit vites. Talis enim est luxuria, corpus enim nostrum, quod prius erat pro nobis contra nos hostis efficitur. Vnde sicut princeps aliquis eminus pugnat cum hostibus suis, quando credit quod in suo exercitu sunt multi proditores, qui commisso prælio, partem contrariam adiuuabunt: sic debet homo contra luxuriam eminus pugnare, nec corpus nostrum tam tetri vitij propinquitate infectum proditor contra nos efficiatur. Secundum remedium est memoria ignis inferni, vbi in æternum luxuriosi ardebunt. Durum fortasse tibi videbitur tentationi resistere: durius tamen mitti in ignem sempiternum videri debet. Qui non cauerit ab igne luxuriæ, ignem inferni cauere nõ poterit. Sed sicut alius ardor alium ardorẽ vincit & extinguit: sic ardor ignis sempiterni frequenter in memoriam adductus, carnis ardorem libidinemque extinguit. Tertium remedium est penitentia, qua si carnem tuam afflixeris, cilicis, & laboribus, abstinentiamque seruaueris, proculdubio victor euades. Ignis aqua extinguitur: lachrymis, carnis desideria & libidines opprimuntur, quæ sunt quasi ignis, quo omnes virtutes conflagrant. Expende etiam ad quantam miseriam homo stolidus suam sequens voluntatem redigatur. Ecce hic adolescentens qui diues, integer, sanus & honoratus domi patris sui fuerat, ad quantam paupertatem, & egestatem venerit: quia voluntatem suam sequutus sit, nemo ignorat: amisti omnia quæ habebat, & de fortunato & diuite, pauper & infelix factus est. Hæc autem mala omnia incurrit ille qui in omnibus voluntati suæ obtempertat. Vide etiã quod premium maneat illum, qui Deum derelinquit, & quid lucri ille faciat, quid illi opes, ingenium, & scientiæ sublimitas profint: qui præter Deum aliud requirit. Rursus aduertendum hinc, quid facere soleat is, qui sibi derelictus est quomodo videlicet deterior semper fiat & de vno in aliud ruat vitium. Denique perpende, quomodo peccatorum multitudo in homine de die in diem accrescat, & augeatur donec totum hominem opprimat. In summa discimus hinc, quam sit horribile

iudicium & misera conditio illius qui Deo curæ non est. Nil maius, nihilque optabilius homini accidere potest, quam si in Dei tutelam & patrocinium recipiatur, nihil rursus timendum magis quam si curam ipsius habere Deus recuset. Quid aliud hominẽ à peccato, à morte, omnique periculo immunẽ reddit, quam præsidium Dei: Contra vero si quis fuerit à præsidio Dei desitutus, quid aliud facit, quam quod in varia flagitia & mille delictis se cõijcit: sicut iste iuuenis, qui discedens à domo paterna in turpitudine & fero re luxuriæ consumpsit substantiam suam? Sed satis sit de tertio. Quartum consideratione dignum est fames in qua incidit, vnde subditur in contextu. Et postquam omnia consummasset facta est fames valida in regione illa & ipse cepit egere. Et merito quidẽ iste cepit egere, qui thesauros scientiæ & sapientiæ Dei, diuitiarumque cœlestium altitudinẽ dereliquit. Qui recedit à fõre sitit, qui recedit à thesauro, egere & qui recedit à virtute, dissoluitur. Egere ergo & famẽ pati idẽ coepit, quia nihil volũtati prodigæ latis est: semperque famẽ patitur sui qui alimẽtis perpetuis nescit impleri. Vbi uero Ioseph in Ægypto erat, copia omnium rerũ confluabat: vbi vero non erat, ingens fames & penuria in dies augebatur. Ita eodẽ modo vbi Deus est, ibi fames & penuria: vbi vero non est, ibi abest, fame & miseria omnia consumuntur. Quapropter tria hic consideranda & obseruanda sunt. Primum, quomodo extra Deum nihil nisi fames sit & penuria: secundum, quod vnus Deus animam nostrã potest satiare, tertium qua de causa in Deo solo & nõ alibi homines satietatem, copiamque omnium rerũ inueniant & cetera omnes creatura. De pri-  
mo ait Psalmista. Diuites egerunt & esurierunt: quærentes autem Dominũ non minuentur omni bono. Omnia quæ sunt in mundo, paupertas & fames animæ sunt. Ideo ait Psalmista. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. In Græco est, Dñs pascit me & nihil mihi deerit. Nõ poterunt dicere hoc reges, principesve istius mundi: qui quo altiori in gradu sunt eo maioribus egestatibus opprimuntur, eo quod nimium honoribus rebusque familiaribus operã impediunt: & ideo maximos faciunt sumptus quibus vix sustare possint. Nam quis Rex, Imperator, vel etiam summus Pontifex affirmare audebit: nihil mihi deerit? Vna Christi onis hoc verẽ poterit asserere. Ille enim tatum mo-

Colo. 2.

Genet. 41.

Psal. 33.

Psal. 22.

do, qui in diuinis pascuis pascitur contentus & satius uiuit. Super aquas refectiois educavit me, animam meam conuertit. Dæmon herbas marcidas ouibus suis porrigit inter spinas & carduos pascens illas: aqua illius uenofæ sunt, & eius herbæ mortem latitantem secum portant. Dæmon primos genetis hu mani parentes in terreno paradiso paut qui cū comederūt, ueneno sunt infecti: cibi enim dæmonis uitam suis eripiunt: nam & honores, voluptates & diuitiæ animarum mundanis & peccatoribus sunt exitium, uitam enim hæc non tribuunt illis sed eripiunt, nō satiāt, sed fame conficiunt. Quare uelut hydropicus siti, fameque æterna cruciaberis, quātumcunque bonorum, diuitiarum, & uoluptatū biberis. Ideo Psalmista Deo dicit. Omnia in te expectat ut des illis sciam in tempore: aperiis manuum tuam & implet omne animal benedictione. Vitia famem, & solitudinem uoluntati iniungunt: quod non faciunt uirtutes, quæ leuamine & consolatione animā recreāt. Quapropter sapiens dixit. Ne comedas de cibis eius, ubi est panis mendacij. Mentitur mūdus dum ait in uitijis suis esse nutrimenta, quæ possint satiare. Præstigiatores & necromantici horum fructibus abundantem ante oculos suis præstigijs apparere faciunt: at si fructum decerpere uelis & comedere omnia uanitati similia contra cælitatis manus effugient. Ita mūdus sequacibus suis persuadet se esse alicuius momenti aut ualoris: & ea quæ concedit satis habere uirium ad restinguendam famem animarū, at in extremo omnia uana lucrida, uenotoque simillima esse apparent. Hæc est causa uerissima, quare peccatores nō vnquam nec contenti uiuunt, nec sibi aliqua in re satisfaciunt, & iure: anima enim rationalis ueluti Chamæleon aëre uesci aut sustentari non potest. Ideo dixit Psalmista in persone impij. Os meum aperui & traxi spiritum. Aperiatur os suum ut aërem reciperet sed famem satiare non poterat: quia homo non aëre, aut uento uescitur. Impius desiderium aperit suum extendit & dilatat uoluntatem, credens se uento posse sustineri. De his Propheta Oseas ait. Ephraim uentos pascens. Inane nimium est illud & uanum, quod locum suū, ubi est, non occupat & implet. Ergo inania sunt omnia terrena, quæ non modo non implet, aut satiant, uerum animam nostram inflant & esurire faciunt. Non putares esse insanissimum hominem qui esuriens os suum aperiret au

raque captaret, ut inedia satisfaceret, famemque extingueret: At non minor est insania tua si uento mundi uanitati libidini tuæ satisfacere tentas. Considera nihil huius mundi posse inueniri, ut animæ desiderio possit satisfacere. Omnia enim terrena sunt quasi quoddam falsamentum quod aciditate sua comedendi appetitū excitat. Videbis clericos quam plurimos in initio pauperes ad beneficium aspirantes: quo impetrato, abbatiam, uel canonicatū affectant: postea uero abbates uel canonici creati archidiaconatum uel episcopatum ambiunt, &c. Nec uquam ullo adepti dignitatis gradu sibi satisfaciunt aut quiescunt: licet uel episcopi uel summi Pontificis obtineant præminentiam. Quid igitur factum est de illo beneficio quod in initio fuerat consequutus? Quid fuit nisi quoddam falsamentum quod appetitum excitauit plura in deis cupiēdis? Ergo nihil est in mundo quod famem nō excitet & irriter, nedum extinguat. Vnde in Psalmo habetur. Famem patientur ut canes, & circumbunt ciuitatem. Circundant mundum, & circumdant terram, sicut diabolus, qui dixit in libro Iob. Circuiui terram & perambulaui eam. Auari, honorisque cupidi, iugiter diuitias, dignitates, & honores quarunt: quibus impetratis, nihil magis satietatis habent, sed ut canes in dies esuriunt magis. Ideo optime istos alloquitur Propheta Aggeus dicens. Comeditis & non estis satiati: bibistis & non estis inebriati: operuistis uos, & non estis calefacti. Et qui mercedes congregauit misit eas in saculum pertusum. Helix torrens exaruit: Ionæ hedera à uerme corrosa emarcuit. Ita ex omnibus mundi bonis genitius uermis exoritur, qui illa omnia corrodit & consumit. Quo plus tibi concessum fuerit de huius mundi bonis quæ tu cupis, eo magis ignis cupidinis tuæ flagrabit: nō aliter quam si quis sitim extingueret sale in ore suscepto ueller, aut ignem oleo immisso restinguere. Ne igitur defatigeris inuestigatis huius mundi fallacibus & infidis rebus: licet enim plurima pepereris, nihilominus fame & miseria, ut hic filius prodigus conficiaris. Hoc uoluit significare Euangelista noster dum dicit, famem esse in illa regione: quia ubi Deus non est, famem patitur anima nostra. Quapropter uideamus secundum, scilicet, quomodo vnus Deus animam nostram satiat. Ita enim hic filius prodigus nunquam satiatus est, donec domum patris sui rediit. Ex quo discere faciamus,

Psalm. 64.

Iob. 1.

Aggei. 1.

3. Reg. 17. Ionæ. 4.

Psalm. 80.

tatem, gaudiumque perfectum in solo Deo querere. Ille enim est qui per Prophetam regium ait. Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Postea enim quam Dominus populo suo, suorum mandatorum obseruantiam commendauit in illius premium ait eidem populo ut os aperiat, &c. Quid tanti momenti & difficultatis est os implere? Os humanū nuce, panis uel uellula nonne impletur? Hoc nō de ore corporali sed de ore animæ spirituali, quod illius desiderium est, est intelligendum. Mundus enim ut supra diximus animi desiderium implere non potest, sed solus Deus: qui eam ad imaginem suam creauit, & dicit illi. Dilata & extende desiderium tuum, ego enim solus tibi satisfacere: teque satiare possum, & non alius. Nam anima rationalis ad imaginem & similitudinem Dei creata, cum omnibus alijs rebus possit occupari & impediti, nulla tamen re præterquam Deo impletur. In solo Deo satietatem, latitiam, & quietem, perfectumque gaudium inuenit. Quid quid Deus non est, amaritudo, anxietas, & sollicitudo animæ est: quæ demum nunquam quiescere poterit, dum in terrenis rebus solatium quaerit. Impij defessi, & defatigati mūdo inferuēdo sunt: & sibi ipsis facti sunt graues, quia extra Deum uiuunt: animus tamen, qui in Deo est, omnia sua uia facilia, & lata experitur: cum impij in honoribus, diuitijsque & uoluptatibus, nihil non laboriosum, nihil non anxietatis, sollicitudinisque conscientia plenum inueniant. At boni in angustijs, doloribus, & ærumnis, quietem & latitiam habent: quia in solo Deo est omnis cordis gaudium, extra Deum nec pax, nec iucunditas esse potest. Quemadmodum enim corpus tuum in tenui magisque pro sui mensura stricta sede quiescere nō possit: ita nec anima quiescet in omnibus mūdi solatijs, & uoluptatibus, quæ multo sunt animæ amplitudine angustiora. Quidquid enim Deus non est, nō maiorem habet opportunitatem ut anima in eo possit quiescere, quam si quis in tabularium digitorum uel quatuor latitudinis, corpus prosterneret. Hinc colligere poteris te nullā re que alicubi posse inuenire si terrena amaueris: quare ad Deum conuertere, si uitā habere uis. Cum Deus creauit hominē ait scriptura, quod requieuit ab omni opere quod pararat, quod non fecit quando cætera creauit: quia cum solus homo in Deo quiescere possit, merito dicitur Deus in solo homine

Gene. 1.

quieuisse. Cum homo quietem capiat in ipso Deo, Deus desiderium tuum bonis implet ait Propheta: nunquam enim appetitus noster quietus est donec in finem suum peruenit. Nam anima nostra adeo est nobilis ut nullibi nisi in summo bono possit consistere. Ideo sanctus Rex & Propheta Dauid ad Deū clamat dicens. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uitium, quando ueniam & apparebo ei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus. Aberat longissime à Deo flebatque eo quod sitientem & egen-tem uidebat: Deumque desiderabat ut perfectam satietatem & gaudium inueniret. Nō poterit mundus sitim desiderij tui extingueri, ire igitur ad Christum debes, qui ait. Qui sitit ueniat ad me. Si uis omnia quæcunque cupis assequi, cape illius sancti consilium dicentis. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, &c. Hucusque uideamus quemadmodum in mundo nihil nisi famem, summaque omnium rerum penuria sit, at in vno Deo perfecta satietas, gaudium, & gloria inueniatur: nunc uideamus omnium supradictorum rationem & quæ de causa mūdus in ediam, causet, & in Deo tanta satietas tantumque gaudium animabus nostris offeratur. Hoc enim est quod tertio loco dicturi promissimus, cum de hoc tractare inciperemus. Primum, quod in mundo nullā inueniatur satietas, sed in solo Deo, est, ob amplissimam animarum nostrarum capacitatem: anima enim quæ ad Deum appetendum creata est, quidquid infra Deum appetit, minoreni & angustioreni habeat locum diligendi necesse est. Vas quod capax est unius aquæ mensuræ, cerre non poterit alia minori mensura adimpleri. Sic cum omnia mundi bona respectu animæ nostræ amplitudinis sint uelut sinapis granum in Elephantis ventre: necessario consequitur, ut nihil ex hoc mundo animæ nostræ capacitati satisfacere possit, quia uas Dei capax mundo satis impleri non potest; secundum, quemadmodum illa omnia quæ natura sua intus inania sunt, eo modo locum suum occupant, ut semper aliquid inane maneat, quia ipsa inania sunt. Ita mundi omnia bona quia uana, & nequaquam solida sunt, animam nostram adeo occupare aut implere non possunt, quin plus loci inane

Psalm. 102.

Psalm. 141.

Iohan. 7. Psalm. 36.

ne

Genes. 3.

Psalm. 103.

Prouer. 23.

Psalm. 118.

Osee. 12.

ne & vacuum relinquunt. Tertium est, quod omnia terra bona animæ nostræ desiderio nō possunt satisfacere: quia sunt animæ desideria infinita & interminata. Vnde nullum aliud remedium nobis in hac vita reliquum est, quam inordinatum animum à bonis huius seculi amouere: vt possimus aliquando satietatem & quietem in cœlestibus inuenire. Si quis esset tam infans, vt vsque in cœlum volare intenderet nequiquam alijs de papyro vel membrana confectis, aliove vilo instrumento humano id tentare præsumeret. Præstaret enim considerare quam inani & inuili cupidine raperetur, quādo impossibile naturæ viribus tentabar. Hoc modo cohibere debet insatiabiles honores, diuitiarumque cupidines, persuadens tibi impossibile esse animam tuam satiare: licet omnia quæ sub cœlo sunt conlequaris. Vnde nullum alium remedium tibi restat, nisi inane desiderium ab te remoueas, facilius enim est homini, penitis in nubes eleuari quam animæ nostræ desideria huius vitæ bonis satiare & implere. Bonæ enim temporalia sunt quasi quidam fomes; quos magis incenduntur & inflammantur desideria. Quare sicut esset maximus furor ligna in igne coniungere ad eum extinguendum: ita nec minor est insania, flammam desideriorum nostrorum areatibus mundi bonorum lignis, extinguere & conuincere velle. Potissima tamen harum omnium rationum, quare nullo modo his temporalibus rebus satiare possimus, est, quia nihil inter omnia bona huius seculi potest inueniri, quod in omnibus quadret, consentaneum ve sit animæ nostræ ingenio & naturæ. Deus enim qui omnia nutrimenta omnibus viuentibus iuxta naturam vniuersis tribuit, sed animarum nostrarum cibum futuram, cæteris creaturis in nutrimentum non concessit. Quemadmodum stultus esset si quis equum carne aut leonem herba pascere vellet, quæ ab eorum naturis abhorrent nec sunt apta, vt illis supra dicta animalia vescantur: sic & animæ rationali qui rebus terrenis satisfacere intendit infans est. Nihil enim ex omnibus quæcunque orbis terrarum fert cum natura animæ nostræ conuenit. Mundus enim alijs aërem veluti Chamæ leonibus tribuit; quo arrogans superbia alitur: sed anima Chamæleon non est. Alijs ferrum vt stultitio camelis, quo avari viuunt: alijs lutum, vt voluptatibus de ditibus venentibus suppedat, vt inuidiosis: sed quia nihil horum

animæ nostræ naturæ consonat, nutrimentum illius esse non possunt terrena Gratia & dona Spiritus sancti quæ spiritualia sunt nutrimentum, & confirmant & corroborant animam nostram. Superbia tamen & inuidia cæteraque vitia, quauis spiritualia sint, non tamen nutrimentum sunt spiritus: quoniam multa etiā sunt corporalia, quæ corporis nostri nutrimentum. Genuina autem ratio & veritas, quare Deus tantummodo animarum nostrarum sit nutrimentum ea est: quia tali natura & ingenio animam creauit, vt nihil illa præter illi satiare potest. Si enim quis petat quare panis potius quam venenum corporis humani sit nutrimentum, nihil aliud aptius poterit responderi, nisi quia panis consonus est naturæ humanæ; venenum vero dissonum. Itā & Deus cibum animæ est, non aliam ob causam nisi quod naturæ illius consonat. Quare omnia alia vno excepto Deo mors & famæ animæ sunt. Vnde quidquid animæ concedis in quo Deus non sit, idem est, ac si corpori lapides in nutrimentum concederes.

¶ Obserua etiam hoc vno cibum animæ tibi corporis in primis antecellere, quod cibum corporalis post satietatem fastidium & tædium parit: in anima autem nostra quantumuis satietata sit diuino conspectu & gloria, satietas & fames eo modo inter se conueniunt eamque habent necessitudinem & coniunctionem, vt nullus nec fastidio hæc fame vincendi locus concedatur. Sed hæc ad inter se dissonantissimæ fames & satietas, ita conueniunt, vt non modo altera alteram non expellat, sed ambabus simul vigentibus desiderium fruendi, & gloria consequendi æterna sine vilo sine augetur. Igitur quemadmodum anima nostra extra Deum mortua est & esuriens: ita omnia mundi bona miseria & egestas animæ sunt. Vt autem hoc significaretur dicitur hic, quod facta est fames in regione illa: propter quod miser hic cepit egere, nec fieri potest quin anima nostra fame intreat, si extra Deum, propriamque domum, vt hic filius prodigus immoretur. ¶ Quintum principale, & notandum est, quod cum se tanta paupertate & inedia oppressum vidisset, operæ pretium duxit, si herum, cui inferuiret, quereret: vnde necessaria ad victum & vitam haberet. Er hoc ait Euan gelista, his verbis. *Et abiit & adhaesit vni ciuim regionis illius.* Hoc est diabolus, cui obediuit iuxta illud Pauli: An nescitis quia cui exhibuistis vos serui ad obediendum: serui facti

ROMAN. 6.

Et estis cui obedistis: Sed singula verba expendamus. Abijt inquit & adhaesit. Abijt sponte: & adhaesit, quasi inuitus. Prius dixit abiit & postea adhaesit: homo enim ex propria voluntate primo diabolo se subijcit: diabolus enim non habet potestatem vt hominem subijciat, nisi homo ex propria sua voluntate laqueo se astringat. Sed postquam laqueo diaboli se astringit, quasi inuitus ab eo retrahitur. Postquam enim Diabolus aliquem vinculauit, adheret ei coactus. Cuius etiam dicitur regionis illius & non peregrinus, aut exul: quia in regione peccati manet irreuocabiliter cui adhaeret, qui voluit proprijs satisfacere desiderijs. Nomen itaque cuius & incolæ optimè diabolus competit, quādoquidem in peccatis ita obcaecatus est, vt non ex ignorantia aut ex infirmitate sed ex improbitate aut mala voluntate delinquat. ¶ Obserua autem quod homo per peccatum in alteram venit regionem, vbi non habitat tanquam ciuis, sed tanquam aduena. Hoc enim differunt peccata hominis à peccatis mali spiritus, quia homo peccat, cadit, & surgit: quia propter hospes est solum in terra peregrinus: Diabolus vero peccat, & peccatis immoratur, nec male faciendi finem facit, qui id circo cuius peregrina regionis non immerito appellatur. Hospes solummodo illic transit, non diu in vno loco cunctatur: cuius autem non mutat regionem suam: quare & tu attendere debes, nihil enim est in quo tantum demoni assimilari possis, quam in peccati perseverantia, & tenacitate. Quare obsecro te, vt in regione peccati sis hospes transiens, & si peccas, nitere vt de peccato quam primum resurgas: humanum est enim peccare, persistere demoniacum. Ided ne fias in peccato cuius velut diabolus. Hoc deplorabat Propheta Baruch, in populo Israel dicens. Quid est Israel quod in terra inimicorum est? Inuete rasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendibus in infernum: Qui descendit in infernum sunt veluti demones peccati ciues: quoniam æternum in inferno habitabunt. Quare tu qui in peccatis senescis, & habitas in terra aliena, culpeque regione importunissima diu permanes: attende te simillimum esse illis inferni damnatis, paremque infelicissimorum peccatorum, qui perpetuis supplicijs torquentur. ¶ Obseruandum præterea, quod cum peccator à Deo recedit, statim in demones potestatem recedit. Solum enim contra eos qui recesserunt à Deo præualet diabolus, quia eis antea obesse non poterat, vt in libro Iudith in-

scribitur, quod dixit Achior. Non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultura Dei. Ideo conqueritur de hoc Moses, reprehendens populum. Deum quicquid genuit de reliquisti, & oblitus es domini creatoris tui Hieremias quoque ait. Deputatus es cum descendibus in infernum: quia dereliquisti fontem sapientia. Et Ecclesiasticus. Vt vobis impij, qui dereliquistis dominum. Baruch etiam. Vt illis qui recesserunt à me. Quod malus malum aut incommodum possit inueniri, quam in manus demonis tanti tyranni incidere: Ipse enim dominus lamentatur eos, Vt illis cum recessero ab eis. Quo autem peruenire poterunt nisi in illud Dei terribile iudicium, de quo dicitur si dereliqueris eum proiciam te in æternum? Et alibi. Furor eius super omnes, qui dereliquerunt eum. Rursus obserua quod vni diabolo dicit non omnibus: quia maligni spiritus certis quibusdam vitijs singuli obsequi credendi sunt. Vlturij adhaerent principi cupiditatis, iracundi & avari principibus iracundia & auaritia: & omnis peccator tot principibus adhaeret quot vitijs lubiacet. Hic autem adolescens perdens substantiam adhaeret principi luxuria & voluptatis, qui tamen ante quoque adhaerit statim vt à domo paterna exijt: nunc tamen totum se illi tradidit & peccati factus est mancipium. Neminem post hac veretur, nihil non impietatis exercere audeat: ita secum tacite loquens & cogitans. Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Existimans se percussisse fecdum eum morte, & cum inferno fecisse pactum. ¶ Denique obseruandum, quod non abiit ad patrem fame compellente, quia patris non recordabatur; & si fuit recordatus, pudor tamen verabat. Famem & exilium maluit sustinere, quam confiteri crimen. Sic etiam & nunc multi peccatores, cum ad domum patris confugere deberent, malunt in angustijs & egestate viuere, & conscientia torqueri miseria, quam coram Deo sese submittere, & peccata sua sacerdoti confiteri. Si contritionem haberes paruipenderes hominum estimationem, quia contritio dolor est propter Deum, cuius offensam si præ oculis haberes non corares quam de te posset confessor opinionem habere: sed potius cligis in peccato manere & diabolo adhaerere, quam confiteri Deo peccata tua qui omnia scit. Quia non habes peccatorum

1. Reg. 8.  
2. Par. 28.

1. Sa. 22.  
Esa. 28.

BARUC. 3.

61

torum tuorum contitionem & vis hominibus placere, in peccato es, vt hic filius prodigus. Forsitam putauit patrem inexorabilem esse, & nihil charitatis pristinæ in eius pectore residere: quapropter fame vel etiam desperatione eo redigebatur, vt adhuc longius à patre disiungeretur, & seipsum in seruitutē eaque foedissimam daret, quia ante liber erat. Sic multi ad eum sunt animo abiecto, vt timeant nihil loci misericordiae relictum esse, cū multoties sint confessi peccata sua: videntes se toties relapsos, desperant de correctione & emenda dicentes intra se. Ego toties proposui abijcere peccata & vitam in melius mutare, & toties confessus sacerdoti statim reuertor ad peccata: iam non possum nisi in peccato esse, atque ideo in ipsis volo manere, & nolo confiteri. O summa stultitia: forsitan tu septuagies septies es confessus? Nunquid centies milles? Nunquid infinities? Sed si infinities ad patrem iueris, & confugeris ad Deum, certe peccata remittere tibi toties. Isti pusillanimes de Dei pietate desperantes, de emenda nō cō confidentes, totos se in peccata conijciunt. Desperatione adducti ipsi sese potestati demonis tradunt. Sic Israeliticus populus quē fames in Ægyptum abire coegit, deinde à rege summis grauabatur laboribus, in conficiendis lateribus: ita peccator tanta vrgetur fame, vt peccatis totum se mancipet: vidēs nimirū se gratia & fauore Dei plane excidisse: & ita quasi desperans ad demone vilissimum & abiectionissimum monstrum accedit. Mauult enim infelix hic tyrannidem seruitutemque miserissimam demonis pati, quam paululū laboris sustinere dum domum patris sui se conferat, amplissimis diuitijs & satietate fruatur. Eodem modo filij Israhel maluerunt in Ægyptum redire, tyrannidem & persecutionem Pharaonis laturi, quam paruum laborē in deserto perpeti, vt terra promissionis fruerentur. Ad hunc modum multi reperiuntur peccatores, quibus magis probatur, seruitutem & dominationem demonis perferre, quam aliquid laboris subire aut parum ruboris sustinere, dum peccata sua consistantur: quo possint spirituale Christi consolationem obtinere, eiusque gratiam & amicitiam impetrare. Sed iā ad alia procedamus. Sex tum itaque principale est videre miseriam & abiectionem peccati. Hec ostenditur in eo quod subdidit Euangelista, dicens. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Non pa-

Matth. 18.

Gen. 46. Exod. 1.

Num. 14.

titur illum esse in ciuitate vbi ciuilitate & honeste viuunt: sed in villam ad porcos eum relegat, negotijs secularibus & humilibus eum ita implicans vt expedire sese ex his amplius non posset. Multos eodem modo inuenies, & nunc ita deditos negotijs mercimonijs, contractibus & officijs huius mundi, vt nullum tempus relinquunt Deo vacandi: suffocatum enim habent spiritum, ita vt nihil de Deo sentiant. Sed nihil aliud cogitant, loquuntur, faciunt, & appetunt, quam quod terrenum temporale & carnale est. Eodem modo tu pastor porcorum vere dici poteris, si corp⁹ nutriens animā esuriem & defectum repellere non curaris. Quid tunc? Est in pascendis porcis sis diligentissimus, est in corporis curam habere maximam, est in sensibus externis nullam non concedas voluptatem: tamen nihil aliud agis quam porcorum curā & custodiā exercere, qui nihil vnquam boni appetunt, nihil etiam collabuntur, moriuntur, putrescunt instar pecoris. Quid prodest homini inquit Christus, si mundum vniuersum lucreretur, animā vero suā detrimentum patitur? Anima est quæ nobis curæ in primis esse debebat: & iuxta hanc homines nūcupamur rationales. Sed si sequimur sensum & prauas cupiditates, quæ luto semper, & omnium peccatorum spurcitia gaudent, porcos pascimus, irracionales sumus: quod abiectionissimæ seruitutis conditio est. Misera certe conditio pascerere oculos pulcherrimis visis, tactum illecebris, gustum delectabilibus: tota enim cura mundanorum est seruire ventri, sensibus, & carni. Quos sensus pascit his infimis rebus in quibus tanquam inter lutum demergitur, vt porcus, & in cæno delectatur: quibus etiā pascuis diabolus delectatur, de quo in Esaiā. Et orientur in domibus eius spina & vertice, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua, &c. Ex hac Esaiā autoritate si bene omnia legeris expendes quā miseranda est hominum conditio si se vitijs tradant, si se hisce immergant. Non enim homines sed bestia & stercore appellabuntur. Fate tur id Propheta: Putruerunt in stercore suo. In Psalmo etiā Disperierunt in Endor, facti sunt vt sterc⁹ terre. Quo quid abiect⁹? Quid abominabilis? Tales tamen peccato euadimus. In tantam itaque miseriam deuenit hic peccator vt dicat Euangelista. Et cupiebat implere ventrem suum de stiquis quas porci manducabant. Siliqua Græcè ἀβύξ, folliculus seu

Matth. 16.

Isai. 54.

Ioel. 1. Psal. 38.

Vergil. 1. Georg.

1. Ioan. 2.

Philip. 3.

integumentum, vbi grana leguminum includuntur, & si quid leguminibus est simile. Vnde quidam ait, Grandior vt fatuus siliquis fallacibus esset. Intelligit autem hic per siliquas omnia, quibus homo extra Deū suis cupiditatibus satisfacere sese putat. Omne enim quod est in mundo concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ est. Mundus nihil voluptate præstantius habet. Petulātia, & honorum & diuitiarum yanitate, nihil sublimius. Ad quæ filij huius mundi certatim contendunt, propter quæ a deo solliciti sunt, vt bella non unquam suscipiant, cum tamen aliud nihil sint quam siliquæ. Hominē enim non satiant, sed ventrem tantum grauat. Voluptas in cibo & potu tandiu durat, quam diu guttur cibum & potum habet. Sed statim vbi illa traiciuntur in ventrem non sunt voluptati sed oneri, & veneno corpori officiant vt po re ex quibus in varia morborum genera corpus incidit. Sic de omnibus voluptatibus sentiendum est. Siliquæ enim sunt quæ hominē molestant magis quam iuuant. Expende autem quod ventri cupiebat implere, nō enim alia cura est voluptati deditis, quam vt ventrem implerent, quem vt Paulus ait in Deum habet. Sed sicut siliquæ magis sunt oneri quā vti, sic omnes mundi deliciae & voluptates. Ita inutiliter laborant isti, quia vt paulo ante ostendimus nunquam hæc, circa quæ peccator delectatur, satiant animam, quia cupiditas terrenorum non impletur, nam cum delectatio incipit, statim finitur. Quod autem magis mirandum est tanta miseria, tyrannisque demonis erat, vt etiam harum siliquarū, carnisque respitidinum non satis illi infelici & errabundo filio prodigo concederet. Nam vt supra dictum est in contextu, cupiebat implere ventrem suum siliquis, & statim subiicit. Nemo illi dabit. Etiam vitijs demon te satiare non vult timens ne tædio vitiorum captus ab eius ditione abhorreas, eo que relicto ad dominum Deum tuum te recipias. Constituit tibi ante oculos demon cuiusque forminae eximiam pulchritudinem, vt illā ames & cupias. Idemque postea quam te satis incensum comperit, mulkarem, quam antea tibi presentat, aufert & abiectionem: ne tu eius conspectu aut etiam eius fruitione satiatas, eam ad eptam contemnas, peccatum que deinceps odio habeas, eo que sergato nulla mora sitquinad Deum conuertaris. Ideo igitur tantam tyrannidem exerceat, se quæque suos esu-

rire faciens ab se cibo: ita vt coram siliquis quæ tu rpitidines & immunditiam carnis sunt, adeo parcē tribuēret, vt infelix hic iuuenis, fame fere confectus illis satiari vellet, ne tamen satietate affectus, illas deinceps odio haberet statim eius importunitissimus dominus parcissimum illarum sumptum facere. O dominum crudelissimum, infelicissimum peccatoris seruitutem, & conditionem, siquidem tam seuo tyranno subiectus est. Hæc modo ex cruciatur à demone peccator, constituta ante oculos te quam amat, & antea quā aliquo modo fruatur ablata: vt multo seuerius supplicium & tormentū sentiat. Sic deludit diabolus & affligit hominem, qui sibi ad hæret: multa promittens, sed nihil vel modicum tribuens. Eodem modo tyrannus ille Pharaon, cum populus Israhel ei seruire in opere luti eidem populo negauit palcas vt magis illum defatigaret. Sic etiam alter tyrannus Holo phernes qui cum Bethulia obsideret omnes aquarum fontes, qui in ciuitatem subter terram labebantur interclusit: vnde miser populus Bethulicus tanta vrgebat ut a que penuria, vt singulicerta mensura aquam in diem accipientes ob eius exiguitatem potius sitim inciderent, quā sedarent. Non aliter demon omnes voluptates tibi eripit, ea tamen ratione partem illarum tibi fruendam relinquit, vt tu nec omnino satiatas, neque omnino desperans misero, voluptatum desiderio crucieris. Hæc tamen cruciatur tu dignus es, siquidem prætermisso illo insigni aqua vitæ fonte, qui Deus est, te contulisti, vt ait Hieremias, ad bibendum, aquas, putridas in cisternis dissipatis. Iste autem aqua quibus in potum veris male plent, propter vitiorum tuorum immunditiam male que sapunt, propter tuam conscientiam mortis, aspidusque querelas, quibus tu te sardis auribus stupido que corpore insensientem præbes. Expende etiam ad quantam miseriam descendit infelix peccator, vt nemo sit, qui ei det ventris satietatē nec dare, vtique possit nisi solus Deus. Vide ergo filia Siō quā amarū sit dereliquisse dñm Deū tuū. Dereliquisti fontē sapientiæ: nam si in via Dei ambulasses habitasses vtique in pace super terrā. Quæ igitur nos homines, nos inquit Christianos demerita cepit tanta: vt veris ac sempiternis bonis posthabitis, palcas & porcorū pabulū tant faciamus: præsertim cum nobilissimū conditi sumus, & per Christū ad insignes honores simus electi & vocati? Nam quādiu oculis

Exod. 5.

Judic. 7.

Hiermi. 2.

Baruc. 3.



oculis capti sumus: tandem si aliquid amorem tenemus, quas pro magnis delicijs habemus, & cibis praestantissimis, cum tamen non homo sed porcum stomacho naturalis sit & conueniens cibus. Certe igitur ne cum Christi magno pretio emptus sis, & libertate donatus, te ipsum in peccatorum & diaboli seruitute tradas. Contere obsecro huc peccatoris militi praesente statum cum illo priori. At circa patrem habebat, nunc dominum. Quid dico dominum? Inno tyrannum. Antea liber erat, nunc seruus est: ante omnium rerum copiam habebat, nunc omnium inopia laborat: antea apud filios Dei vivebat, nunc apud suos, antea a domo patris delibabatur, nunc in villa rusticatur: antea cibo angelico vescabatur, nunc siliquas vorat, nec eas vsque ad saturitatem. Hanc perpende, & caue a Deo discedere. Sed non desperes si a Deo descesseris: sed aut de qua sequitur parabola & ea que in ceteris quibus Saluator dicit: In se autem reuerfus dicit. Septimo iam hic agitur de conuersione peccatoris, in qua primum est ut se ipsum cognoscat, & in se reuertatur. Hanc elate apparere quod a se ipso abierat a forma naturalis reuertitur: procul ierarat in deformitatem naturae animae. Et rursum a forma doctrinae fidei, quae infusa ex diuina habuerat gratia procul abierat, exercens contraria diuinis praecipis. Reuertio autem ad se per actum intellectus facta describitur, inchoando a memoria domus paterna, & relatione sui ad mercenariis reuertus est ad rationis diuitiam. se ipsum discit & interiora sua considerans que in modum Dominus per Esaiam dicit. Redite praenunciatores ad cor. Nihil enim ta longe a nobis qua nos: quare homines se scribis imitari & mundi vanitatibus dedipi extra se sunt, & in mundo vagantur. In se reuertitur, qui a se fuerat alienatus. Extra se se, & se ipsum relinquit, relinquit patrem, & reuertus in se inuenit se ipsum qui perditus erat. Non enim poterat ad se redire, nisi qui a se ipso abierat, & in se reuertus exierat se ipsum, in memoria praeterite factitatis, & in seipsum venit erigitur: & tunc cognoscit non fuisse carum, cum se in se videret. Reuertitur autem cogitans statum, in quo fuit, & ad quem venerat per peccatum. Homo enim peccando extra se vilitate euagatur, similesque rationis transcondens, terminos sibi a Deo praefixos transcendit. Cum homo ebrius insanus aut obsefus loquitur, quid facit aliud, dicit se solum, non esse sui compotem: ha-

Gala. 6.

Esa. 46.

tunc multa dicit & facit, quae si sane metis esset non faceret. Sed quando omisissis ineptijs, facit aut loquitur ut homines sanum decet, dicitur, in se reuertus est. Sic qui Deum deserit & diabolo adhaeret insanus est, aut daemoniacus. Sic Christus & post ipsum beatus Stephanus dicit. Nesciunt quid faciunt. Igitur si tu ex istens in peccato, videris stultum, insanum, aut daemoniacum, extra se ipsum fueris, de te ipso cogita, quia cum peccator sis, ita in te es coram Deo, sicut ille est in oculis tuis. Si res stupenda est corpus hominis a demone occupari: quanto horribilior censeri debet animam in ipsius detineri potestate? Si ridiculum est & indecens, id quod homo ex ebrietate loquitur aut facit: quanto maior illi vertitur vitio, qui ex animi cupiditate admittit? Si res dolenda aut miserabilis plane est, homo furiosus & mente captus: quanto infelicior existimari debet hominem nec secundum rationem, nec secundum verbum diuini eloquii vivere. Hoc considerandum tibi praebet parabola ista ad se reuertus. Beatus homo qui ex spirituali insaniam, ebrietate, ac potestate diaboli ad se reuertitur. Sed duo erant quare ad se reuertus est. Primum famem eius & inestiam. Secundum patrem domus abundantiam & diuitiam, quod ipse testatur est cum dicit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundantiam habent: ego autem hic fame peres. Atque idem Deus in seipsum famem in illu quereret: nati autem loqui ad meliorem mentem non venisset. Sic Deo multis peccatis solet hic peccatores puniri: ut ad illum, reuertantur. Nam ut Esaias ait, vexatio dicit intellectum. Sic in Deuteronomio habetur, quod postquam Moyses plura flagella & poenas comminatus est populo Israelitico, subdidit dicens. Et erit cum venerint super te omnia haec, & redieris ad cor tuum. Vides quomodo postquam multa flagella praedixerat, dixit, quod ad cor esset rediturus. Ita etiam populus Israel tempore tribus Elie flammatus ad Dominum reuertebatur. Ideo Ioannes Baptista, terroribus, & comminationibus peccatoribus gehennam trahebatur eos dicens. Iam se curis ad radicem arboris posita est. Ita Paulus primo praestitatus est in terra & cecus factus his flagellis ad fidem venit. Sic Dominus per Oseam in tribulatione sua manu conuertere ad me. Et Hieremias in tempore afflictionis dicit. Surge & libera nos. In Psalms etiam scriptum est. Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen

Luce. 23. Act. 7.

Esa. 28. Deute. 30.

3. Reg. 18.

Matth. 5. Act. 9. Osee. 6. Hierem. 2. Pjalm. 8. Pjalm. 31. Pjalm. 119.

men tuum Domine. Et in alio Psalmo. Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina. Et iterum. Ad dominum cum tribulatione clamauit. Mala enim qua nos hic premunt (vt ait Gregorius) ad Deum ire compellunt. Vnde dominus per Ezechielem. Afflictio vna ecce venit, venit contritio super te, qui habitas in terra, &c. Sequitur. Et scieris quia ego sum dominus percuciens. Manasses in vincula coniectus orauit: & Hebraei a serpentibus ignitis lacerati, Deum cognouerunt. Ideo Neemias. In tribulationis tempore clamauerunt ad te domine, & tu de caelo exaudisti eos. Sicut vinum proferendum ad torcular defertur, vt prelo comprimatur: ita homo ad calamitatem ducitur, vt in amore presus virtutis liquorem producat. Sicut mater volens ablactare filium paruulum, mammillis apponit amaritudinem, vt ea percepta lac deferatur: sic Deus voluptatibus mundi multa miscet amara, dura & aspera: vt deserantur: quod vitium quocumque pietatis est. Ideo in Osee habetur quod dixit insipiens in corde suo, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. Verum attende misericordiam Dei. Propter hoc dicit Dominus. Ecce ego sepiam viam ruam spinis, & sepiam illam maceria, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos & non apprehendet eos, & quare eos & non inueniet, & dicit. Vadam & reuertar ad vitum meum priorem quia melius mihi erat tunc, quam nunc. Quae autoritas in tota sacra scriptura magis ad hanc rem faceret quam ista? Sepsi dominus spinis viam animae, quae cum dereliquit, quem admodum & hunc peccatorem qui domum patris sui reliquerat, fame & tribulatione oppressit. Quae de causa ad priorem amicum redire statuit, considerans tunc sibi multo fuisse melius cum apud illud erat, non aliter quam hic filius prodigus qui perpendens domum paternam abundantiam & miseriam in qua absens verfabatur redijt. Canibus & suis hic mos est, cum esuriunt dominum inspicere, si forte quid edere possint, ex illius manibus deciderit: & si quid illis proiectur tunc oculos suos a domino auertunt, & in ipsum cibum tota intentione vertuntur. Cum autem torus deuorauerunt cibum, tunc iterum oculos suos ad dominum conuertunt. Sic filius prodigus & multi etiam nunc cum res transitoria

Ezec. 7.

2. para. 36. Neem. 5.

Osee. 2.

affluunt Dei obliuiscuntur. Sed his deficientibus tribulatione coacti ad Deum reuertuntur & illius implorant misericordiam qua an rea egere non putabant. Cum Deum & eius immensam bonitatem contempserunt, & se suumque miserum statum cognoscunt, videtur se longissime a Deo abesse: ac proinde longe a salute, & vita in melius mutare proponit. Sic iste cum habuit parrionium non recordatus est domus paternae: modo tamen in miseria positus, patris recordatur. Hinc discimus oprimas esse aliquando tribulationes & labores: quandoquidem ijs fames ingens & extrema, quam perpessi sunt filij Iacob, in causa fuit vt illi fratrem suum Iosephum inuenirent: & vt eorum patrem maximum perciperet gaudium recuperato filio Ioseph, aliisque facti sui penitentibus, & dicentibus. Merito haec patimur, quia peccauimus in fratre nostro, &c. Si herus cuius in domo hic filius prodigus erat, clementer & leniter eum haberet nunquam is de reditu in domum paternam curasset, ibique omnes dies vitae suae mansisset: fame tamen: miseriaque commotus patrem suum quaesitum, vitam emendauit, & ad eum reuertus est. Nam tribulationis amaritudo peccatori oculos aperit, mundificat, & sanificat in Tobia factum est, cuius oculos fei cuiusdam piscis illustrauit. Duplex autem visus est, alter naturalis, alter supernaturalis. Caeco Iohannes enim a natiuitate duplicem visum concessit Christus: naturalis scilicet cum ipse metus eum se in natatorijs Siloe lauit. Super naturalis, quando cognito Christo vero Messia, filioque Dei sempiterni in illum credidit, illumque adorauit. Primi oculi naturales non satis erant vt Deum videre possent: & ita ait diuus Ioannes, quod non cognoscebat Iesum: postea tamen eum cognouit oculis supernaturalibus fidei. Eodem modo huic Dominus oculos liberarbitrij aperuit, quibus venit in cognitionem & odium sui peccati: iustificatio enim peccatoris est quidam internus animi motus suam in signem calamitatem & exitum perpendentis. Vnde illa particula, ad se reuertus hunc motum explicat. Aperuit etiam Deus illi supernaturales oculos gratiam suam illi concedens qua ad se conuerteretur: omnis enim peccator luce quadam supernaturali indiget, qua dona diuina concipiat, animaque in Deum susciteratque erigat. Hi duo motus optime explicantur illis verbis qua par-

Gen. 42.

Tob. 11.

Ioh. 9.

lo post subiunxit hic filius prodigus dicens. Surgam & ibo ad patrem meum, &c. qui est supernaturalis fidei: quia oportet accedentē ad Deum credere, cū quadam vitā ante actā recognitione & pœnitētia, in posterumq; amplius non peccādi firmissima intentione. Sed de his post pauca latius dicemus. Omnia itaque bene considerauit. Ego filius, illi mercenarij. Ego non solum esurio sed pereo fame. Illi autem abundant panibus, nec est vnus, sed multi. ¶ Obserua autem quod simul cū hac cognitione & fide indiger peccator spe ne desperet, sed Dei benignitatem respiciat. Nihil enim huic profuisset dicere, fame pereero. Nam ad desperandum potius deseruisset, si non adderet, quanti mercenarij, &c. Patris magnificentiam & bonitatem adducit in memoriam, qui tam largus erat, vt etiam mercenarijs satiaret. Non enim sufficit videre peccatum & iram Dei: sed sperare de Dei misericordia necesse est, vt per spem diuinā gratiæ animus sumat. Nam alioquin desperandum nobis foret. Sic etiam Ioannes Baptista, qui peccatoribus pœnam æternam comitabatur, ostēdebat eis veniam & bonam spem, dicens. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. Petrus etiam postquam acriter arguerat Iudæos de Christi morte, cepit eos consolari dicens. Nunc autem pœnitentiam agite, & baptizeret vnusquisq; &c. Paulus etia qui cecus cecidit in terram au diuit statim. Surge & ingredi in ciuitatem, & dicitur tibi quid te oporteat facere. Duo hic cōcurrūt: agnitio peccati, & misericordia Dei: timor in quā, & spes. Vtrūq; enim Deus metu & spem immitit: metu enim nos impellit & spe gratiæ ducit, quanti inquit mercenarij, &c. Mercenarius ille cōsensus est qui Deo seruit propter huiusmodi diuitias, vel propter cōmodū propriū æternæ vitæ: atramē beatū se existimare miserimus peccator, si modo qua vti tur talis mercenarij, eadē sibi cōmoditate vti liceret. Sibi soli omniū pœsimus videtur, & miserimus, omnium fortunam suā præfert: neminem non se meliorem iudicat, peccatur vt infimum saltem gradū secutitatis possit cōsequi, quæ est in domo Dei. Indignum putat ad maiora aspirare. Quanti inquit mercenarij, &c. Reliqui Christiani omnes in portu nauigant, omnes in maiori degunt saturitate, quā ego: qui licet mercenarij sint, nihil tamē illis deest nullam panis patiuntur penuriam, consolationem habent à Deo, tam spiritua-

Matth 3.  
Ioan. 1.

Act. 2.

Act. 9.

lem quam temporalem, sed ego solus hic fame pereo. ¶ Obseruandum hic obiter est, nō omnes filios Dei esse qui in domo patris aut permanent aut sunt, qui non propter hereditatē sed propter mercedem seruiunt. Citius centum inuenies qui Deo propter suum cōmodum aut formidinem pœnæ seruiunt, quā vnū qui seruiat Deo propter ipsam amorem filiali. Exilis gloria est illorum, qui non filiorū sed mercenariorum morem habent: nā seruus non manebit in domo in æternum, quāuis plures annos seruiat. Nihilominus melius est esse seruū & mercenarium in domo Dei quam extra: nam mercenarius & seruus habet qui ei victum suppeditet, cū alius ē cōtrario egeat, & fame perire cogatur. Obserua iterum si Deus adeo bonus est, qui mercenarios id est eos qui non ex charitate, sed gratia cōmodi aliquid boni faciunt, sua mercede nō frustratur: quo pacto filios suos frustrabitur si quid rectē & bene operantur? Si seruus omnium rerum copia desse posse? Sed procedamus. *Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei.* In eo quod dicit surgam, indicat se lapsū esse, cū non nisi lapsū surgere dicantur. In eo autem quod dicit, ibo, ingenuē fatetur se hæcenus sterile: aut potius terra dedisse. Dicens vero patrem meum, inuitit se hæcenus in manu tyranni fuisse. Expende autem quod peccator transgressor legis Dei & violator præceptorum eius, qui Deum contempnit nullū refugium inuenit, nisi in ipso Deo quem offendit. In eo pro cuius amore Deum dereliquit, non inueniens requiem aut vitā: compellitur ei quem contempnit adhærere, sine ipso enim viuere non potest, atque ideo ad illum ire decreuit quia in ipso solo erat vita & spes sua. Necesse est vt eamus ad Deum. Si vita hominum tantæ esset longitudo & durationis, vt posset homo omnes creaturas percensere & percurrere ab eisdem facillime perduceretur ad Deum: nulla enim est omnium illarum quæ perfectē placere possint, & satisfacere. Quare statim esuriens alia atque alia cuperet; quibus non contentus necessario ad Deum perueniret. Signa à sigillo in cera impressa ab ipso sigillo tantūmodo ad æquate impleri possūt. Eodē modo Deus in presens nos sigillo imaginis sue, cū naturā humanā operatus est. Huius sigilli diuini signi nihil huius mundi implere potest, præter quā ipse Deo: tāta est animæ capacitas, fecisti nos

Ioan. 8.

Psal. 72.

Psal. 106.

Eccl. 2.

Ioan. 4.

Genes. 32.

domine ad te: & inquietum est cor nostrum donec perueniat ad te. Nihil extra Deum satiare aut satisfacere potest. Quicquid extra naturalem cursum suum est, quietum esse nō potest: semper enim inuitum detinetur. Lapidis natura est deorsum versus in centrum tendere, quo postquam peruenit, quiescit: aliās incuitus est. Ideo David in Psalmo. Quid mihi est in cælo & à te quid volui super terram? Hælluoni si parum cibi proponitur ait. Quid hoc mihi est? Eodem modo ait David sibi nihil esse omnia quæ in mundo sunt. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Sed quare bona temporalia quando à nobis non habentur, tantopere desideramus, adepta vero ad eam contempnimus, tædioque habemus? Rationalis & perspicua est Philosophiæ demonstratio, bonorum enim est, lætitiā tribuere hominibus: media tamen quibus illa comparantur, molestiam infligunt. Non aliter infirmus sanitatem desiderat, tanquam infirmus summumque bonum: syrupum tamen aut purgationem fastidit, & ita in finem optatum peruenire vult, sine vlla mensura aut parsimonia cupiens sanitatem: media tamen parco nimium facere vult quibus sanitas comparatur. Vnde aliquando proliquis purgatione pilulas maulat. Aliquando vice versa pro pilulis, calsiam fistulam, vel reubarbum, non nunquam purgationem: modico reubarbo conditam; & quasi dilutam parcissimè desideret. Cū igitur diuitia & bona temporalia sint quædam media & instrumenta vt ad vitam transeamus suapte natura sollicitudinem & molestiam, ærumnasque secum portant. Et ita esurit anima nostra vsque semper, donec ad Deum perueniat. Ideo Salomō ait. Magnificauit opera mea, edificauit vineas, &c. Ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus, omnia fames & miseria sunt. Ideo dominus. Qui beberit ex aqua hac sitiet iterum: sed qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Respice igitur o peccator te ipsum assidue laborantem. Nunquam enim quantumuis labores, gaudium perfectum, aut quietem vsquam inuenire poteris nisi in solo Deo. Sic hic filius prodigus nunquam quietuit donec rediit domum patris sui: nec etiam tu quietem inuenies nisi postquam ad Deum patrem tuum reuersus fueris. Omne tempus quo Iacob fuit domi Laban, varijs laboribus & fatigationibus fuit implicatus: sed cū ab illo discessit maxi-

mum Angelorum exercitum offendit. Nihil perfectam integritatem naturæ suæ obtinet nisi suo se in genere continere & seruet. Cū igitur Deus sit genus omnium bonorum à quo omnia bona procedunt, ideo anima nostra adeo desiderat Deum suum vt videlicet ad illum regrediens omnia bona consequatur. Quare attende nunquam gau dium aut quietem præterquam in Deo inueniri posse: non in mudi honore, quem Esaias comparat fœno agri, nec in diuitijs, sed in solo Deo. Quid prodesset illi qui manum haberet luxa *Ejai. 40.* tam, digitos annulis aureis, smaragdus, ad amantibusque exornare? Certè nihil: donec manus & os distortum in locum proprium restitueretur. Attende igitur peccator crimen quod perpetrasti, nihil aliud fuisse nisi quandam manus aut brachij extorsionem qua à Deo Deique amore se iunctus est. Sic dicit dominus per Hieremiam. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas, &c. Nihil igitur ex omnibus quæ in mundo sunt, te poterit restituere & sanare, nisi in eū locum redeas, vnde diuulsus es, Deum videri licet tuum. Nulla enim creatura, vt iam sæpe diximus perfectum gaudium aut quietem inuenire potest, donec in terminum suum perueniat, quasi extremam naturæ suæ manum & perfectionem: quo dum non peruenit, necesse est nusquam in via quiescat aut lætetur, vt pote quæ indigens est & inops naturalis sui ingenij, & inclinationis. Vltimus autē finis hominis Deus est: quem admodum & principium. Theologi enim beatitudinem obiectiuam hominum Deum vocant: in cuius possessione vniuersa felicitas humana consistit. Vnde sicut esset impossibile duo fuisse principia, ita esset absurdum duos vltimos fines statuere: ac si essent duo dii. Si ergo solus Deus vltimus finis est hominis, vltimaq; beatitudo: & est impossibile quod sint duo fines & duæ vltimæ beatitudines: impossibile est, extra Deū beatitudinē inuenire. Nam procul dubio quæ admodū chirotece manibus, vagi na gladio, & non ad aliū vsum sunt fabricata aut cōueniunt; ita animus humanus Deo & non ad aliud creatus, nulla alia in te quiescere potest quam in Deo. Illo solo contentus viuere potest: extra illum egens, & sollicitus sit necesse est. Hac duntaxat causa, quia cū preceptum beatitudinis substitutum sint in intellectu & voluntas, potissimè hominis potētici-

Hiere. 2.

dum illa inquietæ fuerint non potest homo aut eius animus quies esse, donec ad Deum ueniat, à quo & ad quem creatus fuit, ubi tandem perfectum solatium & tranquillitatem adipiscitur. Quemadmodum enim acicula horologii solaris quæ sub vitro lateri speculo magnate infesta, nunquam quiescit sed semper mouetur, semperque rotatur donec cuspidem septentrionem versus dirigat: quo facto statim cessat & consistit, ampliusque non mouetur: ita anima nostra, quæ Deum suum iugiter desiderat, ad illumque tanquam suum septentrionem & centrum dirigitur, nullo modo aut quiescere, aut consistere potest, donec illum reneat. Præterea cognitio proprii peccati compulsi hunc filium prodigum ut ad Deum se conuerteret. Tanti enim facit dominus noster hanc propriorum criminum recognitionem & penitentiam, ut etiam si gratissimæ Christo sint lachrymæ in eius passione ab hominibus profuse noluerit quando crucem humeris portabat, ut filii Hierusalem eius passionem & cruciatum deplorarent: sed potius in propriis criminibus deplorandis occuparentur. Hæc autem cognitio maximi fructus est & utilitatis, si cum humilitate fuerit coniuncta. Mala enim in bona conuertuntur sicut apibus moris esse accipimus, quæ de amaribus floribus dulces colligunt mel. Quia non cognouit superbus phariseus parua peccata sua, amplissima illa facta sunt: at uero publicanus quia crimina sua magna esse cognouit illa de magnis parua facta sunt, & ad nihilum potius redacta. Vbi enim agrotauit sanus, suam infirmitatem & ægritudinem non cognoscens, sanauit infirmus: qui ægritudinem suam & peccatum suum cognouit. Latro qui in cruce pendens culpam suam non nouit damnatus est: alter autem qui humiliter se subiecit, sui criminis conscius, veniamque implorans, in cælum auferri meritus est. Non paruum est leuamē medicum, & ad iumentum, quod ægrorum locum doloris assignet, causamque morbi explicet: ut apte medicamenta possint adhiberi. Deinde mouit hunc filium prodigum ut ad eum conuerteretur, cognitio, quam deliberalitate patris sui habebat, bonique mores, quibus in eius domo fuerat educatus. Si in aliquam tabulam antiquam inspicies in qua sit alicuius ab hinc mille annos depictum simulacrum adeo ut iam colores, umbræque fere euangerint, uides illic patrem diadematis, illic uero clauem depictam extare, licet omnia alia deleta sint, sta-

tim dicis. Hæc imago diui Petri erat. Eodem modo animæ sunt plurimæ, quæ quondam pulchræ, lætæ, spiritalique Dei imagines fuerunt. At nunc peccati fecerunt, obtusæ, & obscuræ sunt, adeo ut uix apparere aut extare possint. In prædestinatam uero uitam æternam, semper quædam uirtutis manet propensio, quædamque bonitatis indoles qua quantumuis sint peccatis impliciti, quandam quasi sanguinis & nobilitatis suæ imaginem præferunt. Quemadmodum aliquando accidere uideamus, in puero aliquo, qui nobilibus ortus parentibus lenitatis uel imprudentiæ causa de domo paterna egreditur ut externas uideat regiones: qui etsi uagus, panno sulcus, despiciendusque omnibus uideatur, tamen imaginem quandam exemplarique ostendit uerbanitatis & pietatis, generis que sui non leuia iudicia, ut & iniurias facile sibi illatas condonet, & inimicos non seuerissime uisciscatur, adeo ut statim se intuentes dicere compellat. Proculdubio hic puer, quæ hic perditum errare uideamus, nobilibus, clarisque natalibus exortus uideatur. Idem & in prædestinatis euenit, qui etiam si aliquando in peccata dilabantur, immundoque & contemptibili incedant habitu: retinent tamen quandam in uirtutem propensionem, qua plurimum adiuuantur, ut de peccato resurgant. Recordatio domus paternæ, generis que claritas hunc filium prodigum adiuuauit, ut à peccato exiret: meminit enim diuitiarum & clementiæ paternæ, quibus admonitus ad patrem suum reuersus est. Ad nostram uero eruditionem docemur non sedere aut quiescere in peccatis, sed surgere aut ambulare ut Christum sequamur. Qui sequitur Christum non sedet: sed tanquam filius lucis ambulat. Necessè est ut surgas & ambules si Christum uis sequi. Negociator ille euangelicus inuenit thesauro, prægaudio illius uadit & uendit uniuersam quæ habuit. Et Saluator ait. Filii enim hominis uadit, &c. Ne sedeamus, ne immoremur in uitijs: sed tanquam ceruus qui canibus obfessus gemit & implorat, si quem hominē transeuntē uideret ab eo auxiliū ut illius opere saluari possit: sic nos tantis laboribus & periculis circumuallati, ploremus & gemamus, quærentes Christū factum pro nobis hominē &c. Docemur secundo quod per peccatum non perditur liberū hominis arbitrium, ut impijssimi Lutherani ausi sunt asserere: uoluit namque iste surgere & ad patrem ire, licet non ueniret nisi occurre-

ret illi pater & misericordia moueretur. Sed de hac re non nihil in superioribus diximus: & multi uiri doctissimi hac nostra tempestate contra impudentissimam Lutheri hæresim scripserunt. Docemur tertio ut antequam ad confitendum crimina nostra accedamus, sacerdoti qui locum Dei optinet, conscientias nostras exactissimè examinemus, quid admiserimus cogitantes. Hic filius prodigum priusquam culpam suam coram patre fatere tur: secum meditatus est, quid diciturus esset. Sic dicam ei. Pater peccauit, &c. Priusquam dispensator domus rationes Domino suo reddat prius ipse secum illas computat, librum inspiciens non forte erret. Sic tu priusquam confessurus ad confessarium accedas, conscientiam tuam perpendere debes. Sed iam in capite uidecimo de hac re differuimus. Dices ergo ex hoc filio prodigo qui antea quæ patri suo crimina exponeret, quid dicendum esset cogitauit, dicens secum. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Quid dices? Pater peccauit in cælum, & egrauate. Singula hæc consideratione digna sunt. Primum dixit, pater: quia in hoc uocabulo fiduciam totam constituit suam: deo Christum in nostra oratione, in initio constituit hoc dulce nomen, ut ad pietatem Deum spectantes dicentes. Pater noster qui es in cælis, &c. ut sic audacius ad Deum accedamus. Ipse enim pater (ait Christus) amat uos. Et iterum. Scit pater uester quia his omnibus indigetis: Vide quæ misericors sit Dominus qui nequæ offensus patris nomen non indignatur audire. Secundo dixit, peccauit, humiliter confitendo suam culpam: nec se excusat, nec culpam in naturam, demonem uel conijcit, aut in carnem & mundum improbissimos amicos: sed in seipsum tantummodo. Nam reuera omnes cum peccamus, nostra & non aliorum culpa peccamus. Quare Dauid populi sui intuens exitium, humiliter dixit. Domine ego sum qui peccauit. Hi qui oues sunt quid fecerunt? Hæc est confessio peccati quam Deus exigit à peccatore: quannis Deus sciat omnia, attamen uocem tuæ confessionis expectat: ore enim confessio fit ad salutem. Sese accusans peccator, accusatorem confitendo præuenit: alioquin frustra debes occultare quem nihil fallit, & sine periculo prodas, quod scias iam esse cognitum. Expende etiam quas cogitationes Deus ingerat. Pater peccauit, non uulgatiter, sed supra quam credibile est: in cæ-

lum, non me tibi purgabo, sed simpliciter confitebor me indignum omni gratia: Iustas cogitationes non indidit natura, sed fides & gratia: nam si filius prodigum suum ingenium & naturam sequutus fuisset, ita diciturus erat. Dicam patri meo, Non satis intellexi, non do malo feci: quapropter in locum filij me recipere, æquum est ut mihi præ cæteris bene facias, &c. Ratio eius naturalis tale daret consilium: quod si obtemperasset, patrem magis ad uindictam prouocasset, quam reddidisset eum exorabilem. Ideo Deus aliud suadet. Videtiam quantum coram Deo ualeat humilis confessio. Apud iudicem secularem confessio delicti damnat, sed saluat apud Deum qui ait. Non sunt uia mea uia uestræ, & cogitationes meæ cogitationes uestræ. Humiliter confessus est peccatum suum Dauid. Sic & Manasses Rex Iudæ: sic Magdalena, sic & ille publicanus qui templum ascendit orare: sic latro in cruce humiliter agnoscens suam culpam dixit. Nos quidem digna factis suscipimus. Et omnes isti misericordiam domini sunt consequuti: humiles enim delicti confessio misericordiam peccati remissionem meretur. Hæc non sunt consequuti Cain, Saul, & Acab, & alij: quia superbe misericordiam domini non humiliter petierunt. Tertio dixit in cælum. Peccauit inquam in cælum, quia terrena & corruptibilia plura feci, quam cælestia: quemadmodum in te peccat ille qui puerum tuum tibi præfert, illumque maiori prosequitur quam te honore: sic peccat in cælum qui terrena celestibus præponit. Præterea cum peccas non modo te proditorem Deo facis, sed etiam aliquo modo peccato tuo omnibus creaturis duplices: anima enim tuæ medium est quoddam, quo omnia creata ad Deum suum conuertuntur, & redeunt. Deus enim hæc omnia uisibilia & corruptibilia propter corpus creauit, corpus autem propter animam: animam uero, ut Deum suum cognosceret, amaret, & coleret, ab eoque traheretur, quasi à nouissimo cathenæ orbiculo, qui uniuersam cathenam post se trahit. Itaque ut omnia ad principium suum redigerentur siquidem propter hominem creata sunt, homo autem propter Deum. Hæc uoluit dicere Salomon cum dixit, uanitas uanitatum & omnia uanitas. Non quod plantæ aut flumina, suam iuxta naturam à Deo sibi datam perfectionem non habent, aut in elementis aliqua sit huius rei culpa: sed quia inanis homo inaniter uitæ creaturis, non

Ezech. 18.

2. Reg. 12.  
2. par. 34.

Luc. 7.

Luc. 18.

Luc. 23.

Mat. 7.

Luc. 11.

Mat. 16.

Mat. 6.

Mat. 13.

Mat. 16.

2. Reg. 24.

Rom. 16.

Eccles. 1.

men illis nouum vanitatis imponit: quem ad modum enim inutilis, & inconueniens Horologij vniuersa structura censetur, quando suis temporibus horas non sonat, apertissimū labentis temporis signum reddens, ita elemēta, cælique compositū, & fabricari subtiliter diuino artificio cū rotæ sint, & structura quædam mundi quasi cuiusdam Horologij, nisi per hominem quasi per vocem quædam Horologicam sonent, idest Deum pro tanto opere fabricato assiduo conclebrent, inania & inutilia sunt. Ideo David ait. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Cū autem propter peccatum homo obmutescat qui quasi quædam vox vniuersi mundi est, laudesque diuinarum rerum in termitantur, sequitur necessario hominem esse potissimam causam, qua orbis mundi vniuersus inter se dissonet, & funditus intereat. Ideo ait, peccaui in cœlum, vt intelligas etiam omnia in cœlo clausa, quæ homo cū Deum offendit iniuria maxima afficit. Quarto dicit & coram te, hoc est in ipso interiori conscientie conclauis, quod solius Dei valent oculi penetrare. Quapropter hic (coram te) idem est acsi dixisset te cognoscente. Vnde David Domino ait. Tibi soli peccaui & malū coram te feci. Quauis David peccauit in Vriam capiendo eius vxorem & postea illū occidendo: quia solo Deo præsentem peccatū commisit, & solus Deus fuit illius peccati cōficius: soli Deo peccasse & malum coram eo fecisse dixit. Certum est enim Davidem nullis vocatis testibus adulterium perpetrasse: & etiam secretē iussit Ioab vt occideret Vriam, Peccatum etiam quodlibet plus pēdet à corde quam ab opere. Nam hac sola ratione peccatū cēsetur peccatum, quia ex malitia corde prodit: de corde enim exeunt adulteria, homicidia, fornicationes, &c. Si enim corde præcipue peccatur corā solo Deo peccamus, cū solus ipse sit qui intuetur cor nostrum, adulterium David & peccata huius filij prodigi, qui consumpsit substantiam suam luxuriose viuendo, quod opus verecundum est, adeo vt coniugalis cōcubitus qui licitus & honestus est, secreta loca requirit. Et vt scias quod David occultē peccauit, audi quid dixerit ei Nathan. Tu fecisti in occulto, ego autem faciam in conspectu rotius Israel. Et hic modus loquendi satis vtitatus est in sacris litteris, vt ille dicatur peccare Deo qui peccat corā eo: & ille dicatur peccare in hominem qui pec-

cat coram homine. Nam Propheta Baruch *Baruch. 1.* peccata filiorum Israel, sub eorum nomine deplorans ait. Peccaui domino Deo nostro. Et paucis interiectis eandem cantilenam repetens ait. Peccaui ante dominum Deum nostrum. Et in Euangelio. Si peccaue- *Mat. 18.* rit in te frater tuus, idest, te sciente. Sic hic, peccaui coram te, idest te sciente, & teste, peccaui. Non erubui pater tuam præsentiam. Feci coram te quod non auderem facere coram Principe aut Rege terreno. O domine Deus quam parui te feci, quam nihili te pependi, equidem considerare debuissim me in tua esse præsentia, vt etiam si multum diuque à carne sollicitatus & interpellatus essem, tamen præsentia tua memoriaque tuæ autoritatis qui præfens aderas confirmatus, me à peccato cōtinerem. Nunquid domine tu cæcus eras, vt flagitia mea non videres? miseranda hominum cæcitas, qui cum se iniucere reuerentur cū peccant, & coram alijs non audeant peccare, Dei tamen præsentiam nunquam formidant: aut ignorat diuinos illos lynceosque oculos omnia prospicere, nihil esse tam occultum quod eos latere possit. Et si Deum cuncta scire credunt, suspicantur forte illum peccatis nostris non offendit, aut illum a deo iniustum credunt vt peccata impunita esse velit: aut forte impotentem qui etiam cū velit punire non possit existimant. Si credunt diuinos oculos posse frustrari, audiant scripturam. Homines iudicant quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Et David. Scrutans corda & renes. Deus. Scrutantem dixit, vt eum minutissima quæque cognoscere innueret: prout facit is qui rem quampiam cum diligentia scrutatur: cui nihil est etiam quantum libet paruum quod non sit exploratum. Et diuina sapientia clamet se in profundum abyssi penetrasse: vt ostendat nihil esse tam occultum quod non sit illi manifestum. Nemo putet peccatum esse secretum, nec dicat cum illo maledicto sene. Ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt. Videt te Deus, videt te iudex ille, ad cuius tribunal te assistere oportet. Multi enim sunt sicut perdix quæ dum caput abscondit, & non videt videntem se, putat à nemine videri. Ita quauis nos Deum non videamus, tamen ipse nos optime videt. Qui fingit oculum (ait sapiens) *Sap. 1.* ipse considerat: & omnia vt Paulus faretur *Hebr. 4.* sunt nuda & aperta oculis eius. Sic Dominus tulit Prophetam, Ezechiel & dixit ei. *Ezech. 8.* Foras de pa-

de pariete mi, & cūm fodissem parietem apparuit Osium & dixit ad me. Ingredere & vide abominaciones pessimas. Vidisti quæ faciunt seniores domus Israel in tenebris vnusquisque in abscondito cubilis sui? Dicunt enim non videt nos dominus, dereliquit dominus terram. Sed de his satis. Merito ergo ait filius hic prodigus, peccaui coram te. Acti diceret. A deo effrons & inuerecundus fui, vt te præsentē & coram oculis tuis peccare non erubuerim: nam et si homines peccatum meū latuerit, tibi autem qui omnia occulta noscitate non potest. Peccaui ergo coram te quoniam tu solus secretorū scrutator me peccatē videbas. Obserua etiam quod quando peccaui, quasi nō esset coram Deo peccaui. Sic enim se habet peccator vt si Deus non haberet oculos. Sed iam modo qui oculos apererat, & ad se fuerat reuersus sentit & videt, quod coram Deo peccauit. *Iam non sum dignus vocari filius tuus fac me sicut vnū de mercenarijs tuis.* Indignus inquam sum vocari filius tuus quia imaginem tuam in me peccando multipliciter deturpauit meque tibi valde dissimilem feci. Item quia peccando feci me ipsum seruum diaboli & peccati, à quo enim vt ait Petrus quis liberatus est, huius & seruus est: atque ideo ad gratiam & nomen filij me recipi fateor indignum: idcirco humiliter precor, saltem inter mercenarios computari. Sic & Abigail prudentissima femina cognito quod David veller eam in coniugem sumere dixit. Ecce famula tua sit sicut ancilla, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Hoc etiam Centurio dixit. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Sed propter hanc humilem confessionem, meruit salutem puero, & vt à Christo tam magnifice laudaretur fides eius. Sic & iste propter hanc humilem confessionem veniam esse assequutus. Igitur sicut hæc in animo proposuerat ita fecit & opere compleuit: quapropter sequitur in contextu. *Et surgēs venit ad patrem suū.* Vtinam nos sic surgeremus à peccatis cum proponimus surgere: sed tota vita transit in bonis desiderijs nūquam opere desideria bona exequendo. Multi enim læpē detestantur fœditatem peccatorum: sed sunt sicut ostiū in cardine, quod voluit non tamen exijt à loco suo. Quid enim prodest proponere, si opere non facis quæ proponis: Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ nos cōprehendāt. Dum enim tempus habemus operemur bo-

num ait Paulus: quia iuxta Ioannis sententiā *1. Ioan. 2.* nouissima hora hæc est. Ideo admonet Esaias *Isai. 55.* dicens. Quarite dominum dum inuenti potest: inuocate eum dum prope est. Multum te deberet monere ad accelerationē conuersionis, quia tot homines defuncti sunt qui bene proponebant se quandoque facturos penitentiam, & præoccupati morte non fecerūt. Nec de cætero vnquam facient. Ista procrastinatio multos deceptit: & vt in Ecclesiastico habetur, reprobisio nequissima multos perdidit. Repromissio quæ peccator promittit sibi tempus & longam vitam nequam est: quia vsurpat quod est proprium Dei, videlicet disponere tempus de futuro. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate ait Christus. Tempore Noe sustulit dominus viginti annos ex illis quos hominibus vt agerent penitentiam permiserat quia tempore concesso sibi commodare volebant. Si igitur Deus tempus promissum nolentibus poenitere abstulit: quid faciet de his quibus nullum tempus promissit? Quinimo statim deberes conuerti: nam officium eorū qui cito conuertuntur gratius est Deo, nā offerunt ei de flore & xigore vitæ suæ. Sed qui tarde conuertuntur facies Deo reseruant, qui timere possunt ne & ipsi etiam facies calicis dñi bibant: & eius indignationem: fœces enim eius non est exinanita, bibēt omnes peccatores terræ. Bonū de vita sua offerūt mundo, & fœces Deo: cū ea quæ offeruntur Deo bona & optima debeant esse & electa. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Filij habes bene fac tecum: & dignas Deo oblationes offer. Et in Numeris præcepit Deus meliora ei offerre, dicens. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria dñi separabitis, optima & electa erūt. De malis vero ait Propheta Malachias. Maledictus qui habet in grege suo masculū, & votū faciens immolat debile dño qui Rex magnus est, dicit dominus exercitū. Sed quare tu vis impendere optimos vitæ tuæ annos in mundo, iuuentutis tuæ omne tempus illi concedis, facibus, peioreque vitæ tuæ tempore Deo reseruas? Præterea stultissimus esset ille, qui cadens in aquam profundam & adhuc supernatat, & si ei subueniatur dicat. Nolo adiuuari vsque ad annum, cūm statim submergatur & suffocetur. Qui in peccato mortali est cecidit in aquam profundam in cœtus quando ad profundum inferni descendit

*Psal. 33.*

*Psal. 50.*

*1. Reg. 11.*

*Mat. 15.*

*2. Reg. 12.*

*Mat. 18.*

*1. Reg. 11.*

*Psal. 7.*

*Eccle. 11.*

*Dan. 11.*

*Sap. 1.*

*Hebr. 4.*

*Ezech. 8.*

*de pa.*

*1. Pet. 2.*

*1. Reg. 25.*

*Mat. 8.*

*1. Thim. 3.6.*

*1. Ioan. 8.*

*Galat. 6.*

*Eccle. 29.*

*1. Thim. 2.*

*Gen. 8.*

*Psal. 74.*

*Eccle. 13.*

*Num. 18.*

*Malach. 1.*

fit: & cum ad poenitentiam monetur, quasi quaedam tabula eiporrigitur, vt in ea euadat a naufragio. Ideo que fatuus est peccator, si differt tabulam poenitentiae arripere quae est secunda tabula post naufragium, dicens Postea me adiuuabo, cum iam aquae veniant super caput eius. Attende igitur ne tibi vita nequicquam transeat, bonis propositis contenta quae nisi opere praestiteris a peccato exire non poteris, priusquam a morte occuperis, post mortem enim etiam si poenitentiam agere velis nullo modo poteris. Hic filius prodigus consideras miseriam peccati altissimum que gratie statum vnde decidit, statuit peccati mansionem relinquere & ad Deum suum redire: quod quemadmodum proposuit opere impleuit, & surgens venit ad patrem suum. Idem et tu facere debes statim a criminibus tuis surgens, crastinum diem non expectas: nescis enim vtrum sis in diem crastinum peruenturus necne. ¶ Observa autem quod si ad patrem venit, non ex suis viribus, sed Dei auxilio venit, & non quocunque auxilio sed Dei auxilio speciali. A duerte autem quod duplex est auxilium speciale, quo Deus adiuuat peccatorem ad poenitentiam. Quaedam enim sunt auxilia antecedentia, & praeuia ad ipsum actum poenitentiae: alia illam comitantia & ei inseparabiliter coniuncta. Prioris generis sunt praedicationes, inspirationes sanctae, admonitiones amicorum, timor gehennae, spes regni caelestis, tribulationes, miracula, exempla maiorum & similia. His namque omnibus trahit Deus & allicit misericorditer peccatores ad poenitentiam. Et huiusmodi auxilia a plerisque inefficacia dicuntur quia non semper habent suum effectum, sed plerumque a peccatoribus propter suam mentis obstinationem frustrantur, & obfirmato animo in suis peccatis perseverant. Posterioris autem generis auxilia sunt, concursus quidam specialis, quibus Deus peculiariter & immediate nostras rebelles ad se conuertit voluntates, coniungens se & intimo quodam & benignissimo modo vnians se ipsis, & potentiores eas ad operandum reddens. Atque vt doleant de peccatis suis, & vitam bonam in malam commutent inlectos. Et auxilia efficacia dicuntur communiter, & simultanea, & siue comitaria aut coniuncta ipsis operationibus possunt appellari: quia comitantur actum poenitentiae, & inseparabiliter sunt coniuncta, & simul sunt cum ipso: neque vnquam frustrantur aut frustrari

possunt a nobis, & omnes & soli ea habent, quos sanorum peccatorum poenitit. Quauis autem haec secundum generis auxilia necessaria sint & sufficere possint fidelibus ad poenitentiam, & primi generis auxilia sine istis non sufficiunt: tam enim & priorum aliqua moraliter videntur necessaria, homines enim non nisi multis allecti occasionibus & impulsionebus ad operandum trahimur. Habuit hic filius prodigus auxilia prima, vt fuit tribulatio, paupertas, fames & miseria: quae eum alliciebant ad conuersionem & contemptum peccati. Habuit & memoria domus paternae qua Deus illi praestitit, vt recordatus foelicitatis qua perdidit appeteret domum patris. Habuit & cognitionem sui quam Deus illi infudit, vt ad se ipsum reuertetur. His auxilijs ad iustus oculos suae mentis aperuit: quae propter ad se ipsum reuersus est, & surgens venit ad patrem suum. Observanda rursus gradus esse quosdam ad Deum redeundi. Primum ad se ipsum reuerti, seque ipsum arguere ac obiurgare de linguentia: id quod hic fecit, nam ad se reuersus, nimirum per miseriam status considerationem, in quem suapte sponte ac voluntate incidit. Hoc est quod Hieremias hortatur. Memento te istud, & confundimini: redite praecaratores ad cor, & recordamini prioris seculi. Hieremias etiam. Reuertatur vnusquisque a via sua mala. Eadem Ioel & alij praecipunt. ¶ Secundus gradus est comparare datum & lucrum, bona inquam quae perdidimus & mala in quae incidimus: ideo dixit. Quanti mercenarij in domo patris &c. ¶ Tertius gradus est vt surgas & erigas te, firmiter propositum vadas ad patrem, & delicta tua illi confitearis: quod hic fecit surgens & veniens ad patrem suum, &c. ¶ Octauum principale iam nunc videamus quomodo Christus Iesus peccatorem recipit, de quo scriptum est in contextu. Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater ipse, & misericordia motus est. Hic notatur ordo quo Deus venit ad peccatorem, secundum proprietatem & similitudinem vultus, qui primo vidit cadaver a longe: deinde aduolat, & postea insidet, & tandem incorporat. Sic facit hic Christus, cum adhuc longe esset in regione peccati, quia longe a peccatoribus salus, vidit illum oculis pietatis & misericordiae: sicut Petrum post trinam negationem. Et misericordia motus est, quia eius misericordia vt Hieremias inquit, non sumus consumpti. Praeterea in eo quod ait, quod longe erat,

Esai. 46.

Hiere. 38. Ioel. 2.

Psal. 113.

Matth. 26. Thren. 2.

ge erat, insinuatur quod non erat contritus, sed attritus qui dolor est imperfectus, per quem aequaliter se disposuit ad gratiam. Nam si vere contritus esset, & propter Deum summedilectum peniteret, non esset longè sed prope. Sed postea cum amplexatus est illum pater, ex attrito factus est contritus, vel iuxta aliquotum sententiam, actus attritionis perfectionatus est, per charitatis formam & in contritionem mutatus. Itaque quia nondum per charitatem infusam & veram contritionem, & virtutum ademptionem fuit Deo adiunctus longe erat: vidit autem illum oculis misericordiae: vidit aspectu illo quem petebat David dicens. Aspice in me & miserere mei. Vidit quem nihil fallere potest, quique solitudinem filiorum suorum, etiam cum ab eo errant non profusus abijcit. Vidit in se reuersum & ad eum reuerti deliberantem. Nec enim ille ad se reuerti nec tam sancta vota concipere potuisset: nisi eum ille prius aspexisset. Imago quae in speculo est oculos sursum attollere non potest, nisi ille cuius est similitudo illos prius attollat. Atrende igitur peccator te oculos tuos in terram deprinere affectionibus tuis in mundi bona deiectis. Sic David in Psalmo de quibusdam peccatoribus dixit. Oculos suos itauerunt declinare in terram. Et Daniel de illis senibus impudicis dixit. Auertentur sensum suum, declinauerunt oculos, & non viderunt caelum. Vt igitur oculos tuos ad caelum eleues opus est, vt Deus cuius tu es imago prius te de caelo aspiciat, oculosque misericordiae in te dirigat: vt tu respicias aspicientem te. Nam nisi ille prior speciali auxilio te conspexerit, nequaquam tu eum respicere aut ad eum conuerti poteris. Non poteris ire ad eum nisi Deo mouente, ducente, aut impellente, aut trahente. Vnde saluator. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Propter quod sponsa hanc suam omnipotentiam agnosens orabat dicens, Trahe me post te, curtemus in odorem vnguentorum tuorum. Si tu non traxeris, ego ire non potero. Sic Prophetae Ezechieli praecipiente Deo vt surgeret & staret supra pedes suos, ingressus est spiritus domini in eundem Prophetam, & statuit illum supra pedes suos: quia nisi spiritus domini adiuuaret eum, ille stare per se non poterat. Ideo in Threnis dicitur. Conuertere nos domine, & conuertemur. Sic prius respexit Petrus, & postea fleuit amare. Vnde egregius Psaltes de Deo loquitur dicens. Qui respicit terram, &

Psal. 24.

Psal. 16.

Daniel. 13.

Ioan. 6.

Cant. 1.

Ezech. 2.

Thren. 5.

Mat. 26.

Psal. 103.

fecit eam tremere. Hic est qui otem perditam perducit ad causam: qui solus sanat omnes infirmitates nostras & propiciatur omnibus iniquitatibus nostris. Hic solus est de quo ait Iob. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Solus enim Deus poenitentiam donat, nam beatus Paulus ait, poenitentiam esse donum Dei, cum in posteriori ad Timotheum Epistola ait, vt cum modestia corripimus eos qui resistunt veritati, ne quando det illis Deus poenitentiam ad cognoscendum veritatem. Ex quo loco Augustinus colligit, quod non solum cum agitur poenitentia, sed etiam vt agatur necessaria est Dei misericordia, & est illa misericordia de qua in Psalmo. Misericordia eius preuenit me. Ante ergo quam peccator poeniteat, misericordia Dei praenit eum. Non enim sufficient omnes conatus nostri vt nos iustificet & Deo conciliet: verum quod deest nobis ipse benignissime supplet. Quauis enim aliqua opera spectata ad nostram iustificationem a solo Deo sine nostro concursu fiant: non ideo tamen & idem licet colligere de omnibus operibus ad eam requisitis. Triplicia enim sunt opera Dei concurrentia ad iustificationem peccatoris. Primi generis sunt illa quae antecedunt etiam tempore nostram iustificationem: & sic Deus sunt propria, vt nullam in eis partem libertas nostra habeat, scilicet, neque consensum, neque cooperationem: Et talia sunt praedestinatio, electio, seu vocatio: pulsare ad ostium, & aliquando admonitio, & inspiratio. Secundi generis opera sunt productiones qualitatum supernaturalium, gratiae, scilicet, & virtutum quibus completur nostra iustificatio & formaliter iustificamur. Et quia ad producendum tam praecellentes qualitates natura nostra pertinere non potest, habet se homo respectu earum passiuus: sicut aer respectu luminis cum illuminatur a sole. Sunt tamen inter haec opera quibus incipitur & perficitur nostra iustificatio, alia media opera tertij generis, quae Deus in nobis non exercet nisi nos assensum praebemus. Cuius generis sunt fides, spes, dilectio, poenitentia & omnia breuiter opera concurrentia ad nostram iustificationem, quae affectum liberum cordis nostri designat & haec sunt requisita ad cooperationem nostram: & haec a nobis requiruntur. Quauis enim iustificatio nostra per infusa dona & virtutes a Deo solo fit & solius Dei munera sunt gratia & virtutes infusae: hoc tamen fit nobis consentienti-

Iob. 23.

2. Timo. 2.

Psal. 58.

stentibus, & cooperantibus, Deus enim hæc munera non largitur, nisi ope sua dispositis, & vocationi suæ sanctæ libenter obtulerantibus. Vide quomodo antequam verbū loqueretur hic filius prodigus, imo priusquam ad patrem veniret, cum ad huc longè esset à domo paterna pater illi obuiauit: atque ideo iustificacionem nostram, & peccatorum remissionem gratiæ Dei ascribere cogimur. Et vt vi deas quam promptus sit Deus, vt peccatori succurrat, & faucat: vide quid se quatur in con-textu. *Et accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* In occursum presentia, in amplexu clementia demonstratur. Accurrens notatur gratia coadiuuans siue cooperans, quæ nõ patitur moram siue dilationē. Sicut enim nutrix videns puerum inualidum conantem ad ambulandum statim occurrit ne cadat: ita Deus cum aliquis nititur per liberū arbitriū ambulare ad eū statim Deus accurrat per gratiam. Ideo Iob. Operi manum tuarum porriges dexteram. *Quādo enim facit quis quod in se est præparando se ad gratiā, Deus mox subuenit, gratiamque infundit.* Exponde autem quomodo non sit lenta neque tarda diuina misericordia ad subueniendum compunctis corde. Mox vt tacti dolore de peccatis illum inuocamus exaudit, & sinum suæ misericordiae aperit, vt recipiat confugientes ad se, & redeat in gratiam nobiscum & reconciliet nos sibi. Verum cum Deus tam diligens sit vt nobis det bona: nos per oppositum diligentes sumus ad malum, & pigri ad bonum. Fili Israel nondum Aaron verba finierat, quādo dederunt ei iocalia in aures ad idolum fabricandum. Quis homo vt pauperem subueniat tam facile daret annullum aut aurum? Quot sunt hodie in mundo qui cum meretricibus preciosas consumunt: & cum forore aut nepote, nec obulum consumerent? Imperat virtus & dormimus, imperat vitium & currimus. Faciles sumus ad vitia & desides ad opera virtutū, &c. *Secundo dicitur hic quod cecidit super collum eius: in quo notatur gratia conseruans, quæ fouet & amplectitur peccitentem duobus brachijs charitatis. Leua est dimissio culpæ, & dextera promissio gloriæ. Vnde dominus per Oseum. Ego quasi nutrix eius Ephraim, in brachijs meis portabo eum. Amplexus cum osculo, ipsa gratia reconciliās est his signis de scripta, ad significandum magnitudinem affectus, & effectus diuine benignitatis erga peccitentē. Multo enim maior*

est quam amplexus & oscula significant: sed spiritualia per hæc sensibilia significantur. Præterea in osculo notatur gratia consumans seu perficiens: quia osculum est signum perfectæ reconciliacionis, & pacis & dilectionis. Et ideo vltimo ponitur, quia nõ habebit nisi post tres gratias prædictas. Mira certe diuina potestatis dignatio, qui à sanctissimis etiam si dilictis valet eos coarguere inueniret quod damnaret. Sed clementissimus dominus peccantes conseruat, fugientes reuocat, dispersos congregat, pereuntes liberat, mortuos viuificat, impios iustificat, negligentes increpat, torpentes excitat, lapsos erigit, ignorantes instruit, deos reducit, redeites suscipit, & susceptos custodit. Quisquis ergo diuinam clementiam considerat, de venia nullatenus diffidat. Quare igitur peccator à peccato non exis? Si quidem optimè intelligis quam parata sit diuina clemētia, vt te benigniter suscipiat, summoque efficiat honore. Cuniculus cauo suo cubilique inclusus, vociferante venatore nõ est mitum si exire nolit. Nõ enim ignorat si exierit in rete peruenturum, quo præditus procul dubio interimetur: quare sepe numero ne in tantum incurrat discrimen exiens, se toto corpore discendi & dilaniari à viuetra patitur. Verum tu qui optime tenes, si exieris à peccato à Deo apertis vlnis molliter & suauiter te esse suscipiendum, & denique in cœlestē eter namque gloriam vbi omnibus cœlicolis maxime sis voluptati peruenturum: quare te à peccato non eximis? Quare immoraris in peccato? Quare in manus tam benigni patris venire negligis? Aliquis esset pater qui hic multo facius se habens filio suo prodigo diceret. Heus veterator ad es dum, vbi res mea? vbi bona sunt, quæ perperam consumpsisti? vbi tam diu vagus & errabundus es immoratus? Expēpende obsecro hanc infinitam clementiam. Non petit ab illo rationem vbi nõ fuerit, nec illum reprehendit iniuriæ afflicto: sed vultu lætissimo illi obuiam procedit, eum suscepturus vlnis suis, molliter brachijs, osculis summaque indulgentia, fauore, & tripudio illum excipiens. O inestimabilem amorem, charitatem infinitam, bonitatem ineffabilem. Quis est animus qui lachrymis non liquecat: quæ viscera vilius peccatoris quantumuis obstinati, etiam si à damante duriora sint, hac tanta pietate non mollentur? At tendē igitur peccator, & ad dominum tuū te recipe qui nihil aliud quam conuersionem tuam & vitæ desi-

derat,

Exech. 18.

1. Cor. 15.

Esa. 6.  
Iob. 42.

derat, nec mortē peccatoris. Respice ad Deū vt peccandi finem facias: nam cum tu nocte dieque nihil aliud facias aut cogites quā creatorum tuum mille modis offendere, ille nocte dieque multa misericordiarum millia super te profundens conuersionem tuam expectat. Sed de his satis. Iam ad contextū reuertamur. Dixitque ei filius. *Pater peccanti in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Simile dixit Paulus Corinthijs scribens. Nõ sum dignus vocari a postolus, quoniam persequeutus sum Ecclesiam Dei. Quanto enim Deus hominem peccatorem gratio-sius visitat & illustrat, tanto se illi profundius humiliat grauiusque illum acculat: nempe quod Dei pietatem euidentius circa se experitur, & maiestatem ac sanctitatem ipsius clarius contemplatur, eo propriam ingratitude, perueritatem, & prauitatem lucidius intuetur: acrius detestatur, & plenius conficitur. Hinc Esaias post contemplationem illam sublimē vbi vidit dominum super solium excelsum & eleuatum testatus est. *Vē mihi quia vir politus labijs ego sum. Et Iob etiam. Oculus meus vidit te idcirco in cinere & fauilla penitentiam ago.* Obserua autem quod quauis fateretur non esse dignum filio, non tamen addidit quod antea dixerat & proposuerat dicens. *Fac me sicut vnū ex mercenarijs quia iam nunc nõ est in illo statu, in quo erat, quādo proposuit hoc petere.* Nam tunc cogente fame anhelabat ad panem. hoc est, re cognita miseria proprii status mouebatur affectu ad proprium bonum: nunc autem amplexus & osculatus à patre occurrēte ad ipsum, quia contritus erat & ei dilectionem habebat, nõ vult Deo seruire propter premium, sed propter Deum ipsum amore filiali. Antea timēs supplicia & horrens immunditiam porcorū, quasi seruus timore declinauit à malo, & desiderauit statim mercenarij. Sed iam nūc postquam patris osculantis & amplexantis charitatem attendit, oblitus conditionem serui de sola charitate cogitat, vt iam nõ mercenarius sed filius esse cupiat: quia non mercedis intuitu sed virtutis amore quæ placita sunt patri persequetur. Sed procedamus. *Dixit autem pater ad seruos. Cito proferte stollam primam & induite illum, & date annullum in manu eius, & calcamentia in pedes eius.* Pater nõ dirigit verba ad filium, sed seruos alloquitur: quia qui peccent, orat, sed responsum verbo non accipit, misericordiam tamen consequitur in esse

quæ. Serui isti ministri sunt Ecclesiæ qui sacramenta ministrant, & maximè sacerdotēs absoluentes à peccatis: & cum Christus hæc parabolam dicebat, erat Apostoli & alij eius discipuli, quorū ministerio utebatur Christus, & eorum prædicatione, vt gratiam quæ à charitate non distinguitur conferret publicanis illis, sicut nunc ministerio sacerdotum & prædicatorum conferat. Per stollam primam gratiam intelligit quæ datur peccatori contrito, quam antequam peccaret habuerat. De hac enim Paulus. Charitas operit multitudinem peccatorum. Atque ideo hic vocatur vestis seu stolla. Hanc vestem habuit homo primus cum cõditus fuit, & nobis datur in baptismo & eā ille perdidit male peruersus, & nos per quodcūque peccatum mortale restituitur tamen per penitentiam. Sed duo sunt hic aduertenda. Primo quod cito iussit illam afferri nā res nõ patitur moram, vbi enim peccator ad hunc modum flagitia sua & conscientia tormenta & ita complexus est, maturo opus habet auxilio, ne desperando periclitetur. Nulla enim mora est inter remissionem culpæ & receptionem gratiæ, quod quidem tam cito fit vt in eodē instanti fiat, ita quod nulla prioritas temporis sit inter collationem gratiæ & remissionem culpæ. Corporis bona valetudo non impetratur nisi paulatim quia nõ est magni momenti, quare sensum conualescit in firmus, & salutem consequitur. Salus vero animæ in puncto temporis comparatur, quia non vult Deus, vt quod tanti momenti est ad eoque necessarium differatur sed vt in instanti impetretur. At nos id multo è diuerso facimus, qui ad consequendam corporis salutem diligentissimi sumus & celerissimi, adeo vt quocunque etiam minimo capitis dolore, summamque curam & diligentiam ad valetudinem adhibemus, vndique contocatis medicis, ne morbus vlla negligentia culpa differri videatur. Animam vero faciliè patimur agrotare, vt que ad quadragesimā confessionē expectantes, religioni potius sanctæ hebdomadæ, illiusque religiosissimi temporis, quā penitentia nostræ confidentes. *Discamus hoc loco statim post peccatum surget per penitentiam, & confessionem querere.* Si dicis penitentiam peccati sufficere tibi, & vt propositum confitendi in quadragesima habeas: respondeo, verum esse te vltius non teneri, sed nihilominus statim confiteri debes. Primo quia confessio de attrito contritu facit. Do-

lor au.

Iob. 14.

Exod. 32.

Ose. 11.

Enarrat. in Cap. XV.

lor autem quod à peccato habes: forte contritio non est, sed tantum modo attritio: id enim læpius vsu venit, nam rarissimè homines tam sublimatum doloris habent. actum ut est contritio cum omnibus circumstantijs que requiruntur præcipuè si homines seculares negotijs que profanis immergi sint. Quare si non satis tenes qualis quatusque dolor sit quem habes de peccatis: nonne præstabit, ut cõsiliu eligas securis, statimque cõfitearis sine eo quod expectes quadragesimam? Secundo dum es in gratiæ statu vitam æternam bonis operibus que facis mereris: quare igitur amittere vis bonorum operum premium que ab hinc quadragesimam vsque faturus sis? Nonne melius erit, ut te Deo concilies, siquidem confitendo peccata tua, conscientiam reddis securam: cœlumque bonis operibus que facis consequeris? Tertio quia nescis utrum subita & improvisa morte sis moriturus: aut aliqua infirmitas superventura tibi sit, que tibi loquendi vsu confitendique facultatem eripiat. Quarto cõfessio non modo culpam remittit sed etiam magnam partem pœnæ condonat, & dat gratiam ex vi sacramenti, que animam nostram confirmat ad resistendum tentationibus: pudor autem quem ibi pateris, maxima est satisfactoris pars. Unde sequitur quod etiam si vere contritus esses statim tamen confiteri deberes, ut hæc tanta quomodo lucri faceres. Quinto nemo aperire arcana sua vult homini loquaci & futili, quia ut Ecclesiasticus ait, qui denuat arcana, amici fidem perdit. Unde si dæmon viderit te statim omnes eius tentationes tibi ab illo factæ confessori dicere, te tanquam loquacem deinceps relinquet & tam sæpe tentare te non curabit. Sexto qui differt confiteri multa tradit obliuioni, & illa non obliuiscitur Diabolus: nec etiam ipse Deus: quare si frequenter confitearis, omnia peccata confitebere nullo excepto, & postea secura & tranquilla conscientia esse poteris, nec timere utrum sufficiens tibi memoria examinaueris necne. Nã quomodo quis tantorum peccatorum utpote que per annum commiserit potest meminisse, ita facile ut quotiescunque voluerit ea in promptu habeat, sine maxima aut memoria aut meditatione. Septimo cõfessio parit pœnæ remittit: quare causa tantummodo huius tanti commodi etiam situr contritus esses, tamen nihilominus confiteri deberes. Octavo quia difficillime confitebere, si confessioni assuetus nõ fue-

ris, quod passim videmus in illis qui summo pere torquentur, summaque afficiuntur molestia, quotiescunque ad confessorum accedendum est. Hoc autem illis tantummodo contingit, qui rarius & non frequenter confiteri solent. Non aliter Dauid armã Saulis tentauit, ea que statim reiecit, quia illis in datus propter desuetudinem, quam habebat armorum, incedere non poterat, cū tamen illa essent præstantissima, & non solum ad resistendum sed etiam ad vincendum durtia & roboris præstantissimi. Sic & arma confessionis, quibus dæmonem, mundum, & carnem propulsamus illis quadrare non possunt, qui nõ sunt assueti armis pœnitentiæ. Pastor aut rusticus qui caput semel in anno tantummodo pectere solet, quotiescunque ad pectendum accedit summo dolore & molestia pectendo afficitur, è diverso ille qui quotidie pectit, leniter nulloque labore id facit. Non, hoc sacramentum frequentare debes, ut melius animam tuam abluas, & bona propolita renoues. Solent mulieres stannina que satis candida non redduntur vnica decoctione semel, bis atque etiam tertio decoquere, donec cum niuis candore contendere posse videantur. Propheta Eliseus septies præcepit Naamam ut se in Iordane fluuio ablueret: quo facto à lepra mundatus est & conualuit. Lauamini, mundi stote ait dominus per Esaiam. Ut autem intelligas quod non loquebatur de lauacro aut munditia corporali, sed tantummodo de ablutione animæ, subdidit. Auferte malũ cogitationum uestrarum, &c. Decimo & vltimo, sacerdos, imo potius vniuersa Ecclesia tibi suffragijs suis auxiliabitur, sacrosanctisque consilijs & monitionibus. Ne igitur tantum bonum amittas negligentia tua, & salutem animæ differas, que confessionem consequitur: quã doquidem tantam in curando corpore diligentiam adhibes. Si scotularis luto tibi inscitur statim absterge: Singulos dies vis scotulares tuos tergere ne si lutum in eis fuerit desiccatum postea de facili id remouere non possis: & à te ipso non vis remouere sordes vitiõrum, per dimidium anni vel amplius. Ergo ne diu in anima tua tamentorum & scodum hospite dæmonem habitare sinas, sed quat primum illum domo tua expelle, & si te in huius truci lentissimi lupi rita detentum videris implora Christi Iesu pastoris accipiam auxiliu. Sicut qui cum primum viderit gladium rubiginem aliqua affectum, illum statim exacuit & poliunt,

1. Reg. 17.

4. Reg. 1. Esai. 1.

Psalm. 129.

2. Pet. 2.

poliunt, & alij semel in anno: alij nõquam nisi sit summa necessitas, & tunc accidit sæpe ut nõ possint gladium de vagina educere, ex quo efficitur ut ensis cum vagina in sterquiliniu mittatur: sic sunt multi qui statim mundant animam per sacramentum pœnitentiæ. Alij ita sunt pleni rubigine vt iam affueti peccatis in dyrati suæ sapientia in inferni sterquiliniu mittantur. Igitur vt intelligas salutem animæ non esse differendam, sed statim summa diligentia & celeritate esse curandam ait. Cito afferre stollam primam. Obserua secundò, quod non dixit, date ei stollam sed proferte: quia ex arca Dei debet summi & accipiam homo non potest dare homini gratiam, charitatem, iustitiam, aut remissionem peccatoru, solus enim Deus habet potestatem remittendi peccata. Hęc stolla domini erat. Et is illum filio prodigo concessit, veru iussit afferri per famulos suos. Eodem modo Deus solus est qui gratiam & remissionem peccatorum concedit, per manus tamen ministrorum suoru, qui à peccatis absolunt, gratiamque ministratiter concedunt. Apud Deu (vt inquit Dauid) propitiatio est, & copiosa apud eum redemptio. Quam donat pius pater filio reuerenti, famuli autem illum proferant ex thesauris Dei & meritorum Christi. Secundò dedit ei annulum, per quem iam diximus in superioribus quod non potest intelligi fides, que non perditur per peccatum mortale nisi sit infidelitatis, & hic non discit sit à domino patris per infidelitatem: ideoque per annulu qui manuum ornat opera bona intelligimus, quia sicut per peccatu perditur gratia & omnia opera bona que peccator facit cum erit in charitate hæc omnia summa Dei bonitas restituit dās ei stollam primam & annulum, hoc est gratiam & pristinam amicitiam & omnia meritoria que in statu gratiæ operatus fuerat. Quod quidem quatum Dei misericordiam exaltet, quantumque extollat non potest homo narrare. Mirabile certè dictu est quod peccatori, qui exempli gratia habet decem gradus demeriti, & pœnæ iuxta exigentiam delictorum, qui si discit esse, in tali gradu pœnæ esset in inferno intensius puniendus si hic conuertatur totum debitum Deus remittit, sed si postea redies ad peccata sicut canis ad vomitum decesserit non punietur in decem gradibus, sed tantum iuxta pœnam debitam nouo peccato in quo mortuus est: qui Deus quod semel dimisit nunquam repetit, nec in

recidians re deunt prima peccata, licet redeat quardam macula in gratia diuis ratione præteritorum, quæ iam dimiserat. Sed misericors Deus qui punit citra condignam, restituit pœnitenti omnia bona que per peccatu perdidit, non restituens recidians mala que per pœnitentiam ablata fuerat. Sic huic peccatori pœnitenti restituit vestem innocentiæ & gratia, & etiam omnia opera bona & merita que fecerat in statu gratiæ, antequam ab illa excidisset. Tertò dedit in pedes calcamenta: quia affectus animæ qui per pedes significantur fecit agiles & promptos ad bene operandum, quod prouenit ex gratia Dei vt hoc dono gaudeat Dei amicus, vt ea que sunt bona facilius operetur. Obserua autem quod triplici gratia adiutus fuit hic: gratia vt delicta præueniente, cooperante, siue subsequente, & gratia consummationem præstante. De his tribus gratijs loquitur Paulus. De prima ait. Cum autem placuit ei qui me segregauit, de utero matris meę, & vocauit me per gratiam suam. Hęc expertus est iste filius prodigus cum hic dicitur quod pater vidit illu à longe & misericordia motus occurrit ei. Nisi enim Deus videret, vocaret, & occurreret, nos ad Deum venire non possemus. De secunda gratia subsequente seu cooperante dicit Paulus. Plus omnibus laboraui: Non ego sed gratia Dei mecum. Quapropter dedit per huic calcamenta, vt per viam mandatorum Dei incederet. De tertia gratia videlicet consummationis dicit Paulus, quod sicut Deus operatur in nobis velle ita & perficere. Hęc etiam ad familiaritatem & mensam patris receptus est vt statim dicemus. Prima gratia est que peccata consumit, & eadem est que iustificat, & ideo ait Paulus. Iustificati gratis per gratiam Dei. Secunda dat vires ad bene operandum: sed tertia recipit ad familiaritatem & amicitiam. Hoc etiam homines facere solent, Dauid enim Ab saloni filio delictum homicidij hæc lege dimisit, vt faciem illius non videret, nec ad illius conspectum veniret: Deus autem ex magna eius misericordia peccatori pœnitenti non tantum peccata condonat sed gratiam largiens in domo sua recipit, & ad mensam sedere facit. Propter hoc Paulus cum Deu appellauit patrem

Gala. 1.

1. Cor. 15.

Philip. 2.

Rom. 3.

1. Reg. 14.

1. Cor. 1.

Ecclesi. 17.

pater misericordiarum, addidit, & Deus totius consolationis, quibus verbis Paulus aliquid diuinae misericordiae addere voluit: quo efficacissimam Dei in peccatores misericordiam explicaret. Nam ad misericordiam solum pertinere videtur iniurias condonare. Verum Deus non solum hoc cōtentus ex vltiore sit cōsolator: non solum peccata dimittere sed & gratiam qua deinceps in futurum cauere valeat praestans. Expēderiam Dei infinitam misericordiam, qui non solum parit peccatori, sed etiam donaria multa tribuit quae in libro Iob numerantur, his verbis. Si reuerfus fueris ad omnipotentem, adificaueris, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, dabit pro terra filicem, & pro silice torrentes aureos. Hoc est: dabit pro infirmitate fortitudinem & pro silice torrentes aureos. Hoc est pro ignorantia & caritate & peccato contracta, aquam sapientiae salutariae. Praeterea solet etiam inter homines aliquando cōtingere vris qui ignoscit ex metu condonari iniuriam: aliquando etiam si velit vltior potest: Deus autem qui solo nutu potest imperare quem velit: quoties à nobis offensus est, interpretus & abnegatus toties tolerat, inuitat, recipit, & amplectitur. Hanc eximia gratiam & praestantissimam misericordiam declarat piissimus pater in hoc quod ministris dixit. *Adducite vitulum saginatum. Et occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est, & caperit epulari.* Hoc representat maximam laetitiam quam capiebat Christus ex conuersione illorum peccatorum & publicationum: quantumque letaretur quod cum illis manducabat: quod idem angeli in conuersione peccatoris in caelo faciunt. Hoc est non nam principale quod promissimus nos dicturos. Insinuare vult quod non solum angeli, & tota ecclesia letatur sed etiam ipse Deus: atque ideo in numero plurali locutus est. *Observa autem & vide quam bene locutus sit Dauid cum domino dixit. Quoniam cogitatio hominis, confitebitur tibi: & reliqua cogitationis diem festum agenti tibi. Prima cogitatio peccatoris est de peccati foeditate, de turpitudine & de malitia illius, & ex hac cogitatione sunt semper quaedam reliquiae, videlicet odium detestatio, & displicentia peccati. Nam vt est apud quemdam Prophetam: Omnis qui videt te resistet tē, qui quis enim probe vt detestetur peccati malitiam cognouerit, nisi mentis inops sit ab illo tanquam à profundo puteo*

resistit, & veluti à poculo venenato abstinebit. Reliquiae ergo quae de peccati cogitatione sunt, odium & displicentia; haec festum agunt Deo: vel vltiora: transtatio habet solennia celebrant Deo. Rectè colligitur ex his verbis Euangelistae hie, si quidem in peccatoris conuersione tanta agitur celebritas & laetitia. ¶ *Observandam rursus quod in hoc festo non solum representatur gaudium illud quo Deus vniuersaque caelestis curia afficitur in conuersione peccatoris, sed etiam illa ostenditur laetitia quando pro peccatore capitur, ipsiq; peccatori exhibetur, simulatque peccatis relictae recta virtutis via incedens Deum colere incipit. Dubium enim non est non modo patrem domesticosq; & familiares in reditu filij prodigi gauisus fuisse, sed etiam ipsum filium summam laetitia perfusus esse, dum famem ex longo collectam, & summa copia, varietateque ciborum extingueret. Latatus est etiam pater cum omni familia, atque item filius prodigus gauisus est. Nulla lingua est quae dicere possit, quantas delicias, gaudiaque Deus concedat animabus, quae relicti peccatis ad Deum conuertuntur. Etiam si post hanc vitam nulla esset bonis gloria, tamē nihilominus propter ingens solatium spirituale, quod hic capiunt qui ad Deum conuertuntur, debere miser peccator hac vitia in quibus obrutus viuis relinquere. Vide quantum distet à custodia porcorum hac tam opulenta & copiosa patris mensa. Quid aliud in peccatis praeter famem, turpitudinem, & immunditiam inuenis? At in virtute nihil nisi copia, musica, summaque indulgentia inueniri potest. Verum hoc vernaculum non percipitur ab omnibus nec omnibus est ista doctrina praecipienda. Nulla in re longius falluntur peccatores quam dū existimant in virtute non posse tantum solatium, tantamve voluptatem inueniri, quam in suis luxurijs inueniunt, & hac de causa in vitijs immorantur. Videbis pauperem mulierem quae diuitis alicuius concubina cum sit: à peccatis conscientia quotidie quarente & exprobrante exire cupiens: quanuis velit, timens inopiam suam, qua necessaria ad vsum victumq; quotidianum statim deficiet. Alij etiam sunt qui ex peccatis summam capiunt voluptatem, existimant in virtute, non tantam se suauitatem inuenturos. O caeci & infelices, attendite errorem vestrum procul enim dubio fallimini, nam multo maior iucunditas & voluptas virtutis est, quam illa, quam non modo quis in-*

Psal. 36.

Matth. 6.

Exod. 15.

Exod. 16.

uenit, sed ne inuenire posse in vitijs vnquam suspicatur est. Relinquitur igitur peccata vestra, paupertatem contemnite Deoque credite, qui per prophetam ait. Non vidi iustum derelictum nec fement eius querens panem. Deus qui prouidet auiibus caeli quae non nent neque seminant, non prouidebit filiis suis qui ad Deum conuertuntur. Vide quomodo huic filio prodigo prouisit, qui cum exiit à peccato, mensam stratum & paratam inuenit, & symphoniam & musicam. Similiter cum filij Israel exierunt de Aegypto, statim cantum, musicam, & laetitiam offenderunt, & nunquam illis defecit caeleste manna, donec terram promissionis ingressi sunt. Sic iste demonis tenebrarum principis tyrannidem euadens illico mensam paratam & musicam inuenit. Eodem modo Deus illis qui relicto hoc mundo iter per desertum huius vitae faciunt Deum cogentes, dum caelestem gloriam quae per terram promissionis figuratur non concedit, delicias alias quae plurimas, solatiaq; spiritualia tribuit: quibus illos quasi quodam caelesti manna, sustinet, & interpellat ne defatigentur. In Aegypto, alijs, porrisque vescabantur filij Israel, in deserto vero dapibus lautissimis & caelestibus. Ita hic non comedebat nisi filiquas porcorum: at nunc comedit vitulum saginatum. ¶ *Observa etiam quod statim in ipso initio conuersionis solet aliquando Deus tribuere maiores voluptates spirituales denuo conuersis, quae admodum fecit huic filio prodigo peruenienti, & populo Israel egredienti de Aegypto. Hoc autem facit pater clementissimus quia nouit illorum fragilitatem, qui recenter ad illum conuertuntur. Vnde particulari indigent auxilio & solatio. Qui etiam si iugiter caelesti illo manna à Deo sustententur, tamē nihilominus Dei permissione labores quam plurimos & tentationes patiuntur sicut populus Israel in deserto passus est. Non tamen in illis laboribus & tentationibus deseruntur à Deo optimo maximo sicut nec desertus est Israel, sed potius eius confirmati auxilio vicerunt Iudaei Amalech, & Amorrhæos, &c. Sed in principio illos summa laetitia & alacritate excipit, & in fine cum illis gloriam sempiternam daturus est. Hoc voluit insinuare quando in illis festiuitatibus veteris testamenti praecipiebat, vter primus & extremus quisque dies essent maximae solennitatis. Reliqui vero dies quasi de medio hebdomadae sum prierant, nulla celebratione exercendi. Sed haec duo extrema in-*

Leui. 23.

Num. 28.

signa & solennia erant. Docet quod in principio conuersionis & in fine perfectionis summa proficitur laetitia dominus seruos suos, in alijs meritum perpendens, in alijs iustitiam suam, in alijs vero gratiam ostendens: vnde alijs gratia propter egestatem suam, alijs gloriam causa suorum meritorum tribuit. Arbores dum florent fructusque dum maturescunt multo sunt visu pulchriora, dies nuptialis diesque coniugalis insigniores sunt. Quando dominus desponsatur animae, quia illam omnibus rebus exutam & vacuam accipit, sumptumque facit, tanquam pater clementissimus filio suo, nec rem gerit ex meritis sponsae: sed iuxta diuitias & opulentiam sponsi, quia omnia à se sumit, & nihil ab illa. Et ideo ait ipse. Soror mea paruula est, & vbera non habet. Iuxta quod alieno lacte infantē lactabit. Ideo ipsa sponsa ait sponso. Adolesecula dilexerunt te. Non ait mulieres quae sunt animae in virtute confirmatae, sed adoleseculae, quae sunt animae nunc primum oculos aperientes & ad illam nouam lucem aspirantes: istae adoleseculae diu exerunt te: quia solent in initio maximos habere amoris motus. Parentes etiam si omnes filios summo opere diligant, parique amore proficiantur, paruulos tamē in vltimis suis portant, illis que multo magis indulget. Sic Deus denuo conuersis, & illis, qui ad eum cultum vt hic filius prodigus tunc primum accedunt, magis fauet: eosque maiori indulgentia profici videtur. ¶ *Vtique adhuc vidimus duo quae huic filio prodigo pater fecerit. Primum quod eum benigne suscepit: secundum quod cum eo ad mensam discubuit, quae duo fuerunt quae Christus cum publicanis & peccatoribus fecit, quando illos excipiebat, & cum illis manducabat. Videamus modo Pharisaeorum murmuracionem, quam hic filius maior representat, & quomodo Christus, pro peccatoribus responderet, quod decimo loco & vltimo dicendum promissimus. In eo autem concluditur & terminatur haec parabola. Dicit itaque. *Erat autem filius senior in agro, & cum veniret & appropinquaret domui audiuit symphoniam & chorum & vocauit vnum de seruis, quid haec essent. Isque dixit illi. Frater tuus venit & eccidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit, indignatus est autem & noluit introire. Haec clara sunt si aduertas ad ea quae in initio huius parabola diximus supra. Nihil aliud vult significare Christus nisi indignationem scribarum & pharisaeorum, & eo quod**

Cant. 8.

Cant. 1.

Iob. 22.

Psal. 75.

Nau. 3.



quod Christus publicanos & peccatores reci-  
piebat: & cum illis manducabat. Quod ait vo-  
cavit vnum seruum, quid hæc essent: hæc  
enarratio iuxta Chryostomi doctrinã adorna-  
tum parabolę ponitur, & ad eius elegantia:  
licet etiam si vis vt omnia quadrent, possit in-  
telligi per hunc nuntium & seruum, qui hæc  
filio seniori narrabat, fama illa quam Phari-  
sę audierunt, quod Christus cum publica-  
nis manducaret. Nam audientes quod Chri-  
stus hæc faceret, indigni sunt & murmu-  
rabant aduersus Christum. Indignaban-  
tur enim scribę & Phari-  
sę, eo quod Christus  
cum istis comederet, cum magis esset gauden-  
dum & congratulandum de bono proximo-  
rum & peccatorum conuersione & ideo nole-  
bat hic introire, hoc est alijs congaudere. In-  
trare enim in domum gaudij est gaudiũ alio-  
rum communicare, quod ex superbia facere  
nolebant Phari-  
sę, sicutille Simon murmura-  
bat, quia Christus Magdalaam suscepit. Mul-  
ti etiam & nunc sunt similes illis, qui de bono  
proximorum tristantur & inuident, eo quod  
Deus bonus sit, & hominibus beneficiat, qui  
quodammodo peccare videntur in spiritum  
sanctum, quia contra bonitatem Dei peccant:  
& a bonitate Dei causę infinita est, ipsorum im-  
pia voluntate in causa existente, colligunt ma-  
litiam, & ex misericordia Dei thesaurizant sibi  
iram. Opponunt enim se isti contra chari-  
tatem, quę regina est virtutum, in quo graui-  
tas illius peccati satis apparet. Nec etiam est  
aliud peccatũ in quo alsimiletur ita diabolo,  
sicut in isto peccato: quia vt sapiens ait inui-  
dia diaboli intrauit mors in orbem terrarũ.  
Nam statim inuidit patribus nostris. Deniq;  
in sola malitia fundatur, sicut diaboli pecca-  
tum quod ex malitia procedit. De his loquitur  
Beatus Iob. Per diem incurrunt tenebras,  
quasi sic palpabũt in meridie. Cum enim alie  
no bono inuidus affligitur inde radiolucis ob-  
feratur. Ideo Cainus occidit Abelem fratrem  
& filij Iacob vendiderũt Iosephum, Saul per-  
sequatur Dauidem, & Iudæi Christũ cruci-  
fixerunt. Fera pessima & maledicta, quę fra-  
tres proprios odit & bonitatem persequitur,  
& mortem dedit vite auctori, & tantis eum  
murmurationibus afflixit, vt in hoc contextu  
videmus & multis alijs in locis Euangeliorũ.  
Pater ergo illius egressus cepit rogare illũ. Vide  
parris benignitatem qui nihil impropereat res-  
pondenti filio: sed ipse vadit ad illum & rogat  
nihilq; aliud laborat, ino se in omnia vertit,

Chrys hom-  
65 in Mat-  
the.

Luca. 7.

Roman. 2.

Sapient. 5.

Iob. 5.

Gene. 4.  
Gene. 37.  
1. Reg. 18.  
Matt. 27.

vt fratrem fratri conciliet. Poterat enim dice-  
re seruis si recusat esse coniuua, maneat foris:  
si non vult epulari & gaudere, famem patiat-  
tur & mortore pereat. Quis prohibet me ex-  
pendere mea vt lubet? Sed nihil horũ ait pa-  
ter imo egreditur & rogat filium. Sic Christus  
blande alloquitur Phari-  
sęos quos cum posset  
vocare inuidos & superbos, eo quod se ipsos  
iustos existimabant, cum peccatores essent, &  
proximos contemnebant, & inuidebant: non  
tamẽ exasperat eos: sed leniter respondit Si-  
monis ratione conuincens eum, & nunc his  
paraboli-  
s respondet, non conuicias eis, sicut  
pater hic blande & ratione respondit huic fi-  
lio, & nõ iniuria. Discamus & nos leniter re-  
spondere legicantibus, iuxta illud quod in  
proverbij-  
s legitur. Respondens mollis frangit  
iram: sermo durus suscitatur furorem. Posses tu  
sapienter & patienter respondens iracundia  
inimici tui sedare, quofacto quam plurima  
contentiones & quæstiones intercederẽtur.  
Sic & Paulus docet. Nõ litigiosos esse sed mo-  
destos: omnem ostendentes mansuetudinem  
ad omnes homines, &c. Sequitur in contex-  
tu. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot an-  
nis seruis tibi & nunquam mandatum tuum pre-  
teruini, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum  
amicis meis epularer. Sed postquam filius hic tuus  
qui denorauit substantiam suam cum meretricibus  
venit occidisti illi vitulum saginatum. Ecce Pha-  
risæus quid dicat. Nõ ait tot annis educasti  
me, tot dolores tot curas meo nomine sum-  
pisti, vnde nunquam potero reddere æquiua-  
lens: sed dicit, tot annis seruis tibi sicut alter  
qui dixit, ieiuno bis in sabbatho, decimas do,  
&c. Præterea quid arrogantius quam dicere  
nunquam mandatum tuum præteruini? Quis  
hæc dicere potuit nisi vnigenitus patris? So-  
lus ipse vere ait. Ego quę placita sunt ei facio  
semper. De cæteris autem dicitur. Omnes de  
clinauerunt, simul inuiles facti sunt. Non est  
qui faciat bonum. Et si aliud peccatum nõ fe-  
cisset nisi hoc, contra charitatem magis, inui-  
dens fratri & non compatiens eius miseriam,  
Graeci legunt substantiam tuam, vt sit odiosus.  
ὄχρα ἀφ' αὐτῶν ὄν τὸν βίον. Et sic legit D. Am-  
brosius. Impius inquit qui accusabat fratrem q;  
cũ meretricibus paternã substantiã prodigif-  
set. Nõ enim dixit suã substantiã, sed paternã.  
Nec dicit frater meus, sed filius tuus. Nolluit  
enim illũ vocare fratrem ex superbia indignas,  
sicut phari-  
sęi contra publicanos. Denique in  
summa omnia quę iste hic dicit murmurans,  
dixerunt

Prum. 1.

Tit. 3.

Exo. 2.

Luca. 18.

Ioann. 8.

Psal. 14.

dixerunt superius phari-  
sęi. Hic peccatores re-  
cipit, & manducat cum illis. Hic tanquam ty-  
ranus omnia sibi assumere volebat: sicut pha-  
risæi, qui moleste ferebant Christum cũ alijs  
versari, & non cum illis. Sed attende quãlo-  
quã molliter Christus, respondit phari-  
sais, non irritans aut prouocans eos ad iracundia:  
sed inuicẽs Filium semper mecum es: & omnia  
mea tua sunt. Epulare autem & gaudere oportet  
bar, quia frater hic tuus mortuus erat, & reuixit,  
perierat, & inuentus est. Hoc est respõsum &  
conclusio vltima omnium trium parabolarũ,  
quibus Christus phari-  
sais respondit ipsoq;  
tacite accusat, quod de iplo murmurarent, al-  
terẽs illos publicanos & peccatores fratres ef-  
se illorum, qua de causã æquissimum erat vt  
piẽ & benigne susciperentur. Præterea ait  
phari-  
sais facillimum esse, & expeditissimũ  
cum iplo vel in templo vel vbiq; colloqui,  
publicanis vero relisque peccatoribus nõ ira-  
facile erat, quãde causã nemo iuste potuit mo-  
leste ferre, si illo suscepit, cum illisque discu-  
buit. Obserua autem quod pater non dixit,  
hic filius meus, sed frater tuus, vt alliciat ad  
commune gaudiũ: quia frater de bono fra-  
tris gaudere debet. Sic vos phari-  
sæi cum isti  
sint fratres vestri, quippe ab vno patre, & ex  
vno populo geniti non debetis indignari. Sic  
dixit Dñs Mosi. Descende, peccauit populus  
tuus. Et Moses ad Dñm. Cur Dñe irascitur fu-  
ror tuus contra populũ tuũ? Sic vterq; vtrunq;  
ad cõpalsionẽ populi inuitabat. Obseruaite

CAP V T X V I.



N P R A E C E D E N T I  
capite tribus similitudinib;  
ouis videlicet pdrẽ, drach-  
mã, & filij pdigi, Dei inef-  
fabile bonitate & miseri-  
cordiam erga nos miseros  
peccatores clarẽ ostẽderat  
Christus: nũc autẽ nequis neglectis bonisope-  
ribus huiusmodi gratia fidat, & hac sumpta oc-  
cassione vt multi solẽt peccatores signior ali-  
quis fiat, in initio statim huius capituli addit  
parabolã in qua docet omnes Christianos, &  
monet, vt omnib; modis studeãt proximis be-  
neficere quẽadmodũ De; illis benefecit. Do-  
cet secũdo, in hac similitudine eiusmodi bene-  
ficia quã proximo exhibemus nõ perire: sed  
in futurã vitam nobis seruare. Docet tertio Chri-  
stus in hac parabola verũ vsum tẽporaliũ bo-  
norũ, & quomodo illa vtilia facere possimus:

rũ q; in eo q; dixit mortuus erat, & reuixit, pe-  
rierat, & inuentus est, ostendit q; peccati est  
mors & perditio. De primo ait Paulus. Stipẽ Rom. 6.  
diũ peccati mors. De secũdo verõ dixit Oseas. Osee. 13.  
Perditio tua ex te Israel. Deniquẽ ex his om-  
nibus expende Christi bonitatem & clemẽ-  
tiam. Substantiam diuisit perentis, & recẽden-  
tem remanere non compulsi, reuertenti cõ-  
passus occurrat, amplexus & oscula dedit ve-  
stem corpori, ornamentum manũ, monimẽ-  
tum pedibus exhibuit. Oblitus damni prioris  
adduxit vitulum, & occidit & edendum tri-  
buit. Præterea fratrem signiorẽ benignẽ pla-  
cauit, rogauit, vt poenitenti fratri, comuni-  
caret, vtrumque filium reconciliare curauit,  
non est prouocatus iniquitẽs indignationẽ,  
nec arrogantis commendationẽ: sed reprehẽ-  
sionem equanimiter tolerauit, & cuncta sua  
bona dare promisit. Blande locutus est iracũ-  
do, adolecentis oblitus est culpas, est iracũ-  
sibi dicit inuenisse lucrum de inuentione filij,  
quam sit damnum substantiã perditã. Sic re-  
spondit pro peccatoribus Christus, & factus  
est eorum patronus & defensor, & phari-  
sais blande locutus est, & respondit his parabo-  
lis, vt tu discas cũ peccatoribus esse humilis,  
cũ omnibus benignus, modestus, affabilis, vr-  
banus, & bene insitutus etiam inimicos tuos  
& in illos qui de te murmurant. Quod si ita  
feceris hic viues in pace, & ab omnibus di-  
ligere: postea vero in caelis gloriam sempiternam adeptus, regnabis. Amen.

id q; potissimũ fit, si illa liberaliter in paupe-  
res erogem. Imo hic verus vsum est omnium bo-  
norũ spiritualiũ & tẽporaliũ, si ea in vtilitate  
proximi nostri cõferamus. Sed iã singula hæc  
expedamus. Ait ergo Euangelista. Dicebat autẽ  
& ad discipulos suos. Quibus præ cæteris darũ  
est nosse mysteriũ regni Dei, & tanquã ad fon-  
tes ex quibus deriuada erat aqua doctrinã in  
mũdum vniuersum. Homo quidam erat diues. Luca. 8.  
Deus, hic homo est: mos nanque scripturã sa-  
crã est, vt quando Dei indignationem, iram  
& iudicium vult ostendere, comparet illum  
terribili cuidam acera bestia. Sic Esaias ait.  
Rugitus eius vt leonis: rugiet vt caruli leo-  
num: & fremet & tenebit prædam, & am-  
plexabitur, & non erit qui eruat. Sic etiam  
Hieremias de eo dicit. Factus est mihi sicut  
leo, in abscondito. In Oseã quoque dicit  
ipse. Ego ero eis quasi leona, sicut pardus  
Tom. 2 A a 2 iij

Rom. 6.  
Osee. 13.

Esai. 5.  
Thren. 3.  
Osee. 13.

in via Afsyriorum: occurrant eis quasi vrsa, &c. Verum quando Dei bonitatem indicare vult comparat illum homini, vt in Daniele vbi gratia homini testamenti describitur, Deus pater, & filius eius vnigenitus homini comparantur. Nam quales nos sumus, talē se nobis exhibet Deus. Si homines sumus & viuimus sicut rationales creaturæ, ipse etiā Deus homini comparatur. Sin autē belluarum more viuimus, vt equus & mulus in quibus nō est intellectus, sit nobis Deus fera terribilior. ¶ Adde quē Deus diues est, vt omnem pascat carnem: & aperiens manū suam repleat omnē animal benedictione. Tam diues, vt nos sua benedictione diuites faciat: imo adeo diues est, vt iam per sex millia annorum omnes homines & creaturas pauerit: Nec tamen arca eius adhuc exhausta est, & vacua facta. Sed quid vrbis opus est? Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Omnes enim vno ore fatemur, illum tam diuitem esse, vt nostris bonis non indigeat. Si enim Deus creaturā aliquā indigeret infinitus nō esset: nam si aliquod emolumentum ex creatura aliqua capere posset, fieret inde quod nō esset necessariū & æternū quidquid in Deo esset: oportet vt De⁹ mutabilis sit, cum illi aliquid aduenire possit. Deus autē mutabilis nō est. Necessariū ergo & æternū est, quidquid in illo est, perinde ac ille est. Præterea si necessariū & æternū est quidquid in se continet Deus consequēs est, vt nullam vtilitatem ex omnibus creaturis capere possit: cum ille contingentes sint, & temporariæ. Sed quid de isto homine dicere Euāgelista dicat audiamus. *Habebat villicū.* Poterat etiā interpret dicere gubernatōrē domus: nam in Græco originali in qua lingua Lucas scripsit habetur *ὁ οὐνοῦ* ab *οὐνο* domus, & *οὐνο* quod est distribuere quæ ad rē domesticam pertinent. Nam villicus villegubernatōr est, & de re rustica agit, & causa colendi agrum constituitur, ideoque gubernatōr domus seu dispensatōr magis quadrat quam villicus. Vide autē in hoc verbo quo nomine Christus suos appellet. Auarus homo dicit. Diues sum & null⁹ ego, mea sunt quæ habeo quemadmodum Rex Babylonie ait. Nonne hæc est Babylon magna, quæ ego ædificauit in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Christus autem longē aliter loquitur, homo inquit quidam habebat

villicum. Quo docet nos bonorū quæ in hac vita accipiuntur à Deo, non dominos, sed dispensatores esse: siquidem Deus solus eorum dominus est. Meus (inquit ipse) est orbis terra, & plenitudo eius. De nobis autem dicit Paulus. Quid habes o homo quod non accepisti? Si vero accepisti, quid gloriaris quasi nō accepisti? Sunt diuites huius mundi, quasi nō ut nuptæ pauperes, quæ ad diem nuptialem si non habent vestem, omnem commodatam accipiunt à vicinis suis, ab alia pallam, ab alia endromidem, ab alia mitram petentes. &c. Verum die nuptiali transacto, vnaquæque vicinia quod comōdauit repetente ipsa nudata & spoliata omnibus ornamentis manent. Omnes diuites huius mundi economi Dei sunt: qui quam plurima à Deo accipiunt beneficia, vt ea inter pauperes & egentes diuidant. Illi vero bonis à Deo concessis ornantur & fruuntur in hoc seculo quasi in die nuptiali. Ceterum cum ad mortem iudiciumque extremū peruenerint, tunc omnibus bonis suis spoliabuntur & cogentur rationem reddere: quæ admodum hic villicus à domino suo coactus est. Tunc repetet pauper pallium, quod maluit sine consumi quam pauperi erogare: mulierque egens, vestem effragitabit, quæ de multis quæ tibi superabant, concedere illi noluit, &c. Si duobus hominibus aliqua via incedentibus canis insequitur non facile iudicare poteris vter illorum dominus eius sit. Ceterum si alter ab altero discedat: statim apparet, clarissime quis dominus: canis enim ignoto relicto ad notum accedit, eumque dominum esse suum clare ostendit. Sic modo temporales diuitiæ cuius sint dignosci non possunt. Sed aduentante morte cum tibi à mundo necessario discedendum est tum demum quis sit diuitiarum dominus cognoscetur. Bona enim temporalia hic manebunt, tu vero solus nemine comitate ab hoc mundo exibis vilissima sindone indutus. O si diuites, sibi iam persuadere vellēt se non esse dominos sed villicos & dispensatores bonorū Dei, quæ Deus uoluit, vt semper in mūdo manerent. Nullus cogitet, sibi ipsi soli viuere, sed curam habere proximis sui, quæ adiuuet bonis temporalibus, doctrina, exēplo, & extrema subministratio: quæ pia villicatio est. Dispensatorem te esse cognosce nō dominum eorum, quæ habes: sed tantum temporalis fructus participem. Abijce fastum & arrogantiam diuitiarum, atque modestiā seruā dispensatoris. Sed nūc iam multi

Matth. 4.

Psal. 49. 1. Cor. 4.

Dan. 4.

1. Cor. 4.

Pbil. 2.

multi sunt sicut satanas qui in deserto Christo dicebat, quod omnia mundi bona erant. Sic multi mentientes sicut pater suus diabolus putant sua esse hæc terrena, & non esse dispensatores: ideo ad libitum excludunt cum meretricibus & scurris, &c. quasi nō sit de illis reddenda ratio, & strictissime exigēda. Hoc verbum meum, omnes homines fallit, regnū meum, Episcopatus meus, Ecclesia mea, villa mea, negotiatio mea, plena deceptionis sunt verba. Possessores enim sumus, non proprietarij. Villa quam possides hodie tua est, cras filij tui vel alterius heredis erit, cuius nec per somnium meministi. Nabuchodonosor Rex Babylonis dixerat, Nonne hæc est ciuitas mea quam ego ædificauit in robore meo? Et ideo in bellum cōuersus est. Donec scias inquit Daniel quod dominator Dominus in regno hominum & cuiusque voluerit dat illum. Nulla igitur ratio suppetit vt dicamus quicquam esse nostrum. Scito igitur te dispensatorem esse. Vnde Paulus, Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispensatores ministeriorum Dei. Bonus dispensator & sufficiens pauperum suorum est Archiepiscopus Toletanus: cui quot annis plus ducentorum millium ducatorum vestigalia redduntur. Itē bonus dispensator est Episcopus huius, illius, vel illius loci: omnes enim hi dispensatores diuites pauperum sunt, qui bona sua à Deo hac conditione acceperunt, vt illa fideliter & prudenter pauperibus dispensarent. Sed iam queritur, vt inquit Paulus inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Omnes querunt quæ sua sunt: non quæ Iesu Christi. Parum si dei inuenitur in prælatis Ecclesie, multoque minus in diuitibus huius seculi charitatis & veritatis. Dic mihi, si dominus quis economo suo iuberet, vt certam portionem pueris à pedibus certamque alijs famulis in diem impederet hic autem economus dimidium vniuersæ portionis furaretur adeo vt prodeem quatuor aut quinque tantummodo solueret, & ea de causa famuli omnes, fame & siti vrgerentur, in quem esset culpa potissimū conijcienda? In dominum nullo modo: ille enim sufficienter promisit omnibus necessarijs. In economum ergo conijcienda est, qui aliorum premia sibi arrogat, & mercedibus bona domini sui defraudans, quæ illi data sunt, vt domesticis impartirentur. Ita nec pauperes in Deum culpam conijcient, cum illi ouē exstulabunt de mercede sibi negata. Diuites e-

nim dispensatores & economi à Deo constituti sunt: quare si pauperes necessitate & penuria vrgerentur, culpa economorum est, qui bonis abutuntur Dei, & infidi sunt dispensatores. Misericordie & paupertates extreme pauperum hominum clamant, & vociferantur coram Deo: non secus quā sanguis iusti Abe- Gen. 4. lis clamauit, vltionem erudelis sui interfectoris implorans. Ideoque sequitur in contextu. *Et hic diffamatus est apud illum.* Nō debet procedi contra aliquem donec prius de crimine sit infamatus. Oportet enim vt infamia precedat: & vocetur infamia non frequens vox discolorum, sed frequens vox talis vt apud probos & prouidos viros reddatur persona de crimine rati rationabiliter suspecta. Nec inquisitio fieri debet nisi tantum de crimine quo infamatus est & non de alijs. Primo enim hic fuit infamatus, & postea processerit contra illum, quauis multi peccatores & ciuitatum iudices propter simplicem suspicionem accipiunt iuramentum ab illo, quicquid exillimant reum, & postea querunt testes, & faciunt inquisitionem & processum in quo grauissime peccant. Nec illi tenentur eis pro palare veritatem cum infamati non sint, & exponunt illos in periculum se infamandi. Quod si tunc non dicant delictum quod nō tenentur dicere, sed postea testibus conuincuntur, puniunt illos contra ius tanquam periuro: scum reuera non fuerint periuri, quia antequam infamia precederet, non tenebantur occultum manifestare delictum. Hanc pessimum modum procedendi iam ego in causis aliquoties vidi, & ingemui. Discant enim ex hoc loco iudices, & prælati etiam Ecclesiastici & qui monasticam vitam profitentur, antequam de aliquo crimine inquirent vt prius precedat infamia: & nō propter quācunque infamiam leuem, vel suspicionem inquirent, quæ nō eis licet. Vide quomodo hic prius fuit infamatus, ac postea requisitus & interrogatus. ¶ Obserua etiam, quod hoc verbo indicatur, quod Deū nihil lateat. Omnia enim, vt inquit Paulus sunt nuda & aperta oculis Hebr. 4. eius. Præterea nō solū videt Deus quomodo donis eius vteris, sed alij etiam tunc qui te difamant, & accusant. Infamant te pauperes & clamant, eo quod iniustus rationibus premis & fraude & dolis circumuenis, & tua immiseri cordia fame perire sinis. Clamant contra te, & clamor eorum in Dei aures intrat: sicut clamor filiorum Israel ascendit in Ægypto, & Exo. 3.

Dan. 7.

Psal. 31.

Psal. 144. Prou. 10.

Prou. 3.

Apoc. 3. Dan. 4.

Exod. 22.

venit ad Dominum. Hinc Dominus per Mo- sem loquitur. A ducnam non contrifabis, vi- dua & pupillo non nocebis. Si laferis eos vo- ciferabunt ad me, & ego exaudiam clamo- rem eorum, quia misericors sum. Vide er- go quid agas, non enim proderunt diuitias in die vltionis, non honores: non potentia tuebitur, neque Deus tunc humanum fa- ctum; vel etiam humanam potentiam. Iam nunc videamus de quo infamatus sit. Quasi dissipasset bona ipsius. Accepta bona dissipa- mus quando his neque ad ipsius honorem, nec ad propriam salutem: sed magis ad Dei offensam, ad proximorum iniuriam & scan- dolum aut propriam perniciem abutimur. Dissipauit hic villicus bona animæ: quando omne ingenij acumen, animi industriam, ar- tem, scientiam, memoriam, cogitationes, desi- deria, transfert ad vana, aut perpetrando ac- commodat sceleribus. Dissipat bona corpo- ris dum fortitudine ad vim alteri inferendâ, sanitate ad turpia, pulchritudine ad vana ab- utitur: exhibens per hæc & similia membra sua arma iniquitatis peccato. Dissipat etiam hic villicus bona temporalia non solum illi- citè in comestationibus, ebrietatibus, luxu- rijs, pöpis & vanitatibus, in vestibus, in sum- ptuosis ædificijs, in equis, in canibus nutrien- dis, in alea, & similibus consumendo, sed e- tiam cum proximorum iniuria per furta, frau- des, rapinas, vsuras, & per alias nefarias ar- tes hæc acquirendo. Expēde autem quod dicit quasi dissipasset bona ipsius, non autem absolute, quod dissipasset: quia quantum li- bet impij male donis concessis vtantur, & dissipent, nihilominus tamen ad aliquem bo- nitatis ordinem dilapidationem istam redu- cit Deus. Nunquam enim sic destruitur hu- mana natura in hac vita, quin per Dei clemē- tiam reparari possit: quod angelis peccanti- bus & bona sua dilapidantibus non conti- git. Quantumque enim malus sis saluari po- tes, & hoc est quasi dissipare: & quantum non sis omnino perditus sicut dæmon, qui reme- dium non habet, & sic dissipauit substantiâ: homo autem quasi dissipauit, quia licet sit o- mnij flagitio repletus, poterit dum viuat, sal- uari. Sed quia adhæc dominus? Et vocauit il- lum, & ait illi. Hæc verba non pertinent ad il- lam vocationem, qua quilibet tempore mor- tis suæ, vel etiam in extremo die, tribunali Dei sistitur: sed ad eam potius vocationem quæ in hac vita fit: cum quis per internam

inpirationem, vel per externam prædicatio- nem & exhortationem, vel per beneficia, aut flagella diuinitus comouetur, vt cogitet quo- modo suo tempore rationem reddere pos- sit. Expende hic quot modis te Deus vocet & tuam studeat salutem: nempe blanditijs & flagellis & innumera bilibus modis. Tu au- tem tanquam alpis obturans aures suas sur- dus es, ne audias vocem incantantis sapien- ter: quapropter thesaurizas in diem iræ, & quia hic misericordiam vocantem non au- dis, audies postea iudicem dicentem. Ite maledicti in ignem æternum. Aduerte au- tem quod antequam condemnet vocat ad iudicium peccatorem, quia vult Deus iustifi- care sententiam suam, & non damnare pec- catorem illo inaudito. Vnus enim omnium, quotquot extiterunt in iudi- cium, iniquissimus fuit Pilatus: quoniam contra ho- minem, quem iustum cognoscebat & san- ctum sententiam tulit, & super omnia voluit se iustificare lauando manus suas. Innocens ego (inquit) sum, à sanguine iusti huius. Cum secundum rei veritatem Pilati conscientiam totus Oceanus non sufficeret ad lauandum. Quare si iste Pilatus cum tamen improbi- simus alias esset, sententiam suam iustificare voluit: quâto maiore ratione hoc faciat Deus, si quidem ait David, Iustitia Domini vera, iustificata in semetipso? Non vult Deus huc inauditum condemnare, vt eius causa magis iustificetur. Sæpenuero solet absens abque vlla culpa condemnari. Sic Caiphas Chri- stum condemnauit in absentia in cœcilio suo. Nec illum accessit vt sui rationem redde- ret. Quare apud iureconsultos omnia quæ contra absentem non contumacem sunt irri- ta sunt. Vnde nullus maior defectus, aut nul- litas cuiusque processui opponi potest, quâ si dicamus partem non fuisse citatam. Malè fecit Afluerus, cum damnauit populum Dei ductus malo consilio sine audientia par- tium. Itaque iste quantum infamatus esset & sciret illum dignum pœna: nihilomi- nus tamen antequam remoueretur ab offi- cio vocatur vt respondeat pro se, & red- dat rationem. Vtinam Reges & prælati sic facerent, vt nunquam obliuiscerentur hu- ius doctrinæ: etiam non sicut David, ita fa- ciant, qui credidit Sibbæ narranti de Miphi- bofer, & innocentem absentem dæcauit, ante quâ redderet rationē sui: & Sibbæ fufurroni dedit possessiones Miphiboser filij sui maximi

Psal. 57. Roman. 1.

Matth. 1.

Matth. 5.

Psal. 18.

Ioan. 11.

Hesler. 1.

2. Reg. 19.

2. Reg. 19.

Gene. 19.

Gene. 30.

Gen. 4.

Gen. 11.

Leg. Chryf. homil. 30. in

Gene.

Ioan. 7.

Matth. 25.

1. Reg. 2.

1. Reg. 4.

amici Ionathæ. O Reges inquit & mundi principes qui sepe nullam fidem & iustitiam in iudicando seruatis. Et quod multò. pesti- mum omnium est, tantum valet prima infor- matio & inquisitio, vt eriam si David postea sciuerit Miphiboser innocentem esse, tamen nihil magis sententiam reuocauit: sed po- tius possessiones diuidi iussit. Discant ex hoc loco Principes & Prælati, vt infamatum & accusatum vocem, & quærant, anrequam iudicent: vt pro se ipso respondeat, & sui ra- tionem reddat. Sic Deus antequam Sodo- mam & Gomorrhæ damnaret, clamor in- quit Sodomorum & Gomorrhæorum multi- plicatus est, & peccatum eorum grauatum est nimis. Vide etiam infamiam Sodomæ & Gomorrhæ: sed audi eorum inquisitionē. De scēdam, ait, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint an non: ita vt sciam. Non dixit hæc Deus quod aliquid eum lateret postea: sed vt nos doceat huma- no more loquitur. Prius enim probare vo- luit. misit eò duobus Angelis vt explorarēt impietatem: antequam iudicaret, & ciuitates subuerteret. Sic etiam antequam Adam puniret: vocauit ad iudicium, dicens. Adam vbi es: vt sui rationem redderet. Sic etiam Caim interrogauit de fratre: & antequam puniret ad rationem vocauit: & similiter antequam confunderet turrim Babel descendit vt vide- ret ædificium. Sed iam nunc damnantur ab- sentes inauditi. Sic Nicodemus dixit: Phari- sæis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Festus quoque in Actis, dixit. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem ho- minem, priusquam is, qui accusatur, locū de- fendendi accipiat. At nunc prælati Christiani & Episcopi, qui maiorem sanctitatem pro- fiterentur faciunt quod illi Gētilis Romani. Idò lolatré facere non audebant, homines inno- cios persequentes: non dantes locum excusa- tioni nec defensionis, &c. Discant se cundo nè peccata subditorum dissimulent & impuni- ta relinquunt: sicut Heli sacerdos, qui sciens peccata filiorum non curauit nec correxit: at que id eò mala morte mortuus est, & repro- batus à sacerdotio. Imperquiant voce sub- ditum, moneant, & diligenter officium pa- storale exercent, & sollicitè atque charitati- uè & benigne cortigant: vt hic fecit hic ho- mo diues, qui postquam infamiam proximi sciuit non dormiuit, neq; segniter se habuit,

sed vocauit illum ad se. Discant tertio ne ac- cusatorum, vistorum, aut testium nomina prodant. Hoc enim est maximum incende- re ignem & odia & discordias seminare, vt aliqui ex leuitate, aut imperitia facere solent. Iste enim non dixit, talis, vel talis: mihi dixit quod male gerebas tuum officium, sed tan- tum dixit, quid hoc audio de te? Docentur & quarto vt articulum, de quo quis infama- tur, specificent. Melius enim potest se homo corrigere cum ei exponitur de quo infama- tur aut se excusare si innocens sit, cum specia- tim dicitur, hoc audio de te, quam si diceret ei in genere vnū malum de te audiuisti, sic iste dixit villico exprimens malum, quod audie- rat. Redde rationem villicationis tuæ: de in- ficitate enim villicationis accusaris. Ideoque vocatus hic coram domino suo dixit ei. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tuæ. Ait dominus villico. Imò sic loquitur ad vnū- quenque nostrum. Homo cogita quis status tuus sit. Christianum te vocas, sed viuis genti- liter: vita tua non respondet vocationi tuæ. Deum confiteris orēs: sed operibus negas. Do- minum tuum me vocas: nec tamen volunta- rem meam facis. Non dominum sed dispen- satorum domus meæ te constituit. Quare er- go non dedisti pecuniam meam ad vsuram? Abscondisti talentum tibi creditum: Quare nō pauperibus scenerasti & dediti bona, quæ mecum sunt, indigentibus? constitui enim te vt aleres pauperulos seruos meos. Quid hoc au- dio de te? Seuera profectò accusatio, & perco- tatio. At: vbi percontatio illa te agitur ipsa, ob- mutescat oportet homo: & cogitur confiteri cum Diuo Iob, se coram Deo pro mille vnū respondere non posse. Vtinam hæc vox & querimonia in auribus tuis semper perfonet. In eo autem quod d rationem quærit admo- net, vt semper paratissimus, vt bonam ratio- nem reddamus hori mortis. Mirum valde est, quod nolis propter Deum idem facere quod villicus: propter herum suum facere non prætermittat: tum tibi perpetua animæ tuæ salus proponatur, vel tibi faciendâ, vel amittendâ, illi propterea quædam tantum modo quam apud dominum suum habet. Si esses alicuius viri præclarissimi dispensator à quo tibi esset imperatum, vt primò vesperi illi red- deres rationem certorum millium ducato- rum quæ tibi ad sumptum faciendum dedis- set: nonne priusquam illi rationes ostende- re properares, libros prius inspiceres vt re-

Tit. 2.

Matth. 25.

Iob. 9.

quam tuorum gestorum ratione reddere posses? Nam etiam si omnia optime dispensata habuisses saltem nec coram Domino ratione reddens postea titubares, re multo ante non prouisa nec meditata libros inspiciere omnia quae ad amulsim prius pendere debent, ut rectam rationem redderes. Attende igitur te vel sponte, vel inuitum aliquando ratione redditurum non domino terreno, sed Deo: non de impensis sed de bonis animae, bonisque corporalibus, quae tibi à Deo Opt. Max. concessa sunt. Tunc dicetur tibi, redde rationem villicationis tuae: quod forte hodie ante Solis occasum audiens, et hanc rationem se uerissimam Deus à te exigit. Oportet igitur ut vnusquisque dum uiuit reputet se post mortem hōtum omnium rationem redditurum. Quis homo est qui Christianus, aut esse, aut dici uult, qui quotidie conscientiam suam non examinat, vitam suam respiciens, malamque & peruersam uiuendi rationem in bonam conuertens, praeparansque se ad omnia euenta quaecumque acciderē possint? Cum enim minus cogitat, tunc illi distendit uerit: quia nemo scit utrum in diem crastinum sit peruenturus, necne. Ita igitur uiuere debes quasi statim sis moriturus: & si sapias non minus in speculam rationem habere debes, ac si statim illam esse redditurum. Quare interiora arcanata tua optime cognita habeas, conscientiam tuam examines oportet, ut si aliquid inuenieris in conscientia libello, quod aut reprehendi potest, vel moribus immutatis deinceps corrigas, vel lachrymis & suspirijs deleas ut ueniente Domino, & dicente, redde rationem villicationis tuae, apparete possis nulla ignominia notatus, nulloque rubore suffusus: ut pote qui rectam ratione omnium beneficiorum, quae accepisti reddideris. Hec debet esse Christianorum in hac uita exercitatio, uidelicet, ut de operam libris suis inspiciendis & ut optatum, redant rationem: Quare si mors de improviso ipsos occupauerit, turbati & confusi nihil habebunt, quod summo iudici respondere possint: & ideo maxima cum ignominia in infernum demerentur. Obserua etiam diligenter, quod hic non dicit Dominus, redde rationem villicationis alienae, vel redde rationem villicationis alterius, sed villicationis tuae. Propria enim uita tua, factorumque tuorum non alienorum, redditurum es rationem Deo. Vnusquisque enim redditurum est de factis propriis rationem. Cum

igitur tanta beneficia à Deo acceperis, totque res habes de quibus reddere rationem debes, ut vitam emendes, tempusque breuissimum uitae tibi ad agendum concessum, ne inaniter abire praetermittas, quod uix satis esse potest ob negotiorum magnitudinem, otiosus nequaquam esse debes neque dum alienas uitas obseruas & examinas propriae uitae emendandae & corrigendae obliuiscaris. Quid enim ad te aliena artinent? Redde rationem villicationis tuae. Tuae villicationis propriae redditurum es rationem, non alienae. Ideoque tibi consule, te ipsum cura, ne sis de aliorum uita curiosus nimium censor, neue facta aliorum iudicare uelis. Vltus enim in primis tibi à Deo hac de causa datus fuit, ut te ipsum praecipue inspiceres. Ideo David in Psalmo. Dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum ipsum non est mecum. Non ait se esse caecum, aut lumen oculorum perdidisse: sed inquit, lumen oculorum suorum non esse secum. Erat enim errans, & otiosum lumen illi oculorum, dum aliorum facta inueniendo occupabat. Non erat mecum lumen beulorum meorum: sed cum alijs. Si igitur uis progressus maximos facere in Deo cultu & seruitio maxima cura uitare debes ne de aliorum uita nimis curiosus inquiras. Nunquam enim quietus, & tranquillus esse poteris: si curiosus factorum alienorum scrutator fueris. Nunquam pacem in corde, aut spiritui tuo habebis, si te ad inspiciendas proximorum tuorum uitas profuderis: sed potius omnes homines in odium tui inflammabis, nisi ab hoc uicio caueris. Ideo David postquam dixit lumen oculorum meorum non esse mecum, statim addidit. Amici mei, & proximi mei recesserunt à me: quia quicumque aliorum uitas calumniatur & mores, omnibus odio est: etiam ut amici, familiares, ac fratres, omnesque propinqui ab eius consuetudine abhorreant. Ab hoc uicio oritur inuermuratio, quae fons & principium est superbiae. Ideo enim alios despicias: quia te ipsum non cognoscis: quod maximum est superbiae fundamentum. Fluuus extra alueum suum exundans fluctibus suis ripas mundificat, ipse tamen cum omnes immunditias, palas, & stercorea riparum secum ferat. immundus, pallidus, & turbidus fluit. Eodem modo homo extra sui ipsius notitiam, & cognitionem, qui aliorum immunditias extra se egressus aliorum que facta rimatur, fluuio super-

superabundanti recte comparari potest. Totam autem iactura illius tantummodo est, qui hoc facit: turbidam enim conscientiam & immundam habet malitia & superbia. Alios uero mundat dum illos sua loquacitate & murmuracione monet, ut vitam emendent & corrigant. Itaque alij commodum consequuntur ex monitis tuis, quibus dum corriguntur, molestiamque patiuntur iniquae detractionis tuae magis apud Deum merentur. At tu sicut fluuio turbido & immundus conscientia coinquinata, indies tibi ipsi deterior fluis in omnes uitorum undas, & in extremum inferni mare. Culpa est homini immiscere se rei ad se non pertinenti. Tu iacturam pateris, alij lucratur. Si quis mercator negotium aliquod tractat, in quo non modo nullum futurum commodum sperat, sed etiam in commodum timet: illud proculdubio deponit. Attende igitur & tu quod nullum aliud negotium magis in utile gerere poteris, quam si aliorum facta scrutaris. Relinque igitur hoc officium ne percas, ne tempus perperam consumas: obseruando quid ille uicinus tuus, aut ille faciat, quid habeant unde uiuant, aut quomodo uiuant. Non enim exigit Deus à te rationem villicationis alienae, sed tuae propriae. Satis argumenti est, te paruam curam conscientiae tuae gerere, siquidem tantum de alijs curas: nimia enim cura quam aliorum geris indicat te esse oblitum tui. Nemo enim tot rebus animum intendere potest: quare facile colligitur quod te ipsum negligis, qui aliorum curam habes. Hanc maxima stultitia est. Vnde Sapiens. Pes fatui facili in domum proximi. Quando dominus domi, est: omnes famuli officium suum faciunt. Eodem modo quando aliquod edificium fit, si dominus operis adest, omnes ministri laborant & officium suum exequuntur: uerum si tantisper abest, alius sedet, alius garrat, alius ludat, aemoque operam nauat. Ita & eodem modo cum tu intra te ipsum es per tui notitiam ratio recta est, cogitationes cohibita, sensus recepti, & cetera que affectiones animi equae & iuste operantur. Contrario uero si propria relicta domo, domos alienas percurrens, non possunt cogitationes tuae, non esse otiosae & errantes, milleque uanitatibus obnoxiae. Es autem per in agro uiuebat, Iacob autem domi semper erat: proprium enim bonorum est in terra domum conscientiae suae se continere: aliorum autem, & otiosorum proprium est extra se errare, aliorum uitas obseruando. Ne

igitur tam iniquum officium subeas. Si enim proximus tuus malus fuerit, ipse actionum suarum ratione domino reddet: tibi satis erit si tui curam habueris perfectam. Es enim rationem redditurus exactissimam, & citius fortasse, quam existimas. &c. Sed iam ad contextum reuertamur. *Iam enim non poteris villicare.* Hanc quamuis de hora mortis & de ultimo uita instanti intelligenda sint, quia deinceps nullum erit tempus villicandi, hoc est merendi, nec demerendi: tamen in hac uita inspirationibus adducit Deus haec nobis ad memoriam: ut habentes praeculis nostris hoc uictimum tempus constitutum, quo cum uita simul nostra finito & terminato, amplius villicare nequibimus. Hinc statim villicare summa cura studeamus, bonisque operibus mansionem in caelis quaeramus, tempus enim erit aliquando quo etiam si uelimus nullo modo nobis prodesse possimus: ut male acti temporis poenitentia ducti ea, quae facere nolimus facta luemur. Constitue igitur ante oculos tuos tempus & horam mortis: quo ubi perueneris Deum dicentem audias, redde rationem villicationis tuae, iam enim non poteris villicare. Quare nunc dum tempus ad villicandum habes, talia opera facere debes, ut nullus unquam temporis defectus tibi nocere possit: cum ad horam mortis perueneris. Operemur igitur bonum dum tempus habet. *Gala. 6.* *beamus ait Paulus. Hanc uita est dies in qua villicare & operari licet: nam uenit nox (inquit Christus) in qua nemo poterit operari. Tempus enim uenit, in quo non poteris villicare, atque ideo modo sicut hic villicus fecit, elemosynis & bonis actionibus amicos quare: qui te in aeterna tabernacula recipiant. Felix dies uita hominis in quo uillicare & mereri licet uita aeternam: infelix etiam tempus post mortem peccatoris in quo nihil villicare, aut mereri poterit. Sic Paulus suis Corinthijs dicit, Omnes nos oportet praesentari ante tribunal Christi: ut vnusquisque reddat rationem de his, quae gessit in corpore. De his inquit, quae gessit in corpore: quia non reddet rationem de his quae gessit extra corpus. Nam morte obita nullum erit tempus villicandi. Vnde etiam si opera sanctorum, quae in gloria caelesti sunt suapte natura bona sint & diuerso opera damnatorum sint mala, neutra tamen à Deo praemio, aut supplicio afficiuntur, propter illa ipsa opera, quae post mortem fecerunt, sed ob illa tantummodo quae ui-*

Psal. 37.

Eccles. 9.

Gene. 27.

Ioan. 9.

1. Cor. 5.

uentes hic & in carne mortali constituti præstiterunt, cuius rei nulla alia causa reddi potest præter Dei supremam voluntatem. Vult enim Deus hæc opera bona accipere, vt illorum auctores præmijs quam plurimis afficiat: illa verò non accipit, quia omne meritum dependet à diuina acceptatione, tempore huius presentis vitæ durante, paruo multa comparare potes multaq; minimis sumptibus mereri. Paupertate, videlicet, diuitias semper duraturas, lachrymis latitiam perpetuam, fame facietatem eximiam, paruisque persecutionibus regnum cœleste consequeris. Non esset ille infansissimus, qui cum posset in aliquo emptorio frequentissimum frumentum, drachma in annum emere, tanta opportunitate vt nollet emptorem in tale tempus differens, quò nec si mille aureos numeret paululum frumeti, aut etiam frustum panis inuenire possit: Non minus igitur infans sunt, qui sinunt vitæ suæ tempus inane præterire, quando paruo sumpto paruoque labore, gloriam cœlestem mereri poterant, vitam otiosam nullo negotio transigentes: quare postea in inferno doloribus supplicijsque inauditis torquebuntur, lachrymisque & suspirijs, nullũ leuamen merentes concientur: cum hic vel paruo frustro panis, quod inopi cuius tribueret, vel celum gloriam possent comparare, quæ vna post mortem in pretio est hominibus, alia enim parum prodesse poterunt. Hic patientia, quam propter tua peccata susceperis, quibus dominum tuum offendisti, remittuntur tibi omnia delicta tua: quòd nisi feceris postea in inferno supplicijs doloribusque horrendis cruciaberis: quæ tibi tamen nihil ad veniam prodesse poterunt. Ille caninus ignis quem incendit Nabuchodonosor Babyloni, cum in tantum exarsceret, vt quadraginta nouem cubitos flammæ sursum extolleret: vno tamen cubito deficiente nõ peruenit ad numerum: quin quagenarium, qui quòidē numerus annum Iubilei facit: vt intelligas flammam illam ignis sempiterni confusionisque Babylonice, inferni etiam si tantum exarsciscit, vt grauissimè iniquos torqueat, non tamen illis remissionem peccatorum concedere posse, nec Iubileum gratiæ aut ventæ. Ideo opus est vt festines, negotiaque tua villices, summaque cura conficere enitaris, anteaquã tibi dicatur, iam non poteris villicare tam negotiandi tempus elapsum est: nullũ deinceps tibi mercaturæ exercendi tempus concede-

tur. Quare quandoquidem nescis quando tibi dicetur iam non est tempus villicandi, habe hoc in memoria, vt summo opere festines, laborando, bene operando, & denique merendo, vt aduentante morte, quæ fortasse, vel perendie aderit & tibi facultas deiiceps dispensandi erepta fuerit, negotiandique potestas, iam tũc mereri poteris tuis bonis operibus mansionem in cœlis, vbi perpetuo beatus dici possis. Cogita igitur & induc in animum tuum Deum tibi modo diceret iam nõ poteris villicare. Vt quod futurum est in hora mortis, statim futurum existimans, quid faciendum potissimum sit, consideres. Idemq; facias quod villicus hic fecit. Cui cum Dominus dixisset redde rationẽ villicationis tuæ, iam non poteris villicari: afflitus, meroreque summo oppressus est, adeo vt dicat Euangelista. *Sit autem villicus intra se.* Relinque negotia huius mundi: relinque externa, scrutare conscientiam tuam intra te. Ab ea enim summa tui ipsius accusatrice si obtemperare volueris audies quid tibi faciendum sit. Solus nãque hic villicus curat de salute animæ, quia nullus est amicus: omnes quæ sua sunt querunt, non salutem animæ, sed bona temporalia sequuntur. Ideò omnia exteriora relinquens intra te ipsum habita, cogitaque cras tibi esse moriendum, quado nihil tibi honores, diuitiæ, amici, amicorumuè consuetudines, quibus omnibus abundas prodesse poterunt. Vix enim mortuus eris cum ab omnibus desertus, obliuioniq; traditus eris. Ad eò vt etiam si totus orbis tui memoriã coleret, tamen tibi parum prodesset. Solus tu & Deus estis rationerã vitæ tuæ confecturi: quare iustum est, vt tu etiam solus in hanc vitam ingrediaris, tecum que ritè solo rationem bene viuendi perpendas, omnia alia quæ aliquando à te relinquenda sunt despiciens & contemnes. Quare si solus mansurus es, merito omnes illos relinques, à quibus aliquando es relinquendus. Solus igitur tecum age, solus qui sis considera: vitam præteritam corrige, nouam rationum tuarum librum consciens: si quidem solus tui, actionumque tuarum rationem es redditurus. Omnia enim externa mihi crede hanc internam conscientie rationem impediunt. *Obserua etiam timorẽ in causa fuisse vt hic te recipere, sibi què confiterer, & ad te rediens nouum viuendi modũ quaereret: ure enim timuit, si aliter sese haberet ne in æternum periret.* Sic timor multos indu-

Philip.

4. Reg. 20.

1. Cor. 4.

Psalm. 23.

Exec. 8.

Iaco. 2. Gene. 27.

Exech. 8.

Iacob. 2.

Gene. 27.

Matth. 25.

indaxit ad meliora. Sic Rex Ezechias timore huius iudicij conuersus ad parietẽ fleuit, &c. Sed quid consuluit iste? Dixit enim intra se. *Quid faciam, quia dominus auferet à me villicationem?* Non dixit quid dicat, sed quid faciat, scies quia apud Deum plus valent opera virtutis quã verba facunda, iuxta illud Apostoli. Nõ in sermone est regnum Dei. Quasi diceret. Regnum cœlorum non verbis sed operibus emitur. Querebat Dauid in Psalmo, dicens. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* sibi ipsique respondens statim subiicit, Innocẽs manibus & mudo corde. Dum dixit innocens manibus insinuauit ad cõsequendam gloriam sempiternam, verba non sufficere, nec etiam ipsam fidem solam: necessaria enim est manuum innocentia: opera videlicet candida & sancta. Vnde sequitur manifestè neminem posse cõlesse gloriã consequi, verbis tantũ modo: nisi ea opera fecerit, quibus dignus tanto premio iure videri possit. Non enim satis est credere, sed operari oportet. Quemadmodum enim ille, qui in flumini cadit nisi manus pedesq; moueat, mergitur, nec super eminere potest: si tamen naret, ad terram que peruenire conetur, omni periculo liber & incolumis euadet: eodem modo ille, qui nullam operam nauat ad salutem consequendam, & vt ad gloriam cœlestem ab hoc mundo quasi à quodã naufragio enatare possit, & bonis operibus omifis, soli fidei confidit, proculdubio in profundum inferni pelagus immergetur. Si tamen cum fide operetur in bonisque operibus perficiens, fidem viuificet: profectò in terrã incolumis euadet, salutisq; portũ cõsequetur. Vnde Ezechiel Propheta. *Emissa similitudo manus apprehendit me in cincino capitis mei. Bona enim opera sunt quæ nos apprehendunt, & rapiunt in cœlum, viamque muniunt ad gloriam immortalem consequendam.* Nõ sufficit sola fides, cum Iacobus dicat quod fides sine operibus mortua est. Non fidei Isaac verbis Iacob, vt ideo eius manus tangeret, quando illi suam benedictionem concedere voluit, sed operibus rebusq; ipfis: eius enim colum & manus prius pertentaui, quam illi benediceret. Eodem modo nihilo magis tibi benedictionem gloriæ concedet Dominus, licet quam plurimis verbis illam contendas: nisi ipsius manus, quæ bona opera sunt pertentaui eris. Ille quinque virgines fatuæ fidem habebant propterea quod & virgines erant,

& lampades habebant: reprobarẽ tamẽ sunt, quia oleum in lampadibus non habebant, per quod in sacra scriptura charitas significatur. Nam quemadmodum oleum omnes alios liquores supernatur: ita charitas omnes alias virtutes excedit. Quare, Diuus Paulus illam supereminentem scientiam vocat: sine charitate fides mortua est. Si enim dicas in hac vel in illa via hominem esse, omnes profecto intelligent te de reali ac viuo homine, non de picto simulatore, aut mortuo loqui: nam si mortuus esset, non sufficeret dicere tantummodo, homo est, sed addendum esset, homo mortuus est: quia absolute loquendo, homo supponit pro homine viuo. Sic cum scriptura dicit sancti per fidem vicerunt regna, vel fides iustificat, aut crede, & saluus eris, & alia huiusmodi semper intelligit de fide viua formata charitate: fides enim, vt Paulus ait per charitatem operatur. Vnde quemadmodum ille infans iudicari posset, qui cum nullus esset mereri, aut gratia apud regẽ, quippe qui nec aliquod præliũ vicisset nec alia laude digna facinora edidisset: tamen nihilominus audaciæ suæ confidens à rege contenderet, vt sibi ciuitatem, vel amplissimum alium beneficium concederet: sic infans inuerecudus ille iudicandus est, qui more illarũ virginũ fatuarum nullis operibus tanto premio dignis à Deo summa petit contentione, vt sibi cœlestis gloriæ ostium aperiat. Nam si rectè & cõsideratè tecũ reputare velis quo ore poteris à Deo contendere gloriam, cum nihil tanto nomine dignũ feceris? Non sufficit ergo sola fides, sed opera sunt necessaria. Hic tamen aduertendũ magnopere censeo: quod etiã si fide carere evidens signum est & prælagium aeternæ damnationis in eis qui sine fide decedunt: non tamen è diuerso Euangelio credere evidens est argumentum aut iudiciũ, quo quis putari possit prædestinatus. Pãnus enim vt vere mundus dicatur omni nota & macula vacare debet: vt autem immundus dici possit, quæcumque labes sufficit. Hoc pacto vt intelligamus aliquem esse reprobatum satis est fidem non habere: verum vt is sibi prædestinationis bonum ineffabile arroget, ope-

1. Cor. 12.

Hebra. 11. Rom. 3. Iohan. 3. Act. 16. Gala. 5.

Matth. 25.

ra tanto premio digna operari debet. Fidem habere, & ferè nunquam operari iuxta dictam fidei, magnum est reprobationis indicium. Diutina in peccato mora, persistentiaq; continua, argumentum est reprobationis: licet nõ ita vrgens, vt omnino infallibile sit. Quia plurimos videmus, qui cum omnem vitam suã in criminibus fuerint periclitati, in fine tamè gloriam meriti sunt: vt in bono latrone eruce pendente videre est. Alij etiam in diuitiis exierunt: qui cum omnem vitam suam bene agendo transigissent, extimulati decesserunt: sicut iudeus. Sed tandem quicquid mandata Dei seruat bonisque dum vitæ semper operibus occupatur, cõputatus est merito in prædicatorum & electorum Dei numero, nulum enim aliud præsentius mediũ ad consequendam gloriã est, quã seruare mandata. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Si aliquem videres viam versus Valentiam facere reputares vtique ipsũ Valentiam ire: non tamè iururãdo te allringeres ipsum Valentiam ingressurum: quia libertatè habet licet ambagè aliquam faciat, antequam Valentiam perueniat, viam aliorum dirigere. Eduictio si aliquem videres Valentiam eantem viã tamen Gram tam versus facientem, meritò suspicareris illum non habere animum Valentiam eundit: tamen nec iurare nec affirmare auderes illum non esse Valentiam peruenturum, quia potest viam alio inflectere, cum liber eadẽ & nõ eundi sit. Sic in proposito, qui bona opera facit viam facit ad gloriã existimaturque ad gloriã peruenturus: bene tamè potest antequã ad finem vitæ, quasi cuiusdam itineris veniat, viam inflectere, & ad damnationem peruenire. Similiter qui malè viuunt ad infernum tendit: bene tamen potest vitæ & moribus in melius mutatis in extremo cursu saluari. Attamè qui bona opera operatur facillè creditur salutem consequuturus. Nemo enim adultorum in cælo est qui prius bona opera non fuerit operatus. Hæc enim media sunt & via qua gloria comparatur: sola enim fides non sufficit, quia sine operibus mortua est. Quod si hic (vt ait Christus) dixit, quid faciã ad salutem consequendam: quo supplicio dignos esse impiissimos Lutheranos dicam dum asserunt solam fidẽ salutis esse etiã sine operibus ad consequendam vitam æternam? Nõ omnis, qui dicit mihi, Domine domine, ait Christus, intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit voluntatem patris mei. Et Paulus ait, Sancti per fidem vi-

cerunt regna. Sequitur, operati sunt iustitiã & adepti sunt repromissiones. Non ergo sola fide, sed operibus iustitiã adiunctis ingressi sunt terram promissionis. Sic & tu nihilõ magis cœlum. Et si operibus iustitiã, quomodo ergo sola fide? Sed de his alias. **¶** Quid faciã ait, exercebat officium aliquod domi regis, quod cum sibi ereptum videret, non satis exploratum habet quid sibi faciendum sit. Seneca de breuitate vitæ meminit cuiusdam senatoris: qui cum esset concessum sibi à Caio Cæsare quoniam nonagesimum annum ætatis agebat, vt quiesceret à publicisque muneribus vacaret, tam sollicito deinceps fuit animo se procul à negotijs suis separatũ videns, vt mortè iam iam sibi imminere credens, sibi tanquam mortuo supremum funus fieri imperaret, vt ab omnibus familiaribus domesticisque suis in phœro collocatus deploraretur. Eo autem modo vniuersa eius familia senis ocium eluxit, vacationemq; à publicis muneribus: donec beneficio eiusdem Cæsaris restitutus, officio suo ad mortem usq; persanctus est. Non aliter plurimi reperuntur, qui sine munere negociouè aliquo viuere nesciunt: nec vllam in vita priuata iucunditatem inueniunt. In principum regijs huiusmodi homines sapientimè reperiuntur, qui multitudine negotiorum delectantur, clientumque amant frequentiam, ante ostium negotiorum suorum expeditionem expectantium. Sic veneno officiorum & negotiorum educati eorum modo aluntur, vt nulla alia in resuauitatem inueniant. **¶** Sed his prætermisissis in literali sensu persistendo, in quo Christus hæc parabolam dicit, Obserua quod iste non dixit, Dominus auferet villicationem loquens de futuro, sed de præseni loquitur dicens, Dominus auferet villicationem. Quod enim proximè sequitur, certumque est, tanquam si esset præsens reputatur. Cum igitur mors, quæ nobis omnem facultatem merendi & negociandi ereptura est: adeo propinqua sit, vt nesciamus an ab hinc horam vnã simus mortituri: statuamus nobis iam esse præsentem. Sic Paulus Philipenses vocat mortuos. Et nos mortui sumus, quia morti appropinquamus. Stultum est de morte tanquã de re futura, sed quasi iam præseni agere. Sic illa sapiens mulier dixit Dauidi Regi. Omnes morimur & quasi aqua dilabimur super terram. Nõ ait moriemur, sed morimur: quemadmodum enim fluius iugi perenni, flumine currit, nunquã aquæ iam elapsæ

Cap. 10.

1. Ioan. 2.

Job. 37.

Philip.

2. Reg. 14.

plæ

psæ retero redeunt: ita dies nostri incessantes ad mortem fluunt: & die diem tridete nunquam idem ætatis flumen ad nos redit. Dies enim hesternus præcedentem trudit, hesternus verò hesternum: & ita alij alios mutuo se expellunt & excludunt, nosque ad mortem citissimò volatu rapiunt. Sic alijs euntibus alijs redeuntibus diebus, nunquam id quod præterijt in eundem statum redit: more aquarum labentium, quæ nunquam ressuunt. Alij quidem vadunt, & alij veniunt: verum attēde omnes breui tempore ad finem peruenturos. Atque ideo Ioannes: Filiioli nouissima hora hac est. Merito igitur dixit, quid faciã. Si homo cogitare vellet quid de futurum esset semper animo angeretur, diceretq; quid faciã. O me infelicem qui tot peccata commisi, quid de me fiet? quo perueniam? quid faciã? quid consilij capiã? Si hoc, quid faciã, homines sæpenumero, secum meditentur meminisissent que illius sollicitudinis, qua hora mortis afficiuntur, profecto vitam suam corrigerent, melioremque in dies facerent. Cum autem nemo sit qui dubitare possit, esse mortem, alteramque post obitum vitam restare omnes credimus: quis adeo infanus est, qui secum ipso non dicit, quid faciã: & ea quæ ad salutem pertinent operatur? Felix qui de sine cogitat, felix qui quotidie cogitat se prope die moriturum: felices quibus vite finis viuendi confert initium. Dic ergo illud Job. Quid faciã cum surrexerit ad iudicandum Deus: cum quaesierit quid respondebõ illi? Hic villicus afflictus & angustiatrus dixit. **Fodere non valeo.** Hoc est dura penitentia opera exercere nequeo. Abstinendo, flendo, ieiunando, & alia huiusmodi operando. Quauis enim hæc opera sint viris perfectis dulcia atque facilia, qui consuetudine exercitatos sensus habent, & omni virtutum adione spiritaliter delectantur: mihi tamen qui educatus sum in delicijs, & libertate, durum & rigidum videtur virtuti operam nauare. **Mendicare erubescio.** Id est, Deum orare, seu alios vt pro me intercedant, pudeo. Quia perseverare in oratione non possum. coram autem Deo qui peccata meã cognoscit apparere non adeo, præ confusione, & vercundia delictorum meorum. Expende quod negotia haurum duarum viarũ viuendi, scilicet, vel labore, vel mendicitate, significat consilium hominis de æterna vita non querenda, labore ieiuniorũ, nec mendicitate orationũ.

Multi enim nobiles & lauti delicijsque afflicti sunt, qui sacerdoti dum fatentur respondēt. Pater, ieiunia, flagella, aut preces faciendas ne mihi imponas: non enim poterõ substatere: alij d quiduis mihi impera. His igitur talibus hominibus inuigere debes in peccatorum suorum satisfactionem vt faciant elemosynas. Sic Daniel Regi Nabuchodonosor qui nimium laurus & delicatus erat adeo vt nollet opera magnæ perfectionis obire, dixit: Peccata tua elemosynis redime. Sic Iosabes Baptistæ debilibus & imperfectis peccatoribus & publicanis non dixit, ieiunare, flagellate, cilicia portare: sed qui habet duas runicas de vna nõ habenti. Et Paulus in Actis cupiebat Agrippam Regem Christianum fieri, & esse sicut ipse Paulus erat, de mptis, dixit, carhenis his: quia nondum Agrippa erat perfectus vt posset acerba tolerare. Iste etiam delicatus, villicus, non poterat fodere, nec mendicare, id est opera supererogationis, & magni laboris facere, & martyrium tolerare: atque ideo ad elemosynarũ largitionem se conuertit. Sequitur. **Scio quid faciã. vt cum amotus suero à villicatione, recipiat me in domi sua.** Quauis in spiritali sensu, in quo Christus inducit hæc parabolam, hoc nihil aliud insinuet, nisi, vt de bonis nostris (omnia enim nostra sua sunt) pauperibus largiamur, facientes eos amicos de mamma nostra inquitatis, tamen vt licet resonat, multi sunt similes huius, qui malanturari quam operari, meliusque esse ducunt in ocio, & delicijs viuere, alienis bonis seuentes, quam aliquod ad discere artificium, vnde sibi licito & honesto vultus sui sudore victum querant. Nam si liciti domino inseruiunt eius bona ita dissipant, vt polli ti & elegantes, vicarium incedere possint, sentorioque apparatu viuere. At hi, patet, quod multo præstare existimant otium, multoque melius esse, quam negotium, quo honeste, & sancte homines viuunt occupati. **¶** Verum in doctrina quam Christus præten dit in hac parabola admonet, qui misericordiam vult inuenire apud Deum, & veniam suorum peccatorum, misericordiam faciat cum pauperibus, & eis, elemosynas largiatur de bonis temporalibus, quæ bona non quidem nostra, sed Dei sunt. Beati (ait Christus) sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. **Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? ille dixit, centum cados olei. Dixitque illi,**

Dan. 4.

Luca. 3.

Act. 26.

Matth. 5.

illi,

Luca. 23.

Matth. 7.

Luca. 18.

Matth. 7.

Hebre. 11.

illi accipe cautionem tuam & sede cito scribe quia  
 quia dicit Deinde alij dixerunt Tu vero quantum de  
 bes? Quis ait. Centum coros tritici. Alii. Accipe  
 literas tuas & scribe obsequia. Quatuor hic  
 consideranda sunt pro elemosynarum largi  
 tione. Primum quod non de dilectis elemosy  
 nam vocatus & pauperibus aut rogatus sed  
 iste vocavit illos largitus est enim liberaliter  
 non vocatus, nec rogatus, nec coactus, sed sp  
 re & gratis quarens ipsemet illos. Itaq; pau  
 peribus antequam ipsi petant danda est elec  
 mosyna: imo & aliquando cogendi & solici  
 tandi sunt pauperes, ut factu est ab illis duo  
 bus discipulis, qui ibant in castellum. Emaus  
 erga Christum, quem peregrinum & ignotu  
 esse putabant: coegerunt enim illum, ut apud  
 se maneret. Sic Abraham in itineribus expe  
 ctabat sedens, & pauperes transeuntes solici  
 tabat, & angelos omnino precabatur, ut apud  
 se diuernerent, & cum eo manerent & come  
 derent. Idem & Loth fecisse legimus: Tobia  
 que multosque alios sanctos patres. Quan  
 quam modo non solum non potentibus ne  
 gant elemosynam, sed etiam tanta est diuitu  
 nostri temporis auaritia, ut ne clamantibus  
 quidem, famoseque petentibus pauperibus au  
 res prebeant, &c. Secundo docet quod elec  
 mosyna non legitur, sed diligentem esse facie  
 datam: ideo dixit, sede cito. Celeriter sunt  
 agenda bona, maxime opera misericordiarum.  
 Sicut enim hilarem, ita & celerem datorem  
 diligit Deus. Ideo Salomon ait. Ne dicas va  
 de cras dabo tibi: cito statim possis dare. Ter  
 tio docet, quod non vni soli, sed multis est da  
 da elemosyna: quod secus faciunt multi pre  
 lati & diuites, qui non nisi consanguineis pau  
 peribus elargiuntur: alij amicis, alij vero ciui  
 bus suis tantummodo. Sed hic villicus multis  
 benefecit: nam singulos debitores vocavit. De  
 nitque & quarto abundanter elemosynam  
 dedit. Dimidium enim olei alij concessit, alij  
 quatuor partem tritici donauit: iuxta illud  
 Tobie. Si multum tibi fuerit abundanter tri  
 bue, quomodo cumque poteris. Aliter mul  
 ti faciunt, qui pauperibus non tribuunt nisi  
 ea, que sibi vitia fore non existimant. Car  
 nes enim iam corruptas, & a quibus etiam ca  
 nes abstinere, pauperibus largiuntur: que  
 potius in sterquilinum erant mittenda. Pa  
 nem item muscidum, duritia que inutile pro  
 pter Christum se concedere asserunt, & ia  
 ctant: cum ipsi in summis deliciis, vitæq; blan  
 dimentis agant. Sed dices. Improbam videtur

illa esse elemosyna, quæ de alieno concedi  
 tur. Quod hic villicus fecisse videtur dum bo  
 nis domini sui liberalis haberi velleret, Ad hoc  
 respondendum est statim in verbo sequenti.  
 Porro ubi dicitur centum cados, in Græco est;  
 Latine Baros; id est centum batos non cados  
 Hebraice 177 bath siue batos mensura erat li  
 quidorum & corus aridorum mensura, mo  
 dios triginta complectens: quæ est onus came  
 li. Sequitur. Et laudauit dominus villicum in  
 quitatis eo quod prudenter fecisset. Non tamen  
 laudatur modus quem habuit, nec media, ac  
 cipiens alienum. Perinde ac concionator au  
 ditores suos ut prouocet ad orationem & bo  
 na opera, hortetur dicens. Ecce fures & latro  
 nes vigilat tota nocte, ut furentur & prad  
 tur cum periculo vitæ suæ: cur ergo tu non vi  
 gilabis ad orationem & bona opera spe eter  
 næ mercedis? Talis laudat fures & latrones  
 non ob furtum & latrocinium, sed ob soler  
 tiam: quod etiam opera sua mala ita prouido  
 instituit, ut tam impigri ad ea sint. Similiter  
 si dicat ad quempiam. Impudica mulier or  
 nat se, ut alios ad abstinentes amores alliciat:  
 cur te ipsum non etiam ornare fide vitæ, &  
 Christo conformibus virtutibus, ut Deo pla  
 ceres? His verbis certe non laudat impudici  
 tiam mulieris, sed diligentiam tantum illius:  
 quæ ad flagitia abritur. Sic etiam hoc loco di  
 spensator iste, ob solertiam tantum laudatur,  
 eo quod utilitatem suam tam bene perpen  
 dere potuit, ut eodem modo animabus no  
 stris prospiciamus largiendo facultates no  
 stras pauperibus, atque ita thesaurum congre  
 gemus ad vitam futuram. Nam ut Chrylollo  
 mus ait in parabolis explicandis, attendere  
 oportet ad quem scopum dirigantur, ut in il  
 lo inmoremur: reliqua que assumpta sunt ad  
 illa contenda negligentes. Lege si placuerit  
 Augustinum, Origenem, & Theophilatum.  
 Non itaque hæc parabola nobis proponi  
 tur ut dispensatorem in omnibus sequamur:  
 sed in eo duntaxat, quod tempore officij sui  
 & blandientis fortunæ futuram inopiam co  
 siderauit & antevertit. Quia prudenter se ha  
 buit laudatur: & quia sitatus est, vocatur ini  
 quitatis. Obserua autem & diligenter con  
 sidera, quod si Dominus huius mali villici,  
 qui eius bona dissipauit & reliqua sic furat,  
 nihilominus illius prudentiam laudat. Quo  
 niam prudenter egerit: quanto magis lauda  
 bit eos qui in sibi creditis, concessis, & datis  
 misericordes fuerint: Si enim laudat<sup>9</sup> est qui  
 cum

cum fraude prudenter egit: multo magis lau  
 dem & gloriam merebitur apud Deum, qui  
 de sua substantia, & rebus sibi creditis hono  
 rat dominum in pauperibus. Secundo locus  
 iste & hæc parabola intelligi potest, & exponi  
 hoc pacto, videlicet si dicamus hunc villicu  
 recte fecisse, tam prudenter in posterum si  
 bi quam in modo: quoniam in danda elemosy  
 na seruauit. Nam ut iam supra laudatum  
 est, si per hunc diuitem Deum intelligimus,  
 per villicum autem huius mundi diuites homi  
 nes, qui veluti dispensatores & villici à  
 Deo accepterunt diuitias quas in pauperes dis  
 pensant: sequitur quod nec cum aliquis di  
 ues huius seculi elemosynam pauperi conce  
 dit, de domini Dei bonis non de suis opibus  
 concedere, si quidem omnia quæ habemus tā  
 quam dispensatores possidemus, eaque acce  
 pta Deo referre tenemur. Hoc autem est quod  
 Christus voluit significare circa hæc bona no  
 bis coeessa, cum illam parabolam proposuit,  
 quæ de talentis agit, famulis ad negotiandum  
 concessis. Hunc autem sensum tenentes non  
 dicemus hunc fuisse furatum bona Dei, quo  
 rum dispensator erat, sed ea pauperibus im  
 paritisse: ut fecerunt Abraham, Loth, Iob, alijque  
 viri sanctissimi, faciendique elemosynas sui  
 diuissimam: quibus sed fideles dispensatores nō  
 tanquam suis sed tanquam domini Dei bonis  
 vrentes gloriam cœlestem compararunt. Sed  
 dices. Quando hunc sensum defendo, si res  
 ita se habet ut affirmem hunc villicum tam in  
 vitæ remedio inueniēdo, quam in modo dis  
 pensandi recte fecisse: quare hic vocatus est vil  
 licus iniquitatis? Respondeo. Illum vocatum  
 fuisse villicum iniquitatis, non quod elemo  
 synam fecisset: sed quia in initio non bene se  
 habuit bona domini sui dissipando & dila  
 pando. Postea tamen quam ad se reuersus ini  
 quitatem vitæ suæ cognouit, quamquam iam  
 demum nec fodere, nec arare poterat, hoc est  
 magnas penitentias & preces agere, in om  
 nibus tamen reliquis optime se gessit: adeo ut  
 dandis elemosynis de bonis Dei quorū dis  
 pensator erat iustissimus & fidelissimus villicus  
 iudicari debeat. Christus autem in hac pa  
 rabola si rigorem literæ inspiciamus cum di  
 uitibus tantummodo loquitur, eosque hortatur  
 ad dandam elemosynam de bonis Dei quo  
 rum dispensatores sunt. Quod si  
 recte fecerint postea in celo æternam inueniēt  
 mansione. Hos duos sensus in omni parabola  
 tanquam magis vniuersales sequutus sum ut su

pradicum est. Expende etiam quod in eo  
 quod ait villicus iniquitatis, & laudauit domi  
 nus villicum iniquitatis, phrasis Hebræa est,  
 & modus loquendi Hebræorum, ubi geniti  
 uis ponitur loco nominatiui. Ut illud quod in  
 prima epistola Petri habetur, populus acqui  
 sitionis: id est, populus acquisitus. Et in Psal  
 mo. Virga æquitatis pro virga æqua. Vas elec  
 tionis id est, vas electu. Et in Efaia, vox clamā  
 tis: pro vox clamās. Sic in presentiarū laudauit  
 dñs villicum iniquitatis, id est villicu iniquu:  
 quia prudenter fecisset. Sequitur. Quia filij hu  
 ius seculi prudentiores filij lucis in generatione  
 Roman. 8.  
 Ioh. 1. Hoc dixit non quod impijs sit vera  
 prudentia cum dicat Paulus quod prudentia  
 carnis mors est, & solis bonis in sit prudentia;  
 sed ideo Christus, sic loquitur, quia mundani  
 homines diligentiores sunt, & agiliores cir  
 ca mundana, quam boni contra diuina. Et ideo  
 non simpliciter dixit prudentiores esse filijs  
 lucis, sed in generatione suā: hoc est in nego  
 tijs & rebus secularibus pertractandis, quia  
 in his multo prudentiores sunt filij huius se  
 culi quam si filij lucis, at tamen in rebus spiritua  
 libus prudentiores sunt filij lucis. Nam licet  
 Bufones & noctuæ melius noctu videant, quā  
 homines: simpliciter tamē melior & acutior  
 est visus hominum quam illorum. Illa enim  
 aues noctu vident ut prædant capiant, sic etiā  
 mundani Vnde David. Insidiatur ut rapere  
 pauperē, rapere pauperem dum attrahit eū.  
 Sunt diligentes & tyranni in recipiendis & re  
 cuperandis debitis suis, astuti in fallendo pau  
 peres, &c. In his quæ ad generationem carna  
 lem pertinent prudentiores & sapientiores  
 sunt. Sic catus clarius videt hominē non ad  
 legendū literas sed ad capiendū mures. Pru  
 dentia huius mundi est tendit ut recipiat pau  
 perem. Hec est prudentia vltariū & raptoriū,  
 quorū quilibet in nocte & in tenebris peccato  
 rum absente sole insitit, suæ voluptati quasi  
 cuidam prædæ rapide intentus est. Præterea  
 vocantur filij huius seculi quia hunc mundū  
 pro patria habent & amat, cupientes solū suā ha  
 reditare, & diuitias in temporibus. De mudo  
 ait Ioānes quod sūt: & de mudo loquūtur, &  
 mundus audit illos. Electi autē vocantur filij  
 lucis quia per fidē & charitatē filij sunt Dei:  
 qui vera lux est, & nullas parit tenebras, &  
 verā lucē, quæ Deus est super omnia diligit.  
 Vnde paulus. Eratis aliquādo tenebræ, nunc  
 autē lux in dño. Cautiores enim sunt & dili  
 gēiores filij huius seculi in acquirendo tēpo  
 ralia,

Luc. 24. Gen. 18.

Gen. 19. Tob. 2.

1. Cor. 9. Rom. 3.

Tob. 4.

Chryl. homi 65. in Mat.

Aug. Super psal. 57. & lib. 7. q. 12. lib. Iudic. 9. 30. Orig. Math. 13. Theophilus. Ioan. 16.

1. Petri 2. Psal. 44. Aeto. 9. 1. Iam. 4. C.

Roman. 8. Ioh. 1.

Psal. 9.

1. Ioan. 4. Ioan. 1.

Dente. 32.

ralia, quam filij lucis spiritualia. Experientia docet: nam quae ad lucem pertinent, quantum cum periculo sint vitio facimus: ad spiritualia vero neque ad adiunctionibus neque minus venimus. Igitur in hac parabola sumite argumentum quod sicut iste ne priuatus officio fame periret, sic prouidit ad tempus futurum: ita vos date eleemosynam, & praeparate in aeternis tabernaculis domos, his bonis domini vestri quae de die, vt lucremini vitam aeternam. Propterea ad hoc similitudo ista dicta est, vt dilectamus futura considerare: vt in Deuteronomio dicitur. Vt ipam saperent ac intelligerent, & nouissimam prouiderent. Vult etiam Christus docere in hac parabola quod cum breuis vita sit, fatagamus facere bona opera, vt cum mors aduenierit maneat domus & refugium in caelo, vnde in aeternum quiescamus. Quapropter applicando hanc parabolam consequenter dicit Christus. *Et ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula.* μαμωνᾶς. Nō Hebraeorum, sed Syriorum lingua vt Hieronymus ait diuitiarum nuncupantur. Vocantur hic à Christo diuitiarum iniquitatis non tantum iniuste acquisitae, sed etiam licite paratae: quoniam repugnat diuinis praecipis, eleemosynae sacrificia offerre de rapina. Vocantur autem iniquitatis, id est, inaequalitatis eò quod inaequaliter sunt diuise, vel etiam quia aliquo peccato a uorum vel proauorum parte sunt, & acquisitae. Diuitiarum enim ex se bonae sunt, nostra tamen peruersitas & malitia facit illas iniquas. Si vinum fundas in cadum aliquem immundum, statim in sua uitatem valis sapit: adeo vt dicas quotiescunque adbibendum accesseris, hoc vinum antea cum esset bonum cado illoto diffusum in spiditate attraxit. Sic diuitiae bonae sunt: verum si in cor cupidum incidant, male redduntur. & ita vocantur iniquae: quia plerumque causa sunt iniquitatis. Hunc in modum Paulus diem & tempus malum vocat. Redimentes inquit tempus, quoniam dies mali sunt. Nō quod malus sit dies & tempus, sed quia homines mali tempore abutuntur ad malum: sic propter diuitias saepe oriuntur iurgia, bella, furta, homicidia, &c. Quapropter Paulus auariciam & cupiditatem temporalium nominat radicem totius mali. *¶* Obserua primo quod Christus volens loqui de his diuitijs terrenis, locus est de illis cum hoc additamēto, vt delicor iniquitatis. Nā si absolute diuitias di-

Deute. 32.

Libr. 1. com. in Matth. cap. 6.

Ephes. 5.

1. Tim. 6.

xisset vtiq; intelligendum non esset nisi de veris diuitijs caelestibus. Sic Paulus scribens Timotheo charissimo non absolute dixit, *procepe diuitibus, sed, procepe diuitibus huius seculi, nam absolute loquendo, diuitiae huius seculi, diuitiae vocari non debent. Quae admodum enim cum aliquem albam secundum dentes dicimus, idem est, ac si diceremus ipsam esse nigram: ita cum Diuus Paulus dixit diuitias huius seculi, idem est ac si diceret paupertatem huius seculi. Verum enim diuitiae in caelo sunt, vt ait Psalmus. Gloria & diuitiae in domo eius. Prudentiam sapientiam etiam diuitias esse testatur est Salomon dicens. Corona sapientium diuitiae eorum. Vt autem per diuitias non metalla terrena, sed prudentiam se intellexisse ostenderet, illico per contrarium subdidit. Fatuitas stultorum imprudentia. Si enim coronam sapientium terrenas diuitias dicere voluisset profecto fatuitatem stultorum paupertatem potius, quam imprudentiam dixisset. Sed dum fatuitatem stultorum appellauit imprudentiam, quod sapientium diuitias prudentiam dixerit, satis aperte innuit. Vnde colligimus aliam esse mammonam bonitatis, illae enim diuitiae, quas soli iusti putant esse diuitias, vt virtus & super in illa bona, verè diuitiae sunt nam haec terrena paupertas est. Ditiore est arca tua, quam multis opibus refertam habes te ipso: siquidem eas non possides, sed ab ipsis possideris. *¶* Expende, secundo, quod mortem vocat deflectionem. Cum defeceritis inquit, à praesenti vita per mortem. Homo enim cum moritur deficit à vita. Deficit mundus, deficient amici & consanguinei: deficient opes & deliciae, deficit tempus gratiae & bene operandi sola misericordia est comes defunctorum. Sicut enim umbra insequitur corpus: ita bona opera sequitur mortuos, vt Ioannes ait. *¶* Obseruandum quoque est tertio & diligenter, quod non singulariter dixit in aeternum tabernaculum se in aeterna tabernacula: vt intelligas multa esse praemia in caelo, & non omnes aequaliter esse beatos. Gloria enim responderet gratiae, quae illius est seminarium & artha. Non autem omnes iusti sunt pari modo grati Deo, nec eundem apud ipsum habent locum, quia non omnes de Deo aequaliter benemererunt, nam vt Paulus ait, sicut stella differunt in claritate, sic resurrectio mortuorum. Quae admodum astra omnia lumen à sole secundum cuiusque naturam accipiunt, ita beati in Dei praesentia eius*

Psal. 117. Psal. 14.

Apo. 14.

1. Cor. 15.

Ioan. 14.

Matth. 17. 2. Cor. 5.

Ioan. 14.

Apo. 22. Roman. 2.

Matth. 20.

gloria secundum diuersa merita promicant. Et Christus ipse. In domo, inquit, Patris mei mansiones multae sunt. Loquitur tamen de gloria beatorum, nam statim subiunxit. Quia vado parare vobis locum. Ibat autem per mortem ad Patrem, & caelum per metaphoram vocauit domum sicut nunc tabernacula. Domus namque & tabernaculum distinguuntur à diuersorio: quoniam in diuersorio in transitu peregrini recipiunt: tabernaculum autem est, in quo permanenter habitatur. Et ideo Petrus, in monte petebat fieri tria tabernacula, vt perpetuo esset beatus. Vnde Paulus. Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluta, quod edificationem ex Deo habemus. Igitur qua ratione receptaculum illud, quo vniuersi beati recipiuntur ob id dicitur vna domus, eo quod omnes sub eodem patre familias vnius Dei visione & hereditate fruuntur: ita propter diuersos gradus beatitudinis dicitur apud Ioanem in eadem domo multas esse mansiones, sicut hic in nostro Luca, pluraliter dicuntur tabernacula. Destruit hic locus Lutheranos haesim, qui putant nullam in nobis inesse iustitiam sed per solam Christi iustitiam nos iustificari, quae vna est, atque ideo colligunt omnes esse Deo aequè gratos, pariterq; amicos, atque omnes aequali sanctitate pollere. Expende eorum insaniam. Quauis Christus quo ad sufficientiam omnibus plenissimè satisfecerit, applicatur tamen nobis illa satisfactio, & meritum quo ad efficaciam per sacramenta, per quae nostra opera liberi arbitrij eius ope & fauore suffulta sunt. Quae propter licet infantes ante vsum rationis ex fonte baptismatis eius efficiuntur membra & gratia aequali confurgant: tamen postmodum rationis luce adueniente tanquam Dei filij per eius gratiam merita nostra accumulamus, plus minusve secundum curam & diligentiam, quae eius cultui impendimus: iuxta illud Apocalypsis, Iustus iustificetur adhuc. Si enim Deus, vt Paulus ait, reddet vnicuique secundum opera eius, opera autem non sunt aequalia neque in viris probis, neque in reprobis: ergo sicut alijs in aequalia supplicia, ita iustis impari gloria est redditurus. Si autem quis obieciat illam parabolam Matthaei vbi aequaliter illi, qui in vna laborauerunt praemijati sunt denario beatitudinis, quia tamen non aequaliter laborauerunt: quorum quidam à summo mane, quidam hora vnde decima. Dicendum quod obieciue

omnes sunt aequales, nam omnes videt Deus, omnesque perpetuo erunt beati: in hoc aequales sunt. Non tamen subiectiue, nam alius plus vel minus iuxta merita erit beatus. Docet enim Christus per illam parabolam, quod in Deo cultu tantum solertissimus quisque potest in breui tempore proficere, quantum segnis in maiori. Docet etiam quod omnia nostra merita ex sua voluntate & gratia valorem sortiantur. Et ideo dixit, quia huic volo dare. Ceterum in suprema retributione gloriae, quauis cunctis idem conferatur beatitudinis denarius, nihilominus visio illa essentiae diuinae non erit in omnibus aequalis. Atque adeo licet Deus in se denarius sit infinita: aestimationis, non tamen in omnibus erit eiusdem pretij. Praeterea ad nostram etiam eruditionem docemur hic mundum non futurum aeternum, sed temporale, contra quosdam Philosophos. Secundo, quod post hanc vitam erit futura tabernacula aeterna contra Ethnicos. Tertio quod erit iudicium futurum, contra Mauros & Turcas. Quarto quae opera examinanda sunt, non tantum fides: contra Lutheranos. Quinto, pauperes sanctos quos in hac vita fouimus, fore in alia propitios. Sexto, quod eleemosynis alijsque operibus eorum fauore in hac vita imploremus. Atbor enim quae non amputatur in superfluis a motu germinibus horrida & syluestris euadit. Ita & eodem modo opus est vt diues sese quotidie exploret superflua amputando, pauperibusq; elargiendo. Et quando Christus locutus est de operibus misericordiae quater repetiuit opera misericordiae dicens. *¶* Esurui, & de disti manducare, sitiui, &c. Vt sciamus vtilissima esse, ea quae toties à Christo repetuntur. *¶* **C**onsolatur etiam nos haec parabola in duobus. Primum quod in breui possimus mereri vitam aeternam: nam hic villicus in hora vna quid manducaret, parauit, per totam vitam. Latro in cruce in paruo tempore vitam aeternam meruit. Alterum solatiu est quod non solum in breui tempore, sed pro paruis rebus temporalibus, aeterna bona & immensa preparare volumus. De mamonam inquit, iniquitatis. Quid vilis istis terrenis rebus? Tamen illis caelestia possimus emere: & amicos in aeterna beatitudine comparare. Sed nos omnem curam adhibemus in amicitijs potentium & diuitum conciliandis. Christus tamen oppositum docet videlicet, vt pauperum amicitias quaeramus: plus enim emolumentum poteris habere ex pauperibus, quia ex diuitibus. Verum hoc non credit mundus, licet in hoc

Matth. 25.

Luc. 23.



hoc dispensatore sit optime probatum. Non enim dubium est quin amicos habuerit diuites & potentes. sed cum amouendus esset a munere nullus illorum succurrit: quare ad pauperes se conuertit: in quibus inuenit commodum. Re: eodem modo fe nunc habet quia qui diuitibus fidei sepe numero decipitur. Nihil enim amicis suis in altero seculo proderunt, quia nihil habet. Quid diues in inferno positus fratribus prodesse potuit, qui gutta aquae perire. Vnde psalmista. Nolite considerare in principibus, &c. Ecce ratio verò pauperes in celo retribuent: quod si non retribuerint, quia sunt peccatores; Deus retribuet pro illis. Veni te benedicti Patris mei. Esuriui, & dedistis mihi manducare; &c. In Proverbijis etiã dicitur. Qui miseretur pauperum, Deo feneratur. Quia si facris circa proximum, talis erit tibi Deus. Docemur etiã ex hac parabola quod nulla potentia, nec diuitiae sunt, quin ad finem aliquando non perueniant: & quod nihil aliud expectandum non est, aut potius timendum in futura vita, quam scelerum in dicitur & aeterna famies: nisi nobis in hac vita facultatibus nostris pauperes amicos concilietur. ¶ Igitur quod Christus redemptor noster in hac parabola nos in primis docet nihil aliud est, quam siquidem hanc vitam, velimus, nolimus, breui terminanda est, qua finita aeternum victuri sumus, vt demus operam eo modo vt viuamus ne alterius seculi comodam amittamus. Hanc enim vitam commodam habemus, illaque conditione nobis concessam vt dum viuimus aeterna beatitudinem vitamque perpetuo duraturã cõparemus. Nullum enim aliud prudente opus magis elucet, quã omnia futura respiciendã prospicere & prouidere. Hanc autem prudentiam laudat Dominus in hoc dispensatore iniquitatis, qui adeo prudenter se habuit, vt tempore prosperitatis & abundantie in tempus aduersitatis & penuriae uetura se optime praeparauit. Hac cautione inuenit sibi commodum ille prudens & sapiens iuuenis Ioseph, quẽ ait scriptura septem annis pane abundantibus summam frumentum in Aegypto stris & horreis inclusisse, ad hoc fabricatis vt septem alijs annis se quãtibus temporis iniuria deficiente frumento, esset vnde populo subuenire posset. Sic tu tempore huius uitae praesentis, quã abundantis est, ubi paruis laboribus & impensis caelum mereri poteris: debet, vt plurimas diuitias merito tuum thesauros, bonorumque operum frumentum cogeras: vt quando venerint steriles alterius uitae anni quibus nullum dabitur ad merendum vel

demerendum tempus quod fortasse cras aderit, & citius quã putas, habebas vnde tibi vitam cõserues, emeritisque in hoc seculo stipendijs, domo, & nutrimento postea in altero quiete fatietate & diuitias inuenias. Sed hoc quippe fieri poterit: addo eleemosynas pauperibus, paritudo has diuitias iniquitatis, in opibus & egenis. Nullã morã igitur facere debes, quin terrae paleis caelotes thesauros quã primũ cõpares. Quo quid esset nobilius, stercore videlicet & puluere terreni soli, pretiosas & inestimabiles margaritas emere? *Facite inquit vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis.* &c. In litera rigore, si haec verba per se edatur nihil aliud Christus nobis hic inuenire voluit nisi vt bona nostra pauperibus impartiamur: vt cum à vita excesserimus in aeternis habitaculis recipiamur. Hoc idem nos admonet Propheta regius David quãdo in Psalmo inquit. Iucundus homo qui miseretur & cõmodat, disponit sermones suos in iudicio. Singula enim haec verba sua Emphasim habet. Quare opus est hanc autoritatẽ acutius tractemus & discutiamus; & verbatim explicemus, loquimur enim in hac parte Propheta mystice & obsecrã. Primũ inquit iucundus homo: vt nos doceat eleemosynã esse cõmunitatem faciendam, hilaremque vultum & iucundum pauperi ostendendum. Hoc idem docet Ecclesiasticus dicens. In omni dato hilarem fac vultu tuũ. Et Apostolus in secunda epistola quã ad Corinthios scripsit ait. Non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorẽ diligit Deus. Cũ benignitate itaque fieri debet eleemosyna, & nõ cum asperitate, scriptũ est enim. Inclina pauperi aurem tuam sine tristitia. Et iterũ. Congregatio ni pauperũ affabile te facito. Sed hoc multo fecius faciunt illi, qui prius quã eleemosynã pauperi erogãt, miserum sexcentis questionibus sollicitã, illam ociofum, vagabundũ, perditũ appellãtes. Postea vero quam illũ mille confectum plagis, iniurijs quã plurimis affecerunt, quia illũ inermen & abiectũ iniurijsque paratissimum viderunt, dignũque estimãtũ, in quem arrogantia & superbia sua virus effunderent, vt virtutis causa se illud fecisse existimantur, & zelo iustitiae, exigui panis frustum imperrũtur. Contra hos loquitur Ecclesiasticus dicens. Datũ insipientis non erit vtile tibi. Exigua dabit & multũ improperebit: & apertio oris illius inflammatio est. Si tibi nõ placeat eleemosynã pauperi facere, noli illũ molestia afficere: satis enim miserã illi est, qui nudus

Psalm. 111.

Eccle. 35.

1. Cor. 9. Eccle. 4. Ibidem.

Eccle. 10.

Philip. 3.

nudus etiã hyeme ostiatim mendicat. Quod si ortum pauperis culpas, afferis; te hoc virtutis zelo & iustitiae reprehendere, quare nõ quã plurimos alios in otio viuẽtes respicis, qui leuibus mollissimis cubantes ad mediũ usque diẽ dormiunt, capibusque lautissimis fructibus, pretiosissimisque vestibus ornati, toto diei spatio nulla alia in re occupantur, quam vt vitam huc illuc deambulent, nihil boni operis praestantes? A quibus omnibus ita alienus est pauperis status vt nihil remotius esse possit: huius enim dormit, ostiatim victum quaerit, fameque conficitur. Quare igitur pauperem tantummodo reprehendis iustitiae amator, cum insignia in ciuitate relinquis? Quia hic pauper est, alij vero diuites. Quod diuites esse accinguntur, & ornantur, in virtutibus suis laudandi sunt: pauper vero, quod nihil aliud praeter fragilem arundinem habet, in quam infirmum vicerofumque corpus inclinẽt, ideo pro quocunque vel minimo peccato quasi pro maximo delicto reprehendendus, & pãniendus est? O summa mortalium praeparationem, & mundum funditus perditũ & insanum. O hostis diuini nominis, tuique proprii sanguinis & naturae quid furis? Tanta ne existimas Deum esse patientem vt ferre possit te, qui caponibus dapibusque alijs lautissimis ad nauisam satiatas ante ostium tuũ egressus ad digestionem & exercitium moliter incedas, veste pretiosissimis martium pelibus sociata, lingua effrenata tua & proterua miserum pauperem reprehendere, quia te nihil aliud quam exiguũ duri panis frustum proposito I. E. S. V nomine contendas? Si tanto iustitiae zelo & amore teneris quare prius te ipsum non reprehendis & emendas, vt postea iuste possis errabundos & ociosos quosuis populi accusare? Nam pauperes nulla ratio te mouere debet, quare accuses: illis enim satis est miseriarum, vt & pro peccatis si qua habent insufficientem poenitentiam agere possint. Tu enim qui multis maioribus criminibus infectus & coinquinatus viuus, more Epicuræorum, Sardanaqualiẽque & eorum, quibus, vt Apostolus ait, Deus venter est, viuẽs, nullamque poenitentiam agens: quo iure poenitentiam agentibus pauperibus teque melioribus insulabis? Ideo David in hac autoritate, quam interpretamur, coniunxit hominem cum iucundo dicens. Iucundus homo: vt tibi in memoriam adducat te esse hominem, quem decet humanitatem & suauitatem

rem in pauperibus ostendere. Nec existimes te qui diuitias & nobilitatem maiorem paupere fortitus es, ideo de auro vel argento vel alia nobiliori, quam pauperem materia fuisse formatum. De eadem enim humo, eaque vili & abiecta massa omnes pauperes & diuites surreximus. Meminto praeterea te esse mortalẽ, corruptibile, fragile, tantisque miserijs subiectum quantis quilibet alius, quantumuis pauper sit: quem si humaniter receperis, benigniter allocutus fueris, te omnibus miseris multo meliore iudicabis. In quo audi Esaiã dicentẽ. Si videris nudũ operi eum, & carnẽ tuam ne despexeris. At pauper caro tua est, quare igitur carnẽ tuã despicias? quare tui ipsius hostis eris? Ideo exclamat David dicens. Filij hominum vsque quo graui corde filij hominum non Leonum, aut Luporum, quare non seruas inuicem humanitatem inter vos, si filij hominum estis? Quare corda plumbea habetis cum carnei sitis? &c. Vt autem iam tandem haec duo Psalmita dicta cõcludamus, vide quid dicat scriptura. Non exasperes pauperem in inopia sua, & cor inopie ne afflixeris. Danda est igitur eleemosyna summa cum lætitia: qui miseretur in hilaritate, vt ait Paulus. Ideo in scriptura per oleum, per quod significatur misericordia significatur etiam hilaritas. Ideo in Psalmo habetur. Vt exhilaret faciem in oleo. Et alibi. Praeterea eã vnxit te Deus tuus oleo laetitiae. Hoc Christus insinuare voluit cum dixit. Cum ieiunas vnge caput tuum. Hoc est, hilarem te ostende, & ne sis sicut hypocrita tristis. ¶ Verum vt ostendat egregius Psalter, qua intentione & quibus faciendã sit eleemosyna, addidit dicens. Qui miseretur. Eleemosyna enim à visceribus misericordiae in pauperem procedere debet, ubi omnia merita fundantur: & omne bonum opus prius radices agere debet quã re ipsa appareat. Pluris facit Deus viscera charitatis à quibus omnia pietatis opera procedunt, quacunque boni operis magnitudine. Respexit enim dominus ad Abel & ad munera respexisse dicitur. ¶ Qui miseretur etiã inquit, vt doceat nõ diuitibus, aut huius mundi potentibus erogandã esse eleemosynã, sed pauperibus solum. Misericordia enim miseriam denotat: vt de obiectu misericordiae propriũ, miseria est. Quare illius nunquã miseretur: qui nulla in miseria constitutus est. Infans enim esset, qui diceret se beatorũ celesti

Esai. 58.

Psalm. 4.

Eccle. 4.

Rom. 12.

Psalm. 103.

Psalm. 44.

Mat. 5.

Gen. 4.

Luca. 16.

Psalm. 145.

Matth. 25. Prou. 19.

Gen. 41.

gloria perfruentum misereri. Nam cum beati omni prorsus miseria & incommodo vacent, in tam sublimi felicitatis gradu constituti: summa esset amentia si aliquis putaret eorum fortunam esse miseratione dignam. Cuius igitur te miserere debet? Minimè profecto: verum miseri pauperis, afflicti, infirmi, solliciti illiusque denique qui aliquam patitur fortunæ iniuriam. Statuit igitur hic Propheta regius David, pauperibus tantummodo & nō diuitibus, qui nullius indigent, faciendam esse eleemosynam. Hoc idem est, quod dominus superius consuluit dicens. Cūm facis prā dium aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque diuites, &c. Sed cūm facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos. Hoc idē admonet sapiens dicens. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tēpora inuocies illum. Hæc autem locutio metaphorica est: vtitur enim scriptura sapenūmero metaphoricis, alijsque tropis & figuris. Nam certum est Salomon hæc non intelligere de aquis marerialibus, sed de afflictionibus, angustijs, doloribus, & aduersitatibus. Eodē modo loquebatur sanctus pater eius David dicens. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Quis adeo de mēs est, vt tūc deat dicere, q̄ loquutus est hic David, de iustis aquis elementaribus: cum anima spiritus sit, aquæ istę materiales in illam ingredi nullatenus possunt? German⁹ igitur huius literę sensus est: quod Christus cuius anima sacratissima passionis eius tempore repleta erat malis, vt alio in Psalmo fatetur Propheta regius, hoc est, angustijs, tristitia, doloribus & pœnis, ait nūc æterno patri, orans patrem, cuius vnigenitus iuxta naturam assumptam minor erat, Saluum (inquit) me fac Deus: quoniam tristitia & afflictiones intrauerunt vsque ad animam meam: ita vt tristis sit anima mea vsque ad mortem. Habes ergo quod per aquas intelligit sapiens dolores, angustias, aduersitates, & alia huiusmodi. Mitte panem tuum, ait, super transeuntes aquas: hoc est, super pauperes. Soli enim pauperes, afflictionibus & laboribus afficiuntur. Solum pauperes, famē, sitim, frigus animiq; iniuriā sentiunt. In pauperes tantummodo cōditę sunt leges & statuta humana, pœnæ & supplicia excogitata. Si frigus est nihil nocimenti diuites capiunt: quibus vestimentorum copia, cami-

niq; luculenti ad calefaciendum, domusque superius inferiusque strata affatim sunt. Si solis æstus est: eodem modo diuitibus nihil nocere potest. Præterea, si frumenti ob anni sterilitatem respublica laborat penuria, lætatur diuites, quia frumentum suum pro libere sua tunc temporis vendere possunt. At pauper multo secius se habet: quippe qui hyme, frigore, æstate, estu conficitur tempestatumq; iniuria: ingructe fame solus famem patitur. Rursus concubinarij diuitis crimina & delicta publica, magistrat⁹ ecclesiastici faciliè dissimulant & conuiuent: pauperem vero anathematis ecclesiasticisque cœsuris grauius vrgent, vehementerq; cōsiliant. Quin etiam si pauper in extrema constitutus necessitate forte ne fame interiret, agnum vel hædum à vicini sui grege abstulit, centies vapulabitur: potens vero & diues, qui orbem vniuersum terrarum compilauit, rapinisque & spolijs vastauit, ab omnibus honoratur, & animosus, fortisque viri nomine condecoratur. Quare optimè dixisse habetur piratam illum Alexandro magno. Ego quia piraticam per mare exerceo vnica tātum nauis ab omnibus prædo increpatur, & tanquam prædo ad supplicium duco: at tu qui instructissima, celeberrimaque expeditione omnem terrarum orbem diripis & spolijs summa cum iniuria aliena regna occupans, ab omnibus magnus nuncuparis Alexander. Hinc notare poteris Christum dominum & saluatorem nostrum, cūm de pauperibus loquebatur, ritè dixisse. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, cūm etiam de afflictis verba faceret, dixit. Beati qui persecutionem patientur, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vnde aduerte quod cum de aliorum felicitate loquutus est adiectiuo vsus est: de pauperibus vero & persecutionem patientibus loquens substantiuo. Eadem autem oratione vtitur pro pauperibus & afflictis cū hoc verbo, est, & regnum cœlorum: quia procul dubio & pauperes & afflicti, vnus & idem sunt. Et ideo merito à Christo domino nostro in vna & eadem oratione coniuncti fuerunt. Quis enim persecutionem patitur? pauper. Diues enim ab omnibus colitur & laudatur, adeo vt etiam si aliquid inctisimum dicat, tamen omnes circumstantes nihilominus affirmant nihil subtilius Aristotelem dicere potuisse. At si pauper dū loquitur, aliquid etiā grauisimū Salomonēq; dignissimi-

Eccle. 13.

Reg. 4.

Matth. 5.

Eccle. 19.

mū offerat ab omnibus interturbatur, reprehenditur & deluditur. Vnde in Ecclesiastico habetur. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt & verbum illius vsq; ad nubes perducit: pauper loquutus est, & dicunt. Quis est hic? Et si offenderit, subuertent illum. Eo autē uerba cordis euasit hoc malum, vt iam vulgò vsurpato soleat loco prouerbij. Cōcilia mihi fauorem, ego tibi inuitiam concedam, &c. Horū igitur pauperum afflictorum, varijsque incōmodis megentiū, misericordia debes moueri: ijsq; faciendā esse eleemosyna, qui afflictionū & laborū aquas pertranseunt. In vacuo enim vase liquorem funde, & non in pleno. Eliseus enim vasa vacua impleuit oleo infuso. Ita etiā tu in pauperem opibus, omniq; domestica supellestie vacuum & egentem, animaq; omni consolatione destitutum afflictum, oleū misericordię infundere debes: non in diuitē, qui quam plurimis bonis opibusq; abundat. Nunc vero nihil solet nisi habenti cōcedi. Nō enim mittuntur caponū paria nisi ad illū qui centena in pœnore suo habet. Tu autem ceruū ad eum mittis, qui cū viginti millia nummū quotannis redditiū suorum colligat domū habet auibis, vitulinā, ceruinā, alijsq; carnibus adeo repletam, stomachūq; ab hesternā nocte, ciborū multitudine & digestitate ita affectum vt magis videatur fame ad digerendum cibum, quam cibo ad nutriendum corpus indigere. Quibus nihilominus ita cōstitutis pauper, qui incœnatus accubuit, capitis labor, hesternā fame confecti atque exinaniti dolore, solusq; excruciatum nemine cōsolante, nec verbo quidem opem ferente. Ergo verisimū est fere neminē iam hac nostra esse tempestate, qui aliquid faciat nisi specōmodi temporalis. Das diuiti, vt retribuatur: colaris regis in timos, vt pro te intercedant: ueneraris parentes, vt gratiam eorū in eas. Qui omnes quam parū possint tibi omnibus opibus suis prodesse optimè perspicias, cum tibi vitam morte fuerit commutanda. Quāto ergo præstitisset pauperibus & egentibus bene facere, qui te postea in cœlorū domicilijs recipere poterunt, vt hic continet sacrum Euangelium. Sed inquires. Quomodo me poterit beatitudinis hospitio accipere pauper, qui criminibus dū vixit coinquinatus fuit, postea uero moriens in infernum est detrusus? Pauper quidem nō te recipiet: uerū eleemosyna, quā illi fecisti ante diuini conspectus presentiam clamabit. Audi Ecclesiasticum. Claude eleemosynā in sinu pauperis, & ipsa orabit te. Vides hic quomodo paupere non orante, ipsa eleemosyna Deū sollicitet? Ideo nihil ad te attinet examinare vtrum bonus vel malus pauper sit: sufficit enim tibi quęlibet esse pauperem vt merito adiuuandus: & fouendus sit. Ideo admonet sapiens dicens. De primitijs frugum tuarum da pauperibus. Pauperibus, ait, non diuitibus. Elaias quoque ait. Cum essuideris esurienti animam tuam & animam afflictā repleueris: orietur in tenebris lux tua, &c. Expēde quiddam non dicit, da, sed mitte. Non enim ait, da panem tuum transeuntes aquas, sed mitte panem tuum super transeuntes aquas: vt intelligas pauperes esse flores Dei esse, qui portant eleemosynam vt præsentent illam Deo. Sic beatissimus ille martyr Laurentius, qui thesauros, quos Syxtus ei reliquerat, pauperibus distribuit, Decio Cæsari, respondit. Facultates Ecclesie, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Ideo & tu si frumentum, oleū, & vinū, vestes, pecunias, vel quid simile uolueris recondere: ubi latrones non fuerint nec tinea consumet, mitte hæc in cœlum per manus pauperum, securum enim illic habebis thesaurum. Observandum etiam hic est quod ait, mitte panem tuum: nō in quā alienum, sed tuum. Contra illos qui porcum furati existimant se conscientia sua satisfacere posse, pedibus pœcudis pauperibus propter Deum erogatis. Eleemosyna enim ex proprijs bonis faciendā est. Sic sanctus ille Tobias dixit. Ex substantia tua eleemosynam fac. In Prouerbij quoque habetur. Honora dominum de substantia tua. Non inquam de aliena sed de tua, ait, substantia. Elaias etiam. Frange esurienti panem tuum. Beatus ille qui cum Zachæo dicere poterit Christo Saluatori nostro. Dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Deus bone quot sunt qui cūm antea pauperissimi essent, furtis, rapinisque postea quam diuites & potentes facti sunt, hospitia & monasteria edificanda sicellaque dotanda curant, vt mundo satisficiant, fide mque faciant se integerrimam uitā egisse: cū reuera alijs pauperibus tribuant, quod alijs eripuerunt. Horum autem sacrificium & eleemosyna inuisa sunt ante diuinū conspectum: illa enim uera commiseratio est, quæ in primis aliena docet restituere, deinde, debita solucere: postremò uero de proprijs bonis eleemosynam facere. Vnde in

Prover. 3. Esai. 58. Matth. 6. Tob. 4. Prouerb. 3. Esaias. 58. Luc. 19. Bb 2 Eccle.

Eccle. 24.

Ecclesiastico habetur. Immolantis ex iniquo; maculata est oblatio eius. Et iterum. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Sed videamus quid amplius dicat Salomoni, subtexens quod eius Dauid pater in autoritate dixit quæ interpretatur. Quia post multa tempora inuenies illum. Quod idem est cū eo quod dixit Dauid inquis, & commodat. Non ait quod dat, sed quod commodat: vt si bi post multum tempus reddatur. Quare nō debes existimare te petere quod pauperi tibi: illud enim sceneratis domino vt tibi cū summo scenore postea reddatur. Vnde Salomon. Sceneratur domino, qui miseretur pauperis. Vicissitudinem suam reddet ei. Quod si dicis hoc lucrum velim ego statim videre. Nam quod in mortem differtur seruis venit, nec dignum est ideo vt in tanto pretio habeatur. Audi in sano, sceneratorumque exemplum sume: qui quo cardius solutio fit, eo magis lætantur, crescit enim tempore scenus, ac subinde lucrum. Quare tu elemosynam pauperi concedens Deo sceneris, æreque alieno illum obstringas, quæ ratione moleste fers tibi in hoc mundo si debita tua non soluantur quorum potius scutare deberes vt differtur solutio si scaperes: quandoquidem pro patria elemosyna, quam in hoc seculo fecisti, tanta in celo premia te manent? Plurimum te consolari & corroborare hoc sapiens dictum debet, post multa tempora inuenies panem quem pauperi das. Multi existimant se as alienum contrahere eo tantummodo quod elemosynam faciunt. Quam plurimos nobiles & duites videtis qui ad ea quæ mundi sunt sibi que iucunda videntur, videntur ad cibum & potum, ceteraque huiusmodi præparanda, quantumuis magno are alieno oppressi sunt, tamen nihilominus largissimo animo vtuntur, effusissimasque faciunt impensas: at vero pauperi si elemosynam vt faciant rogentur, debita sua statim recensere incipiunt. Hoc autem inde prouenit quoniã ei tantummodo quæ in pauperes religiosos honestasque viduas & egentes infumunt perire, familiarumque suarum exitium existere putant. Vnde in omnibus quæ ad Dei cultum pertinent auari, parci, sordidique sunt: cū effusissimi sint in omnibus quæ ad honores reliquæque mundi stultitias attinent. Hæc autem labes communis est & hereditaria contagio in plerisque nostræ Hispaniæ nobilibus.

Prohe. 9.

Attendat igitur illi qui existimant bona sua defraudari, si qua opera pia faciunt illudque diligenter animaduertant quod in tertio, regum libro scriptum est. Accessit Propheta Elias, esuriens ad pauperulam quandam viduam in Sarepta Sydoniorum: quæ cum nihil præter pugillum farinae in fundo ollæ, olei que parum in lechyto haberet, tam è tanta extitit eius fides vt ex illis panem subcineritiū confecerit Eliæque dederit, quod sibi filioque suo referuarat, ne fame intèrrent. Quare merito est Prophetam audire dicentem. Hydria farinae non deficiet, nec lechyus olei minuetur. Eoq; modo ab eo impletū est, nam adeo multiplicata sunt oleum & farina vt diues facta sit illa muliercula quæ antea pauper erat pro elemosyna, quæ sancto fecerat Prophetæ. Sed dices. Ostende mihi pauperes tam integre piæque vita, vt cum Elia possint conferri: ego illis elemosynam faciam: vni ofis enim pauperibus ganeonibusque quorum vitam necio, bona mea erogare non placet. Falleris opinione tua: qui enim pauperi propter Deum elemosynam petenti non concedit, nec Eliæ Prophete concederet: nemo enim seruo daret, quod domino petenti negat. Vnde tu si Christianus es Euangelio credere debes, in quo tamquam Christus assidet, quod vni ex minimis meis feceris mihi feceris. Patet ergo si Christo in persona cuiuslibet pauperis petenti elemosynam nō concedi, te nihilo magis Eliæ petenti concessurum: sed potius multo minus. Quin etiam ausim affirmare eum qui tam duro & obstinato animo sit vt pauperi extreme indigenti & petenti elemosynam, si potest, nō erogat: non elemosynam facturum, etiã ipsi Christo de celo vt peteret descendenti. Dic mihi obsecro si Rex domum tuam veniens se tibi ignotū offerret causamque itineris exponeret se venando aberrasse à teque hospitium petens, fidem suam obstringeret, dices, polliceor tibi coram omnibus regni mei principibus, te apud me summam gratiam & beneficia consecuturum: nonne hoc summe sclicitatis tuæ tribueres, illique pro opibus tuis lautissimum conuiuium facere studeres, vxor, liberique tui huic illic concurrerent, vt illi in omnibus morem gererent? Dubium minime est, hoc te facturum, aliaque complura summo cum gaudio & studio. Dic igitur d homo Christiane audebis Christo gloriæ regi domū tuā se conferenti sub pauperuli imagine non conuiuium aut hospitium petenti,

Matth.

Luce. 9.

petenti, sed partium frustum panis tritamque subuculam quæ tibi vlti non est, pro quibus polliceor te cum venerit in potestate magna coram omnium curia celesti tibi gratiam relaturum, in quibus esuriui & dedisti mādūcare, sitiui & dedisti mihi bibere? &c. Audebis inquam si hoc ita futurum credis tam fido, liberique regi ostium claudere quod aperies infido, inopique huius mundi domino? Hoc autem hinc prouenit quod nullo modo boni Christiani dici possumus: si enim tanto nomine essemus digni & vt decet eos qui tā sanctam religionem colunt; pauperes nō modo hospitio benignè susciperemus, sed etiam illis pedes ablueremus, mensam sterneremus, genibusque flexis faceremus ministerium; Christum dominum nostrum in illis contēplantes; cuius causa omnia quæ pauperibus facimus, faciendū sunt vt eternam beatitudinē non huius seculi gloriam consequamur. O quantus est in pauperibus thesaurus. Felix enim illa regio dici potest in qua multi sunt pauperes, multo etiã sclicitiores & beatiore illi dici possunt, qui hoc summum Dei beneficium agnoscent in se esse collatum; quocirca quæ Deus manu pauperis eorum pulsat ostium, ipsi vero sancta cum diligentia & spiritu charitatis eodem; quo Zachæus hunc amplissimum dominum domo sua suscepit, eum accipiunt. Elemosyna tantum in se bonum continet, tantisque laudibus omnibus hominibus commendatur vt facilius initium quam dicens finem inuenire possit ille, qui eam laudare intendit. Verum vt concludamus psalterium beatissimi regis nostri Dauidis audiamus: qui proficens canticum suum postea quam dixit, elemosynam faciendæ largitorem debere esse hilarē, humanū, misericordem; in omnibus miseris & afflictis; hac potissimum de causa, quia omnia quæcumque pauperibus erogaret; non donaret, sed commodaret postea sibi eum magno scenore soluenda: ait nō do idem diuinis spiritibus sancti cantor. Disponer sermones suos in iudicio. Parabit quid respondet in die iudicii. Quando omnes gentes vniuersæque orbis terrarum populi coram illi iudicis tribunali consistent. Quibus ita ordine dispositis rogabit dominus misericordes dicens. Esuriui, dedisti mihi mādūcare, dedisti mihi bibere? Respondent liberales. Etiam domine. Rogabit item Fui hospes & peregrinus: & recepisti me. Respondent,

Etiam domine. Et sic de alijs operibus misericordiae. Quare d quam præclare ait Propheta regius Dauid. In die iudicii facile inueniet homines pii quid summo iudici respondant. Disponer inquam sermones in iudicio. Qui elemosynam faciunt in hoc seculo sermones suos disponunt in iudicio: in his enim operibus vt ait dominus sumus examinandi & rogandi in illo terribili & horrendo iudicii extremo die. Beatus qui intelligit super egenū, & pauperem in die mala liberabit eam dominus. In die inquam illa amara calamitatis & miseria liberabit illum dominus. Summum profecto consequeris honorem, tunc cum ante omnium gentium conspectum, diuinam que sanctissimam Trinitatis maiestatem consequutus libere, nullaque perturbatione affectus poteris Dei beneficio respondere: cū vel in hoc seculo vix aliquis possit coram rege vel principe aliquo aut publice verbis facere, quin summo inturbetur pudore. Impij autem & immisericordes pre nimia confusione turbati, iacebunt. Et quando fuerint rogati, esuriui non dedisti mihi mādūcare, nullum verbum facere audebunt, quia in pauperes crudeles existerunt, & ideo nihil respondere poterant. Sicut pilces capiuntur hamo, sic iniqui tempore malo. O summum bonum elemosyna, quæ te tanta perturbatione & opprobrio liberare poterit. Verum in hoc summe est consideranda bonitas & clementia domini, qui in hac vita nobis rogat de quo in examine & iudicio rogandi sumus: vt deinceps statim incipias idoneum excogitare responsum, quo diuinis quaestionibus satisfacias. Si illi qui licentiam aut doctoris gradum petit quem vt consequatur ab omnibus illius facultatis doctoribus & magistris examinandus est, antequam tam seueri subeat discrimen & iudicium vnusquisque illorum doctorum argumenta publice postea proponenda secretis reuelasset: nonne summum in eum beneficium esse collatum omnēs existimaret? Nemo dubitat. Ille etiam qui se examinandum obtulit cum argumenta nesciat non paruum subit honoris sui periculum. Qui enim apte propositis argumentis non responderet sepe numero gradus honore priuaret: quod illis euadere non potest qui multo apte argumenta, quam proponantur callent. A te de igitur quia bonus sit Deus quætaq; in oēs homines facilitate, qui cū in die iudicii nos seuerissimis quaestionibus sit inter

Psal. 40.  
Sopha. 1.

Eccle. 9.

rogaturus, æquissimoque examine mores nostros perpenſurus: tamen nihilominus tantū apud illum in humanum genus valet amor, vt nos prius de omnibus rebus quas rogandi sum⁹, certiores faciat: vt cognitis illis de quibus fumus rationem reddituri, facilius excogitemus quid nobis respondendum sit. Non vult nos incautos præuenire, cupit enim salutem nostrā & vt argumentis satis faciamus: ideo nos deinceps admonet omnium, quorū cura nobis incumbit & administratio. Vnde colligitur quantum gaudeat, quantamq; capiat lætitiā dominus si recte quis ad interrogata respondeat: cū nihil aliud intendat in hoc seculo nihilque magis studeat, quā vt nos officij nostri admoneat. In quo summē est consideranda Dei bonitas. Quare nulla alia re magis lætabitur quam si recte responderimus, salutem que fuerimus cōsecuti. Quod omnino penes nostram est potestatem & arbitrium si in pauperes misericordes esse voluerimus. Sed dicat aliquis. Ergo nihil aliud opus est ad consequendam beatitudinem præter misericordiam in pauperes? Nam si quis ambitiosus, luxuriosus que cum sit omnia misericordie opera in pauperes præstiterit: consequetur beatitudinem? Pater nullo modo illam posse consequi. Paulus enim ait. Si distribuerō substantias meas in cibos pauperū, & tradidero corpus meum, &c. Charitatem autem non habeam nihil mihi prodest. Respondet tamen crudeles & immites homines potius quā alio; à Deo fore examinādos: quia in hoc crimine datur pars lætitiæ, quæ merito de sibi debitis queritur, non solutis ab illis qui maxime soluere tenebantur, verbigratia. Si hic homine aliquo interfecto nulla inuenitur pars, quæ illius mortē expoſulet magistrat⁹ de officio suo interfectore punire potest. Veruntamen si interfectore illo priorioris imperu cuitato, veniam ab rege impetrarit qui illud libere vel concedere vel negare potest nulla parte expoſtulant, deinceps omnijudicij instantia solutus manet. Hoc autē minime fit si aliquis inuenitur læsus, filius, vel nepos, vel vxor, vel parens defuncti. Rex enim nec alius princeps non potest pro libidine sua sententiā ferre, nisi partibus plenissimē restituatur. Sic in die extremo iudicij quem admodum Ninivite in Iudæos, sic pauperes in diuites consurgēt. Tunc autem demum apparebit coram diuina maiestate vidua, quā tu fame perire passus es, dicens. Domine iu-

1. Cor. 13.

Mat. 12.

sticiam tuā imploro in hūc diuitem, qui mihi fame, omniumque rerum penuria periclitanti subuenire noluit. Attende igitur o infelicissime auarissimeque homo vt videas miserorum pauperum egestates, corā supremo Dei tribunali clamantes iustitiam implorare. Sic ait dominus. Vidua & pupillo non nocet bitis: si læseritis eos, vociferabūtur ad me, & ego audia clamorem eorum. Deus enim nec surdus est, nec aliquo laborat auditus vitio: quominus omnes pauperes clamantes exaudiat, vt idem hic ait. O homo flagitiosissime, quare non aduerſis te flagitijs tuis diuinam liberalitatem abſterre: & iusticiam prouocare? Horrēdum etenim iudicium illos manet, qui in pauperes in hoc seculo immites fuerunt. Quod si mihi non credis, audi Iacobum dicentem. Iudicium fiet sine misericordia, ei qui non fecerit misericordiam, Illud etiam in fortunatissimē hominum iudicium subire audeas Dei seuerissimum, cum tu prius impietate tua eius misericordie ostium obstruxeris præsertim cum omnia illa quæ pauperibus donas centupla in altero seculo sis consecutus. Da altissimō ait Ecclesiasticus secundum datum eius: vt magis, ac magis multiplicet tibi dona sua. Siquidem igitur & in hoc seculo, & in altero omnia quæ pauperibus cōcedis cum multo favore tibi reddentur: ne in pauperem immitis sis, & immisericos. In quo Ioannem audi dicentem. Qui habet substantiam mundi huius & viderit fratrem suū necessitatem habere, & clauerit ab eo viscera eius: quomodo charitas Dei manet in illo: Stude igitur nunc vt pauperes tunc amicos habeas & patronos: Deus enim elemosynarum intercessione tui miserabitur. Nam misericordes (teste Christo) misericordiam consequentur: è contrario vero immisericos in tenebras exteriores eijcientur, sicut ille iniqu⁹ seruus qui pximo suo iam misericors fuit, & crudelis. Sed tempus est vt ad contextum beati Luca: iā reuertamur. Et audiamus quid Saluator noster Iesus Christus vterius dicat. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, in maiori iniquus erit. Alterum documentum elicit ex parabola, de pena inquam mali dispensatoris facultatū temporalium: propter quod ponit duas regulas. Prima, Fidelis in minimo, est quoque fidelis in multo. Iniquus in minimo, est quoque iniquus in multo. Et ambæ sunt veræ per se intellectæ. Hoc est. Qui ex fide recte se

Exod. 22.

Iacob. 1.

Eccle. 31.

1. Ioan. 1.

Mat. 5.

Mat. 25.

habet

habet in dispensatione rerum quantumcunque paruarum, multo rectius se habere ex eadem fide dispensando res magnas. Et similiter, qui ex iniquitate male se habet dispensando minima, multo peius se haberet ex eadem iniquitate dispensando maiora. Res minime sunt terrena, maiores autē spirituales: vt prædicatio, administratio sacramentorum, quæ ad prædicatores, & Ecclesiæ prelatos pertinent. Vnde Paulus ait. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Vnusquisque videat quomodo dispensat. Auari qui in temporalibus infideles sunt, non erunt fideles in spiritualibus: è contrario qui fidelis est in minimo, erit in maiori. Itaque qui fidelis est in minimo remuneratur, cum ei maius committitur. Et qui infidelis est in maiori punitur, cum ei modicum auferatur. Quapropter ex hoc loco ad tuā eruditionem discet quod sicut Deus opus bonū alio bono opere remunerat dās in temporalibus fidei bona spiritualia: sic è diuerso peccatum peccato punit. Vis horum exempla videre: quomodo Deus vnum bonum opus, alio bono opere muneret? Exemplum habes in Abraham, nam cum primo iussioni diuinæ obtemperasset cognationem suam reliquerat, semper maiora dona gratiæ percepit donec tantam fidem acquireret, vt in spē contra spē crederet. Propter quod & merito pater omnium credentium, & pater fidei appellari meruit, & omnibus in exemplum proponi. E contra, Philosophi cum naturali dono intellectus abusi sunt, traditi sunt in reprobū sensum, vt facerent mala. Sicque Deus peccatum peccatoe puniuit. Hæc eorum dant, vt discamus bene, vtj Dei donis bene mereamur: illa amittere. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuisset: Hic est, si in temporalibus diuitijs dispensans dñs nō fuisset fideles, fidelitate inquit, ad iusticiam pertinet, ea erogādo pauperibus & Ecclesiis, secundum quod in sum est, spernēdo temporalia pro spiritualibus. Quod verum est, quis dicit vobis? Hoc est: Bona spiritualia & interna vobis diuinitus præparata, quis cōmittit & tribuet vobis? Quasi dicat: Indigni estis huiusmodi bonis, imo & prælatura, spiritualiumque dispensatione. Auari, ambitiosi, & iniusti, qui in temporalibus infideles sunt, non erunt fideles in spiritualibus, nec boni prelati esse poterunt: quia ad sua dommoda ad temporales honores, carnalesque delicias, impie reflectuntur. Sed miser-

1. Cor. 4.

1. Tim. 12.

1. Tim. 4.

1. Tim. 1.

cors & compatiens in pauperes, & proximum quarens salutem, dignus est, vt ei credatur maiora, sicut Paulus Timotheū horratur. 1. Tim. 4. Esto inquit fidelium exemplum, in verbo, in cōuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Et ad Titum. In omnibus te ipsum præbe exēplum bonorum operum, in doctrina & integritate, &c. Sequitur. Et si in alieno fideles non fuisset. Idem sub alia ratione repetitur. Quod prius dixit iniquum mammona, modo appellat alienum: quia quidquid seculare est, alienum est à perfectione animi. Et propterea si in alieno, hoc est in rebus temporalibus quæ minima sunt fideles non fuisset? Quod vestrum est. Genus spiritualium quod vestrum est, quod non potest à vobis iniuste auferri: quod ad perfectionem vestri animi spectat, quod multo maius est toto genere secularium. Quis dabit vobis? Quasi dicat. Nemo vti que. Vnde Paulus ait. Si autem domui suæ præesse necesse est: quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Pro maiori autem huius literæ explanatione aduerto, quod bona temporalia hic Christus aliena vocat, quia propria nostra nō sunt: illa enim nostrum esse dicitur quod est in plena nostra potestate & libertate, & quod inuitis nobis auferri à nobis non potest. Quapropter cum bona temporalia corpus nostrum, & vita, & quidquid habere videmur, possint à nobis auferri etiam inuolentibus, nō nostra sed aliena esse dicuntur. Hanc credo esse causam; cur Deus præcipit vt eum diligamus: quia nihil nostrum est nisi voluntas, quæ in nostra plena est potestate, & libertate. Et cum homo non possit dare nisi illud cuius dominus est, & nihil sit nisi voluntas, in eius libertate & dominio, hanc à nobis exigit, vt diligendo eum tribuamus; solo enim amore potes. Deo soluerē quod illi debes, propriam voluntatem tuam negandō, animumque tuū illius tradendo amori: hæc enim terrenā valde alienā sūt à nobis. Vnde Democritus dicere solebat. Qui animum caritate ipsum curat, qui vero corpus, non se, sed sua curat: qui autem pecuniā nō se, nec sua, sed valde alienā curat. Ideoque migrātes de hoc seculo, nihil rerum temporalium ferre nobilium poterimus: Quapropter in primo habetur. Homo cum inuenerit, nō sumet secū vniuersa. Aqua suū transiens non est allicuius propria: transit enim per ciuitates, vt vniuersique sumat & satis sit. Sic diuitiæ nō sūt riuus, quæ per tot hominū manus tranſerunt. Hæc

1. Tim. 3.

Leg. Aug. li. 2. quæst. 1.

euang. c. 35.

Psal. 48.

Psal. 61.

ratione dicit David. Diuitie si affluant nolite cor apponere. Diuitie in modum fluij ita vt fluunt defluunt, non est aqua fluij illius cunctis, apud quam fluius transiit, sed ad necessitate suam potest vnusquisque inde sumere. Sic licet bonis temporalibus vt ipsissimus ad necessitate nostram, nostratamen non sunt: quia si nostra essent mors ea a nobis auferre non posset. Quando aliquis sedet ad mensam alieius potentis ponuntur ei multa ferula in panis aureis & argenteis, in quibus ille solus usum habet. Si vero aliquis per simplicitatem crederet discos & vasa illa esse sua & velle ea secum auferre, ianitor ad ostium resisteret, & ostenderet illi non esse sua. Ita multi diuites stulti putat hanc temporalia sua esse: mors tamen contrarium ostendit cum dicit. Nihil intulit in hunc mundum, nec quicquam auferre potestis. Vnde satis cognoscit non potest cuius sint, modo bona que tu & mundus possides: mors tamen veniens cum tibi ab hoc mundo discedendum erit, omnia bona tibi eripiet, & que in sepulchro, tenet amicum si non daret: Quod satis magni argumentum est omnia que in hac vita possides tua non esse: siquidem tibi inuito eripi possunt: tu autem ea moriens auferre tecum non potes. Expende etiam quod cum loquuntur de bonis vite dicitur, quis crederet, id est committeret: sed de bonis spiritualibus dicit quis dabit, quia bona vite dicuntur committi homini, quia de eis redditurus est rationem.

¶ Obs. ruandum praterca, quod contra iniquum manam nona, hoc est diuitias temporales, & regione posuit quod verum est, significans per hoc non esse vera bona, sed apparentia, & instrumenta quorundam veri boni temporalis diuitias. Et similiter contra aliterum posuit contra, quod vestrum est: significans per hoc quod spirituale bonum est nostrum proprium. ¶ Denique obseruandum quoque est quod hec parabola ad duo inducta est. Primum, vt homo, his rebus temporalibus eleemosynis & operibus misericordie amicos paratos sibi conciliet: qui post mortem cum recipiant in eterna tabernacula. Secundo vt sciant diuites bene dispensare: nam aliam incurunt pena, quia Deus videlicet bona spiritualia non dabit illis qui negligentes fuerint circa terrena & temporalia. Debet igitur ne parui pendamus administrationem rerum temporalium: nam abusus, in hoc indignum reddunt hominem vt illi spiritualia dantur de-

na, quod satis clare ex hoc contextu elicitur. Sed procedamus. *Nemo seruus potest duobus dominis seruire.* Dixerat de eleemosyna ergo da pauperibus, & contra auaritiam predicauerat: modo autem ostendit, non posse auaritie, & Deo quemquam simul seruire. Intellege quod nemo potest seruire duobus dominis contraria praeipientibus: nam si eadem imperent ac velint iam tunc non duo domini, sed vnus censetur esse: quia vna est amborum voluntas. Et quia diuitiarum abundantia saepe inimica est Deo: qui huiusmodi vanitibus seruit, nequaquam Deo seruire potest. Contraria enim sunt leges mundi & leges Dei inter se, carnis & spiritus, terrenarum rerum & celestium bonorum. Vnde Paulus ait. *Quae participatio iustitiae cum iniquitate: & quae societas lucis ad tenebras: quae autem conuersio Christi ad Belial? Quapropter cum haec tam diuersa & contraria sint non poteris simul his duobus dominis seruire, vt idem Paulus alio loco fateatur dicens. Non potestis mensae domini participes esse, & mensae demoniorum. Vnde quemadmodum im possibile est altero oculo terram, altero vero caelum simul aspicere: ita etiam fieri non potest vt Deum simulque huius vitae bona inordinate diligas. De Samaritanis ait scriptura rem admiratione digna rursusque dignissimam: quod Samaritani dominum colebant & vna dijs suis seruiebant, iuxta consuetudinem gentium. Hoc idem quam plurimifacere volunt: qui Deum colere simulantes, huius mundi idola relinquere nolunt. Præterdunt castitatem sed nolunt visitationes & consuetudines periculosas vitare. Volunt haberi sancti, sed nihilominus in delicijs voluptatibusque esse cupiunt. Afferunt se omnia quaecunque debent, velle restituere, iuxtaque Christianam pietatem viuere, eleemosynam pauperibus facientes: cum tamen mundi fastum, vitæque luxum non deserant. Iste loquitur Eliaias dicens. Pallium breue est, vitrumque operire non potest. Quasi dicat. Non est tantus redditum tuorum proventus, vt tantam familiam alere possit, tantoque luxui sufficere, & prater ea es alienum quo deuiens tenentis solvere. Alter igitur duorum dominorum tibi est desituendus. Præstat igitur, vt mundum desitias fastum & proditorum, antequam ab eo cras aut perendie desitias. Quod si feceris officium boni Christiani præstiteris, siquidem vnus Deo & mundo simul seruire est impossibile, te recipias*

2. Cor. 6.

1. Cor. 10.

4. Reg. 11.

Esai. 31.

1. Reg. 5.

mores corriges, vitam que deinceps reformabis. Philista in templo cuiusdam idoli, quod vocabatur Dagon atque sedes Israelis comprehensam collocauit, surgentesque primo mane, die crastino inueniunt idolum ante arcam deiectum: qui licet sepe sepius enixi fuerint idolum cum arca coniungere, nunquam potuerunt. Hoc autem nihil aliud significat nisi Deum nullo modo prepeti, se idem templum & altare cum dæmone habere. Non vult enim Deus esse vbi vitiorum tuorum idola sunt: quæ tu veneras. Si igitur vis vt Deus in cordis tui templo habitet, opus est vt vitia prostrata & deiecta ante illum incoant. Tunc tamen et stetit in altare idolum erectum, postea quam arca foras extracta est. Eodem modo si tu arcam Dei de corde tuo eiecisti, id est, eius religionem & pietatem, illico vitia tua summant in te obtinebunt potestatem: vnde si arca religionis & pietatis diuina in te constitit, nulla erit iniquitas: mundus, caro, & demon, omniaque vitia ante pedes tuos quasi victa prosternantur. & a te penitus recesserint, quia vt iam saepe diximus vt inique insatiare domino impossibile est. Non fuit datum populo Israel celeste manna, donec consumpta est farina quam ab Aegypto secum portauerant: nec tu etiam poteris diuina felicitate frui, donec omnino omnino mundi amor, in te fuerit consumptus: & a te penitus recesserit. Quem admodum enim manna & farina Aegyptiaca simul non possunt duntaxat sic tu his duabus voluptatibus & appetibus Dei & spiritus, mundi & carnis frui non poteris. In hoc autem perspicere visis quam vilis nulliusque pretij sit consolatio humana: siquidem diuinam impedit. Sicut stomachus illius, qui aduersa laborat & leuidat, si malis humoribus oppressus sit, cibum qui datur non sentit: sic illi qui aliorum vitam etiam, & caparum Aegypti voluptate capiuntur, celestis cibi dulcedinem percipere non possunt. Si ergo Deo plane perfrui, illiusque suauitate sentire vis: oportet ut omni genere mundanæ & libidinose consolationis vaces. Nam quemadmodum filijs Israel non fuit manna in deserto eo accessum, nisi desiciente Aegypti farina, quæ finita deinceps nunquam illis illud celeste manna desinit donec desinisset: ita te promissionis comedere poterunt: ita & tibi non se Deus exhibebit: tanquam celestem cibum nisi desicientibus in te vitijs quibus omnino abs te se paratus huiusque vitæ peregrinatione conse-

ta, celestis gloria, que vera promissionis terra est, largissimi tibi fructus porrigentur. Præterea, si relicto mundo diuinam felicitatem es adeptus: & relicto Deo in summam huius mundi miseriam, æternamque supplicia necessario recides ne committas vt tantilla voluptatis pretio æternam priuicris beatitudine. Suavis enim est diuina consolatio, ea tamen non conceditur illis, qui alienam & peregrinam consolationem admittunt. Quamquam multi sunt qui vtramque consolationem Dei, scilicet, & mundi habere velint. Hos alloquitur Propheta Sophonias, ex parte Dei dicens. Disperda qui iurant in Melchon, & iurant in domino. Per Idolum & per Deum iurabant, & vtrique seruire conabatur: sicut illi Samaritani de quibus modo loquebamur. De his condolet & miseretur Ecclesiasticus dicens. Vnde duplici corde, &c. Et peccatori terra ingredienti duabus vijs. Ingrederis duabus vijs Deo inferni te & mundo inferuire intendens simil. Quid igitur itineris facere potes cum duabus vijs ingrediaris: Isti claudicant duabus vijs more illorum quibus Helias dixit. Vt equo claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus sequimini eum si autem Baal sequimini eum: sequimini vel Deum, vel Baal: nam impossibile est ambobus simul inseruire. Cum Pharaon permitteret Hebraijs vt Deo in Aegypto victimas immolarent, respondit Moses. Non potest ita fieri. Abominaciones enim Aegyptiorum immolabimus Deo nostro? Fieri non potest, vt Pharaoni, hoc est, vt diabolo, et Deo simul seruiamus. Cum ingrederetur Iesus in templum ciecit vendentes & ementes, quia non possumus seruire Deo & mammonæ. Nam neque ignis & aqua simul esse possunt: nec item duobus dominis tam diuersis seruire possibile est. Sed, quare non possumus his duobus dominis simul seruire? Audi quod sit inconueniens. *Aut vnum vnum odies, & alterum diliget: aut vnum adhaerabit, & alterum contemnet.* Christus dicit. Qui non est mecum contra me est: qui propter me Christum diligit diabolum odios, qui contrarius illi est. At si diabolo adhaeres, pernon permittem affertis, ea videlicet cupiditate & amplectendo que diabolo placant, vt sunt opera vitiosa. Idem contemnes. Impij enim adhaerent diabolo sicut membra capiti: quia diabolus caput est omnium impiorum, & ipse sua suggestione pestifera influit in eis vitam iniquam: multorumque motum. Contemnet autem Deum, eius præ-

Sopho. 8.

Eccle. 3.

1. Reg. 18.

Exod. 8.

1. Ion. 2.

Luc. 11.

Enarrat. in Cap. XVI.

cepta paruipendendo, & transgrediendo: & vana ac vilia ei praeferendo. ¶ Obserua autem quod cum locutus fuit de diabolo non dixit, diligit, sed adhaerebit: quia peccator non amat diabolum quamuis ei consentiat. Et de Deo non dixit odio habebit, sed contemnet: quia nullus potest odire Deum quatenus Deus est, sub ratione deitatis: quia secundum se cum sit summa bonitas, odiri nullatenus potest. De diabolo etiam dicit, quod si qui Deum diligunt, illum odiunt: sed impij qui Deum contemnunt ei adhaerent, sed non dicit quod diligunt. Quia cum obiectum voluntatis sit bonum: diabolus qui malus est diligi non potest. ¶ Expende etiam quod in Euangelio Matthaei de illo qui diabolo seruit, non dicit quod adhaerebit, sed quod sustinebit quod idem est: nam qui Diabolo adhaeret illum sustinet, & portat maximum onus super humeros suos. O maxima & absurdissima peccatorum stultitia: ut Deum, qui illos portat contemnunt: & diabolo seu mundo & vitijs adhaereant. De hoc dominus per Esaiam conqueritur dicens. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel: qui portamini a meo ve-ro, & gestamini a mea vulua. Usque ad fenestram ego ipse, & vsque ad tahnos ego portabo &c. Lege quae sequuntur in ipso Esaiae capite quadragesimo sexto: ubi Deus constituit differentiam inter se & idola, quae ab illis colebatur, quam differentiam hic repetit noster Euangelista: Arde o Israel differentiam, quae inter me est: & idola a te adorata: Ego te humeris portor, tu autem I dolatula: Ego te in visceribus meis gesso, tu autem adoras, humerisq; tui baiulas Deos tuos, quos de auro & argento confecisti. Ego tibi iouissimum onus in portu grauissimè grauatules mundo infernas humerosq; oneris magnitudiae attritis & vlceratòs habes: Si peccator accideret quòtienscumque Deum deseruit: & mundo appro-pinquans illud relinquere. à quo in vlpis portatur in summisq; delicijs habetur; peccatq; grauissimum cum subeat onus intolerabile humeris suis suscipere: nullo modo auderet, tam suaue benignum & magnificum Deum relinquere, qui onere leuiter laborates ornataque peccati intolerabilia pondera suscipiens, humeros peccatorum relucet & recteat. Tu autem qui idem non facis quod arenarij in foro facere solent: Qui antequam onus humeris suis suscipiat, aut de pretio vnum verbum tecum faciant, latcinam bruiandam manibus

Matth. 6.

Esai. 46.

pertentant: vt si eam portare non potuerint iacturam temporis non faciant, nequidquam de pretio, aut de via conuenientes. Eodem modo tu si sapias facere debes. Prius enim quam cum Demone aut mundo conuenias perspicere diligenter opus est, vtrum possis sustinere onus peccati humeris tuis imponendum. Quod si feceris non dubium est quin subito rus non sis tantum onus humeris tuis, etiam si vel mundus vel demon tibi pro eo sustinendo centum mundorum millia concederent. Non ignorabat quam graue onus esset hoc ille qui dixit. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Eijce ergo onus graue diaboli quod sustines, & Christum dilige, cuius onus leue est & iugum suauis: si quidem vtrique simul inferuire impossibile est. Vnde in sequentibus dominus ait. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Dixerat prius, nemo potest duobus dominis seruire: & nunc declarat se dicens, quod isti domini sunt Deus & diuitiae. Sed diuitiae nonne ad seruitium hominis creatae sunt? Quis mammonam fecit dominum? Nos fecimus diuitias dominas quasi obedientiam dedimus eis. Rex cum homo sit quem admodum ceteri homines eiusdemq; conditionis, quis cum dominum fecit obedientia à ciuibus suis praestita. Sic nos diuitias quae ancillae nostrae sunt, facimus dominas eis obediens. Pecunia enim omnia obediunt: Sed de his alijs. Expende quod Christus non dixit. Non potestis Deum & temporalia bona simul habere: sed non potestis Deo seruire & mammonæ. Aliud enim est habere bona temporalia, & aliud illis inferuire. Diuitias enim habere, per se malum non est: quinimo benedictio est Dei; vt in prouerbij Salomò dicit, Benedictio, inquit, Dei, diuites facit. Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Loth, Iob, & multij diuitias habuerunt plurimas, & perfecti fuerunt, & amici Dei appellati sunt. Seruire autem eis ita, vt non illis utatur, vt auari qui serui sunt diuitiarum: hoc iniquum & abominabile est. Dormierunt inquit Dauid somni suu, & nihil inuenerunt vni diuitiaru in manibus suis. Itaque istis terrenis rebus seruire: & Deo qui cor nostrum totum & liberu querit, nullatenus fieri potest. Praeterea aduertendum est, quod cum ait, non potest, intelligendum est in sensu composito, non tamen in sensu diuiso: sicut quod antea dixerat: Nemo potest duobus dominis seruire. Potest enim quis

Psalm. 117.

Matth. 23.

Eccles. 10.

Prov. 16.

Psalm. 77.

duobus

duobus dominis seruire in sensu diuiso, hoc est pro diuersis temporibus, diuidendo temporis: in sensu composito & simul impossibile est. Sic Turcam non posse saluari, verum est in sensu composito, si uiuat, scilicet vt modo uiuit, sed in sensu diuiso falsum est: quia si conuertatur ad Christum & bene uixerit saluabitur. Vnde quicunq; infidelis & impius in hac vita saluari potest in sensu diuiso, quia potest in melius mutari. Sic in sensu composito intelligendum est, id quod Ioannes ait in sua prima Canonica. Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Sic & illud Pauli ad Romanos. Sapiencia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Quamdiu enim est inimica Deo, inueniente hac inimicitia legi Dei subijci non potest: sed in sensu diuiso potest non esse inimica Deo, & tunc subijci. Sic etiam intelligendum est illud eiusdem Pauli. Non potestis metum esse participes, & metum esse demoniorum in sensu composito, non tamen in sensu diuiso. Multa etiam sunt propositiones in scriptura his similes. ¶ Legitur cum vtrique domino seruire non possimus, cui istorum seruiendum est? Vique adhuc ostendimus, quod duobus dominis seruire non possumus, mammonæ, scilicet, & Deo, diabolo & Christo, carni, & spiritui, nec mundo & regno caelesti: quia isti domini contrarij inter se sunt: & quod vnus praecipit agendum, alius iubet non esse faciendum. Nunc operapretium est scire cui potius seruiendum sit. Videmus horum dominorum condiciones. Primo diabolus praecipit difficilia: Christus contra facilia & iucunda. Secundo diabolus non dat suis cibum, nec eos alit: at Christus cibum optimum suis dat, & eos reficit pane dulcedinis. Tertio, diabolus non dat stipendium nec premium suis: sed Christus seruis suis dat vitam aeternam, & caelestem beatitudinem. Vtrique igitur, aequus est vt inferuias: Domino qui seruos suos laborare cogit nocte dieque vsque ad fellis eiectionem, nec illis vestitum, cibum, aut premium vllum pro tanto seruitio praebet, sed potius illos grauissimis penis afficit: an potius illi domino, qui seruis suis nihil nisi facillimum imperat, illis que omnia necessaria suppeditat, in fineque perpetuam requiem & beatitudinem, amplissimaque premia concedit: Non dubium est, quin si sapi malis potius Deo inferuire seruituti diaboli

1. Ioh. 3.

Rom. 8.

1. Cor. 10.

renunciatis: si quidem Deo inferuiens in hoc secundo iucunde in altero vero feliciter uiuere poteris. Mundo vero si inferuias cum summis hic afficeris laboribus tum post mortem aeternis sudicijis conficeris. Sed singula haec expendamus. ¶ Primo quod diabolus vel mundus difficillima praecipiat clarissimum est. Etiam si omnes homines quotquot, ante hac, vita functi sunt nunc resurgerent, nemo illorum omnium, esset qui affirmare posset, se in hac vita vel semel legitimum sine tristitia, prosperitate sine aduersitate habuisse. Praeterea tam graue est demonis seruitium, vt Deus per Prophetam Hieremiam dixerit. Seruietis dijs alienis; qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. In cuius confirmationem duo hic adducam testimonia, eorundem hominum mundo inferuentium. Alterum victorum, alterum vero mortuorum. Viuorum tale est testimonium ditiissimi & sapientissimi Salomonis dicentis. Aedificauit mihi domos, plantauit vineas, feci hortos & pomaria &c. Et vidi in omnibus afflictionem animi. Testimonium mortuorum est in libro Sapientiae, ubi impij positi in inferno dixerunt. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis; & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, &c. Falsa Dalida illecebrae ad mortem fortem Sansonem prodiderunt: quem Philisti obcaecatum, pristino molurum alligauerunt. Eodem modo tu dum inferuis huic mundo, respice te quasi alterum Sansonem gyros facere, honores, diuitias & voluptates huius seculi quarentem, animoq; miserrimo & abiectissimo libidini tuae in castisque voluptatibus obtemperare. In circuitu impij ambulat ait Psalmista. Nam qui passionibus suis seruiunt, non recta via incedunt, vt ait Sapiens de iustis: sed in circuitu & in gyro multo cum labore, more iatiga, quae in cardine voluitur, & a termino & statione suorum peccatorum non exeunt. Vnde gyro rationisque assidua, quam in vanitatibus suis faciunt capite obtuso, insani, omnem quae sapientiam pitecul assiduo honores & diuitias huius mundi quarentes vitam inutilem & inaneu agunt. O graue & intolerabile iugum Satanae. Magnò labore ea, quae cupiunt impij que runt: timore possident, dolore relinquunt. In Apocalypsi scriptum est, quod illi, qui adoraerunt bestiam requiem non habebant. Quam etiam nunquam adipiscuntur qui belluinos appeti-

Hiere. 6. Eccle. 2.

Sapien. 5.

Ind. 1. 6.

Psalm. 17.

Sapien. 10.

Pro. 23.

Apoc. 14.

198

tus suos adorant. Ipsum peccatum tormen- tum & supplicium est grauissimum peccato- ris. Omnia peccatorum sunt doloris plena: nati si prospera videntur fortuna, timore felicitatis suae amittenda iugiter conficitur: si vero ad- uersam fortunam patitur, in dolore & mero- re assiduo viuens interno quodam cruciatu, qui semper pungit, semperque excruciat mi- seram animam, nullo puncto, aut momento temporis quiescit. O infaelicissimam miserri- mamque vitam, hominis libidinibus suis de- seruientis. Atrinde eius importunitatem. Na si quis impius iniuria ab aliquo afficitur, vide- re est quanta insania domum se referat, cibo potuque abstineat, dormire aut quiescere re- cuset, armans amicos suos vndeunque con- gregat, vt se vltiscatur. At alia ex parte quan- to maiori potantur solatio & requie Dei cul- tores, qui etiam plurimis acceptis iniurijs mi- nimè irascuntur, dormiunt, quiescunt, gau- dent, quam plurimisque laboribus vacant. Nam quemadmodum diabolus, & mundus intollerabiliter in hoc seculo etiam tormen- to afficiunt sequaces suos: ita & diuerso Christi dominus noster sua incuditate & voluptate pro- sequitur eos, qui ipsum colunt. Mundus vindictam de iniurijs sumendam esse praecipit: Christi omnia condonanda. Vt autem ma- ior labor est remittere iniurias, an vindictam sumere: Vnde quam facilia sint omnia quae a Deo imperantur. Sed dices, durissimum praec- ceptum est inimicum diligere, vt teneamur. At ego tibi facillime probabo multo esse dif- ficilius mandando, quam Deo inferuire. Quo- modo a luxurioso quis sit maior labor, seruire car- nali an luxurie? Magis luxuriam quam grati- facias mulieri: illi quam amas, bona tua impe- dis, honoris iustitiamque facis, amoris causa vi- gils, insomniis que corporis, aliisque labo- ribus innumeris affligetis; & non raro capitis discrimen subis. Idem dicendum est de amo- re inimici, alijque praecipis diuinis, quae mul- tis de causis facillima sunt. Primum quia iux- ta rationem sunt: vitia vero laboriosa, quia co- tra omne rationis dictamen: virtutes enim suapte natura innatae hominibus, humanoque ingenio consentaneae sunt. At vitia repugnan- tia. Si quis peteret vtrum est corpori nostro la- boriosius parere aut lapidibus vesci, certe qui- libet respondere possit, estum panis delectabi- lem esse: quia secundum naturam; lapidum ve- ro inaudiam & accerbissimam, quia omnia sua- tum naturae repugnat. Ascendere accliuam

laboriosum est, quia contra naturam corpo- ris grauis est, descendere vero per decliuam quia naturae est conforme, nam omne graue deorsum tendit, facile & suauis est. Cum igitur virtutes sint hominibus naturales, vitia vero contra naturam, sequitur necessario maxi- me rationi consentaneum esse mandatum di- uinum, quo & inimicum amare, & bona alic- nia restituere tenentis. Quod si durum esse exi- timas, te esse hominem negas. Nam dic mihi tu qui fingis laborem in praeccepto: nonne sum- me insaneret qui cum alio litigans, contende- ret vt eiusdem litis iudex existeret? Solemus enim iudicem recusare quotiescunque in ne- gatio suspectus est, aut partis vicem gerit con- trariae. Tu vero nihilominus insania cum pars sis, iudicem te facis in causa propria, vt vindi- ctam de inimico tuo capias. Permite Deo vlti- tionem: ille enim iustissimus iudex erit inter te & omnes inimicos tuos. Quod si legem Dei etiam inimicam putas, quod malas etiam co- gitationes damnae, veluti cum ait qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. &c. ani- maduertere debes omnia incommoda a ma- lis cogitationibus initium sumere. Bonum igitur olitorem age, qui mala gramina radicitus euellit, ne in tubus nocent frugibus. A malis cogitationibus oritur consensus, & a consen- su opus existit. Vnde in psalmo dicitur. Ecce parturit in iustitiam, concepit dolorem, & pe- perit iniquitatem. Omnia mala Adamo, & Eua a mala cogitatione processerunt. Vidit mulier lignum, & cogitans cupiuit: cupiens comedit, maritoque suo dedit. Immoratus Cainus in malis cogitationibus suis fratrem suum inter- fecit: o modo etiam Dauid, Bersabech videns peccauit. Praeter hoc autem quod & virtutes iuxta naturam nostram sunt: vnde iustissimum est vt malae cogitationes radicitus extirpetur, tot sunt fauores & beneficia, quibus Deus le- gum suarum obseruatores afficit, vt nemo exi- timare debeat, quin multo maiora praemia, praeccepta Dei obseruantibus tribuantur, quam supplicia violatoribus irrogent. Si illi qui & arte & exercitatione venator est, venationique deditus Rex imperaret, vt venaretur, praestit- tis ad hoc falconibus, equis & canibus, non es- set hoc leuissimum praecceptum iudicandum? Estet profecto. Non igitur tibi difficilia debent videri Dei praeccepta, cum secundum virtutes sint: virtus autem humanae naturae sit consen- tanea. Cuius praestitum baptismum, penitentiam eucharistiam, reliqua quoque sacramenta tibi

Ma. 11.

Psal. 98.

Matth. 1.

Psal. 117. Gene. 3.

Gene. 4. 2. Reg. 11.

suppe.

suppediret, quae omnia ex virtute sua cau- sant gratiam, facilemque virtutum exercita- tionem faciunt. Et quod plures aestimandum est ipse Christus cultores suos comitatur, il- los adiuuans, illisque in omnibus opem ferens laboribus. Vnde ipse ait. Venite ad me om- nes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suauis est. Lex vero Dei iugum vocatur quia quemadmodum iugum a duobus animalibus simul vnitis & copulatis fertur, ita qui se subicit Dei iugo & legibus cum Christo simul vnitus & coniunctus eius auxilio & virtute iugi pondus & laborem facilius sustinet. Quod adeo perspicuum est, vt non indigeat explicatione, quoniam in om- nibus laboribus, quoscumque subieris propter Deum, Christum socium coadiutoremque in- uenies: qui tanquam bos inferior, cui maior pars ponderis saepe solet incumbere, ita ipse humilitate sua, omnium mortalium minimu se faciens potissimum partem tuorum labo- rum, ceterorumque mortalium humeris, suis sustinet, tu vero expedis incedis. Ideo enim tu Christianae religionis iugum leue sentis, quia omnem eius difficultatem & pondus Chri- stus dominus noster in se suscipiens ab hume- ris tuis sustulit, quod quidem iugum ea de cau- sa non modo non grauat, verum homines mo- biliiores & expeditiores facit. Nam quemad- modum quis alarum, plumarumque suarum non grauat, sed potius leuat pondere, quod posito pennarum adiumento non conseq- retur: sic Christianae religionis iugum deposti- tum tados, sumptum leues, & mobiles homi- nes facit ad virtutis viam. Nam etsi peniten- tia laboriosa, vitaeque virtutis aspera videatur, dulcis & incedam redditur, comitatu consue- tudineque Christi stipata, atque adiuta. Sua- ue igitur est iugum domini & delectabile, quod si tibi nec dulce nec suauis videtur, inde sit, quia illud inuersa ratione, & ordine subis. Ve- stis aspera & rustica pretiosis pellibus & su- auibus sociata, si facie vertus carnem asperiori induatur intoleranda est: si tamen inuertatur rursusque pellibus intro spectatibus suscipia- tur, leuissima & suauissima esse apparet. Sic lex Christi difficilis & insuauis videtur, quia asperitatem illius contra rationem cõstituis, nec rationem perpendis. Sed carnis tantummodo iudicium subis. Si Deus diuini praecipiat, vt de bonis suis elemosinam faciat, paupe- tes bonu & equum praecceptum esse asserit,

qui si essent diuites aliter dixissent, vt quoti- die experimur. Nulla enim lex aspera videtur hominibus, nisi quae contra illorum libidinem fertur. Similiter si aliquem iniuria afficit sta- tim vis, vt tibi ignoscatur: qui si affectus esset iniuria, ignoscere nolles. Et sic de alijs dicen- dum est. Sic etiam onus eius leue est: quod tu tamen graue esse existimas, quia peccata tua atque animi perturbationes humectis tuis por- tas. Plumarum sarcina leuis per se est, sed si metalli alicuius pondus accipiat tam grauis afficitur, vt portari vix possit. Eodem modo onus Dei leue est nisi tuorum peccatorum a- morisque proptij pondere, legem Dei graue facientis deprimatur. Iniquitates meae super- gressae sunt caput meum: & sicut onus graue, grauius sunt super me. Et Augustinus ait, a- mor meus pondus meum, amore feror quo- cumque feror. Fecit Christus iugum suu suauis, & onus leue: quia contriuit graue iugum diaboli, quod erat cernicibus hominum im- positum, & loco eius iugum imposuit nobis suauis. Id praedixerat his verbis Esaias. Iugum oneris eius, & virga humeri eius, & sceptru exaeroris eius superasti. Ac si diceret. Cu- ueneris ad dominum Iesu, & consumpta huma- nitate viam ad gloriam immortalium munieris, ce- rripies homines ad graui damonis iugo, quo ip- se demon eorum colla deprimis, & a virga qua eos percutit: & a sceptro quo imperat: & dia- boli denique tyrannidem delabis. Ideo do- minus ait, Venite ad me qui laboratis & onerati estis, &c. Per Hieremiam ait ita Deus. Am- bulate in via bona, & inuenietis refrigerium animabus vestris, & dilexerunt, Non ambu- lauimus. Impij homines dixerunt, durum est: & laboribus plenum cum eadem veritas Christus dicat suauis. Et Ioannes. Mandata inquit Dei graua non sunt. Et egregius psal- tes. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in praeccepto? Ac si dicat. Tu qui fingis Dei praeccepta dura esse, nonne sedes in flagitijs sedes quidem. Dicit laborio- sim esse legem Dei non quod hoc ita sit, sed quia tu sedes in tuis iniquitatibus, ex quibus surgeret non vis. Dum lignum viride est, po- test esse graue iugum ex illo factum, sed lon- gum tempus reddit lignum siccum & leue. Priusquam Dei filius super se iugum ferret, poterat illud graue esse: sed postquam illud Christus collo suo imposuit, effectum est sic- cum & leue. Vt enim currus est grauis sit ef- ficat vt onus aliis intolerandum boues fetat: sic iu-

Psal. 37.

Li. 11. ciui. cap. 28.

Esai. 9.

Mar. 11. Hierem. 6.

1. Ioan. 5.

Psal. 93.

sic iu-

fic iugum Christi quantis onus sit efficit tamen, vt Christi seruus vitæ onera sustineat & ferat. Non omnino Christus subtrahit iugum & onus, non nobis laborem penitus aufert, sed commutat, pro aspero mundi iugo tribuit suauē, & pro graui onere leuē: vt in hac vita animæ tribuat quietem, & in altera gloriam sempiternam. Graue onus est iniquitas sedēs, super talentum plumbi, quo ille premebatur, qui aiebat, Iniquitates meæ super gressū sunt caput meū, & sicut onus graue grauatē sunt super me. Sed Deus tūc nos onerat, cū à peccati pondere exonerat. Onerat beneficio, cum exonerat peccato. Onera nostra super se portauit, vt nos mundi leuaret impedimentis. Ideo canebat Dauid. Iacta super dominum curam tuam, velut verti potest ex Hebræo. Iacta pondus tuum, & ipse te enutriet: seu vt alij vertūt, subleuabit. Denique suauissimū est seruire Christo, & laboriosum seruire mundo. Tu enim mundo inseruiens, ipsum humeris portas, Deo verò inseruiens ab ipso portaris. Præterea mundus difficilia & turpia imperat: Deus facilia & honesta. Deinde diabolus & mundus, & caro etiam si laboriosa suis præcipiunt & quæ aliquo præmio remuneranda videbantur, nullo tamen pacto illos alit, aut sustentat: sed potius inedia, atque inopia omnium rerum eos confici patitur. Respice auari hominis famem & inopiā, qui nunquā satiatur: cui nihil satis est, cupidinem ambitio si, qui in dies plura desiderat pluribusque rebus comparatis multo pauperior redditur. Qui omnes alijsque id genus improbi, & vitio si homines mirū non est si vllam in suis actionibus ynquam fatietatem inueniant iugiterque esuriant: quia fatietatem in rebus huius mundi, vbi non est quartum. Quod Christus optime significauit per illam parabolam filij prodigi, quando facta est fames in regione illa & quando ipse peccator cœpit egere, & cupiebat saturari de siliquis porcorum, & nemo illi dabit. Peccatores enim dapibus iuxta os appositis nunquam satiantur: quia libidini, quæ suapte natura rerum cupitarum acquisitione augetur nihil satisfacere potest. Simile fingūt poetæ esse apud inferos Tantali tormentum: de quo quidam sic ait. Tantalus à labijs fitiēs fugientia captat, Flumina, Quid rides: muta- to nomine de te Fabula narratur. At è diuerso Christus refectos & contentos rebus suis omnes suos ad eō habet, vt nemo illorum esurire possit. Et quia de hac fame peccatorum

& de seruorum Desatietate in præcedēti capite in parabola filij prodigi plura diximus, nunc videamus tertium. Tertio, diabolus non dat præmium nec stipendium suis: verū Christus suis & vitam æternam & cœlestem beatitudinem tribuit. Philistæi Sanfonē nullo præmio affecerunt pro illius laboribus, sed potius obcecarunt illum molle astrinxerunt: nec item tu aliud maius præmiū, aut melius à mundo cui deseruis expectes. Quomodo modū autem (mibi crede) fides temeraria. Sanfonis, quam amoris confictio dolis, mē dacijsque Dalidæ adhibebat, ipsum in cæcitatē, seruitutēque miseram, in mortemque denique induxit: sic fides adhibet mē di fallacis, à quo expectas te pro seruitio præmium consecuturum, cæcitatē sceleratissimo vitioque carcere existentem, te haud dubiè nisi caueris ad mortē compellet. Postea quàm filij Israhel intentissimè esse cœperunt cogēdis paleis, fingendisque lateribus quotidie infundatis nullū aliud præmiū præter verbera ab imperatore suo Pharaone capiebāt. Similis est dæmonis, mūdij, & carnis merces, quā ministris suis impendunt. Quod si clarius videre vis, audi A postolum dicentem: Quem fructum habuistis de his, de quibus nunc erubescitis? Stripedium enim peccati mors est, &c. Præmia sunt malorum crudelia conscientie supplicia, mors, corruptio, scēditas, abominatio, infernus, æternique cruciatus. O misera, & infœlicia præmia: o infortunatam impiorum conditionem: qui magnos in vita labores sustinentes, maximos in morte, multo maiores post mortē subeunt. Diu summoque cum labore seruiuit Iacob Labam, deciesque ab eo deceptus est, debita mercede abnegata. Non aliud præmium est, quod mūdus in ministros suos confert. Onus grauitissimum, labor infructuosus, qui mundi causā sustinetur, semper est. Nec sunt ioca Laban cum iocis conferenda, quibus mūdus ministris suos deludit. Retribuebant mihi mala pro bonis, & sterilitatem animæ meę. Sic optimum ministerium improbilissimum præmiū consequitur. Quibus tamen non obstantibus plurimi sunt, qui mundo inseruire non dubitant, & animo ineptissimo huius vitæ: & alterius iacturam faciunt. Maluerunt quamplurimi Iudæorum crudelem Pharaonis tyrannidem in Ægypto perpetui, quā paruo suscepto labore postea terra promissionis frui. Attendēde quātum laboris suscipias mūdō inseruiēs, pro quo postea tam iniquo præmio ab ipso afficeris.

Indit. 16.

Exod. 4.

Rom. 6.

Gene. 31.

Psal. 34.

Numer. 11.

Gen. 22.

afficeris. Pueri sæpe toto die defatigātur plummam ventilātes, vel aliquid aliud nullius momenti agentes: pro quo sæpenumero corrūt, & vulnerantur. Illis tamen facile ignoscitur, quia & pueri sunt & iudicio carent. Tu tamē qui & vir es, iudiciumque perfectum ad agendum habes, quid cause afferre potes, quare vanitatem, honorumque & diuitiarum vatum sequaris? Si quidem transacto huius vitæ tempore & labore, quam mundo seruiēs contempsisti, nullum aliud præmium præter acertimos & atrocissimos dolores habebis. Qui aliquam ciuitatem oppugnare intendit prius secum reputat vtrum expensæ utilitatē & comoda excedant: sic tu si diligenter cōsideraueris quantum mundi ministerium considerandū dubium est, quin eius seruitium relinquant. Christus Iesus dominus noster suis, quos in hac vita spiritualibus consolationibus quam plurimis fouet, in altera perpetuā felicitatem concedit. Ita qui mundo inseruit cum duplicem infernum timeat: sic qui Christum colit, duplicem gloriam consequitur. Si eundem laborem, quem pro mundo subis spōte tua propter Christum suscipere velles, in hoc seculo tam viuere & in altero fœlix esse. Nem o tam stultus est, qui alicui velit ministrare nulla propofita mercede. Quæ de causā omnes, qui in dominum aut patronū aliquē accipiūt, cui sunt administraturi, prius de mercede agunt & paciscuntur, ne frustra laborent. Ita & tu prius à demone, mundo, & carne, quaerere debes quod sit tibi pro officijs tuis præmium ab illis expectandum quando cœli iacturam facere non recusas ob illorum ministerium: nec magnum præmiū pro alio minori relinquant. De carne enim ait A postolus non colliges nisi corruptionem. Dæmonis præmium tormentum est, nam mundus suos relinquit, obliuioni que penitus tradit: quare mihi crede de omnia incommoda tua inde proueniant, quia cum his dominis rationem non confers: qui cum multa promittat, pauca tribuunt. Quæ de causā prius perpendere debes, quanta & qualis sit eorum merces: nec præmio prius non constituto illis vllomodo inseruias. Qui mundo inseruit durissimis mandatis obnoxius est, assiduamque domi uiuit fame vrgetur, postea que mitretur in infernum: at qui Deum colunt, mādara sua iua exequuntur, uiuunt in fatietate & voluptate, postea que æternā felicitatē adipiscuntur. Vtrique igitur horū maus inseruire? Siquidē vtrique si-

mul impossibile est. Nisi omni humano intellectu & iudicio cares Christo domino nostro inseruias: cui qui seruiunt, imperant & non seruiunt. Oculos igitur mentis tuę explica, staeque soli Deo inseruire, & ab humeris tuis grauitissimum Satanæ iugum projice. Certū igitur & indubitabile est, quod omnes vni Deo inseruire tenemur, iuxta illud Deuteronomij quo Christus tentatori respondit. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Sed quoniam iam satis explicatū & perspectum habemus vni Deo esse inseruiendum: operapretium esset etiam hic agere, quo ordine & modo Deo esset cultus præstandus. Sed quia de hoc prolixius in libro nostro de Vanitate seculi tractauimus, hoc supersedētes vltius progrediamur ad textum Euangelistę nostrę: & illum audiamus dicentem. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari: & deridebant illum. Carnalis homo dicit Paulus, nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Ideo deridebant quia in veteri lege temporalium abūdantia promittebatur: quia Abraham & mul-ti sancti diuites fuerunt. Non enim simpliciter opulentiam rerum, sed auaritiā seu seruire diuitijs Christus reprobaui. Abraham, Loth, Iob, Dauid, & alij diuites fuerunt, tamē non seruiuerunt diuitijs iuxta illud Psal. 61. uitā si affluant nolite cor apponere illis. Sed cum verba Christi non intelligebant deridebant illum, quod proprium est superbiorum hominum, qui ne ignorantiam suam fateantur melius ducunt illud quod non intelligit deridere, quam dicere. Non satis percipi: dic iterum, aut clarius explica, vt intelligere possimus. Hoc genus hominum derisorum perniciosissimum est, ecclesięque maximè incommodum: sæpe enim numero, hi derisores solent eos, qui denuo Deo inseruire incipiunt, in virtuteque adhuc teneri existunt à virtutis via auertere: & diabolus per irrisores filios Dei suffocat dum paruuli sunt. Hac enim est vna de astutijs diaboli suffocare bonum incēptum per hos irrisores, &c. Ratio autem cur isti irridebant Christum erat, quia auari erāt, & Christus contra auaritiā disputauerat. Sic etiam & nunc multi cum reprehenduntur à concionatoribus irridēt eos, & murmurant dicentes. Illud dixit, quia oblitus materis, quam ad prædicandum dederat, aliud non inuenit, quod vel facilius vel melius dicere posset, aut quid simile. Non amat pesti-

Zach. 5.

Psal. 54.

Psal. 54.

Luc. 15.

Horatius.

Mat. 4. Deute. 6.

para. 7.

1. Cor. 3.

Psal. 61.

Prou. 15.

lens



lens cum, qui se corripit, nec ad sapientes gra-  
ditur. Respondendū est istis derisoribus, quia  
& magnum scādalum in populo causant, qui  
illos irridentes prædicatorum doctrinam mo-  
lestè fert, atque etiam, vt intelligat se esse stul-  
tissimos iuxta illud. Respōde stulto iuxta stul-  
tiam suam: ne sibi sapiēs, esse videatur. Atq;  
ideo sequitur in contextu. *Et ait illis. Vos stis-  
qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem  
nouit corda vestra.* Sensus est, homines, quos vi-  
dent externam habere sanctimoniā, verbisq;  
& factis, neminem offendere, eos sanctos ac-  
iustos iudicant, quidquid in corde celēt. Sed  
Deus externam illam sanctimoniā nisi in cor-  
de radices egerit abominatur: nec quidquam  
abominabile est magis apud Deum, quam hy-  
pocritis & impia illa simulatio. Hinc Iob, ait.  
Simulatores & callidi, prouocant iram Dei.  
Deus enim corda intuetur: iuxta illud quod  
Samuel dixit, cum vellet vngere vnum ex fi-  
lijs Isai in regem. Non iuxta intuitum homi-  
nis ego iudico, homo enim videt ea quæ pa-  
tent: Dominus autem intuetur cor. Is itaque  
dies est, qui apud Deum dies est. Ille iustus  
qui apud Deū iustus est. Ex his discimus quæ  
sit vera iustitia nempe interna: hoc est cordis  
quam impij simulare non possunt, nec habēt.  
Externam autem iustitiam in pij, infideles, Iu-  
dei, imō simiæ imitari possunt. Prosequitur  
vltro dicens. *Quia quod hominibus altum est, abo-  
minatio est apud Deum.* Hoc est quod ab homi-  
nibus altum reputatur & magnum vt simula-  
ta iustitia, opulētia rerum, ornatu exterior,  
pompa atque prosperitas mūdi, abominatio  
est apud Deum, & coram Deo vanum & de-  
testabile reputatur: quia impedit beatitudinē.  
Ideo alia sunt iudicia Dei, & alia iudicia ho-  
minum. Quapropter ipse dominus per Esaiā  
ait. Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatē  
sunt via meæ à vijs vestris, & cogitationes  
meæ à cogitationibus vestris. Iepte contemne-  
batur à populo suo, quia legitimo matrimo-  
nio susceptus non erat, adeo vt etiam à fratri-  
bus suis domo eijceretur quasi homo vilis  
nulliusque momenti. Hunc tamen quem mū-  
dus fere pro nihilo reputabat elegit dominus,  
vt populum suum liberaret. Mundus enim  
vltimum facit nobilitatem generis, eosque so-  
let semper magni pendere, qui à claris natali-  
bus orti sunt: verum Deus hæc omnia contrē-  
nit, nisi quis per se virtutemque suam clarus  
& nobilis euadat, vt ex Iepte colligitur qui  
cum esset spurcius & filius mulieris meretri-

cis, erat fortissimus atque pugnator, & per-  
cussit Ammonitas & liberavit dominus per  
illum Israel. Quis videre posset fortissimū  
illum Gigantem Goliath quā cum magnifica-  
ret, quem tamen humilis & abiectus pastor à  
Deo in singulare certamen deductus facillē  
superavit? Saul etiam cum esset de minima  
tribu Israel, humillimaque familia, ab omni-  
bus pro nihilo habitus est, dicentibus nun-  
quid saluare nos poterit iste, & despexerunt  
eum: sed dominus percussit per illum Philis-  
tæos, & elegit illum in principem populisui.  
Et quando in hunc mundum venit non ele-  
git diuites, principes, vel sapientes: sed pisca-  
tores, & viros infimos secundum seculum.  
Optimè intelligebat Apostolus hæc diuinam  
ordinationem & ritum, cum dixit ad Corin-  
thios. Quia non multi sapientes secundum  
carnem, non multi potentes, non multi nobi-  
les: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt  
confundat sapientes. ¶ Discamus non gloria-  
ri in diuitijs, potentia, sapientia, neque in se-  
culi honore: vt multi superbi & stulti opinan-  
tur, existimantes in his consistere felicitatem,  
& tunc beatos ac felices esse, & charos Deo  
esse, cum terrenis gaudent, & omnia sibi ad-  
votum succedunt. Cum populus te honorat,  
miratur & laetatur, & laudibus te extollit: hu-  
militate in corde tuo coram Deo, & dic quod  
dicit dominus hic. Quod hominibus altum  
est, abominatio est coram Deo. His autem  
verbis & hac consideratione, sic in corde tuo  
facta, superbiam humiliabis: considerans te  
fortassis in Dei conspectu sanctorumque tuo-  
rum vltimum & abiectissimum esse, licet in  
oculis mundi summa dignitate præfulgeat.  
Discamus seculi diuitias & mundi pompam  
contemnere. Illa enim verè magna sunt quæ  
coram Deo talia esse iudicantur: & illa exigua  
& minima, quæ ante illum parua existiman-  
tur. Ergo si parua despectu digna sunt: & hæc,  
quæ mundus alta iudicat minima sunt: cur il-  
la non despicias? Si Christianus es, quare Chri-  
sto non credis dicenti omnia quæ mundus  
maxima esse existimat, minima sunt in con-  
spectu Dei? Si autem ea exigua esse credis:  
quare amas illa? Si vero non credis esse exi-  
gua, sed maxima esse putas: cur non credis  
Christo ipsa esse parua asserenti? Certè Chri-  
stianus esse non potes, si quidem Christo fi-  
dem non habes. Nam si Christianus esses,  
Christoque perfectè crederes, omnia hæc,  
quæ Christus exigua esse affirmat parui duce-

1. Reg. 17.

1. Reg. 9.

1. Reg. 10.

1. Cor. 1.

Philip. 3.

Matth. 11.

Ioan. 3.

res, etque rursus magni pendere: vt potē-  
quem Deus ad imaginem & similitudinem  
suam creauit; participemque æternæ beatitu-  
dinis fecit. Pro nihilo putat omnia hæc Apo-  
stolus ille sanctus coram diebat. Omnia arbi-  
tratus sum, vt stercorea. Sed audiamus Chri-  
stum vltra dicentem. *Lex & Prophetæ usque  
ad Ioannem.* Deridebant Iudæi eo quod Chri-  
stus temporalia contemnenda prædicaret.  
Cum promissiones veteris Testamenti ef-  
fent de temporalibus: ideo ad hoc propo-  
situm ostendit modo quod illud usque ad Ioan-  
nem durauit. Lex enim Euangelica pauper-  
tatem docet & contemptum diuitiarum &  
regnum cælestē: quod Ioannes tanquam vit  
Euangelicus prædicauit, & diuitias & hono-  
res & domum paternam contempsit. Ioan-  
nes enim non inchoauit legem nouam, nec  
fuit legislator sed dispositor nouæ legis: nam  
ritus ille baptizandi nullatenus ad antiquam  
legem pertinebat sed ad Euangelicam, & fuit  
ille ritus medius inter sacramenta noua &  
vetera. In materia siquidem conueniebat  
cum nostro baptismo: cum antiquis vero in  
hoc quod gratiam non conferebat fuit ita fi-  
nis veteris legis, quia terminum posuit legi  
& Prophetis, quia omnes Prophetæ & lex vs-  
que ad Ioannem prophetarunt: quia sub Ioan-  
ne completum, est quicquid lex & Prophe-  
tæ dixerant, quia tunc venit Messias, qui ab  
eis fuerat prænuntiatus. Ipse namque clausit  
omnem Prophetiam, ostendens illum in quo  
tota prophetia complebatur, & cælorum reg-  
num prædicauit: quapropter consequenter  
subdidit dicens. *Ex eo regnum Dei euāgelizā-  
tur.* Hoc est a tempore quo Ioannes exortus  
est prædicare, comperunt bona cælestia aper-  
tè aperiri & promitti, & vita æterna doceri,  
atque Euangelica perfectio prædicari: quæ  
amore cælestium & spiritualium bonorum  
docuit temporalia contemnere. Obserua  
autem quod cum dicitur, lex & Prophetæ usque  
ad Ioannem, intellige quod non abijcienda  
sunt lex & Prophetæ, post Ioannem aduentum:  
sed quod lex & Prophetæ fuerunt usque ad  
Ioannem tanquam præparatoria, & prænun-  
tia aduentus Christi, quo adueniente præpa-  
ratio & prænuntiatio eorum cessat: vtraque  
tamen remanent ad prænuntiatorum con-  
firmationem, vt sciamus aduentum Christi  
ab eis diuina dispositione prænuntiatum lō-  
gè antequam aduenisset. Remanent etiam  
ad contruadā animi nostri gratitudinem,

vt eis gratias habeamus, qui nobis tam fœli-  
cem Christi aduentum prænuntiarunt. Quæ-  
admodum enim si quis pædagogum habe-  
ret, (vel vt etiam Apostolus dicit legem no-  
bis pædagogum ad Christi aduentum) vbi  
peruenit ad ætatem; & acceperit perfe-  
ctionem non omnino rejicit pædagogum ve-  
lut inimicum: sic & nos cum educati si-  
mus in lege, & Prophetis usque ad Christi  
aduentum, reperto præceptore non repro-  
bamus pædagogum: sed gratiam ipsi confi-  
temur, quod pueritiam nostram deduxit, &  
ad perfectiores disciplinas extulit. Legitur à  
diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum  
euāgelizatur: ipse enim primus omnium ce-  
pit dicere, penitentiam agite, appropinqua-  
bit regnum cælorum. *Et omnis in illud vim  
facit.* Ad tacitas Pharisearum cogitationes vi-  
detur esse responsio. Cogitarunt nimirum.  
Prædicet Ioannes quandiu velit de peniten-  
tia & de regno cælorum, certè habebit pau-  
cos discipulos. Nec enim sic stupidus est po-  
pulus, vt spem pretio emat, & inuisibilia vi-  
sibilibus præponat. &c. Ad hoc ergo Chri-  
stus ait. Ne putetis d Pharisearum præ-  
dicationem frustra fieri, nec esse qui regnum  
Dei querant. Quilibet enim audita, Ioan-  
nis concione vim facit in regnum Dei, cum  
vi acquiratur. Certè magna visio est se-  
metipsum negare: animam suam propter  
Christum odio habere: parentes, filios, vx-  
orem pro Christo contemnere, inimicos di-  
ligere, & pro eis intercedere. Nam homo  
assuetus, & nutritus in amore bonorum tem-  
poralium difficiliter talia contemnere pro-  
pter Deum nisi sibi quondam violentiam  
faciat, quia consuetudo quasi quædam na-  
tura est. Illa autem, quæ contra naturam  
sunt, sunt aliquo modo violenta. ¶ Obser-  
ua autem quod regni cælorum alij rapiunt,  
alij inueniunt, alij furantur, alij meren-  
tur: nonnulli trahuntur vi: his enim quin-  
que modis possidentur regnum cælorum.  
Qui inueniunt paruuli sunt, qui baptizati de-  
cedunt, ante vsum rationis: hi enim statim  
gloriam consequuntur. Propter quod stul-  
ti sunt patres, qui mortem paruulorum suo-  
rum desunt: non minus quam esset ille  
stultus, qui filium suum deploraret in Re-  
giam aulam acceptum. Ideo Dominus ait.  
Sinite paruulos venire ad me, istorum est  
enim regnum cælorum. Hi igitur inueniunt  
qui absque labore & merito consequuntur.

Gal. 3.

Matth. 3.

Matth. 19.

tur illud alieno studio, & opere Iesu Christi. Alij sunt qui fuerant, qui tanquam imperfe-  
cti abscondunt opera sua bona: ne laude ho-  
minum perdant meritum. De his Christus  
ait. Attēdite ne iustitiam vestram faciatis cor-  
am hominibus, vt videamini ab eis. Multi e-  
nim sunt qui exterius non bona fama aut lau-  
de: sed interius contritione & lachrymis fu-  
rantur cœlum: sicut latro in cruce, qui homi-  
nibus nequam videbatur: sed coram Deo  
bonus & sanctus fuit. Sicut illa hæmorrhoi-  
sa, quæ tangens clam vestem Christi sanita-  
tem obtinuit. Sic isti clam rapiunt cœlum oc-  
culis hominum non videantibus. Alij merentur,  
quippe qui viucentes in hoc seculo elec-  
mosynis & bonis operibus intenti cœlum  
consequuntur. De his Christus ait supra. Fa-  
cite vobis amicos de mammona iniquita-  
tis, vt, &c. Alij compelluntur intrare: sicut il-  
li, qui pressuris & calamitatibus oppressi, co-  
guntur, necessarium pro iucundo ducentes.  
De his autem dicit Dominus. Ad hæc cæcos,  
claudos, & debiles, compelle intrare eos.  
Vltimi sunt, qui rapiunt: qui hæc omnia ter-  
rena contemnent, se ipsos totos Deo, & ob-  
sequijs eius impendunt: & hi fortes sunt &  
violenti, qui victores sunt in certamine spiri-  
tuali, quo quidem certamine mali vincun-  
tur, & boni vinefit carnem, obediētiam, pau-  
peratē, & castitatē venientes, & sic hō-  
stes superant. Hi violenti rapiunt illud: sed  
hoc est à diebus: Ioannis Baptistæ, nam antea  
inueniebant & furabantur, &c. Sed à diebus  
Ioannis Baptistæ incepit ista perfectio in no-  
ua lege, Apostoli & discipuli Christi cœperūt  
relinquentes omnia, &c. Hoc autem multi fa-  
ciunt ita, vt quod Ioannes Euangelizat acci-  
pere possint. Sed dicere poterant Pharisei. Er-  
go & tu prauitator es legis? Ad hoc respon-  
det. *Facilius est autem cœlum & terram præte-  
rire, quam de lege vnum apicem cadere.* Quid-  
quid in lege & Prophetis scriptum est imple-  
bitur: qui enim facit quod lex faciendū præ-  
scripsit, non potest legis transgressor dici.  
Vnde in Matthæo ait. Non veni legem solu-  
ere, sed adimplere. Itaque facilius est cœ-  
lum & terram prætereire desinendo esse, quæ  
tamen non possunt prætereire nec desine-  
re esse: quam vt non impleatur quod in lege  
scriptum est. Dicit apicem vt intelligas quod  
nec minima pars legis prætereiret: apex enim  
non est litera, sed punctus positus supra litem,  
qui dat aliquid significare literis. Inter

Hebræos tantum sunt quinque apices siue  
puncti, qui habent locum quinque vocalium:  
quia nulla litera apud Hebræos habet deter-  
minatum sonum, & vim vocalis: sicut apud  
Latinos. Illa puncta siue apices ponuntur su-  
pra, vel infra literas, & per hoc redditur so-  
nus vocalium: & sine illis positus, vel subintel-  
lectis esset impossibile aliquid sonare apud  
Hebræos, sicut apud nos nulla litera præter  
vocales sonum habet. Illi apices sunt minus  
quam litera, eo quod Iudæi interdum sine il-  
lis legunt, eos facile subintelligentes. Quare  
nihil potest esse magis exiguum in Hebræo-  
rum scripturâ quam apices. Dum igitur dicit  
Christus, nec apex transibit, innuit nihil de  
lege quantumuis paruum casurum, sed om-  
nia indubitanter implerum iri: nam postquâ  
factum fuerit id quod in lege promittitur nō  
potest prætereire. Prætereire enim dicitur ali-  
qua promissio, quando non adimpletur: præ-  
tereire autem & cadere pro eodem accipiun-  
tur. Postquam tamen impletum est promif-  
sum, non potest non esse completum, ideo ita  
non potest prætereire. Et vt ostenderet hæc  
sæcis quanti faceret legem noluit illam negle-  
gi vel contemni sed potius perfectè adimple-  
ri: & sic legem de coniugio attulit dicens *Om-  
nis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit  
machatur* Quod vt plenius intelligas, nota  
sensum perpetuitatis legis & Prophetarum  
etiam in minimo apice esse, quod Christus  
non soluit sed implet legem & Prophetas.  
Quod quantum ad promissiones in dubio  
non vertitur, quantum vero ad præcepta, de  
quibus potest dubitari declaratur modo in  
hoc contextu, quod tunc implētur cum subla-  
tis imperfectionibus ad perfectionem redu-  
cuntur. Hoc est enim quod in hoc vno præce-  
pto dimittente vxore significatur. ¶ Obserua  
secundo quod in lege concessus erat libellus  
repudij: ac per hoc præcepta circa coniugium im-  
perfectio in huiusmodi habebant annexâ.  
Iesus autē noui Testamenti autor hæc imper-  
fectionem tollit à præceptis circa coniugium, &  
sic non soluit legem, sed perficit illâ. Et quod  
dicitur in hoc præcepto, intellige de vniuersis  
alijs præceptis legis. Significat ergo Chri-  
stus subiugendo hoc exemplum quod præce-  
pta legis omnino implenda sunt quemadmo-  
dum istud, hoc est sublatis imperfectionibus.  
Permittebat enim lex libellum repudij Iudæis  
imbecillibus, imperfectis & infirmis, & huc  
tollit Christus Christianis: quia statim Chri-  
stiano-

Deut. 24

Math. 5 & 19.

Primus. 23.  
q. 6. per totâ  
Secundus. c  
Discretionis.  
de eo qui cog-  
nouit cōsan-  
guinitatē vxor-  
is suæ.  
Tertius. c.  
cum per bel-  
licum. 24. q.  
1. c. 2.  
Quartus in  
cap. propo-  
siti 32. q. 4. c. 5.  
Quintus. 32.  
qu. 1. capi. 2.  
Sextus capi.  
2. gaudemus. 5.  
Vt extra de  
divorcijs.

stianorum perfectior est, & oportebat carere  
criminihus, & ideo excepta causa fornicatio-  
nis, vt in Matthæo habetur non potest ho-  
mo dimittere vxorem. Propter fornicatio-  
nem tamen potest illam dimittere quo ad to-  
rum, quia matrimonium est contractus, &  
dant sibi inuicem fidem coniuges: ergo altero  
frangente alius remanebit liber. Obserua  
autem quod maritus in sex casibus non pote-  
rit relinquere vxorem adulteram, & sic intel-  
lige & limita Christum dictum. Primo quan-  
do ambo commiserint adulterium: quia iam  
est ibi recompensatio. Secundo si maritus pro-  
prium vxorem prostrauerit pro pecunia; vel  
alia re. Idem est etiam iudicium, si ipse mari-  
tus viderit & non prohibuerit. Tertio si vxor  
putans se cum viro ingredi decepta est ig-  
noranter, aut cōtraxit putans esse mortuum.  
Quarto si fuerit vi oppressa. Quinto si vir  
postquam reconciliatus est vxori cognoue-  
rit eam: nam tunc non poterit eam relinque-  
re. Sexto si vxor infidelis ab eo repudiata con-  
traxerit cum aliquo & postea ambo fidem  
suscipiant: debent iterum conuenire. Isti sex  
casus in quibus vir non potest dimittere vxorē  
relinquere fornicariam sunt expressi in iure Cano-  
nico. ¶ Expende autem quod licet vir pos-  
sit in alijs casibus præter istos sex, dimittere  
vxorem causa fornicationis tamen, non te-  
netur illam dimittere, potest enim parcere  
ei, & retinere si voluerit & cum ea manere:  
nisi vxor sit ad eum incorrigibilis vt ratione scâ  
dali maritus ei consentire videatur. Nam  
tunc propter scandalum tenetur ab ea sepa-  
rari. Hæc vero separatio ab vxore adultera  
quo ad forum potest fieri sine iudicio Ecclē-  
siæ: sed non quo ad habitationem. Hoc ta-  
mē intellige quando adulterium est occultum  
si verbis sit notum quod adultera illa cū  
marito plures dies habitauerit, tunc sine li-  
centia Ecclēsiæ potest ab ea separari, etiam  
quo ad habitationem non habetur in cap. Signi-  
ficasti de diuortijs. Ceterum quantum ad  
illam fornicariam iure dimittat, si viuentem  
aliam duxerit, a peccato dicitur Christus quod  
machatur. *Et qui dimittit uxorem suam &  
alteram ducit machatur.* Nam si uir aliam non potest  
ducere vxorem; ita nec vxor alium virum: quæ  
propter quæ si uir superstitiose relicta à viro  
machatur. Ex his Christi verbis aperit sententi-  
am quod matrimonium ratum & con-  
summatum nunquam dissoluitur, quod ad vin-  
culum quæ licet causa fornicationis dimit-

tatur à viro; tamen non potest alius illam  
ducere, iuxta Christi Saluatoris nostris senten-  
tiam. Et ideo cum dixit quod propter forni-  
cationem potest vir dimittere vxorem intel-  
ligitur quantum ad forum & habitationem  
mutuam, non tamen quantum ad vinculum:  
quia matrimonium quod semper verum fuit  
semper manet, nec licet alicui coniugium trā-  
sire ad alias nuptias viuente altero. Cum ta-  
men hæc ita sese habeant, nō defuerunt olim  
qui contrarium asserere ausi sint, & nunc no-  
stris temporibus hæresim sepultam, quidam  
suscitauerunt dicentes, quod coniugium inno-  
cens potest nubere viuente adhuc altero, cō-  
tra Christi Saluatoris nostri sententiam. Pau-  
lus quoque Corinthijs suis ait. His verò,  
qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio  
non ego sed Dominus vxorem à viro non  
discedere: quod si discesserit manere inno-  
ptam, aut viro suo reconciliari. Sed disce-  
dere nequit nisi ob fornicationem ergo for-  
nicaria innupta maneat: quia virum habet.  
Et similiter vir manere debet, quia vxorem  
habet. Rursus Apostolus ad Romanos, Mu-  
lier viuente viro alligata est lege viro. Hanc  
sententiam diffinit tota Ecclēsia. Et merito  
quidem, nam si matrimonij vinculum per ad-  
ulterium ruptum esset, omnino nullus esset  
coniugium qui vbi coniugem, vellet repudiare il-  
lico non fornicaretur videlicet paratum hac  
ratione habens remedium, vt à coniuge di-  
mitteretur. Quod vt esset omnia matrimo-  
nia dissolueret, ita esset via ad multas fornicatio-  
nes perpetrandas. Cur ergo qui accipit di-  
missam à viro machatur quia alienam acci-  
pit. ¶ Denique vt concludam, aduertendum  
hic est, quod magna differentia est inter libel-  
lum repudij veteris legis, & dimissionem vr-  
xoris nobis Testamento: quia mulier repudia-  
ta accipiebat alium virum, & vniuersam vxorē  
vte videtur dicitur Deuteronomio, in no-  
uo autem Testamento non accipit vxorem dimif-  
sa alium virum: & ideo in lege gratia non di-  
gitur daj libellum repudij, etiam pro forni-  
catione. Sed dicitur in hoc diuortium, id est se-  
paratio quæ ad forum, eo quod, dum libel-  
lum dicit fornicationem simpliciter, diuor-  
tium autem non dicit matrimonij dissolutio-  
nem sed de coniugatorum separationem. Sed sit-  
ris sitiam de his: tu non autem Christum an-  
dāmus: dicit enim homo quidam erat dicitur  
induebatur purpura & bysso & epulabatur, quo  
die splendide. ¶ Quemadmodum in passio-  
dentis

Eras. in an-  
no. 1. Cor. 7.  
& Caiet. in  
Mar. 10. &  
1. Cor. 7. &  
Matt. 19. ab  
legat pro se  
subros. in  
cōmē. 1. Cor.  
7. quæ Magi  
dis. 35. ait cō-  
ment. Am-  
bros. in eodē  
loco à falsari-  
is esse cor-  
rupta. Amb-  
rosianus etiam tenet  
idem. 1. Cor-  
inth. 7.  
Rom. 7.  
Legē Alpbā  
Inm Castro,  
lib. 1. aduer-  
sus her. h. 4.  
re. 5.

Deut. 24

Math. 5.

Luc. 23.

Luc. 8.

Luc. 16.

Luc. 14.

Math. 5.

Lege Irane  
um libr. 4.  
c. 4. An  
gu. de tem-  
pore. sermo.  
227.

dētibus Dominus admonerat homines, vt  
facerent amicos de mammona iniquitatis,  
quo audito Pharisæi deridebant eum: sic nūc  
tale exemplum, eamque historiam horri-  
dam atque admirabilem nobis ante oculos cō-  
stituit, vt eius consideratione sanguis ipse in  
corpore frigeret, atque concreveret videatur.  
Ostendit enim diuitem purpuratum nul-  
lum expectantem remediū apud inferos tor-  
quenti: eo quod pauperem Lazarum, à quo in  
æterna tabernacula tunc posse recipi amicum  
sibi dum viueret facere neglexisset. Adducit  
igitur hoc exemplum Christus contra irrisio-  
nem auaritiæque Pharisæorum persuadens  
illis ne facere elemosynam cunctarētur pro-  
posito huius auari supplicio quod apud infe-  
ros subiuit, quia in Lazarū immisericordem  
se præstitit. Hoc autem antea verbis tantum  
modo monuerat in quies, Facite vobis ami-  
cos de mammona iniquitatis, vt cū defeceritis  
recipiant vos in æterna tabernacula, nunc ve-  
rò te ipsa adducens hoc exemplum, illis per-  
suadet nititur ne facere elemosynam con-  
temnant, eosque omnibus modis, quibus pō-  
test mouere laborat. Quem enim non moue-  
ret & concuteret illa vox, Recipistis bona in  
vita tua, nunc autem cruciarius in inferno se-  
pultus? Grandis permutatio & rerum vicis-  
situdō miseranda esset, si quem paulo antea  
splendide epulante vidisset eum postea si-  
cientem, nudum, omnibus bonis spoliatum  
videres. Vnde rectè Dauid ait. Diuites egue-  
runt & esuriuerunt, in quærentes autem Domi-  
ni non minuentur in omni bono. Duo hic ge-  
nera hominū ponit sanctus rex Dauid: Vnū  
quidem in bonis externis diuitem & glorio-  
sum, cuius vxor, proles, familia ad auctā pluri-  
mum sunt: quorum filij (vt ait ipse Dauid) si-  
cut nouelle plantationum, &c. Et Iob. Semen  
eorum permanet coram eis propinquorū tur-  
ba & nepotum in conspectu eorum. Domus  
eorum securæ sunt & parata, & non est ira  
Dei super illos. Bos eorum concepit, & non  
abortiuit: vacca peperit, & non est priuata se-  
tu suo. Egrediuntur quasi greges parturiti: co-  
rum, & infantes eorum exultant iustibus. Te-  
nent tympanū & citharam, &c. Hi sunt qui  
luxuriant in conuiujs suis: (vt Apostolus  
Iudas ait) in epulis, suis male conuiuantes:  
&c. Pauper vero omnia per oppositum.  
Sed qualis veriusque sit finis, hæc historia Do-  
cet. Dōdebit quam statim vitæ præsentis &  
futuræ, & quam distantes gradus. paræstio-

nis sint adepturi iusti: & peccatores damna-  
tionis in altero seculo Nam in cælo, qui bea-  
tifica Dei visione fruuntur adeo in omni fi-  
gura sua ab hac huius vitæ mortalitate & fi-  
gura mutabuntur, vt innouati in Deumque  
penitus transformati, & in illa dignitate am-  
plissima constituti, quæ illos mirum in mo-  
dum differre faciet à nemine cognoscit pos-  
sint. Quare antiqui patres volentes significa-  
re quanta sit hominum mutatio illam car-  
bonis anteaquam incendatur & posteaquam  
incensus est, simillimam esse affirmant, vel  
ferri posteaquam igne incanduit. Quem ad-  
modum enim qui antea ferrum non vidit,  
sed si illud postea candens videret à prunis  
illud difficile distinguere posset: sic homi-  
nis anima, post diuinæ naturæ in illam in-  
fluentiam adeo diuersa redditur à pristino  
aspectu & moribus Dei communicatione  
vt carboni incenso per similes & alia multo  
diuersior à se ipsa dici possit. Nā carbo adeo  
habet in se ignis substantiam admissam, vt  
nullo modo possit distinguere materia, à  
materia carbonis. Hoc igitur & eodem mo-  
do intelligere debes animā se habere post-  
quam incenso illo beati diuinis camino car-  
pitur: vnde quilibet regni cælestis possessio-  
ne fruens, in æternis que felicitatis summi  
boni constitutus, adeo difficilis cognitū red-  
detur vt nemo sit qui eum videat, quin eum  
ob eximium gloriæ splendorem non homi-  
nem sed quasi Deum existimet. Ita enim ha-  
bebit in vultu Deum inclusum, vt ni-  
hil mortale habere videatur. Vnde Regius  
Propheta Dauid hanc animam tanta diu-  
nitate circumseptam intuens merito dixit.  
Ego dixi: dii estis vos. Hanc igitur gloriam  
bonis reseruatam, & hoc supplicium impro-  
bis præsumptum nos docet præiens historia. Do-  
cet etiam altam vitam post hanc vitam esse:  
& a hinc immortalitatem. Nam si Deus iu-  
stus est necessarius bonos est donaturus glo-  
ria, improbos vero in æterno puniturus: quod  
si aliter per impossibile fecisset iustus non es-  
set, & si non esset iustus non esset Deus. Sed  
cum hæc elutitia in hoc seculo minime præste-  
tur, videmus e nimis improbos, diuites, pingues,  
& validos, omnibus ex sententia rebus illis  
succedentibus de diuerso: vero probos afflictos,  
& mille in commodis oppressos: patet aliam  
vitam esse iniqua Deus: raquam iustus præmiat  
bonos, & punit malos: Hoc autem elegantissi-  
mè in hac historia depingitur, vbi diuiti  
impro-

Psal. 31.

improbo omnia prospera succedebant. La-  
zarum verò, qui pius erat & bonus male ha-  
bebat. Verum posteaquam vterque huius vi-  
tæ tempore elapso ad iudicium constitutum  
demum diuini improbo supplicium: Lazaro  
vero, omnium laborum requies concessa est.  
Nam si post hanc vitam nihil esset aliud ex-  
pectandum, aut timendum: quid esset vilius La-  
zari virtute: quid honorificentius diuitis cru-  
delitate? Et hac de causa constituit Deus Op-  
timus Maximus in altero seculo alteram vi-  
tam alterumque iudicium, alteramque bono-  
rum operum & malorum retributionem: vbi  
omnia recta iudicabuntur via. Ideo Paulus  
ait. Si in hac vita tantum in Christo sperates  
sumus: miserabiles sumus omnibus homi-  
nibus. Quid esset vilius aut miserabilius Chri-  
sti Apostolis, pauperibus, mendicis, & affli-  
ctis nisi altera esset vita? Vnde hæc historia mi-  
rum est, quantum pios homines consoletur,  
vitiosos vero & improbos terreat. Docet e-  
nim bonos vt in paupertate sua plagis & in-  
firmitatibus forti constantique animo sint.  
Pro vita enim breui exiguoque vitæ perlato  
labore summa expectantur præmia. Docet  
Christus in hac paradoxa necessitate bono-  
rum operum, & quod fides sola sufficiens nō  
est ad vitam æternam consequendam. Docet  
& præcipue ea quæ sunt pietatis & misericor-  
diæ. Iudas baptizatus fuit; & sacramentum  
communione accepit: esset tamen damna-  
tus est. Et Israelitæ omnes in Mose baptizati  
sunt, & in nube & in mari (vt inquit Paulus)  
& omnes de spirituali petra, qui est Christus  
biberunt, sed non in pluribus eorū beneplaci-  
tum est Deo: nam prostrati sunt in deserto &  
perierunt ex ipsis. Hic enim diues epulo non  
ex incredulis gentibus fuit quia Abraham pa-  
trem suum nominauit: & eius fratres habe-  
bant Moysen & Prophetas, & ex Iudæis cre-  
dentibus erat: tamen damnatus est, non pro-  
pter incredulitatem, sed ob duritiem eius, &  
immisericordiam erga egenum Lazarum. Di-  
ues hic pro exemplo, & admonitione poni-  
tur, nec eueniat nobis quod huic diuiti eue-  
nit. Cane ne deditus sis voluptatibus huius  
mundi, & præsentis vitæ. Vide nē pauperum  
obliuiscaris, qui ad ianuam tuam iacent, fa-  
mē & inopiam patientes. Nō quia diues erat  
damnatus est, poterat enim diuitijs bene uti,  
nam Abraham, Loth, Isaac, Iacob, Dauid, &  
multi alij diuites fuerunt & iusti: sed damna-  
tus hic est, quia diuitijs abutebatur. Abute-

1. Cor. 15.

1. Cor. 10.

batur autem tripliciter. Primò, quia indue-  
batur purpura & bysso. Secundo quia epula  
batur quotidie splendide. Tercio quia non  
aperiebat manum suam ad pauperem. Laza-  
rum. Non dabito multos nunc esse Christi-  
anam religionem profitentes, qui comedunt  
multo plus, quam iste comedebat, & qui  
multo magis preciosis vestibus vtatur, in pau-  
peresque inmaniores sint: & tamē gaudēt,  
latantur, & inaniter sibi promittunt vitam  
æternam. Vnde illis quia manet eos æterna dam-  
natio. Nullis vnquam temporibus maiores  
sumptus, superfluitates, maiorē vanitas aut  
iactantia fuit in cultu, quam nunc. Præterea  
nunquam duritia maior aut immisericordia  
vt quisquis non in merito admirari possit: vn-  
de tanta incommoda in Christianos nunc ir-  
ruerint: cum Christus summo studio, vbi que  
humilitatem, temperantiam, continentiam  
temporalium, & charitatem, verbis & operi-  
bus simul doceat? Sed hanc zizaniam hostis  
salutis nostræ diabolus cum pastoribus dormi-  
rent, supereminavit in medio tritici. Disceat  
enim hinc quisquis Christianus est, & esse  
vult, hæc tria ex hac historia, vt ea fugiat: ni-  
velit in tormentis huic diuiti associari. Disceat  
igitur primo, quod non ad fastum, luxum,  
pompa vanitatem, aut ad vestium magni-  
ficentiam vocati sumus, sed ad crucem. Sed  
singula hæc tria discutiamus. De primo sic  
ait Euangelista. Homo quidam erat diues, & in-  
duebatur purpura & bysso. Omnia ea singula  
verba oblatione digna sunt. Hominem il-  
lum vocat non virum, vt intelligamus radicē  
omnis impietatis in mala voluntate & natu-  
ra corrupta inherere. Postquam primus ho-  
mo peccauit, omnes cogitationes hominis, ad  
malum tendunt omni tempore: etiam à tene-  
ratate. Vnde non immerito Dauid ait, om-  
nes homines inutiles factos: & non esse qui  
faciat bonum. Quidam dixit: insinuas eius  
singularitatem: diues enim auarus solus est, &  
à nemine amatur, cum omnibus sit aduer-  
sus. Nam auarus visceribus charitatis caret,  
patrem nescit, fratres ignorat, & propinquos  
velut extraneos abiicit: vnde nemini utilis est.  
Quia alij peccatores licet sibi incōmodi sint,  
alijs nō inutiles sunt. Exepli gratia. Superbus  
& arrogas, qui plurimis riparū famulis amplif-  
simas edificat domos, & ita edificatores famu-  
lorum que alat necesse est. Helluo vero pisto-  
ribus, venatoribus, & cauponibus, edacitate  
sua pdest, &c. Et sic alij emolumento sunt alij

Matth. 13.

Gen. 6.

Psal. 31.

peccatores: quod in diuitibus ambitiosis, nullo aliter se habet. Nam praeter hoc quod nemini ex usu sunt reipublicae summe nocere solent: frum etiam, reliquaque necessaria asseruant, & in tempora cariora reponentes, pauperes conficiantes, omnesque summis incommodis afficientes. Quia & noxij sunt tenuioribus, eos mille modis opprimentes, & cum se videant in tantam diuitiarum amplitudinem euectos ab omnibus obseruari, & tamquam diu adorari volunt. Eodem modo volebat ab omnibus adorari Amas moleste ferens Marдохאי (vt ipse putabat) inobedientiam qui illi nullum exhiberet cultum. Hanc autem singularitatem & superbia diuitis notauit Christus hic dum dixit quidam. Arbores huc illic se propagantes ramosque profundentes in litera solent umbra sua frondiumque densitate alia arbuscula emergentia suffocare, sibiq; inuicem nocuum in inferre: ad eo vt saepe numero necessario amputanda sint, vt sursum tantummodo surgant, relicto alijs crescere spatio. Eodem modo & diuites sese cohibere & amputare debent sursumq; ad vnu Deum cogitationes suas attollere, ne proximis sint impedimento: nam qui se nimis extendit, superbiaque eleuat, alijs circa se positus nocuum est: quare solus esse debet, si quidem neminem socium compatitur. Erat inquit, veluti res, quae fuit & transiit: & tanquam aer qui definit esse. Heri fuit, hodie non est. Sic Dauid. Vidi impium super exaltatum supra cedros Libani, & Ecce iam non erat. Et ipsi positi in inferno dixerunt. Quid profuit nobis superbia & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrentes, & tanquam nauis quae pertransit. Eodem modo enim transferunt reges & imperatores huius seculi principesque terrent, & diuites sicut velocissimi nuntij, & aues volantes: quae nullum relinquunt vestigium, aut sagittae, quae maximo impetu torquentur. Obserua etiam, quod illum non nominauit Christus suo nomine proprio. Primo, quia per ea, quae quis peccat per eadem punitur. Impij desiderant suum nomen perpetuum facere in terra: iuxta illud Psalmi. Vocauerunt nomina sua in terris. Sic illi, qui edificauerunt turrim Senaar, dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum: & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vni-

uersas terras. Verum Deus eorum sermone confuso illos dissipauit, memoriamque eorum penitus deleuit. Quidam homo vilis conditionis, vt nominis sui memoriam posteritati relinqueret templum Dianae Ephesinae incendit: sed tamen iussu magistratum, nemine illum nominante obliuioni penitus traditus est. Non aliter destruit Deus nomina illorum qui in terra volunt celebrari. Non queramus memoriam nostram in terris cum videamus nomina illorum oblita esse, qui celeberrime in seculo affectantur: nomina autem iustorum vbique maximis honoribus coli & celebrari. De sancto Rege Iosia habet diuina scriptura. In omni ore quasi mel in dulcabitur eius memoria: & vt musica in conuiuio vini. Abrahama dixit Deus. Magnificabo nomen tuum in terra. Quia sanctus Abraham gloriam huius mundi non querebat, sed tantummodo Deo insereuit studebat: & ideo eius nomen in omnibus seculis magnificatum est. Sic memoria illo imminuit Deus, qui nomen & famam in orbem affectant. Cum enim pauperes multis modis spoliarent, amplissima monumenta edificarent: maioratus instituant, vt summi nominis & famae laudem apud homines habeant: qui tamen Dei permissione cum moriuntur, omnibus ignoti & inauditi efficiuntur. Quoniam sicut Heroftratus incenso Dianae templo famam quaesuit: sic isti incensis & inflammatis conscientijs suis per mille flagitia & scelera, gloriam mundi captant. Deus tamen eorum memoriam destruet, sicut destruit memoriam Amalech de super terram: & nomina iustorum in caelo & in terra perpetuo celebrantur. Secundo non nominatur iste diues quia dignus odio erat. Scriptum est enim, Nec memor ero nominum eorum per labia mea. peccatores enim nomen in conspectu Dei non habent. Sic egregius Psaltes ait de peccatoribus. Deleatur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Impij enim & peccatores, vt hic diues nomen non habet in libro vitae: quia cum nullum commercium habeant cum Deo, nomen in conspectu Dei non habent. Sic quoque loqueris, & alius vicinus vel amicus tuus transiit, illico querit abs te. Amice quis est ille, cum quo loqueris? Tu vero respondes, nomen illius nescio: quia nulla est mihi cum illo consuetudo. Sic iste cum nullam cum Deo possessionem haberet, nullum apud Deum nomen sortiebatur, Deus enim bonorum tantummodo

Exo. 33. nouit, & ita amico suo Moysi dixit. Noui te ex nomine. Tertio non nominatur illum: quia vitia sua & peccata, quibus in infernum tradatur commemorat. In quo docet, Ne quotiescunque vitia alicuius narramus, autorem nominemus: ne aliqua infamia inde illi sequatur. Iosephus maluit in carcerem detrudi, persecutionemque sustinere quam quaeque, quam dominam suam infamare, illius peccati accusator existens. Cum dixit pincernae Pharaonis vt sui meminisset, non enunciauit, se à fratribus suis venditum fuisse, nec peccatum mulieris adulterae exposuit: sed tantum furtum sublatum sum, & innocens in lacum missus sum. Innocentiam suam proposuit, neminem infamans, nullius peccatum arguens. Ita Christus ab Anna interrogatus de discipulis suis, & de doctrina respondit quoad doctrinam in quiete. Ego palam locutus sum mundo. Et nullum verbum fecit discipulis suis: ne detegeret illorum peccatum quod commiserant quando illum reliquerunt, & scandalizati sunt in ipso. Quamquam iam haec Christi doctrina apud Christianos obliuioni tradita est: qui proximos suos infamant, illorumque peccata palam dicunt, & deficiunt vt huius vitij dici possit omnem orbem esse labe coinquinatum. Vnde in Ecclesia fito habetur. Multi ceciderunt in ore gladij: sed non sic quasi interierunt per linguam. Manus enim absentibus parcunt: lingua vero iniusta nemini parcit. Nam cum sis in Hispania eum qui Romae est occidere potes, illi famam & honorem eripiens. Eo autem magis nocere possit proximo, qui lingua persequitur illum quam qui manibus: quo bona animi corporis bonis sunt praestantiora. Sed de his multis iam locis diximus. Videamus nunc huius diuitis primum abusum suarum diuitiarum. Induebatur purpura & bysso. Purpuram regis habitum esse colore marinis conchilijs tinctum sanguineo, nemo est qui dubitet. Nam conchilia ferro circumcisa lachrymas purpurei coloris, quibus lana tingitur emittunt. Bysso vero genus est quoddam lini candidissimi & mollissimi. Itaque purpura desuper ad iactantiae pompam, subius autem ad mollietatem induebatur. Cinerem, terram, & puluerem, purpura serico & bysso tegebat. Arca testamenti quanquam intus & foris tota erat inaurata: serico tamen pannoque vilissimo tegebatur. At tu qui puluis & cinis es bombicina, aureaque intertexta veste, amicitia vis

Da operam vt interiora animae tuae auro cote gas pretioso, amoris Dei. Exteriora enim quomodocunque amicta esse possunt. Hinc autem recte conijcere possumus vitium esse non exiguum vestibus pretiosis: quia quodam Christo Redemptore nostro vitia huius diuitis taxante, vestium deliciae sunt enumeratae. Dicit hunc faustum igitur & pompam mundi contempnere. Apostolus ait de sanctis veteri testamenti, quod circueuerunt in melotis & in pelibus caprinis. Homines erant sicut nos: sed agnoscetes quod nudi egressi sunt de vtero matris, & quod nudi erant illuc reuersuri, sicut pauperes peregrini ambulauerunt in hoc mundo. Ante peccatum opus non erat homini vestibus: quia quem admodum sol lumine, sic homo gratia induebatur, & veluti album liliolum exornabatur innocentia. Verum posteaquam innocentia amissa est, puduit hominem se esse nudum, vnde manibus diuinis tunicae ex animalium pilis confectae sunt, quibus primi parentes nostri induerentur. Itaque homo per peccatum saucius veste indiguit qua corpus velaret plagasque suas tegeret. Vnde qui de vestibus suis gloriatur similis dici potest illi, qui de pannis quibus vulnera sua inuoluta & allicita habet, se iactat, quod summa est ignominia. Insanus enim esset putandus qui fragilitatem suam & vulnera iactaret. Vili induebatur Iob vestimento, sicut idem dicebat. Saccum consui super cutem meam: & operui cinere carnem meam. Nec mollior erat vestis illius sanctissimi regis, qui dicebat. Posui vestimentum meum cilicium. Illis autem qui huiusmodi vestimenta magni faciunt, ait Dominus per Esaiam. Operimentum tuum erunt vermes. Irritas Deum vanitibus tuis: quas Deo odiosas esse Psalmista affirmat. Ne igitur in mundum inducas noua vestimentorum genera, timeque leuera Dei supplicia: qui per Prophetam Sophoniam ait. Visitabo super principes & super filios regis, & super omnes, qui induiti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen, in die illa. Praeconium de te ipso facis, conspicientibus te defestusque tuos manifestas illis, qui te ante prudentem esse putabant, iuxta illud Ecclesiastici. Amictus corporis & ritus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Ita tu bona de te conceptam opinionem verbis tuis, cultu & gestu corporis, apud homines dilues. Interrogauit Ocozias eos, quos miserat ad con-

Hester. 3.

Psalm. 36.

Sap. 5.

Psalm. 48.

Gen. 11.

Eccle. 49.

Genes. 14.

Exod. 17.

Psalm. 15.

Psalm. 64.

Gen. 40.

Ioh. 18.

Eccle. 28.

Exo. 26.

Hebr. 11.

Iob. 17.

Gene. 3.

Iob. 16.

Psalm. 68.

Esa. 14.

Psalm. 30.

Sophon. 14.

Eccle. 19.

4 Reg. 1.

solendam Deum Acharon dicens. Cuius figura & habitus est vir, qui occurrit vobis: & locutus est verba hæc: Et illi dixerunt. Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui dixit. Elias Thesbitis est. Cognouit Eliam ex vestitu: sic tu si timide incedis & culte summoque cum ornata, vt inquit Amos Propheeta, iudicaberis ab omnibus homo vanus, arrogans & leuis. Non te cognoscent esse alium Eliam: sed stultum, inani veste coopertum. Exterior enim luxur indicium est luxur & vanitatis interioris: vestiumque mollities, animi fragilitatem & mollietudinem arguit. Fieri enim non potest, vt aliquis tanta cura corporis cultum querat: qui animam virtutibus nudatam squallere patiatur. Pauper enim spoliis vestibus, rebusque necessarijs, vt te superfluis indumentis exornes. Vnde Petrus docet in prima sua Canonica, ne Christiane mulieris ornamentum sit in externa capillatura, aut circundatione auri, aut vestimentorum cultus: sed incorruptibilitate quieti & modesti spiritus: imo in casta & pura conuersatione & timore Dei. Sed dices. Nonne gemmæ sunt dona Dei: Verum est: sed non ad hoc data, vt illis abutamur ad peccatum & superbiam. **Qu**antū vero hæc Deo displiceant, audi quid Dominus dicat per Esaiam, & intelliges. Pro eo quod eleuatae sunt filia Sion, & ambulauerunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant & plaudabant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: decalunabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & in aureas, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lintheamina, & acus, & specula, & sindones & vittas, & terribra. Et erit pro suauitate odoræ fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine caluitium, & profascia peccatorali cilicium. Romani gentiles diuissimi, qui toti orbi imperarunt publice statuerunt, ne cuiuspiam vxor, plus femunciam auri ad vestium suarum ornatum adhiberet. Denique vt concludam, respice Christum Iesum orbis Dominum atque Imperatorem in cruce nudum pendentem propter te: vt ea consideratione, si vere Christianus es, de cogitatione & animo tuo omnem luxuriam & stultitiamque humanam deponas. **Quid** enim

inanius: Hic cum esset, dum viueret, diuissimus, moriens nihil secum abstulit, præter vilissimam sindonem, quæ humatus est. Nec tu aliquid amplius ex hoc mundo asportabis cum discesseris: quæ vel cras fortasse, vel citius quam putas eueniet. Sed hæc sufficiant. Iam secundum abusum diuitiarum istius audiamus. **Et epulabatur quaidie splendide.** Abominabilis idololatria est hæc, quia vilissimam creaturam deificat: & peior in hoc quæ idololatria paganorum. Nam illi auro & argento, & marmoribus diuinos honores tribuunt: isti epulones ventrem pro Deo honorant, qui est quasi latrina. Ideo Paulus de hac maledicta idololatria dicit. **Quorum Deus ventris est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.** Quia sicut Deum summo honore venerari deberet, & omnia meliora de rebus suis illi offerre: sic ventrem suum venerantur, offerentes ei pretiosa, & summo studio præparata ciborum genera, semperque dediti sunt vtriusque seruitio, illi quasi Deum colentes. **Et quod peius est gloria in confusione ipsorum: quia iam amissa peccandi verecundia, gloriantur ex his operibus nequitia, de quibus erubescere deberent.** Terra enim tantum sapiunt: & nihil nisi quod videant, intelligunt. **O infelices qui velut illi, qui conuiuium aliquod splendidum facturi, prius volatilia, cæteraque animalia saginant: sic isti corpora sua nutriunt, vt ex illis deliciosisque carnibus suis postea in se pulchro opiparum exhibeant veribus conuiuium.** Dic mihi quæso nonne esset ille infanus, qui latronem cras suspendendum pretiosis dapibus palceret, vt pinguis efficeretur? **Sic nos cum capitali sententia simul cõdemnati, stultissimi essemus si corpus morti damnatum in delicijs pasceremus.** Hinc naturalis ratio nos admonet, vt abstinentiam seruemus: omnemque in gluuiem ciborumque superfluitatem fugiamus, quod euidentius tibi ante oculos proponam. **Primo si quis homo sapiens stipendiarius esset, quotannisque certum vestigal soluere teneretur, si secundum rationem se gereret non amplius solueret, quæ illud quod teneretur, & hoc etiam inuitis & coactis: ab is enim qui tributum aliquod soluere tenerentur omnia quæ possunt per fas & nefas eripiuntur.** Dic ergo mihi, hæc nimis curiosa lectorum, cortinarum in hyemem conquisitio, quadam insiliu, pannorumque bombiciorum, culcitratum ad æstus: illi præterea diuersorum ciborum apparatus, tæporumque electio ad voluptatem, quid aliud

sunt quæ quoddam durissimum vestigal quod teneris? **Sauissimum quidem est hoc filiorum Adæ tributum: quare quemadmodum nobilitates ceteris sunt, qui omni tributo & vestigali soluuntur: eodem modo eximia corporis celsenda est nobilitas, quod nec cui, nec potui, aut quieti, ceterisque moralitatibus subiectum est, vt nihil aliud studeretur. Sancti in celo nobiles & ingenui sunt: in quorum similitudinem omnes resurrectionis die claris generosisque corporibus omni morali seruitio & tributo exempti stabimus. Sic Paulus inquit Romanis. Vanitati creatura subiecta est: sed ipsa liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Tempus aderit scilicet quædo creatura libera stipendio & ingenuæ erit: quia nec cibo nec potu indigebunt, &c. Habebunt libertatem filiorum Dei, Angelorum videlicet nam sicut illi quia ingenui sunt in celo liberi omni stipendio & tributo viuunt, similiter & nos viuemus. Ergo si stipendium est, corpori cibum impendere, stipendium autem soluere nulla est nobilitas, sed potius summa vilitas: non ad luxum, sed ad necessitatem sustentationem tantum, corpori nutrimentum concedamus. **Et hoc tributum, quod soluere tenemur tanta soluiamus consideratione: vt vix illud soluamus, quod nullo modo non soluere possumus.** Quod etiam soluentes molesto animo & tristi & quasi coacti soluere deberemus: summus enim labor est homines tributum soluere. ¶ Præterea si cum rege aliquo loquereris de his rebus agens, quæ nimium tua interesse putares: non moleste ferres summumque dispendium exitimares esse, si aliquis te ad hostium vocaret ad quem necessario rege relicto esset tibi accedendum? **Certe negari non potest. Sic homo quotiescunque a rebus terrenis interpellatur, quominus diuina consuetudine fruatur stipendium se soluere & libertatem amittere, cogitare debet.** Nam vt **Diuus Augustinus, ait: creauit Deus hominem, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando fruere. Ideo Dauid inquit. Venite & narrabo quanta fecit Deus animæ meæ. Quæ beneficia sunt hæc sanctissimi Propheta? Ad ipsum ore meo clamaui. Dignatus est me tanto honore vt cum illo loquerer: eiusque consuetudinis diuinæ participem fierem. Quod beneficium quo quis ad consuetudinem diuinam admittitur particepsque fit per sacras preces arcanorum Dei, tantum est: vt nihil maius dici possit. Summa est voluptas****

tas, quam percipiunt illi tantummodo qui se contemplationi tradunt diuinarum rerum, quæ nempe præter ipsos quanta sit nunquam nouit. **Hic igitur omnes molestissime ferunt, relicta Dei dulcissima consuetudine tributis vestigalibus corpori soluendis intendere. Cur igitur tu Deum relinquis, vt corpus nutrias? Si quisquam Rex famulum sibi in primis gratiosum haberet, secretorumque omnium præfectum posteaque illum equis scalpendis & pascendis præficeret: profecto summa illum ignominia notaret. Huius modi enim famulus non mediocriter doleret se à tan alto dignitatis & gratiæ loco in tantum vile, & ignominiosum officium esse detrusum. Non aliter tu quotiescunque precibus diuinis que operibus relictis sensus tuos pascis, & libidines: nihil aliud agis, aesi Dei domini tui consuetudine prætermissa equos scalperes. Non sunt sensus nisi bestia, qui communes sunt illis & nobis. Seneca cum esset gætilis tamen de hoc tributo quebatur inquis. **Maior sum, & ad maiora genitus, quæ vt corporis mei mancipium sum. Grande seruitium est, summaque miseria, vt sit aliquis mancipium corporis sui, cogaturque sæpenuero illi potum, cibum, cæteraque subministrare.** Si essemus qui esse deberemus: summopere dolendum esset nobis quotiescunque hoc tributum soluere. Sed nullam molestiam capimus, quia id tributum, non tributum putamus. **Hoc autem ex eo prouenit quia parum de diuina consuetudine contemplatione & precibus curamus. Educatus es, & institutus in hoc seculo, corporique alendo semper operam de disti: & ita hæc operam vsu laborandi, iam minime laboriosam sentis. Sentiebat tamen Dauid qui Dei familiaritate utebatur, quare inquit. De necessitatibus meis erue me. Dic mihi d Dauid, necessitates istæ sunt necessariae, an non? Si necessariae: quare petis vt ab illis eruaris? Si voluntarie & non necessariae sunt: tu illas facillimo negotio tollere potes. In terra, inquit ille, impossibile est eas non habere: sed velle ab hoc seculo discedere ad Deumque peruenire, vt illis vacare. **Et hoc est quod Paulus periebat. Infelix ego, quis me liberabit à corpore mortis huius? Cupiebat Paulus se videre liberum à corpore mille necessitatibus subiecto, vt illum immune deinceps habere posset. Sic sanctus ille Bernardus, religiosis apert, lux mundi, & laus monachorum ducebatur ad cibum, quasi ad tormentum. Sicut enim medicamentum ad purgationem acerbum sumeres non voluptate sed necessitate ducatur: sic hoc stipendium******

Amos. 6.

1. Pet. 3.

Esa. 3.

Phil. 3.

Rom. 8.

Roman. 7.

De diligen. Deo. cap. 2.

Psal. 165.

Rom. 13.

dium corpus tuum pascendi, inuitus & necessitate coactus, subire debes: iuxta illud Apostoli. Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Nō prohibet Paulus tibi ne comedas; sed ne tanta cura & voluptate cibo & potui indulgeas. Non tollit ædificia: sed præcipit ne tantis sumptibus, & impensis ædifices. Non reprobat vestimentorum vsum: sed vestium su perfluitatem & luxuriam, &c. ¶ Habere igitur corporis, vt par est curam: eo tamen modo, vt cura non libido dici possit. Omniaq; desideria vestra in hoc constituite, vt ab omnibus his curis liberari cupiatis. Hinc præcipiebat Dñs in lege veteri, vt qui turturē esset oblaturus, illius caput prius eo modo torqueret, vt nec omnino auulsum, nec rursus penitus vt antea fixū pederet, innuens huiusmodi sacrificio & ceremonia curam corporis nullo modo penitus esse deponendam, quia omnes hoc tributum soluere tenemur. ¶ Secundo aduerte hanc esse maximam differentiam inter diuites & pauperes quod pauperes, vestibus decisis incedunt, calceisque pertusis: at diuites multo aliter recitibus vestibus & calceis vtuntur. Hoc autem corpus nostrum nihil aliud est quam quoddam animæ vestimentum, sicut Iob dicebat Deo. Pelle & carnibus vestisti me. Nam quem admodum nullum vestimentum sine corpore moueretur per se: ita nec hoc corpus tuum sine anima aliquid posset agere. Cum igitur in hoc seculo quidā pauperes pānosī & vestibus decisis vtētes simus: nisi quotidie potu ciboque corpus quod vestimenti vicem subit refarciamus subsistere non poterit vitæ laboribus. Vnde somnus, cibus, potus, singula refarcimina sunt quibus hoc vestimentum sumimus. In cælo recentissimi inueniemus, vt homines diuites, vestimenta: quia vt Paulus dicit Christus reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. At tēdite quam recētia nos mancant vestimenta, quibus fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei. Hic verò hoc vestimento corporis adeo trito & veteri vtimur: vt nisi illud quotidie refarciamus, impossibile sit nobiscum permanere. Sed etiā si nullo modo illud nō refarcire non possimus hęc perpetuo prudētia adhibe, vt vbiunque vnum satis erit sarcimen duo non congeras. Nā iuxta scissuræ magnitudinem, est sarcimen insuedum: & iuxta caloris innati coctionē & vim, irrogandus est corpori cibus. Sed modo multo aliter se res habet: pro parua enim corporis

Leuit. 9.

Iob. 10.

Philip. 3.

Math. 13.

rimula mille sarcimina inducuntur: incredibile est quam varia missonum dapumq; forma in vno conuiuio, vel cœna congerantur. Hoc autem nonne summa insānia est: vt videret magnificiāt homines vestes mille locis nulla urgente necessitate refarciras, id est, corpus pluribus quā satis est dapibus pasto summamque amplitudinem & nobilitatē existimēt Epicuri & Sardanapali similes fieri? Qui vt etiā multo deformiores & viliores videantur, discoloribus vtantur sarciminibus. Si pulchri pullicoloris refarcire vis, pullo vteris panno: ne sarcimē a reliquo pallio discrepet. Si enim esset viride aut purpureum, omnibus ridiculum videretur. Quāta igitur deformitas vestimento illi inerit quod non vno sed plurimis discoloribus pannis cōsolutum fuerit? Eodem modo tu tempore quadragesimali necessitate affectata carnem prima mensa comedis: extrema vero pastinaca, lampetra, centibulque piscibus vesceris: quæ inter se cum dissimilia sint, fictam, & causatā mendose necessitatem tuam arguunt teque pro vna scissura corporis vestimenti, sumptuose egestate, vario, multipliciq; sarcimine vsum esse. Iuuenalis poeta Satyrus, luxū in cibo & potu nimium Romanorū reprehendens, dicebat, Quis ferula septem, Secreto cœnauit auus? Quasi diceret. Quis antiquorum Romanorū septem misiones cœnauit? Exi dē Iuuenalis ab inferno, vt vitas Christianorum regias in quibus inuenies non modo quicquid septem, sed etiā qui septuaginta ferula vnica cœna ingurgitet. Sed poterit respondere Iuuenalis & merito, mihi opus non est, isthæ ab inferno inuifere: qui enim ea perpetrant æquabund ad infernum peruenientes mihi nullo meo labore nunciabant. Si ergo poeta ille tam moleste & iniquo animo, illorum Romanorū, gentilium virorum luxuriam ferebat in cibo & potu, cetero que humano culru: quid faceret, quid diceret, aut scriberet, si profusiones Christianorum videret? Inmutesceret credo, nihilque præ dolore dicere posset. Quis enim adeo verbosus est, vt sermone comprehendere possit, quot gula irritamenta Christianis in vfu sint? &c. Hinc tantum modo factum credo vt diues hic immanem & immisericordem se in Lazarum ostenderet: quia plus nimio ventri deditus, nihil sibi superesse arbitrabatur. Sunt autem aliqua peccata, quæ aliorum causā quodam modo sunt, animā enim adeo opprimunt: vt fere non possit non in alia crimina

Iuue. 3.

Roma. 8.

Gene. 3.

Iob. 1.

Gene. 1.

Acto. 9.

1. Corin. 9.

Dan. 10.

Gene. 4.

Marc. 14.

mina quotidie incidere. Huius generis fuit inuidia Caini, quæ causa Abelis extitit homicidij. Eo enim quod inuidus erat fratrem suū occidit, & ita inuidia fratricidium peperit in Caino, sicut in Iuda auaritia proditioem. Sic dicimus septem esse peccata capitalia, nō quod non sint plura, sed quia hæc sunt causæ & genimina aliorum. Diues hic in infernum missus est: in primis quia se immisericordem erga pauperes præcipue Lazarum, quem quotidie ante ostiū suum videbat, præstitit. Euan gelista tamen noster, antequam ad hoc peccatum perueniret immisericordiæ, alia illius diuitis vitia explicauit, vestium videlicet luxū, & quod comedebat quotidie splendide, tanquam crimina immisericordiam præcurrentia: qui enim nimis splendide comedit & vestitur, maior ex parte, as alienum contrahit, mutuo accipit, quæ soluere non potest, & ita aliena diripit, aliæque plurimæ scelera perpetrat. Hic est processus, quæ contra huiusmodi diuites Christus dominus noster facit. In primis vestium ciborumque luxum notans: qui enim huiusmodi conditione viuendi astringuntur, ad faciendam eleemosynam impotētes redduntur. ¶ Discamus abstinentiam & sobrietatem, iuxta illud Apostoli. Si secundū carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Naut quæ supra modū onere premitur, mergatur in profundum, necesse est. Eodem modo tu si pluribus cibis corpus tuum oneraueris, animam tuam in profundū culpe pessundabis. Diabolus cibo primos parentes nostros superauit: & Iob, filiorum suorum conuiuio primum tentauit. Deus vero vt nobis significaret exiguum esse homini de cibo curam habendam prius brutorum victum quam hominū st. bilijuit. Paulus vas electionis multis modis corpus suum macerabat: tu autem qui palam profiteri debes esse peccatorum in delicijs viuus, vitæque cibo & potu sumendo consuis: Daniel vt paratior esset ad diuinas consolationes accipiendas tres hebdomadas ieiunauit pane carne, & vino omnino abstinēs: quare postea quam plurimas visiones celestes, & reuelationesque vidit. Nulla alia dæmō habet arma quibus te oppugnet præter carnem tuam propriam: ergo si inimico sine periculo resistere vis armorum vigorem infringe, prius corpusque tuum macera. Nam qui se tradiderit delicijs corporeis carnique indulserit, in ditionem Dæmonis veniet. Prius

destruxit Daniel idolum Baal: & postea draconem in eo latitatem. Sic tu afflige idolum carnis tuæ vigilijs, abstinentijs, & precibus: & triumphabis de dæmone. Nihil enim est quod tanto terrore dæmoni sit, quam vitæ asperitas: nihil rursus quod illum audaciorē faciat ad tentandum, aggrediendumque homines, quam nimia cibi & potus copia, deliciarumque corporis mollities. Sed de his alias. ¶ Obserua etiam quod non solum dixit euangelista quod Epulabatur splendide: sed quod hoc faciebat quotidie. Vitiō tribuendum nō est alicui quod interdum splendide comedat, ludat, vel læteretur, homines enim profus humanitati renunciare non possunt: aliter quis huius vitæ onus sustinere posset. Sed quod quotidie splendide comedas, semper ludas, & otieris, maximum vitium censendum est. Iacob, qui vitum spirituale & perfectū representat a Mesopotamia in regionem suā veniens Esau fratrem suum, per quem caro significatur adorauit. Fratres enim sunt corpus & anima socijsque coniunctissimi: tunc autem demum spiritus carnem adorat quotiescunque vir spiritualis cibo & potui carnisque corporis necessitatibus se interdum subijcit. Sed audi quid Esau ad Iacob dicat. Gradiamur simul eroque socius itineris tui. Corpus enim quotidie splendide affectat comedere & gaudere & quia semel te perpulit, vt in agrum te conferres, ientaculum duces, splendide coniuuaueris, orat te vt semper facias. Sed attende ad Iacob qui societatem Esau recusauit, aliæque via digressus regionem suam peruenit, vbi altare ad inuocandum Dei nomen ædificauit. Sic tu vno vel altero die letatum cum amicis tuis potes: eo tamen modo, ne morem tuum orandi, contempnandi, abstinenterque & seuerè viuendi relinquas. Sed tunc multo magis Dei nomen inuoces, laudisque altaria ædifices. Hic miser & infelix diues quasi sus ventri deditus, omnem curam corpori impendebat, splendide quotidie comedens. Sed non multo aliter videmus hoc nostris temporibus à quam plurimis improbis Christianis factitari, quorum omnis cura & cogitatio de ventre est: fœda ciborum varietate refarciendo. ¶ Obseruandum denique est Deum dominum nostrum nihilominus huiusmodi peccatoribus & diuitibus improbis, salutem, vitam, diuitiasque omnes, & bona elargiri, si possit, his illecebris & beneficijs eorum animos ad se trahere &

Dan. 14.

Gene. 33.

amun-

à mundi erroribus auertere. Nemo est qui aucupari si arrem calleat, qui falconem erian-tem quotiescunque ad dominum suum redire non vult, minis aut præterita fuisse vocet, sed carne ostentata suauique compellatione eum alliciens. Eodem modo Deus improbos qui extra manum eius aberrant plurimâ beneficentia confert: diuitijsque multis pane, vino, & carnibus eos affatim implet vt his delicijs allecti in manum & voluntatem Dei redire gaudeant. Expectat item peccatorum conuersionem, vt videntes peccatores quantum Deo debeant iam tandem aliquando conuertantur. Sed non pauci sunt, qui velut falcones feri & fugaces, nec etiam histan- ris beneficij allecti in manum Dei venire nolunt, beneficisque diuinis, huius auari diuitis more abutuntur. Qui cum à Deo quam plurimas diuitias accepisset, non modo non veniebat ad Deum gratias agens, verum abutebatur eis, primo in luxu vestium, secundo in cibis, tertio, quia inopi Lazaro elemosynam non dabat. De his tribus abusionibus diuitiarum ait Ezechiel Propheta. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abudantia & otium, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Vique adhuc de duabus primis abusionibus huius diuitijs disseruimus: iam tertium videamus. Sed antequam crudelitatem huius diuitis dicat Euangelista prius quis ille pauper fuerit explicat, dicens. *Et erat quidam medicus nomine Lazarus.* Apud mundanos nomina diuitum sciuntur: & cum de eis verba fiunt nominatim explicantur: pauperum autem nomina nesciuntur, nec si sciantur digna existimantur aliqua appellatione. Quod si de aliquo eorum sermo fiat, dicitur quidam pauper. Verum secundum ordinem spiritus oppositum obseruatur: vt nos hic Christus docet, qui diuitem non nominauit & nominauit pauperem. Docet præsertim prelatos vt nomina pauperum sciant, & visitent eos: & tanquam filios diligant, & curam illorum gerant. Obserua hic contra quosdam qui ausi sunt dicere in veteri lege pauperes non mendicare, dicentes mendicationem à Deo prohibitam esse. Quod si verum esset, Lazarus contra legem fecisset, & si contra legem fecisset non deductus esset ab Angelis in sinum Abrahe. Elias quoque mendicauit. Er Paulus ad Hebræos ait, de sanctis veteris testamenti. Erant angustiati, afflicti, & egentes. Egentes, id est, mendici. Ad illud au-

tem quod potest abijci ex Deuteronomio, vt bi Dominus ait, non erit medicus inter vos, non est præceptum pauperibus impositum ne mendicet, sed diuitibus vt illis necessaria sepeditent. Ac si diceret diuitibus. Eam libertatem in pauperes ostendite, vt nulla vergeantur necessitate mendicandi: nihil enim carius emittitur, quam quod petitur. Quare si diuites tales essent quales esse deberent: nemo mendicus esset, nullusque pauper ostentim peteret. Quin etiam & Diuus Thomas ait, illud quod Deus in Deuteronomio dixit, non esse præceptum sed consilium. ¶ Obserua autem & diligenter expende mirabilem diuinarum operum conuenientiam & ordinem. Multi sunt qui mirantur dicentes. Quare Deus illi diuiti improbo, tot bona & diuitias concessit: è diuerso vero misero Lazaro, homini iustissimo tot incommoda tot arumnas & plagas infixit? Qua in quaestione adeo irretiuntur & turbantur sapenumero, vt nullam solutionem satis idoneam inuenire possunt. Hæc autem ego frequentis & infans simi limos iudicio, quibus omnia circum posita, nulla in sede morari sed gyris & volutionibus assiduis rotari videntur. Illa tamen inuersio & turbatio non in rebus extra positis sed in iudicij, capitique moderamine posita est. Eodem modo opera diuina summo ordine & compositione procedunt: quod si aliquid secus esse videatur, culpam delirium iudiciorum nostrorum, non in diuinam sapientiam conijcienda est. In quo idem nobis accidit, quod illis accidere solet, qui opus aliquod inceptum inspicunt. cuius artificium cum ignorent, admodum solent admirari cum ordine, tum etiam partes operis, magnitudine, materia, figura adeo distantes, vt nihil ad rem facere videantur, nisi artificis accedat documentum & explicatio, aut operi summa manus imponatur: postea vero quam opus iam perfici & omnia suis quantitate incipiunt, tum demum apparet quantum cuiusque partis in magnitudine, materia, & figura diuersitas conuenit. Ita & nos cum partes huius diuini operis & ecclesiæ sumus, mirum non est: si alicui admirationem moueamus conditionem nostram diuersitate Deus enim summus, sapientissimusque artifex, vt partes huius operis suis locis congruentes faceret, nostrum alicui diuites, pauperes alios, alios nobiles, alios vero humiles esse voluit, cuius rei perfectio & causa opere demum finito

*Deute. 15. S. Tho. 2. q. 187. art. 1. ad 3.*

nito exacte cognoscitur: quâdo viuos & mortuos iudicaturus dominus in potestate magna, formamque cuiusque partis recogniturus in opus suum gloriæ semper eterna aderit. Non nullas tamen possumus huius diuersitatis causas licet hoc in iudicij die multo perfectius sit cognoscendum, assignare. Prima est vt iustificetur Deus corâ hominibus. Cum enim sint non pauci, qui iniquum esse iudicant diuitias à Deo & bona temporalia illis hominibus concedi, qui iuste illis maior ex parte non videntur, quia & superflua sibi arrogat & necessaria pauperibus non impendunt: vt Deus hanc de se impiam hominum opinionem diluat, causamque suam apud homines defendat, pauperes esse voluit: qui domesticam elemosynam petentes, diuites elargiri compellant, quo facto diuites sint misericordes. Et Deus illorû diuitiarum elargitor iniquus non censetur, eo quod diuitias illis concesserit, qui illis perpetam abutuntur: sed potius laudetur, & iustificetur, elemosynæ faciendæ diuitibus primus omnium autor existens. In scriptura autem elemosyna vocatur iustitia, non alia, vt putaratione, nisi quia & Deus diuitiarum largitor, & diuites per eam iustificatur. Disperdit inquit Paulus & dedit pauperibus: & iustitia eius manet in seculo seculi. Elemosyna igitur iustitia vocatur, quia elemosynam faciens Deum iustificat: ne iniquus aut calus prouidentia videatur. Etiam enim si pauperi diuitias non dedit, satis est diuiti datur pauperi dedisse. Vnde quotiescunque elemosynam facis duplex bonum operaris. Gratium te ostendis, & Deum iustificas: quatenus eum recte omnibus creaturis prouidisse elemosyna tua confirmas. Qui autem abudantia tuarum diuitiarum & pauperis egestas adeo publica sunt vt omnibus pateant: ea de causa gaudet etiam Deus publica iustificatione, quare pauperes publice mittit, vt publice elemosynam facias, publiceque Deum iustifices. Ideo pauperes nequaquam de Dei liberalitate queri possunt ille enim omnibus satis cõsuluit, diuitibus bonis quam plurimis, pauperibus diuitum elemosynis: quod si secus fiat, culpa malorum est dispensatorum non domini, cuius est in defessa liberalitas. Quæ admodum enim qui simul diuertunt ob multitudinem diuersitatum deficientebus, lectis singularim solent binis & ternis accumbere: vnde sepe numero accidit, vt socius qui in altera sponda cubat vniuersa in somnis stragula

*1. Cor. 7.*

ad se rapiat, sociosque frigori expostos relinquat, nulla hospitis culpa, quæ omnia necessaria optime prouisit, & ad sternendum lectum & ad euitandum frigus: ita nihilo magis culpanda est diuina prouidentia, quæ omnia necessaria non solum hominibus, sed etiam alijs creaturis in mundi principio ordinauit. Quare si secus aliquando accidat mortalium non diuina prouidentia culpa est: qui vel superbia vel auaritia, aliorum hominum bona quasi quoddam stragulum, plusquam satis est sibi adrogant. Quare si pauper necessitate vgeretur, diuitis accusanda est nequitia non Dei: qui sufficienter pane & vino omnibus prouisit. Plurimos enim inuenies, qui numerosa palliorum aliorumque supereluctillum copia abundant, alij vero è diuerso non pauci sunt, qui nec necessaria ad vitam sustentandam habent: quod si homines aliter sese gererent quod in medio est omnibus esset satis, diuitibus pauperibus de his quæ habent impertirentur. Ergo pauperes ne de Deo querantur: sed vnusquisque pauper de vicino suo queratur, qui bona aliena, male quæ à Deo accepit dispensando sibi arrogat. Deus enim constituit diuites quasi nutrices indigentium: nam quemadmodum nutrice optimis cibibus datur, vt pinguiori lacte infansem regium nutriet: sic Deus te fecit vberiore, vt tu proximos tuos vberiori lacte à necessitatibus vindicareas. Verum multi diuites sunt qui Deum leuitia sua infamant, præsertim apud vanos stultosque seculi homines, Deum iniustum credentes, eo quod pauperum necessitatibus non cõsulerit. Deus tamen aliquando pro honore suo pugnabit, causamque suam in finali iudicio iustificabit, cum dicit. Esuristi & non dedisti mihi manducare. Sitiisti, &c. Tamen pauperum famem suam vocat quia famem suamque culpam Deo pauperes imputare solent. At quoniam ego non iustificatus sum (dicit Deus diuitibus) coram illis, quime vt iniustus notabant propter plurimam bonam quæ vobis tribui, ego me iustificabo cum vestro magno malo, vos quæ in infernum detradâ. Ego enim si alijs elargitus sum diuitias, eo feci ne putaret homines nullam mihi in temporalibus esse potestatem. Alijs vero negavi, quia eorum salutem expediebat. Certè vt in diuiniore religionis & non cupidie efficerentur. Nam si Deus omnia rogata concedere, soleret, quis illi non magis mercedis causa, quam in ore inferiret. ¶ Atque ideo secunda ratio cur Deus fecit pauperes

*Matthæ. 27.*

*Exech. 36.*

*3. R. 17. Hebræ. 11.*

peres hæc fuit, vt scilicet essent qui Deum amore & deuotione, & non ambitione cole-  
rent. Tertio facit Deus pauperes, ne mali v-  
que adeo diuitias & bona temporalia magni  
faciant, inuidentes bonos quam plurimos ho-  
mines. Deique amicissimos illa non esse ade-  
ptos: & e contrario boni paruipendat omnia  
bona temporalia, quæ mali consequuntur,  
si bona dicenda sunt. Quarto facit Deus pau-  
peres ipsorum causa. Nam quasi medicus  
sapiens in ædia ægrotoꝝ conficit vt à morbo  
liberetur. Sic Deus penuria rerum necessa-  
rium sibi dilectos cortigit, ne in vitia illaban-  
tur. Arescerent proculdubio pinus, funditus  
que interirent, nisi quotannis superflua am-  
putarentur: illa enim luxuries spiritus earum  
vitales obturaret: & occluderet, ad exitum  
que pinus perduceret. Sic diuitie animam op-  
pilant adeo, vt non pauci in conscientijs suis  
reſte instituendis periclitarentur, si bona te-  
poralia pro animi sui libidine retinerent. Vn-  
de non parua est diuitia cura, quæ homini-  
bus iniqua & nociva negat, ne illis causa rui-  
nae sint. Quem admodum enim auius pen-  
nas decare solemus, ne auolent: sic multis tol-  
lit Deus diuitias, ne superbiant & extollan-  
tur in perditionem suam. Alios vero facit Deus  
pauperes, vt eorum patientiam exerceat ad  
meritum. Quinto non solum propter utili-  
tatem pauperum tantum modo facit Deus  
pauperes, sed etiam propter diuites: pauper-  
ibus enim medetur Deus vlceros diuitum  
conscientijs. Vnde vilius est diuitibus esse  
pauperes, quam pauperibus esse diuites: ma-  
iusque officium est an diuites elemosynam  
accipere quam in pauperes tribuere. Sic Paulus  
ait. Obsecro vt adiuuatis me in orationibus  
vestris, vt obsequij mei oblatio accepta fiat in  
Hierusalem sanctis. Ex quibus verbis colligi-  
tur plus lucrari dantes quam accipientes elec-  
mosynam: si quid enim opus est Deum precari  
vt accipiatur elemosyna. Christus autem do-  
num. Martha petiuit: conaturus ibi non  
quod non haberet alias unde cenaret, Ange-  
li enim ministrare potuissent, cen-  
nam, sed propter illius & sororis utilitatem.  
Eodem modo Elias ad viduam Sareptanam  
iuit ob viduam plus commodum: Maie-  
nim beneficium conſequuta est vidua Eliam  
pascendo, quam Elias ab illa passus accepit.  
Ad demerendum est de duobus discipulis eu-  
rius in Bema, Christo sub pauperis peregrini  
nisi gura, & habitu accepto. Locigitur sum-

Rom. 15.  
Lucæ 10.  
3. Reg. 17.  
Lucæ 24.

num remedium est diuitis ad salutem ele-  
mosynam scilicet pauperi facere. Siquidem  
paupertas ea potissimum de causa permilla  
est à Deo in terris vt sit diuitiarum veneni ri-  
riaca quædam presentissima. Quod videre  
clarius possumus in hoc diuite: cui in salutem  
datus est pauper Lazarus: Lazarum vero  
pauperem esse voluit Deus, vt patientia sua  
oculum mereretur. Hanc autem medicinam  
non clam sed adeo in proprio porrexit Deus  
illi diuiti vt dicat Euangelista de Lazaro lo-  
quens. Qui iacebat ad annam eius. Vt maius  
meritum accumularet, videns felicitatem di-  
uitis, & e contra pena diuitis augeretur, quia  
videns pauperem non est compassus illi, &  
etiam vt non ignoraret quod non vidisset il-  
lum: nihil enim est in hoc diuite, quod pos-  
sit patrocinari. Nam omnia argumenta de-  
fensionis hic diluantur, omnesque viæ præ-  
cluduntur, ita vt nihil prorſus sit reliqui quod  
possit diues in excusationem adducere. Nam  
si dixerit quod tanta fuit multitudo mendi-  
corum vt non potuerit omnibus auxiliari.  
Euangelista contrarium affirmat, inquit.  
Erat quidam mendicium, non multum sed vnus.  
Si dixerit non noui eum, nec illum vidi, &  
forsitan accepisset elemosynam si alio non  
recepisset: Euangelista contra ait, iacebat ad  
ianuam eius. Si dixerit diues, non adeo ægro-  
tus fuit, potuisset manibus operando victum  
querere: Euangelista ait. Erat vlceribus ple-  
nus: Denique si dixerit, non magna premebat  
tur fame respondebit Euangelista. Cupiebat  
saturari de micis: cadentibus de mensa diuitis.  
Sic omnes purgan ditationes tollit. Euangeli-  
sta: diuitem que facinorosum conuictum da-  
nat, vt hominem impium & ab omni huma-  
nitate alienum iudicabuntur die iudicij mali-  
tanta severitate, vt vel minimè defensionis no-  
sit locus futuræ iudicij enim Dei adeo iusti-  
fieda sunt, vt David in Psalmo dicat. Iudicia  
Domini verax, inſiderata in semetipsa. Obmu-  
tescent peccatores omnes nō habentes: quid  
respondere aut illegare possint coram iustif-  
icatio Dei iudicij. Non poterat itaque di-  
cere diues hic se non vidisse illum, qui ante  
eius ianua iacebat: denique quomodo da-  
ret absentis, si presentis non dabat. Sed profe-  
quam vultu suam. Vlcibus plenus. Tot habe-  
bat ora clamantia, quot vulnera: quorum ta-  
men nihil impissimum illum diuitem mo-  
uet. Expendo autem quod quantum Laza-  
rus, multis malis affligeretur, nullam contra  
homi-

Psalm. 118.

homines querelam, nullam in Deum conti-  
meliam effudit, nec vllum impatientia iudi-  
cium extulit. Sic faciunt electi qui gloriantur  
in tribulationibus suis, voluntatem bonæ pa-  
tris sui scientes sibi æternum regnum daturi.  
Discamus ergo hoc exemplo miseriam nostrā  
penitentiam, & crucem, patiēter ferre. Breui-  
res mutabitur cum Lazaro: atque ita vt crux  
in æternum gaudium mutetur. Cupiens sat-  
urari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis.  
Quemadmodum mundus diuiti quantum  
potuit liberalissime omnia concessit precio-  
sa vestium supellestiale, ciborumque varia abun-  
dantia illum locupletem faciens omniaque  
in illum bona quæcunque potest impendit:  
sic est diuerso huic Lazaro quæcunque eripere  
potuit, abstrulit, adeo vt etiā veste & victu ad  
vitam necessarijs eum priuaret, in numerisque  
plagis affecerit. O ingentem ignorantiam, om-  
nibusque hominibus merito deplorandam:  
quam paruis de rebus condemnentur morta-  
les: ne videlicet exigua sibi à Deo imposta  
præcepta adimpleant. Deus vero ad eo in om-  
nibus rebus suis se iustum ostendit, vt nemi-  
nem quod implere facile non possit effugi-  
ret, contentumque se fore profiteretur: si illum  
temporis, rei familiaris, ciborumque superfluis  
pauperibus erogatis colamus. Quot enim pau-  
peres possent sustentari reliquis illis, quæ lu-  
dentibus aut comedentibus saepe numero re-  
duntant: qui iricas de mensa tua cadentes ta-  
tum modo petunt, vt possis in die iudicij ex-  
tremo iustificari: si nunc cum tempus habes  
pauperem mulierem Ruth spicas à messori-  
bus relictas colligentem, dixit messoribus,  
& remanere permittite: vt absque robo-  
re colligat, & colligentem nemo prohibeat.  
Eodem modo deberet & diuites facere, mul-  
tas de mensis suis de industria pauperibus re-  
linquentes, quibus sustentarentur, reliquias.  
Nam cur incommodum tibi videatur: super-  
flua quæ tibi prodesse nequeunt pauperibus  
erogare? De hoc autem iniquissimo diuite ait  
hic euangelista, tanta illum auaritia esse infe-  
ctum, vt licet summa omnium rerum copia  
abundaret, extrema tamen Lazari necessita-  
tis succurrere nolet. Vnde sequitur in contex-  
tu. Et nemo illi iacet. O crudelitatem homi-  
nitemporum exitiam. Si quidem nemo iam  
inter Christianos inuenitur, qui pauperum  
miseretur. In illa enim ecclesia primitiua ta-

Rub. 2.

ta in pauperes vigeat liberalitas vt satis non  
esse vlli Christiano videretur si ea, quæ pote-  
rat tribueret: nisi etiam de necessarijs ad vitā  
suā largiretur. Hac de causa laudantur à Diu.  
Paulo Achaia & Macedonia habitatores: qui  
cum summa premerent inopia tamen vlt-  
ra facultates suas pauperibus consulebant,  
rebus etiam necessarijs ad vitā propter Deū  
erogatis, multis lachrymis testantes. Apos-  
tolo, vt ea acciperent pauperibusque pro arbi-  
trio dispensarent. Quare non potest non esse  
Deo gratissima elemosyna puro & pio ani-  
mo facta: etiam si vltra vires cuiusque facta  
sit. Si quidem Diuus Paulus in simili casti-  
topere Macedonum pietatem laudat. Nam  
etiam si polytica liberalitas in eo quod quisque  
sine suo dispendio erogare potest versatur in  
fusa: tamen hoc medium non seruatur, quippe  
quæ necessaria etiā propter Deum solent elar-  
giri. Sic temperantia infusa non tantum ab-  
stinet à voluptatibus; quæ animam & vsum  
rationis impediunt: sed etiam radicis em-  
nia humanarum fomenta libidinum euelle-  
re tentat: quo facto spiritui corpus subijcitur.  
Pulcherrima liberalitas est pauperibus etiam  
vltra vires opem ferre: præstare enim nimie  
acculari misericordiam, quam impietatis. Ab-  
dixit propheta tanta fuit pietas, vt se maximo  
are alieno astrinxerit quo propheta egesta-  
tis tempore sustentaret: quo tamen are illius  
vxor postea liberata fuit aucto Elisei opera  
oleo. Huius autem diuitis tanta extitit auari-  
tia, vt non modo sibi necessari, sed nec etiam  
superflua pauperi daret. Qua de causa opti-  
me ait Diu. Chriostom. mal'le se cum mil-  
le demoniacis quam cum auaro vno versa-  
ri. Nam ille, qui à damone vexatur vestem  
discindens corpusque dilanians, sibi soli incō-  
modum infert: at auarus proximis in primis  
nocet. Procul enim dubio quotiescunque pau-  
peri fame oppresso rebus tuis si potes nō opti-  
tularis, illum proprijs bonis spoliast: quia tunc  
bona tua, non tua, sed pauperum sunt: quibus  
nisi subuenias extreme indigentibus. manife-  
stum furtum committis. Hinc Diuus Augusti-  
nus ostendit auaros feris esse multo immā-  
niores: illæ nanque nisi ingruente fame vena-  
ri non solent, quæ subblata cæteris animalibus  
pacem concedunt. Diues vero auarus sem-  
per aliena diripit: plura indies cupit, nec quā-  
tumuis sit omnium rerum copia plenus satia-  
tur: & tantum abest, vt pauperi summe in di-  
genti subueniat, vt etiam illum quomodo-  
cun-

2. Corin. 8.

4. Reg. 4.

Chry. Mar.  
1. the. cap. 8.

Augustinus  
verbis do-  
mni Jer. 26



cunq̄ue potest expoliet. ¶ Obserua autem in hoc quod non solum damnat Euangelista diuitis huius auaritiam & crudelitatem, sed etiam seruorum eius & familiarum: non modo enim Dominus, sed nec seruus, aut familiaris quispiam extitit qui misericordia motus. Lazarus: de dimenso suo ferret opem. Qualis dominus, tales famuli sunt. Si enim dominus crudelis est: familiares misericordes esse qui possunt. Vnde in Ecclesiastico habetur. Secundu[m] iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis Rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Domino alectore, vniuersa familia ludu[m] indulget. Si autem dominus libidinosus sit, eodem modo & famuli censentur. & e contrario, domini boni continentis & misericordis, misericordes, continentis, bonique sunt familiares. Vnde quotidie videmus in domo diuitis liberalis in pauperes, famulum quemque viso paupere ad ostium cum elemosyna accurrere. Hinc patet filios, parentes, famulos dominos suos in omnibus sibi amulandos proponere. Sic in domino huius diuitis constat omnes pro domini sui libere in Lazarum esse animatas: quippe qui eum non modo non aliqua elemosyna solabantur, sed etiam frequenter iniurijs afficiebant, & molestabant. At quid opus est verbis? similes erant domini sui. Ideo ait Euangelista, Nemo illi dabat. Distant ex hoc loco domini & parentes, vt tales ipsi sint, quales suos esse, nolant: minores namque natura duce maiorum exempla sequuntur. Abrahami famulos bonos fuisse certum est: legimus enim vnum ex illis celeriter ad gregem cucurrisse, vt inde aliquid afferret in Angelorum hospitium: qui sub peregrinorū forma apud Abrahamū diuertebat. Idem fecit Sara eius vxor: vt intelligas omnes illius familiares, qui diligenter Deum colit, eodem modo ad Deum cultum esse diligentissimos. Locus etiam, qui nutritus, erat in domo Abraham, hospitalis fuit, & misericors. Item Ioseph: quia bonus erat, bonum habuit seruum, qui ceteris filijs Iacob dixit Pax vobis. Deus patris vestri reddidit vobis pecuniam. E contra verò Absalon, qui erat impius, famulos habuit impios: quip pequi a mon fratem domini sui interficientes nefariorum scelus perpetrarunt. Non poterant enim ab Absalone melioribus viuendi exemplis instrui. Distant ergo patres familias suos docere non tantum verbis sed operibus; præclarisque actionibus. Hoc autem

quanto secus nunc eueniat, nemo non videt si eos attendat, qui alicum viuendi statum secuti pro bonis moribus omne victorum genus contrahunt: cum tamen à maioribus suis magnatum & potētum vitiorum seruitio sint addicti vt vrbantatem vitæque cultum addiscant, quæ illi omnia in ludum desidia[m] que transferunt. Sic fortasse plerisque Iudeorum visum est, qui filios suos pharisaorum seruitio mancipant, existimantes eos apud dominos suos summa morum integritate institutos fore: à quibus tamen miseri iuuenes hoc duntaxat edocti sunt, quomodo scilicet Iesum dolo accusarent, omniumque Saluatorum morti traderent. Ideo ait Ioannes quod miserunt Pharisei ministros vt apprehenderent Iesum. Sed tu nō multo aliter facis quippe qui famulos tuos citius ad inhonestam munerata subeunda: quam vel ad sacrum adieciendum, vel ad confessionem annuam peragendam compellis. Igitur mira nemini videri debent seruitium flagitia qui dominorum suorum nutus omnes & voluntates, obseruantes eorum similes euadunt. Sed de his satis. ¶ Expende etiam idem nunc vulgò passim fabricari, quod hunc diuitem fecisse conquerimur. Illi namque non defuerunt opes, quas in vestium ciborumque luxum, ludum, & istius generis vitia infunderet, sed quibus inopia Lazari subueniret. Sic modo magnates huius seculi vana vestium suppellectile affluentes, conuiuiorum, libidinumque luxuria corrupti, egestatem affectatam querunt, quæ possint largiori se indies cibo potuque iurgitare, at verè miserorum inopia succurrere se non posse cœtantur. Et quod nequius est, quantumuis magno ære alieno oppressi sint, nihilominus dolis, fallacijs, fraudibusque versuris sumptus facere nituntur: vbi de opum, aut cuiusvis vanitatis estimatione agitur, non illorum opinio apud homines defraudetur, vel eo minus humanæ stultitiæ sit in seruitum. Verum si rogatur, aut in virginis orphanæ matrimonio locandæ dotem, aut aliud pietatis opus: tunc demum apparet ingens æris alieni vinculu[m], tunc illa inueterata inter auros formula. Dominus tibi opem ferat. Hinc videbis hospitia, monasteria que non pauca, ab istorum maioribus, melioris notæ hominibus cœpta, nequaquam ad debitum finem perducit: quia huiusmodi est eorum auaritia, vt omnia quæ in Deum, à quo bona vniuersa sunt, erogant pro amicis reputent causamque suæ paupertatis for-

re in

re in posterum existimant. Hos autem qui sic erga Deum parci, erga mundum effusi & prodigii sunt, lepori simillimos ergo iudicō: quod quadrupes anteriores pedes cum breuissimos habeat, posteriores habet prælongos: in quos minima corporis videbatur necessitas incumbere. In mundum sunt liberales, parci & avari erga pauperes. Non aliter se habuerunt filij Israel qui se auro argentoque domesticam spoliarunt, vt vitulum illum nefandum conflarent: cui velut Deo cultum exhiberent. Sic isti nefarii diuites faciunt in concubinas, libidines, variaque crimina perpetranda, liberaliter omnes opes suas prodigentes: sed in pia perparce nimium, aut nihil erogantes: quod in hoc diuite manifeste nobis proponit Euangelista. Cuius cum esset in vita effusissimus, auaritiam erga Lazarum iuste miramur. Scurra non grauebatur, vestem bombicinam, auream uel largiri: Christo impartiri volebat vel paruū panis frustum. Hac de causa præcipiebat Deus in lege veteri vt pauperes etiam agnū Deo offerrent, videns multos, fictam erga Deum ministrorumque eius inopiam causari: quare noluit eum, qui ad vouenda vitia diuites est, esse inopem ad sustentandum eius ministros. Ergo cum diuites, tum vero pauperes iubet Dominus offerant in templo dituitum munera. Nam quo ad Deum, Dei uel cultum nemo inops esse aut videri debet. Attamen heu quantis hodierna die malis est deprauatu orbis terrarum: in quo nemo pauperem amat: nemo propter Deum solatur: nemo nec videt quidem. Quorū hodie Lazaros vident mundi amatorēs & animarum suarum hostes & peremptores: & sunt magis solliciti de phaleris equorum & canibus uaticis, & scurris, quam de Christi pauperibus. Vnde Dominus per Prophetam conqueritur dicens. Bibentes vinum in phialis & optimo vnguento delibuti nihil compariebantur super contritione Ioseph. Diues hic bibens & comedens, non compariebatur super paupertate, & Lazari uicibus. Sed vt diuitem hunc & omnem domum eius confundat Dominus, audi quod sequitur. Sed & canes & veniebant, & linegebant vlcera eius. O crudeles homines: qui finitis canes, quod vobis incumbit, officium exequi pietatis, pudeat vos miseros sic crudelos esse. Canum est latrare, peregrin-

nos mordere, abigere hospitales, non recipere hospitio aduenas & ignotos. At qui vitæ brutorum natura hominum duritiam: dum miseret languentis hominis, humi consideratis. Humaniores fuerunt canes, hominibus. ¶ Hæc ait Euangelista Christum de diuitis, pauperisque vita dixisse, alterum cum altero conferendo. Diues enim crudelitate laborabat, mollibus vestibus torpebat, luxuque corrumpebatur nimio: pauper vero contra, fame, nuditate, inopiaque summa omnium rerum urgebatur. Ille geniali stercebat lecto, hic in nuda cubabat humo. Sed sicut in viuendo, sic in moriendo dissimillimi extiterunt. Nam omnes mortemur & quasi aqua dilabimur. Pauper & diues, nobilis aut ignobilis, doctus vel indoctus, omnes simul mortem opperunt: vnde moritur doctus simul & indoctus. Cum igitur horum duorum vitæ adeo fuissent distantes, vt iam vidimus: modò Euangelista de vtriusque exitu & prius de Lazaro ait. Factum est autem cum moreretur mendicus. Misera huius seculi vita, cum sit vndique multis circumuallata periculis, & incommodis, non immerito ab omnibus iustis hominibus maxime habetur odio, ne ius beatitudinis amittant aliquo modo: quia nulla est peior viuendi conditio, quam in ea vita versari, in qua facilè sit coli iacturam facere. Et ita omnes sancti summe cupiebant, se mortem cum vita commutare, tenuentes eam vitam viuere, in qua nulla sit tam antiqua virtus, quæ non accescere, & corrumpi possit. Quare postquam iustus superauit maris tempestates in portum tutissimum ab Angelis summa lætitia excipitur, dicentibus. Factum est iam, consummatum est, nullum deinceps periculum, aut timor sit tibi: quare hoc verbum factum est suam emphasim habet. Factum est iam & consummatum. O factum iusto suauissimum: impositus est laboribus finis, iam desinent dolores & miserie. O bonam fortunam, magnam felicitatem: nemo poterit iustum inde vlla vi interurbare, nihil est amplius timendum: iam factum est. Pari verò ratione iniquus viuendo iudicium quod subiturus est prorogat, cui diuina liberalitas viuendi usuram largitur, vt penitentia cōuertatur iudicij in melius. Et sic forte hoc tantu[m] aliquem lateret beneficium; publicare fecit

Toma. D d Deus

Eccle. 10.

Gen. 18.

Gen. 43.

Gen. 43.

Gen. 32.

Gen. 7.

Gen. 14.

Gen. 6.

Reg. 14.

Eccle. 3.

Exech. 18.

Rom. 2.

Deus apud omnes ditiois suæ agentes, quò  
 tuncque ingemuerit peccator. Semper  
 enim nos Deus vocat, & inuitat in cælum.  
 Vnde an ignotas quod benignitas Dei ad  
 poenitentiam te adducit? Si hoc non nouis-  
 ti in diem iræ thesaurizas. Eodem modo  
 omnis infernus mortem impij expectat, ti-  
 mens quia quilibet peccator dum uiuit vi-  
 tam corrigere potest, quantumcunque incor-  
 rigibilis videatur. Sed si in iniquitatibus suis  
 ad mortem usque perstitit illico demones a-  
 lacritate furibunda exclamant, & miseri mor-  
 talis spolio gaudentes, inquit. Iam factum  
 est, nihil amplius restat, nos ter, nos ter eris,  
 iam non potes vitam corrigere, quam in æ-  
 ternum perdidisti: te nobis nemo eripiet;  
 secludite curas, factum est. Aduertat Do-  
 minus tam diram ab auriibus nostris uocem.  
 Quando ergo omnipotens Deus peccatori  
 coram omnibus Angelorum sanctorumque  
 ordinibus dixerit, factum est, erit ille in æ-  
 ternum hereditate cœlesti priuatus: quam  
 tamen dum uiuit recuperare, licet millies a-  
 missam, potest, quod tamen si non fecerit  
 ueniens ad illud seu. r. s. t. i. m. u. m. t. r. i. b. u. r. a. l. i. a. u. d. i. e. t. i. l. l. u. d. u. e. r. b. u. m. t. e. r. r. i. b. i. l. e. f. a. c. t. u. m. e. s. t. C. l. a. u. s. t. a. e. s. t. c. e. l. i. i. a. n. a. u. n. l. l. o. d. e. i. n. d. e. n. e. q. u. e. e. x. p. e. c. t. a. n. d. o. r. e. m. e. d. i. o. r. e. l. i. c. t. o. s. a. l. u. t. i. s. I. d. e. d. s. i. s. a. p. i. s. n. u. n. c. d. u. m. t. e. m. p. u. s. d. a. t. u. r. c. l. a. m. a. n. u. n. c. l. a. c. h. r. y. m. a. r. u. m. e. f. f. u. d. e. r. i. u. s. c. r. i. m. i. n. u. m. t. u. o. r. u. m. p. o. e. n. i. t. e. n. s. q. u. o. n. i. i. m. e. c. c. e. n. u. n. c. t. e. m. p. u. s. a. c. c. e. p. t. a. b. i. l. e. e. c. c. e. n. u. n. c. d. i. e. s. s. a. l. u. t. i. s.

Cor. 6.

¶ Verum aliqua hic obseruanda sunt. Pri-  
 mum horum est, qualis sit ordo narrationis  
 de superbo diuite, & de paupere Lazaro. Dū  
 enim de uiuentibus loquitur humano more,  
 de diuite primo locutus est & postea de La-  
 zaro: nam primo dixit vitam diuitis, & po-  
 stea vitam pauperis. Præposuit diuitem pau-  
 peri differens de vita utriusque, quia in hoc  
 diuites præponuntur pauperibus: & se-  
 cundum primò in theatris, in foro, in conuiuijs, &  
 in omni honore & loco pauperibus præferū-  
 tur. Sed dū de his iā uita fundis narrationē  
 incipit, narratio pauperis proponitur: quia  
 pauperes diuitibus in alia uita præponuntur,  
 & ideo cum de alia uita agitur, primò fit mē-  
 tio de paupere, & diuiti præferitur. Ideo prius  
 loquitur de morte & retributione pauperis,  
 quam diuitis. ¶ Obserua iterum quod  
 quando dicit de paupere dicit, ut moreretur  
 mendicus: non dicit mortuus est mendicus;

sicut dixit de diuite, mortuus est diuites. Non  
 posuit præteritum perfectū in mendico, quia  
 Lazarus non perfectus mortuus est: quia si cor  
 potus mortuus est, non tamen anima quæ ui-  
 uit Deo, & nihil perfectum habuit in morte,  
 quam moriendo euasit. De diuite autem di-  
 xit, quod mortuus est usque præterito perfe-  
 cto quia uere & perfecte mortuus est, morte  
 animæ per culpam & morte corporis.

¶ Denique obseruandum quod gloria san-  
 ctoꝝ a morte incipit: sicut gloria impio-  
 rum, morte finitur. Calamitas & miseria La-  
 zari morte finitur: nam quem homines ui-  
 uum despexerant, hunc in morte portant an-  
 geli. Et quis credidisset hunc in opem: & à to-  
 to mundo despectum hominem: Deo in cœ-  
 lis tam charum & acceptum esse: uerum lon-  
 ge alia sunt Dei iudicia quam hominum. Vn-  
 de dominus per Esaiam dicit. Non sunt uis-  
 meæ uis uest: & cogitationes meæ, cogita-  
 tiones uestræ: nam sicut exaltantur, &c. Quo  
 modo autem dominus honoret suos in mor-  
 te: audi Euangelistam de mendico dicentem.

Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahe.

Ex quo intelligimus Angelos ad esse moritu-  
 ris, quod uidelicet suo defungantur officio  
 in quod designati sunt. Vnde Paulus. Nonne  
 omnes administratoꝝ sunt spiritus, propter  
 eos qui hereditatem capiunt salutis? & Da-  
 uid. Angelis suis Deus mandauit de te ut cu-  
 stodiant te in omnibus uis tuis. In manibus  
 portabunt te, ne forte offendas ad lapidem  
 pedem tuum. Felix anima quæ hic à nemi-  
 ne nisi à canibus uisitabatur: nunc uero non  
 vnus sufficit Angelus, sed Angeli occur-  
 rerunt multi, qui portent eum. Doce-  
 mur sanctorum Angelorum fidei, tutela, at-  
 que custodia, nostras animas in uita pariter  
 & in morte assiduis precibus commendare:  
 quatenus ab incurfu spirituum maligno-  
 rum (uti rugientium preparatorum ad  
 escam) defensas in lucis ac pacis loca dedu-  
 cant. Præterea ex hoc loco satis constat de-

Esai. 55.

Hebr. 1.  
Psalm. 91.

Eccle. 11.

mones nullam habere potestatem in animas  
 iustorum ante Christi aduentum: in sinum  
 Abrahæ, sicut nec habent modo super a-  
 nimas purgatoꝝ: neque tunc habebant.  
 Nam si detinebant sanctos in sinu Abrahæ,  
 habuissent ius ibidem deportandi. De-  
 mon enim nullam habet potestatem nisi in  
 existentibus in peccato originali uel mortali:  
 & non utrunque, sed saliter ut uasi etiam &

arma

Luc. 11.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

arma ipsius & possessio eius merito dicantur.  
 Iusti autem quando perseverant in iusti-  
 tia, neque in hoc seculo, neque in futuro in  
 potestate eius fuerunt.

¶ Porro si quis dicuntur loca maris à procel-  
 lis & uentorum turbine liberantur. Et qui-  
 dem in uisibus uelut mare fluctuat, & uen-  
 tis tentatio huius agitatur maxime. Ante uen-  
 ro Christi aduentum iustorum animæ à cor-  
 poribus liberè egredientes non perduce-  
 bantur ad portum cœlestis patriæ: sed in-  
 torum turbatione quietis manebant: qui pa-  
 trum sinibus appellatur, qui propter sui tran-  
 quillitatem uiam sinus dicitur. & credi-  
 tur supra locum pœnatum esse. Dicitur ta-  
 men siquis Abraham, non quod illic primò uen-  
 nerit Abraham, cum multo iusti ante ip-  
 sum uita sancti essent: sed quia pater dicitur  
 ere de cœlum in Christo, quibus locus ille fet-  
 uatus est. In hoc sinu detinebantur patres  
 ante Christi aduentum, ubi moriens Christus  
 descendit: quæ infera uocabantur loca su-  
 periora ab inferno ubi cruciuntur damnati,  
 à quo eduxit sanctas animas ad portum cœ-  
 lestis patriæ, & mansit sinus ille uacuum: nam  
 post Christi mortem iusti perfecti morientes  
 statim euolant in cœlum, imperfecti uero  
 sicut tunc & nunc igne purgatoꝝ purgati  
 tur. De hoc sinu ait Iob. In profundissi-  
 mum infernum descendit omnia mea: pu-  
 tasne saltem eueniet requies mihi? Meri-  
 to autem portatus fuit Lazarus in sinum A-  
 brahæ, ut in hospitalitatem illius diuitis aua-  
 ri Patriarcha sanctissimo reprehenderet: qui  
 refugium pauperum fuerat, & apud quem  
 primum cepit vigere pietatis schola, & cu-  
 ius doctrina Loth pietatam edocuit est.

Sed de diuite iam audiamus. Mortuus est  
 autem diuites. Igitur sic moritur diuites ut pau-  
 per. Hoc si animaduertent Reges, Prin-  
 cipes, diuites & potentes huius seculi, super-  
 biam, arrogantiamque dedicerent, qua pu-  
 tant se uentibus, ut pauperes corpora sua  
 non pascere, quasi sublimiori materia for-  
 mata, quam aliorum: cum reueta omnia na-  
 ta intenteant & aucta corrumpantur. Me-  
 minerint igitur superbi huius seculi tyranni  
 uermes coram corporibus non pasturos, que  
 post modum in puluerem uilissimum  
 conuertentur: ut saltem hac consideratione  
 aliqua ex parte arrogantiam suam dimi-  
 nuant. Nihil sunt diuitias, nihil generis no-

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

bilitas, ut mortem omnibus certam abster-  
 reant. Quare si opibus aut nobilitate, qui-  
 bus ab Adam hæres es inlicitus morbos,  
 mortem, aut aliqua incommoda uita effuge-  
 re posses, magnum esset quam plurimas pos-  
 siedere diuitias: clarisque esse ortum natali-  
 bus. Sed cum diuites, pauper, nobilis, & ig-  
 nobilis, Rex uel pastor, omnes similibus mo-  
 moriuntur: quid absurdius quam in huius-  
 modi uanitatibus spem poneret. Ergo cum  
 omnes homines simus eadem conditione na-  
 ti, merito eisdem uita incommotis nemo  
 nostrum est, quin sit subditus. Si Rex aut  
 Imperator liber esset à morte, & omnia alia  
 infirmitate res esset profecto excellentissima  
 Regis aut Imperatoris conditio: sed nemo  
 potest esse Rex aut Imperator quin sit ho-  
 mo. Hoc innuit. Saluator noster, cum di-  
 xit. Simile est regnum cœlorum homini  
 Regi. Non satis fuit dicere Regi, siquidem  
 qui Rex est homo est. Sed singulari consi-  
 lio, Regi, addidit homini, ut uidentes Reges  
 & potentes esse homines ut pauperes mor-  
 ti reliquique uita in eodem modis subiectos de-  
 sinant superbire: sibi que persuadent ead-  
 dem mala in que nati sunt omnibus esse com-  
 munia, nisi forte diuites, cum morte aut  
 inferno aliquid pacti sunt: ut ait Esaias, ne  
 illis noceat. O insane tunc mortem uidi-  
 sti? scis quomodo se habeat, qui cum ea  
 tam facile quæuis pacisceris? nouisti illam  
 de facie? aut quò colore figurand sit? Ex-  
 pectus uero es inferni cruciatus: aut publi-  
 cam accepisti à Deo fidem te nunquam mo-  
 riturum? Cōsidera igitur licet sis magnus aut  
 potens, ut hic diuites fuit, te esse mortalem &  
 sic facile honores, diuitias, & cetera inania  
 seculi despicias. Nam quid profunt uhi uer-  
 sa blandimenta, delicia, aut uoluptates car-  
 ni moriturae. Ideo David ait. Quæ utilitas  
 in sanguine meo, dum descenderò in corru-  
 ptionem? Attende ad hunc diuitem, quem  
 omnes fortuna suæ à morte liberare non po-  
 tuerunt. Vnde Ecclesiasticus exclamat di-  
 cens. Quid superbis terta & cinis? Pende  
 diligenter tuam conditionem, & natu-  
 ram, & in quam dissoluendus eris mate-  
 riam, & omnium uanarum uanitarum finem  
 cito impones. Arboreis cognoscuntur quæ-  
 dam ob truncorum differentiam, quædam ob  
 frondium, fructuumque proprietatem: sed  
 tradita igni & in cinerem redacta, cognoscei

Mat. 18.

Esai. 48.

Psalm. 91.

Eccle. 10.

D d a nequeunt.

nequeunt. Non cognoscēs mixtis cineribus proceram pinum, aut excelsam populum ab humili myrtho. Sic homines dum viuunt & degunt in sylua mundi huius cognoscuntur, ob maiorem simplicitatem, quidam ob verborum folia, hic in flore pulchritudinis illo in altitudine principatus: sed cum mors venerit, in cineres redacti cognosci non poterant. Mistis cineribus quid interest inter principem & colonum. Quid profuerunt istis aurum, argentum, vestes, diuitiæ, famuli, cognati, aut familiares. Omnia hæc nihil valuerunt, nec superbia aut gloria vana seculi fuerunt tanti vti factorem suum morti eriperent: aut a vermibus corporum custodibus fidelissimis carnis, aut denique ab inferno animam vindicarent. Id propter elamabat Propheta Baruch, dicens: Vbi sunt principes gentium & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram: qui ludunt in auibus cæli, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, &c. Exterminati sunt & ad inferos descendunt, & alij loco eorum sunt exheretati. Iob. etiam: Morsitur, inquit, diues & foelix. Non enim possunt locupletes se suis nummis a morte redimere: vel aliquam secum certam deferre pecuniã. Id eod. in Psalmo habetur: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria, &c. Ediderunt. Relinqueret alie nis diuitias suas, & sepulchra eorum domus eorum in æternum. O stulta diuitum scriptura, pessimumque testamentum. Relinquant animam diabolo, corpus vermibus, & diuitias mundo. Vnde in persona eorum ait Sanctus Iob: Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. Hic finis est mundani perituri que gaudij cuius extrema luctus occupat, & omnia importuna mors sub sua inga mittit. Vidi (inquit Dauid) impiam exaltatum supra cedros Libani, & ecce iam non erat. In labore hominum non sunt, ideo tenuit eos superbia, &c. Mors dura omnia arquat, omnia ex imis euerit fundamentis. Quamquam Lazarus, & diues hic dum viuerent essent dissimiles, quia alter opulentus, alter vero mendicus erat: attamen in morte similes fuerunt, quoniam neuter illorum, illius aciem potuit effugere. At in præmio etiam diuersi existerent. Aqua saporem contrahit terra, qua transit: nam si venam salis aut sulphuris offendit, salis, sulphur autem fuit,

& calida: si terram bonam, dulcis manat. Omnis motus & quasi aqua dilabimur. Mors autem saporem vite contrahit, vnde quoties vita bona est, mors etiam suavis est: vitam vero malam, mors acerba & amara consequetur. Qualis ergo fuit vita horum duorum talis exitus, vbi splendor, vbi mundi gloria: Scipios infelices homines seducunt: non enim diuitiæ liberant homines a morte, nec pecunijs potuit iste redimere mortem. Quare Paulus non abs re scribit discipulo suo Timotheo. Præcipe diuitibus huius seculi, ne superbe sapiant, nec sperent in incerto diuitiarum, sed in Deo vero. Mundus enim transiit, & concupiscentia eius: Hoc tecum reputa vana esse omnia & transitoria. Non enim multum erat, diuitem mori, quia statutum est omnibus hominibus semel mori. Verum id quod sequitur est perpendendum. *Essepulchrum est infernum.* Vitatum est unicuique, ut in sua parochia post obitum sepeliatur. Ius suum diabolus districte sibi defendit: nec patitur eum qui sua debetur parochiæ alio loco sepeliri. Vide si in vita parochianus eius sis, si aqua concupiscentiæ ab eo baptizatus sis. Parochiani enim eius sunt qui suorum operum & iniuria & consummationem quasi primitias soluunt & decimas: qui lasciujs, cantilenis, distaminibus, impudicijs, carminibus vanis, aut verbis detractoribus, vel dicendis vel audiendis intendentes parochia suo diabolo student adesse. Ij in sua infernali parochia sepelientur. Obserua autem quod cum de morte pauperis loquebatur, non dixit vbi esset sepultus, nec nomine sepultura vsus est, aut de sepultura egit: sed loquens de diuite dixit, quod esset sepultus. Omnis superbi diuitis cura magnificè construendo corpori sepulchro cernitur, nec moriens recordatur animæ suæ: sed omnes cogitationes & conatus in rebus terrenis collocans in signa gentis suæ summa contentione sibi ad fabre insculpta super imponi iubet, cæterorumque vel in pace vel in bello facinorum similitudinem, ne apud homines illius nomen intereat. Rufus obseruandum hic est maxime quæ culpa diues hic damnatus fuerit: non enim legitur illud aut benefactorem aut furem fuisse: sed quod de bonis suis quæ forte iuste quæsierat pauperi non impertierit. Expende quæ

Reg. 14.

Pron. 14.

1. Tim. 6.

Hebr. 9.

Ecle. 4.

Sapient. 5.

Psal. 118.

pœna multandi erant raptores, vfurtarij, fures, qui aliena retinentes pauperes spoliant: cum æterna damnatione puniatur hic qui non abstulit aliena, sed quia de proprijs & superfluis statuit, pauperibus non erogauerit. Timeant vfurtarij, timeant illi, qui aliena retinent: cum hic tam diro torqueatur supplicio quod propria non sit elargitus. Sed historiam prosequamur. *Elenans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe & Lazarum in sinu eius.* Ex naturalibus non patet quomodo iste cognouit Abraham: quoniam sanxima diuitis vidit alias animas, quomodo cognouit illam fuisse animam Abraham, & illam Lazarum? Itaque eleuatio oculorum ordinatio est intellectus ad Abraham & Lazarum: & hoc intelligi potest diuinitus factum, & per hunc modum cognouit Lazarum & Abraham. Ordinario si quidem diuina effectrix fuit istius discretionis. Ad maiorem autem sui pœnam vidit Lazarum in sinu Abraham: hoc est, in certa & quieta æternæ beatitudinis spe quiescere. Iustus enim erat oculos illos immisericordes puniri, in hoc quod hic noluerat misereri. Sed frustra in supplicijs oculos aperit, quos olim inopi & mendico crudeliter clausit. Hinc rectè vit iustus nos instrues ait. Non auertas faciem tuam ab vilo paupere: ita enim fiet, vt nec a te auertatur facies domini. Sicut talpa, quæ exca est in vita, sic iste non vidit se ipsum nec Deum, sed terrenas cupiditates, veluti talpa sub terra degens quæ dicitur in morte aperire oculos suos. Sic isti in morte aperient oculos, & vident vanitatem, quam antea diligebant, dicentes. Quid profuit nobis superbia aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra & tanquam nuntius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertransit, &c. Optime dictum, sed sero dictum. Expende autem quod à longe vidit Abraham: vt scias quam longe sit à peccatoribus salus. Tam longe enim erat diues iste à paupere: quantum gratia Dei à peccato: & à vitio, virtus, & ab inferno beatitudo, tam distantes post obitum fuerunt ambo, quantum distabant eorum corda in vita. Aduerte etiam ad quadruplicem commutationem, quæ fuit inter diuitem hunc & mendicum Lazarum. Primum diues, qui in aula magnifica, & in sublimi cathedra sedebat, abiectus in ima iacet: & pauper qui ad ianuam diuitis omni solatio de-

stitutus fuit in sinu Abraham recipitur & honoratur. Sic per Salomonem dicitur. Iacebunt inanes ante portas iustorum. Secundò diues in delicijs, & pauper in laboribus vixerat & doloribus: nunc vice versa diues cruciatur, & Lazarus exultat. Vnde per Esaiam Dominus dicit. Ecce serui mei comedent & vos esurietis: ecce serui mei comedent & vos sitietis. Ecce serui mei lababuntur & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos præ dolore cordis clamabitis, & præ cordis contritione vlabitis. Tertio Lazarus in hac vita à diuite mendicabat: sed postea diues mendicabat à Lazaro: & sicut diues non exaudivit Lazarum in hac vita, ita postea non est exaudivit, iuxta illud. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit & non exaudietur. Quarto sicut pauper dum viueret, grauiorem faciebat pœnam iacere ante ianuam diuitis, & alia bona prospicere: sic diuiti mortuo augebat pœnam in gehennam prospectus delectationis Lazari. Sicut enim dominus eiecit Adam è regione paradisi collocauit, vt videns illum sentiret à quantis bonis excidisset: sic ante oculos diuitis posuit Lazari felicitatem, vt magis torqueatur. Stabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in subitatione in sperata salutis, gementes præ angustia spiritus: dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improprij. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam & finem illorum sine honore: ecce quomodo eoputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis. Lasciati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Hæc dixerunt impij positi in inferno. Obseruandum est etiam quod non dicitur hic tantum, quod erat in tormento, sed in tormentis, vt scias multum esse in inferno tormentorum genera. Ibi enim est pœna damni, hoc est, carentia diuina visionis, quæ maior est omnium pœnarum: quia quamuis damnati non appetant videre Deum propter amorem suæ bonitatis, tamen vehementissime appetunt hoc

Proner. 14.

Esai. 65.

Proner. 21.

Gene. 3.

Sapient. 5.

## Enarrat. in Cap. XVI.

propter desiderium propriæ delectationis: eo quod credere firmiter compelluntur ex illa visione maximam in videndo delectationem causari, & ideo carentia visionis illius appetentia ut ex actuali malitia propriæ voluntatis proueniens maior est poena, quam poena sensus. Est etiam multiplex poena sensus, ut poena ignis acerbissima, ut noster hic materialis ignis respectu illius atrocissimi quasi depicta flamma videatur. Erit vermis hoc est remorsus propriæ conscientiae, & culpæ commissa in Deum, quæ maior poena erit quam poena ignis: de qua in Ecclesiastico habetur, Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et Iudith etiam. Dabit (inquit) ignem & vermes in carnes eorum. Erunt & tenebræ corporales densissimæ: multo magis quam illæ tenebræ Ægypti, factor horrendissimus, dæmonum visiones, & innumerabilia alia tormentorum genera, quorum minimum, omnium tormentorum maximum est, quæ in vita pati, vel fini gi possunt. Quare cum appetere non esse sit contra omnem voluntatem, deliberatamque naturam appetunt tamen non esse, in quantum ad non esse sequitur carentia poenæ quam per se appetunt. Et super omnes eorum dolores accedit illa in sempiternos dies detentio in illo cæco carcere à quo nulla vis, nullaque potentia poterit vnquam eripere. Cuius perpetuæ mansionis memoriam habebant damnati sine fine: nam recordatio perpetuo manendi in inferno, damnatis est maxima poena & supplicium. Quæ certissima remediij desperatio, qua impij planè cognoscunt à tantis malis nunquam emeruros, illis omnium summum suppliciorum est. Quare nihil tam difficile nobis à Deo imperatum videri deberet, quod non libentissimo animo suscipere, ne dum facilia & suauia eius præcepta, quibus summum bonum assequimur, ne in eam miseriam & infelicitatem vnquam deueniremus. Heu miserimos peccatores, quare non ante oculos constituitis gemitus, plantisque illos, & dolores sempiternos, quos breuissima voluptatis delectatione emittis? Si ferre non potes paulisper digitum in igne, quo animo feres igne illo læuissimo æternum torqueri? Quis enim poterit (ut inquit sapiens) habitare cum ardoribus sempiternis: Deinde ipse clamans dixit. Pater Abraham miserere mei. Ex magna poena, magnam vocem emittebat. Patrem autem illum vocat, quem in operibus noluit

imitari, præcipue in hospitalitate. Abraham non solum reliquias mensæ suæ pauperibus dabat, sed & vitulos & agnoscens occidebat simulque cum vxore & reliqua familia pauperibus ministrabat: nec eo contentus, sed penumero in vias eiciens prætergre diens sistingebat, in suamque domum petrahebat. Hic ergo diues quid simile cum Abraham? Abrahamus vitulis pascebat pauperes, diues vero hic nec de micis de mensa sua cadentibus sustinebat inopum miseriam subuenire. Abrahamus pauperibus prætereantibus etiam inuitis hospitium benignè præbebat: diues Lazarum, quem domi habebat fame cruciatum eiciebat: & audeat nunc illum patrem vocare, cui tam immisericordem & immanem se præstitit. Bene autem dixit Christus, alijs similibus hominibus. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. ¶ Discamus & nos qui Christiani sumus, & de nomine Christi gloriamur, ut vere Christiani vita & moribus videamur: perfectio enim Christiana non verbis sed operibus constat. Nihil iste verbis suis egit, quoniam operibus suis hunc sanctum Patriarcham imitatus non fuerat, quare sicut illi nihil conduxit patrem vocare, sic nobis nihil proderit Christum patrem aut dominum clamare, nisi eo modo vixerimus ut dignè eum sic appellare possimus. Vnde (ut ait Euangelista) dicit dominus. Multi dicunt in illa die: domine domine, &c. Et ego dicam, nescio vos. Sicut virgines illæ fatuæ, quæ verbis rem agere tentarunt, cum viderent Deum sibi defuisse dicentes, Domine domine aperi nobis. Quare illis pro meritis responsum est. Nescio vos. ¶ Præterea dixit, miserere mei: seroque misericordiam petiuit venit, qui misericors in proximum nunquam exitit. Iudicium enim fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. ¶ Hinc duo discamus. Primum horum est, ut faciamus cum proximo nostro misericordiam, si volumus à Deo obtinere misericordiam. Ille cui Rex condonauit decem mille talenta quia postea proximo suo exiguum condonare noluit, acriter punitus fuit. Itaque secundò sicut primo misericordiam consequi non potuit: immanitate enim sua indignus effectus est, cui bis condonaretur aut ignosceretur. Vnde in Ecclesiastico habetur. Relique proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Eadè mensura mensuraberis, qua mensus fueris. Da glur ope-

tur operam, ut semper erga pauperes pius & misericors appareas: ut etiam misericordiam inuenias. Secundo discamus, veniam peccatorum nostrorum in hoc seculo petere, nec in aliud expectemus. Iste diues nunquam eius fuit pruderiæ ut hic à Domino misericordiam peteret, ut dicit David, domine miserere mei: nunc vero in inferno ubi nulla est redemptio nequiquam implorat. Antea quidè veniam petere debuisset & non morte obita, quando nullus poenitentiae locus est. Eum tamen iam non poenitebat quod Deum offenderet, sed quia se crudelissimis poenis vndique circumvallatum videbat. Quapropter audi Salomonem dicentem. Quodcumque poterit facere manus tua instanter operare: quia nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos: quo tu properas. Non dolebat diues iste de culpa, quia obstinatus erat, sed dolet de poena quam cupiebat mitigari. Ideo rogabat ut sui miseretur Abraham, non poenitens de suis patris sceleribus, sed de comparatis supplicijs: nec Deum offenderet, sed semetipsum lassisse dolebat. Si ergo in inferno quo in tot tantisque sceleribus viuens tendis, nullus est misericordiae, nec poenitentiae, hæc ratio, sapientia, & locus: proijce abs te hoc vitiolum onus, humilisque ad Deum conuertere, dum tempus habes, dicens domine miserere mei, certus hanc vocem nihil tibi postea profuturam, quemadmodum nec huic diuiti profuit, qui dum vixit, opus peccatorum non sensit. Dum stipes aliquis quavis grauisissimus per fluuium transiit, leuis, tractabilisque videtur quoniam mobilitate, & inconstantia aquæ, illius pondus non sentitur. At postea quam ab aqua extrahitur, illi cogitantem suam, & pondus ostendit. Sic eodem modo peccatorum tum demumonus comperies, cum finita vitæ huius vsura coram rectissimis tribunali constitueris. Hic enim diues criminibus oneratus, dum viueret pondus non sentiebat, & ideo à Deo misericordiam non petebat: nunc vero tanto onere pressus: quippe quo ad ima inferni detrusus est, clamat ut subleuetur. Nos tamen in hoc seculo, si sapimus, pondus peccatorum nostrorum sentiamus, quod tantum est, ut ne à celo quidem poterit teneri, tunc tanquam quando impios Angelorum ordines ad sedes compulsi inferorum, simulque animæ faciet, quæ tempore suam non fecerit poenitentiam. Bene hoc sensit David cum dixit.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauare sunt super me. Onus repudiat qui illius grauitatem sentit. At nos in hoc seculo pondus peccatorum, & Christum dominum nostrum audiamus dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Stultus iste cum poterat onus deponere noluit, nunc vero quia plagas sarcinæ non facile sustinet, remedium petit. Demum hoc etiam consideratione dignum est. Cur Abraham orat & non Lazarum? putauit Lazarum vindictæ auditum, & ex suis causis iudicabat illum. Si ego in tanta felicitate positus contempsi illum in sua angustia derelictum: multo magis ipse contemptus vindicabit iniuriam, & non veniet ad me. Et ideo Abraham orat: putauit enim ignorare Abraham quæ contigissent. Sed quid oret audi. *Miserere Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam: ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* O quanta est subtilitas iudiciorum Dei, infinitumque sapientiae eius pelagus: quam districtè agitur, bonorum actum, malorumque retributio. Diues qui Lazarum in hac vita miserere noluit, in suo supplicio positus patronum querit. Ad tantam inopiam redactus est ut qui minima negauerat, scilicet micæ panis, ad petenda minima perductus est: quæ illi quoque negata sunt sicut ipse negauerat micæ Lazaro. Nemo itaque spernet ne forsitam ipse iusto Dei iudicio rebus aliquando mutatis pauperem deprecari cogatur. Filij Iacob venerunt in manus & in potestatem Ioseph: quem antea puerum inuidebant, despexerant, & vendiderant. Fortè aliquando recides tu in manus illius quem nunc contemnis & persequeris, & eius auxilio & ope indigebis, cui nunc illudis: Deus enim illum ascendere faciet, teque subditum illius constituet. Sic I. Reg. 24. persequebatur Saul Davidem à quo bis fuerat interficiendus: nisi plus valuisset viri sanctissimi pietas, quam crudelissimi tyranni nequitia. Idem Semei fecit, qui cum lapidibus maledictisque euntem incessebat, existimans ipsum nunquam regnaturum: postea tamen coactus fuit, ad illius pedes abiectus veniam petere. Igitur nomen affligas. Dominus enim solet affligentes sapenuntio pedibus afflictorum subdere, maloque punire, eodem modo ut quibus minime vellent quosque odio habeant inferuant. Sic euenit Aman, qui Mardocheo infestus cum esset, in regiam.

Eccle. 7.  
Iudith. 16.

Exod. 10.

Genes. 18.

Psal. 50.

Eccle. 9.

Ios. 8.

Mat. 7.

Mat. 11.

Iacob. 2.

Mat. 11.  
Mat. 11.

Eccle. 18.

Eccle. 43.

Hester. 6.

regiamque Assueri Regis iret in inimico suo incommodaret, iusto Dei iudicio ab Assuero iustus est tenere Mardochei equum: pedesque ante illum incedere, regalibus vestibus indutum, diademateque ornatum: clamabatque miser Aman, dicens. Sic honorabitur quem cum rex voluerit honorare. Hoc autem quod filius Jacob, Sauli, Hemei Aman, & multis alijs contigit. Diuiti huic plurimumque alijs quotidie accidit. Quare etiam si hodie constitutus sis in aliquo dignitatis gradu amplissimo, ne ideo superbias: esse enim potest, ut ille quem modo contempnis, prope diem altiore te consequatur vita conditionem: qua tibi par pari possit referre. Sed aliqua in hoc textu observatione digna sunt. Primum horum est quod lingua, manus, & digiti, & horum similia in animabus metaphorice dicuntur. Sicut enim in Deo manus ipsius operantia virtus dicitur: sic & ea quae hic de membris animarum dicuntur, non corporaliter sed mentaliter seu spiritualiter exponenda sunt. Anima enim huiusmodi membra non habet, quia spiritus sunt. Nihilominus tamen in membris ideo pati dicitur, quod exuta a corporibus tales pro peccatis suis affectus sentiunt, ac si etiam corpore paterentur in membris. Secundum observandum est hunc diuitem magis de lingua quam alio membri dolore conqueri: nam et si nihil in toto corpore habebat immunitum morium cruciatum, tamen quia quo quis peccat, punitur: lingua eius praecipue torquebatur. Dixerat Euangelista quod epulabatur iste quotidie splendide: quare cum qui eo modo gula indulgent, soleant, post nimium cibi & potus haustum de fama & honore aliorum detrahere: verisimile est hunc diuitem male dicum exitisse, & ea de causa lingua peccasse, eadem & fuisse mulctatum. Non aliter Balthasar Babyloniarum Rex finito opulentissimo conuiuio, in quo satis superque denouerat, cepit in Dei cotumeliam Deos suos aureos, argenteos, aereosque iactare & de populo Israel ait scriptura. Sed et manducare & bibere & surrexerunt ludere. Quod est idololatrare. Vnde postquam laute pransi sunt, maledicta linguarum suarum verba distrinxerunt dicentes. Illi sunt diuini Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Communis ergo est inter epulandum, de aliorum vita & moribus agere: quod cum optimè nosset beatus Augustinus, ut sic dissimulatum abusus compesceret: hos duos versus in mensa sua suscriptos habebat. Quisquis

Daniel. 5.

Exod. 32.

amat dicitis absentem carpere vitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Sic diues iste cum esset ventri obedientissimus, nimirum post conuiuium alienam notare famam solitus, nunc merito in ipsa lingua peccatrice in primis cruciatur, nam peccantes eodem modo plectuntur quo peccant. Pharaon Aegypti Rex a quo filios Israel Rubri maris suffocare tentans: optimo iure eodem mortis genere in alios conatus fuerat, interijt, ibique in omnibus potestatis memoriam submersus in igne contumaciae suae documentum reliquit. Sic & improbus Nicanor, qui Deum blasphemare, malinaque lingua perstringere ausus fuerat, iactans se Dei templum in idolorum suorum cultum redacturum, se dissimulatus & interfectus, poenas tantae temeritatis persoluit. Iudas enim eius linguam euulsam auibus mutarum conscissam dari iussit. Eo igitur modo fontes, qui linguarum loquacitate & vitio deliquerunt, lingua puniuntur: quoniam Dei permessa nec in morte sermonis habebant facultatem, quo vel peccata sua fateri, vel veniam illorum implorare, aut saltem sacramenta petere possint, & postea in inferno, huius diuitis exemplo fruisim cruciabantur. Iste cruciatus exprimitur a Ioanne in suo diuinarum reuelationum libro dicente. Manducauerunt linguas suas pro dolore, & blasphemauerunt Deum caeli pro doloribus & vulneribus suis. Non enim dicit manducauerunt manus suas: sed linguas suas: quia per linguam peccauerant. Discamus ex hoc loco nostrae linguae fruentium imponere: quia ut Paulus ait. Quaeque scripta sunt ad nostram salutem scripta sunt. Atque ideo haec spiritus sanctus per Lucam scripsit: ut nos ex huius diuitis poena discamus linguam fricare, non dilacerantes fratrum nostrorum vitas. Beatus enim (ait Ecclesiasticus) qui non est lapsus verbo ex ore suo. Ecce contra vero infelices sunt illi, qui in verbo labuntur. Ideo spiritus sanctus in discipulos in lingua igneis apparuit, potius quia in manibus & alijs membris: ut ostenderetur quod membrum illud maxime inflammatum erat igne infernali. Vnde necessarium erat multum ut igne coelesti inflammaretur. Nocet lingua quasi ignis, ideo comburitur igne. Iacobus Apostolus linguam ignem vocat: quia ignis inter omnia elementa potenter est ad destruendum, & hanc potestatem infingit ipse Iacobus cum dicit quod lingua inflammata rotam nauitatis nostrae, inflammata a gehenna. Multo magis no-

Exod. 1.

Exod. 14.  
2. Mac. 14.  
15.

Apo. 11.

Rom. 15.

Eccle. 14.

Act. 1.

Iacob. 3.

Eccle. 28.

Aug. li. 21.  
Cui. ca. 10.  
Gre. 4. dial. cap. 29.

gis nocet lingua quam manus: quia manus parant absentem, sed non lingua: quae nocet absentem, & etiam mortuis, & in secreto, & etiam bonis & probis viris. Et nocet in honore & fama, quae sunt bona potiora hominis. Et sibi ipsi maledico nocet, & tantum nocet, ut dicat scriptura sacra. Multi ceciderunt in ore gladii: sed non sic quasi qui interierunt per linguam. Salutare igitur fuit in spiritus sanctus in igneis linguis descenderet: quo vitiosum linguarum nostrarum ignem exureret. Haec tamen lingua quae diuino illo igne exusta & purificata non fuit, sempiterno inferni igne torquetur. Tertio obseruandum est hunc diuitem non rogasse: ut sibi mitterentur in auxilium Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Dauid, aut alius ex veteri testamento electus: optimè enim nouerat pauperes gratia diuitem esse a Deo productos, ut eorum paupertate subleuanda quasi quadam praestantissima medicina diuites auaritia suae reliquique vitij mederetur. Et hac de causa potissimum opposuit Deus diuitibus paupertatem ubique obuiam, ut vel inuiti sibi per pauperes consulere. Inuocabat igitur Lazari non alius diues hic & merito auxilium. Sed dicit aliquis. Cur potius Lazari quam aliorum idoneum inueterum est auxilium, cum praesertim inter alios iustos pauperes essent, Elias, Eliseus, Abdias, Hieremias, Amos, & Michas, qui iustissimus multo possent inuocari? Sed ad hanc obiectionem facile respondet, qui secum cogitat Lazarum diuitem illi in specialem animae salutem inuocatum fuisse: quod diues quamquam igne aeterno detinebatur secum reputans non ab te in morte, quod in vita amiserat, egressum salutis suae iuuam exorabat. Quarto obserua, quod in hoc quod dicit, cruciatur in flamma, ostendit quod anima separata licet spiritus sint, tamen ab igne corporeo cruciantur in inferno: ut Augustinus, & Gregorius, & rota Theologorum schola faterentur in quarto Sententiarum libro quadragesima quarta distinctione. Nam licet ignis sit corporeus, est tamen in eo naturalis quaedam vis & aptitudo, ut eius species recipiatur in intellectu spiritus separati, & sic in eo imprimatur, ut ad se conuertat ipse spiritus intentione ut per hoc notabiliter impediat in aliarum consideratione contra suam voluntatem: quod quidem impedimentum & detentionem sibi sit pro graui onere hoc est per virtutem iustitiae increatae. In illo etiam igne est aptitudo naturalis, ut in ipso sit spiritus se-

paratus, sicut in loco diffinitiuè: qui quidem locus per infinitam omnipotentis Dei virtutem non solum detinet animas, sed etiam efficit, & agit in eas, quod separatum spiritum detinet contra voluntatem suam: hoc conuenit ei in virtute iustitiae increatae. Illa enim inuoluntaria detentio est ipsi reprobo spiritui incredibilis cruciatus. Quamuis etiam ille ignis sua virtute naturali tantum non possit in spiritu separato causare dispositionem naturalem repugnantem illi dispositioni, quae conuenit essentiae spiritus secundum debitum statum suae naturae: tamen in eius consideratione, cooperatur virtute increatae iustitiae, in quantum est instrumentum eius. Sicut videmus quod quamuis phantasma per se non possit aliquid educere de potentia intellectus possibilibus, vel ipsum mouere motu intellectus, alterum tamen eorum potest in virtute intellectus agentis: ipse enim intellectus per suum actum mouet se ipsum ut est possibilis median te phantasmate tanquam instrumentali agente. Ex apprehensione autem praedictae dispositionis, quae contraria est bono statui naturae generatur in ipso reprobo spiritu cruciatus experimentalis. Vnde Gregorius ait quod anima non solum viuendo sed etiam experiendo incendium patitur: per peccatum autem est in spiritu dispositio ut igni infernali modo praedicto patiendo subdatur. Expende etiam quod damnati non poenitent de peccatis in quantum sunt Dei offensiuia, turpia, & iniusta, sed ut sunt eis causa tanti supplicij: unde non ait, miserere mei quia peccaui, vel quia Deum offendi, sed quia crucior in hac flamma, &c. Sed ad contextum. Et dixit illi Abrahae Fili recordare quia recepsisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur, in vero cruciatur la memoriam adducit ei bona praeterita, ut illum magis torqueat: nam infelicitissimum infortunij genus est, fuisse felicem. Vnde quidam dixit, Dura satis miseris memoratio praesentia bonorum. Praeterea, in vita inquit tua: ac si diceret, Tibi vixisti, non Deo: in tuis proprijs cupiditatibus te occupasti, non in Dei obsequio, tui corporis curam habuisti, & non proximi. Expende autem quod solet Deus in hac praesenti vita multa temporalia bona peccatoribus largiri, ut aliqua bona quae in illis sunt remuneret: et contra verò solet iustis mala inferre, ut aliqua mala quae fecerunt purget & castiget. Sed peccatoribus vita sanctis omnem poenam infliget, iustis ve-

Gre. ubi supra.

Augu lib. 5  
de civi. Dei  
cap 12.

ro suorum laborum premium latissimum da-  
bit. Sicut ait Dicitur Augustinus quod Romanis  
propter egregias eorum virtutes morales, con-  
tulit Deus maxima imperia & mundi princi-  
patus: & adversus Romani nominis hostes in-  
gentes strages, opulentaque regna. Scriptura  
etiam hoc testatur de Nabuchodonosore, qui  
mandatum domini implevit adversus Tyrum  
& exercitum suum, nec aliquam inde accepit  
mercedem. Ideo dominus dixit per Hiere-  
miam prophetam de illo. Ego dedi omnes ter-  
ras istas in manu Nabuchodonosor servi mei,  
in super & belitias agri dedi ei, ut serviant illi.  
Ecce dominus promittit hostium suorum in-  
gentem victoriam Nabuchodonosori Regi  
Babylonis, & spolia ampla refert de Edom,  
Moab, & Am. Hac est ratio quare boni nec  
mirmurare, admirari debent, cum viderint  
malis omnia ex sententia succedere sibi; ni-  
hil ex voto evenire. Quis arcania Dei intellexit  
aliquando. Quis consiliarius eius fuit? Re-  
cepisti, inquit, bona in vita tua. Vide ne & tu  
similiter retribuisti in hoc mundo, & postea  
aeterna careas retributione. Sententia enim  
illa Abraham terre: ita ut magis pavore quam  
expositione indigeat. Nam si bona agimus tim-  
endum nobis est, ne nobis prospere & felici-  
ter omnibus succedentibus, in his remunere-  
mur. Abundantia rerum & felicitas vite  
transiens remuneravit in diuite aliquod  
bonum quod fecit: & Lazarum ignis inopia  
purgavit defectus. Sed nunc diues pro super-  
bis edibus, habet Tartarum: pro delicijs, cru-  
ciatum aeternum: pro iocis & cancionibus,  
perennem eiulatium: & Lazarus pro tribula-  
tionibus patienter toleratis, refocillatur. Ideo  
Esaias ait: Hac dicit dominus. Ecce servi mei  
comedent, & vos esurietis: ecce servi mei la-  
tabuntur, & vos confundemini: ecce servi mei  
laudabunt pre exultatione cordis, & vos cla-  
mabitis pre dolore cordis, & pre contritione  
spiritus ululabitis. Si ergo egrotamus, si pau-  
peres sumus, gaudeamus: accipiamus mala in  
vita nostra, ut postea bona consequamur eter-  
na. Eligamus potius nunc cum Mose & populo  
Dei asiligi, magis quam temporalis peccati ha-  
bere iucunditatem. Non enim sunt condigna  
passiones huius temporis ad futuram gloria  
quam revelabitur in nobis. Qui in hoc seculo  
luctantur, in altero tristabuntur. Cum Iacob  
vellet benedicere filijs Ioseph, posuit Ioseph  
Ephraim, ut maiorem natu a dextra, Manaf-  
sem autem natu minorem a sinistra aui sui: ve-

Esaiem. 27

Esai. 65.

Hebr. 11.  
Rom. 8.

rum Iacob, manibus transpositis, dextra qui-  
dem super Manassem, sinistra autem super  
Ephraim firmavit. In hoc seculo diuites a dex-  
tra honoris & gloria sedent, pauperes vero a  
sinistra ignominia & infamia: at in futuro se-  
cus fiet. Tunc enim quantum mundus po-  
tentiores maioribus afficeret honoribus & lau-  
dibus solebat, Deus hac honorandi consuetu-  
dine versa atque immutata deponet potentes  
de sede & exaltabit humiles. Cuius rei facile  
occurrit in hoc diuite exemplum, qui tot tan-  
tisque vivens honoribus fuerat perfunctus,  
ut nihil ad veram gloriam status & dignita-  
tis sibi defuisse posset arbitrari, nisi vita fun-  
ctus, contrariam esset exorsus vivendi, vel po-  
tius moriendi norma & rationem: Lazarusque  
a dextra sedente, se a sinistra abiectum videt.  
Cui Abraham. Fili recorde quod accepisti  
bona in vita tua, &c. Cum dominus eduxit fi-  
lios Israel de Aegypto, occidit omnes primo-  
genitos Aegypti, & tunc plorabant mulieres  
Aegypti filios suos, & mulieres Iudae cantab-  
ant dicentes. Cantemus domino gloriose enim  
magnificatus est, &c. Verum cum Herodes  
occidit pueros Bethleemicos fuit vice versa:  
nam mulieres Iudae plorabant filios suos pa-  
vulos, & Aegypti multae forte exaltaerunt,  
quando dominus ingressus est Aegyptum.  
Ita plorante Lazaro gaudebat diues: sed post-  
ea rebus conversis diues gaudium suum in  
lachrymas convertit. Dentis quando locum  
suum tenent, & integra sunt valitudine, sum-  
ma solemus cura & sollicitudine excolere at-  
que fouere: verum cum primum computrescere  
ceperunt, illico nulla pristina servitu-  
tis habita ratione, illos extorquemus forasque  
proijcimus. E contrario pedes sanos quidem  
& benevalentes, laboribus, assiduoque inces-  
su, nullo locorum habito discrimine exerce-  
mus, quin saepe sepius in medijs coeni aut pul-  
veris obsequijs transire cunctemur: eorum ad  
foedissima ministeria officium requirentes.  
Attamen si casu aliquo aut deficiunt, aut de-  
bilitantur, quominus munus suum possint obire:  
non minori diligentia, medicamur, foue-  
mus, & recreamus, quam si ad delicias non ad  
laborem producti fuissent. Sic ergo diuites  
qui in mundo quasi quidam dentes optimi  
dignitatis locum tenent deliquatissima per-  
agunt officia, & summa dum vivunt & valere  
observantur ab omnibus superstitione: at post-  
quam computrescunt, id est, casu aliquo opes  
amittunt, ab omnibus despicuntur, quod si  
vita

Genes. 48

Luce. 14

Exod. 11

Exod. 10

Matth.

Exod. 4.  
Esaias.

vita excidunt criminum suorum impoeniten-  
tes aeterna felicitate pelluntur. At non ita pau-  
peres, qui in seculo pedes omnium sunt abie-  
cti, & ad labores expositi: at tamen si infirma-  
tur a Deo caelestibus recreantur solatijs, & si  
moriuntur beatorum gaudent consortio. Quod  
ne longius abeamus intueri licet in hoc pau-  
pere Lazaro, cuius opem diues implorabat.  
Dicamus itaque ex hoc loco, ne pauperes, in o-  
pes, infirmos & debiles contemnamus, cum  
dominus saepe iustos hic premat, ut purget  
aliquam imperfectionem, vel ut mereantur  
patientiam habentes, sicut sanctum Iob per-  
cussit: nec e contra diuites & principes iudi-  
cemus felices, aut illos qui nunquam perfec-  
tionem aut adversa patiuntur. Ad dit ultra  
sanctus Patriarcha. Et in his omnibus inter nos  
& vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui vo-  
lunt hinc transire ad vos non possint, neque inde  
hinc transire. Expende prudens Abraham  
responsum. Primum enim rationem reddidit  
diuiti, cur illum adiuare non debeat: quon-  
iam videlicet receperit bona in vita sua. De  
inde quod etiam si velit iuvare illum profusus  
nequeat, propter immensum chaos inter virum  
que. Praterea chaos nomine significatur im-  
possibilitatis citro vltro remigandi, inveniendi-  
que: Grace enim *χάσμα* quam vocem si red-  
damus latine, idem est quod hiatus, scissura,  
seu terrae vorago interiacens, qua fit ut illi suc-  
currere non possint merita citro vltroque im-  
pensa. Sic in Exodo habetur. Ego dominus  
qui ponam divisionem inter populum meum  
& populum tuum. Et Esaias. Introibunt in spe-  
lucas petrarum & voragines terrae, a facie for-  
midinis domini. Significatur itaque per hoc  
chaos, vel magnus hiatus seu vorago illa ma-  
gna distantia, que instat inter reprobos & ius-  
tos & in aequalitas meritorum, quod rigore  
diuine iustitiae immutabiliter firmatum est: ut  
electi mancant in bono confirmati, & repro-  
bi obstinati in malo. Sed dubium hic oriri  
videtur. Quomodo dicit hic Abraham, quod  
quavis hinc velint ad vos transire non pos-  
sunt? De reprobis non dubium est quin dam-  
nati velint ad gloriam beatorum venire: sed  
quomodo beati possunt velle ire ad illos? Ad-  
verte quod sicut reprobi vellunt ire ad bea-  
tos, ita beati transire mente per misericordiam,  
eosque velle liberare, sed non possunt: quia bea-  
torum animae quantum in sua naturae bonita-  
te misericordiam habeant, autoris tamen sui  
tanta iustitiae rectitudine constringuntur, ut

nulla ad reprobos compassione moueantur:  
quin potius latibunt iustus cum viderit vin-  
dictam. Non enim beati aut iusti essent, si bea-  
tificantis iustitiae non approbarent iudicium:  
videlicet diuinae iustitiae; cui beati adhaerent  
immobiler & cui nullo modo consentiunt  
danati. Vnde inter castra Israel & castra Aegy-  
ptiorum erat nubis tenebrosa illuminans non  
etiam ut ad se inuicem toto noctis tempore ac-  
cedere non valerent: nec se promiscue com-  
miserent. Sic iudicium diuinae iustitiae que-  
admodum nubis refrigerat iustos & fulminat  
peccatores, quae dicitur tenebrosa & illumi-  
nans, damnatis quidem horrida tenebris, bea-  
tis vero est amabilis claritate, cuius interposi-  
tione fit, ut ad se mutuo Aegyptij damnati, &  
Israel electus non possint accedere. Sequitur.  
Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum  
patris mei habeo enim quinque fratres, ut teste-  
tur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormen-  
torum. Ex hoc patet quod damnati vtuntur a-  
pud inferos notitia quam habuerunt hic in  
vita & Abraham dixit huic diuiti recordare.  
Recordare quod accepisti bona in vita tua.  
Ergo poterat diues recordari, nam aliam non  
diceret Abraham quod recordaretur. Hoc pa-  
tet quia in anima separata manent species in-  
telligibiles acceptae in vita, quia non coram  
punitur, sed per illas potest exire in actum in-  
telligendi quandoque voluerit, se conuer-  
tere ad illas, & sic manebit notitia acquisita  
in vita, & usus eius. Nam habitualiter manet  
species, quae cum semel fuerit actu intelle-  
cta, quandoque se conuertat intellectus  
ad illas nullam habebit difficultatem in intel-  
ligendo: sicut qui operatur per habitum. Ex  
hoc etiam patet, quod anima separata cogno-  
scit singularia: nam aliam non posset recorda-  
ri eorum, quae gessit aut passa est dum esset in  
corpore: & diues iste cognouit Lazarum & re-  
cordabatur fratrum. Hac autem cognitio &  
recordatio danatorum est illis necessaria ad  
illorum poenam: quia si non recordarentur de  
peccatis, quae commiserunt, & nescirent an al-  
liqua peccata commississent cessaret vermis  
conscientiae, qui est quidem stimulus pungens  
insurgens ex recordatione peccati quae poe-  
na est grauissima, & ablata recordatione tol-  
leretur ista poena. Et si haec recordatio tolleretur  
ab eis tolleretur ista poena, ergo ad Dei  
prouidentiam pertinet seruare in damnatis istam  
recordationem: quae non potest esse nisi  
maneat in illis recordatio particularium, aq;  
ideq;

Psal. 173

Exod. 14

ideo manet in eis, tam cognitio particulariū quam recordatio eorum. ¶ Expende autem quod noluit fratrum conuersionem ex dilectione Dei, nec ex dilectione proximi. Quod non ex dilectione Dei, satis patet, quia nō dixit, vt mitteret Lazarum ad fratres meos ne meo exemplo & more viuentes offendant Deum, sed tantum ne veniant in locum istorum tormentorum, atque ideo non faciebat hęc ne Deus offenderetur, nec in eius laudē & gloriā. Nec ex proximi dilectione hoc dicebat quia in inferno non est charitas ad proximi. Corruerat iste diues fratres suos malo exemplo, & timebat ne supplicium (quod sibi minui exoptabat, Lazarum rogās vt intingeret digitum in aqua & linguam eius in frigidaret) magis augetur aduentu fratrum suorum in infernum, & sic ex timore, & non ex amore erat sollicitus. Nam quemadmodū in cœlo ex omni theologorum sententia doctorum sancti qui in seculo exemplo & doctrina homines ad Deum conuerterunt, præter commune præmium beatorum, alio accumulatur accidentali, quod aureola corona dicitur: ita in inferno damnati qui alios dum vixerent suauis vel facto ad peccatū pepulerūt, speciali vltra generales pœnas tormento excruciantur, vnde tantum doloris damnatis accumulatur aduentu illorum quibus peccatio fuerunt peccandi, quantum voluntatis electis accreuit sequacium suorum salute. Ideo dixit beatus Augustinus quod pœna Atrij in dies augetur: quia sua pœnissimo dogmate patres corruerat, & quicūq; hæreticus in infernum intrans, est illi singulare tormentū. Nā hæc pœna essentialis iuxta vniuscunq; demerita datur vnicuique damnato statim post mortem, & hæc non augetur, sicut nec præmium & gloria beatorum essentialis: tamen accidentalis gloria aut pœna augetur & accreuit in vtriusq;. ¶ Igitur diues hic quod sibi augetur pœna in aduentu fratrum timēs, volebat ne in infernū irēt: nō saluti fratrum consulēs, sed suū propriū incommodum enitare volens, & damnū. Sicut et im mali dum hic viuunt querunt que sua sunt, & nō que Iesu Christi, & salutem proximorum negligunt, nec Dei honorem zelant: sic in inferno positi, sua tantum curant. Verum non dānati tantū, hoc modo affecti sunt, cum in mūdo multi viuentes in veniantur, qui sui ipsorum duntaxat curam gerant aliorum salutem pro nihilo ducentes. ¶ Quid ardet in inferno ait

Phil. 2.

Bernardus) nisi propria volūtas? Quid etiam destruxit mundum nisi propria volūtas? Igitur contra propriam voluntatem exardescit infernus ignis præcipue quia nihil est quod maiora reipublicæ inferat detrimenta omnibus sua præter modum procurantibus. Sed audiamus Abraham respōsum. *Et ait illi Abraham. Habent Mosem & prophetas audiant illos.* Nō sint tibi magis curæ fratres tui quā Deo qui eos creauit, & statuit eis doctores qui eos commonerent, & sollicitarent. Vocat autem Mosem & Prophetas, Moisaicā legem scripturam Propheticam, per legem instrui poterāt de operibus, & per Prophetas de fide. Prophetæ dixerūt quid credendum, & lex quid faciendum. Sufficerent igitur prouidit Deus de his que ad salutem pertinent. Malis nullum respōsum quantumuis bonum satisfacit, nihil deniq; placet, nihil sufficit, vnde diues Lazari respōso nō contentus, iterū repliat. *Quare ait Euāgelista. At ille dixit. Nō pater Abraham sed si quis ex mortuis ueritatem agere.* Meritum diues iste: nā Lazaro suscitato non crediderunt, imo vt Ioannes ait voluerunt illum interficere: neque Christo suscitato crediderunt, sed pecunias dederunt militibus, vt tacerent resurrectionem Christi. Sic & illi merito reijcendi sunt, qui Christo non credunt, nec assensu concordi Euangelistarum, & sacrosanctæ Ecclesiæ. Qui istis nō credent, quanuis resurgāt, damnatur hic qui curiosus: miracula requirit à mortuis, aduersus illud quod in Deuteronomio habetur. Non inueniatur qui lustrer filium suū, &c, & querat à mortuis veritatem. Damnatur etiam qui portentis volunt patefacere diuinam voluntatem, quando ad sunt doctores ecclesiæ pontificū decreta, & sanctiones legitime: ad quarum amissum nostros mores, fidem, vitāq; corrigere & emendare debemus. Neq; enim semper edenda sunt miracula neque ad cuiuslibet importunas preces: sed tunc id communis expostulat reipublicæ necessitas, & fidelium consolatio ac utilitas. Quando enim humana nos præsidia destituunt, ad miracula est confugiendum. ¶ Obserua autem quā importunus sit hic diues, qui tot verbis inaniter & frustra sanctum patrem Abraham defatigare non sit veritus. Deinde vide hominis iniquitatem, quoniam qui antea cum fratribus suis recusauerat mendico Lazaro micam aliquam ex mensa lauta præbere: nunc illum requiem suā cupit amittere, sinūq; Abraham de se

Bernardus  
de resurrex.  
et. o. domini

Ioann. 11.

Matth. 28.

Deute. 18.

Matth. 27.

Galat. 3.

deserere, & rursus ad istos in mundum venire. Mali nihil nisi de proprijs eōmodis agūt, & ideo proximorum iacturas parui faciunt. ¶ Expende etiam hic non placuisse diuiti Abrahami dictum, dum de fratribus illius dixit, vt adirent Euangelium: quia diuites & potentes seculi, raro prædicatorem solēt frequentare conciones: nisi forte vt boni videantur. Cubant nō tantum noctem sed etiam ad medium vsque diem: & ita nec sacris concionibus intersunt, neque sacrarum literarū lectioni student, in tanta morum peruersitate. At nō causari possunt tēporis penuriam ob negociorū magnitudinē, quibus enim ad alē, luxuriam, & profanarum lasciuarū que scripturarum lectionem satis abundē vacat, nulla temporis angustia ad salutem esse deberet. Ideo dicebat fratres suos non ad diuitios scripturas sed mortuos, si surrexerint, credituros. ¶ Præterea vide hominem temerarium qui ipsum sanctum Patriarcham docere tentat. Sic etiam & nunc multi peccatores impœnitentes, confessarios docere volunt: non monita eorum implentes sed repellentes, vel arguentes. Vanē igitur hic mortuos compellat: sibi persuadens fratres suos mortuis magis quam viuis credituros. Sic etiam & Saul optauit audire Samuelem mortuum, quem viuentem audire neglexerat. Quapropter Abraham sine loquēdi facit, diuite petitionis suæ repulsam patiente, & iure quidem: nam quē admodum in hoc seculo diuites voluntatem Deitatis aut nunquam faciunt, sic in altero suorum vororū impotes semper erunt. Ideo sequitur. *Ait autem illi. Si Mosem & Prophetas non audiuistis: neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Quando mortuus est Christus multa corpora sanctorum surrexerunt, & introierunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Sed nunquid propter hoc emendati sunt Iudæi? Imo peiores effecti sunt. Qui adeo induratus est quod scripturæ non credit, nec mortuis resurgentibus credit. Potius enim ad habenda est fides scripturis quam reuiuiscētibus mortuis. Paulus enim Angelis descendentibus de celo preponit scripturas: & id certē valdē congruenter: Angeli enim quanuis magni sint: tamen ministri sunt altissimi: sed scripturæ omnes non à seruis sed ab inuiciorum domino Deo venerunt ad nos. Admonet locus iste vt fidem habeamus ex scriptura & ei credamus non quærentes miracula, nec rationem petentes, in his que no-

bis tradit sacrosancta mater Ecclesia, Vnde in Deuteronomio habetur. Non inueniatur qui consulat Pythonem & diuinos: & querat à mortuis veritatem. Debet enim Christiani credere scripturis sacris, & catholicis cōfessionibus. Nemo enim gloriam cōfessū qui potest ad quem creatus est, nisi fidē habeat. Creauit Deus hominem, vt ipso Deo frateretur in gloria, quæ quidem est supra naturam, & excedit humanum intellectum. Vt homines hæc mysteria in altero seculo cognoscant, oportet in hac vitā fide cognoscere incipiant, quasi quibusdam ad tantam scientiam rudimentis: quoniam nōtitiā diuinorū tāta est, vt nemo repente possit comprehendere. Vnde expedit multo studio & præmeditatione excollamus intellectum, obedienterque eū faciamus in obsequium fidei: vt postea aptus euadat diuinæ scientiæ. Primum enim boni discipuli requisitum est, vt præceptori obediāt & credat. Vnde illud Aristotelicum fluxit prouerbiū. Oportet ad discipulum credere. Quare si pūero prima elementa à præceptore audienti incesceret cupiditas vterius præceptorem rogandi, velletque scire singularum literarum causas & vires, nihil prolius vnquam proficeret, quia nec ætati nec captui conuenientia quæreret. Valde igitur ad discipulis interest præceptorum, valde Christiani fidem integram obseruare: qui quasi dum viuunt discipulus est diuinæ scientiæ, & puer in virtute & Dei cognitione. Ideo Paulus ait. Tanquam paruuli dedi vobis lac, non escam: non dum poteratis. Ad hanc ergo tam sublimem scientiam, sublimia principia requiruntur, vt fide teneantur: dum carnis ruditate intelligi non possunt. Hæc est prima charta alphabetica: qui hanc nescit nihil vnquam in hac scientia proficiet. Ideo dominus. Si non credideritis, non intelligetis. Sed dices. Iam videro opus esse magistro credere ad discendū. Verum vt ego animum applicem ad fidem; Christianamque doctrinam ad discendam; sunt ne aliqua signa aut argumēta quibus illorum necessitatem aut utilitatem percipiam? Sunt quidem & plurima. Nam Iudæus aut Saracenus qui nullam sectarum suarum rationem possunt reddere nisi forte se maiorū suorum errore excusare contendunt: non est mirum si interrogantibus obmutescant, quoties ad disputationem sit deueniendū. At Christiani nō modo in virtute operandi, sed etiam

Deute. 18.

2. Cor. 10.

1. Cor. 3.

Ioan. 11.

1. Cor. 13.

etiam in veritate credendi fundati, nihil est quod vel humani iudicij viribus, vel divina- rum reuelationum auctoritate non possint co- probare. Primum enim in ecclesia sunt qua plurima miracula, quae non modo numero & magnitudine excellunt, sed etiam quia nemi- ni non christiano quantuuis in naturalibus bonus appareat conceduntur: & ita miraculis quasi quodam certissimo sigillo discernuntur fideles ab infidelibus. Secundo orbis vniuersi conuersio non sapientum, sed piscatorum & rudium hominum opera, quod nunquam nec magni alicuius imperatoris exercitu nec Phi- losophi doctrina factum fuisse lectissimus. At quomodo conuersus Mahometi ac, aut here- tico- more qui voluptaria suadentes, mudi- que delicias proponentes mortalium in fir- missimos in suos pepulerunt errores. Absit in fide catholica, nihil non sanctum, non pu- rum, non diuinum, non ipsi humane rationi consentaneum est, si mallem nobiscum in fide- les ratione quam contumacia pugnare. Sed de his quia superius diximus in capite, vnde- cimo hinc faciam. Nec enim qui Romae ecclesie & euangelistarum auctoritati non credit, miraculis recedit. Vt infideles si aut mortuum suscitari, aut aliud mirabile fieri viderent, que illorum est non intellectus, sed morum peruer- sitas, non verebatur id demonis potestate fuisse factum, sed vere prestigatorum aut necromanticum vocantes operantem, persistentes in malitia & incredulitate sua. ¶ Igitur ex hac historia (que quidem historia est, nam hic nominatur Lazarus quod Christus in parabolis facere non solet) aliqua ad nostram eruditionem expen- demus: praeter illa quae in initio huius historiae in summa annotauimus. Itaque hac euange- lica historia, depingit nobis mirabilem mun- di cursum, variasque filiorum hominum for- tunas: quorum alij sunt diuites, alij medici, alij viuunt in omni rerum copia, alij scalescut inopia: alius ridet, alius fiet: alius gaudet: & alius luget. Haec est mundi rota: & quasi alter Protheus in diuersas mutatus figuras. Sed ne que illi sunt dicendi felices, neque isti miseri: quoad usque veniat dies illa vbi illumina- buntur abscondita tenebrarum, & manifesta buntur obscura cordium. ¶ Docet vana mundi contentione, eiusque inane gloriā pro nihilo dicere. Si enim ostenderetur tibi duo viri, vnus potens, purpuratus, & magna comi- tante caetera: & alius egens, mendicus, vlc- eribus plenus, & daretur tibi optio que istorum

velles esse? Credo quod velles esse diues, nam omnes cupiunt diuites esse, & propter diuitias, mare, terrasque inuifunt. Sed quam debi- le sit hominum iudicium haec istoria ostendit aperte. Vidisti diuitem purpuratum sepultum in inferno, & quod cruciatur in flama: & pau- perem mendicum in sinu Abrahae quiescentem. Quem ergo eliges ex his duobus diuitem cum suis opibus, in inferno flammis & tormen- tis aternaliter cruciandum, an pauperem ple- num vlcerebus, aternaliter gaudentem? Certe si mente sanus es potius eligeres pauperem me- dicum, & vlcerosum esse. Quis enim dubitat Hieronymum maluisse fragilem Pauli primi eremite vestem ex frondibus palmae contem- tam cum eius premio: quam bombicina, pre- tiosaque regum supellectilia, cum eorum sup- plicijs? Mirum est quantum haec historia mor- tales doceat, & excitet huius diuitis docume- to: quem nihil opes morientem nihil volupta- tes dolentem iurare poterunt. Vnde Psal- mographus ait. Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit glo- ria domus eius: quoniam cum interierit non sumet tecum omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Mos est in magnis festiuitatibus, monilibus & mundo: vndique conquisito si- mulacrum aliquod in sancti memoriam ita componere, vt non modo viuus sed & glorio- sus videatur: at confecto ludo & festiuitatis die transacto, detractis ornamentis, eo humi- litatis redigitur simulacrum, vt nec humana referat similitudinem: & ita abiectum in tene- bris latet. Non aliter diuitibus euenit. Quidam viuunt commodato, ornantur, possunt, col- luntur honoribus, opibus, & bonis alienis: quae etiam ante ipsam vite finem sepe numero do- minos deserunt, quod si diuitissima sint, tamen in morte deficiunt. At domini in tenebras reij- ciuntur inferni, vbi pro temporalibus volup- tatibus aeternis supplicijs puniuntur, quia tem- poralis aeternis pretulerunt. Tunc sicut vetus & blaterosum simulacrum a templi custodi- bus, tanquam inutile, omnibus spoliatum orna- mentis solet comburi. Ita diuites in infer- num vita & voluptatibus suis priuati combu- rentur, qui dum vixerunt tanto culti fuerunt omnium consensu. Ego nemo pauper semper pauper, nec diues. Respice Lazarum aeterna gaudentem felicitate, diuitem aeterna om- nium bonorum inopia pressum. In hoc reci- dunt honores, opesque terrene: hic exit usque voluptatum, & deliciarum seculi. ¶ Docet etiam

Hiero. in. nevitab. li.

Psal. 41.

Exod. 32. Dan. 3.

a. Mat. 15.

Math. 16. 6. 15.

etiam haec historia sanctos inuocandos, sed in hac vita: nam si eos hic inuocauerimus iuua- re poterunt nos, quae ad modum patet in Mo- se cum dixit Deo. Recordare Abrahā, Isaac, & Israel seruatorum tuorum. Sic orabat Aza- rias in fornace ignis. Ne quantum tradas nos in perpetuum propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Sic visi sunt Iudae Machabaeo Hiere- mias & Onias orantes pro populo Dei. Pote- runt itaque nos iuuare sancti, si eos in hac vi- ta inuocamus: non tamen si eos inuocaueri- mus post mortem nostram. Tunc enim clau- dent aures & non audiat nos, sicut nec Abra- ham exaudiuit diuitem: quia sero cepit illum in aduocatum. ¶ Docet denique quod pius & catholicus homo siue pauper siue diues de- bet summum studium adhibere vt bonis ope- ribus promeretur, & aeternam damnatio- nem euadat: datur enim aeterna vita in mer- cedem operibus bonis in proximum ex chari- tate collatis: redditur vero aeterna damnatio malis. Opera enim in die iudicij requisitura est Christus Iesus Iudex, vt ipsemet ait in Mat- theo. ¶ Docet etiam ne animo cadamus aut scandalo assumpto aduersus Deum aliquid cogitemus, cum videmus impios plenos di- uitijs & impunitos esse in hoc saeculo, pius ve- ro abiectos & pauperes vt videre fas est in hoc diuite & Lazaro. Solet dominus pro sua pietate diuitum concedere impunitatem, non tamen ea relinquet impunita: sed differt aeternis cruciatibus punienda: solet enim ex

impiorum malis multa bona depromere. Vt qui pulchram aurificis officinam preciosis monilibus ornata in greditur, non debet a- greferre carbones & fornacem, quae ibi videt quoniam ad annulos & caetera auri monilia conficienda opus est igne & carbonibus. Sic si in Dei Ecclesia, vbi sunt viri sancti & docti videris impius, carbones, nefarios & diuites tyrannos, ne scandalizeris: quia non essent marty- res nisi essent tyranni. Vnde D. Augustinus di- cit, quod Deus non crearet homines neque Angelos quos sciebat malos. furiosos, nisi posset ex illis bonum aliquod elicere. Et vt idem Augu- stinus ait ad hoc viuunt mali vt per ipsos boni exerceantur. Non ergo scandalizemur cum viderimus bonos tribulationi expositos, & malos latos & felices: quia modo sic fieri ex- pedir, sed postea aliter fieri in alio saeculo. ¶ Demum docet diuites pauperibus bona e- largiri, & timere aeternum supplicium: secun- dum illud Iacobi, ne superbian in diuitijs suis. Agite nunc diuites, plorate, & ululantes in mi- serijs vestris, quae adueniant vobis. Vtinam sic nobis ex aliorum incommodis periculum facientes caueamus, vt rite & exacte huius di- uitis inspecta, & perpensa historia similem vi- uendi institutum vitemus, Lazarumque in paupertate & patientia & morum integritate imitemur: vt confecto huius vite curricu- lo miserimo caelestes illas diuitias consequa- mur, & beatorum consortio digni efficiamur in suprema illa & aeterna felicitate: ad quam Dominus nos perducere dignetur. Amen.

Aug. li. vii. c. 28.

Aug. super P. Gal. 54.

Iacob. 5.

CAPVT XVII.



VM IN CAPI- te Superiori Christi contra auaritiam di- sputaret, Pharisei (vt audisti) deridebant eum: quoniam mo- lestissimum patiebantur animo, se tam pu- blicum vitiorum accu- sari, quae abditissima esse putabant. Nec Pha- risei solum contra Christum insurgent: sed etiam cum minores maiorum exempla sequan- tur, reliqui Iudaei doctrinam domini contenebant, tantum potest superiorem & praelatum apud in- feriores bonum vel malum exemplum. Qua-

re sicut laudandi sunt doctores, qui virtutem suadentes via caelorum patefaciunt: sic & multo magis execrandi sunt, perfdi prauitatis magi- stri, qui cum caeci sint miserorum in poenas sempi- ternas duces existunt. Quod malum vti in nostri sepotis praelatis non inueniretur, qui si- cut in hac vita luxuriose viuentes multos vi- torum suorum comites & stipitatores habent: sic in altera nisi dominus sua pietate antevertat, iisdem ad infernum comitionibus circumsepti delce- det, vt per eosdem supplicium in flagitatur, per quos fuit inducta occasio peccandi. ¶ Igitur quia Pharisei alij erant in scandalum, recte Lucas post dirisionem Phariseorum, descanda- lo loquitur: & de poena qua multandi sunt scanda-

1. Corint. 4



scandalizatos quales isti Pharisei erant. Mo-  
deste tamē arguit Phariseos loquēs de eis ad  
discipulos: q̄ etiā generaliter ad omnes dicit  
hanc doctrinā, de scandalo Phariseorū sum-  
pta occasione. *At ergo ad discipulos suos. Im-  
possibile est vi non veniant scandala. Quasi di-  
cat. Licet infirmi scandalizetur, vos autē no tur-  
bemini, si derisores moueāt scandala, quia ne-  
cesse est iter fieri. Necesse est in quā vt veniāt  
scandala sicut ait Paulus de heresibus q̄ oportet  
q̄ hereses sint, & qui probati sunt manife-  
sti fiant. Aduertendū tamē q̄ hac necessitas  
non est absoluta sed conditionata. Primō ex  
Dei prędestinatione: sicut dicimus, q̄ necesse  
est hoc esse, si illud Deus pręuidit. ¶ Secūdo  
ex inelinatione hominis: sicut dicimus q̄ ne-  
cesse est peccare venialiter, quāuis sit possibi-  
le q̄ singula peccata venialia vitemus. Nā se-  
cūdū statū vitę pręsentis, cū iam tā corrupta  
sit natura, & homines ad malū propensi, cum  
omnes quęrant quę sua sunt, & amor propri-  
tantū vigeat in eis: necesse est vt veniāt scanda-  
la, sicut est necesse ex putrefactione aeris  
pestē generari. ¶ Tertio ex utilitate consequē-  
tię, quā Deus ex scandalis elicit: & sic omnia  
dicuntur necessaria. Nō tamen necesse est ab-  
solute & simpliciter: nā si sic fuisset necesse,  
nō dixisset dñs, vā illi per quē scādalu venit.  
Necesse est lupū in causā descendere: sed si vi-  
giāuerit pastor, nō necessariū est perire oues.  
Igitur cū ait necesse est non destruit liberta-  
tē arbitrii, nec necessitati aliquarū rerū sup-  
ponit: sed q̄ omnibus futurū est prędicit. Ne-  
q̄ enim quia prędixit propter hoc futurū est:  
sed quia futurū erat propter hoc prędixit.  
Et ita Christus noluit ponere necessitatē eue-  
nienti ex parte causę, quasi nihil aliud vel cō-  
trariū agere posset: sed voluit ponere certitu-  
dinē. Siquē verē euenturam esset, q̄ scādala sic  
venirent q̄ impossibile sit vt non veniant. Est  
autē hęc certitudo vel necessitas eueniendi  
necessitate consequētię, quia quilibet vult vi-  
uere ad libitū suū, & inelinatione hominis ad  
malū est, & licet raro possit emendare eber-  
cendo desideria affectūs nostri: tamē tolli om-  
nino ista desideria est impossibile ex cōditio-  
ne naturę. Sic diuus Hieronymus ait q̄ vbi  
ponitur impossibilitas nō impossibilitas prę-  
tenditur, sed raritas demonstratur, vt est illud.  
Sicut camellus non potest per foramen acus  
trāsire, &c. & Paulus ad Hebręos, Impossibi-  
le est eos qui semel illuminiati sunt gustare do-  
nū cęlestē, &c. Sequitur: *Vā autē illi per quem**

I. Cor. 11.

Mat. 18.

He. in Mat.  
cap. 19.

Hebr. 9.

veniant. Vā cōminatio aeterna est; quę pœna  
non datur nisi pro mortali peccato. Quapro-  
pter scandalū ex suo genere peccatū mortale  
est. Ideo aduertendū quod scandalum nihil  
aliud est, quā dicitū vel factum minus rectū  
prębens occasiōē ruinę. Pro maiori autem  
intelligentia horum, vt scias quando scanda-  
lū mortale sit, vel veniale peccatū aduertendū  
quod scandalum duplex est: actiū scilicet,  
& passiuum. Actiū est facere aliquod malū  
intendendo aliq̄ incitare ad peccandū, vel  
facere saltim malū publicē aut manifeste ex  
quo possunt videntes ad peccandū induci, li-  
cet agens non intenderit aliquem ad peccatū  
inducere. Scandalū passiuū est spiritualis rui-  
na scilicet cū quis cadit a bono q̄ agebat, mo-  
tus malo exemplo alicuius. Scandalū passiuū  
semper est peccatū in eo qui patitur: quia nō  
scandalizatur nisi quia ruit spirituali ruina,  
quę est peccatum: & in via Dei gradiebatur  
& ductus exemplo alterius recedit ab illa: &  
hoc mortale est. Ideo scandalū passiuū mor-  
tale est, interdū tamē veniale est, vt si quis tē-  
debat ad perfectionē & scandalizatus defe-  
cit ab illa, vel cōmittit aliquod leue malum q̄  
veniale dicimus. Ideo semper est mortale vel  
veniale scandalū passiuum in patiente: quia  
est ruina spiritualis, quę peccatū est. Scanda-  
lū autē actiū semper est mortale vel venia-  
le. Nā in eo qui intendit aliū inducere ad pec-  
catū semper est mortale: in eo vero qui talia  
facit, ex quibus alij iuste scandalizari possunt,  
erit mortale vel veniale, si illa quę facit sunt  
vere mala aut habentia speciē mali. Si sunt  
verē mala, si illa agit peccat mortaliter scāda-  
lizando proximiū quāuis non intenderit scā-  
dalizare. Sed si facit quę vere mala non sunt  
sed habentia speciē mali, interdū mortaliter  
peccat, & interdū venialiter. Quia quę spe-  
ciē mali habent, licet mala non sint, dimit-  
tenda sunt propter salutē proximi quā tene-  
mur procurare, cū vnicuiq̄ mādauerit Deus  
de proximo suo, & cōtrariū facientes contra  
charitatē militamus. Sic Apostolus suadet ta-  
lia dimitti scribens ad Romanos. Et etiā Co-  
rinthijs ait. Si caro scandalizat fratrem meū, nō  
manducabo carnē in aternū. Et ita ait de mā-  
ducantibus idolatrica: id est cibos consecratos  
idolis. Nā non est malū per se comedere ista  
cū idoli nihil sit, & cibi cōsecrati, nihil eō  
trahant ex consecratione ipsa: & tamen quia  
videntes putabāt per hoc honorē impēdidit  
lis, obligamur illa vitare corā infirmis. Illa au-  
tem

Mat. 15.

Eccle. 7.

Rom. 14.

I. Cor. 8.  
& 11.

quę nec mala sunt, neque mali speciem ha-  
ber dimittenda non sunt, propter scandalum  
inuidiosum: sicut Pharisei scandalizabantur,  
de bonis Christi operibus, de quorum scan-  
dalo non est curandum, vt Christus dixit di-  
scipulis. Sinite illos quia cęci sunt, & duces  
cecorum: quia Christus non prestabat eis cau-  
sam scandalij. ¶ Ideo dubium est an veritas sit  
relinquenda propter alicuius scandalum? In  
primis clarū est quod hic non loquimur de  
scandalo actiū, quia hoc nunquam agendū  
est cum sit peccatum ipsius facientis: nō  
quam poterit sequi scandalum actiū se-  
cundum veritatem cum scandalum actiū sit  
factum nimis rectum, & sequi veritatem  
semper est rectum. Intellegitur ergo de scan-  
dalo passiuo. Vnde nihil aliud est quam quę-  
rere an aliquod bonum sit dimittendum, ne  
alius peccet. Ad quod dicendum quod cum  
homo circa spiritualia bona teneatur magis  
seipsum diligere, quam quencunq̄ alium,  
nullo modo tenetur peccare, vt peccatum al-  
terius euitet: quicunq̄ autem veritatē prę-  
termittit peccat. Veritas autem consistit in  
hoc quod homo in dictis & factis suis recti-  
tudinē diuinę legis siue diuinę regulę ser-  
uet, & illi se conformari tenetur. Et ita veri-  
tas partim consistit in his quę ad cognitionē  
pertinet, & illa vocatur veritas doctrinę. Par-  
tim consistit in his quę pertinent ad actiones,  
& tunc dupliciter quia aut circa ea quę ipse  
per se agere debet, & illa est veritas vitę aut  
circa ea quę alijs agenda promulgare debet,  
aut cogere alios ad agendum, & ista est veri-  
tas iustitię. Circa hoc tamen considerandum  
quod licet veritas sit conformādo se circa o-  
mnia diuinę regulę vel legi, nō tamen est  
necesse quod conformet se homo in omni-  
bus in quibus potest illi, quia aliqua confor-  
mitas esse potest: quia omnia non agitur cōtra  
veritatem vel legem Dei, quia adhuc veritas  
manet. Vnde sicut nullus obligatur ad quod  
libet bonum agendum, obligatur tamen ad  
nunquam agendum malum: ita non obliga-  
tur ad conformandum se diuinę regulę in  
omnibus in quibus potest, & tamen nunquā  
debet quis agere, cōtra diuinam regulā vel  
legem. Potest enim quis conformare se diu-  
inę regulę per opera consiliorum: sed nō pec-  
cat non se conformando huic regulę: quia  
non sequendo regulam consiliorum potest  
se conformare regulę pręceptorum, quę est  
diuina. Tunc autem dicitur relinquere veritas

quando veritas nullo modo maneret est, nō  
manet homo conformatus diuinę legi, tali-  
ter autē dimittere veritatem est semper pec-  
catum mortale, quia est agere contra legem  
Dei. Ideo proprie loquendo veritas nunquā  
dimittenda est propter scandalum passiuū,  
cum dimitti sic veritatem sit peccatum mor-  
tale: & nunquam committendum est pec-  
catum mortale vt caueamus scandalum pro-  
ximi, ita vt nullus teneatur peccatum com-  
mittere veniale, vt euitet mortale alterius: si  
illum eruere aliter nō potest nisi commit-  
tendo veniale. Quia nullus debet offendere  
Deum saltem parum, vt alius non offendat  
Deum multum: quia homo in infinitū tenetur plus  
diligere Deum quam proximum, ideo nul-  
lus debet facere peccatum veniale, vt euitet  
scandalum proximorum. Opera autem bona  
quę sunt ex consilio ad quę non tenetur ho-  
mo per votum, nec illi ex aliqua lege sunt o-  
bligatoria non tenetur dimittere si scanda-  
lum passiuum procedat ex malitia, secus au-  
tem si procedat ex ignorantia: nam aliqui ig-  
norantes scandalizantur si viderint facere ea  
quę sunt perfectionis, & hic dicitur scanda-  
lum passiuorum. Sic Christus dixit Petro. Vt  
non scandalizemus eos, vade, & solus pro-  
me & pro te. Nam licet Christus esset liber à  
tributo, quia Rex Regum erat, nesciebat ta-  
men hoc qui colligebat didragma. Propter  
hoc scandalum ab operibus consiliorum ces-  
sandum est vel occulte facienda sunt opera,  
ne ignorantes, quorum mens infirma est tur-  
bentur. Sed si illis reddatur ratio, & non ces-  
sat scandalum iam tunc ex malitia est, & con-  
tinnendum: & non cessandum a bono per-  
fectionis. Sed de his satis. Sequitur pœna scan-  
dalizantium. *Vt is est illi si lapis molaris im-  
ponatur circa collum eius & projiciatur in mare.*  
Multo melius pro culpa esset breuicem recipere  
pœnam: quam aternis cruciatibus seruari:  
nam de duobus malis minus tolerandum est,  
vniuscuique enim antea debet mortem subi-  
re corporalem quam vitam animę perdere  
propter peccatum mortale: vt sit proximum  
scandalizando, cum anima nobilior sit quam  
corpus, ita perniciosior est mors animę quam  
corporis. Ideo vilius esset illi vt mortem subi-  
ret corporale, quālis est proectio in mare lapi-  
de magno positā ad collū. Porro lapis molaris  
id est q̄ mola asinaria vt inquit Mattheus. In  
originali Græco Diui Luca habetur *μύλος  
ὄνυξ*, id est mola asinaria: Gręci *ὄνυξ*, id est  
Tom. 2. E e asinum

Mat. 17.

asuum vocant & saxum substractum in mo-  
 lag accipit frumentum. *Quam ut scandalizet  
 nam de pusillis illis.* Pusilli vocantur hic vel  
 atque paruli vel profectio. Et si nefas est  
 pusillum scandalizare, grauius erit perfectum  
 in scandalum esse. Loquitur enim Christus  
 hic tam de pusillis, quam de perfectis. Hinc  
 discimus si tam grauis erit pena illius, qui  
 pusillum vnum scandalizauerit, quod me-  
 lius esset occidi quam scandalizari vnum isto-  
 rum: quid erit de illis quos Deus tanquam  
 mundi lucem posuit super candelabra vt om-  
 nibus lucerent, qui iam episcopatus, digni-  
 tates, & principatus obtinent. non vt popu-  
 lum adificent exemplo & verbo, sed in scan-  
 dalum sunt multorum & in ruinam popu-  
 li totius, videntes eorum potetiam, delicias,  
 auaritiam, superbiam, qui ouibus suis sunt in  
 scandalum. Dicant à Christo Salvatore no-  
 stro, cuius vices in terris gerunt, qui vt scan-  
 dalum vitaret, licet ad legem non tenere-  
 tur, in templo voluit presentari, & didrag-  
 ma soluit, & plura alia fecit in exemplum no-  
 strum. Corpus etiam Mosi Dominus occulta-  
 uit, vt doceret occultare ea quæ sunt scanda-  
 li. Nam Iudæi si habent corpus Mosi da-  
 rent illi diuinos honores. Quia si serpenti anco  
 dederunt honorem Dei, multo magis corpo-  
 ri Mosi dedissent, pronus enim erat ille po-  
 pulus ad idololatriam. Sic etiam Deus puniuit  
 morte miserabili exploratores illos, qui ter-  
 ram promissæ deitæ detaxerunt, & fuerunt in  
 scandalo Israeli. Sic etiam vos puniet mulie-  
 res, qui vestris fucis & compositionibus, &  
 ornamentis estis alijs in ruinam, & in scanda-  
 lum. Si mihi non crederis audite Deum per  
 Ezechielem dicentem: Quicumque scanda-  
 lum iniquans suæ statuerit contra faciē suā,  
 ponam faciē meam super honorem illum  
 in exemplum & in proverbium: & disperdā  
 illum de medio populi mei. Sic perdidit Ie-  
 belem & Acham eo quod turbauit Israël, vt  
 Elias ei dixerat. Iosue lapidatus est à populo.  
 Isti enim quia plebem scandalizauerant mi-  
 ferrime interierunt: quæ pena digni sunt,  
 qui suis prauis operibus & sermonibus popu-  
 lum scandalizant, & plebem. Maxime præla-  
 ti quia mundi sunt, & ad edificandum &  
 gubernandum populum Dei, positi sunt in  
 Ecclesia sancta. Lege in tertio volumine Re-  
 gum, quantum Deus puniuit Hieroboam fi-  
 lium Nabath, & Regem Israel, eo quod fece-  
 rit vitulos aureos, & peccata fecit Israel. Om-

nem domum eius subuertit, & aliorum pec-  
 cata illi impingit scriptura, dicens quod  
 peccata fecit Israel: quia in scandalum fuit  
 toti populo. Quapropter Diuus Gregorius  
 ait, quod tantis mortibus prælatus dignus  
 est, quantis subditis scandalum præbuit suo  
 malo exemplo. O si prælati, populique mag-  
 nates, & principes scum reputare vellent,  
 quam sint omnibus hominibus quasi in qua-  
 dam specula constituti, vnde eorum vitia ne-  
 minem latere potest: æstimarentque itidem  
 grauisima supplicia quæ malo exemplo suo  
 demerita subiuiunt, secus quam viuunt, vi-  
 uerent, cautiisque peccare attenderent: nec  
 Ecclesia Christiana tantis subiaceret incom-  
 modis. Ideo subditur. *Attendite vobis.* Id est,  
 diligenter caute ne proximum scandalize-  
 tis, proximo enim debemus famam bonam,  
 & adificationem: ideo honorem & gloriam  
 nobis ipsis debiti adimpletionem. Speciali-  
 ter tamen monet discipulos de non scanda-  
 lizando, quoniam figuram gerunt prælato-  
 rum, doctorum, prædicatorum, & religio-  
 rum: quorum scandalum adiuum periculo-  
 sus est, & magis ad exempla trahuntur. Et  
 quoniam aliorum scandalo lasi, sunt pie re-  
 cuperandi, subdit. *Saluator. Si peccauerit in te  
 frater tuus in vasa illius, & si penitentiam ege-  
 rit dimitte illi.* Quia late hæc de correctione  
 fratrum exponit Mattheus, Lucas vt dicta à  
 Mattheo silentio præterijt. Sensus igitur est:  
 Si peccauerit in te, id est, te sciente peccatum  
 alterius: nam non scita non teneris corripe-  
 re. *Increpa illum.* Aduertendum quod vel  
 proximus est iam à peccato alienus & emen-  
 datus vel non est. Si est, non teneris ad cor-  
 rectionem, quia vana & ociosa est medicina  
 sano. Correctio autem fraterna est in medici-  
 nam peccati: quando res, & ratio postulare  
 rit. Sed multi fratrum peccata antiqua & iam  
 emendata corrigunt, certioresque faciunt  
 prælatos, & iudices, maxima cum animarū  
 suarū iactura, proximorumque infamia. Igi-  
 tur si peccator permanens in peccato pu-  
 blice peccat, publice arguendus est, iux-  
 ta illud Pauli. Peccatum coram omnibus  
 argue: quia prouidendum est de scandalo  
 multitudinis. De emendatis aut de publi-  
 ce & notorie peccantibus, non loquitur hic  
 Christus de his duobus generibus peccato-  
 rum: sed tantum de illo peccatore qui actua-  
 liter est in peccato, & non est notus peccator.  
 De isto tamen distinguendum est. Nam si

Greg. in ca.  
 ra pastor. 33 ca. 3.

Math. 18.

3. Reg. 12.

Exod. 33.

1. Cor. 15.

est capax correctionis & probabiliter credis  
 quod audiet te & emendabitur, teneris cum  
 corrigere occulte, ea forma qua tradidit Chri-  
 stus in Mattheo: scilicet vt corripas eum in-  
 ter te & ipsum solum. Qui si te non audie-  
 rit, secundo corripas adhibens vñ vel duos  
 testes: qui si etiam illos non audierit, dicas  
 Ecclesie, id est, prælati Ecclesiasticis: quos si  
 non audierit sit tibi sicut Ethnicus & Publi-  
 canus. Recte hæc ordinata sunt: quia pro-  
 ximus duo bona habet, famam scilicet & con-  
 scientiam: quæ duo seruanda sunt in quan-  
 tum fieri potest. Sed si poteris curare con-  
 scientiam seruanda famam teneris facere, ideo  
 occulte corripendus est. Sed si occulte mo-  
 nitus noluerit emendari: tunc quia conscien-  
 tia est maius bonum quam fama, necesse est  
 fama periclitetur vt conscientia non pereat.  
 Et sic etiam si cum famæ dispendio fiat pro-  
 uidentum est, nihilominus cum animæ, sa-  
 lutisque remedio, que cæteris omnibus re-  
 bus anteponenda sunt: ideo adhibe duos tes-  
 tes, & dic Ecclesie. Verum si peccator cor-  
 rectionis capax non est quo pacto non pau-  
 ci inueniuntur adeo superbi, morosi, & in-  
 temperates, vt verbum vnum duriusculum,  
 est vtilissimum ferre non possint, præter-  
 mittendus est. Cum his enim hic ordo ser-  
 uandus non est: sed ne eius salus, si ab omni  
 admonitione destituatur grauitus periclite-  
 tur, Deus que in dies licentius offendatur, is  
 qui nullam fraternam correctionem admittit,  
 prælato denunciandus est: vt ab eo non  
 tanquam iudice, sed patre & pastore pijsi-  
 mo, ad veram virtutis viam reducatur. Præ-  
 latus tamen peccatum isto modo scitum nõ  
 potest tanquam iudex punire, sed tanquam  
 pater corrigere, & occulte monere: nisi iam  
 publicum sit: cum tamen est occultum de-  
 bet prælatus occultare illud. Sic Deus cum  
 peccatum Dauidis erat occultum celauit: sed  
 cum fuit manifestum misit ad illum Nathan,  
 qui dixit. Quia blasphemare fecisti nomen Dei,  
 &c. Ex quo patet, quod iam erat publicum.  
 In Exodo etiam habetur, quod vidit Moses  
 populum quod detectus esset, & tunc con-  
 gregauit filios Leui vt puniret eos. Igitur cū  
 prælatus scit subditi peccatum occultum, nõ  
 tanquam iudex sed sicut pater, non poterit  
 illud punire: sed tantum occulte monere.  
 Nam multo melius accipiet correctione frater-  
 nam à prælato qui habet auctoritatem, quã  
 à socio: nam multoties subditus ita erubescit

audire verba prælati sui, vt vellet potius po-  
 nam grauem tolerare quam peccatum eius  
 cognosci à prælato. Si autem prælatus habet  
 odium subdito, non est ei reuelandum crimē  
 subditi. In his denique regula certa dari non  
 potest, quando licebit statim dicere prælato,  
 & quando non. Sed quia omnia hæc propter  
 charitatem fiunt, debet esse charitas regula-  
 horum. Et ideo si prudens iudicauerit melius  
 ad salutem proximi conuenire denunciare sta-  
 tim prælato peccata eius licebit detegere pro-  
 rei grauitate & exigentia. Si vero contrarium  
 crediderit, contrarium tuto facere poterit. Er-  
 ubi fuerit dubium potius debet cessare denū-  
 ciare prælato conformando se ordini tradi-  
 to à Christo de secreto admonendo. Et in his  
 omnibus debet intelligi quod dicens prælato  
 peccatum alterius, dicat bono animo, nam si  
 ex malitia dicat vt proximus confundatur &  
 erubescat in cōspectu prælati etiam si ex hoc  
 credat futuram magnam vtilitatem peccatō  
 mortaliter quisque denunciat prælato pecca-  
 tum alterius. ¶ Observandum tamen quod  
 hæreticos & infideles alios non tenemur cor-  
 rigere, sed statim dicere prælato, iudici, aut  
 inquisitori hæreticæ prauitatis non seruando  
 hunc ordinem correctionis. Ideo Christus dixit,  
 si peccauerit in te frater tuus. Hæretici ta-  
 men non sunt fratres nostri: quia ipsi habent  
 diabolium in patrem, nos tamen Dominum  
 Iesum Christum. Non ergo sumus fratres.  
 Sunt tamen aliqui qui decepti ex ignorantia  
 labuntur in hæresim, qui hæretici non sunt cō-  
 scendi: quia omnis hæreticus contumax est, isti  
 simplices & populares bene possunt corrigi  
 & moneri occulte, qui si in prima correctio-  
 ne non resipuerint, imo in sua hæresi permā-  
 serint, tunc iam hæretici contumaces sunt, &  
 iudex est admonendus. Et si septies in die pec-  
 cauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad  
 te, dicens, pōnitte me, dimitte illi. Vt iam osten-  
 dimus hæc correctio proximorum à charitate  
 procedere debet: oportet vt ex charitate,  
 & in charitate fiat, ideo iniustitiam dimittende  
 sunt. Porro hic numerus finitus pro infinito  
 ponitur, nam non tantum septies sed vsque  
 septuagies septies, & millies si oportuerit con-  
 donabis ei. Aduerte tamen quod etiam non  
 potenti neque roganti ignoscendum est, quã-  
 tum ad culpam & odij remissionem: quan-  
 uis maior sit ratio dimittendi peccati veniã,  
 quam nõ petenti illam. Sed vñ quor quãtaq;  
 odia, factiones, bella, dissidia, lites inimici-

tię grauilisimęque inter Christianos offensio  
nes reperiuntur. Longum esset censere: qui so  
lobapultimo, fideque semimortua contenti,  
omni prorsus pietate, & charitateque vacant  
more Ethnicorum, Saracenorumque viuunt.  
Pauci sunt qui sponte sua, totoque animo in  
iurias condonant. Sed audi quid Paulus dicat.  
**Roma. 12.** Non vosmetipsos vlscientes sed date lo  
cum irę Dare locum irę est permittere Do  
mino iudicandi facultatem, quam Deo eri  
piunt qui se ipsos vlscuntur. Si quis occupa  
to regni imperio iurisdictionem, autoritatę  
que regiam vsurparet inuito Rege, Principe,  
vel Imperatore: nonnē esset diminuta maie  
statis reus: dubium non est. Atqui Deus in  
quit. Mihi vindictam, & ego retribuam. Qua  
re existimare debes quodocunque ab ali  
quo laederis non tibi sed Deo iniuriam factā  
fuisse. Ne proprium iniurias vindicandi mu  
nus, illi autoritatem & iurisdictionem suam  
eripias. At non modo iniuriarū puniatio pro  
prie Deo incumbit, sed etiam & venia. Ne  
simus difficiles ad parcendum, nec tardi ad  
ignoscendum, nec proni ad vltionem, nec im  
moderantes memores illatę nobis iniurię  
pensantes, quod in Genesi Patriarcha Iacob,  
affirmat. Maledictus furor eorum quia peri  
nex, & indignatio quia dura. In Leuitico quo  
que ait Dominus. Non queras vltionem nec  
memor eris iniurię ciuium tuorum. Ne odę  
ris fratrem tuum in corde tuo. Hinc Apo  
stolus iubet. Deponite iram, & indignationem,  
suppotantes inuicem; & donantes vobis  
m-tipis: si quis aduersus aliquem haber que  
relam. Sic & in Marco Christus horratur.  
Quum stabitis ad orandum dimitrite si quid  
habetis aduersus aliquem: quod si non dimi  
seritis nec Pater vester qui in cęlis est dimi  
teret vobis debita vestra. Vbi obseruandum qđ  
si ille qui offensus non dimittit iniuriam in  
cassum orat: quomodo orabat ille qui offen  
dens alios opprimit pauperes & iniuriam fa  
cit vicinis & proximis? Frustra igitur orat qui  
proximo non dimittit iniuriam. Ideo Sapię  
ait. Qui vult dicari vult ā Domino inueniet  
vindictam, & peccata illius seruans seruabit.  
Relinque proximo tuo nocere tite: & tunc de  
precanri tibi peccata soluentur. Quum autem  
tanto grauior sit offensa, quanto maior est ho  
norabilitas & excellētia eius: nonnē immen  
sa & rationabilissima dementia est vt homo  
vas purridum petat sibi ā Deo ignosci, cum  
iple proximo suo non velit ignoscere? Ideo

in Ecclesiastico scribitur. Homo homini ser  
uat iram, & ā Deo quarit medelam. In homi  
nem sibi similem non habet misericordiā, &  
de peccatis suis deprecatur altissimum. Quis  
exorabit pro peccatis illius: Quauis autē re  
mittere iniurias iustissimum & æquissimum  
sit: caro tamen recusat, granaturque remitte  
re: ideo exhortatione opus est, gloriaque ater  
nę recordatione illam excitare, Fideique nō  
parum ad hoc conduxerit robur; quoties in  
memoriam reuocabitur diuina misericordia:  
quę neuticam ijs negabitur, qui fratribus suis  
misericordiam fecerint iniuriarum veniā  
negarint. Ideo non immerito cum hęc loque  
retur dixerunt Apostoli. *Adauge nobis fidem.*  
Quasi dicant. Iubes vt condonemus iniurias,  
hoc non potest esse nisi credentes quod habe  
bimus thesaurum in cęlo, cōfidentes de præ  
mio futuro: ideo adauge nobis fidem. Perfice  
& corrobora fidem nostrā, vt possimus hęc  
ardua tua præcepta & documēta supernata  
ralia adimplere. Hoc petierūt Apostoli quo  
niam tam incessanter iniuriant ignoscere, &  
scandala deuitare, delinquentem que corripe  
re, procedunt ex magna fide, quę quis firmi  
ter ac lucide credit prouidētiam ac iudicium  
Dei, pramititque beatum pro actibus bonis.  
*Dixit autem Dominus. Si habueritis fidem sicut  
granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradica  
re, & transplantare in mare, obediet vobis.* Mo  
rus arbor est sui generis peculiariis Syrię quę  
admodum indicat Diuus Hieronymus, Gręcę  
συναπλη. Sed quia granum sinapis sicut  
Christus dixit est minimū omnium feminū:  
voluit hic Saluator noster designare minimā  
fidem. Vult ostendere quod non solum fides  
magna potest impetrare petita: sed etiam fi  
des minima impetrabit quidquid petierim,  
etiam si postulauerimus montes arboresque  
trānsferri: & loquitur modo vulgari vt intel  
ligi possit. Nam fides est aliquid pure spiri  
tuale, spiritalia tamen non habent aliquam  
quantitatem magnitudinis: in qua com  
municent cum corporibus, ideo fides nec  
est maior, aut minor quantitate, nec æqua  
lis grano sinapis: quia granum sinapis est  
alicuius quantitatis, fides autem nullius. Sed  
est quędam qualitęque similitudo, scilicet,  
quod sicut granum sinapis in corporibus ha  
bentibus quantitatem est aliquid minimum,  
ita accipiatur in fide id quod est mini  
mum: dum tamen sit fides quia sufficit il  
lud ad obtinendam omnia petita, in fide autē  
est

Matth. 17.

Hebr. 11.  
1. Cor. 12.

Jacob. 1.

Matth. 8.  
Matth. 15.  
Matth. 14.

Matth. 9.

Matth. 10.

est accipere maius & minus eo modo quo  
accipitur in spiritalibus perfectionibus.  
¶ Præterea diligenter obseruandum est, quod  
fides accipitur dupliciter primo pro virtute  
Theologica, quę nihil aliud est quam habi  
tus quo assentimus credibilibus, credendo  
ita esse sicut asserit Ecclesia orthodoxa: secun  
dum quam fideles efficiuntur & est principiu  
omnium virtutum, & bonorum, & ista est si  
ne qua impossibile est placere Deo. Secun  
do, fides accipitur pro dono quodam, & po  
nitur ab Apostolo inter donę gratis data. Di  
uisiones inquit gratiarum. &c. Sequitur, alij  
datur sermo sciętię, alij sermo sapientię, alij  
fides in eodem spiritu, Fides autem prout est  
virtus Theologica non vocatur proprie do  
num. Large quippe vocatur vocari donum om  
nis virtus Theologica, quia sunt in nobis per  
infusionem, & ita sunt per diuinam collatio  
nem: & tamen non vocantur proprie dona,  
quia dona vocantur gratię gratis datę, quę  
secundum se non gratificant hominem Deo.  
Charitas tamē per se ipsam reddit hominē  
gratum etiam nondum existente actu, sed so  
lo habitu charitatis: ideo non vocatur ipsa  
donum eo modo quo vocamus dona illas  
gratias, quas Apostolus posuit. De hac fide  
quę donum est, quę proprio vocabulo con  
fidentia vocatur, ait Iacobus. Si quis indiget  
sapientię petat ā Deo, postulet autem in fide  
nihil hęsitans. De Ceterone dixit Christus:  
non inueni tantam fidem in Israel. Et mulie  
ri Cananę. O mulier magna est fides tua. Et  
illud. Habere fiduciam, ego sum: nolite time  
re. Et illud. Modicę fidei quare di birasti? Et  
illud. Quid timidi estis modicę fidei? Omnes  
istę autoritates crediderim quod de hac con  
fidentia loquuntur. Et etiam illud. Videns Ie  
sus fidem illorum dixit paralytico. Confide si  
li. Sic & in presentiarum de hac confidentia  
loquitur hic Christus: nam innuocat Chri  
stus quod discipuli non habebant illam talē  
fidem, & tamen certum est quod habebant  
fidem Theologicam, quę credebant omnia  
quę Christus eis credere iusserat, & omnia  
quę ex veteri testamento credere teneban  
tur. Ideo non loquebatur de fide prout vir  
tus Theologica est. Et patet etiam, quia Chri  
stus dedit discipulis istam fidem, quando de  
dit eis potestatem faciendi miracula: & non  
habebant istam fidem quę est donum, con  
stat tamen quod habebant fidem Theologi  
cam virtutem quia fideles erant ante Apo

latum in lege Mosi, & postea Christo creden  
bant: nam aliās essent infideles, & in magno  
peccato mortali. Igitur qui habuerit, talem  
fidem, id est, confidentiam super se quam  
petit, ita vt nullo modo hæret: obtinebit.  
Et quia Deus vult, quod in quibusdam rebus  
obtinemus, dat nobis desiderium petendi;  
& confidentiam certissimam obtinendi: &  
tunc obtinemus infallibiliter, id quod pe  
tebamus. Cum autem non dignatur conces  
dere: quod petimus, etiam si concedat de  
siderium petendi, non donat fiduciam ob  
tinendi: & tunc cum petimus sine fide  
hęsitamus non obtinebimus. Et ita fides  
quę est fiducia obtinendi est donum Dei, &  
dat eam cui vult, & quando vult, & alijs  
non. Et ideo ille, qui interdum solebat con  
fidenter petere, volens postea petere relaxa  
tur animo suo, & deficit aliquantulū hęsi  
tans: & tunc non obtinebit, quia hęsitat.  
Sic Apostoli non potuerunt curare lunati  
cum, dæmonium habentem: & interroga  
uerunt Dominum secreto, dicentes. Qua  
re nos non potuimus eicere illum? Quibus  
respondit Dominus. Propter incredulitatem  
vestram. Sequitur. Si habueritis fidem sicut  
granum sinapis, & dicetis monti huic, tran  
si hinc transibit. Est ergo fides quę est virtus  
ad credendum in potestate nostra, sed fides  
quę est ad obtinendum non est in potestate  
nostra, sed sicut ā Deo nobis donatur; qui  
interdum donat illam, & interdum non do  
nat, & aliquando paruam, & aliquando  
magnam. Et sic veniunt maner, quod quic  
cunque habuerit confidentiam istam in  
petendo quę fides vocatur, quod obtinebit  
omnia: etiam si velit montes transferre, &  
arbores eradicare & transplantare in mare.  
Potest etiam hęc postulatio Apostolorum cũ  
dicunt, adauge nobis fidem, referri ad vtran  
que partem fidei: nempe, vt eis intellectum  
aperiat lumine cęlesti, quo plura idque per  
spiciat de Deo intelligant per fidem: vt  
que affectum roborat, & confirmat, quo cō  
stantius & immobilius persistant in his quę  
mente intellexerunt, sitque illorum fides  
Theologica virtus vti debet, hac confiden  
tia perfecta. De fide autem vtrique sui parte  
perfecta innuat Apostolus se loqui cum di  
cit. Si habueris omnē fidem ita vt mōtes trā  
feram, &c. Significat primo per hoc quod di  
cit omnem, id est, perfectam, nēpe vtręque  
sui parte absolutam: nā omne & perfectū vnum  
E c 3 sunt

Matth. 17.

1. Cor. 13.

sunt secundum Aristotelem primo de Caelo. Secundo per hoc quod adiungit dicens ita ut montes transferam. Nam miraculorum operatio precipue spectat hanc secundam fidei partem. Et de hac acceptione fidei, scilicet, confidentia credo quod potius loquitur hic Christus, dicens. Si habueritis fidem sicut granum sinapis. &c. Ut iam in prece- dentibus ostendimus, quamuis etiam de v- traque fide possit exponi. Præterea quia Saluator suis electis excellentissima gratiarum charismata promisit & contulit, præstaturus- que fuit tam in donis gratiæ gratum facien- tis, quam gratiæ gratis data: idem post prædi- cta saluberrime instruit eos de profunda & inconcussa humilitate semper in omnibus conseruanda, ut omne bonum omnipotenti creatori iugiter ascribatur, & tanto plus ei regramur, quanto copiosiora gratiæ dona ab ipso sortiti fuerimus. Ad hoc igitur persuadendum aptissimam, atque planissimam introducit parabola. *Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut bouem pascentem, qui regresso de agro dicat illi. Statim transre- cumbes, & non dicit para quod conem, & præcin- ge te, & ministra mihi donec manducem & bi- bam, & post hæc tu manducabis, & bibes. Num quid gratiam habet seruo illi? Id est, nunquid dominus debet agere gratias illi suo mini- stro. Quia fecit quod es imperaueris non puto. Seruus enim tenetur ad hoc, & post laborem in agro habet etiam laborare in domo: ut sit assidue in labore ne in solâ sit, iuxta illud Ec- clesiastici. Cibaria & virga & onus Afino, pa- nis & disciplina, & opus seruo. Item que ser- uum inclinant operationes assidue. Nam seruus quamuis bona fide suo fungatur offi- cio in agro, & domi reuersus fecerit impe- rata, non tenetur dominus illi reddere gra- tiam: quia penam exacturus erat nisi id fe- cisset. Quam ob rem? Non ob aliud nisi quod seruus est, & omnem operam debet domi- no, cuius est ipse. Seruus non in agro solum, sed etiam domi, domino suo seruire animo libentissimo debet: æquum enim non est, ut vel quoniam gregem pascit, aut fundum co- luit, ideo securus ad mensam discumbat, om- nium aliorum ministeriorum expertus, quæ domino nihilominus exhibere tenetur. Ita & vos quantumcumque iam satis superque vobis videamini mundum despexisse, iniurias condonasse, aut etiam mirabilia fecisse, arbo- res arantulisse, & omnem legem impleste,*

ne superbiatis: sed modestissimo animo cogi- tate plures esse ad perfectæ virtutis culmen ascendendum labores subeundi, & opera fa- cienda. Ideo pergit in expositione parabola, seipsum declarans. Sic & vos cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis. A Deo, ab Ecclesia, à recta dictante ratione. Dicite. Ex toto corde, cum plena humilitate. *Serui inutiles sumus.* Id est, nostra seruitute nihil utilitatis aut per- fectionis Deo attulimus, quibonorum no- strorum non eget. Vnde in Iob habetur. Si peccaueris, quid ei nocebis: & si iuste egeris quid ei donabis? *Quod debuimus facere fecimus.* Implendo præcepta. Docemur hic om- nem præsumptionem & vanam gloriam vi- tare. Si enim hi se seruos inutiles reputare de- bent, qui omnia impleuerunt præcepta: quid nobis incumbit, qui in tam multis offendi- mus: & ea ipsa que forsitan implemus præ- cepta, tam imperfectè implemus, ita ut iuxta Esaiam, vniuersa iustitia nostræ sint quasi pa- nus menstruata? Si parentibus & magistris non potest reddi æquale: quomodo omni- potenti Deo poterimus condignum rependere? Quidquid sumus habemus, & quicquid bo- ni agimus ab ipso est, & ipsius est: ipseque as- cribendum tanquam datori, & supremo con- seruatori. Vnde Paulus Apostolus Corinthiis scribens ait. Quid habes quod non accepisti? & si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Itaque eo ipso quod totum quod habemus, & sumus à Deo suscepimus obligamur totum hoc eius obsequio mancipare ad eius hono- rem & gloriam ordinare atque conuertere, totumque ei subijcere: & quo plura nobis do- na contulerit, eo ad regramandum, obediendum, & obsequendum obligatiores consisti- mus. Hinc viri sancti, quo perfectiores & san- ctiores eo humiliores fuerunt, & de se ipsis ni- hil boni existimabant. Sic beatissimus ille Pa- ter Franciscus post tot insignia & præclara o- pera in vltimo vite sue suis dicere solebat. Laboremus, & Domino seruiamus: nam vs- que adhuc, parum, aut nihil fecimus. *Hos er- go nos imperfectionibus plenè sequi conemur, istud Christi sapientissimum documentum iu- gi memoria recolentes.* Sed cum alibi dicat Christus, Seruum inutilem proijcere in tene- bras exteriores: quomodo iusti verè se dicunt seruos inutiles? dicuntur hic inutiles serui re- spectu Dei secundum sensum præhabitu: ali- bi vero respectu sui, vel proximi qui nec prop- riâ salutem sunt operati, nec exemplares fue- runt

runt. Nostrum igitur similiter est sentire de no- bis: & Dei erit dicere. Euge serue bone & fi- delis. Videant ergo & contremiscant, qui pec- cantes, & mandata Dei prætergredientes ex- collunt, quum omnia facientes nihil mag- ni de nobis sentire nos vellet præcipit Dei. Timeant illi, humilientur, & ne extollan- tur, qui relinquunt iter rectum, & ambu- lant per vias tenebrosas, qui lætanter cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: quorum vitæ peruersæ & infamæ gressus eor- rum. Ideo ait Petrus. Humiliamini sub po- tenti manu Dei: ut vos exaltetis in tempore vi- sitationis. Ergo in hoc positum est. negocium nostrum, ne de beneficiis nostris gloriemur, nobisque plus æquo placeamus. Præterea, obseruandum est hic diligenter ne erras, aut Martini Lutheri Heresiarchæ pessimi nostri temporis doctrinæ adhaereas. Docuit enim ille qui semper operibus humanis detrahit, quod nullum opus humanum quantulibet bo- num est vita æternæ meritum, neque ad vitam æternam assequendum necessarium. Nam dicit ille si inutile sumus ergo imple- tione mandatorum vitam æternam non me- semur: quoniam si tali impletione manda- torum vitam æternam mereamur, non solum vitales sed vtilissimi merito censendi sumus. Est enim ipsa vita æterna supremum bonum & vtilissimum, quod nobis contingere po- test. Deinde si quod debuissimus facere fe- cimus: consequens est, ut sic faciendo nihil mereamur. Nam qui reddit quod debet satis habet quod per hoc liberetur à debito, & à pœna que ab illo foret merito exigenda si de- bitum non reddidisset. Fatemur quidem nos omnes etiam postquam omnia mandata ex equimur debere existimare. nos esse inutiles ex natura nostra, & ex propria natura eo- rum que fecimus: quia nec ipsa mandato- rum impletio ex sua natura est tanti valoris, ut sit digna præmio vitæ æternæ: neque nos- tor tantasque vires habemus, ut per nos so- los sine speciali Dei adminiculo mandata il- lius omnia exequi valeamus. Nam de man- datorum Dei executione Dominus loqueba- tur, cum dixit. Sine me nihil potestis facere. Ex sola igitur misericordia diuina prouenit nobis vtrumque, videlicet diuinum auxi- lium ad exequendam mandata Dei, & libe- ralitas ipsius Dei, qui promisit se nobis da- turum vitam æternam: si mandata eius serua- uerimus. Et quia hæc omnia non ex nobis,

sed ex Dei misericordiâ procedunt: ideo Chri- stus omnium nostrum magister docet nos, ne superbiamus ex bonis que facimus: sed di- camus nos esse seruos inutiles, exillimando nos ipsos nihil eorum sine speciali Dei adiu- torio facere potuisse. Gratia tamen eius ad- iuti vitales esse possumus. Hedera herba vilis, fragilis & inutilis, cum primum se arbori ap- plicat ad cacumen vsque solet ascendere. Sic opera nostra quamuis vilia & inutilia sunt ex natura sua: tamen si Christo fuerint innixa, & ipsius meritis coniuncta, magni meriti & eximij sunt valoris. Atque ideo, licet ex se inutilia sint, tamen ex Christi gratia vitam æternam merentur, & possumus omnia præ- cepta adimplere. In quarto volumine Re- gum habetur, quod Eliseus suppoluit ma- nus suas manibus Regis Iosæ, & eiecit sagit- tam salutis Itæiis: Deus supponit auxilium suum, & gratiam nostris operibus, cuius ad- iutorio & fauore salutis sagittam mittimus, & Dei præcepta adimplemus, & vitam æternam mereamur. Parum valent opera nostra: sed eum gratia Dei multum. In Exodo præcepit Do- minus offerri aurum & argentum, & pillos caprarum. Viles sunt pilli caprarum, sed cum auro & argento multum valent. Sic opera no- stra vilia sunt, sed cum gratia Dei, & eius ad- iutorio multum valent. Operemur itaque & adimpleamus Dei mandata, ut gloriam me- reamur, quam postulare possumus, & Deus te- netur illam nobis dare ex debito, ut diffinit Augustinus. Quapropter Paulus illam coro- nam iustitiæ vocauit, scribens Timotheo disci- pulo: debet enim ex rigore iustitiæ seruati mandata Dei: quia ille ex merâ sua liberali- tate promisit beatitudinem his qui mandata Dei custodierint. Si Rex quispiam in stadium descendens equitibus suis præmium propo- neret, ut qui præclarus se præstisset in equi- tandi certamine, ciuitatem quasi sui laboris & victoriae brauium ferret, esset quidem libera- litate mirabili. Attamè impleta conditione pro- missis nihilominus stare teneretur, licet proâ exiguo opere tantam esset mercedem pollic- itus. Sic opera nostra de se exigua, humilia, & fere nihil sunt: quia ut Paulus ait, Non sunt cõ dignæ passionis huius repositus ad futurâ glo- riam que reuelabitur in nobis. Sed tanta est largitas, misericordiaeque patris æterni, ut fidẽ suam astringere non dabitur: sed si quis præ- cepta eius seruarint, sumam felicitatẽ elargi- turum. Sic iuueni illi dixit. Dominus. Si vis ad

Eccle. 33.

Psal. 15. Iob. 35.

Iacob. 1.

Esai. 64.

I. Corin. 4.

Matth. 23.

Ionn. 15.

1. Reg. 16. mor. cap. 11. in fi.

4. Reg. 13.

Exod. 35. 3.

Aug. epist. 105. & lib. de gratia & libero arbi. cap. 8. & li- bro 4. contra Iulian. ca. 3.

2. Tim. 4.

Rom. 8.

**Matth. 19.** vitam ingredi serua mandata. Et cum opera  
**Matth. 20.** rix fecit conuentioem ex denario diurno,  
 & misit illos in vineam suam dicens. Quod  
 iusti fuerit dabo vobis. Ergo ex iustitia debi-  
 to tenebatur dare beatitudinem, quam intel-  
 ligit in denario. Quoniam verba Regis, quan-  
 tumcumque sit exiguus, irrita esse non possunt;  
 necdum tantum regis. ¶ Igitur possumus mereri  
 beatitudinem. & opera vtilia, & meritoria glo-  
 ria operari non inquam ex nobis tãquam ex  
 nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, vt ait  
**3. Cor. 3.** Paulus: In quantum in nobis est inuites ser-  
 uimus: sed aduti diuina gratia, quã Chri-  
 stus non negabit facienti quod in se est, vtilis  
 serui erimus, vtentes namque bene libero ar-  
 bitrio: erimus serui vtilis & merebimur vitã  
 æternam. ¶ Super illud autem quod ait aran-  
 tem seruauimus, aut pascentem, obserua, quod  
 prius dixit arantem & postea pascentem: quia  
 non poteris esse bonus prelati si prius non  
 fueris bonus subditus. Prius oportet vt labo-  
 res, & ares, & obediens scias, quam alius impe-  
 rare. Qui enim domui sue nescit præesse vt  
 oportet, quomodo Ecclesie Dei curam geret?  
 Et qui subditus malus est, bonus prelati non  
 poterit esse. Magnates minus sibi imperat, im-  
 potentior est: sunt ad omnes affectus: & ma-  
 ioribus sollicitudinibus sunt obnoxij, quã alij  
 homines. Prelati tamen in hoc negotio om-  
 nium maximis deuiuantur obligationibus,  
 & officijs: non enim modo suarum illis rerum  
 incumbit, sed etiam alienarum cura: Quapro-  
 pter qui priuatus & liber omni externo nego-  
 cio domesticis non sufficit actionibus: quid  
 speret prelati: ura pondus se posse sustinere?  
 Aut quomodo magno oneri substat, qui ex  
 iugo succumbit: Animus verò qui paucis nu-  
 mero curis ab oratione ceterisque pijs operi-  
 bus tam facile auertitur: quid faciet tot vindi-  
 que prædeditis negotiorum compedibus?  
 Oportet ergo vt prius pascas & ares: hoc est,  
 ministros & obedias, & humilitatem discas, si  
 perfecti prelati officij præstare vis. Sed pro-  
 cedamus. ¶ Consequenter describitur à Chri-  
 sto miraculum peractum, vel potius plura mi-  
 racula, quibus ipse confirmabatur superna-  
 turalis doctrina. Quoad modum enim natu-  
 ralis scientia probatur per argumenta, atque  
 principia naturali ratione patentia: sic super-  
 naturalis sapientia Christi in Euangelio tradi-  
 ta per supernaturalia, solique Deo possibilia  
 probata est opera, per qua Deus testimoniũ  
 perhibuit Euangelicæ veritati. *Et factum est*

*Et factum est in Hierusalem, transibat per mediam Sa-*  
*mariam & Galileam.* Hæc vt ex omnibus cir-  
 cūstantijs colligi potest vltima eius profectio  
 fuit à Capharnaï: Hierosolymam versus: vbi  
 iam certò decreuerat voluntatem patris sui  
 implere, atque electos suos morte omnium  
 vilissima ab æterno exitu liberandos: In hoc  
 itinere Christus decem leprosos mundauit in-  
 sinuans quod sacratissima eius morte: & pas-  
 sione, vulnera nostra & morbos sanare vel-  
 leret: sicut et ipsa factum est, quia sanguine suo  
 nos à peccatis nostris lauit. Quia ad purgandã  
 animã nostrã lepram sanguinis sui effusione  
 Hierosolymam ibat non reformidat gentem  
 quam liberat: atque, quam liberat effusionem sui  
 sanguinis aude sitentem, pertransiit Galilæã  
 prius, qua peragrata intrauit Samariam, qua  
 interiacet Iudæam, & Galilæam, vt patet in  
 Ioanne. Itinera autem Domini plena erant  
 miraculis & mysterijs: ambulabat enim de lo-  
 co in locum, vt omnibus subueniret, omni-  
 bus ad esset, occurreret singulis, occurreret v-  
 niuersis, hos miraculis, illos præmijs ad fidem  
 alliciens. Vt omnes ad se traheret, non recta  
 Hierosolymam petebat: sed per mediam Sa-  
 mariam, & Galilæam, vt multis. Euangelium  
 suum prædicaret, multis egritis auxiliaretur,  
 multos ad poenitentiam inuitare posset, & vn-  
 de quaque pateret ad eum accessus ad audi-  
 dum eum, tanquam verum, & præcipuum  
 doctorem salutis: nec non ad petendum ab  
 eo auxilium & consilium. Inter Iudæos &  
 Gentiles transiit, quia de cælo pro omnibus  
 venit, vt per se ipsum omnes mortales Deo re-  
 conciliaret, sine respectu personarum. Apud  
 eum enim non est Iudæus, neque Græcus,  
 non, malculus, neque scemina: non seruus, ne-  
 que liber: communis Redemptor, propicia-  
 tor, & Saluator est, & esse vult omnium verè  
 in se credentium. Transiit autem ibat in Hie-  
 rusalem, vt pro nobis sanguinem funderet:  
 docens nos ne rebus huius seculi, ad beatitu-  
 dinem iter facientes immoremur. Hac enim  
 de causa cursum Dominus per Samariam, &  
 Galilæam ad Patrem transiens festinabat: vt  
 videlicet significaret, nullam esse moram in  
 huius seculi diuersorio faciendam, quin præ-  
 cipitatis omnibus negotijs, & oblectamentis  
 terrenis cælum antelucano rapiamus itinere.  
 Sic miserant filij Israel ad Edom cum tran-  
 sissent per desertum, dicentes. Hæc mandat  
 frater tuus Israel. Nosti laborem qui appre-  
 hendit nos, & c. Perterritam gradiemur viam,  
 & si

1. Cor. 7.

Apost.

1. Tim. 3.

Ioan. 4.

1. Tim. 3.

1. Para. 19.

Gala. 5.

3. Reg. 22.

Marc. 14.

Eccle. 13.

& si biberimus aquas tuas, nos & pecora no-  
 stra, dabimus. quod iustum est: nulla erit in  
 pretio difficultas, tantum velociter transca-  
 mus. Eodem modo sciendum nobis est, ad  
 supremam illam, quasi ad promissionis terrã,  
 felicitatem festinantibus, sic vt necessarijs tâ-  
 rum modo pro viatico sumptibus, reliquis negle-  
 ctis, nihil sane impediret nobis, possit esse,  
 quo minus ad optata perueniamus habitacula  
 ideo Paulus ait. Tempus breue est: reliquũ est, vt  
 qui habent uxores sint tanquã non habentes: &  
 qui flent, tanquã non flentes: & qui gaudent,  
 tanquã non gaudentes: & qui emunt, tan-  
 quam non possidentes: & qui vtuntur hoc  
 mundo, tanquã non vtantur. Preterit enim  
 figura huius mundi. Non est substantia sed ac-  
 cidens: non res, sed figura: & similitudo rei.  
 Verum multi sunt qui sicut Ruben, Gaad, &  
 Manasse peccatorum pascendorum causa vl-  
 tra Iordanem manere voluerunt: nec quic-  
 quam de sibi tantis laboribus quaesita terra  
 curabant. Ita inquam sunt plurimi qui bonis  
 terrenis intenti, diuitiarumque contenti vsu-  
 ra, fructuque breuissimo ad cœlestia regna as-  
 pirare conueniunt: quã (si saperent) tam cele-  
 ri cursu rapere deberent, quanta in voluptati-  
 bus suis desidia torpent. Sed de his alijs.  
 Vero cum Christo transeamus: & ad cœlestem  
 festinemus patriam. ¶ Obserua vltimum quod  
 Christus transibat per Samariam: qui Iuda-  
 tra & Gentiles erant, docens nos quod non  
 diu morandum est inter malos, ideo transi-  
 bat ne videretur approbare eorum idolola-  
 triam. Sic tu ne misericordis peccatoribus: pedes  
 enim illorum ad malum currunt. Ideo Iosa-  
 phat Rex reprehensus fuit à Iehu, eo quod  
 præberet auxilium impio Regi Achab, dicēs.  
 Impio præbes auxilium: & his qui oderūt Do-  
 minum amicitia coniugeres: idcirco iram Do-  
 mini mereberis. Necnon & ipse Iosaphat po-  
 ne fuerat occisus descendens cum Achab in  
 prælium: & Petrus Apostolus inter ministros  
 Pontificum, Christum negauit. Ideo in Ecce-  
 lastico habetur. Qui tetigerit picem, inquinabitur  
 ab ea: & qui comunicauerit superbo induet  
 superbiam. Nulla est in omnibus mor-  
 bis contagio, qua sic tactum sequatur, vt ma-  
 li mores consuetudine sese insinuantes: qua-  
 re fugienda est malorum conuersatio, si vis  
 Christo insensere. Sunt enim multi demonis  
 ministri ab eo huic negotio præficti, vt bonos  
 decipiant incautosque venentur, amicitia, cõ-  
 suetudinifque nomine. Ab istis ergo cauē-

dum est magis quam ab ipsis latronibus: latro  
 enim bona corporis tantum aufero potest, at  
 illi bona anime auferunt: id est, bonos mores  
 corrumpunt, malos inducunt virtutes: eradi-  
 cant, vitia seminant, & ad interitum viam pâ-  
 dunt. Quoi igitur potiores sunt diuitie: in ter-  
 na: animi extertis corporis bonis: eã diligenti-  
 us vitanda est malorum, quam infirmorum  
 consuetudo. Malus consuetudine sua ita lenis  
 primo aspectu videtur, vt difficile cognosca-  
 tur, nisi virtutis estimatione vniuersa eius ope-  
 ra perpendantur. Malus consuetudine sua ita  
 animos debilitat, inquietat, & ad vitia impel-  
 lit: vt difficilius sit in cursu retinere, quam in  
 initio resistere. Malorum igitur summopere  
 vitanda est conuersatio: quoniam licet nõ o-  
 minino impiorum conuersatione cogamur, ne  
 eorum vitia despicientes in medio quasi fla-  
 gitiorum incendio, integerrimã (si volumus)  
 vitam viuamus: tamen summum est pericu-  
 lum, remeitalque insignis malle potius ran-  
 to hosti cum discrimine resistere, quam tuto  
 subterfugere. Cum præsertim tantum possit  
 in omni negotio imitatio, vt sepe numero ho-  
 mines videamus antea moribus maxime di-  
 stantes in eandem deuenire & voluntatem,  
 & viuendi rationem, alsiduo congressu & vi-  
 tæ consuetudine. At cum natura humana pro-  
 cliuor sit in malum, sit vt lapsus boni à malis  
 corrumpantur, quam mali à bonis corrigantur.  
 Pro quo facit egregium illud Pauli di-  
 ctum. Corruptant bonos mores colloquia  
 praua. Hoc autem multis non solum exem-  
 plis, sed etiam sacra scriptura testimonijs pro-  
 bari potest. Præcipuebat lex Israelitis ne  
 contraherent cum gentibus matrimonium: hac de  
 causa videlicet ne malis illorum moribus, &  
 institutis corrumperentur. Filij Seth optimi  
 quidem fuerunt antequam filias Cain vxores  
 ducerent: postea verò illarum consortio  
 in tanta sese ostuderunt scelera, vt causa exi-  
 terint diluuij vniuersalis. Pius ille Propheta à  
 Deo in Samariã missus in itinere à leone fuit  
 interfectus: quia cum falso Propheta cibum  
 sumpsit. Hebræorum populus Deo dilectus  
 ex omnibus nationibus, quia cum gentibus  
 conuersabatur, acerrime ab Esaiã obiurgatus  
 est, dicente. Vinum tuum mistum est aqua.  
 Vinum enim aqua mistũ, vim magna ex par-  
 te amittit: Sic & bonus qui cũ malis agit pau-  
 lam virtutem perdit: deotionisque seruo-  
 rem diminuit. Quod si quis ad eo animosus  
 inueniatur, vt & virtutem integram seruare  
 Et s etiam

1. Cor. 15.

Exod. 34.

Genes. 6.

3. Reg. 13.

etiam in medijs lociorum vitijs possit, certe aut indies magis magisque ad bona opera frugescit: aut si hoc minus (quod ferre impossibile videtur) malam apud homines de se excitabit opinionem, sicut vinum quod aqua dilutum etiam si vim non amittit amittit tamen calorem. Sic tu opinionis tue apud homines iacturam facies, si cum vitiosis hominibus ubique verseris: talis enim quis aestimatur quales sunt, cum quibus vivit, homines. Vnde nullo alio indicio cuiusque animus perspicitur exploratius, quam ex amicorum, cum quibus vivere in primis latatur, moribus: omne namque animal suum simile diligit, neque est difficile ex duobus amicis altero cognito, alterum etiam ignotum cognoscere. Hac de causa incusabat Heliu Job iniquos. *Quis est vir ut est Job: qui bibit subfannatione quasi aquam? Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? Magnam igitur de integritate sua dubitationem inijcit, qui ita vivit ut malorum consortia vitanda non curet. Nam virtutem in ter media servate vitia par est, ac si quis aduerso amne cymbam remigando vrgeat, quorum vtrum difficilius sit non facile dixerim. Pauci autem reperiuntur, sicut Loth, qui inter Sodomorum iniquitates integer permanstet, quem, ne forte aliquando periret malo civium suorum exemplo, Angelus eduxit extra civitatem, vrbemque incendio deleuit. Laudanda etiam ex Job constantia, qui cum peccatoribus vivens iustitiam ad finem vsque servavit. Sic Apostolus Philipensium virtutem commendat, qui inter malorum cætus, ut clarissima luminaria resplendebant. Ecclesia etiam laudatur quoniam tanquam liliu inter spinas efflore scit. Difficile est vel liliu mole, & tenerum illæsum inter spinas permancat. Ezechiel dicit Deus Increduli, & subvertentes sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ideo Christi exemplo, ne maneas, neve habites cum hominibus vitiosis, vsque adeo ut tanquam vnus ex illis aut sis, aut existimeris. ¶ Observa etiam quod trāsibat per mediam Samariam, ne Iudeos scandalizaret, multum cum gentibus conuersans. Quantum autem malum sit scandalum, & de ipso scandalo satis abunde superius dictu est. ¶ Observandum etiam est Dominum transiitum in ipso itinere decem leprosos mundasse, ut significaret virtutem tam frequenter esse faciendam ut etiam in itinere, & obiter sese occasio obtulerit bene operemur, quod*

Iob. 34.

Genes. 19.

Iob. 1. Philip. 2.

Canis. 2.

Ezech. 2.

consuetudo facile præsterit si nos in gymnasio bonorum operum tandiu exerceverimus, quousque virtutem ipsam perfecte habeamus: quæ habitus quidam est: multis actibus constans. Sed id quæ parum probitatis & virtutis in hominibus inuenitur, qui nunquam bene operantur, nisi animo inuito, & summa cum molestia. Siue enim ad confessionem deueniendum sit extrema Quadragesima, atque ipso Sabbatho sancto: nec satis sponte sua accedunt, sicut ad sacrorum celebrationem tardius veniunt, quam aut familiarum patientia, aut ministrorum dignitas, aut sacrificij conditio, aut temporis opportunitas ferre possit. Quid dicam de eleemofyna, quoties publice petita satis verè unde negari non potest, quanto tædio, quanta superbia, quanta indignatione fit? Observa rursum & vide quanto studio semper Dominus bonis nostris inserviat, qui quacunque iter facit nihil aliud cogitet nisi quo pacto commoda nostra quam locupletissima sint. Et cum ingrederetur quoddam castellu. Quatuor millia intra Galileam ad oppidu quod vocabatur Iannin. Occurrerunt ei decem viri leprosi. Nam cum audissent ipsum illac trāsiturum illi obuiam venierunt: qua occurrere, prodire obuiam est. Nemo autem ad Deum vadit, nisi Deus prius ad eum veniat. In quo summe consideranda est Dei misericordia. Ipse eos quatit, ipse illis occurrat: sed omnia hæc Deus ea de causa fecit, quia nemo surgit nisi ab illo subleuetur: nemo ad eum vadit, nisi Deus ad illum prius veniat. Sic Dominus respexit Petrum, & fleuit amare. Ideoque David clamabat. Deus Deus meus respice in me. Quem admodum habena ligatus canis audita domini voce profilit, nec quiescit donec fractis vinculis illi obuiam procedit: sic isti leprosi audito Domino, a quo salutem infirmitati sue sperabant, vocibus precibusque non desisterunt, donec fuerunt Domino occurrentes scdissimo morbo liberati. ¶ Quorum exemplo (si forte, aut nimis molesti, qui tantis Dominum vrgerent precibus, aut parum vrbani qui illi fere abeundi eriperent facultatem videbantur.) Docemur summam diligentiam & sollicitudinem circa salutem nostram adhibere, ne remedium differentes occasionem salutis consequenda amittamus. Reges allocuturi solent omnia temporis, & locorum media servare, quibus facilius & commodius rem possint impetrare: quoniam Reges, & Principes, ceterique huius conditionis homi-

Matth. 4. Psal. 51.

Eccle. 5.

Ezech. 18.

Matth. 1.

Matth. 8.

nes

nes, cum crebris premantur sollicitudinibus, non semper cuiusque arbitrio vacant. At qui Deum quatit nulla istarum observationum indiget, quoniam Deus omni tempore, omnique loco paratus est inuocantibus se. Quare si lapis ne differas salutem tuam, quæ modo impetrare potes, ne forte cum velis non possis. Qui ostium pulsat arcis alicuius aut castri, eo tempore quo stratis pontibus periculo, aut postquam sublatis pontes aditum negant, ingredi velit, nullatenus quantumcunque fores ictibus lacessat exaudietur. Hoc pacto tu si vis ad æternam admitti beatitudinem dum viuis pulsa & aperitur tibi: nam postquam sublato beneficiendi ponte, clausaque via ostio mortis nox, merendi potestatem tibi eriperit, frustra clamabis, Domine aperi nobis. Pulsa igitur sine intermissione dum pons diuine misericordie paratus est omnibus ingressus: ne aliquando te negligentia nequequam incutes cum nulla ratio ne eiectioni tuæ possis mederi. Quid putas cause fuit ut illæ quinque virgines fatuæ dånarentur? Dum habuerunt tempus idoneum ad sumendum oleum noluerunt: & postea cum maxime vellent, tempus non inuenerunt. Dixerant autem. Sponsus noctu ut noctua aut vespertilio non veniet: satis temporis nobis est, dormiamus interim paulisper: sed veniente sponso non audierunt, & ita exclusæ sunt. O quam multi in inferno modo cruciantur, qui dum viverent propositum habuerunt penitendi, nisi morte præuocati irrita redderetur eorum expectata penitentia. Ideo consulit Ecclesiasticus dicens. Non tardes cõuertia ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in die vindictæ disperdet te. Deus dicit. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Veniam penitentia Deus promittit, nõ diem crastinum: tu autem penitentiam differas in tempus, quod nescis an visurus sis. Nescis an sis hora victurus: & expectas annum ad penitendum tempus: Non est nostrum nosse te pora aut momenta, quæ Pater possit in sua potestate: non enim in tua potestate, sed in suo arbitrio tempus cõstituit. Ille Eunuchus Candacis Regina in itinere legebat Esaiam. Quid faceret si domi esset? Si non intelligens legebat, multo magis legeret si intelligeret. Ille Philippo confessus est ignorantiam, isti le-

pram: tu confitere cul-pam. Si diligens fueris in anima tuæ salute quærenda: non tibi diuinum auxilium deerit: quod si negligenter te habueris, incommoda patieris grauissima: sicut Leuita ille fecit, qui precibus foceri motus, ferius domum profectus est, quo cum eadem non posset nocte peruenire, summe lapsus est. Debes ergo horum leproso- rum exemplo statim penitentiam tuorum, criminum agere, neque audire eos qui te interpellare & ab incepto reuocare nituntur, ne te forte operantem lentius euntem tenebrosa mortis nox & caligo, antequam ad cæli, quo tendis, hospitium possis peruenire: & sic coactus sis in inferno infelicissimo, æternoque omnium malorum habitaculo infelix manere. Igitur euigila, in omnibus labora, viamque arripere dum datur tibi penitentia locus, ut possis domi tuæ: id est, beatorum consortio adueniente quiescere. Ideo memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, & appropinquent anni. &c. Si serferis Dominum per animam tuam transeuntem: ne cum permittas abire, detine eum, & obsecra apud te maneat: ne omilla occasione optima, postea nequequam eius exoptes aduentum. Ego inquit ipse vado, & queritis me, & in peccato vestro moriemini: quia ubi ego sum vos non potestis venire. Ideo Christus post parabolam quinque virginum dixit. Vigilate itaque, quia nescitis die nec horam. Et in Iohanne. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebra vos comprehendat. Er Paulus Galatis ait. Dum tempus habemus operemur bonum. Et ad Romanos. Hora est iam nos de somno surgere, nunc autem propior est nostra salus quæ quæ credidimus. Et iterum. Festinemus ingredi in requiem nobis promissam. ¶ Observandum præterea quæ se ostenderint sapientes in procuranda sua salute. Non modo enim diligentiam adhibuerunt ne Christus abiret, sed etiam prudentes fuerunt, & callidi salutem ab illo implorantes; qui solus dare poterat. Docemur hinc in necessitatibus ad Deum confugiendum. Ipse enim est qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram. Ideoque David ait. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Cum ipso enim (inquit Dominus) sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Filius prodigus ad patrem iuit. Sed multi Ochozie Regis Israel exemplum imitantur: qui infirmitate positus consuluit Beelzebub Deum Acaron:

Indic. 19.

Eccle. 12.

Ioh. 8.

Matth. 25. Ioh. 12.

Gal. 6. Rom. 13. Hebr. 4.

Psal. 102. Psal. 119. Psal. 90.

4. Reg. 1.

ron : propterea audire meruit ex parte Dei. Quia missi nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Acaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interrogare sermonē: ideo de seculo super quem ascendisti, nō descendere, sed morte morieris. Huic pro dolor, quā plurimos similes inuenies, qui in infirmitatibus, & tribulationibus suis, amicorum filiorumque interitu contra Deum loquuntur: quidam blasphemantes, quidam de omnipotentis Dei sapientia & iustitia male sentientes, de sanctis queruntur, Missam non audiunt, omniaque bona opera prætermittunt, quæ antea facere solebant, solaque libidine, nihil aliud aduertentes, brutorum more, ducuntur : quam in omnibus actionibus suis consulunt, quasi non esset Deus in Israel. Alios etiam inuenies qui vno verbo indignantur, neque dormiunt, aut cibum capiunt, suscipiunt labores maximos, stipati amicis incedunt, vt injuriam illatam vlciscantur : qui tamen si animaduertere voluissent Christum in Cruce pendentem pro nostra omnium salute, & pro inimicis orantem, Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt, quanto moderatius & prudentius agerent. Sed quia in Israhelibus, & tentationibus suis, non Dei consilia sequuntur, sed seculi, cuius est ad omne vitium parata nequitia; ideo nō merentur leproforum exemplo sanari, aut exaudiri à Christo, licet ad eō misericors & pius sit, vt nunquam clamandi, & vocandi nos finem faciat, dicens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati sitis, & ego reficiam vos. **Qui steterunt à longe.** Propter reuerentiā Christi non accesserunt ad eum, de sua immunditia erubescētes : sicut ille humilis Publicanus qui à songo stans oculos non audebat ad cælum leuare, putantes etiam se fore Christum, quem à modum & alijs odiosos. Leprosi enim à lege veteri extra consōrtium hominum vivebant, & à populo separati : ne facti nos contagiosa infirmitate interficerent. Nō sunt ergo usi ad Christum committus accedere, quia erat eis prohibitum hominū consōrtium. Quod si tanta diligentia Moisaica lege cautabatur in corporali lepra, quid nos Euāgelicam legem seruantes facere debemus? Verum contra fit in multis ciuitatibus, quarum tanta est merum effusio, vt meretricibus aliisque vitiorum fomenta in medio permittantur populo habitare. Vnde mirum nemini videri debet, si in huiusmodi viuendi con-

sortio, quotidie coniugatarum adulterij, virginum raptus, & supra viderit. At secus fit in ciuitatibus bene institutis, in quibus huiusmodi monstra quasi foedissima cadauera in exquilias extra ciuitatem deportantur : vt in suburbio sibi non in vrbe omnibus contagione sua, malo exemplo & vitæ sordibus noceant. Nec minus periculosum est, quod plurimis in locis factitari video, vbi nō iam scorta, quæ vt aperte scandalizant longius vitari possunt, sed alia muliercula non coniugata, matres familias interferuntur, honestissimarum feminarum domibus, quæ vt est mulierum fragilitas saepe huius, aut illius amore captae aut pretio victæ, vt paruum fermentum toram massam, sic illa totam ciuitatem corrumpunt. Quod autem hæc animi contagia tam parum ab hominibus sentiantur, cum corporalia tanta sollicitudine etiam futura pellantur, causa est, quosiam viuimus ab anima ad eō se iuncti, & corporalibus desiderijs coniuncti, vt spiritus eiulatus nō sentiamus, corporis vero etiam tenuissimos anhelitus percipiamus. Igitur quemadmodum infirmus à circumstantibus, vel gemat, vel doleat, aut suspiri et facile auditur, ab alijs qui longe sunt non item: sic anima exaudiri non potest ab illis, qui ab eius distant miseris, exauditur vero à bonis qui corporales sensus animæ nō spirituales corpori impendunt. Non est ergo mirandum eos, qui ita corpori sunt dediti, morbos reipublicæ impendentes prospicere, animæ presentia damna non videre: permittentes teteri rimis meretricium, lenonum, scurrarum, & vitiosorum moribus ciuitates suas inquinari. Timeo ne veniat iudiciū Dei, & punitio super nos. Hoc erat maximū olim malum in Israel, quod Esaias delsebat, dicens Morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Quod si dicas prophetam de cadaueribus intellegisse, non erat ille tali viro ea corporum cura, vt eorum sordiditatem, & eiectionem animæ incommodis lugendā praferret, viditque in spiritu peccatorem abominationem; per morticinā figuratam, quam piagam Deus misit in poenam peccatorum populi sui in medio eorum. Mittam pestilentiam in medio vestri. Sed ad hos leprosos reuertamur: audiamus enim eos & videamus quid fecerint. **Et leuauerunt vocem suam dicens.** Ore simul & corde clamabāt: sed clamor cordis eorum longè maior erat, quam clamor oris, Magna cupiditas, & flagrans

Luc. 23.

Matth.

Luc. 18.

Leuit. 15.

1. Cor. 5.

Esa. 5.

Leuit. 16.

1. Cor. 13.

1. Cor. 11.

Exod. 14.

Iona. 2.

Dom. 13.

Psal. 9.

Rom. 8.

Esa. 29.

grans desiderium veræ sanitatis clamor erat cordis eorum. Talem clamorem, talia vota pij cordis audit Deus libenter. Hoc vidimus in Moise. Is adeo coangustiabatur ad consolandum populum suum in necessitate, vt verbis ad Deum orare non posset. Attamē Deus desiderium eius respiciet & dicebat. Quid ad me clamas? Ach dicat. Noui desiderium tuum : illud iam exaudiui, perge tantum modo percutere aquam & mare, & dabit vobis locum transeundi, &c. Idem videmus in Iona, qui in profundo maris in ventre ceti non multa verba proferre poterat: attamen dicebat. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiui me. Clamor prophetae magis fuit ingens desiderium cordis, quam vocis. Susanna sancta femina, neque clamorem, neque verba faciebat in sua tribulatione. Cor autem eius (inquit Daniel) erat fiduciam habens in Domino. De talietiam clamor loquitur Dauid. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auribus tuis. Et Paulus scribens credentibus ait : quod spiritum adoptionis filiorum Dei acceperint gemitibus inenarrabilibus ad Deum clamantem. Quisquis ergo a Deo aliquid impetrare vult, is clamat oportet, non tam alta & clara voce, quæ sola non sufficit, quam magno desiderio: imò magna charitate & spe. Externus enim clamor sine viua fide & desiderio Deo non admodum acceptus est, quemadmodū in Esaiā dicitur. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Igitur ex vehemēti corporalis sanationis affectu illi leprosi leuauerūt vocem suam: quos nos spirituali lepra infecti, & vitiorum varietate contaminati sectari debemus, dicendo ex ardentissimo cordis optatu quod illi dixerunt. **Iesu præceptor miserere nostri.** Præcipere præcipue, præsertim, ac proptissime competit Christo secundum quod Deus est: sed secundum naturam assumptam competit ei participatiue & ministerialiter quantum ad Deum, excellenter tamen respectu aliorum Dei seruorum, omnis nanque creatura etiam Christi humanitati est subiecta. Miserere, inquit, nostri. Obserua quod non vnusquisque sigillatim pro seipso ait, Miserere mei, sed, Miserere nostri: charitas enim non quarit quæ sua sunt. Ideo Paulus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Declaratur his verbis alterum pro alterius salute sollicitum fuisse,

se, iuxta illud beati Iacobi: Orate proinuenit vt saluemini. Sed iam nunc omnes querunt quæ sua sunt: de salute proximorum non curant, de bono alterius obliuiscuntur. Videbis passim non solum in hospitij publicis, sed etiam in domibus priuatis pauperes inopia, & miseria summa confici: quia nullus proximorum miseretur: tantum circa sua propria occupatur, ea tantè quæ proximori sunt obliuiscens. Præterea vt eis miseretur curas lepram eorum, clamant, & nos vt tollat Agnus Dei peccata nostra clamemus. Quia quanto ratio mali amplius competit malo culpæ quæ malo poenæ: tanto plus exoremus tolli à nobis peccata, quam corporalia incommoda, morbos, siue aduersa. Sed multi plus dolent, ac desunt mala exteriora, corporalia, ac caduca: quam interiora, spiritualia & æterna: quorum valdè obturatus est interior oculus. **Iesu (inquiunt) præceptor miserere nostri.** Breuis sed tamen pulchra & pia oratio. Optandum foret eam semper nobis in ore esse. Et enim non audis hic longas verborum ambages quibus vtuntur quidam absque vlla animi intentione & amore erga Deum, persuadentes sibi ob verborum prolixitatem se tanto citius exaudiri, sed breuibus, & quidem electis verbis contententur. Hi leprosi pariter omnes Dei potentiam atque etiam bonitatem Christi, necessitatem suam ostendunt, & misericordiam petunt. Hæc verè sunt partes ad orationem pertinentes. Vocant illum Iesum, vt declarent se credere illum verum & vnicum Saluatorem esse, qui absolutam potestatem habeat in vitam & in mortem: cui salos, ægritudoque omnis obediat. Præceptor, dicunt, vt declarent se paratos esse, si obtinere: subest enim tibi cum volueris posse. Tu præcepisti ventis & mari, & obedierunt. Tu præcepisti adolescenti mortuo vt resurgeret, & statim surrexit: præcepisti filiæ Archifsynagogi dicens, Puella surge, & statim surrexit. Sic præcipe lepræ nostræ, & mundabitur per te fontem viuunt. Dicunt tertio, miserere nostri: vt testentur se vtrò agnoscere suā miseriam, ideoque misericordiam à Domino ex postulant: & qui nulla habeant, quæ possent allegare merita, ad misericordiam confugiunt: vt dicebat Dauid. Non intres in iudicio cum seruo tuo Domine, &c. Et rursum. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et alibi. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Sic orat Da

1. Iob. 1.

Phil. 2.

Matth. 8.

Luc. 7.

Luc. 8.

Psal. 142.

Psal. 129.

Psal. 50.

Dan. 9.

Daniel in captiuitate Babylonica suam & populi sui deplorans necessitatem, confitens & accusans populi sui peccata, ait. Domine nō in iustificationibus nostris prosternimus preces antefaciē tuā, sed in miserationibus reus multis. Sicisti misericordiam petebant. Nam vt ex Euangelij pater huiusmodi plagę vt plurimum pēnē sunt peccatorum. Nos quoque ex his capiamus exemplum: quoties in variis incidimus infirmitates, ne murmuremus contra Domium, sed potius cogitemus Deum pro misericordia sua sic nos visitare exigentibus peccatis nostris, vt nobis ad se rursum per pēnitentiam conuerfis, & peccata nostra condonare, & in perpetuum benefacere possit. Præterea non dubitemus quin omnes tribulationes & angustias, calamitates, & afflictiones nostras nobis possit auferri: si modo vellit. Deinde firmiter credamus Deum haud dubie ex mera, & liberali sua gratia velle auxiliari & subuenire, quando nouerit hoc in rem nostram fore. Postremo si volumus quod Deus nostri misereatur, opus est vt sicut præceptor est Christus: sic nos ei obediam. Infirmi oportet vt medicis obediant: quia alias non consequentur salutē. Sic si tu miseriam tuā cognoscis, & huius medici misericordiam & auxilium imploras, opus est ei obtēperes. Peccatores enim in suis peccatis complacentes non exaudiet Dominus: sed si quis cultor Dei est, hunc exaudiet Deus. Sed vnde istis leprosis hæc fides? Ex auditu & rumore: quia qui portas ciuitatis ingrediebantur prædicabant Christi potentiam & misericordiam, & inde crediderunt eundē esse potentem & beneuolum ad sanitatem conferendā. Hinc damnantur sacerdotes, & Pharisei, qui viam eius vocem audiebant, & miracula videbant, & credere volebant. Dānamur & nos qui non minus reprehensione digni sumus quam Iudæi, atque vtinam non leprosoꝝ testimonio cōdemnemur: si quōtidie audimus Euangelia & miracula Christi, non tamen ei obtemperamus neque eius mandata exequimur. Sed de his satis. Sequitur in contextu *Quos vt vidit dixit*. Non solum exteriori aspectu, sed interno compassio nis affectu. Respexit Dominus leprosoꝝ quorum cum vidit infirmitatem statim medicinā voluit adhibere. O quantum est mortalibus bonum Domini aspectus: quo omnia mala sanantur. Oculi enim Christi fenestrę sunt saluati, ianua misericordię, & in eo omne bō-

Iuan. 9.

Cam. 5.

num nostrum resider. Hinc sponsa in Canticis. Oculi eius sicut columbę desuper riuos aquarum: quę lorę sunt & resident iuxta fluuīa plenissima. Assimilantur oculis columbarum, quoniam simplicissimi sunt atque purissimi, & ab omni malitia remotissimi. Vnde in forma columbę Spiritus sanctus voluit apparere. Super fluentia aquarum sedent, vbi vident imagines rapacium auium. Sic Christus imagines peccatorum, & miseras nostras videt, compatitur & misereatur. Nūquam Deus oculos suos leauit ad videndam hominum necessitates, quin in nostrum redūderet cōmodum. Aspexit Deus homines de summo caelo, & inde illis contulit maxima bona, iuxta illud Prophetę. De caelo respexit dominus & vidit omnes filios hominum de præparato habitaculo suo, &c. Sequitur. Vt eruat a morte animas eorum, & alar eos in fame. Anima nostra sustinet Dominum, quia mediator & protector noſter est. Respiciēs igitur Deus de caelo humani generis ruinam misertus est hominum infirmitates: quas vt sanaret, animasque a morte redimeret statuit carnem sumere, vt sic factus homo, hominū pattonus existeret. Hinc iam vides beneficium incarnationis ineffabilis verbi Dei, ea potissimum euenisse de causa, quia respexit Dominus de caelo miseras nostras, laborum nostrorum misertus. Et sic intelliges omne bonum inde ortum habuisse & originem, quod oculos misericordię suę Dominus ad nos conuertit: vnde omnia beneficia postea nobis collata prouenerunt. Considerauit Dominus infirmitatem nostram, & statuit remedium adhibere, quia nihil ex nobis possumus, nihil sine illo sumus. Quare sicut nobis omne bonū importat conuersio oculorum eius, sic omne malum auertit. Vnde Dauid. Omnia a te expectaui, &c. Auertēte autē te faciem tuam turbabuntur, auferes spiritum eorum & desicient, & in puluerem suum reuertentur. Et iterum. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ora igitur Deum vt oculos suos ad te conuertat, neque vnquam auertat, quemadmodum auertit ab illis Israelitis, de quibus ait. Et cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis. Postquam misericorditer videt nos in effectum misericordię ostendendo dixit. *Ite & ostendite vos sacerdotibus*. O benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Expende quam promptus sit Deus ad subueniendum, & quam ceteri-

Matth. 9.

Psal. 32.

Psal. 109.

Psal. 9.

Esaia.

Tit. 3.

Leuit. 14.

Tren. 3.

Psal. 31.

Rom. 15.

Dente. 27.

Matth. 8.

Matth. 9.

Leuit. 7.

Luc. 23.

scilicet medetur. Non promittit eis salutem tanquam daturus illis munditiam leprę vel facturus quod optant & petunt: sed ita se habet circa illos quasi iam factum sit. Loquitur enim perinde ac si iam petitionem illorum sit executus. Nam post expiationem leprę secundum legem ostendebant se sacerdotibus: & nunc loquitur eis ac si iam esset mundati. Non enim dicit miserebor vestri, curabo vos, mundabini: sed simpliciter ait. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Putate vos iam esse mundos & sanatos. Nihil resta, nisi vt vos ostendatis sacerdotibus: qui sanitatis & munditię vestrę testimonium ferant. Non opus est multa verborum ambage: iam consecuti estis quod petitis. Coram me iam mūdi estis: quandoquidem de me piam fiduciā habetis, & spem. Nec aliud iam vobis restat nisi vt eatis, & munditiam vestram sacerdotibus significetis: quales ego vos iudico, & quemadmodum ego senio, tales estis, tales reperiemini. Hic vides iam quam bene dixerit Hieremias. Bonus Dominus sperantibus in eum, & animę quęrentem illum: Ergo accedite (inquit Dauid) ad eum, & illuminabini, & facies vestrę non confundentur. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Beatus vir qui sperat in eo. Hęc omnia ad nostram doctrinam & consolationem scripta sunt, vt videamus vbi, & apud quem auxiliū, & salutem potissimum quęrere debemus: & quemodo accedere ad eum debeamus. Porro sacerdotes Iudaici poterant ad aliquem dicere, Tu leprosus es, proinde excluderis. Cōtra: autem dicere non poterant. Mūdos esto, aut mundare. Lepram cognoscere poterant, sed non pellere. Et quid solum dico lepram: Nec alijs quidem in rebus omnibus lex potuit per se quicquam, nisi peccatum ostendere & manifestare: sed nullum peccatum tollere. Cœlum potuit homini claudere, sed nō aperire. Itē nanque veteris legis sacrificia & cetera erant per se momentanea, neque vnquam propter se a Deo præcepta: vt ostendit Diuus Augustinus contra Faustum Manichæum: non enim mundabat leprosum: sed sacerdotes ostendebant illum esse mundatum. Sed longe aliter Christus, qui potuit leproso dicere, mundare. Et mox verbum ressecuta est. Potuit peccatori dicere, remittuntur tibi peccata tua: & protinus ita factū est. Is adoleſcenti defuncto dicere potuit. Adoleſcens tibi dico, surge: & ex templo factum

est. Is ad latronem dicere potuit. Hodie mecum eris in paradiso, & mittere illum in paradiso. Non ergo mirum quod ægroti peccatores & infirmi plus & cupidius ad Christū concurrerint quam ad Iudaicos sacerdotes: qui quidem dicere alicui poterat, quod ægrotus & peccator esset: sed sola lege sua illum iuare non poterant, neque sanare, aut illi peccata remittere. Sed ad Christum nemo verē & fide viuā accedit: cui non auxiliatur. Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ideo multo magis de nobis mirandum est, cum non feruentiores simus, cum tamen nemo meliora & maiora audiat & sciat quam nos. Id autem aliunde non sit quam quod arida fide contenti, peccata nostra non agnosimus, non planctimus, atque emendamus. Non horremus spirituale lepram: quinimo non credimus nos per peccata a regno Dei excludi, cū Paulus toties in suis Epistolis dicat, qui hoc vel hoc faciūt (intellige peccatū, dodecora, & in iustitiā) regnum Dei non possidebunt. Sed nunc operæ pretium est scire quare cum sacerdotes non poterant eos curare a lepra, misit illos ad sacerdotes: pſi enim in itinere mūdi dati sunt, Dei virtute operante: superfluum ergo videtur & inane mittere eos vt ostenderent se sacerdotibus, qui nihil facere poterant. Respondendum est quod misit illos & præcepit vt ostenderent se sacerdotibus: primo, vt veteris legis mores seruarentur, & ne videretur ipse legis transgressor. Præceperat enim Moſes quod leprosus separaretur a cōsortio aliorum: qui si sanaretur, non admitteretur ad conuersionem hominum nisi testimonium ferret sacerdotum, quod iam erat mundus. Docet Christus sanctas consuetudines antiquorum venerari & seruare, & quod inimicissimus nouitatum & nouę doctrinę. Quid ergo isti noui Lutherani nouarum rerum amatores contra sanctas consuetudines Ecclesię Catholice moluntur antiquas conditiones ab Apostolis traditas destruere: Pontificem Romanum verū Christi Domini vicarium, & Beati Petri successorem paripendentes: omnes bonas ac pias consuetudines destruentes, sanctissimo domino nostro Patre, & sacris Concilijs non obediētes & nouitatibus suis totum populum Christianum scandalizantes? Tu verō caue a sibi loſerpentis qui totum genus humanum infecit, & sanctorum patrum vestigijs inhærendo, antiquas ortho-

Matth. 11.

2. Cor. 6.

Galat. 5.

1. Thess. 4.

Leuit. 13.

Genes. 3.



orthodoxæ Ecclesiæ consuetudines serues.

¶ Docuit etiam Christus hoc factum non tantum antiquos mores ab Ecclesia visitatos, sed etiam humiliter legibus, ordinationibus, moribus, & consuetudinibus in republica receptis & visitatis nos subijciamus, cõformemurque etiam si iure obligati non simus. Nam si Christus qui Dominus est in cœlo, & in terra, & ab omnibus legibus liberissimo verus & vnicus legislator est, seipsum tamen submitit: cur nos miseri homines grauamur tale exemplum Domini nostri, & Dei imitari, & quod ad communem pacem & tranquillitatem seruire potest nollemus seruare & ferrè ne cui

1. Cor. 9.

offendiculo simus: Certe Diuus Paulus exemplum Iesu Christi grauitèr & fortiter imitatus est. Cum liber essem (inquit) omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem: factus sum his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, vt eos qui sub lege erant lucrifacerem. Iudæis factus sum tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: ijs qui sine lege erant tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Sic & tu quanuis sub aliquibus legibus non tenearis & exemptus sis ab aliquibus, non tamen opus est semper priuilegio & exemptione vti: sed propter bonum exemplum subijci legi, quanuis ad illam seruandam non tenearis, ¶ Secundo præcepit vt ostenderent se sacerdotibus, vt etiam ipsi leprosi cooperarentur ad suam salutem, & aliquid facerent vt mererentur sanitatem obtinere. Voluit Dominus illos probare, & vt salutem suam proprio labore, obedientia, & merito consequerentur. Potuissent enim leprosi dicere. Quid ad sacerdotes ibimus: qui nec mundare nos possunt, neq; sanitatis nostræ testes esse, quoniam immundissimi sumus? Si quidem non potuit præfens nobis medicari, quid faceret absens? Inutilis est labor, ne eamus. Sic Naaman ille Syrus dicebat. Putabam quod egredederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Hæc omnia potuissent leprosi dicere. At fides vera & simplex, non disputat, non ratiocinatur, sed humiliter ratione mysterijs subijci: captiuantes intellectum (vt inquit Paulus) in obsequium fidei. Vera obedientia nullis obiectis argumentis mandata exequitur. Verita-

4. Reg. 5.

tem mandantis non inquit: non discurret, non pètit causam, sed obedit. Solus Deus lepram peccatorum mundat, & mirabilia operatur: attamè, attestatè Paulo, vt coadiutores illius simus, vult enim ad suum auxilium labor accedat noster. Ille gratiam nobis concedit ad operandum cupiens ne sis ociosus, sed quam diligentissime possis iter celestis artipias: non tamen liberum tibi arbitrium tollit, quominus omnia vt volueris facias. Isti leprosi propter fidem quam habuerunt Christo credentes, aut opus quod præliterunt, se ostendentes sacerdotibus non meruerunt de condigno salutem à Domino, sed de cõgruo secundum legem ordinatam à Deo, vt conseruerentur salutem supposita bonitate & misericordia diuina. Qui si ire reculerent aut cõtradicendo, aut non obtemperando præcepto Domini? Nunquam ab infirmitate essent mundati. Vides ergo planè Dei voluntatem esse vt omnes laboremus quantum in nobis sit: ne eius auxilium, quo quotidie nobis subuenit, cassum reddamus? Est Deus diligentissimus ad iuuandum omnes qui strenue laborant, & ita non libenter ad opera sua admittit ignauos, qui sola fide mortua contenti, nihil laude dignum operantur: sed illos duntaxat fideles ministros, qui vbique laborant, viam que virtutis moluntur. Legitur in libro Iudicum exercitu comparato ad expugnandum Madian, dixisse Deum Gedeoni. Magnus est numerus copiarum tuarum, aduocacionem: & præconis voce in peram, vt qui formidolosus & timidus est reuertatur. Quo facto reuersi sunt viginti duo millia, manentibus non amplius decem millibus. Iterum tamen Deus ait Gedeoni. Adhuc populus multus est: ideo qui manu & lingua lamberint aquas, separabis eos seorsum, qui vero curuatis genibus biberint in altera parte erunt. Trecenti igitur tantum inuenti sunt, qui manu aquas suscipientes biberunt, quibus Dominus castra Madianitarum prosligauit, tubas in manibus habentibus, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Sed videamus modo quade causa iussit Dominus dimitti tantas copias, retentis trecentis tantum viris: si quidem nec armis bellum gesserunt, nec cù hoste pugnarunt, aut aliquem interfecerunt? Nonnè melius fuisset, vt omnibus simul euantibus armis Madianitarum vires frangerentur, quo Dei nomen vbique magnificaretur? Quid enim profuit trecentum fortes eligere, reliquis dimissis:

1. Cor. 3.

tem mandantis non inquit: non discurret, non pètit causam, sed obedit. Solus Deus lepram peccatorum mundat, & mirabilia operatur: attamè, attestatè Paulo, vt coadiutores illius simus, vult enim ad suum auxilium labor accedat noster. Ille gratiam nobis concedit ad operandum cupiens ne sis ociosus, sed quam diligentissime possis iter celestis artipias: non tamen liberum tibi arbitrium tollit, quominus omnia vt volueris facias. Isti leprosi propter fidem quam habuerunt Christo credentes, aut opus quod præliterunt, se ostendentes sacerdotibus non meruerunt de condigno salutem à Domino, sed de cõgruo secundum legem ordinatam à Deo, vt conseruerentur salutem supposita bonitate & misericordia diuina. Qui si ire reculerent aut cõtradicendo, aut non obtemperando præcepto Domini? Nunquam ab infirmitate essent mundati. Vides ergo planè Dei voluntatem esse vt omnes laboremus quantum in nobis sit: ne eius auxilium, quo quotidie nobis subuenit, cassum reddamus? Est Deus diligentissimus ad iuuandum omnes qui strenue laborant, & ita non libenter ad opera sua admittit ignauos, qui sola fide mortua contenti, nihil laude dignum operantur: sed illos duntaxat fideles ministros, qui vbique laborant, viam que virtutis moluntur. Legitur in libro Iudicum exercitu comparato ad expugnandum Madian, dixisse Deum Gedeoni. Magnus est numerus copiarum tuarum, aduocacionem: & præconis voce in peram, vt qui formidolosus & timidus est reuertatur. Quo facto reuersi sunt viginti duo millia, manentibus non amplius decem millibus. Iterum tamen Deus ait Gedeoni. Adhuc populus multus est: ideo qui manu & lingua lamberint aquas, separabis eos seorsum, qui vero curuatis genibus biberint in altera parte erunt. Trecenti igitur tantum inuenti sunt, qui manu aquas suscipientes biberunt, quibus Dominus castra Madianitarum prosligauit, tubas in manibus habentibus, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Sed videamus modo quade causa iussit Dominus dimitti tantas copias, retentis trecentis tantum viris: si quidem nec armis bellum gesserunt, nec cù hoste pugnarunt, aut aliquem interfecerunt? Nonnè melius fuisset, vt omnibus simul euantibus armis Madianitarum vires frangerentur, quo Dei nomen vbique magnificaretur? Quid enim profuit trecentum fortes eligere, reliquis dimissis:

missis: si pugnandum non fuit? Hoc quidem magnum fuit mirabile. Deus enim pro populo suo pugnavit: non tamen vacat mysterio. Elegit Deus trecentos viros fortes & strenuos quonia quamquam pugnaturi non erant: sic tamè erat affectus, vt si opus esset pro dño Deo suo mori non dubitarent. Ceteros dimisit, quia nec ignauos, nec locordes villo modo Deus admittit. Eodem modo Deus concedit hominibus vires & gratiam, qua tentationes possint superare, mundum, carnem, demonesq; ipsos. Omnis nãq; hæc victoria proprijsimè Deo tribuitur. Non ego sed gratia Dei mecum, ait Paulus: posteaquam recensuit victorias, quas de mundo reportauerat. Verù hoc diuo Paulo, similibusq; in fortitudine & animo viris succedit, non pigris & imbellibus: qui nihil animi, nihil roboris ad pugnandum habent. Ideo Deus etiam si ipsius adminiculo & potentia res proprie agatur, victoria que nobis cœnari: nihilominus diligentiam nostram, laborèq; desiderat, magis vt mereamus, quàm ut miraculè operemur. Quia nos non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tãquàm ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Hac igitur est ratio & causa quare dominus leprolos mundat: ut illos prius ad sacerdotes misit. Poterat sane statim infirmitatè illorum curare: sed noluit, illorum operam & officium expectans, gratiam salutem concedere: sicut nec tibi concederet, nisi sic laboraueris & obediens vt salutem consequaris, & demum vitam æternam. ¶ Præterea misit illos ad sacerdotes vt eorum sanationem clariorem & expeditiorem facerent: postea vicinus aut affinis obijciat. Vos leprosi estis nec potestis in hac urbe habitare. Quod si responderent iam sumus mundati dicerent, vbi est sacerdotum chirographum, quo id scire possimus: aliàs vt violatores legis penas dabit. Quare ad hæc lites & molestias vitandas breuius fuit prius ad sacerdotes ire, vt sic eorum testimonio leprosi sanitatem suam comprobarent. A deo semper intendit Deus omnem negotiorum breuitatem & expeditiorem. Sumant hinc docuimentum reges & iudices, qui iura populis dicunt, ne pauperes & humiles cõficiant, lites nimis diu producentes, dum iustitiam luculentius sic apparitam credunt. Tempore enim, vt patet experientia, in dies maiores ement in causis doli & fraudes grauioreq; excogitantur: calumnie. Ergo si rex, si iudex, vel iuriscõsultus es, ne differas in finè eius quod

Iud. 7.

Philip. 3.

1. Cor. 3.

statim in liris principio legitimè nosti: sed reiecta omnia fallacia & mora sententiam fer, aut cliètes molli sermone dimitte, vt sic Deo tuo sis simillimus: nec eleemosynam, quàm statim pauperi potes facere bene monèdo in aliud tempus reijcias: nam qui cito dat, bis dat. Ait scriptura. Ne dicas amico tuo. Vade & reuertere, cù statim possis dare. At amicus tuus verè pauper est, cuius causa maiora tibi dantur beneficia quam tu illi possis dare. Non produxit dominus latronis spem, dicetis, mento mei cùm veneris in regnum Dei: sed illam statim confirmavit verbo suo inuenies. Hodie mecum eris in paradiso. Sic etiam statim filios Zebedæi dimisit rogatù negas, quia iniustum erat, respondens. Sedere ad dextram meam non est meum dare vobis. ¶ Quarto præcepit, vt irent & ostenderet se sacerdotibus, vt sacerdotibus deferrent hunc honorem & reuerentiam. Etenim quauis mali sit, tamen debetur eis honor & reuerentia propter officium. Sic Caipham honorauit dominus: & prophetauit quauis malus esset, quia Pontifex erat anni illius. Sapiens enim ait. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. Illos pertinebat distinguere inter lepram & lepram sicut dominus dixit. Si difficile est, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium in terra potas tuas vides verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes, leuitici generis, &c. Et alibi. Labia sacerdotis custodiunt secretam, & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus domini exercituum est. Sicut ad hos pertinebat legem scire & distinguere inter lepram & lepram, & nunc sacerdotibus inest Theologiam vel sacros Canonos scire: & inter peccatum & peccatum distinguere. Sed multi iam sunt sicut Ophni & Phinees filij Belial nescientes dominum, neque officium sacerdotum quos dominus interemit infelicitè. Vtinam ad sacros ordines non promouerentur nisi digni & literati: & etiam etiã ministri Ecclesiæ dignitatem suam cogitarent, vt sic cauerent, ne indigna sit dignitati agerent: & ne ei qui eos honorauit contumeliã inferret, & vt manibus ipiritu sancto delibutis ab iniquatione studiose seruari. Aliter enim seruandus est calix, vasq; sanctum Ecclesiæ, quàm vasa cõmunia. Sic autem seruare se debent ministri Ecclesiæ, quatu-

Proverb. 3.

Luc. 23.

Mat. 20.

1. Cor. 17.

Eccl. 7.

Deut. 17.

Mal. 2.

1. Reg. 2.

**Exod. 30.** laici, In Exodo eadem vñtione iubentur san-  
ctificari Aaron & filij eius, & vasa tabernacu-  
li. Sed de hoc aliàs. *Et factum est dum irent mū-  
datis suis.* Nam hic vides quod sola fides nō suf-  
ficat vt Christo placeamus: & eius gratiam cō-  
sequamur. Hi leprosi fidē habebant, qua cre-  
debāt Christū posse eos sanare, firmiterq; sta-  
tuebant, qd hoc essent consecuturi: atq; ideo  
clamauerūt ad illū, non tamen fuerūt sanati,  
nec fuissent vnquā, nisi fidei obedientia acces-  
sisset. Nō fuerunt liberati à lepra quando cre-  
diderūt tantū, sed quando credentes obtēim-  
perarunt: vt intelligamus qd animā non mun-  
dar sola fides, sed fides quæ obedientiā conū-  
ctā habet. O hēditur enim hic meritū obedi-  
tiæ. Discamus ex hoc loco in omnibus obedi-  
re, melior est enim obediētia quā victima. Si  
quis Christo obtēmpereat, mundabitur à qua  
cunq; infirmitate. Magnopere laudatur in sa-  
cro eloquio Abrahami obedientia. Quoniā  
cum Deus illi promississet plurimos populos  
fore ab Isaac filio eius prouenturos, non re-  
fragatus est Dei præcepto iubentis, vt eum  
filium sacrificaret. Sane dicere poterat. Do-  
mine quid vis? Quare promissorum tuorum  
fidem frangis? Sed maluit tacere & sapienter  
obedire, permittens omnia diuine providen-  
tiæ. Quo facto docuit omnes nos, vt simus  
prælati nostris, in omnibus obedientes: dum  
modo eorum præceptū sine peccato sibi pos-  
sit. Nam prælatum locum Deitener sibiq; co-  
dē modo postulat obedire: iudiciūq; submit-  
tere, quasi ipsi præcipienti Deo. Nec sit subdi-  
tus curiosus præceptorū disputator, sicut Euz  
quæ hac de causa omnium hominum fuit exi-  
tium. Dixit illi serpens. Quare præcepit vobis  
Deus, vt non comederetis ex omni ligno pa-  
radysi? Cui si sapiens fuisset respondisset vti-  
que. Scio hoc nobis fuisse à Deo præceptum,  
seruandum est. Causam non est nostrum, que  
repe: sed patienter obedire creatori nostro ac  
domino. ¶ Discamus præterea ingratias etiam  
præstare beneficia: si quidem Christus nouem  
leprosos, quos sciebat fore ingratos munda-  
uit. At nos etiam gratis propter ingratos no-  
lumus benefacere. Sape enim quia aliqui in-  
grati sunt erga nos, in eos bonum cōferre ne-  
gligimus, nec proximis etiam gratis & bene-  
meritis. Olim Deus propter decem iustos pe-  
percit Sodomitis, nos vero bonos detesta-  
mur & bona opera negamus eis, propter pau-  
cos impios. Sed de his aliàs. Porro in via mū-  
dati sunt antequam ad sacerdotes accederēt;

ne virtute legis, sacrificij vè legalis, aut sacer-  
dotum purarentur mundati, sed sola potesta-  
te diuina. Sequitur. *Vnus autē ex illis, vt vidit  
quia mundatus est.* Non dixit quia mundus ef-  
fer, sed quia mundatus est, suæ mundationis  
recognoscens autorem Iesum: & qd nō à se ip-  
so, sed à Deo habuisset munditiē. Sic in Pro-  
prome. 20.  
uerbijs legimus. Quis potest dicere mundum  
est cor meū? quasi dicat nullus. ¶ Obserua qd  
decē mundati sunt, sed vnus tantū cognouit  
se mundatū, & gratias dedit: vt intelligas quā-  
ti sunt qui multa beneficia quotidie recipiūt  
à Deo, & quā pauci qui gratias Deo reddāt.  
Vide quam verū sit qd Saluator dixit. Multi  
sunt vocati, pauci vero electi. Multi beneficia  
consequuntur, pauci grati sunt. Multi incipiūt,  
pauci perseverant: & multi sunt qui currūt, sed  
vnus accipit brauiū. *Hic ergo regressus est cum  
magna voce magnificans Deum.* Vnus inquit, nō  
multi. Si eundem fuisset ad torneamento-  
rō, taurorū, aut ludorū seculariūq; tragœdia-  
rū spectacula, non vnus sed plures inueniren-  
tur deprecatores. Verū ad agendas Deo gratias  
vnus tantū inuenitur impiger. Plurimos  
habet diabolus mūdus & caro ministros: Deo  
vero paucissimos. Non est igitur mirum si v-  
nus tantū gratias numereret. Porro quatuor  
hic indicat Euangelista vnde gratitudinē hu-  
ius Samaritani intelligimus. Reuersus est eni-  
m, & magnificauit dominum magna voce,  
cecidit in faciem ante pedes, & gratias egit.  
Quod regressus est magna voce magnum ip-  
sius gaudiū declarauit, quod ex misericordia  
Christi suscepit per quam ex magna miseria  
liberatus est: & ideo magnificauit dominum,  
ceterisque hominibus idem faciēdi. dedit oc-  
casionem, velut illud Propheta. Magnificate  
dominum mecum, & exaltemus nomen eius  
in ipsum. Certē hic fecit iuxta consiliū sapien-  
tis. Glorificantes dominum quātumcunque  
potueritis superualēbit, & adhuc admirabilis  
magnificentiā eius: Et quod prociidit in facie  
argumentū de se præbuit euident quod do-  
minū cognouerit Deum suum: dū adorauit  
diuinitatem ipsius hoc modo confessus. *Ma-  
gna autē non prociidit in faciem sed retror-  
sum, sicut Heli, qui retrorsum à sella cecidit,  
& fractis ceruicibus animam egit.* Et Iudai  
in Christi captione retrorsum ceciderunt.  
Magnam itaque gratiam adeptus est hic Sa-  
maritanus, quando sic se humiliavit coram  
domino, cuius pedibus qui appropinquant  
accipient de doctrina ipsius.

¶ Doce-

**Deut. 32.** ¶ Docemur pro tātis Dei beneficijs Deo im-  
**Psal. 103.** menfas agere gratias. Hoc admonet egregius  
Psaltes dicens. Benedic anima mea domino,  
& noli obliuisci omnes tribulationes eius. :  
**Ephes. 5.** Sic & Paulus Ephesios hortatur dicens. Gra-  
**Colo. 3.** tias agentes semper pro omnibus in nomine  
**1. Thess. 5.** domini Iesu Christi Deo & patri. Et ad Colof-  
senses. Et gratias agite. Thesalonicisibus quo-  
que ait. In omnibus gratias agite. Omnia eni-  
m referenda sunt in Christum salutis nos-  
trę autorem. Sicut illi viginti quatuor senes,  
de quibus legimus in Apocalypsi, qui accipie-  
tes coronas suas posuerunt ante sedem Dei,  
& agni. Deo gratias referentes. Tu quoq; tri-  
bue illi grates, & dic animæ tuæ. Conuertere  
anima mea in requiem tuam, quia dominus  
benefecit tibi. Quid boni mihi fecit vt ad  
Deum reuertar gratias agendo? Eripuit ani-  
mam meam à morte, oculos meos à lachry-  
mis, pedes meos à lapsu. Tria sunt genera be-  
neficiorum. Quædam beneficia sunt in dan-  
do, alia in promittendo, alia vero in liberan-  
do à periculis. Quo ad primum igitur via nu-  
merari possunt quæ tibi Deus cōcessit. Crea-  
uit enim te de nihilo, sui simile, hominē non  
brutum, Christianum non infidelē, inspira-  
tiones salutes, innumerabilia bona dona-  
uit tibi, mori deniq; pro salute tuā non recusa-  
uit & crimina quotidie cōmissa benigniter re-  
mittit. Ideo ait Psalmista. Quia Deus benefe-  
cit tibi. Secundō à malis quam plurimis libe-  
rauit te. Nam nisi prohibuisset in ventre ma-  
tris tuæ à demone communi omnium aduer-  
sario fuisses suffocatus, vt Dei beata visione pri-  
uareris: sustinuit te in peccato mortali existē-  
tem vt aliquando pœnitentiam ageres. Eri-  
puit te sapenmero à morte eo tēpore quo  
proculdubio fuisses damnatus, nisi tanto præ-  
sidio conseruatus esses. Ideo sequitur. Eripuit  
animam meā à morte, oculos meos à lachry-  
mis, nisi enim eius insignis intercessisset mis-  
ericordia, iam diu in numero artilles damnato-  
rum. Tertio pro tam exiguis laboribus, quan-  
ta tibi pollicetur post obitum bona: Immor-  
talitatem qua nihil diuinis, summam beati-  
tudinem, qua nihil felicitis: consortium de-  
nique suum cum omnium bonorum & vo-  
luptatum perpetua & secura abundantia, quæ  
amitti nunquam poterunt. Ideo ait, pedes  
meos à lapsu. Ideo iustum est, quod pro tan-  
tis, & innum crisis beneficijs Deo gratias agas,  
velut hic Samaritanus. Maiora enim tibi Deo  
contulit bona quam huic Samaritano: à ma-

iori lepra peccatorum te mundauit & lauit  
sanguine suo. Ideo humiliter gratias Deo a-  
ge. Quapropter sequitur in textu. *Et cecidit in  
faciem suam ante pedes eius.* Scilicet Christo re-  
gratiando, seque illi totis viribus humilian-  
do, cuius beneficio gratiofo tam clemēter  
ac mirabiliter fuit curatus. Felix qui ad singu-  
la dona gratiæ redit ad eum in quo omnis est  
plenitudo gratiarum, & dum pro acceptis nō  
ingratum se exhibet: locum in se facit gratiæ  
amplioris. ¶ Obserua autem quod non solum  
gratus fuit hic Samaritanus, sed etiam mode-  
stus, quia venit suo functurus officio, non ac-  
cusaturus alios. Nam non accusauit socios  
neque Phariseos qui eos deceperant: sed pro-  
se gratias egit, nihilque de aliorum ingratitu-  
dine locutus est. Ne de absentibus malum e-  
riam si verum sit loquamur. Iacobus enim ait.  
Nōlite detrachere alterutrum fratres, qui de-  
trahit fratri suo, aut qui iudicat fratrem suum  
detrachit legi, & iudicat legem: si autem iudi-  
cas legē non es factor legis, sed iudex. Vnō est  
enim legis lator, qui pot ptere & saluare: nō  
vt in prouerbijs habetur. Abominatio homi-  
num est detractor. Nam imitator est dia-  
boli qui Deo detraxit mendacij ipsū in-  
cūsans. Dixit enim. Nequam moriemini.  
Scit enim Deus quia in quacunque die co-  
mederitis ex eo aperientur oculi, & eritis si-  
cut dij scientes bonum & malum. *Et hic eras  
Samaritanus.* Assyrij erant Samaritani, & qua-  
si perditū à Iudæis reputabantur vt Gentiles:  
quos Salmanasar (vt quarto Regum narrat  
historia) translatis decem tribibus constituit  
pro illis in terra Samariæ Gentiles. Per hoc  
autem quod dicitur Samaritanum fuisse, in-  
sinuat alios nouem fuisse Iudæos. Illi Iudæi,  
qui religiosiores & sanctiores videbantur,  
fuerunt ingrati: hic tamen Samaritanus gra-  
tus fuit. Ita accidit, vt sapenmero vbi multa  
putamus esse scientiæ, & virtutis ornamenta  
nihil nisi hypocritis sit: & conuerso (vt aiūt)  
sub sordido palliolo lateat sapientia. Quo in  
loco attende quam diuersa sint Dei & homi-  
num inter se iudicia. Homines, Samaritanos  
quasi perditos & infames despiciēbant, Iu-  
dæos vero magnæ religionis & pietatis stu-  
diosos, putabant: at in oculis Dei ei multo aliter  
erat: quippe qui cum animos intueatur non  
signa exteriora, Samaritanorum plurimos ob  
humilitatē diligebat: Iudæos vero superbos,  
& ingratos detestabatur, quæ vitia Hebræi  
valde percelluerant. Quare Danid postquā  
ff 2 in Plal.

1. Reg. 15.

Gene. 22.

Gen. 3.

Gen. 19.

Mat. 20.

1. Cor. 9.

Psal. 31.

Eccle. 4.

1. Cor. 10.

Iacob. 5.

Prouer. 24.

Gene. 3.

4. Reg. 17.

in Psalmo multa beneficia populo Israelitico exhibita narrauerat, & Deum memoria comendauerat, ita vt filij qui nascerentur narrent filijs suis: vt non obliuiscerentur beneficiorum Dei: nihilominus tamen dixit, Et obliiti sunt benefactorum eius & mirabilium eius, quae ostendit eis; Et idē fere ostēdit in Psalmo ceteris: in quinto. Dominus quoque per Osaam, ait. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis: iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliiti sunt mei. Populus hic à Deo dilectus Deo à quo tot & tanta accepit beneficia immemor & ingratus factus est: cum Samaritanus & Ethnicus benefactorum suum cognouerit, & gratias egerit. Nemo ergo desperare debet cuiuscunq; nationis sit, modo corde toto se conuertat ad dominum: sicut & reliqui nouē nihilō erant meliores quod ex bonis nati fuerant Iudaeis. Samaritanus siquidem ille illuminatus non fuerat per scripturas prophetarum, & pauca miracula de Christo uiderat. Si autem percurta mus Euangelium totum inueniemus Samaritanos ex tribus uirtutibus laudatissimos: Quod facile crediderint sicut illa mulier Samaritana iuxta puteum Sichar, & totus populus in illa ciuitate. Quod misericordiam proximis suis adhibuerint: sicut ille qui uulneratum iuuentis suo imposuit. Er quod grati fuerint, vt hic & nunc loquimur. Docemur hic non gloriae de parentibus & progenitoribus, aut natalium origine, quando quidem ut Christus Iudaeis qui gloriabantur ex semine Abraham de se dicit, dixit, multi ueniēt ab Oriente & Occidente, & recubent cum Abraham, Isaac, & Iacob, filij autem regni eiecientur foras. Huius modi sunt quam plurimi qui facinorosa maiorum suorum magnopere iactant, cum tamē ipsi pusillanimes & ignaui sint in nullo sunt apud homines pretio. Respondens autem Iesus dixit. Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est mos Dei exhibita beneficia in gratiam, quae dat omnibus affluenter & non improperat: sed ingratiūdo nostra illi quodammodo cogit. Sic in Deuteronomio refert beneficia. Non uenerauerunt uestimenta uestra, Et Dauidi. Ego te tuli de pascuis ouium, & c. Dubitabit tamen aliquis: Si Christus curauit eos omnes ab infirmitate, non tantum corporis sed animae: quomodo isti nouem leprosi arguuntur, de ingratiūdo sine seruicium sunt, quia putandum est quod mortaliter peccauerunt: nam pro ueniali peccato non credendum est

quod ita arguerentur. Dicendum quod omnes in fide petierunt sanitatem & sanati fuerunt in corpore & anima: nouem uero Iudaei à sacerdotibus existimo quod decepti sunt, & suasi ab ipsis sacerdotibus ne crederent quod Christo erant mundati, sed à Deo propter legis obseruationem. Inuidebant enim sacerdotes Christo, & eius miraculis, & doctrina: & uidebant quod poterant detrahebant. Horum suasionibus decepti exciderunt à fide. Curatio autem Christi & si praestaret salutem animae, non tamen confirmabat eos in gratia, ita ut non possint iterum labi in peccatum, ut isti fecerunt: & ut accidit etiam Petro, qui post conversionem & gratiam iterum lapsus est in peccatum, ter negans Christum. Ad nostram autem instructionem tria nobis documenta colligere possumus. Primum ne sicut isti leprosi ad uomitum ut canes reuertamur: sed in Dei gratia perseueremus, sicut Samaritanus ille, qui proficiebat à bono in melius. Sic pater noster Adam in bono perparum temporis perseuerauit. Dominus enim ait. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Multorum est inceptum, paucorum perseuerare. Opera bona sine perseuerantia mercede carent: quin sepe accidit ut beneficiens in initio, in fine dignior sit supplicio quam premio, eo quod non perfecit inceptum, inconstansque fuit. Amici Iob in principio optimi & amantissimi animi signa ostenderunt, quoniam per septem dias cum Iob fuerunt stantes, illiusque aegritudinem & fortunam, quoad potuerunt officio subleuantes: at postea ipsum crudeliter deseruerunt. Sic Saul praecleari regni imperium suscepit: quod postea culpa sua turpiter amisit. Idē testatur vxoris Loth supplicium, quae Sodomiam respiciens in statuam salis fuit conuersa. Multi sunt in inferno qui supplices Deum exorant, & à lepra peccatorum suorum mundati ceperunt uiam uirtutis intrare, & praecipis diuinis obedire, sicut isti leprosi: uerum postea recidiantes omnem gratiam perdidērunt. Quare nihil est quod minus diabolus curet quam bona principia, nisi bono etiam sine copulentur. Quapropter non modo incipiendum est uirtutis iter, sed etiam perficiendum: si uolumus omnes antea factos labores non amittere. Sit igitur constantis & fidelis, qui beatitudinis coronam expectat. In simbrijs uelut uitarum solabant sacerdotes in lege ueteri appendere malogrammatum inter aurēa tintinabula: quae ideo non in principio neque in medio uoluntati, sed in extremitate figebantur: ut significarent mercedem non deberi in principio, sed in fine, illis nempe qui prius uitae quam uirtutis finem faciunt. Secundum docemur ex hoc loco quantum proficiant saluti omnis fortunae aduersitas, quantum uero obstitit prosperitas. Sic enim leprosi dum infirmitate derinebant uocabant Deum, & clamabant. At posteaquam sanitatem consecuti, Dei auxilio amplius non indigere sibi uisi sunt: statim dolore cum memoria beneficij simul deposuerunt. Incastratus est dilectus & recalci trauit: incastratus: impingatus, dilatatus. Sed uide quid sequatur. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Hinc etiam & nos quam anxij sumus quando infortunium & periculum pro foribus est: tam dissoluti & leues sumus infortunio liberati. Utinam & nos deteriores non essemus quam isti noui leprosi, qui maiora beneficia accepimus, & peccata maiora perpetramus. In angustijs Deum inuocamus & cum propitium habere uolumus, sed statim obliuiscimur illum. Igitur potiores sunt infirmitates & labores corporis, salute & prosperitate: in persecutionibus enim Deus inuenitur, in gaudijs amittitur. Dauid dum periculis & incommodis uirgebatur Deo adhaerebat, spalmos conponebat, in tantumque uirtuti & pietati studebat, ut cum bis Saul interficere potuisset noluerit: at postea quam pacatis populis, tantumque imperio securus regnare cepit, effudit se in uitia, rapuit Bersabee, interfecit Uriam: & ita ille qui in malis etiam hosti pepercit, in bonis familiari & innocenti parcere noluit. Unde ipsemet Psalmista ait. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Sed in prosperitate cito obliuiscuntur Dei. Obliuio, prosperitatis est comes. Quod hoc exem plo patebit manifeste. Rogauit Ioseph, Pharaonis procurator, ut meminisset illum cum bene haberet: at procurator egressus carcere (ait diuina scriptura) oblitus est interpretis sui. Ideo Ioseph, in recessu dixit ei. Memento mei dum bene tibi fuerit: non ignorans homines in prosperitate superbiere, & obliuisci solere amicorum. Quae de causa nemo sit qui labores & aduersitates incuset: voluptates uero ita amet ut nihil existimet praefereendum, quoniam mala Deum saepe numero nobis euenire permittit, ne luxuria & uitijs corrumpamur ut his leprosi & Aegyptij exemplis patet. Tertio docemur ne horum exemplo ingrati Deo simus,

multi enim inueniuntur, qui quo plura accipiunt beneficia peiores fiunt: & ita bonis insolescunt & incommoda capiunt. Primum quod Deus Esaiam praedicandum imperauit fuit ingratorum accusatio: qui cum alia multa potuisset in illo populo uitia reprehendere maluit ab hoc exordium sumere tanquam ab ima radice & fonte omnium uitiolorum. Audite cecili & auribus percipe terra, quoniam Deus locutus est, filios enutriui & exaltaui ipsi autē spreuerunt me, cognouit bos possessorem suum & asinus praesepe domini sui: Israel autē me non cognouit, & populus meus non intellexit. Coelos & terram in testes uocat, ut iustissime querentem audiant, hominesque ingratitudinis notat in quibus, peiores brutis facti sunt. Vide igitur quantum sit ingratorum crimē, in cuius confirmationem hoc solum sufficeret si quis uellet expendere, nullā esse omnium uirtutum firmiterem quam beneficiorum memoriam. Huius uitiij notatur Pharaon, qui Iosephi genus est insecutus: à quo summis fuerat officijs affectus: Iosephi namque opera eximia adeptus est opum abundantiam, conseruato in summa egestate regno. Uerū quemadmodum hedera, quae parietis ope & infirmitate nixa paulatim ascendit & diffunditur, donec aeris & lucis potita, totumque parietem complexa ipsum destituit: sic multi sunt, ea animi peruersitate, ut illis non modo gratias agant à quibus beneficiū acceperunt, sed etiam quacumque ratione possint nocent, hoc autem non rarum aut inusitatum est, quotidie uideamus improbos homines diuites euadere, cum illorum detrimento, quorum auxilio saepe numero stererunt: quod si rebus conuersis fortunaque immutata, paululum minari ruinam coeperis, non modo desereris, sed etiā impelleris ab illis, quos maioribus beneficijs affecti, praesertim si ignobiles sint. Quare ne ab amicis decipiaris, bonis & generosis uiris stude: degeneres & improbos uita: qui haec re plāta humillime & caduca similes sunt, ne te postea tuo ipsius (ut aiunt) gladio iugulet. Vult igitur Deus ut grati simus & tempore necessitatis eum inuocemus: in prosperitate uero gratias agamus illi, praecipitque illius obtemperantes. Ea igitur sit gratitudo constantiaque nostra, ut nulla humanorum bonorum aestimatio nos à Deo summo bono certissimo que nostrorum bonorum sine diuella: cum praesertim omnia sine Deo bona, falsa, & fallacia, non bona sed mala dicenda sint.

Psal. 77.

Osee. 13.

Ioan. 4.

Luc. 10.

Matth. 9.

Dente. 19.

2. Reg. 12.

Mar. 14.

2. Pet. 1.

Gen. 3.

Mat. 13.

Iob. 3.

1. Reg. 1.

Gen. 30.

Apo. 3.

Exo. 23.

Dent. 32.

1. Reg. 24. & 26.

2. Reg. 12. Psal. 15.

Gen. 40.

Esaias. 1.

Exod. 1.

Gen. 41.

¶ Sed nunc ad literam feuertēdo: quare dominus ab istis leprosis inquit vnde sunt, siquidem omnia antequam fiant nouit. Respondendum Bene sciebat dominus vnde essent, rogabat tamen in detestationem vitij ingratitudinis. Et vt magis attenderetur ratio ingratitudinis, ostendit etiam quantum nos à Deo separaret ingratitudinis vitium, nemo enim solet cum querere qui adest, sed absentem. Vnde sequitur nullum malorum hominum genus tā esse à Deo separatum, quam ingratos, nullūq; vitium itidem grauius quam ingratitudinem: siquidem absentiam à Deo causat, quā grauisimū est damnatorum præ ceteris supplicium. ¶ Præterea sciens vbi essent quæsiuit de nouis leprosis, ex more scripturæ vbi multoties dicitur Deus aliquos nescire, quos non approbat, & qui sibi non placent. Sic nescire profiterur illas quinq; virgines fatuas: scientia nimirū approbationis. Ita hic quia displicebat domino ingratitudo istorum nouem, querit de eis tāquam de ignotis. Sic Adam postquam peccauit quæsiuit. Adam vbi es? Nouit enim dominus (vt inquit Paulus) qui sunt eius. ¶ Obserua autem quantum malum sit ingratitudo, quod Christus ita scādalizari videtur cū scandalum pati non posset, quod ad modum admirantis se habet in hac interrogatione. Certè nihil ita admirari debemus, Nemo hominem, equum, aut canem vidēs miratur, quia hec animalia sæpenumero vidit: miramur tamen si monstrum videremus, Centaurum, aut Satyrum, hominem uē quadrimanū aut monoculum quoniam hec rara sunt, & naturæ repugnantia. Sic sunt quedam vitia in vſu posita & naturali carnis libidini adeo indita, vt nemo miretur iam edacitatē ebrietatem, iracundiam aut luxuriam: ob naturæ in hæc vitia pronitatem. At ingratitudinem omnes non modo mirantur, sed etiam detestantur & accusant, vt iniustum, ignotumque vitium & naturæ maximè repugnans: & merito. Nihil enim est minus ferendum, & pœna graviori vindicandum, quam accepti beneficii obliuio. Et hac de causa apud Romanos libertas seruo concessa postea ingratitudinis culpa reuocari poterat. Nihil ergo homini absurdius est, & nequius, quam nō esse erga Deum: quam gratissimum, à quo constitutus fuit super omnia opera eius in hoc seculo. Quid dicam in altero? summā ei promissit beatitudinē qua nihil potest maius excogitari. At quo pretio comparatam? Sanguine vni

geniti sui in omnium nostrorum salutem effuso. Quis erit ergo tam ferus, tā immanis, vt feras ipsas scēuita vincat? Nam Leo & Vrsus beneficijs ita deuincuntur vt mirissimo solent ante dominorum suorum menas vultu sedere. Et inuenitur inter homines, qui benefactori suo sit ingratus. Hoc igitur merito Christus admiratur, quia nullum peccatum est adeo immane, adeo indignum venia, vt ingratitudo: quæ ianuā diuinæ misericordiæ claudit, & fontem Dei pietatis restringit, & autorem suum omni beneficio deinceps reddat indignum, & quasi quidam ventus aduersus bona præterita extinguit: peccata iam remissa aggravando reuocat, omnium denique malorū est radix. Sic David grauiter ob Nabalis ingratitudinē affectus descendit de monte, eo animo, vt illum cum tota familia traderet exitio: & etiam grauiter puniuit ingratitudinem Regis Ammon nuncios suos deturpans. Ideo sapiens ait. Qui reddit mala pro bonis, nō recedit malum de domo eius. Ideo de ingratis conqueritur dominus per Hieremiam dicens. Nūquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Sic & modo de istis conqueritur dicens. Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo nisi hic alienigena. Vide quomodo vult Deus vt illi gratias agamus nō solum pro maximis sed etiam pro minimis beneficijs: si quod minimum in diuinis beneficiū potest inueniri. Hac de causa iussit dominus asseruari panum fragmenta, quæ superauerant in deserto significans Dei beneficia semper in memoria habēda esse, vt sic assiduo gratias illi reddam. Sic Noe exiens de arca fecit altare domino, & sacrificia obtulit gratias agens Deo. Vnde in Levitico, holocaustū quod offerēbatur pro gratiarū actione, & caro victima non erat in crastinum seruanda: quia gratiarum actiones nō sunt differēda. Quare vt grati simus opus est, vt sciamus quis nobis benefecerit. Sic ille regulus quæsiuit à seruis de hora, qua filius melius haberet vt Christo gratias ageret & crederet, sciens illum benefactorem. Sed si iniuriam patimur non curemus scire quis iniuriā facit, ne illum odiamus. Deus dixit Abraham qd semen suū esset passurus mala in terra non sua: & nō nominauit Aegyptū, ne Aegyptios odiret. Et Deus in passione alapis cæsus facie cooperiri permisit: vt doceret ne sciamus percussores, sed tantū benefactores, & eis gratias agamus. ¶ Obserua autē quod non vult Deus

Mat. 25.

Gen. 3. 2. Tim. 2.

2. Reg. 4.

2. Reg. 4. Pro. 11. Hierem.

Ioan. 6.

Gen. 1.

Leu. 1.

Ioan. 4.

Gen. 16.

Mat. 25.

Mat. 20.

Mat. 21.

Mat. 4.

Deus, vt grati simus propter se: nam propter nostram gratitudinem vel ingratitudinem, bonitatem vel malitiam, non acquirit, nec deperdit ipse aliquid: sed vult gratos esse vt sic capaces simus maiorum beneficiorum. Nam qui beneficijs gratus est, maior in dies meretur accipere munera. Ideo cū nos adeo diligat, vt eximiam haberet semper benefaciendi nobis voluntatem, ingratitudinem odio habet, non sua causa, sed nostra: quoniam huiusmodi vitium illi quodammodo beneficia de manibus extorquet. Sed dices. Cur non puniuit ergo hos nouem leprosus se præ reuocatione: siquidem tanto beneficio ingrati extiterunt? Quia si Deus sine discrimine ingratos omnes eo modo puniret, pauci euaderent punientis Dei vindictam: quin & nos omnes iā diu pœnas soluissemus. Si illos vt ingratos domino lepre reuocatione indignos iudicas, quod supplicium te censet meruisse. cum multo maiora quam leprosi acceperis minusque gratus extiteris? ¶ Docemur ergo hoc Christi exemplo primo vt mansueti simus erga ingratos qui etiā si multi sint nobis, multo plures sunt Deo, & ab illo perferuntur. Secundo ne nos pœniteat benefactorum nostrorū, quæ tunc optima sunt, cū retributionem non expectant: quoniam nec Christus eo animo in leprosis beneficus extitit. ¶ Docemur tertio, genus aut personarum dignitatem nihil prorsus facere ad iustificationem aut ad Christi amicitiam conciliandam: cum Israelitæ mali & ingrati sint, Samaritanus autem bonus. ¶ Docemur quarto, verum esse illud quod Christus dixit, multi sunt vocati, pauci vero electi. ¶ Quinto, Regnum Dei Iudæis propter ingratitudinem ereptum esse, & gentibus ex gratia traditum & concessum. Aufertur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus eius. ¶ Expende etiam quod non dixit Christus non est qui rediret & daret laudem mihi, sed, nō est qui rediret, & daret laudem Deo. Docet omnia opera nostra Deo ascribenda esse: & pro omnibus bonis quæ operamur Deo gratias referre. Ne tibi arroges gratias eorum quæ Deus in te, & per te fecit. Ideo puniuit dominus Mosem ad aquas contradictionis, Ideo humiliauit Nabuchodonosor se iactantem & in hæc verba prorumpentem. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego edificauit in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Ideo extra hominum cætrum & com

merciam eiectus cum feris animantibus in syluis agere & pascere coactus est. Sed porius dicā Elia. Omnia opera nostra operatus es domine. Quid autem dñs grato Samaritano dicat audi. Surge, vade: quia fides tuare saluum fecit. Magna fuit fides istius, quia nec tinasione sacerdotū nec, exemplo Iudæorum sociorū suorū minui potuit. Iacet ante pedes Iesu, nō audet surgere dubitatur; quibus vocibus, laudes Christi extollat. Iubetur ergo surgere & cū nollet relinquere Christum, sed in perpetuo illius esse consortio, audit. Vade, quia fides tua te saluum fecit. Surge etiam & tu ex impuritate peccatorū tuorum & ambulā in lege domini in sanctitate & iustitia coram domino omnibus diebus vitæ tuę. Sic enim fides vere te saluabit, scilicet, si ambulaueris in Dei mandatis & præceptis. Quam ergo si dem laudar hic dñs. Non certe prauorum hominum nudam, & mortuam: sed illam quæ per dilectionē operatur, quam habuit hic Samaritanus. Nam dño credens non stetit, sed Dei præceptum impleuit: & mandatis obtemporauit, Et postea ad dñm reuersus est, & cecidit in facie & gratus egit. Vide ergo quomodo multa operatus est. Nō enim nobis Deus dedit mandata vt illa tantū sciamus, aut illū præcepta dedisse credamus: sed vt præcepta eius implēdo obediamus eius voluntati. De operibus misericordiæ in die iudicij discēpta bit: nō si credidimus, sed si opere cōpseuim? ea. Si enim tantū fides sola sufficeret sine operibus ad salutē: vanū fuit, quod adolescenti interrogati quid facturus esset vt regnum Dei possideret, Christus respondit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Si vero nulla sūt opera bona: quid quæso Baptista Christi scānes pro seruanda innocētia puer ad eremū fugiens pœnitentia tam dira se afflixit? Necessarium est quod fides per dilectionē operetur. Nā de fide sine charitate loquitur Christus, quando multos in nouissimo die venturos prænuūciat, atque dicturos. Domine nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, nūquā noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Habuerunt quidē hi fidem: deo prophetauerunt, & signa fecerunt. Sed quid illis profuit hæc fides? Quid sine charitate & bono opere profuit? Neq; enim fides illa si esset viuā: nec charitas ipsa esse sine bono opere potuisset. Charitas

Esai. 26.

Luc. 1.

Mat. 19.

Luc. 1.

Mat. 7.

enim ostenditur si non ociosa est: si gaudet bene operari, si opere exprimit quanti faciat suū conditorum: cuius præcepta amat, quia ipsum qui præcipit amat. Tale ergo fidem à nobis exigit Deus. ¶ Igitur hæc tria exempla ante oculos habeamus. Primum ut fidem & obedientiam discamus ab istis leprosis. Secundò ut opera bona quæ necessaria sunt ad salutem, à Christo discamus. Et tertio gratitudinem à Samaritano. Et si in grati fuerint nobis homines quibus bene fecimus, imitemur in hoc exemplum Dei patris, qui solem suum ori facit super bonos & malos. Atque hoc exemplo Christi, qui non denegat sua beneficia his, quos sciebat esse ingratos, mercedem & gratiam quantum ingrati nullam habent ratione, Christus nobis in libro vitæ rependendâ scribit. Deinde cum nos lepra animæ, hoc est, peccatis infecti simus debemus leproforum exemplo Christo occurrere: firma fide procul cum istis leprosis & cum publicano stare: atque agnoscere nostra peccata clamare. Iesu præceptor miserere nostri. Consecuti auxilium debemus rursus de beneficijs acceptis Deo gratias agere. Si id fecerimus non dubitemus quin cum Samaritano audituri simus. Surge & vade: fides tua te saluum fecit. Id est, vade & exulta, nam per fidem consecutus es corporis salutem, & per eandem impetrabis charitatem & alias virtutes, quibus non tantum anima tua iustificata à lepra peccatorum liberabitur: verum etiam in æternum in cælis corona iustitiæ decorata lætabitur. Sed satis sit de hac historia leproforum: nunc ad explanationem sequentium procedamus. ¶ Post hæc cum naturale sit omnibus hominibus appetere libertatem & horrescere seruitutem cum Deus hominem liberum, & totius creaturæ dominum fecerit, Iudæi Romanorum subditi maximo affectu appetebant liberari à iugo Romanorum: cum captiuitas etiam à brutis animalibus abominetur. Expectabant suum Messiam, cuius ope liberandos fore putabant à mundana seruitute. Ideo ait Euangelista. *Interrogatus autem à Phariseis.* Vel ex curiositate, vel ex derisione. *Quando venit regnum Dei.* Non erat parua non solum Phariseorum, verum etiam omnium Iudæorum sollicitudo de Messia aduentu. Putabant enim quod regia potestate & apparatus esset venturus restituere regnum Israel, congregans omnes tribus quæ per alias nationes erant dispersæ. Sic etiam hac ignorantia ducti illi discipuli interrogauerunt do-

minum in die suæ ascensionis. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et etiam in die resurrectionis illi duo, qui ibant in Castellum Emaus dixerunt. Nos sperabamus quod redempturus esset Israel. Igitur cum Pharisei hæc tenus frequentissimam mentionem audiissent à Christo fieri de regno Dei, quod scilicet per Messiam aspiciendum esset in terris: accedunt ad Christum eumque alloquuntur rogantes, quanto veniret regnum Dei. Videtur autem hoc velle dicere. Audimus iam diu sæpenumero te de regno Dei differenterem, & populo quasi persuasum te esse Messiam Christum illum domini. Si itaque tu ille es quem hæc tenus expectamus: quando tandem incipies regnare? Nihil enim regis præ se ferens. Dic ergo nobis quando veniet regnum Dei? Quando tandem Deus promissionis suæ memor erit, & restituet nobis regnum Israel? A Egredere ab eis captiuitatem & exilia, nihil curantes de animatum suarum remedio & scelera sceleribus addendo inuidebant Christum, parua magnificentes, dissimulantes maxima. Idem Christum illis dixerat. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Sic multi in ceremonijs, & in rebus quæ sunt parui momenti totam felicitatem constituunt: non curantes de auaritia, ambitione, multisque spiritualibus vitijs, in quibus quasi suffocati viuunt. Respondens eis dixit. *Non veniet regnum Dei cum observatione.* Id est, non veniet cum apparatu aut pompa mundana, ita ut obseruari possit tempus vel locus. *Neque dicent, Ecce hic, ecce illic.* Neque poteritis dicere: ecce hic habet thronum, illic habet regiam aulam, hic circumstant famuli, illic regius apparatus, hic aurea niter corona illic sceptra micantia fulgent, his populis dominatur illam subegit ciuitatem. *Ecce regnum Dei intra vos est.* Tripliciter hoc exponi potest. Primo sic. Quasi dicat. Regnum in quo regnabit Messias non est temporale sed spirituale. Non dominabitur (ut falso putatis) rebus terrenis: nec liberabit Israel de Romano imperio, non enim venit regnum facere temporale, ut fecit tempore Davidis & Salomonis. Sed regnum spirituale erit, & regnabit super animas vestras, quæ quidem intra vos sunt: interiora enim queret Messias, & que intra vos sunt: non tamen externa. Cum anima legibus Dei obedit, regnum Dei est. O verè rem admirabile: totus mundus regnum Dei est. At verò ita cupit Deus anime imperij, ut vni anime impera-

imparare regnum sibi esse putet. Et quidem multo pulchrius regnum Dei est vnica anima, quam totus hic visibilis orbis: siquidem corporeus mundus subiectus est animæ, & propter animam factus est hic mundus totus. Quis igitur non stupeat animi capacitatem, intra quam regnum Dei est? Imò quis non admirabitur, animam ipsius Dei esse capacem? Demum aduerte quod per fidem solam licet in peccato simus dicitur Deus, quaquam non plene in nobis regnare: regnum siquidem non solum ex bonis constat sed ex malis: dum modo fideles sint. Igitur per fidem subijcimus colla Deo, volumusque Deum super nos regnare: & ita ad regnum Christi & Dei spectamus. ¶ Secundò exponitur locus iste. Regnum Dei intra vos est, quasi dicat. Solliciti estis de vestro Messia, & cum in medio vestrum sit, & intra vos, id est, vestram ciuitatem, templum, & Synagogam non vultis cognoscere eum. ¶ Tertio exponitur locus iste, quia credere vel non credere in potestate est nostri liberi arbitrij. Intra vos est, hoc est, in vobis ipsis est regnum Dei & in vestra potestate: quia si vultis accipietis illud, & si non, eritis absque illo. Idem est, quod in Deuteronomio dixit Deus. Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum: elige vitam & viues. Item apud Esaiam. Si volueritis & audieritis me, bona terre comedetis: si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos consumet. Os enim domini locutum est. Et in Ecclesiastico. Ante hominem mors & vita, bonum & malum: quod cuique voluerit dabitur illi. Ita regnum Dei intra vos est, hoc est in vestra potestate. Sed de his satis. Deinde ut prudentiores, & magis cautos redderet discipulos: dixit. *Veniet dies, quando desideratis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis.* Iam diximus quod Pharisei & discipuli putabant regnum Christi temporale & non poterant intelligere quomodo messias in tanta humilitate venisset: quia potius carnalia sapiebant & amabant. Idem noluit Dominus multa narrare de mysterio primi aduentus (contentus affirmasse regnum Dei iam in terris esse hoc est, Messiam à Deo missum). Sed orationem vertit ad vltimum aduentum, quando venturus est, non humilis, pauper, & incognitus: sed sicut fulgur, qui ab omnibus videtur, non ut humanum iterum subeat iudicium, sed ut ipse iudicet mundum vniuersum. Non enim tunc erant capaces ut mysterium primi aduentus

caperent, ideo diuertit loquelam ad secū dum aduentum. Quod autem hic discipulis dicit omnibus nobis dictum esse putemus. Venient dies quando desideratis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Sensus est. Quem iam multi contemnunt tanquam contemptissimum hominem, olim sentiant terribilem iudicem. Illi, qui Christum hic noluerunt in sua paupertate & humilitate videre, videbunt eum in rubibus cœli venientem ad iudicandum cum potestate magna & maiestate. Et illi, qui noluerunt audire prædicantem, audient dicentem. *Item maledicti in igne æternum.* Et qui noluerunt ad ipsum venire inuitantem eos atque dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: quando voluerint ad illum accedere, expellantur ab eo. Discedite à me omnes qui operamini in iniquitatem. Nunc tempus cognoscendi Christum nobis datur, & adipiscendæ gratiæ: non enim venit condēnare, sed omnibus vitam & salutem præbere. Et tunc desiderabitis videre vnum diem gratiæ & misericordiæ, & non videbitis.

¶ Multi etiam nunc sicut olim Pharisei, horrent Christi paupertatem, improprium, & crucem. Ideo ab istis non cognoscitur Deus nec amatur, quia ut dicit Paulus. Crux Christi Iudæis scandalum est: gentibus tamen stultitia. Sed vexatio dabit intellectum, & cognoscet tempore maxime angustia & calamitatis quando nihil eis proderit. Ergo & nunc Christum humilem in primo aduentu cognoscet & amplectere paupertatem suam, nuditatem, crucem, & passionem: ut postea securè venienti ad iudicium obuiam exeat. Cauet etiam ne post Christum alium expectent Messiam. Ideo ait. *Et dicent vobis. Ecce hic, ecce illic: nolite ire, neque sequimini.* Docet hic non expectandum alium Messiam. A libi etiam Iudæis dixit. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Hoc multoties fecerunt Iudæi. Acceperunt Iudam quem dā Galilæum, & Theodā, aliosque quam plurimos. Sic etiam temporibus Theodosij iunioris apud Cretam in sulam, diabolus in figura Mosis Iudæis apparuit, & dicens se Mosem esse promisit ducere eos in terram promissionis, & ostēdere Messiam. Illi verò Iudæi, qui illum secuti sunt & ab eo decepti, aquis suffocati sunt: reliqui vero Christiani effecti. In Hispania in regno Portugalliæ in oppido quodam, qui

Mat. 23.

Mat. 23.

Mat. 23.

Dnt. 30.

Esai.

Eccle. 35.

1 Cor. 1.

Esai. 28.

Ioan. 5.

Acto. 4.

Enarrat. in Cap. XVII.

Seruaui appellatur, quidam nostro tempore surrexit dicens se esse Messiam, cui aliqui Iudei crediderunt, & adhuc sunt. Quo cognito ab hereticis prauitatis inquisitionibus apprehensum in urbe Vlyssia, qua Vlyssio appellatur (Lusitanorum enim est maxima & potissima ciuitas) omnes cõbusti sunt publica sententia. Nec nos etiam credamus omni spiritui.

2. Cor. 11.

Quia Angelus Satanæ transfiguratur se in Angelum Lucis. Nam si Messiam non expectamus sicut perdidit Iudæi, tamen multi pseudo Prophetae quotidie surgunt in Ecclesia sancta Dei dicentes, se à Deo missos, euangelicos se nuncupantes sed sub pelle ouis, qui incantatos decipiunt latent lupi, qui nomẽ Christi in ore quotidie habentes, Christum eiusque Ecclesiam persequuntur, hæreses seminant, sacram scripturam deprauant, denique membra demonis sunt ad omne vitium impudenter perpetrandum Ideo caue à Lutheranis. Si dixerint tibi, ecce hic est, ecce illic manet: noli ire, noli credere. Hac de causa beatus Ioannes admonet dicens, Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate an ex Deo sit. Quia multi pseudo prophetae exierunt in mundum. In Lutheri tamen moribus & vita nihil opus est probatione: nam ex omni hæreticorum grege, nemo credo extitit, qui sic palam à Christiana non solum fide, sed etiam doctrina & moribus deuaierit. Cuius insaniam, superbiam, luxuriam, auaritiam & ad omne uitium inuerecundissimum animum exponere pudeat, tædet quæ. In promptu igitur est doctrinam illius ex moribus perspicere. Aliter Christus venit, aliter beatissimi Apostoli Euangelium prædicauerunt, casti, pauperes, nudi, patientes, ieiunantes, & orantes ita ut in vita sanctimonia & miraculorum multitudine clare videntes organa esse viua Spiritus sancti. Sed ad rem. Postquam Christus docuit canendum esse ab istis falsis Prophetis, ostendit quomodo in secundo aduentu Saluator ipse manifeste venturus sit: iuxta illud Psalmi, Deus manifeste ueniet, & non silebit ait ergo. Nam sicut fulgur exarsitans de sub caelo, ita que sub caelo sunt fulgentia erit filius hominis in die illi. Primus aduentus, qui erat in carne occultabatur aliquandiu & solum primis illis innotuit hominibus. Vnde Magi inuenientes Hierosolymam, inquitunt, ubi est qui natus est Rex Iudeorum. Non sic occultabitur secundus Christi aduentus. Nam sicut fulgur licet moueatur per aera, non apparet successi-

1. Cor. 4.

ue, sed subito super Orizontem illuminat, illius saltem hemispherij, in quo gignitur: sic Christus cum uenerit ad iudicandum, erit omnibus hominibus notus: quia ueniet cum magna gloria & maiestate. Posuit autem Christus similitudinem de fulgure potius quam de sole, & luna, quia aduentus eius erit terribilis, & fulgur exteret homines; sol uero & luna & cætera omnia non exterrent, sed potius cuncta fouent suo lumine. In primo aduentu descendit sicut ros in uellus, cuius signum in uellere Gedeonis præcessit. Ros enim quando cadit à caelo nullus sentit: quia nec sonitum, nec aspectum ullum sibi præbet. Quare mirum non est si inuenientes erant oculatissimi fallati. Sic silenter uenit Christus tunc: sed in secundo aduentu manifestus omnibus apparebit. Ideoque sic uada ratio, quare Christus suum secundum aduentum comparauit fulguri est, non tatum propter terrorem ut diximus: sed secundo & magis principaliter: quia manifesta & subita erit apparitio eius. Nam Christus uult hic ostendere quod apparitio eius erit subita, ut patet in sequentibus exemplis, quæ adduxit Noe & Iob. Et ad hoc magis conuenit conditio in fulguris apparitione, quam solis & lunæ. Quia sol semper circuit caelum, & per motum suum aliquando est supra Orizontem, aliquando infra: & cum est in una mundi parte non uidetur ab alijs, qui sunt in alio Orizonte. Et ad hoc quod uideatur ab his à quibus non uidebatur uenit ad eos per motum, & ita successiue facit se uideri ab hominibus. Fulgur autem non circuit caelum sed in parte caeli in qua gignitur apparet, & dum ibi est uidetur simul ab Oriente & Occidente, id est, super totum Orizontem, etiam si non moueatur Ideo apparitio fulguris magis assimilatur apparitioni Christi ad iudicium uenientis, quam apparitio solis vel stellarum. ¶ Obserua autem quod dicit, quod sic erit apparitio filij hominis in die sua. Diem iudicij uocat diem suum, quia tunc accipiet tempus, quo punit peccatores ut ipse ait. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Nunc poteris penitere peccatorum tuorum, nunc dum tempori damnatis, tibi prospice: nunc est tempus acceptabile, nunc dies salutis & misericordie quæ si præterierit finis excluderis, sicut uirgines illa fatuæ regno caelorum, cum ratio reddenda erit. Primum autem oportet illi multa pati & reprobari à generatione à c. Expõe de quomodo nunc de gloria, nunc de ignominia

Psal. 49

2. Cor. 6.

2. Cor. 6.

2. Cor. 6.

minia loquitur Christus. Loquebatur de gloria, in qua uenit ad iudicandum, & statim loquitur de passione, in qua lapis angularis reprobatus est ab edificantibus, & latro Barabbas approbatus. Vide quã permissus sit Christi sermo, partim in tribulationum recordatione: partim felicitatis & gloriae, ut ideo eo exemplo discamus nunquam sic lætitiæ adherere, ut lætus profus obliuiscamur nec rursus ita mereri, & sollicitudini animum tradamus, ut omnem deseramus spem melioris fortunæ; quantum enim alterum sine altero nocet, tantum utrumque simul coniuictum prodest ad bene agendi, beneque sperandi rationem. Deus enim, qui omnia pondere & mensura disposuit congrue, etiam uoluit, ne dolore consolationis sua careret, nec rursus uoluptates sine ullo aduersitatis uinculo debaccharentur & insanirent quorum primum humanos animos debilitaret postremum corrumpere. Ideo ea prudentia se gerit in rebus omnibus, prosperitates aduersitatibus corrigens: ut in bonis simus humiles, in malis animosi uenturae felicitatis memores. Quod si recte animaduertentiam sapientius nos gererem in omni negotio, & audaces pariter & timidi, ex quorum societate & commixtione magnanimitas oritur. Quia misericors Deus mortis rebus iucunda quæque permiscuit: quod in omnibus sanctis fecit; quos neque iucunditates neque iubilationes sinit habere cõtinuas: sed tum ex prosperis tum ex aduersis sanctorum vitam mirabili quadam uarietate cõtexuit. Vide Dauidem nunc Golie uictoria gloriosum, nunc Saulis persecutionibus miserum & errandum. Quo superato & interfecto, regno potius pristina felicitatem adeptus est; sed paulo post Ammonis morte affectus ingemuit. Cui dolori dum solatium quaerit, ecce Absalonis insurgit perfidum in patrem suum bellum. Cõsequens quidem est uictoriam pater, iamque in pace deinceps futurus sibi uidebatur nisi Sibæ, postea uero Adoniae perfidia rumpere. Vide etiam Ioseph, filium Iacob, quanta uixerit fortunæ uarietate. Primum quidem apud parentes in delicijs habitus, postmodum uenditus & extorris, deinde domino ualde gratosus, postea autem accusatus & in vincula cõiectus: demum absolutus, totius Aegypti imperio potitus est. Et sic de alijs. ¶ Obserua secundo Christum dicentem primum oportet pati & reprobari à generatione hac, quam ueniat ut dixit, sicut fulgur

Psal. 117.

Mat. 27.

Psal. 71  
Iudi. 6.

Sapient. 11.

1. Reg. 17.

2. Reg. 13.

1. Reg. 16.

2. Reg. 20.

3. Reg. 17.

Gen. 37.

Gen. 41.

Psal. 47.

2. Cor. 6.

Mat. 27.

ad iudicandum in honore & maiestate: quia primo tolerauit passionem, crucem & ignominiam, deinde honorem & gloriam. Prius Jacob seruauit Laban socero suo quam pecore potiretur: prius Israel mille laboribus fuit in Aegypto & in deserto uexatus, quam terram promissionis ingrederetur. Nam quem admodum fictile tunditur, rotatur, ignibusque, & solibus exurit, ut sic formam accipiat, & in mensa domino ministra mereatur: sic nos opus est multa hic patiamur mala, ut æterna dignitate digni simus. Non alia ratione cõfessores, non alia martyres beatitudinis coronam adepti sunt. Et Paulus ait de Christo saluatore nostro. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ideo sequitur. Propter quod exaltauit illum Deus & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. A ducerte iterum, quod cum locutus est de honore dixit quod sicut fulgur, quia gloria huius mundi cito transit, sed de passione & ignominia multa dixit, quod oportebat patinam maxima & ferè innumera passus est. Pende rursus quod à generatione hac dixit, quod passurus erat & reprobandus, à generatione inquam hac peruersa, ut non fiat determinatio substantia, sed qualitatis: quia non tantum Christus reprobatur à perfidis Iudæis, sed ab omnibus peccatoribus à quibus quotidie patitur Christus in suo corpore: quia semper usque ad tempus iudicij erit ecclesia inter malleum, & incudem. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores. Et adhuc fabricant, & fabricabunt. Et sicut factum est in diebus Noe, id est, tempore quo uixit, & Deo iubente arcam construxit, diluuium quæ futurum prædixit. Ita erit in diebus filij hominis, id est circa secundum Christi aduentum: in quo suam potentiam mirabiliter declarauit, propter quod illud tempus dicitur spiritualiter esse ipse. Edebant, & bibebant, uxores ducebant & dabantur ad nuptias usque in diem quã intrauit Noe in arcam. Non enim crediderunt prædicationibus & cõmitionibus eius: sed laudis, & uanitatibus, & carnalitatibus intendebat. Et uenit diluuium. Sicut in Genesi legitur. Anno sexcentesimo uita Noe, mense secundo septimo die mensis uenit diluuium, apertique sunt omnes fontes abyssi, & catarae caeli apertæ sunt, & multiplicatae sunt aquæ, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & eleuauerunt aquæ arcam in sublime. Quin-

Gen. 30.  
Exo. 1.

Philip. 2.

Psal. 118.

Gen. 7.

Quindecim cubitis altior fuit arca mōtibz excelsis: cōtinueruntq; aqua diluuij terrā cētum quinquaginta diebus, & requieuit arca super montes Armenie. *Et tulit omnes.* Id est vniuersos qui erant extra arca submersit, præter octo homines, qui erant in arca. Hoc exemplum Noe adduxit Christus, vt ostenderet quod repente veniet & inopinatè & pluribus lasciuentibus. Hoc enim & Paulus dixit. Cū dixerint, pax & securitas, repentinus superueniet interitus. Sic etiam tempore quo Christus uenerit, erunt homines bibetes & comedentes, & letantes. Sed dices? Nonne prius multa superuenient signa in sole, luna, & stellis & terremotus qui præcedent diem iudicij? Verum est, nihilominus obstinati in peccatis voluptatibus vacabunt, boni autem nō. In nouissimis, inquit, diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes ingrati, celesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, sine benignitate, proditores, propterui, tumidi, & voluptatum amatores, magis quā Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem tamen eius abnegantes. His vitijs irretiti & iustitiæ præconem pium Noe, vt ait Petrus non audierunt. Ideo exemplum posuit conueniens: nam in nouissimis diebus cū dominus ad iudicandum uenerit, ita inueniet homines his vitijs deditos & induratos. Noe poenitentiam docuit futura prædicens mala, mali autem non credentes lasciuijs vacabāt. **¶** Obserua tamen quod dicitur, comedebāt, & bibant, & vxores ducebant, ad ostendendum securitatem hominum: ideo ponuntur ea quæ homines exercent, quādo securi sunt, & de longa vita sperant, scilicet, comedere, & bibere, & accipere vxores & ad nuptias trahere, & plantare, & edificare. Talia autem inueniunt homines facientes in die iudicij: in quo inuenitur quod securi erunt nullum malum timentes. Ideo Christus non dicit, erunt furantes, occidentes, &c, quia quamquam vitiosissimi futuri sunt non tamen sermo de vitijs nunc est, sed de viuendi securitate & negligentia, quoniam diutissimè se victuros existimabunt. Quare male exponitur locus hic ab illis, qui dicunt vxorem ducentes, id est propter voluptatem magis quam propter bonum prolis, quia ducent vxores non recta intentione: quoniam bene possunt comedere, & bibere, & nubere sine peccato: tamen

plerunq; sit quada securitate & quasi certitudine qua longum viuendi sibi spaciū promittant. Nam qui sic securi sunt vt plurimum effusus in voluptatibus & temporalibus bonis se gerunt. Non ergo intelligit dominus in hoc loco de peccatis, sed de viuendi in curia: quæ tanta erit, vt nullis signis, quæ multa iudicij finale precedent, eorum animus moueatur, aut animaduertat rationem esse iam de singulis operibus reddendam. Sic accidit tempore Noe quando immisso in terras aquarum diluio homines negligētissimam vitam degentes, brutis ipsi imprudentiores videbantur. Ascendentibus enim paulatim aquis & summa mōtium cacumina operientibus, se inuicem exhortabantur, dicentes. Narabimus donec isthæc pluuia pertranseat: quod si perliterit, aut in arboribus aut in tabulis vitam tuebimur, postea recedent aque, & reuertemur in patriam. O præclaram fiducia, nisi eos nimia sefellisset securitas. Non aliter ergo in vltimo, igne quoque aduentu accidet: quando mala hominum securitas, homines male perdet, quia signa in sole & luna apparentia Astrologorum arbitrio interpretantur causis naturalibus omnia reddentes, nec prius errores aduertent suos, quod a subito & improviso igne correpti sint. Ponit Christus aliud exemplum simile præcedente. *Similiter sicut factum est in diebus Loth.* Ita fiet in secundo aduentu filij hominis. *Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant.* Cum falsa securitate vacabant: & quasi diu victuri, coniugia & edificia que agentes. *Qua die exiit Loth à Sodomis: pluit ignem & sulphur de celo & omnes perdidit, secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur.* Arguitur hic tacitis verbis stultitia hominum mundi huius, qui omne studium collocant in rebus temporalibus: spiritualia vero & perpetua nihil faciunt. Exempla enim à Christo adducta satis arguunt quam improviso finis vitæ huius venturus sit. Sed cū omnia que scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, hanc geminam historiam temporis nostro accommodabimus. Si enim statum nostri temporis accommodare uoluerimus in nullo dissimile esse temporibus Noe & Loth sanctorū viuorum reperimus. Quid enim obsecro de illo tempore dicitur, quod de nostro rectius non dicatur? Edebant & bibebant dicit Christus, vxores ducebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant. Hoc

Gal. 6.

Isai. 5.

Eccl. 10.

Psal. 93.

Ezechiele.

Hoc est, sic vitam suam instituebant, sic rebus caducis intenti erant, ac si perpetuo hic victuros sperarent. Sed quid homines in hac nostra tempestate faciunt? Respicere orbem mortalibus quam frequētissimum, considera ciuitates referētissimas vsque ad habitantium fastidium, inuēntes pro artificibus, deceptores, fures, homicidas pro ciuibz gañeones, lutores, & seductores: pro magnatibus delictosos, prædones, & tyrannos. Quare mirum nō est si in talibus vitæ mōribz sit qui pro lignorū aut palearū fæce audeat senties mentirī, ceteris perstrato, in luctu omnem utilitatem & honestatem constituens. Quid dicam de illis qui altiorē naturæ conditionem ad huc habent & inuident: de quibus illud Horatij proverbium vere dici potest. Nemo sua forte contentus est. Quæ de causa quo iure quaque iniuria hac illa deturbitant, querunt, ac cumulant opibus opes. Alius vt filiam præclaro hæret viro & nobilitatis vt filio maioram relinquat alius quod pēius est, nobilissimorum vitiorum ritu molliter viuat, & vitiose. Ea autem omnibus multo etiam peioribus mēdijs quæ sunt, adeo vt nec virtutis nec mortis, nec æterni supplicij memoriā vllā habere videantur. Siquidem omnem vitam suam, tam impropter in vitijs transigunt, quasi nunquam essent ad finem peruenturi. Hoc Esaias olim plorabat super populo Israel quod nunquē rectius plorare poterat. Væ (inquit) qui constitutus manū ad ebrietatem sectam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino estuetis. Cithara & lyra, & tympanum, & tibia in: conuiuijs vestris: & opus domini non respicitis; nec opera manuum eius consideratis. Nā si beneis cōtuleritis ad hominum curas, miserabitis prope debio illorum labores & sollicitudines: omnis enim illorū laborū negotiorū in rebus terrenis in anibusque consistit, ac nunquam essent inuitari: & reddidit ratio nem. Ideo dictum est. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Dominus enim scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Quoniam his occupationibus erant dediti Sodomitæ comedentes & bibentes, ementes & vendentes, perdidit illos Deus: quia ebrietatibus sicut modo & luxurijs vacabant. Ideoque in Ezechiele habent. Hæc fuit iniquitas Sodomitæ sortis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia & ocium illius, & filiorum eius, & egeno, & pauperi manum non porrigebat.

Ideo si nos illis peiores sumus: audi quid Christus dicat, Tolerabilius erit Sodomæ & Gomoræ in die iudicij, quam nobis. Igitur illæ due grauissimæ historiæ nō solum ad tempore extremi diei referendæ sunt, sed ad omnia nostra tēpora, vt ex earum aduentione nunquam ita securè agamus, quin semper cogitemus dominum nos expectare ad poenitentiam: Neque multo post hinc nos vocandos esse. Quam bonum est lumere in alieno capite periculū. Felix quoniam faciunt aliena pericula cautum. *In illa hora,* scilicet patum ante iudicium: non in illa iudicij hora in qua omnes domus erunt destructæ. *Qui fuerit in testo & vasa eius in domo descendat ut ille illa.* Tantum enim erit periculum, horror, & acceleratio illius iudicij, quod tunc non vacabit, neque expediet alicui circa temporalia occupari, quæ tūc penitus auferentur ab eo, & ipsum proinus oportebit ad tribunal Christi deduci. Tunc curandum non erit de minimis, cum instabit maxima & incomparabilis illa causā discriminis infiniti. Quia vbi maxima surgit sollicitudo, minima non apparet cura: sicut fluctuante & periclitante nauigio, multa solent nauis sociorum delicta perpeti, & perferre, quæ pacato mari non paterentur. *Et qui in agro similiter nō vedeat retro.* Non curet ad sua terrena reuertī, quia iam non erit tempus neque locus, sed solum prouideat sibi, quomodo iudicij metuendo præsentetur saluandus. Hæc similitudo clara est & eadem cum præterita. Sed vnum hoc aduertendum puto, quod idem dicit Marthæus sed ad aliud propositū. Nā in Matthæo ad demonstrandam celeritatem fugæ necessariè volentibus euadere ab excidio Hierusalem: hic verò de tempore ante aduentum Christi loquitur ad significantiā non celeritatem fugæ, sed celeritatem afsectus necessarij ad spiritualia. Intendit enim per hæc aperire quod tunc non erit commoditas temporis differēdi affectum ad spiritualia: sed quam celeritè absque quacunque minima dilatione etiam prætextu cuiuscunque occupationis, adhibendus est animus ad spiritualem vitam. Hūc autem esse literalē sensum testantur subiecta verba. *Memores estote vxoris Loth.* Quæ cum vertisset se retro non habuit tempus vertendi se ad ante. Quo circa nōnet quod neque prætextu tam paruæ morulæ, que occupatur ad tolerandum ea, que domi seu retro relicta sunt, differenda est spiritualis vita. Ideoque non ames hæc terrena: sed

Matth. 16.  
Matth. 24.  
Ied

fed statim trāsi ad cœlestia & spiritualia, nūc  
 quando tempus habes, cogita quæ fœmina il  
 li acciderint: præcaue inordinatam ad tempo  
 ralia affectionem, ne simul cum illa tangat re  
 plaga Dei. Nam sicut illa contra præceptam  
 Dei retro respiciendo, conuersa est subito in  
 statuam falis: qui inmoderate ad carnalia  
 & terrena se vertunt, peribunt. Vnde alibi as  
 ferit Christus Nemo mittens manum ad ara  
 trum, & respiciens retro aptus est regno Dei.  
 Sic multi ex Israelitis qui ad Ægyptum redi  
 re cupiebant, in deserto perierunt. Neemias,  
 & Eldras cōstantissimi fuerunt in ædificatio  
 ne tēpli: à cui⁹ operis cōsummatione nec mi  
 nis nec terroribus, nec vllis obstaculis deterre  
 ri poterūt, quin perficerent. Ideo memēto  
 vxoris Lotb: eiusque exēplo prospice tibi, ne  
 à bono incepto desistas. *Quicumque voluerit a  
 nimam suam saluam facere.* Anima hic pro vitā  
 accipitur corporali: nā illa est, quæ informat,  
 cum sit adus corporis phisici organici. Sic  
 clarè hoc ostenditur in libro Iob, vbi Deus  
 Satanæ dixit, loquens de sancto Iob. Verum  
 animā eius serua. Vbi satis apparet quod de  
 vita & non de anima rationali loquebatur.  
 Nam diabolus non querit nostrā, sed nos: nō  
 indiget nec appetit res nostras, sed animas  
 querit, vt secum in infernū ducat; & cum tol  
 lit nostrā intentione eius est, vt animas nostras  
 acquirat. Ideo frustra loqueretur Deus Sata  
 næ de anima, cum dixit Animam eius serua.  
 Nam diabolus responderet. At ergo quid ali  
 ud nisi animam quero? Sensus ergo illius  
 loci est. Do tibi facultatē vt omnia bona quæ  
 cūque habet Iob, destruas pro libidine tua;  
 eiusque corpus plagis conficias: dummodo  
 non extinguas, neue illius vitam adimas. Ita  
 que qui voluerit hic suam vitam seruare & à  
 persecutionibus & à nece liberare, malens  
 Christum negare, seu æquitatem relinquere,  
 quam seipsum morti & persecutionibus ex  
 ponere, *Perderit illam.* Id est, ad æternam dam  
 nationem perducet. Ad quod propositum  
 nūc dominus Iesus Christus, hæc quæ ad mar  
 tyrium pertinent inter ea, quæ de Iob vltimo  
 iudicio loquebatur admiscuit; Videntur hæc  
 verba non coherere cum superioribus, & cū  
 his quæ post hæc immediate sequūtur. Sed si  
 bene tribulationem illorum dierum in me  
 moriam adducas, & persecutionē Antichri  
 sti in Ecclesiam, non extra propositum hæc  
 dicta putabis. Ipse enim fili⁹ perditionis mul  
 tos faciet martyres, aliosque blandicij, tum

terrorib⁹ à fide auerter, & erit persecutio ma  
 gna & tribulatio tunc temporis, qualis nun  
 quam fuit: ex quo homines esse coperunt.  
 Ideoque admonet Christus, ne hanc vitā car  
 nalem ita diligamus, vt timeamus perdi illā  
 pro Christo: nam qui voluerit illam saluam  
 facere & liberare eam à tormentis, quæ Anti  
 christus fidelibus dabit, consensionis illius sua  
 sionibus amore hui⁹ temporalis vitæ, hic pro  
 fecto illā perdet. *Et qui perdidit illam.* Hoc  
 est vitam suam morti & tribulationibus ex  
 posuerit propter Deum atque iustitiam. *Vin  
 scabit illam.* Vitam gloriæ sibi acquirere meri  
 to fortitudinis & constantie suæ. Hui⁹ confo  
 nat quod in Ioanne dominus loquitur. *Qui  
 odit animam suam in hoc mundo, in vitam  
 æternam custodit eam.* Et iterum Christus.  
*Qui perdidit animam suam propter me  
 inueniet eam.* Quis enim plures facit hanc vi  
 tam, quam pietatē, quam Christum, etiā  
 si videatur ad tempus lucri facere vitam: ta  
 mēn reuera perdit eam. Nullus enim hic vitā  
 suam ultra præscriptum diem valet proroga  
 re, & post hanc vitam, quæ nulli non breuissi  
 ma est, addicitur æternæ morti. Porro quis  
 quis amore Christi vitam suam posuerit in di  
 scrimē mortis, saluā faciet. Oportet nos enim  
 omnino imitari Christum qui passus nobis re  
 liquit imitandi exemplum. Non pudeat di  
 scipulum sequi præceptorem, non pudeat ser  
 uum sequi dominum. Oportebat pati Chri  
 stum, & sic intrare in gloriā suā: ergo oportet  
 & nos per multas tribulationes intrare in  
 gloriā alienam. *Dico vobis in illa nocte erunt  
 duo in lecto vno, vnus assumetur & alter relin  
 quetur.* Hora iudicij etiam, quæ hic proximè  
 copulantur sibi inuicem, diuidentur à diuini  
 cēm: ita quod vnus erit lectus, & propter suas  
 virtutes assumetur ad numerum electorum,  
 occurretque Christo in aera, sicut ait Apo  
 stulus. Nos qui viuimus qui residuimus simul  
 rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Chri  
 sto in aera. Alius reprobus erit, & Iob sua de  
 merita relinquetur inter damnandos in ter  
 ra cum corpore graui. In omni statu sunt bo  
 ni & mali; atque in omni conditione & gra  
 du optimis admixti sunt pessimi. Sic Abel eū  
 Cain, Isaac eum Ismael, Iacob eum Esau, Sem  
 cum Can, David eum Saul, Anna eum Fæne  
 na, & Helias eum Iezabel ad excitationem  
 & meritum honorum. Tunc de iudicentur &  
 mali relinquuntur in terra: & boni assumen  
 tur in aere. Nullus ergo præsumat aut: illa  
 sibi

Matth. 14

Ioan. 16  
Matth. 16

Luc. 24

1. Thess. 4

Gen. 4.  
Gen. 27.  
1. Reg. 1.  
3. Reg. 18.  
Primer. 17.

sibi securitatem promittat: imò beatus homo  
 qui semper est pauidus, tūc erunt securi, qui  
 modo non sunt securi. *Due erunt moles in  
 vnum: vna assumetur & altera relinquetur.*  
 Quod erit de viris idem de mulieribus: quia  
 de vtroque sexu & de omni statu lingua &  
 natione assumentur & relinquentur: vna tan  
 quam bona erit saluanda, altera autem tan  
 quam iniqua condēnanda. *Duo erunt in agro  
 vnus assumetur, & alter relinquetur;* Diuinæ  
 electionis gratia describitur dicendo; assu  
 metur: descripta præsertim paritate status quie  
 tis in lecto, & laboris molendo. Similiter quo  
 que meritum reprobationis significatur, dicē  
 do relinquetur. Non potest qui relinquitur si  
 bi ipsi imputari relinquēti nisi negationē gra  
 tiæ, sed suis imputet meritis, quidquid sibi  
 euenierit. *Obserua autem quod de duobus  
 vnus dicit, quod assumetur & alius quod re  
 linquetur.* O vnam mediā partem hominū sal  
 uetur, optandum illud esset: & non tanto pe  
 re formidaremus, tremendum illud quod ex  
 quatior feminis partibus sola quarta profes  
 cit. Vigilandum ergo nobis erit, si ex duobus  
 vnus est relinquendus. Præterea, assumetur,  
 dicit, & relinquetur: sed tacetur quod assu  
 metur, & quo relinquetur: neutrum enim huma  
 nus animus capere potest. Assumetur inquā  
 ad gloriā, & relinquetur ad penam. *Quan  
 ta autem hæc beatitudo ad quā boni assumentur,  
 sit, dici non potest: quia nec oculus vidit,  
 nec auris audiuit nec &c.* Similiter dicēdum  
 est de penā. *Quæ dicitur dū est vltimus, quod  
 quantus bonos posuerit duos in lecto, duos  
 in mola & duos in agro, quod voluit domi  
 nus significare numerum electorum parē fu  
 turum, cum numero reproborum.* Nam alibi  
 legitur multos fuisse vocatos, paucos vero  
 electos: & paucos ingressuros arctam viam,  
 plurimos autem latam viam, quæ ducit ad per  
 ditionem. Non ergo hic de numero electorū  
 sermo est, sed de hoc quod nec res, nec locus,  
 nec vitæ genus nobis causa est mortis aut vi  
 tæ: quia ex eodem lecto vnus assumetur alter  
 relinquetur: ex eodem lecto vnus saluabitur,  
 alter damnabitur: ex eodē agro vnus eligetur  
 ad regnum, alter ibit in æternum supplicium.  
*Quare hoc? Quia diuersis vtitur affectibus  
 in hac vita, vnus est deditus terrenis rebus  
 alius cœlestibus: diuersæ voluntates & amo  
 res diuersa habebunt loca. Dixit ergo quod  
 ex eodem lecto, mola & agro vnus assu  
 metur, & alter relinquetur: ad designandum,*

Luc. 8.

1. Cor. 2.

Matth. 20

Marc. 7.

quod de omnibus statibus aut modis viuēdi  
 saluatur aliqui: & per istos tres modos signat  
 alios omnes modos. Nam hominum quidā  
 sunt ociosi, & inueniuntur ociosi in die iudi  
 cij: alij sunt occupati. Ociosos significauit per  
 eos qui in lecto sunt: quia lectus est locus quie  
 tis. Occupati autem sunt dupliciter, quidam  
 sunt occupati in rebus domesticis, quidam in  
 rebus forensibus: primos occupatos per mō  
 res significauit, quia molere ad mola manū  
 lem intrā domum est: secundos significauit per  
 exiitentes in agro. *Docemur hic non confi  
 dere in statu, honore, nobilitate: quia locū  
 aut status cuiuscunque perfectionis aut digni  
 tatis sit, erit bonus & malus. Nihilominus bo  
 nus assumetur & malus relinquetur: & vnus  
 frater saluabitur, & alius damnabitur: Tunc  
 enim nihil valebit nisi bona conscientia. Ter  
 tiore enim iudicij separabuntur boni & mali:  
 Nam adueniente illo igne cōflagrationis om  
 nia peribunt, & omnes homines morietur &  
 i. Thess. 4  
 qui viuētes inuenti fuerint subito morietur,  
 & subito resurgēt, sed boni ab angelis rā  
 pientur: & in ipso raptu suo, dicuntur morietur  
 ti, & simul resurrecturi, & educentur tunc ad  
 ærem altum vt ibi sint simul cum Christo  
 dicantes, vel saltem audientes: mali verò nō  
 rapiuntur, sed manebunt in terra, & ibi indi  
 cabuntur. *Obserua etiam quod prius dixit  
 Christus, vnus assumetur & postea, alius relin  
 quetur: prius enim locutus est de præmio, po  
 stea de tormēto: quia facilior est dominus ad  
 præmiandum pios, quam ad puniendum im  
 pios. Respondentes dicunt illi, vbi domine? Au  
 dientes discipuli dominum multa dicentem  
 de regno Dei, quod tamen ipsi non intelli  
 gebant præ carnali illa opinione de regno murt  
 dano Messie, interrogant vbi sit locus in quo  
 assumēdi sūt aliqui, & aliqui relinquēdi. Chri  
 stus vero cognoscens eorum imbecillitatem,  
 similitudine quādam respondit, quæ subindi  
 care voluit non esse multum cogitandum de  
 his curiose: vnusquisque enim ad suum locū  
 perueniet. Imbecillitas & ruditas discipulorū  
 non ferebat vt hæc tam alta mysteria eis pan  
 derentur: quare vsque ad suum tempus Chri  
 stus differre voluit, sed pro nunc aliqua simi  
 litudine respondens dicit. *Vbi cum fuerit cor  
 pus, illic congregabuntur & aquila.* Vbi fuerit  
 Christus homo vere corporeus, qui in hac vi  
 uitate glorificata iudicabit: ibi congregabū  
 tur ante ipsum omnes gentes. Dixit ergo quod  
 apparebit subito omnibus hominibus, sicut  
 fulgur**





mo efca, filum trahit, inclinatur harundo picis pondere, & torquetur: sic multi iudices iustitiae virgam rectam tenent dum pondere donorum non tentatur, cum autem cliens aliquis accedit precium pro iudicio pollicens, inclinatur, sepe etiam frangitur iustitiae sacra sancta aequitas. Cum Deus misit Moſen ad Pharaonem habebat virgam in manu, quoniam facturus erat iudicia in Aegyptios: cuius quidem iustitiae virga cum Moſes caput apprehenderet serpens erat, cum vero caudam, in virgam vertebatur. Quia hoc habet iustitia, vt si quis principium aspiciat mordere videatur reum: sed si finem inspexeris, virga est aequans inaequalia. Verum virga in terram proiecta in serpentem vertitur. Quonia iudex terrena cupiens omnia veluti serpens deuorat: sed si iudex finem considerauerit accipiens illam cauda, & finem iudiciumque futurum perpendit, videlicet quomodo ipse etiam a Deo iusto iudice sit iudicandus, iam tunc non serpens sed virga aqua erit. Ideo

**Deute. 16.** Dominus Moſi praecipit dicens. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populo iusto iudicio: nec in altera parte declinent. Talis erat ipse Moſes de quo habetur in Exodo. Stetit populus iuxta Moſem de mane vsque a vesperam. Audiant haec nostri iudices, qui vix ad vnam horam se rant litigantium importunitatem. Expende etiam quod dicit, iuxta aut supra Moſem: moſtros vero nemo audeat tangere, nec pauperes sine summo timore accedunt. Quos Dominus accusat per Esaiam. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequantur retr. bationes, pupillo non iudicant, & causa viduae non ingreditur ad eos. Talis erat iste, de quo nunc est sermo, ad quem causa viduae non ingrediebatur: atque ideo subditur. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eu dicens Vindica me de aduersario meo & nolebat per multum tempus. Posuit exemplum in vidua vt in foemina, quae natura sua fragilis & vitibus, virique auxilio destituta est. Sic notantur iniqui iudices qui humillima quaeque seuerius puniunt, nec ius dicunt nisi potentibus. Huic viduae fragili & deserta viri auxilio iniuria facta est: habebat enim aduersarium potentem, siquidem eum aduersarium nominat. Potuit autem esse, quantum cogitare possumus, aut mercator, aut publicanus, aut exactor, quorum officij est, non modo debita, sed etiam plura quam debita

sint exigere. Aut forte habebat haec foemina aliquem fundum aut praedium iuxta alicuius diuitis limitem, qui viduae iniuriam inferre quacunq; ratione posset: ea de causa cupiebat, vt aut parter aut totum praedium viduae illius arrogaret sibi, & adiuget. Vt cuiq; sit hoc constat verissime foemina hanc iniuria esse affectam, quo in casu iudice nullum inueniret iustitiae amarorem, quonia potentem aduersario existente rarissime iustitia exhibetur fragiliori. Quare nihil vnam profecit, nec precibus, nec querelis, quibus saepe numero crudeliter sollicitauit iudicem. Quod vt inuicem nostris temporibus adeo frequens non esset, vt potius de iniuria huic viduae illata querentes omne in hac materia sermone consumere mus, qua ad tempora haec nostra praesentia oculos conuertentes in tot iniurias innocentium incurreremus. Na quis est qui regum curias, ciuitatum iudicia, sicis oculis possit intueri: quibus in locis tot viduarum cateruas aliorumque hominum miseriarum, eiecitas, & oppressas passim videmus: quibus non modo non patent iustitiae, sed nec etiam portarum aditus, a quibus per immanes iniquitatis ministros summa cum ignominia submouetur? Non sic faciebat ille sanctus vir, qui dixit. Oculi viduae expectare non feci. Post haec autem dixit intra se. Et si Deum non timeo, nec hominem reueor tamen quia molesta est mihi hec vidua vindicabo illam ne in nouissimo veniens suscipiet me. Ecce quod saltem iste licet iniquus esset, tamen pro vitanda molestia iustitiam facit, & vindicat illam. Sed iam nunc multos iudices inuenies peiores isto, qui nec ob Dei timorem, nec propter hominum pudorem, nec aliqua importunitate volunt iustitiam facere: de quibus potest dici illud Zachariae. Cor suum posuerunt, vt adamantem: ne audirent legem. Porro sugillare est carne maculare ex percusso a sugendo, quod succus id est, livor deducatur. Graece verbum est. *υαωωωωωω*. Solet etiam accipi proaccusare, damnare, & reprehendere, sicut accipitur hic. Ille enim dicitur sugillare, qui cogitur vt rationis obmutescere: vel qui tandem clamorum suffocatur. Timebat hic iudex ne postea ab hac muliere coram superiori iudice accusaretur, & vt se hac molestia & periculo liberaret, statuit iustitiam illi facere, licet animo inuito. ¶ Discant ex hoc loco iudices supremi, a quibus non est appellatio quales esse debeant: nepe vt eorum iudicium actum sit. Cum enim Dominus vellet ciuitates Sodomorum subuerrere, occurrit ei sanctus senex Abraham

Gen. 19.

ham dicens. Absit hoc a te, vt perdas iustum cum impio qui iudicas omnem terram. Ac si diceret. Tu qui iudicem superiorem non habes, a quo possit appellari, vide quid facias quia supremus es iudex: & iudicas omnem terram. Discant ergo supremi iudices, vt summe aduertant ne quid iniuriam faciant, cum non habeat, qui eorum sententias corrigant. Discant etiam omnes praetati, diuites, & potentes, ac principes non oportere pauperes, ne in nouissimo sugillant eos: quia in die iudicij importunis clamoribus coram Deo supremo iudice caeli & terrae accusabunt eos. Vnde Sapiens ait. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Venient enim tunc ante tribunal Christi diuites, tyranni, & iniqui iudices pupillorum, & viduarum oppressores: ubi erit pupillorum accusatio grauis, & allegatio dura. Suffocabuntur enim ita, vt non possint respondere: sicut ille, de quo Evangelista Matthaeus ait. At ille obmutuit. Applicat iam nunc Christus ad propositum parabolam. *Sit autem Dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum.* Concludit parabolam arguendo. Quod si iudex iniquus viduae precibus viduae disposuit tandem vindicare viduam: quantum magis Deus iustissimus faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se? Quapropter Deum oremus, petitionesque nostras coram illo constituamus. Hoc enim hic docet Christus vt in tribulationibus nostris nomen illius inuocantes, omnesque dolores, & labores in manibus eius deponentes, deinceps de salute sumus secuti. Ipse naque cum opus fuerit nos auxilio solabitur suo, quod si statim non exaudierit preces nostras ne diffidamus, sed potius in oratione perseueremus. Nam si iudex ille iniquus viduae iustitiam fecit ab illa sollicitatus: quid faciet Dominus iudex iustissimus Non poterit ceteris precibus nostris non acquiescere, si perstiterimus. Hoc igitur Dominus in tota hac parabola praecipue intendit: nempe vt perseuerantes simus in oratione. Cum enim dixisset, oportet semper orare & non deficere, statim adduxit parabolam: vt nobis orationis assiduitatem, & perseuerantiam suaderet. Eandem doctrinam scripsit noster Lucas in capite vndecimo, ubi Dominus etiam frequentem orationem

Sap. 8.

Mat. 23.

Iob. 31.

Zach.

commendat, in cuius rei confirmationem adducit parabolam de eo, qui ab amico tres panes commodatos petiuit: facta hac consideratione, si non dederit, eo quod amicus est, saltem propter importunitatem dabit, quotquot habet necessarios. Eodem modo hic dicitur, si iudex iste noluerit iustitiam ob virtutem facere, saltem ob importunitatem faciet: quare multo facilius Dominus si eum sollicitaueris preces tuas, motus exaudiet. Et hic est huius parabolae sensus. ¶ Verum pro maiori explicatione aliquorum verborum contextus, obserua quod iste clamor continus electorum non est formaliter petitio vindictae (quanuis vindicta iustitia sit punitiva, vt sancte possit desiderari) sed est formaliter petitio quod adueniat regnum Dei. Est formaliter desiderium beatitudinis perfectae (in anima, scilicet, & corpore) cum aduenierit regnum Dei, & quia regni Dei aduentus annexam habet vindictam, hoc est iustitiam punitivam iniuriarum illatarum electis Dei, ideo clamor iste est virtualiter petens vindictam. Et quoniam electi continue suspirant ad regnum Dei: ideo quotidie dicuntur petere vindictam clamando die ac nocte. Et conformis est haec sententia clamori martyrum: iuxta illud Apocalypsis. Sub altare Dei vidi animas interfectorum propter verbum Dei, & clamabant dicentes. Vsq; quo Domine non vindicas sanguinem nostrum, &c. Obserua etiam quod dicit Deum vindictam sumere nomine electorum non reprobatorum, quorum condemnatio hic incipit. Sed procedamus. *Verum tamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra.* Post orationem optime nunc agit de fide: quia ubi fides non est, deficit oratio. Sic Paulus ait. Quomodo inuocabant in quem non crediderunt? Nulla erit orationis vis ubi fides defecerit. Quoniam autem oratio animam optime praeparat ad expectandum iudicij supremi aduentum, qui veniet, vt faciat vindictam electorum suorum, prius locutus est Dominus de oratione, nunc vero de aduentu suo loquitur: quando veniet, vt visceatur & puniat illos qui seruos illius iniurijs & incommodis affecerit non verentur. Et tunc cum venerit putas quomodo inueniet fidem super terram? Quanuis Deus sic zelatur pro suis electis, tanta tamen erit tunc malorum multitudo, vt apud paucos vera fides inueniatur. Et si nunc venieret, ubi inueniret fidem? Quot videmus in praesenti se-

Apo. 6.

Rom. 16.

culo schismata, quot haereses, quot impias opinionones: Non loquor de Turcis, nō de Iudeis, non de haereticis, sed de his etiam qui sibi videntur, & ab alijs existimantur Christianissimi. O miseram & infirmam fidem. Praeterea si loquamur de fide, qua homo homini fidem vel habet, vel seruat, neque illa suo loco habetur: sed tanta est hominum huius seculi vanitas, vt merito illud ethnici locum habeat. Nusquam tuta fides. Quocumque enim te verteris vix inuenies, cui tuto fidas: nec qui sibi fidere aufit. Sicut enim Deo neq; fidimus, neque fide seruiamus: ita & homines aliquando nec nobis fidem vel seruat vel habent: vt sic par pari reddatur. Iam syncretitas antiqua perijt, abierunt aurea illa secula: modo enim nemini fidere audemus. Quoniam olim omne as alienum sine testibus: & sine chirographo probatissimū erat. Nunc è conuerso etiam testibus & chirographo ipso fidem facientibus audent debitores debitum negare creditoribus. Tanta est in hominibus perfidia & nequitia. Quae de causa, nec amicissimis & notissimis iam fidem facimus sine iactura. Olim Gabaonitae venerunt ad Iosue, & credidit eis: vbi duo considera, de illius temporis bonitate & syncretitate. Primò quam sancta erat illius tēporibus fides, vt fallere aliquos posse non crede retur. Sancti qui ceteros de suo affectu esse existimabant: quia ipsis amica est veritas & non mentiuntur: ita mentiri neminem putāt, & quia ipsi alios fallere nesciunt, non putāt quod alij fallant eos. Hinc Salomon ait. Innocons credit omni verbo. Non est in Iosue & in suis vituperanda facilitas: sed laudanda bonitas. Arguendi sunt quia Deum non consuluerunt: & commendanda animi syncretitas & bonitas mentis, qui Gabaonitas mentiri non crediderunt, sed bene de proximis iudicabant. Hoc est innocentem esse, ignorare quod nocet: & si circumferibitur ab aliquo de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitrat. Hac igitur mentis suae deuotione inclinatus, vt crederet testamentum disposuit, pacem de dit, & confirmauit societatem. Secundo expende, quod vbi ad terras eorum ventum est de prehenſa fraude, nihilominus tamen fidē seruauit, & reuocandam non censuit ne fidē suā solueret: quauis aliena perfidiam apprehenderet: sed nunc nec fides, nec pacta, nec iuramenta seruantur. Mirabile exemplum de fi-

de seruanda narrat Diuus Augustinus de M. Regulo, qui captus in primo bello punico à Poenis cum esset Romam missus ad captiuos commutandos, iurassetque se redditurum, redijt quidem non commutatus captiuus quauis ab amicis retineretur Romae: maluit tamen redire ad hostes ad exquisita supplicia quam fidem hostibus crudelissimis datā nō seruate: & sic C. harraginem reuersus est. Paucos nunc M. Regulos inuenies vbi iam nulla fides aut promissio seruatur. Sed de his iam satis. Igitur quia Christus haecenus fuerat locutus de necessitate orationis: modo docet qualis oratio debeat esse: nempe humilis & modesta. Erant etiam ibi pharisei qui orationes longas faciebant & putabant magnam se habere fidem, & quod non essent ipsi de numero illorum, in quibus non inueniretur fides: & de se magna confidebant. Docens itaque hos, quomodo nihil de se sit praesumendum & quomodo oratio humilis esse debeat subdit Evangelista, dicens. Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti & aspernabantur ceteros parabolam istam, dicens. Duo homines ascendeant in templum vt orare vnus pharisaeus & alter publicanus. Vulgo dicitur solet nullum est malum quod aliquando non sublequatur bonum. Pro nobis quidem verisimum est: quoniam tanta est Dei misericordia, vt non solum ex bonis, sed etiam ex malis occasionem benefaciendi capiat. Peccauerunt Angeli in caelo contra suū creatorem peccauerunt certē & grauissimē. Quapropter omnipotens Deus hominem creauit: vt enim ait Diuus Augustinus. Homo ea de causa creatus est à Deo, vt implerentur Angelorū sedes, quae vacuae manserant. Creato autem homine ad illam supremam felicitatem, accidit aliud flagitium: peccauit enim ille homo recenter creatus contra Deum, & inobedientia sua iustitiam originalem perdidit, simul cum gratia & amicitia Dei. Ex hoc tamen malo, ingenium secutum est bonum: nam Deus vt hominem quem ad similitudinem suam formauerat in pristinū statū restitueret, homo factus est. Venit enim filius hominis saluū facere quod perierat. Verū bonū hoc ingenti scelere contaminatum fuit. Perfidij enim mortales Christum Redemptorem suum cruci affixerunt: non tamen tanto crimine tardior facta est Dei misericordia, quin ipsa Christi morte saluē hominū excogitauit. Ex summo igitur omnium mortaliū malo, sum-

Aug. lib. i. c. vii. ca. 11.

Aug. ubi cap. 19. Gen. 1.

Math. 5.

Deute. 32.

1. Cor. 4.

Isa. 54.

mum effecit Deus omnium bonorum bonū. O quam bonus est Deus qui (vt ait Moses in Cantico suo) sicut eduxit mel de petra, oleūque de saxo durissimo: ita educit ex duro peccatoris animo mel deuotionis & suauitatis, & oleū misericordiae. Sic etiā iusti sepe post peccatiferentiam seruati in Deo. Quod diabolus è diuerso, ex bono elicit malum: quoniam quē admodum Deus ad bonum est, vt ex malis etiam possit creare bona: sic diabolus adeo est malus vt ex bonis etiam possit conficere mala. Nam cum Deum creatorem emulari velit in operibus contrario modo omnia operatur, nec amplius assequitur, quam apparentiā quandam bonitatis, velut simia naturae humanae imitatrix, vt ergo Deus, ex elemosyna pietatem, ex oratione deuotionem, ex ieiunio continentiam, ex decimarum solutione iustitiā, &c. educit. Sic è contrario diabolus ex his omnibus arrogantiam, superbiam, & ad ceteras virtutes ignauiam, quam apparentiā quam arrogantia & humilitas: At arrogantia diabolus ex virtute educit: Deus verd ex peccato humilitatem procreat. Virtutem autem in hac parabola licet intueti, poteris considerare opera Dei in illo publicano, qui peccatū suum cognoscebat, humilitatem meruit salutem, diabolus vero in pharisaeo, qui legem obseruans superbia sua omnia bona opera in qua auit, Hoc summatim dictum sufficit, postea cum de vtraque persona tractabimus, futurus agemus. Nunc singula verba huius parabole explicemus. Ait itaque Evangelista. Dixit ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & ceteros aspernabantur. Ad quosdam videlicet arrogantissimos & vanos, qui cum per se nihil sint, plus aequo sibi tribuunt & vendicant. Hoc vanissimum est. Primo quia incertum est homini quando iuste operatur: itaquam iusti, vt docet non vere, fuisse iustos: nam si vere iusti fuissent, iustitiam suam non sibi, sed Deo retulissent acceptam. Vanum itaque est confidere in sua iustitia: cum nesciat homo an iustus sit. Secundo non est confidentum in propria iustitia, quia iustitia nostrae non sunt pura: iuxta illud Esaię. Facti sumus vt imundi, omnes nos: & quasi pannus men-

struatae omnes iustitia nostrae. Tertio non est confidentum in propria iustitia, quia nō est stabilis homo enim quantumcūque magni meriti sit labi potest, vt Dauid, Petrus, & multi alij. Adam cecidit, & etiā Angeli, qui eminentis erant naturae. Vnde Iob. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. Quis Sanctorum fortior, Dauid sanctior, Nabuchodonosor potentior, & Petro feruentior? Sed omnes isti propter praesumptionem corruerunt. Senacherib omnem fiduciam suam constituebat in magnitudine sui exercitus: at sanctus Rex Ezechias Deo tantummodo fidens victoriam obtinuit, Hierusalem liberata ab hostibus, occidit enim Dominus centum octuaginta quinque millia illorum, & postea Senacherib ipse à filiis suis fuit occisus. Ita prostrauit Domius Holophernem cum omni Assyriorum exercitu in die quibus ait Iudith loquens de Deo. Qui confidunt in multitudine sua & gloriantur, &c. Quapropter istis, qui sibi ipsis confidunt non Domino ait Propheta Amos. Vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariae optimates capita populorum: ingredientiēs pompatice domum Israel, Discamus ex hoc loco nihil nobis confidere, Ne confidas in diuitijs: quoniam scriptura ait. Vae vobis diuitibus, qui habetis hic consolationē vestram. Ne confidas in viribus, multi enim fortissimi fuerunt duces in seculo, quorum nomina prorsus ignoramus: ait enim scriptura. Potentes, potenter tormenta patientur. Ne gloriaris in aedificijs, aut equis mundique luxu: quoniam inquit Hieremias. Vae qui aedificatis iniustitia. Ne confidas in nobilitate generis, aut corporis pulchritudine: scriptum enim est. Vana est pulchritudo. Ne multum tribuas velocitati, reliquisve artibus humanis, quibus bruta sunt hominibus praestantiora. Ahael, qui erat velocitate parcauris, quae morantur in syluis occisus fuit, quia Abner sequebatur. Ne iactes literarum cognitionem, si quidem nemo adhuc extitit aequalis daemontibus scientia, qui tamen omni scientia sua inferni poenas euadere nō possunt. Non adhibeas fidem fauori, aut gratiae principum. Aman enim Rege Assuero gratissimus eo die, quo cum Rege suo conuenerat ab illo suspectus est. Ideo Dauid. Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum: in quibus non est salus. Hos ergo qui virtute sua, & viribus confidunt, alloquitur Chri-

Iob. 4.

Iudi. 16.

2. Reg. 19.

Dan. 4.

Math. 26.

4. Reg. 18.

Tob. 1.

Iudith. 9.

Amos. 4.

Luc. 6.

Sapient. 6.

Jerem. 23.

Prover. 31.

2. Reg. 21.

Hester. 7.

Psal. 146.

Ios. 9.

Proo. 14.

Ioan. 2.  
3. Reg. 8.

flus dicens. *Due homines ascendebant in templum: ut orarent unus Pharisæus, & alter publicanus.* Ad orationem ascenderunt. Ad hoc enim factum est templum: iuxta illud Saluatoris. *Domus mea, domus orationis est.* Et Salomo orans Domino dixit in templo. *Exaudies deprecationem, quodcumque oraverit in loco isto: Quoniam multi sunt, qui tem-  
plis utuntur non ad orandum sed ad negociandum aut (quod turpius est) ad peccandum: quibus multo esset melius si nunquam templum ingrederetur, ut huic Pharisæo accidit, qui in templum intrans arrogantia & superbia perdidit: quidquid antea virtutis habebat. Sanus igitur fecisset si se domi continuisset. Ierat ad orandum, & pro oratione peccatum admisit: cuius exemplo omnes caveant sibi, ne quid aliud in templo faciât quâ preces effundere animumque totum Deo tradere. De ijs enim qui contra faciunt conquiratur Dominus iniquis. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? quia in via affectus est iniuria, lenius ferre solet quam si in propria domo fuisset iniuria passus. Vnde illud vulgo celebratum exaggerationis argumentum. *Vim mihi intulit etiâ in domo mea.* Quare Rex Assuerus ut Amâ grauius peccasse probaret, dixit. *Etiâ Reginam vult opprimere me præsentem in domo mea.* Ita etiam offendunt Deum qui in templo peccant: quoniam a deo impudentes sunt ut Deum in propria illius domo non vereantur offendere. Ita nunquam legitur Dominum adeo indignatum fuisse, quam cum videntes & emétes in templo inuenit, quò in casu ille qui omnibus alijs peccatoribus semper pepercit tam grauius succenset hominibus: inueniens quam sibi displiceat templorum violatio. Oportet ut in loco sancto sanctus sis: nam quid prodest quod locus sanctus sit, si tu sanctus non es? Hic Pharisæus in templo erat, sed in eo superbe egit: locus enim non iustificat hominem. Quapropter disce in loco sancto Dei orare passim, & verba diuina atrentè & deuotè audire, &c. *Pharisæus stans hæc apud se orabat.* Cum enim preces eius debuerit ad cælum ascendere, gloria tamen inanis meritorum suorum hoc faciebat ut orans apud se esset, & tamen vera oratio extra se rapit orantem. Præterea, ratio hæc indicium præbebat inflati animi, quam Deus semper odit. Contra vero cor contritum & humiliatum nunquam despicit. Vnde in Ecclesiastico hæ-*

Hiere. 11.

Heser. 7.

Ioan. 2.

Psal. 50  
Eccle. 35.

betur quòd hominis seipsum humiliat oratio, nubes penetrat. E diverso autem quæ oratio illa erit, ubi humilitas non est: imò in quanos humilitatis pudet? Salomon erat omnium diuissimus & gloriosissimus Rex, quâ iudiciorum omnium populorum flexis orare. Daniel in die ter cadebat in genua in oratione. Moses cadebat in facie in sua oratione. Et ipse Christus cælorum Rex procidens in hortu orabar Patrem. Et quid solum hos comemoro? In Apocalypsi Ioannes videbat non solum viginti quatuor seniores, sed etiam omnes Angelos in cælo in facie procidere ante Dei thronum. In Job quoque scriptum est, quod etiam columnæ cæli ante Deum cõtere miscunt: denique obfuscant omnes creaturæ ad diuinam maiestatem, & hic superbus Pharisæus peccator & in purgatio homo in terris, erecto collo & capite, coram Deo audebit stare & comparare? Sed non solus est hic Pharisæus, qui superbe & arroganter est in templo. Nam nostris temporibus videmus etiam mulieres pulcherrimas stragulis cubantes, missæ, sacrisque concionibus interesse. Et existimo breui fore, (ea sunt sustulit incrementa) ut cernicalia, ipsosque lectos in templo transferant ut mollis cubent. Sed quia in capite secundo huius cum Simeonem venit in spiritu in templum de his locuti sumus: nunc duo obseruamus hic. Primum horum est, quod hæc cæremonia Ecclesie quanuis de essentia non sint, tamen maximam animi superbiam ostendunt qui eas omittunt. Quare quæ enim potissimum omnium sacrificium & maximè acceptabile sit cor contritum, humile & mundum: corpore tamè humilitas sicuti genu flexio, &c. Multo adiuuat ipsius cordis humilitatem, sensualitytem frangens, animamque erga Deum disponens. Quare cum Christus & Apostoli hæc externas cæremonias non modo docuerint, sed etiam commendauerint, stupenda videri debet eorum impudentia, qui hæc in missa, & reliquis diuinis officijs audent contemnere. Secundo obserua quam difficile & atrox sit superbia vitium: omnia enim alia non semper apparent, latent interdum, quia nunquam occultari possunt, non nunquam etiam acquiruntur. Nam verator si domi peccat, foris non item: libidinosus etiam non semper nec in omni loco flagrat: frigidus aliquando, vel naturæ fragilitate, vel vitij tædio. At superbus in lecto in mensa, in foro, in templo, in

3 Reg. 1  
Dan. 8.  
Nume. 14  
Luc 22.  
Apocalyp.

Job. 26.

Proph. 18.

Genes. 19.  
Genes. 32.

3 Reg. 7.

Dan. 3.

Dan. 9.

Ephe. 5.

Dan. 4.

Indi. 14.

omni denique loco & tempore, domi, forisq; in dicitur ostendit tumoris sui, ut in hoc Pharisæo videmus. Qui ubi arrogantiam suam in primis cohibere & occultare debuisset (si quidem in conspectu Dei constitutus nihil aliud non modo velle sed nec cogitare quid debet nisi quod primum sanctum que sit) ubi superbissimus fuit: sed nec veritus est illum offendere, à quo multa peritum venerat. Sed iam eius orationem audiamus. *Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut hic publicanus.* Iustus in principio accusator est sui, & sic oportebat, ut iste faceret: tamen à suis laudibus incipit. Abraham rogans pro Sodomitis coram Deo se humiliabat. Quia, inquit, semel cepi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Ac si diceret, Ne irascaris mihi, quod pro alijs oro: qui tamen ipse peccator sum. Sic faciebat Iacob dicens. Domine Deus minor sum omnibus miserationibus tuis. &c. Sic etiam Dauid. Quis ego sum (ait) Domine Deus, & que domus mea quia adduxisti me huc vsque? Sic etiam faciebant socij Danielis dicentes. Domine Deus iustus es, in omnibus quæ fecisti nobis. Sic & ipse Daniel dicebat. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio, &c. Hunc in modum consistentur probi omni tempore in sua oratione propria sua peccata: contra autem impij à suis laudibus incipiunt, sicut iste qui gratias dabat, qui non erat sicut ceteri. Sed cur iste male egit dandò gratias Deo, & numerans bona sua cù Paulus dicat quod in omnibus gratias agamus? Dauid etiam & Ezechias, Paulus quoque & Zachæus, & alij bona sua narrauerunt. Cur ergo iste damnatur? Aliud est gratias agere cognoscendo Deum autorem bonorum, & aliud est bona habere reputando quod à se ipso vel suis meritis Deus illa dederit, & proximum contemnendo. Quapropter aduerte quod triplex est genus superborum. Quidam sunt quod ea quæ habent non putant à Deo se habere: sed quod suis viribus, ingenio, aut sollicitudine illa acquirerint. Talis fuit Nabuchodonosor qui dicebat iactanter. Nonne hæc est ciuitas magna Babylon quam ego edificauit, &c. Et sic Sanson hæc tacens vanitate dixit. In mādibula asini percussit eos. Quos Dominus percussit dixit quod ille percussisset. Quapropter statim Deus illum magna siti percussit: ita ut penè moreretur. Sicut etiâ vox dixit de cælo Nabuchodonosor Regi. Regnū

tuum transibit à te. Est etiam Deus honoris sui Zelator, soletque retributionem suam tucri, quotiescunque ab hominibus vsurpatur. Aduersus hos loquitur Isaias dicens. Nunquid glorietur securis contra eum, qui secatur in ear aut exaltabitur terra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuatem se & exaltetur baculus qui vique lignū est. Et videas quomodo Deus zelat suum honorem statim subdit pœnam. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tennitatem & subterbi gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. Et Paulus etiam contra istos. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. Iacobus Apostolus etiam ait. Omnia datam optimum, & omnem donum perfectum de sursum est à Patre luminum. Et rursus Paulus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra à Deo est. Si homo ex se sufficientis non est ad cogitandum bonum, quod est minimum inter bona opera: quid poterit ad agendum? Vnde Dominus: Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum. Et per Oseam, Perditio tua (inquit) ex te Israël: & auxilium tuum ex me. Per se vadit homo ad peccatum, sed non redit: per se nauis descendit in rapida aqua, sed non ascendit. Terra spinas & tribulos per se profert, sed non per se triticum: mater enim est herbarū, & nouerca tritici: Sic homo per se potest facere malum, sed non bonum, meritorium vitæ æternæ sine gratia Dei. Ideo Dominus. Sine me nihil poteris facere. Omnia bona tua tam corporalia, quam spiritalia à Deo sunt. Cur igitur superbis? Multi adeo arrogantes sunt, ut si audiant se ab omnibus amari statim respondet urbanitatem suam liberalitatem, & bonum ingenium amoris illius esse causam. Si vero audiant valetudine, viresque suas in pretio esse gloriantur, & dicunt: continentia mea, vitæq; moderatio hæc mihi præstitit bona. Quorum quata sit superbia: nemo non videt: quādo ea bona quæ Deo sunt, ut auctori suo referenda, sibi tribuunt. Alios inuenies nihilo meliores, à quibus si petas, qua ope diuitias comparant, iactant in dultriam suam, dicentes. Indos petiui, inauditas nationes penetraui, ibique ingenio meo hæc omnia mihi confeci, quæ vides. O insane. Nonne alij in eis democjs quibus tu versata ditescere nunquā poterunt? Nonne etiâ alij multi te ditiores effecit,

Esa. 10.

1 Cor. 4.

Iacob. 1.

1 Cor. 3.

Ioan. 6.  
Osee. 13.

in mari cum omnibus diuitijs suis perierunt? Igitur ad auerentissime cur manus Deo esse ingratas, quam Deo omnia quae habes accepta referre: liquidem & qui non habuerunt Dei auxilio consequuntur, & qui habent Dei patrocinitio opes suas à mille periculis tuentur. Quod si opponas: pro haec omnia bona mea possideo, nihil hic ad comparandum, aut casus aut auxilium vllum promouit: pater mihi reliquit. At patri quis dedit: auus autem atauus. Fateor: sed si perstitero omnino deueniendum est ad illum, qui habuit à maioribus suis nihil. Sed sint ita sanè omnia bona tua hereditaria: quae ope conseruas, quae mille modis diligentissimos dominos deserunt: quo auxilio denique vales (quod praestantius est) & spiritum ducis ad illa perfruenda? Nullam ergo excusationem afferre potes tuæ ingratitude: nisi Deum datorem omnium bonorum cognoscas: at si cognoueris quot bona consequantur, inde gratus eris, & plura in dies beneficia consequeris. Aliud genus superbiorum est, qui etsi omnia beneficia à Deo fateantur accepta, non gratis tamen sed meritis suis sibi concessa autuant. Habent in memoria aliqua pietatis opuscula: quae aliquando fecerunt: & ideo valetudinem suam, bona temporalia, & etiam animi tranquillitatem iam pridem sibi debitam, & ita nihil accipiunt de manu Dei ut gratuitum, sed ut debitum. Horum tamen non modis superbia, sed etiam stulticia est mirabilis, nam quae habemus, non quia boni sumus habemus, sed quia bonus est Deus. Vnde Christus Apostolis dixit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos ut eatis & fructum afferatis. Quasi diceret. Haec omnia quae facitis, mea opera sunt. Nihil enim quis conari potest nisi praua gratia diuina, quae dormientes excitat, pigros strenuos facit. Non quia boni eramus futuri, elegit nos Deus: sed quia elegit nos Deus, boni sumus. Quare gratia Dei gratis dari dicitur: quoniam sola Dei bonitas in causa est, ut hominibus detur. Ideo Paulus. Si gratia ex operibus, gratia non est gratia. Vnde in capite immediatè precedenti Dominus dixit. Cum feceritis omnia, quae precepta sunt vobis, dicite serui inuiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Et quia ibi satis diximus, in hoc loco de merito nostrarum operationum super sedendum puto. Nunc tertium genus superbiorum videamus: illos nempe qui licet sciant bona quae habent esse à Deo & non ex meri-

tis suis data, tamen in illis gloriantur ac si sua essent: gloriam Dei usurpantes: ut fecit hic Pharisaeus, de quo non loquimur. Propter hoc peccatum non peruenit ad Moses & Aaron in terram promissionis: quia non retulerunt honorem Deo pro fonte de lapide excusso. Quare ait Paulus. Regi saeculorum, immortalis, & inuisibili, soli Deo honor & gloria. Quod testati sunt Angeli in Christi Natiuitate, dicentes. Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus. Hoc iam in superioribus exposuimus. Se ipsum extollit stultus hic: & laudat inaniter. Sicut lanx turrinae quatio leuior est, tanto amplius sursum ascendit: sic quanto homo vanior est, & inutilior & inutilior, tanto sublimius se extollit, & cum sit impius iustitiam sibi iactabundus assumit: & iusti nomen impudenter usurpat. Contra vero quemadmodum lanx plenior & grauior se deprimit deorsum: sic vir virtute clarus & honestate insignis se abijcit & inclinat, & quanto est apud alios virtutibus onustior, tanto apud se ipsum iudicatur imperfectior. Haec est enim magna perfectio, suae imperfectiois cognitio. Sed expende hominis arrogantissimi verba. Non sum (inquit) sicut ceteri hominum. Cum se solum bonum credit: quodammodo male de Deo sentit, quia credit quod Deus in vno solo loco diuitias posuerit, & quod alijs non sit bonus nisi sibi, vel quod alijs sit parum bonus in quo Deo derogat. Amā qui credebatur, quod solus ipse esset honorandus à rege, cum interrogauit eum, quid faceret rex quae uoluerit honorare cogitans Aman & reputas quod nullum alium rex nisi se vellet honorare respondit. Homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regijs, &c. Quod cum fecisset Mardocheo lugens & aperto capite abiit tristis in domum suam, & etiam suspendio interijt. Et sicut Mardocheus est exaltatus, quae despiciebat & odiebat Aman, & ipse Aman suspensus & damnatus: sic iste Pharisaeus, qui solus se dignum honore putabat, est condemnatus, & publicanus despectus à Deo insignificatus & honoratus. Solum inter omnes hic Pharisaeus se putabat esse. Ideo superbia uento comparatur: quia nihil sustinet ita superbi nihil sustinet, aut paritur: solus esse uult & ab omnibus praeter ceteris obseruari. Alia vitia cōfortio gaudet, ut libido, ludus, edacitas, auaritia: uerū superbia solitudinē quaerit, societate non patitur, tātā est huius reterrimū vitij importunitas omnia sibi deserit, se solū in pretio esse habent.

Num. 20. 1. 7. in. 1.

Luc. 2.

Hebra.

Esai. 48.

Matth. 7.

Rom. 14.

Exod. 34.

bandā putat: omnes humiliat, ut se exaltet. Et in hoc videmus, quia dixit: Alij raptores, &c. Cum reuera ipse esset raptor & iniustus, quia rapiebat gloriam Dei, de qua ipse dixit quod alteri illam non esset daturus. Iniustus quippe erat, quoniam proximum non auditum prius nullis testibus, nullis iudicijs temerè dānabat: digitoque ostendens publicanum traherat in exemplum accusationis suae: in quo istius perspicue cernitur impietas, qui non modo se iactabat, sed etiam alios vituperabat: Quot habet iste in saeculo imitatores, qui se stucam in oculo fratris vident, irabem autem in oculo suo non considerant. Vnde Paulus ait. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit: Certè si iste sapuisset, vel in hoc cognouisset improbitatem suam quod perperam de alijs iudicaret, verum nemo improbus sapit. Ignis omnia in se conuertit, quae ad modum & fluiuius omnes torretes nisi se recipit, & immutat: sic & homines qui boni sunt, quae cumque aut audiunt, aut aliqua ratione accipiunt: se cunctum naturam suam optima reddunt. Mali autem etiam bona in mala conuertunt. Quare nullum est certius argumentum, quo quis se discutiat, moresque suos exactius exploret: quam si sibi persua-deat se esse talem, qualem proximum esse iudicat. Quod si animaduertisset Pharisaeus iste, cognouisset vitiae suae iniquitatem. Obserua autem hic, nullam aliam causam esse quare proximos contemnamus, nos vero magnificiamus, nisi quia acutius vitia illorum, quam nostra intuemur. Cum autem nemo sit, qui in aliquo defectu peccet sit necessario ut proximorum mores & vitam nostris semper postponamus. Veruntamen diuerso se habet modo in huiusmodi aestimandi negotio superbus & humilis: nam superbus qui male omnia perpendit in altera parte trutinæ mala proximi sui constituit, in altera vero bona, si quae habet sua: & ita non est mirum si digniorem se inueniat ceteris, At humilis & modestus è diuerso se habet, mala sua semper praeter oculis gestans, nihil in proximis dignius supplicio, quam in se intuetur: quia bona opera sua, qui bonus est non perspicit. Mala sua intuetur, & bona aliorum considerat. Moses cum haberet faciem splendidam, ita ut filij Israel non possent in faciem eius intendere: solus ipse nesciebat: sic tu si bona proximorum tuorum animaduertere velles, mala autē tua ob oculos semper gestares, plures proximos tuos

quam te ipsum faceres. Quare periculosissimum est se bonū putare. Infirmus enim qui se morbo oppressum non sentit, medicinam non quaerit. Sic Pharisaeus iste, quia vitia sua non attendebat, innocentissimum se iudicabat, reliquos vero iniquissimos, quorum etiā minima peccata notabat. Ideo Dominus ait istis. Publicani & peccatores praecedēt vos in regno Dei. Quoniam se iudicantes infirmos remedium quaerunt. Sic intelligenda sunt verba illa. Scruentissima Apocalypsis. Vtinam frigidus es, aut calidus, sed quia tepidus es incipiam te euomete de ore meo. Quomodo fieri potest, ut homo frigidus Deo sit gratus, tepidus autem, qui calido propinquior est peior sit conditionis: facilis responsio est. Calidus dicitur ille qui igne charitatis flagrat, virtutes omnes interius & exterius possidet. Frigidus qui charitate destitutus, procul ab omni virtute moratur. Tepidus vero qui nec charitate calet, nec etiam omnino figget, saltem in exteriori apparentia. Dicitur ergo tepidus peioris esse conditionis quam frigidus, non quod plurimum peccatorum sit reus, sed quia in eo statum est, in quo difficilior sanari potest. Negligit enim medicinam qui morbi sui conscientiam non est. Sic iste cum se infirmum non putet, remedium non quaerit. Et quod iste sit sensus germanus huius auctoritatis patet, quia immeditate subdidit Dominus dans causam quare tepidus sit peioris conditionis dicens, Quia dicitis diues sum, & locupletatus, & nullius ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus. Sic iste Pharisaeus cum pauper esset & caecus & nudus, putabat se esse diuitem: & iactabat opera sua dicendo. Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnibus quae possideo. Iste ascendit ut oraret, & cum oratio sit petitio expende quam stultus sit quod bona opera sua ostendit Deo ad quem orat. Ineptus est ille, qui eleemosynam petitur, se prius annulis, torquibus aureis, & vestibus pretiosis ornaret credens id sibi adiumento fore. Nam pauperes vlcera sua ostendere solent, ut sic facilius intuentium animos moueat. Eodem ergo modo nos in oratione si volumus Dei misericordiam flectere non virtutes, ut Pharisaeus hic ostentemus: sed potius

Matth. 23.

Apo. 3.

1. 17. 18.

Quomodo Pharisaeus ieiunent, & decimas rem sanguinem emittit, grossiorem retinet, vid. Epiph. lib. 1. c. 16.

Ioan. 15.

Roman. 11.

qui bona sua pradicat, & mala tacer, salute caret, ille autem vivit qui bonis non emisit, quid quid mali habet, humiliter coram Deo medico sapientissimo exponit. Sic Balac rex Sydoniorum dicebat, Septem altaria ordinavi. Vide quid tibi in Deo offerant, & quid tibi illorum preparationes nepe factare si qua fecerint bona quasi Deus non viderit illa aut esset cecus. Optime Deus hec omnia novit, & scit opus bonum quod facis, & non solum opus ipsum, sed omnes circumstantias boni operis. Videas quantum Deus consideret omnia opera nostra. Obtulit Abraham holocaustum & Deus omnes circumstantias consideravit, dicens. Quia non peperisti filio tuo vni genito, &c. Non solum dixit filium, sed vni genitum, & omnia optime consideravit & laudavit. Quia fecisti, inquit, hanc rem. Quam rem Dominus? Non invenio nomen opere dignum. Vide quomodo omnia ponderat. Sic etiam in domo Simonis Pharisaei fecit cum Magdalaena, ponderans omnia eius bona opera, & circumstantias. Osculatus est pedes eius, hanc autem & cetera. Igitur si Deus videret & ponderat omnia opera & eius circumstantias, & omnia videt & scit: ne quisquam tua enarras opera? Celavit hic Pharisaeus peccata quae cõfiteri debuerat & bona si qua fecerat patefecit. Qui enim sana membra medico ostendit, & vulnera tegit, nunquam curari poterit: imo potius quotidie peius habebit. Tales sunt multi qui quoniam iusti magis haberi quam esse appetunt cum bona aliqua faciunt non in secreto sed publice illa facere satagunt. Et postquam facta sunt, illis quos latere putat illa referunt ut inde ab illis quibus illa referunt astitimantur. Tristionem agunt, suas canunt laudes, suorum gestorum historiographi fiunt. Ne tamen ita faciant docet haec parabola. Hanc alibi Saluator elicit. Cum facis elemosynam ne sciat sinistra tua quid faciat dextera. Eriterit. Noli tuba canere ante te. Tuba canit qui bona sua alijs iactat: qui se ipsum de bonis quae fecerat laudat. Hinc est quod praecepit Deus filiis Israel ne tonderent primogenita ovium. Cum virtutis initium & bonum quod fecerat alijs enarrat, primogenita ovium tondit: quia sub lato secreto quo quasi quodam vellere virtus ipsa tegebatur, tonfa postmodum virtus manet. Quam graue autem hoc sit peccatum, Iob aperte pronunciat dicens. Si oscularus sum manum meam, quae est iniquitas maxima. Ille manum suam ore proprio osculatur qui

opera sua bona laudat: quod dicit esse iniquitatem maximam. Nec solum iniquitas est, sed meo quidem iudicio stultitia maxima: quod inde censeri potest, quia quod maxime operantur non assensurunt. Nam ideo bona sua narrant, sperantes hoc medio futurum, ut ab alijs maiori estimatione digni censerantur. Sed longe aliter quam sperabant evenit, nam qui audiunt ob hanc solum causam illos confitentur & quod forte iustos & cordatos putabant, & velut tales venerabantur, postea tanquam peccatores & stultos estimantur, & quasi facta sunt deo dedignantur. Et si forte vnus aut alter illius dicit assentens illum ob hoc veneratur & suscipitur, is vulgi erit fecerit, quod iuxta solum rerum faciem iudicare solet, & interiora minime considerat. At dementia est maxima rem tam leuem qualis est vulgi opinio tam caro pretio emere, ut a viris bonis & doctis contemnatur. Hi enim stiles sunt galli nis qui cum oua excusserint statim clamant, atque adeo importune ut auditoribus sint molesti: qui autem illarum importunos clamores audiunt illas peperisse hoc signo intelligunt, & ob hanc causam excitantur ut oua perquirant & rapiant: quod forte non facturi essent, nisi illarum clamoribus ad hoc faciendum excitarentur. Sic iactantibus contingit. Nam demon illos sua bona iactantes auferunt, & ad illorum bonorum depreddationem inuitantur. Suggest enim illis arrogantiā, & inanē de bonis quae habent gloria: quae bona omnia destruit, & sicut ventus vres omnia consumit. Ideo Psalmista ait. Tradidit in captiuitatem virtutem illorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, quia deo rantur & captiuantur eorum bona. Deo reddari desiderat qui thesaurum publice portat: atque ideo Ezechias Rex punitus fuit, quia thesauros suos ostendit nuncijs Regijs Babylonis. Nullus ponit amico poma quae a vento impelluntur ab arbore: sed quae manu colliguntur. Sic Deo non sunt danda opera quae vento vanae gloriae eiciuntur. Discamus hinc hanc pestem vanae gloriae fugere: & bona nostra non inaniter propagare. Si enim adeo Deo indignatur quod bona sua temporalia nobis arrogamus: quid si spiritalia? Estet quidem dux supplicio dignus si oppidum regi suo vtrparet: multo maiori tamen si regnum. Sic Deo magis displicet arrogantia in rebus spiritalibus. Ne igitur bona & virtutes nostras praedicemus. Nam Amygdalus quia praeco-

ces nimium producit flores sepius fructu caret. At morus semper retinet fructum suum quoniam serius floret. Stomachus etiam validus hyeme quam vere cibum concoquit: quoniam calor qui vere exteriori grastratur, hinc lateret in corpore. Sic aratores lato frumeto gelido tempore gaudent, calidum detestantur: quia gelu terra erumpentia frumenti gramina cohibet, donec altius radices agat. At calor statim male herentes herbas euocat, & tenuiores ac minus fructuosas reddit. Eodem modo accidit illis, qui bona opera quae faciunt non continent. Sicut enim apud Miletum vipera inuasit manum Pauli dum firmata in ignem mitteret: sic cum opera bona mittimus in Deum, qui ignis dicitur in scriptura statim nobiscum est gloria inanis: quae ideo difficile vitatur, quia omnia alia vitia a malis eruntur, haec autem a bonis. Unde quantum reliqua virtutibus extinguuntur tantum gloria inanis crescit: sicut ignis sulphureus qui aqua in media roboratur, praebente materiam cui haeret alimentum. Est tandem hoc vitium adeo in omnibus virtutis simile: adeo virtutis personam gerit: ut nunquam nisi bonis tendat insidias. Non enim blasphemus, homicida, aut latro: inani gloria peccat, qui in quo sit gloriosus non habet. Quare caueri debent iusti, ne ab hoc vitio fallacissimo operum suorum bonitas destruat. Edidisset Eleazarus praeclearum facinus occiso Elephanto, nisi illato vulnere imperitia sua ab eodem etiam fuisse interfectus. Sic tu quonies vitio resistis, aut opus bonum operaris, elephantum occidis: mundum, vel diabolium, periclitaberis tamen nisi telum anceps vanae gloriae eueris. Tunc igitur strenuissimum te ostendere debes cum viceris, ne a te ipso vincaris blandiente laudis tuae memoria: quae vniuersam victoriam destruet, humilitatem omnium virtutum: velut columnam & fundamentum euerrens. Nam caetera vitia singula singulas perdunt virtutes: auaritia liberalitatem, libido castitatem, iracundia benevolentiam: at haec pestis omnibono operi ponitur. Sed de his satis. Nunc verba huius Pharisaei discutiamus. Sabbathum hic pro hebdomada sumitur, quia duos dies hebdomadae ieiunans abstinebat a carnibus: tamen non abstinebat a ventu vanae gloriae, quo pascebat ut a quoetiam melius ille abstineret. Cum ait decimas dicitur, dicitur reddo cum Dei sint omnia. Obserua etiam quod dicit super-

bus esset & arrogans tamen optime ordinat processit. Prius enim dixit mala quae non fecit: quia prius eradicanda sunt mala, deinde faciendae bona, iuxta illud Psalmi. Diuertere a malo, & fac bonum. Nam quem admodum impossibile est aliquem ad sanitatem restitui nisi prius a morbo liberetur: ita etiam impossibile est aliquem bene operari nisi prius receperit a vitijs. Sic Dominus Hieremias dixit. Ecce constitui te super regna, ut euellas & destruas: ad iudices, & plantas. Non poterat aedificare bona nisi prius destrueret mala, neque plantare optima, nisi prius eradicentur pessima: atque ideo prius dixit ut euellas & destruas mala: & postea aedifices & plantas bona. Sic etiam David prius dixit, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit: & postea dixit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et Christus in Ioanne ait. Amen dico vobis qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde ille fur est & latro. Et postea dixit. Qui autem intrat per ostium pastor est ouium. Prius ponit in dicia mali pastoris, & postea boni. Et in Decalogo prius ponuntur praecipua negativa & postea affirmatiua. Et Paulus idem fecit scribens ad Timotheum & ad Titum. Sic & iste prius numerat mala quae non egit dicens, quod non erat raptor nec adulter, nec iniustus: & postea subiungit bona dicens. Ieiunabis in sabbato, & decimas de omnibus quae possideo. Obserua rursus in hoc superbo pharisaeo quod has duas partes iustitiae, scilicet, euictionem mali, & perfectionem boni sibi ipsi ascribit. Quapropter non dicit gratias ago tibi Deus, quod me gratia tua a malo abstraxisti, & per spiritum tuum ad bona agenda permouisti & adiouisti: sed simpliciter dixit. Gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri hominum: imo tot bona ego solus feci, quam do alij malis rebus studuerunt. Stultus non legitur, quod Dominus dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, propter me. Et in Ezechiele. Ego sum sanctificator tui. Et Paulus aperte dicit, Deum operari in nobis bonum vel se, & perficere. Et quem admodum palmas non potest fructum ferre: nisi manserit in vite: sic nos fructum ferre non possumus nisi manserimus in Christo. Discamus omnem spem nostram & fiduciam in Christo ponere. Et quidem necessaria sunt opera bona ad salutem, sed

Num. 22.

Genes. 22.

Luc. 17.

Matth. 7.

Dente. 15.

Iob. 31.

Act. 28.

Dente. 24.

1. Mach. 6.

Psal. 77.

4. Reg. 19.

Psal. 33.

Hierre. 1.

Psal. 118.

Ioan. 10.

Exod. 20.

1. Timot. 3.

Tit. 1.

Psal. 48.

Ezech. 37.

Phiip. 2.

Ioan. 15.

ces

sed sciamus sine Dei gratia nos vitam eternam non posse mereri: atque adeo qui nos adiuuat gratias tribuamus: non nobis qui sine ipso nihil facere possumus. Reiecit Christus hunc Pharisęum hypocritam cum sua oratione licet caueret a malis, & bona fecisset: quia gloriam Dei sibi ipsi usurpauit. Fideles Christi serui gloriam tribuunt Deo omnium operationum suarum. In publicano ę contra laetatur Christus; non quod peccata placeret: sed quia peccata confiteretur & veniam petijt con trito corde. In Pharisęo erat bonum & malum; & in publicano etiam bonum & malum: eligamus bona vtriusque & mala odiamus. Diligamus bona opera Pharisęi; & humilitatem publicani: & peccata publicani, atque arrogantiam & superbiam pharisęi odiamus. Discamus cum multis operibus posse damnari, si humiles non fuerimus. Discamus licet peccatores simus non desperare de Dei misericordia, quam obtrinebimus cum publicano si penitentiam egerimus. Denique obserua sicut in initio dicebamus quomodo diabolus ex bonis operibus elicit mala & gloriam inane. Sed vt videas aperte Dei bonitatem, qui tam bonus est quod etiam ex malis nostris bona eliceat: iam audiamus Euangelistam & uideamus quomodo narrat de publicano. *Et publicanus a longe stans nolabat oculos ad cęlum leuare: sed percutiebat pectus sum dicens: Deus propitius es humilibus peccatoribus: & misericordiam habes, atque sapientiam. Qui de peccato quo nihil peius esse potest, humilitate educit. Ille quidem artifex esset admiratione dignus, qui non modo aurum vel argentum optime omnium opus eleganter conuerteret. Eodę igitur modo Deus se habet in animarum nostrarum salute fabricanda: si quidem non tantum virtutum metallo, verum etiam peccatorum nostrorum scoria nos illustrare contendit. Scoria enim in sacra scriptura aptissime pro peccato sumitur. Sic dixit Dominus Ezechiel. Verba est mihi domus Israel in scoria. Omnes isti aes, stannum, ferum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Idem dixit Isaias propheta populo Israel. Argentum tuum versum est in scoria. De hac igitur tali vili criminum nostrorum scoria, nititur Dominus supremam felicitatem nobis conficere. Vnde ait Diuus Augustinus: Deum non permittitur fore peccata, nisi ab illis aliqua essent bona peritura, iuxta illud Pauli. Vbi*

abundauit delictum, superabundet & gratia. Quare nullo satis pacto potest Dei sapientia commendari: quam quod a peccato ipso virtutem, a malo bonum, ab inferno denique gloriam suscitatur. Qua de causa nemo desperare debet: si diu in peccato permanens nullum diuinum sensit auxilium. Deus enim sapinero electos suos diu in peccato esse permittit, vt in virtute radicatus hęcant humilitatemque suam cognoscetes, vere humiles fiat. Sicut enim qui domum firmiorem edificaturus post parietum antiquorum ruinam multum in iacendis fundamentis immoratur, vt sic stabilis & diuturnus edificium eue dat: sic Deus peccatore quotiescunque fragilitate sua cadit non statim excitat, sed iacere patitur, vt ille cognoscens suam imbecillitatem omnia bona sua Deo acceptare ferat, altiusque fundamenta humilitatis & virtutis iaciat. Huius rei nobis proponit exemplum sacra scriptura in Dauide, qui postquam per Prophetam Nathan reprehensus est, humilior postea fuit & cautiore. Non dubito Dauidem multo meliorem & doctiorem post penitentiam fuisse, quam ante peccatum. Sic ipse. *Aspiciscus sum, & humiliatus sum nimis. A humilitas intelligentiam parit, vt ipse met ait. Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Sic etiam profuit Petro, nam ex lapsu didicit nunquam de suis viribus pre sumendum, nec alios contemnendos. Et ideo post resurrectionem Domini interrogatus a Christo, an plus ceteris diligeret eum, modestius respondit. Tuis Domine quia amo te. Sic & Paulus cum vas esset electum a Domino recordatus quod peccator erat dixit. Ego sum minimus Apostolorum qui non sum dignus vocari Apostolus, quonia persequor sum Ecclesiam Dei. Certe cum dignissimus esset Apostolus tantam humilitatem decerpit, vt non se putauerit dignum. Et alibi etiam dicit. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Secundo non solum humilitatis fructu parit peccati iustitia, verum & prudentiam in potestatem: nam sicut a iucula laqueos vitare cautiissime solent, quibus aliquando prepedite alarum & corporis iactatione se explicuerunt: sic peccatores diaboli compede sformidant, in quibus semel aut bis detenti sunt. Rursus, quemadmodum in spina interius vincis noxię sunt: verum si euellantur, & citius comitica pro sepe deuantur alia noxia prohibent: sic pecca*

2. Reg. 11.  
Psal. 37.  
Psal. 111.  
1. Cor. 15.  
1. Tim. 2.  
1. E. 9.

ta in anima quidem valde nocent virtutes fructum impediunt: si eradiciuntur tamen & in memoria vallo statuuntur, ad omnia vitia firmissimum erunt propugnaculum: peccati nam que memoria peccatore deinceps reddit cau tiorem. Sic Dauid, Peccatum (inquit) meum contra me est semper. Tertio surgens peccator a peccato saepe feruentior incedit & velocior in via Dei, sicut viator solet qui comitibus precedentibus festinat vt illos con sequatur, ne forte aut erret, aut solus viam faciat. Hinc ergo poteris Dei perspicere bonitatem, quando quidem tot comoda ab ipso peccato nobis conficit vt in hoc publicano videmus: qui de superbo humilis factus, procul in angulo templi pudibundus confedit: culpam suam fassus, illiusque veniam implorans humiliter. Singula autem consideremus. Primum a longe stabat, quia conscius scelerum suorum se indignum veniam reputans non audebat Deo appropinquare. A longe stabat quam longe eum a Deo posuerunt sua peccata. Hoc est vnum verę conuersionis principium, cum peccator cogascit quod longe a Deo recesserit. Tale fuit filij prodigi conuersionis initium, cognitio videlicet elongationis a domo paterna. Quanti (inquit) mercenarij in domo patris mei, &c. Surgam & ibo ad patrem meum. Iuxta exemplum hoc, qui gratiam apud Deum inuenire & consequi volumus a longe stare debemus in humilitate: nos nostraque peccata considerantes nobis ipsis displicere, nos ipsos corripere: & dignam agere penitentiam. Pręterea longe publicanus stabat, sed Dominus illi de propinquo intuebatur. Sic quo magis quis se humiliat, magis accedit Dominus: quo vero magis se extollit, magis recedit ab eo. Vnde Dauid. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Fugit namque Dominus superbos, & illos qui se ope sua eleuauerunt: qua de causa humilibus quo propinquior est, eo arroganti bus remotior. Secundo nolabat oculos ad cęlum leuare prę pudore suorum scelerum. Prę pudore recedebat maiestatis diuine conspectum. Hęc est vera cordis humilitas, hęc vera animi submissio: vbi homo ex consideratione suorum peccatorum ad considerationem maiestatis diuine ascendit, & coram eo totis artibus contremiscit. Quemadmodum in Esdra videmus, qui cum populo oraret, dicebat, Deus meus confusor & erubescor leuare faciem meam ad te:

quonia iniquitates nostrę multiplicatę sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cęlum. Sic etiam Magdalena indignam se reputauit coram Christo appa rere: atque pudibunda stetit retro: & ad pedes eius sese abiecit atque ibi perseverauit cum lachrymis, tergendis oculis, & vngendo, & erigere se non audebat, vt Christum aut quemquam alium intueretur, donec verbum consolatorium audiret. Remittuntur tibi peccata tua. Talis spiritus exigitur ad penitentiam, & vbi Deus pro remissione peccatorum rogatur. Et sane quidem peccator indignus est qui cęlum intueatur, qui Dominum cęli offendit: atque ideo debet peccator faciem Dei vereri postquam peccauit sicut mulier adultera, quę virum grauiter laesit, & vir misericors parcens ei, apparet illa confusa & vtruncunda ante maritum. Tu autę anima peccatrix quanto maiore pudore apparebis in conspectu Christi, cui per sacramenta Ecclesie & fidem fuit desponsata? Quonia fornicata es (vt inquit propheta) cum amatoribus multis. Non cum vno sed cum multis, non semel sed sepius. Cur igitur non macchisimo & non turbatissimo vultu ante oculos spiritui tui venire audebis: quem tam graui iniuria affectis? Rex Manasses in sua oratione dicebat indignum esse vt cęlum videret. Discat igitur peccator quanta cum humilitate & verecundia Deum precari debeat, ita videlicet vt culpam suam agnoscat prę verecundia non audeat apparere coram Deo, sicut hic publicanus qui oculos non audebat leuare. Hoc etiam Dauid fecisse scriptura commemorat, quia dixit. Miserere mei Deus: non audens nomen suum prodere prę verecundia & pudore. Non enim cum veniam petebat dixit, miserere Dauid, sicut alibi dixit. Memeto Domine Dauid: aut sicut alibi blandiens dicit filius ancillę tuę aut puero tuo. Quia hęc nomina familiaritatis sunt, & ideo magis occasionem cumulandi culpam quam minuendi tribuerent. Denique vt Paulus oratione deferre pręcipit cum verecundia & sobrietate. Tertio percutiebat pectus suum. Percutiebat pectus vbi erat cor, ex quo omnia peccata pullulant, iuxta illud Saluatoris. De corde exeunt quę conuincunt hominem, nempe furta, homicidia, &c. Hanc ergo voluntatem nostram, propriamque cor percutere debemus, iuxta illud. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Arbor quę radicibus euellit

Luc. 7.  
Hier. 3.  
1. Par. 6.  
Psal. 55.  
Psal. 138.  
Psal. 135.  
1. Tim. 2.  
Matth. 15.  
1. Cor. 13.

Ezech. 22.

Psal. 1.

Aug. super psal. 104. Rom. 5.

litur tetram, in qua hærebat deiecit. Sic peccatum quod radicatus & omnino euellitur cor commodum: & afflictiū relinquere debet. Pectus igitur percutit: Edum est a quo culparum emanarūt libidines. Theſeus rex Herculi qui vxorem suam & liberos interfecerat, dicebat. Percute, percutie iclu valido peccus illud: non enim debent blande tractari ea peccata quæ tantis sceleris conscia extiterunt. Quarto, ore simul & corde dicebat. Deus propicius esto mihi peccatori. Breuis oratio. & efficac. Primo confitetur Deum tanquam misericordem, qui solus ipse, & non alius potest peccata dimittere: iuxta illud: quod ipsemer inquit per Esaiam. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Quis enim potest peccata dimittere, nisi qui sine peccato est? Quis potest facere mundum, de imundo conceptū femine? Nōne tu qui solus es? Deinde seipsum fatetur, peccatorem, qui neque bona opera, neque merita habeat quæ possit prætexere: sed quod omnis sua spes præcipue in misericordia Dei posita sit. Præterea non accusat alios, non sajan, non astra, non carnis amicos, sed se ipsum: & ideo dixit. Mihi peccatori. At que hac de causa dicitur etiam hic quod suū peccus percutiebatur: quia sciebat quod peccati causa erat propria voluntas. Sic Dauid. Miserere mei Deus, &c. Et sequitur. Quoniā iniquitatem meam ego cognosco. Iterum quoque dixit. Confitebor aduersum me iniustitiā meam Domino. Ad nostram autem eruditionem discamus ex humili huius publicani confessione culpam nostram cognoscere: & proprium peccus nostrum tondere: & nobis ipsis veniam petere, non defendentes peccata nostra, nec aliquem accusantes, sicut patres nostri Adam & Eua fecerunt. Adam trahit culpam in mulierem, & in ipsum Deum qui illam dederat tam molestam: & mulier accusauit serpentem. Ad excusandas (vt inquit Dauid) excusationes in peccato. Vnde Paulus consulit dicens. Non vos defendentes charissimi. Iudas filius Iacob licet innocens esset propter cyphum inuentum in sacco Bēiamin, se ipsum accusauit dicens. Quid respōdebimus Domino nostro? Deus inuenit iniquitatem seruorum suorum. Et ille qui peccatum non fecit nec inuētus est dolus in ore eius, signa peccatoris habere voluit: voluit circūcidi, & cum iniquis reputari. Quare ergo nos tantes criminibus obruti, non humiliter culpas nras fatēbimur? Iacob quia lenis erat,

nuda colli & manus pellibus hēdi textit in *Gen. 27.*  
 num vt vir iustus & innocens peccatorem se debeat reputare: nam quo humilior & liberalius professus fueris peccata tua: eo faciliore Dei erga te misericordiam reddis: quanto vero pertinaciorē te præstiteris in peccatis tuis defendendis tanto indignior venia efficieris. Quod si clarius volumus videre cōuertamus oculos in hūc pharisaum, cuius superba orationi prælata est publicani humilis confessio: quod etiā ex ijs quæ in texto sunt elucescunt quæ Dominus dixit, parabolam applicans. *Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Hoc est, magis quia ille Pharisæus, qui sanctitatem sibi vēdicabat. Hebræi enim sua conficiunt comparatiua, per propositionem, mē, quæ est; ab, quam interpretes vertunt, quā, positiui subiunctam. Vt bonus sum ego à patribus meis: id est, melior quam patres mei. Et Elaias. Multa filie deserte, &c. Et in Psalmo. Bonum est confidere in Domino quam confidere in homine. Id est, melius est confidere in Domino, quam in homine: & melius est confidere in Domino, quā in principibus. Vnde Beatus Ambrosius in libro de fuga seculi, allegans illud, quod Dominus dixit serpenti. Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ: & cum in codicibus septuaginta interpretum legisset maledictus tu ab omnibus peccatoribus terræ: ait ipse quod serpens esset maledicendus ab omnibus animantibus terræ, eo quod omnium malorum nostrorum causa & origo fuit. Sed salua pacetanti doctoris nescio an hunc Habraismum exacte pereauerit vir sanctissimus, & Ecclesiæ Doctor eximius: nam septuaginta transtulerunt maledictus tu ab omnibus animantibus, intellige præ omnibus & magis quam omnes. Similiter hic descendit iustificatus ab illo: id est, magis quā ille. Et ne quis existimet interpretationem nostram reiiciendam Diuus Hieronymus aduersus Pelagianos citat iustificatus plusquam ille: & Augustinus epistola octuagesima sexta ad Cassulanum ita scribit. Non dixit damnatum Pharisæū, sed magis iustificatum dixit publicanum. Ad nostram autem eruditionem duo hic obseruanda sunt. Primum obserua. Si humilitas cū peccatis tantum valeret, vt etiam Pharisæi sanctitatem superet: quid effectus eadem humilitas cū pietate coniuncta: Rursus. Si arrogantia adeo mala est vt sanctitatem vincat: siuisset cū peccatis alijs copulata, quid egisset? Secundo

*Gen. 27.*  
*3. Reg. 19.*  
*Esa. 54.*  
*Psal. 117.*  
*Amb. de i. g. seculi. cap. 7.*  
*Gene. 9.*

Esa. 43.

Iob. 14.

Psal. 50.  
Psal. 31.

Gene. 3.

Psal. 4.  
Rom. 12.

Gene. 44.  
1. Petri. 2.  
Luc. 2.  
Esa. 53.

cundo si Christus damnat eos qui gratias sibi ipsis tribuunt de bonis quæ ipsi faciunt, & in quibus habent partem: quanto magis damnabit eos qui se iactant de bonis in quibus ipsi nihil fecerunt? In icuino enim & eleemosyna & alijs operibus virtutis homo aliquid habet, & ipse operatur cum Dei auxilio: nihilominus tamē deestatur dominus eos, qui gloriam Deo non tribuunt, vt in hoc Pharisæo. Sed in corporis pulchritudine, nobilitate sanguinis, virtute fortitudine, & diuitijs quas ex parentibus hæreditasti, in his non habes partem, nec aliquid tu egisti, vt nobilis esses, aut pulcher. Igitur si de bonis quæ nos facimus gloriari non licet: quāto magis abominabitur Deus illos, qui de diuitijs aut generis nobilitate, vel corporis fortitudine seu pulchritudine se iactant, & gloriantur? Abominabiliores & stultiores sunt isti, quam illi qui de his quæ fecerunt gloriantur. Tertio discamus bonorum nostrorum obliuisci, & peccata recolere, memoria enim bonorum sæpe superbiam generat, vt licet videre in hoc Pharisæo. Lege de hoc Gregorium. Sed Christus cōcludit dicēs. *Quia omnis qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Regulariter loquendo non intelligitur hoc de hac vita in qua multi extolluntur & eleuantur supra se ipsos, & superbiunt, & nunquam abijciuntur in hoc seculo: sed reuera humiliabuntur in inferno. Solet tamen Deus in hoc mundo eos superbos humiliare, ad exemplum & correctionem eorū, vt humiliavit Pharaonem, Goliath, Saulem, Holofernem, Aman, Senacheribum, Nabuchodonosorem, Antiochum, Herodem, & alios. Porro hic, humiliabitur, non pro humilitatis virtute sumitur nisi pro abiectioe & vilipendio. Sic sumitur illud quod Beata virgo dixit. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Hoc est, paritatem, seu æquitatem: vt in expositione huius cantici annotauimus. Sic etiā illud quod in Exodo habetur intelligendum est cum de Virgine vitiata dicitur, si humiliauerit eam, quia post perditam virginitatē nō est tanti valoris aut existimationis. Scit enim dominus hos superbos humiliare. Vnde serpenti dixit Deus. Super peccus tuum gradieris. In hoc videbis quid pariat excellentiæ appetitus, nempe deiectionē: & qui supra se sine Deo extollitur, infra se deiecitur. Serpens voluit esse vt homo, & effectus est omni bestia agrī inferior. Sic etiam quia homo voluit ad Deum ascendere, ab bestias descendit.

Gre. li. 22.  
mor. c. 7.

Lucæ. 1.

Exod. 21.

Gene. 3.

¶ Obserua etiam quod hæc sententia ter legitur in Euangelio. Vna in Euangelio Matthei & bis in nostro Luca: hic, & in capite quarto decimo, ad innuēdum triplicē humilitatem, cordis, scilicet, oris, & operis. Et quia in quarto decimo capite huius superius iam hæc verba interpretati sumus, nunc nolo amplius in his verbis demorari. Verum pro conclusionē huius doctrinæ quam Christus in hac parabola docet aliqua sunt obseruanda. Primum est quantum sit arrogātia ac vanagloria, vel quæcunque superbia fugienda. Hoc est quod in primis Christus hic docet, videlicet vt omnē superbiam fugiamus, quantum autem sit flagitium superbia, vel ex hoc poteris cognoscere, quod permittit dominus alia multa peccata curandæ superbiæ causa. Dixit Dauid in Psalmo. Ego dixi in abundantia mea, non moruebor in æternum. Cui arrogantiæ vt possit medicina adhiberi permittit Deus vt homicidium & adulterium, vitia teterrima committeret. Quare dixit idem Propheta. Avertisti faciem tuam à me, & factus sum cōturbatus. Nec minus Diuus Petrus viribus suis plus nimio fidens, dixit. Si omnes scandalizati fuerint in te, ego autem nunquam scādalizabor. Postea vero hanc arrogantiā suam, perituro confutauit. Vide igitur quantum sit superbia flagitium. Siquidem (vt iam dictū est) permittit Deus in Dauid & in Petro alia peccata: hac de causa scilicet vt arrogantiam depnerent. Nunquam enim permittuntur vitia, nisi ad alia maiora delicta euitanda. Cum autem dominus vt superbiam extermineret alia peccata permittat, patet superbiam esse omnium flagitiorum maximum. Hinc intelligitur maxima illa difficultas quare Deus permittat iustos sæpenumero in hoc seculo varijs laboribus & calamitatibus torqueri. Cū impij è diuerso voluptatibus affluant quoniam adeo exoptat à nobis superbiæ telum declinare, vt etiam amicissimis multa eripiat vitæ bona, incommodaque obijciat: ne rerum prosperitate extollatur & superbiat. Vnde Paulus. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi spiritus Satanæ, qui me colaphizet. Ecce charissimo sibi & electissimo viro non dubitat Deus spiritum Satanæ iniungere: non vt perdat, sed vt admoneat ne vnquam suæ fragilitatis obliuiscatur. Secundo obserua superbiæ mirabile peritaciā, quæ omnium vitiorum exercitio profligato sola in campo audet manere virtute

Matth. 23.

Psal. 29.

Matth. 28.

2. Cor. 12.

ti que



tique per totam hominis vitam repugnare. Arma autem virtutis non modo non timet, sed etiam virtutis vulneribus, magis magisque roboratur: humanæ fragilitati tribuens, quod gratia diuina operatur. Quare quem ad modum vmbra corpus, nisi vndequaque illustraretur, consequitur: sic superbia virtutis: nisi quis ita effulgeat luce probitatis vt nihil loci tenebris vitiõrum relinquat. Oportet igitur dum viuimus, iugiter cum superbia pugnemus, quoniam cæteris vitijs debellatis fortius eradicetur omnis victoria pro nihilo reputanda est. Quantum autem superatis vitijs superbiam exturbare debemus, tantum humilitatem amplecti virtutibus receptis. Quãdo igitur non modo innocens, sed etiam misericors, fidus, & religiosus euaseris: memeto semper humilitatis, vt nihil superbiæ loci relinquatur, quæ perpetuo pugnat. Nunquam defatigatur, & interdum sola sine aliorum vitiõrum adiumento expugnat cordis humani propugnacula, vt in hoc Pharisæo videmus qui omnia alia vitia superauerat & à superbia misertimè captus est. Discamus etiã non considerare de nobis ipsis tanquam iustis: sed semper nos miseros, fragiles, & ad nihilum existimemus. Ad quosdam enim qui se tanquam iustos existimabat locutus est Christus hanc parabolam. Docet enim hæc parabola quantum Deus odiat arrogantiam, & superbiam, & quantum diligit humilitatem. Nam superbiam Deus nunquam potuit aut voluit pati, aut impunitam relinquere. Experi funt hoc: Angelus qui cecidit de cælo, & Adã qui eiectus est de paradiso: & alij innumerabiles quorum nomina longum esset recensere. Ideo Dauid orabat. Domine non veniant mihi pes superbiæ: ibi enim ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Iudith quoque Superbi non placuerunt sibi ab initio. Docet etiam hæc parabola ne in nobis fidamus: sed quantumcumque exaltati fuerimus, habeamus humile cor: & casum timeamus: constituamus omnem fiduciam in Deo non in nobis ipsis. Nihil perniciosius quã si quis proprijs suis gloriatur, nisi quæ fidat: quippe super arenam is ædificat virginibus fatuis similis, qui lampades habebant, sed non in illis oleum. Speciem solum boni habebant coram hominibus, placebant sibi ipsis sed veniente sponso lampades extinguiebantur: & cogebantur præforibus stare & frustra pulla-

re. Sed de his satis. Sequitur in contextu. *Asserebant autem ad illum infantes vt eos tangeret.* Turbæ hoc faciebant, vt dicitur in Mattheo: credentes per manuum impositionem dari eis aliquam virtutem. Videbant enim per manum Christi multa miracula fieri, quia mox vt aliquid tangebant volens sanare sanabat: sicut leprosum cum descendere de monte. Ideo Iairus rogabat eum vt imponeret manum suam per filiam suam, vt viueret: & sic tetigit eam, & duos cæcos quos illuminauit tetigit, & cæcum natum: & cum suscitauit adulescentem tetigit loculum. Et ideo credentes Iudæi quod illi quos tangerent liberarentur ab incurribus demonum, & ab alijs malis, offerrebant ei paruulos tangendos. Parentes tamen non erant frustrati à desiderio suo: nam suscipiebant quod parentes vel offerentes desiderabant consequi paruulos per illum tactum: nam si mihi consequerentur inutilis esset tactus & deluderet offerentes. Quod autem esset bonum quod eis Christus conferebat tangendo eos nemo sufficienter dicere potest: quia nemo scire potest quante virtutis esset tactus manus Saluatoris: vnde aliquibus magna & aliquibus minora conferrentur secundum quod Christus eos ad inæqualia bona disposuerat peruenturos. Paruulos nostros sacerdotibus offeramus, qui locum Christi habent in terris, vt benedicant eos: nam ex benedictione sacerdotum imponendo manus super eos, magna bona consequuntur. Non enim sunt illi qui benedicunt, sed Deus qui effectum benedictionis infundit, sacerdotibus, benedicientibus nos, id est, bona petentibus. Et ita dixit Deus sacerdotibus legis Moysi, vbi Deus tradidit formam benedicendi, dicens Moysi. Loqueris Aaron, & filijs eius. Sic benedicetis filios Israel, & dicetis ad eos. Benedicat tibi Dominus, &c. Sequitur. Inuocabunt nomẽ meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Et tamen sacerdotes noui testamenti sunt multo excellentiores sacerdotibus veteris testamenti: sacrificium nostrum est excellentius illo sacrificio vmbra tili: ideo multo perfectius benedicere poterunt sacerdotes nostri quam sacerdotes veteris testamenti: & licet omnes possint benedicere, sed sacerdotibus magis conuenit quam alijs, quia istis est data talis potestas à Deo in veteri lege, & non alijs, ideo ab istis est benedictio expectanda. Sed ad contextum. *Quod cum viderent discipuli increpabant illos.* Non faciebant per

Matth. 8.  
Luc. 8.  
Matth. 20.  
Ioan. 9.  
Luc 7.

Ephes. 4.

Esai. 47.

1. Cor. 14.

Ephes. 4.  
1. Tim. 5.

Rom. 12.

Gene. 21.

1. Ion. 3.

1. Reg. 9.

1. Reg. 14.

2. Reg. 7.

1. Iosue. 9.

per contemptum neque per inuidiã hoc, sed potius per ignorantiam: putabant enim Apostoli infantes nulla utilitate: Christo offerri, & etiam vt importunitatem offerentium viderent. Pia intentione hoc faciebant licet non secundum scientiam, & ideo Christus monuit eos. Vnde descendit. *Iesus autem conuocans illos dixit: Sinite paruulos venire ad me, & nolite vitare eos. Talium est enim regnum Dei.* Non dixit illorum, sed talium, vt ostendat non considerare ætatem, sed mores. Atque ideo subdidit dicens. *Amen dico vobis quicunq; non accipit regnum Dei sicut puer non intrabit in illud.* Oportet est vt simus paruuli, non sensu (vt inquit Paulus) sed moribus. Paruuli enim non sunt ambitiosi nec honores appetunt, & in puluere sedent: nec ambiunt cathedras primas. Sic nos oportet esse humiles despicientes hæc vana mundi, & nos ipsos humiliare. Vnde per Esai. dicitur. *Dece de & sede in puluere.* Secundo sunt sine malitia. Sic nos iuxta illud Pauli. Malitia paruuli estote. Tertio non sequant iram, sed facile placatur. Ideo Apostolus. Sol non occidat super iracundiã vestra. Quarto sunt casti. Quapropter Paulus admonet Timotheum. Te ipsum casti custodi. Denique vt lachrymas arma infanti sunt: quas si ab aliquo leuatur statim effundit. Ita priorũ arma sunt fletus & dolor, quibus infernos hostes profligare, & arcẽ cælorũ capere possimus, in qua postea longi æternitatis seric lætetur, quærelas autem omnes Deo nostro exponamus, qui ait. Mihi vindictã, & ego retribuã. Sed de his satis. Vnum hic tamẽ obseruãdũ est, quãtũ pretij sint paruuli ante Deũ. Fleuit Agar in solitudine, & dñs non quidẽ vocẽ matris, sed vocẽ pueri audisse dicitur. Vt ex hoc discamus quãtũ faciat Deus infantes & eorum fletus, lachrymas & orationes. Vnde solemus in necessitatibus innocenti lachrymas ad Deũ mittere. Sic etiã Rex Ninuitarũ etiã paruulos ieiunio afflixit, quemadmodũ apud Ionam legitur. Sed procedam. *Et interrogauit eũ quidã princeps dicens. Magister bone quid faciens vitam æternã possidebo.* Solebant Hebræi per prophetas ea querere, de quibus dubitabant. Saul quærens asinas, pergit ad videntem: ita enim prophetam appellabant. Egrotante filio Ieroboã mittitur vxor eius in Silo ad Ahiã prophetã. Dauid etiã cõsulit prophetam Nathã: vt tẽplum ædificet. Cum Gabaonitæ fraudulenter locuti sunt filijs Israel, ait diuina scriptura eos deceptos fuisse: quia eos dñi nõ interrogauerunt, vbi per

os dñi intelligitur diuinus, vates per quẽ Deo loqui solebat: quẽ interrogare debebat. Itaque cũ mos esset Hebræis diuinos vates cõsultare & interrogare: ideo hic princeps Chriũ dñm interrogat quid sit acturus, vt vitam æternã possideat. Audierat Christũ dicens, qui nõ fuerit sicut puer non intrabit in regnũ Dei: & ideo sumpta hac occasione quæsiuit, quid esset facturus, vt illud regnũ possideret. Expedit autem adulescẽtẽ diuinitẽ, et principẽ qui cũ tota luce diuinitis & honoribus, non de rebus terrenis aut vanis querit: sed de cælo & de vita beata. Profecto sat hoc est viri probi signum: sed paucis nũc est hæc sollicitudo, oēs quærit quomodo principum fauores veniant: quomodo prælati fiat, aut quomodo bona terrena, aut honores adipiscatur. Cur nos etiã hæc nõ tagit cura? Vita hæc nra fugax, sed ex hac vita pedit æterna. Cur ergo hæc cura nõ vehemẽter nos angit? Docuit ergo hic adulescẽs primũ quærerẽ regnũ Dei, & iustitiã eius. Docuit primũ exhibere in terra nra arma iustitiæ in sanctificatione. Docuit ita habere terrena, ac si ea nõ possiderem. Qui enim diuitias habes anxius est de vita æterna: ita eas habet ac si nõ haberet. Dixit ei Iesus. *Quid me dicitis bonũ? Nemo bonus nisi solus Deus.* Hic & cæteræ res vocatur bonæ cũ limitatione: bonũ tũ absolute non dicitur, quia hoc nõ cõpetit, nisi ei qui habet totã naturã bonitatis qui est Deus. Quia sicut in eo est tota natura entitatis, ita & tota bonitatis natura. Sicut ergo accipiendo, proprie esse, nemo est nisi Deus: ita accipiendo bonitatẽ absolute, nemo est bonus nisi ipse solus. De suo esse dixit Moses. Qui est, misit me ad vos: quasi ipse solus esset. Idẽ dicendũ est de bonitate. Tamẽ limitatẽ vocatur homo, bonus homo, bonus miles, vel bonũ geometra, &c. Secundo potest intelligi quod solus Deus est bonus, scilicet à se ipso bonitatem habens suam, & non accipiens ab extrinseco: cætera autẽ nõ habent bonitatẽ nisi cõmunicatã eis à Deo: & ideo datur eis pars bonitatis, & nõ tota natura boni. Ideo homo vocatur bonus participatiuẽ, nõ tamẽ absolute, nec bonitatẽ habens à se ipso: sicut Deus. Docemur hinc primo Deũ super omnia diligere. Quia si obiectũ voluntatis est bonũ verũ, vel bonũ apparens, ita vt voluntas nihil dilige re possit nisi sit sub ratione boni: si a deo creaturã amas, in qua tantillũ bonitatis appareat, cũ aliã mille sit defectibus vitiatã, cur Deũ totum bonum, totum perfectum non amas,

Matth. 6.

Rom. 6.  
1. Cor. 7.

1. Reg. 16.  
1. Reg. 17.  
1. Reg. 18.  
1. Reg. 19.  
1. Reg. 20.  
1. Reg. 21.  
1. Reg. 22.  
1. Reg. 23.  
1. Reg. 24.  
1. Reg. 25.  
1. Reg. 26.  
1. Reg. 27.  
1. Reg. 28.  
1. Reg. 29.  
1. Reg. 30.  
1. Reg. 31.  
1. Reg. 32.  
1. Reg. 33.  
1. Reg. 34.  
1. Reg. 35.  
1. Reg. 36.  
1. Reg. 37.  
1. Reg. 38.  
1. Reg. 39.  
1. Reg. 40.  
1. Reg. 41.  
1. Reg. 42.  
1. Reg. 43.  
1. Reg. 44.  
1. Reg. 45.  
1. Reg. 46.  
1. Reg. 47.  
1. Reg. 48.  
1. Reg. 49.  
1. Reg. 50.  
1. Reg. 51.  
1. Reg. 52.  
1. Reg. 53.  
1. Reg. 54.  
1. Reg. 55.  
1. Reg. 56.  
1. Reg. 57.  
1. Reg. 58.  
1. Reg. 59.  
1. Reg. 60.

Tom. 3. H h à quo

à quo quidquid in mudo est bonitatis & perfectionis emanauit: Præterea si rãtopere creaturarũ amorĩ indulges: cur nõ potius amores oēs ad Deũ cõuertis: in quo omnis bonitas, omnis perfectio est, quo nõ modo volu præcõ in hoc seculo, sed etiã beatitudinem in altero cõsequeris: Sed quia de hac re multa differamus in libro quẽ nõ per edidimus meditatio num dilectionis Dei præsertim meditatione tertia, nõ ead alia gradũ faciamus. Docemur itaq; secũdo ex hac Christi responsione: vt cũ laudamur reflectãt oculos m̃eis nostrã ad defectũ nostrũ: & ad eius q; in nobis laudatur depẽdẽtiã à Deo: & sic laudẽ nobis exhibitã in Deum cui debetur retorqueamus dicẽdo. Nemo bonus nisi solus Deus. Quid me dicis bonũ, iustũ, aut sapiẽtẽ: Mea nõ sunt, nisi quã ad defectũ spectant. Deus aut solus est, cuius sunt, quã ad perfectionẽ quamcũq; spectãt. Sic sancti solent cũ laudantur Deo laudes referre. Sic Iudith, fecisse legimus, quã cũ magnis præconijs à populo laudaretur ipsa in Deũ laudẽ referẽs, ipsum cãtico solẽni celebravit. Incipite dño in tympanis, canite dño in cymbalis, &c. Sic beatissimã virgo cũ laudaretur ab Elisãbeth, ipsa laudes omnes Deo retulit dicens. Magnificat anima mea dñm. Sciamus nos q; Deus ipse solus bonus est, à quo si quid boni habemus est nobis cõmunicatũ, atq; ipsi tantũ sit pro omnibus honor & gloria in secula seculorũ. Sed Christum audiamus. *Mandata nosti: Nõ occides* Via cœli est obseruatio mandatorũ. Obserua autẽ hic, quod Christus nõ posuit hic præcepta primã tabulã, quẽ ad Deũ pertinent, sed solũ posuit præcepta secundẽ tabulã ad proximum pertinentiã: quia in præceptis secundẽ tabulã includitur præcepta primã tabulã, quia in dilectione proximi includitur dilectio Dei. Deus enim diligitur ex charitate propter seipsum, & proximus propter Deũ: & ideo non potest aliquis diligere proximũ, quin diligat Deum, si dilectio est ex charitate: secus est de dilectione naturali, aut carnali, aut vtili. Itaq; ponendo præcepta secundẽ tabulã: omnẽ legem posuit: cũ omnis lex sit in dilectione proximi vel præsupponatur ab ea. Ideo Paulus ait. Qui diligit proximũ, legẽ impleuit. Et iterum. Si quod aliud præceptũ est in hoc vero inflatur: diliges proximum tuũ sicut teipsum. Charitas enim proximi præsupponit necessario charitatẽ Dei. Est tamẽ prior dilectio Dei ratione: & natura in quantum secundũ ordiã

charitatis diligitur proximus non propter se, sed propter Deũ: & ideo Deo prius diligitur. A iraque dñs. Non occides. Tantum enim Deus homicidiũ detestatur, vt eũ etiã qui per errorem occiderit hominem exilio relegandum putet: vt in Numeris legimus. Fugit homicida in urbem manebitq; ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est moriatur. Et si homicida qui sine culpa occidit, sic à domino castigatur: quid faciet illis qui insidiosẽ & malitiosẽ hominem occidunt. Ideo si aliquando voluntas aut animus occidendi occurrerit cogita hominem esse ad imaginẽ & similitudinem creatoris tui: & quem ad modũ non auderes in Deum malum illatum vindicare, aut in eum manum mittere, ita eam extendere in eius imaginẽ time, quã ad viuũ refert ipsum Deum. ¶ Aduerte autem quod potest quis sine peccato occidere hominem in quatuor casibus, scilicet in bello iusto, pro iustitia publica, vt iudices, & eorum ministri: defendendo bona sua, & defendendo seipsum & propriam vitam. Omnibus autem alijs casibus mortaliter peccat, qui hominem occiderit, & etiã in tribus primis casibus, quãuis homo nõ peccet occidendo, ramen irregularis est: sed defendendo seipsum, occidendo inuasorem, nõ solum non peccat, sed nec est irregularis. ¶ Obserua etiã quod tantũ est hoc peccatum maximũ, vt de isto peccato dicat scriptura, quod clamat ad Deũ: iuxta illud quod dñs dixit ad Cain. Sanguis fratris tui clamat ad me, &c. Quatuor enim sunt peccata quã clamant ante Deum, & petunt vindictã. Primum est homicidium sicut sanguis Abel clamat. Secundum est oppressio innocentum, iuxta illud quod in Exodo habetur. Ascendit clamor filiorum Israhel ante Deum. Tertium est peccatum Sodomiticum: quia in Genesi dicitur. Clamor Sodomorum & Gõmorrhœorum multiplicatus est. Quartum est detentio mercedis mercenariorum. Ideo Iacobus Apostolus ait. Ecce merces operariorum vestrorũ quã fraudata est: à vobis clamat: & clamor eorum in aures dñi Sabbaoth, introiuit. Hęc tria vltima peccata clamant ad modum homicidij, quia sunt quasi homicidium. In peccato Sodomitico perditur quod potuit esse materia corporis humani: ideo quasi homicidiũ. In oppressione verò innocentũ & retentio mercedis aufertur pauperibus vita corũ, & ideo à Deo quasi homicidium reputantur.

Vnde

Eccle. 33.

Vnde in Ecclesiastico habetur. Panis egentũ vita pauperis est: qui defraudat illũ, homo sanguinis est. Et ibidem. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Puniantur etiã homicidie irregularitate, etiã illi qui sine culpa occidunt in casibus in quibus diximus: & qui cum culpa occidunt licet penitentiam agant. Sic dominus dixit Daudi Regi: Nõ edificabis domum nomini meo: eo quod sis vir bellator, & sanguinẽ fuderis. Vide quantum Deus abhorreat homicidiũ, & illud detestetur. Impijssimum enim est hominẽ occidere pro cuius vita Deus ipse mori dignatus est. Sed aliud præceptum videamus. *Non mœchaberis*. Prohibet Christus hic non solum adulterium, sed etiã omnem simplicẽ fornicationem: nam qui accedit ad non suam mœchatur: omnis autem mulier quam non copulauit coniugio non est sua: cum quã mœchatur. Omnem namq; fornicationẽ prohibet hic dñs. Quapropter simplex fornicatio contra legẽ diuinã est, & contra naturalẽ. Contra diuinã non est dubiũ, cũ Christus in Mattheo loquens de his quẽ coinquinat hominẽ inter alia nominauit adulteria & fornicationes. Et Paulus ad Galat. Manifesta sunt opera carnis, quã sunt adulteria; fornicatio, &c. Et ad Cor. ait. Nolite errare, neq; fornicarij, neque idolis seruietes, &c. Quod autem sit contra legem naturalẽ euidentis est. Nã si simplex fornicatio liceret, nullus duceret vxorẽ vt perpetuõ ingo esset coniunctus. Secundõ, quãnã esset filiorum educatio: vbi nullus vir foretum crederet esse suum. Tertio, quis esset qui filios vellet sanctẽ instruere: & erudire si existimare posset alienos esse quos instruere parabat. Quarto vbi esset illa hominum sancta & firma amicitia, quã ex matrimonio per consanguinitatẽ & affinitatẽ germinat, & firma perseverat: Quintõ, zelo, iniurijs & cadibus totus orbis macularetur: si viri, quas amare cupissent ab alijs viderent amari, quãrentes duo vel tres viri vnã pulchram feminã, inter eos essent maxima discordiã & rixã. Sextõ, viris senio confectis, quis filijs præfẽs remediũ afferrẽt: si patre esse dubitaret: quẽ senio premi videret? Septimõ, sane de pudore & verecundia actũ esset si fornicandũ libido impune per homines grassari posset. Octauo pulchris feminis fornicarijs parata essent cõmuniã: sed castus & iã uetulus, quis prouideret? Nonõ, si fornicarij liceret nullas futuras domos, nullas ciuitates, nullamq; politiam fore.

Mat. 15.

Gal. 5.

1. Cor. 6.

Gen. 4.

Exod. 5.

Gen. 19.

1. Iacob. 5.

Quod enim domos firmat est matrimonij indissolubilis nexus: ex domibus enim firmis firmantur & vrbes. Decimõ, tolles etiã renorũ legitimas successiones: quia Rex Regi neq; partũ non crederet esse suã, sed forsã pauperis aut vilis personã, &c. *Non furthm facies*. Hoc præcepto prohibetur nõ modo nequis rei aliẽne proprietatẽ retineat inuito dño: sed etiã ne quis vsum & possessionẽ usurpet: Est autẽ maximũ & saluberrimum præceptũ: quo in primis res publicẽ conseruantur. Nulla nã, q; vnãquã fuit tã barbara ciuitas, aut imperiũ, q; furta acerrimõ iudicio plectenda non cõfuerit quin etiã vt autor est Pius Papa, II. in sua cosmographia, & Mar. Anto. Sabel. lib. 3. Æneadis decimẽ prope finẽ: Carinthiã & Austriã habitatores, in quadã parte quã Agefur mi vocatur legem sanxerũt, vt qui in furti parandi suspitionem venisset, illico suspendetur. Draco etiã Atheniẽsũ legislator præcepit, vt pro quocũq; furto latrones occiderentur. Quod ea de causa apud has nationes fuit statutum, quonia nihil est paci inimicũ, aut magis contrariũ quã latrones: qui ideo legi humanis & ciuilibus tã acriter puniuntur. Nã omnes alij scelerati homines nocet quidẽ rei publicã, minus tamẽ latronibus, qui nisi punirentur, nemo res suas posset tuto possidere: pro quibus defendendis committerentur quotidie homicidia, seditiones, & scandala, orbisq; in interitum rueret. Quare sapientissime hoc præcepto, sicut & reliquis consuluit Dominus humanẽ fragilitati non modo furta prohibens sed & latrones capitali pena plectendos esse censens. Sic enim fecit Acham: quem cum totã familia lapidari iussit, eo quod vestem aureãq; regulam Hierico rapuerat. *Non falsum testimonium dices*. Multo nequiores meo iudicio sunt hi quã superiores: illi enim bona corporis furantur: at isti animi. Quare quod aius corpore præstator est, eõ animi bona corporeis præstãt, & sic quia aio nocet dignior est supplicio. Vnde lege talionis merito dñantur caluniatores, eandẽ penã subeuntes: quam illi erant subituri: quos infamãt si verũ esset criãmẽ. Sic in Proverbijs dicitur. Testis falsus nõ erit impunitus. Atq; ideo illi senes, qui falsum testimonium contra Susanã dixerunt, noluit dominus vt impuniti manerent: sed à populo interfecti sunt. *Honora patrem tuum & matrem*. Sed cur è diuerso, non præcepit etiã Deus vt parentes filios diligerent? Facile responderetur.

10. Iue. 7.

Prover. 19.

Dan. 13.

H h 2 Quoniam

Iudith. 1. 6.

Luc. 1.

1. Tim. 1.

Rom. 13.

Gal. 5.

Quoniam id naturæ humanæ ingenium est, vt nulla regio sit tam barbara vbi filij parenti bus non sint charissimi. Nemo enim carnem suam odio habet. Quomodo esse potest, vt pater filio indigenti si potest non subueniat? Cuius rei etiam in brutis exempla habemus. Nam gallina pro pullis suis non dubitat se omni periculo opponere, miluoque, fragilitatem suam non considerans resistere. Idem in fele, cane, sueque videmus. In cæteris autem qua mansuetiora sunt, licet non pugnent merent tamen in filiorum periculis, & raptorem flebilibus vocibus insequuntur. Superuacuum ergo esse de diligendis filijs præceptum, si quidem naturæ duce etiam bruta filios amat suos. Quod autem ad propositum attinet nisi tanta esset hominum peruersitas, nihil magis necessarium foret de honorandis parentibus præceptum. Quoniam filius magis est obnoxius parenti suo quam parens filio. Casu enim quo pater tuus simul & filius essent captiui teneris prætermisso filio patrem libera re. Præterea cum iuxta æquitatem debita anti quiora in solutione sint recentioribus præ ferenda: parentum autem cura erga filios anti quior sit filiorum erga parentes obseruatiã, sequitur, manifestè prius esse parenti quam filijs subueniendum. Verum est mox corruptela: vt paucissimi reperiantur, qui moree parentum suorum non latentur. Si diuites sunt vt hæreditentur, si pauperes vt cura libe rentur & sumptu. Nam vt ad sacras literas re uertamur, Quid aliud mouit Absalonem cõ tra Dauidem patrem suum bellum gerere nisi si regnandi libido? Non tamen mansit impu nitum hoc flagitium, quoniã telis miserimè transfixus in mortale nobis reliquit documẽ tum, qualem vitæ finem sortiãtur, qui paren tibus inobedientes existunt. Merito ergo Deus præceptum dedit de diligendis parẽtibus nõ filijs, si quidem, in superiori exẽplo Dauid in testefco, præter suam voluntatem filio, quem in columen seruari iussit acerbissimè fleuit, quod si recte iudico, nunquam Absalon pa rente extincto fecisset. ¶ Obserua autem quod solum inter omnia alia præcepta in hoc solo præcepto posuit Deus præmium dicens. Ho nora patrem tuum & matrem tuam, vt sis bõ genus super terram. Cur posuit præmium in hoc præcepto, potius quam in alijs? Ne fortè quis existimaret amorem in parentes nihil promereri, quoniam in ijs quæ à natura in sunt, nec laudamur, nec vituperamur. Cùm

verò ad eò. sit rationi consentaneum vt filij parentes suos diligant, superuacuum vide batur præmium iniungere, posuit tamen vt multo melior esset bonorum filiorum condi tio. Secundo, quia cum amor velut aqua res sit procliuus, & ita facilius descendat quam ascendat, oportuit præmium quasi quoddã artificium excogitare, vt retrogradè filiorum dilectio ad parentes ascendere. Nam quem admodum aqua quæ in hydria est ascendere non potest nisi quis iniecto lapide aut alia re ponderosa aquas eleuari cogat: ita amor ho minum sursum versus nõ alpirat nisi spe præ miorum erigatur. Merito igitur & sapienter dominus longam vitam promittens paren tum obseruatoribus arte roborauit amorem, qui natura erat imbecillior. Illis vero qui sa cro sanctum maiorum suorum ius audet vio lare calamitateque plures, & immaturum vitæ finem minatus est. Quod si veterum hi storias euoluere non pigremur, non solum autoritate diuina, sed etiã experientia passim impleri videbimus. Nam præter Absalonem, quem constat in flore ætatis interijisse, alia extra sacram scripturam, verissima tamen exempla adducere possem, quos constat filios in parentes impios miserimam fecisse vitæ finem. Quis enim nesciat: Orestes matrem Clytemnestram interfecit, Nero Agrippinam, Ninus Semiramidem, Prolo meus Euergetem, Heraclius imperator Phocam patrem suum. Mitridates item in matrem legit, Tullia femina crudelissima in pa trem, cuius caduer à Tarquino superbo ex stinctum quadragis, recusantibus equis calca nit. Isti omnes tamen & alij parricidæ quos breuitatis causa omitto, varia sed patia pro felere subierunt supplicia, luctuosissimũ vitæ finem facientes. Vult enim Deus: vt huiusmo di flagitia, præter penas, quas in altero secu lo ferent, etiã in hoc incipiant puniri: ne mor tales lateat, quantũ sit filiorum impiorum sce lus, & quanta piorũ virtus. Huius autẽ præ cepti, nec in lege veteri, quæ cõ Euangelica nul latenus in perfectione comparari potest, obli tus est Deus: ita vt filius inobediens occide retur, quanuis pater pepercisset ei. Mira bile est etiam patribus parentibus, nihilomi nus filius inobediens lapidabatur. Cham etiã maledictus fuit, & omnis posteritas eius, quia in honorauit patrem suum Noe. Per opposi tum filij obediens multo tempore vixerunt vt patet de Sè, filio Noe: qui operuit verè da patris,

Ephef. 5.

1. Reg. 16.

2. Reg. 18.

Exod. 20.

Gen. 11. Iudo. lib. 5. ethimo. Gen. 14. Gen. 45.

Gen. 4. Gen. 49. Gen. 50. Tob. 5.

Tob. 14.

Marc. 10.

Exod. 11. Deute. 11. Gen. 9.

patris, vixit sexcentis annis, vt dicitur in Ge nesi, edificauit quoq; Hierusalẽ, & fuit ibi Rex, vt ait Iudorus: & erat trecentorum & nouẽ annorum cum obtulit Abrahæ panem & vi num, Ioseph etiam filius Iacob, quia patrem suum qui famem patiebatur in terra Chanan sustentauit in Ægypto, & honorauit: & cum sese ostendit fratribus quis esset statim vt eli xit. Ego sum frater vester Ioseph, in interrogã vit de patre dicens: Adhuc pater meus vivit? Ideò benedictus fuit à patre, & dedit illi pa ter hæreditatem extra fratres suos & dixit il li. Filius arescens, Ioseph, filius crescens & decoris aspectu, &c. Vixitque Ioseph centũ & decem annos: Tobias etiam iunior cum pa tre eius Tobias iussisset eum perëgrinari obe diens & patrem honorans respondit. Omnia quæ præcipisti mihi faciam pater: Et ideo tot annos vixit in prosperitate, & senectute bo na, quòd vidit quintam generationem, & fi lios filiorum suorum, &c. sed hæc sufficient. ¶ Verum circa ordinem quem Christus ha buit in his præceptis obserua quod cõpit à fa cilioribus vadẽs ad difficiliora. Primò ait nõ occides: id vero à natura videtur instum, nul lius sanguinem fundere. A liquãto difficilior pulchra alterius vxore temperare: ideo secu do loco dixit Non moechaberis. Et difficilior à rebus abstinere. Et ideo dixit, non furtum fa cies. Quartò difficilior est os moderari, & ideo dixit: non dices falsum testimonium. Por ro difficilissimum est patre odire: quapropter addidit, honora patrem tuum, &c. Sequitur in contextu. Qui ait. Hæc omnia custodias à iu uentute mea. Hæc respõdit Iesu ille princeps. Non desunt qui putent quod iste fuerit men titus: sed verè verum dixit. Nã aliàs Chri stus qui veritatem non erat eum tamquam mœ dacem argueret, non dando sibi regulam de perfectione. Et etiã quia vt dicitur in Marco, videns Christus istũ ita dicentẽ dilexit eum. Christus tamẽ non diligit mendaciũ, sed de restatur. ¶ Expende etiam quod Matthæus dicit huc esse adolescentẽ: videtur ergo contradi ctio quod adolescentẽ dicat quod seruauit hæc à iu uentute sua: accipitur hic iuuentus large: nã prius est adolescentia quam iuuentus. Quod si nõ attingeret vigesimũ primũ annum non arguẽ bene poterat dicere, quod seruauit præcepta iu uentute sua. Dicendũ ergo quod adolescentia & iuuentus in scriptura large sumuntur & non secundũ taxationẽ annorum, quam nos poni mus. Nã hic qui princeps erat Pharisæorum

erodendum est quod transierit statim ad adoles cẽtiã, quia homines in tali ætate, nõ solent ad ta lia aspirare. Sic etiam in scriptura ad adolescen tiã solet sumi pro quacũque ætate parua: imò pro principio cuiuscunque ætatis quæ non sit infantia. Sic in Genesi dicitur. Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum. Hoc est à principio cuiuscunque ætatis prona est ad malum. Et ita in præsentia iuuentus & adolescen tia accipiuntur large ita quod adolescentia ac cipiatur pro iuuentute vel à principis virilita tis, iuuentus autẽ accipiatur pro parua ætate, scilicet pueritia. Quo audito Iesus ait et. Adhuc unum tibi deest, omnia quacunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Et veni & sequere me. Videtur quod hæc non ad propositum distulit: nam ipse nõ quareba tur nisi quid faceret, vt vitam æternam possi deret, ad quam possidẽdam satis erat præ cepta decalogi seruare. Nihil ergo illi deerat, vt vitam haberet. Sed quod Lucas hic dimisit Mat thæus dixit, quod dixerat adolescentẽ, quid mi hi deest? Ideo dixit Christus quod pollet bonũ facere ultra decalogum: & quod restabat perfectiorẽ esse faciẽdo opera supererogatio nis ultra iustitiã sufficientem quam fecerat. Quanuis haberet perfectionẽ simpliciter voluit illũ Christus iuxta desiderũ suum & pe titionẽ ducere ad statũ maioris perfectionis. Pro quo obseruandũ primò, quod perfectio Chri stiana non consistit in renũciatione tempora lium rerũ, sed in charitate. Abdicatio rerum temporalium est perfectionis dispositio & in strumentũ: nõ tollitur per hæc impedimentũ ad actus perfectæ charitatis. Et ideo cùm Chri stus dixit huic, vt in Matthæo habetur, si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c. in tellige ac si dixisset. Si vis esse dispositus ad perfectionem, quia cura rerum temporalium multum solet homines distrahere. ¶ A duerte secundò, quod non posuit Chri stus perfectionem in vendendo omnia, quia multi Philosophi hoc fecerunt, sed in sequẽdo illum, ideo ait. Sequere me. Proposuit prius vendere, quæ est dispositio. Expẽde rur sus quod non est tota dispositio ad perfectionẽ vendere omnia sed aliqua etiam sunt neces saria, scilicet, non vti matrimonio, & non ha bere conuersationem secularem. Tamen posuit Christus de venditione possessionum. Primò quia istud est efficacius remediũ & potior dispositio inter omnes ad perfectionẽ. Nõ est enim aliqua tam extẽsa, tam quotidiana

Gene. 6.

Matth. 19.

solicitudo, sicut cura bonorum possessorum, quæ totum hominem implicat, & ista magis distrahit, quam omnia alia impedimenta simul sumpta: & ita qui ab ista abstinere facilliter poterit vacare perfectioni, quasi sit omnino dispositus. Secundo, quia quantum ad iuuenem istum nihil erat quod magis impediret peruenire ad perfectionem quam cura possessionum, nã erat diues valde, & amans possessa: quod patet, quia tristis recessit à Christo. Et ideo hunc nihil tantum impediēbat quam possessio diuitiarum: quam obrem Christus hoc tetigit tamquam magis necessarium iuueni. Apollolis etiam non dixit quod abstinere à venereis vt perfectionem sectarentur. Primum propter magnam difficultatem: quam maiorem difficultate satis ostendit Christus, quia in renunciatione bonorum non dixit per aliquam rem quæ esset difficile, sed abstinendo à venereis ostendit difficultatem magnam cum dixit. Non omnes hoc capiunt sed quibus datum est. Christus autem noluit suadere statim ad consilia maxime ardua, scilicet ad abstinendum à venereis: sed induxit ad minima scilicet ad vendendum omnia. Secunda ratio. Cur non præcepit Christus vt abstinere à venereis? Quia plurimi eorum erant coniugati quando vocati sunt à Christo, & si abstinere ab istis necessarium erat vt repudiarent vxores, vel quod indiceretur vxoribus perpetua castitas. Primum non conueniebat quia Christus vetuit libellum repudij: secundum etiam non conueniebat, quia castitas est res voti, & non præcepti.

¶ Ad nostram tamen eruditionem discimus hinc ne superbiamus etiam si ad supremum virtutis culmen peruenisse existimemus. Quoniam præter mandatorum obseruatiam, quæ necessaria est ad salutem, sunt alia multa, sine quibus nemo potest esse perfectus: ideo noluit dominus, vt homo sciret quando est in statu gratiæ ne superbiret. Et Paulus dixit. Nihil mihi conscius sum. Hoc autem fecit dñs vt semper timentes & humiles simus, quare si sapimus semper cogitare debemus: quod quædam modum vas fictile in quo est ruptura aliqua liquorem continere non potest, si etiam in nobis sit aliquid vitium quo apud nos gratia diuina permanere non possit. Hic diues ea de causa conceperat opinionem, vt crederet sibi nihil deesse ad summam perfectionem. Attamen Christus qui penitus animos hominum inuehatur eius arrogantiam confutauit dicens. Vnum tibi deest. Sic etiam

alij dixit, dicens quia diues es & nullius ego es, & nescis. &c. ¶ Discamus ea quæ magis amamus dispicere, hæc enim est via perfectionis & meritum: vt quæ magis amamus despiciamus, propter Christum, graue opus Christus adolecenti præcepit. Graue opus fuit Abrahe postitum, quæ vnice diligebat suis manibus occideret. An non multi tenerius amant diuitias quam filios? Illa quæ magis amas, & tenerius diligis abijce propter Christum: vt corde à terrenorum amore euacuato, felici commutatione Deus impleat cor, & felix sis in eo qui est vera felicitas. ¶ Discamus gratia Dei non abuti sed semper eam in melius prodesse, vt Deus augeat in nobis dona sua. Conabatur Christus trahere hunc adolecentem ad Christianam perfectionem: certe quia quem ab inuente gratie amauerat, custodierat, & gratiam dederat, vt mandata custodiret, nunc gratiæ perfectione ornaret, & illustraret. ¶ Discamus etiam Dei mandata custodire: hos enim Deus amat, qui sua mandata custodiunt. Amatur etiam signis exterioribus hunc adolecentem vt testatur Marcus: ex quo intelligit, quantum doleat de mandatorum violatione. Certe tangitur dolore cordis in trinfecus: & doleat si posset. ¶ Discamus præterea in celo vbi diuitiæ securæ sunt thesaurizare, dando nostra bona pauperibus: nam huic adolecenti dominus dixit vt daret sua pauperibus & inueniret in celo thesaurum. Mirabilis modus thesaurizandi scilicet dispergendo, cum alij soleant congregando thesaurizare. Thesauriza in celo: vbi thesaurum ne fures rapere, neque incendium consumere poterit.

¶ Denique discamus ex Christo Salvatore nostro curam habere pauperum, & memores illorum esse. Ille enim pater est pauperum & protector: & ne inopia consumatur præcepit non modo huic, sed omnibus diuitibus vt pauperes in necessitatibus suis adiuuent, cuius pietatis non pauca sunt in sacris literis exempla. Propria enim manu non est dignatus dominus primos patentes nostros vestire, qui ante in paradyso nudi incedebant. Postea verò summo opere Indæis pauperum curam commendauit multa statuens in eorum fauorem. Nam & decimandi ius induxit, quo pars aliqua cederet pauperibus, & statuit vt debita septimo anno condonarentur: cui pietati aliam non minorem addidit, Iubilatum exco gitas quo possessiones vendite ad pristinos dominos redire solebant. Præterea iussit vt in agris

Gen. 22.

Deut. 14.  
Leui. 25.  
Nemi. 5.  
Matth. 10.

Luc. 16.

Mar. 10.  
Gen. 6.

Matth. 6.

Gen. 3.

Deut. 15.

Leui. 25.

agris & vineis, messium & yuarum reliquæ manerent, & suffactis aut corbis obliuione fore relictis esset ne quereretur, vt his alerentur pauperes. Permiserit etiam ludæis, vt latius & splendidius in festiuitatibus conuiuarentur vt pauperes. At in lege Euangelica non solum pollicetur pauillum quæ pauperi daturum, sed tamquam sibi esset datum benigniter accepturum: sed etiam pauperibus regnum celorum largitur, inquit vt faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis. Ita que si exacte sacram scripturam quis perscrutari voluerit compertiet proculdubio eximiam habuisse dominum omnium pauperum curam quod etiam ex hoc loco constat, vbi Christus huic diuiti pauperes commedat. Verum multi sunt qui hanc dñi commendationem paruipendentes, nec viduas in paupertate sua subueniunt in eadem vicinia moranti, nec pupillo omnium auxilio destitutum opem ferunt: nec considerat Christianum non esse qui Christum non audit & imitatur. ¶ Denique discamus ex hoc loco, quod melius est dare omnia simul pauperibus quam manere in seculo ministrando res possessas, & dādo quotidie elemosynas: quia qui elemosynas dat, fructum dat rerum, tamē qui totum dat spoliatur se à fructu & à possessione. Et etiam in possidendo delectatio quædam manet, qua caret qui totum simul dat. Verum vt recte daretur pauperibus, oportebat prius vendere vt daretur moderate: nam si non venderentur quædam darentur integre vt magna domus vel ager qui est magni valoris, & hoc non esset releuare inopiam pauperis, sed eum ditare. Reductæ tamē diuitiæ in pecuniam possunt diuidi inter plurimos, & moderate dari. Sed iam ad contextum reuertamur, vt videamus quid egerit diues iste. Ait itaque Euangelista. *His ille auditis contristatus est, quia diues erat valde.* Mirum videtur quod iste qui omnia præcepta seruabat tanto tenebatur diuitiarum ardore, quod non poterat ad perfectionem venire. Vide ergo quod amare diuitias immoerate semper impedit perfectionem: quomodo cumque consideretur perfectio. Quia circa perfectionem, aut consideratur ipsamet perfectio, aut instrumentum perfectionis. Si instrumentum: tunc obseruatio consiliorum est necessaria: quia sunt instrumenta quædam quorum precipuum est renunciare omnibus possessionibus: sed ad renūciandum nihil est quod magis impediatur quam amor immoeratus possessorum: sicut fuit in i-

sto iuvene. Ideo iste amor impedit perfectionem. Si autem consideretur ista perfectio in se ipsa, etiam impedit amor diuitiarum perfectionem, quia consistit perfectio in charitate, & vt nos accipimus consistit perfectio in actu excellenti amoris: sed conditio animi nostri est vt non possit fieri inter se ad multa, nã si ad vnum sit intentus, fit ad alia remissa. Ad id quod diligit Deum intente dilectione excellenti non potest diligere aliam rem intente: quod si illa diligit intente, minuitur dilectio Dei. Minus enim Deum diligit, qui cum eo aliud diligit: ideoque amor immoeratus diuitiarum impedit perfectionem. ¶ Igitur quantum amare inordinate diuitias impediatur perfectionem, non tamen obseruatiam præceptorum, quod illud obstat præceptis, in præceptisq; vetatur, & amor ad res proprias non vetatur in præceptis, sed cupiditas rei alienæ. Potest etiam amor inordinatus ad res possessas esse contra præceptum cum diligitur diuitiæ plusquam Deus. Et tunc agit contra præceptum & mortaliter peccat, quado ita amat quod potius vellet offendere Deum quam illis carere, & committere potius aliquod peccatum mortale quam priuari velle rebus possessis. Nam quantumcumque feruenter amet, si potius vellet carere illis quam Deum offendere non peccat mortaliter amando possessas: & tunc seruat præcepta: tamen non attingit actum excellentem amoris Dei, in quo est perfectio. Talis erat iste iuuenis de quo nunc est sermo: quia præcepta seruabat: verum quia diuitias feruenter amabat, impeditus erat à perfectione. Et hac de causa recessit à Christo, vt dicunt Mattheus & Marcus, & contristatus est. Contemptum diuitiarum diuites audire non possunt. Habent enim clausas aures, & sono ætis obtusas, & nummus magis illis sonat quam diuina verba: & ita eris tinnitum verbum Dei audire non possunt: sicut molitores qui aquarum fragore, vocantes non audiunt. Quare sicut sapiens molitor aquas compesceret, vt possit audire vocantes: ita diuites si sapiunt diuitiarum fremitum, & terrenorum cupidinē coercere debent, vt vocationes & inspirationes cœlestes percipiant. ¶ Nos vero discamus hæc omnia terrena despiciere & derelinquere ne animus noster amore caducarum rerum depressus, & præpeditus ad perfectionis vitam & diuinum amorem aspirare non possit, ad quæ Deus omnes electos suos tanquam ad scopum summi boni intendere voluit. Vt enim aibus pœnas alarum refecimus non longius

Matth. 19.  
Mar. 10.

1. Cor. 4.

Apo. 3.

auolēt quam oportet: sic dominus vult vt diuitiarum luxum abscindamus, ne plus nimis cor nostrū à diuino amore elongetur. Quod si putatores arborum circumcirca superflua demunt, ne ascendere impediatur: quid nos facere debemus quorum maius agitur commodum, nisi falce diuini amoris omnia terrena & caduca amputare, quo facilius nobis pateat ad cœlum ascensus?

¶ Expende etiam ad tuam eruditionē, quod cum iste recessisset à Christo dixit tristis. Perfecto nulla vera tristitia est nisi à Deo recedere: nam ille qui à Deo non recessit nō habet cur tristetur. Imò si isto te, qui à Deo non recessisti ieruant tristitiarum agmina, dic. Pone me domine iuxta te, & cuiuslibet manus pugnet contra me. Et illud Psalmi, Dominus protector vitæ meę, à quo trepidabo? Et illud. Si ambulauero in medio vmbrae mortis non timebo mala, quoniam tu mecū es. Esaias quoque. Non sum confusus, te pastorem sequens. Et qui recedit à domino cum ab omni bono discedat, vt et veram causam habet tristandi.

Vnde David in Psalmo. Fuerunt (inquit) lachrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus, &c. Sed procedamus. Videns autem Iesus illum iustem factum dixit. Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Bene possunt pecuniam habentes regnum Dei intrare, sicut Abraham, David, & multi alij: sed loquitur de illis qui pecunias diligunt immoderate: & ideo cupiditas, & voluntas immoderata damnatur hic à Christo. Hoc dixit propter istum adolescentem. Sed dubiū est. Quomodo hic difficiliter intrabit in regnum Dei, cum precepta Dei seruabat? Nonne vt diximus vir bonus erat & Christus dilexit eum? Pro maiori explicatione istorum quę diximus, & huius difficultatis obserua: quod diuitiæ tripliciter possunt haberi. Primò quando earum amor omni alij non modo humano, sed etiam diuino amori antefertur. Cuiusmodi eas possidebat diues ille vorator, qui Lazaro male cōsoluit. Secundo quando magni quidem sunt: non tamen adeo vt omnino amorem Dei superent: quo pacto ab hoc adolescente possessa sunt. Terriò haberi possunt diuitiæ, ita vt nullatenus earum cura impedire diuinarum exercitium, aut cum Dei amore in contentione venire possit. Et hoc modo, Abraham, Iob, David, alijque viri sanctissimi & doctissimi extiterunt. Ex his autem diuitum condi-

tionibus, prima quidem malorum est: secunda bonorum, tertia perfectiorum. Christus ergo hic loquitur de illis diuitibus, qui secundum locum tenent: quorum possibilis est, difficilis tamen salus, propter periculum, in quo versantur. Ea enim est humanę nature fragilitas, vt qui nimis diuitiarum amore tenetur sæpenumero amorem Dei post habeat, quo facto in impiorum numero esse incipit. Considerent igitur qui hunc secundum locum tenent, quanto sint periculo expositi, & vigilantes ne vnquam obdormiant, & cadant in laqueum diaboli, vt Paulus dicit. Et periculum istorum patet in duobus. Primò quia qui diuites sunt isto modo, vt non perdant quę possident committunt quęcumque mala: amant enim tam ardentem possessa, quod etiam si aliena non ambiant, ne perdant quod amant faciles sunt ad peccatum mortale. Secundo, quia impediuntur ad bonum, & cessant facere bona quia diuitias habent. Sicut iste iuuenis qui Christum non est secutus, quia diues erat, nam quia diuitias relinquere oportebat cessauit sequi; & ideo diuites difficile intrant in regnum Dei, propter magnum periculum in quo viuunt. Si quis autem possideret illas non amans in nullo esset periculo: sed quia hoc raro fit consultius est eas relinquere. Vnde in Ecclesiastico habetur. Beatus diues qui inuentus est sine macula & qui post autū nō abiit neque sperauit in pecunia thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? Quasi dicat. Rarus aut vnus est. Fuit quidem vnus Abraham, alter Iacob, Loth, & David. Sed tamen pauci sunt, ita vt digito monstrari possint. Quare quia raro euenit, & quis diues vt perfectus esse simul possit totiusque semper eligendum sit, præsertim in re tam graui in qua salus & vita hominum vertitur: suadet Christus diuitiarum derelictionem propter periculum. Quia difficile est possidere & possessa non amare: secutius est non possidere. Et sic Apostolus de solis diuitijs dixit quod paratè loquitur im mediare dicēs Chrs. Facilius est enim camelū perforare acus trāsire, quā diuitiē intrare in regnū Dei. Maximā difficultatē, impossibilitatē vocat. Quædā enim in scriptura dicuntur impossibilia moraliter: alia autem metaphysice. Moraliter ea dicuntur possibilia quę sæpe & sine magna difficultate fieri possunt. Contra veto impossibilia moraliter dicuntur, quę fieri non possunt nisi rarissime & cum magna difficultate. Et sic hic dixit similitudinem impossibilitatis. Et clarius in Matthæo impossibile est dixit, diuitem intrare in regnum cœlorum. Logice vero seu metaphysice possibilia dicuntur quę vtunque fieri possunt: & contra impossibilia quę nullo modo. Hic autē loquitur Christus de impossibili morali. Sic etiam in Ieremia habetur. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Et dominus in Euangelio de Pharisæis. Propterea non poterant credere: quia Esaias dixit. Ex caeca cor populi huius, & aures eius angustauit. Nunquid peccatorem assuetus peccatis, non potest saluari? Absit. Omnis enim peccator quantumuis sit celerosus dum viuat cōuertitur potest: vnde & ipsi Pharisæi si saluti suę consulissent credēdo saluari potuissent. Ieremias autem impossibilibus comparauit istorum saluationem: & irem Christus dixit illos nullo posse credere modo non quod suspiciter non possint saluari huiusmodi peccatores: sed moraliter quia maiori ex parte euenit, vt qui tam duro & Pharisæico sunt animo nō cōuertantur, non quod non possint, sed quod nō in tantum modo diuites qui bona temporalia nimis amant, quoniam nimirum amor diuitiarum ad peccatum valde incitat vt iam dictū est. Quia de causa hæc propositio & illa Ieremię superior comparatio non sunt interpretandę rigore Dialectico, aut physice: sed moraliter loquendo: qui loquendi modus omnibus etiam nobis familiaris est, vt vulgo dici solet exaggerationis gratia impossibile quod non est factū facile. Optimè autem colligitur hoc sic intelligendum esse, quoniam immediate antea dixerat hoc Christus interrogatiuè. Quam difficile qui diuitias habent in regnum Dei introibunt: quam difficultatem statim exposuit camelis comparatione quod videtur impossibile saluari diuitum: nulla tamen ibi oritur inde impossibilitas, sed exaggeratio tantummodo difficultatis. Sic etiam D. Hieronymus, ait quod nō impossibilitas præterdicitur, sed raritas demonstratur. ¶ Sūt qui dicant quod hoc intelligendum est de diuitibus qui totam spem suam ponunt in diuitijs, & diligunt eas plusquam Deum: & si de istis loquitur Christus certè etiā metaphysicè loquendo impossibile est quod isti ingrediantur regnum Dei. Sed Christus quantum existimo non loquebatur de istis diuitibus nisi

1. Tim. 6.

Eccle. 10.

1. Tim. 6.

Matth. 19.

Hier. 13.

Ioan. 7. Esai. 6.

Hier. in c. Matth. 19.

de illis qui amant Deum plusquam diuitias sed nihilominus ardent diligunt diuitias, qualis erat ille iuuenis. Oportet enim, arde re quorsum Christus hoc dixerit, quoniam hoc dixerat loquens de illo adolescente qui mandata seruabat diuitijs non obstantibus, qui quidem non erat de illorum numero qui diuitias plusquam Deum amant: sed aliorum secundi gradus: scilicet quibus vt supra diximus dilectio Dei omaibus alijs rebus etiam charissimis non videtur postponenda. Quare de his non de primis intelligit Christus propter periculum in quo versantur illi qui etiā si Deum plusquam alia diligunt tamen bonorum temporalium alia ex parte nimio amore detrahunt. Itaque de hoc adolescente & similibus loquens intentū persequitur aliās si de diuitibus primi gradus qui in peccato mortali sunt, esset intelligendum absurdum videretur, quippe quia nulla est dubitatio huiusmodi diuites qui diuitias plus amant quā Deum saluari non posse, dum sic diuites fuerint & diuitias hoc modo dilexerint. ¶ Si autem quętas quid intelligat Christus per camelum ego non possum aliud intelligere nisi funem nauticum assensiens expositioni Theophilati, qui sic huc locum interpretatur. Comparationes enim debent fieri iuxta rationem & cum iudicio: vnde cum funis videatur habere quandam similitudinem & proportionem cum filolo, quia vtrumque netur & torquetur, de fune intelligendum videtur non de animali. Alias ridicula esset comparatio: quemadmodum si quis diceret se melius in equo quam in lapide equitare, quia lapis nihil cum equo habet similitudinis. At si diceret, equum esse equitatum aptiorem quā mulam, recte & apte loqueretur: quia vterque eidem ministerio conueniunt. Ita etiam Christus reprehendens iudicia temeraria aptam à rebus similibus duxit cōmparationem inueniens. Quid vides festucam in oculo fratris tuistrabem autem quę in oculo tuo est non consideras? Quę ambo iater se longitudine saltē & impediendi modo similia sunt: licet trabs multo sit maior. Sic etiam agens de illis rebus, quę per foramē acus ingredi possunt, vtitur trudentis comparatione: qui quanquam per acus foramen ingrediti non possit, ministerium tamen habet simile: quoniam per anchorarum foramina transitur: & sic quoad acum est habere nisi obstitisset crassities. In Græco autē est τρυφῶν, quod significat funis nauticus. Quod si quis

Theo. super Mat. c. 19.

Luc. 6.

H h s dicat

Iob. 7.

Psal. 29. Psal. 22.

Esai. 50.

Psal. 41.

Luca. 16.

dicat tam impossibile est, vt funis nauticus transeat per foramen acus quam animal: ergo quid refert. potius de fune quam de animali intelligere? Respondetur funis habet, vt iam diximus, maiorem proportionem cum filo, quod solet transmitti per acum forami na quam animal: & de animali esset nimis lo ge petita comparatio. Et præterea funis tran situs non est impossibilis quæ admodum ani malis, licet sit difficilis: quia licet rudens cras sita sua integer non possit ingredi acus fora men: poterit tamen filatim, si scindatur in te nues fibras, ex quibus confectus est. Vnde etiam aptior & sapientior existit comparatio: nam si diues qui more rudetis incrassatus & impinguatus est, se minutatim confciderit, pauperibusq; bona sua erogans luxu & opes attenuauerit: proculdubio ianuam cælorum ingredi poterit: secus: si avarus extiterit: opes opibus quasi filia filis accumulans. Sequitur in contextu. *Et dixerunt qui audiebant. Et quis potest saluus fieri?* Existimabant discipuli vix quempiam posse inueniri qui amplas posses siones subito profusus esset ob regnū Dei, quāquam ipsi pauca quædam reliquissent: vnde non pro seipsis interrogant quum pau peres essent, sed pro omnib; quia misericor des erat. Quotus enim quisque est mortaliū, qui aut abicere potest diuitias quas habet aut non optare si non habet. Soliciti enim e rant discipuli de pusillo saluandorum name ro. *Sic illis. Quæ impossibilia sunt apud homi nes, possibilia sunt apud Deum.* Nihil aliud vult insinuare: nisi quod opus sit diuina gratia, vt cum diuitijs regnum Dei acquiramus: nam Dei adiutorio suffulti ea quæ difficilia viden tur, & sunt secundum naturam ferè impossi bilia, perficiemus cum gratia Dei. Impossi bile fere est homini diuiti immoderato amo re diuitias diligit, & ita vt spem suam in eas ponat: Deo tamen possibile est diuitis animū mutare, ita vt recte eis vtatur. Ideo Dauid qui Rex erat & diues hoc auxiliū petebat Do mino diceas. *Inclina cor meum Deus in testi monia tua, & non in auaritiam.* Humanarū enim virium non est vt quis habitis diuitijs, cor non apponat: Deo autem possibile est vt in nobis creet cor nouum & spiritum nouū, creatorque apud nos in multis preponderet. *Disce in hoc loco in omnibus rebus tuis, tā prosperis quam aduersis semper ponas ante oculos hanc dñi sententiam: quod apud Deū omnia sunt possibilia.* Si enim tibi fortuna iā

arridet: potest Deus dulce hoc in amarū red dere. Lætus erat Dauid in Sicelech diuidens Amalechitarum spolia equitibus suis: quæ læ titia accepto nuncio de morte Saulis & Iona thæ Israelisque calamitate, in luctum conuer sa est. Lætus accubuerat Holofernes bene cœnatus & potus: sed crastinū mane habuit in inferno. Lætus erat Aman ab Hester Regi na iuitatus, eodem tamen die inimicum suū per ciuitatem honoris causa comitatus est pe des: cum magno decore & tristitia sua. Ne mo igitur lætitiā huius seculi æstimet, quan do multi hodie læti sunt qui cras erunt mœ stissimi: è cōtrario autem si fortuna se tibi no uercam ostenderit, potens est Deus fugatis nebulis incommodorum lucem salutis reuo care. Mœstissimus erat Patriarcha Iacob pro pter communem regionis famem filiorum que absentiam præsertim Benjamin, quando accepit nūcium de Iosephi prosperitate: quo summo est affectus gaudio. Dominus enim (iuxta caticum Annæ) mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. *Docet etiam locus iste non humana infirmitate metiendā salutem, sed virtute diuina Sed ad contextū. *Ait autem Petrus. Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Quid reliquit Petrus? Cimbā cum duabus retibus pauperque turgurium? Non attenditur id quod relinquitur: sed vo luntas qua relinquitur: quare qui Christum secuti sunt tanta reliquerunt, quanta relin quere potuerant, qui cum secuti non sunt. Ea enim est humana hbidinis in cupiendo in fatiabilitas, vt qui illam teneat nunquam sibi satisfacit: & qui relinquat, omnia relinquere videatur. Quare tantum reliquit Petrus, quā tum potuit affectare Alexander. Nam tali ter fuit erga dominum Petrus animatus: vt si sicut tēnuēs opes habebat, opulētissimum ha beret imperium, nihilo secius imperium vnū & quinquaginta imperia reliquisset. Hæc est Deo gratia & acceptabilis voluntas: vnde vi dere potes quam expeditum velit animū v niuersiuique esse ab omni humano impedi mento: quādo Apostolus exiguas etiam opes relinquere præcepit. Vt Christus sequerentur Apostoli, expediens erat vt omnia relin querent. Cūm Christus curreret exultauit vt Gigas ad curtendam viam & necesse erat vt currerent discipuli, quod non poterant ita ex pedite currere nisi essent exonerati: eā ob cau sam omnia reliquerunt, ne diuitiarum pon dere grauaarentur. In Genesi vbi communis**

2. Reg. 4

Indit. 11

Hester. 6

Gen. 41

1. Reg. 4

Gen. 12

1. Cor. 7

Deut. 18

2. Tim. 12

Gen. 13

editio habet, Erat Abraham diues valde: ha bet versio Græca βαρυς οφο δ' ορα hoc est, gra uis vehementer. Pondere Aegypti graua batur: licet enim diuitia leues videantur, tamen quia Aegyptiæ sunt, viris sanctis graues sunt. Ideoque omnia reliquerunt Apostoli: vt au di, nudum sequerentur. Deinde vt mundū cognoscerent quem oppugnaturi erant necesse erat vt reliquerent vt cum viderent. Cir cunfusi mundū confusionem minime intuentur. Sicut in ludō calculorum euenit sæpe vt ipsi ludentes veluti oculis capiti obnitiā con fusionem non vident quomodo latrūculos innotere debeant: cum illi qui extra ludum se dent foris id considerantes, recte inspiciāt. Sic qui in mundi negotijs implicantur cœcutiunt inuentis actio tenebris cooperta, cum illi qui animū à mundo separantur seque in solita riam requiem receperunt, mundi dolos labo res, & vanitates, acute tamen intueantur. Vt aliquid videamus necesse est vt sit aliquid in teruallum inter oculos & obiectū. Sic vt mudi intueamur necesse est esse aliquam distā tiam inter nos & illum. Oculi palpebras suas prospicere non valent, quia nullum est mediū interiectum. Sic mundani, non vident, quæ sunt mundi. Tertio qui cum aliquo vult ne gotium agere illum expeditum ab omni cura desiderat habere: quia pleribus intentus, mi nor est ad singula sensus. Sic cū dominus vo luit tractare cum Abraham, dixit ei. Egredere de terra tua & de cognatione tua. Viri per feci tigno domus extuende similes sunt qui iuxta locum in quo ponendus est dolatur & excauatur: nam turgurium rudius & pla nius, atrio vero exactius. Eodem modo Apo stoli quia in ecclesia in præstantissimo erat lo co constituendi in omnium mortalium con spectu, ideo Christus voluit vt omni non solū vitio sed etiam imperfectione carerent: quare eos de corticauit & mundauit prius ab omni mortali affectu: vt posset illis à negotijs secula ribus separatis tutō diuina mysteria comuni care. Vnde Paulus, Mulier inupta & virgo cogitat quæ domini sunt, alia diuisa est. Hinc in Deuteronomio præcepit Deus ne homines diuino cultui deputati haberēt possessiones, aut prædia vllane distraherentur ab officio. Et in Levitico præcepit ne sibi in templo Gib bosus ministraret: in figuram, quoniam sicut Gibbosus oculos corporis vitio leuare ad cæ lum non potest: sic secularibus negotijs impli cati minus idonei supernis red duntur. Hanc

ergo seruauit dominus in electione Apo sto lorum rationem, vt si quidem erant ecclesiū consiliorū participes futuri iudicarentur prius omni carnali affectu. Quarto bene poterat Apostoli saluari Deoque bonis suis inferu re: Abrahamus enim, Isaac, Iacob, & alij antiqui patres diuites fuerunt simulque per fecissimi Deoque amicissimi, Verū est. Sed tempestate illa quia simplicius & purius viuē bant homines & poterant diuitia externæ cū interna paupertate copulari, non fuit impedi mento rerum affluentia quo minus boni ad perfectionem euaderent: postea verb ingruē te acquirendi & congregandi libidine meri to negauit dominus Apostolis rerum tempo ralium possessionem, ne impedirentur & vt temporalibus illis exemplum conueniens præ berent. Tranquillo, & pacato mari tuto nauigant nauæ mercimoniūq; retinent: si vero ali qua exurgat tempestas, vnde equè nauis iacta re incipiant cum sint in periculo omnium iā dūcturam faciunt, mallentes nudi euadere quā ornati interire. Sic priscis temporibus ea erat seculi tranquillitas vt nihil humanum videretur viam perfectionis impedire posse. Vnde Abraham cum esset tanta opum præditus abū dantia vt cum domesticis duntaxat quatuor simul reges pralio victricis erat etiam humi litate vt non crederet hospitem suorum pedes lauare. Sata eius vxore officii coci & pastoris subeunt. Verum tunc frugalius con uulabantur homines parciusque ornabantur diuitias partui pendentes quibus non ad luxū, sed ad naturæ necessitatē utebantur. At nunc vltque adeo creuit vitiorum tempestas, & tan tum exurgit honorum & diuitiarum pon dus: vt nisi his proiectis nemo possit tuto nauigium vitæ gubernare. Verum enim uero si conseruanda vitæ corporeæ causa, avarus mer cator non dubitat merces suas iactare: quid nos facere debemus, vt a terram non amittā mus? Nihilominus tamen multi sunt qui profitentur se quicquid grauisimū propter Deū subituros, & tamen bonis temporalibus inuigilant cum salutis suæ detrimento: qui si repu tare vellent quod non minori sunt bona tem poralia, periculo viuētib; quam sarcinæ stū ctuantibus, paucioribus essent contenti. Nam quoniam quo est maior pretij vitæ æterna quā temporalis: eo debet maior in illa quā in hac conseruanda sumptus fieri, furor est ingens cum animæ detrimento opes retinere quas propter corporis discrimen proieciimus, sanus igitur

2. salm. 118

Psal. 18

Gen. 14

Gen. 18

Igitur non praesert temporalia aeternis exemplum securus Petri aliorumque Apostolorum ut vita pericula declinet. Per hoc enim pelagus torrensibus obnoxium in quo tanta occurrunt discrimina cautius est navigandum ut perveniamus ad illam promissionis terram quo tendimus: ne sicut Pharaon Rex Aegypti in transitu intereamus. Illi autem summo cum discrimine vivunt qui Petro in praemio pares esse volunt: opes tamen nec relinquunt nec contemunt. Divitibus de se male non sunt: nimia tamen divitiarum sollicitudo non potest non intercludere supernorum cogitationes. Quia sicut qui duabus acibus simul fuerit aut simul duobus caelis caelaret minus & peius ageret quam si vno: ita qui non contentus rerum terrenarum simplicitate bona bonis accumulatur, non potest vivendi sine consequi. In primo libro Machabaeorum legitur quod venit Gorgias contra Iudam & populum Israel: & cum Iudas exisset ad eos in campum, dixit suis. Non concupiscitis spolia eorum: sed estote contra inimicos nostros & sumetis postea spolia securi. Si enim moram feceritis eorum divitias & spolia cupientes vincentini. At post victoriam omnia erunt in vestra potestate. Sic nos qui pugnamus in hoc mundo, quia militia est vita hominis super terram, ne cupiamus bona temporalia, quoniam parta victoria, abunde divites erimus in caelo. Nunc autem contemnamus has divitias: quia non sunt nisi laquei quibus miseriam animam detinetur. Vnde Paulus. Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Posuit diabolus laqueum divitiarum Iudae cum quo strangulavit eum: qui miser cum esset ille laqueatus ut proderet dominum, postea laqueo se suspendit. Dirumpamus nos sicut istius sancti Apostoli fecerunt vincula eorum: & projiciamus a nobis iugum ipsorum. Dedit tibi Deus ut non solum caueas laqueos diaboli: sed etiam ut cum Dei adiutorio vincula dirumpas. Non capit laqueus: nisi ante escam te ceperit. Dum escam petis laqueo ipso te netis. Escam laquei est avaritia: quae nos vult capere, non pascere. Non dat venator escam aui, ut illa comedat escam: sed ut ipsa fiat escam avari. Ita venatus est primos parentes nostros escam ligni vite: quare siquidem divitiarum mundanis escam diaboli sunt quibus eorum animas pessum dat, optimum erit factu illas non concupiscere, ne laqueis diaboli capiamur. Ideo Paulus admonet dicens. Ne te

tigeris neque gustaveris, neque contraheris, quae sunt omnibus in interitum ipso vlti. Bene possidemus & vti & frui divitiis in hoc seculo licite: nisi ipse vltus animum in illarum amorem propelleret, animamque proinde ad interitum duceret. Bene possidet quis escam divitiarum gustare ab illarum laqueo evadens incolumis: verum tamen hoc aut raro contingerit. Quare quemadmodum a vultibus divitiarum non attingere, blandimenta, & si iam captus es amore divitiarum & es divites & divitias amas, frange hos laqueos dirumpens illas ut possis dicere cum Petro. Ecce nos dimisimus omnia, hoc est, anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Hoc autem non fecerunt Apostoli virtute sua: sed cum Dei auxilio & favore. Ita & tu tantum opus divitias nempe contemnerere solus facere non poteris: nisi a Deo adiuveris. Ideo non est in Psalmo. Ego me erui a laqueo venantium, ego contrivi laqueum: sed dixit. Anima nostra erepta est a laqueo venantium & laqueus contritus est. Cum quo adiutorio? Subdidit. A diutorio nostro in nomine domini, qui fecit caelum & terram. In hoc ostendit egregius praesert cuius auxilio sit liberatus a laqueis diaboli. Aus per se ipsam cadit in retibus: sed non potest nisi auxilio alterius eripi a laqueis. Ideo roga Deum ut te eripiat a laqueis diaboli, & tunc liberaberis quando terrena haec dimiseris. Verum quia non satis est ut ab vno laqueo libereris nisi omnes laqueos diripias, subdidit Petrus dicens, quod omnia dereliquerunt. Opus est ut non partem sed ut omnia dimittas propter Christum. Ananias & Saphira mala morte perierunt, quia partem agri sibi referunt non relinquentes omnia: sed partem servantes sibi, & partem contempserunt. Sed quia de his in superioribus locuti sumus, cetera consideremus. Non est contentus Petrus reliquisse sua & non tantum partem, sed omnia: verum & tertium dixit scilicet & sequi sumus te. Primo dereliquit sua: secundo dereliquit omnia. Tertio se cutus est dominum. Sed duo priora nihil profuissent, nisi adderent & tertium, scilicet, secuti sumus te. Duo priora multi ex Ethnicis strenue praestiterunt: sicut Socrates, Diogenes, Bias, Thales Milesius: Crates Thebanus, qui etiam aurum proiecit in mare, Fabricius Romanus & plerique alij: sequi autem dominum

Psalm.

Mat.

Cap. 18.

tres in vobis manebitis.

dati.

Iob. 13.

Deum.

1. Reg. 19.

Mat. 6.

Leg. super e. 9. sibi sequatur me.

1. Reg. 20.

Iob. 13.

Christiana perfectionis est & ad bonos fidelique tantum pertinet. Sic Iob. Viam eius custodiui: & non declinaui ex ea. Sic sequitur dominum tres illi pueri in fornace ignis in captivitate Babylonica: quum dixerant. Sequimur in toto corde & timemus te: & quare faciem tuam. Sequi Christum est eius vitam imitari: quod nemo potest facere nisi prius mundum reliquerit. Quamquam multi sunt hodierna die qui libidines suas non Christum sequentes ad supremam illam promissionis terram ascendere, praesumunt: ut longe falluntur: ut enim ad illam perveniamus, per desertum laborum, viam facere debemus ab Aegypto vitiorum emergentes. Eliseus etiam derelinquens boves securus est Heliam, stat sententia: Nemo potest duobus dominis servire. Expende etiam quod Christus non praecipiebat haec duo, scilicet, relinquere omnia & illi sequi: quasi equaliter essent bona, sed vnum propter alterum: sequi enim si dicitur tanquam bonum suadebat, dimittere autem omnia non ob aliam causam nisi quia erat dispositio ad sequendum Christum & principium operis debet esse a dispositione. Sequuti sunt itaque Apostoli Christum corporaliter & spiritaliter cunctes post Christum, & credentes in illum & eum imitantes. Corporalis enim sequella, satis non erat cum & Iudas securus sit illum corporaliter & patrem & matrem dereliquisset Christum filium Dei esse non credit, nec mores eius esse imitatus. Quapropter potius Christus sequendus est gestibus mentis quem corporis: Oblevra etiam quantum animi & audaciter praestet bona conscientia. Attende quae grauitate & fiducia dicat Petrus. Ecce nos reliquimus omnia, quasi par cum pari loqueremur: Sic rex Ezechias dixit Deo. Memento domine quoniam ambulaverunt coram te in corde perfecto. Non aliter loquutus est quam si Deum esset in ius vocaturus. Nullius distincti erat sibi conscius Ezechias qui pequi omnia mandata Dei impleverat: & idcirco tanta fiducia loquutus est. Eodem modo Christus ligatus & coram Anna adductus summi auctoritate respondit pontifici. Ego palam loquutus sum mundo. Quid me interrogas? Interrogas eos qui me audierunt. Haec autem tunc tam audacter dixit dominus non tantum quia Deus: sed quia iustitia sua nixus. Veritas non est liberrime loqui pontifici, cui alias in quantum homo volens ut iudici erat subiectus. Nos vero ea de causa ad omnia

transiit & pusillanimes sumus, quia ante actum viam memoria peccatorumque conscientia nihil audemus aut dicere aut facere, etiam si oportet. At Petrus nullius improbi facti nec dicti conscius summo animo non modo allegavit quae fecerat: sed etiam ( ut inquit Mattheus ) ausus est dicere Christo Quid erit nobis? Post semus e quidem in hoc casu cum Petro expostulare his verbis. Vnde tibi, o vir modestissime tanta denuo crevit arrogantia? Reliquisti haui cum rebus? Fateor magnam fuit opus & laudabile: nullo tamen modo cum illis beneficijs, quae a domino accepisti conferendum. Nam pro nauis ecclesiam: pro rebus, doctrinam: pro piscibus homines; pro arte denique piscandi summum pontificatum, consequutus es. Quid amplius animus potest humanus querere. Respondit Petrus. Ista quidem quae memoras magna sunt, & meritis meis superiora: verum votis meis non satis faciunt: quae humanis dignitatibus etiam iustis non terminantur. Qui divitias, honores, aut voluptates huius seculi quasi scopum & finem omnium suarum contentionum proponunt, his comparatis nihil amplius querant, quiescant, fruuntur partem. At illi, qui humanis student, non ut in superioribus bonis: sed ut quibusdam medijs quibus aeterna consequantur contenti esse non possunt donec ad beatam illam deveniant felicitatem. Quare etiam si Petro totum orbem terrarum Christus concessisset in mortaleque seculi imperium: nihilominus diceret domino, quid erit nobis? Id est, post hanc vitam quid fiet de nobis? Saluabimur ne ut caelorum sedibus Dei que fruamur conspectu? Non querunt iusti secularia bona in praemium operum suorum: sed aeterna. Ideo Petrus in memor tantorum beneficiorum quae a domino acceperat, ad caelestia aspirat interrogando. Domine quid erit nobis? Erat Maria Magdalena plorans ad monumentum & interrogavit illam dominus quem ipsa tunc non cognoscebat. Mulier quid ploras? Et illa Respondit. Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. At non satis est sibi quod Angelos praesentes habes ut illorum conspectu omnem deponas in aeternum: minime, nihil enim sine Deo meo mihi potest esse iucundum. Cum ipso mihi placeo, sine ipso ipsamet mihi sum gravis & molesta. Vnde David etiam cum esset Rex & Propheta Deo quae charissimus dicebat. Satiabor cum apparuerit gloria tua: quoniam omnia humana mihi

Matth. 4.

Iob. 20.

Psalm. 16.

sera

fera & exigua reputabat. Quibus exēplis manifestum est nihil esse, quod iustus satis sit præter Deum. Nos igitur illorum doctrinam imitantes eo animo nos in hoc seculo geramus, & in fluxis rebus medium actionum nostrarū non sine collocantes, ad cœlestia semper aspiciamus, non quæ creati sumus. Quæ sursum sunt queramus, non quæ super terram, &c. Sed iā Christi responsum audiamus qui non solum Petro, sed omnibus Apostolis respondit: quia Petrus (qui erat os totius collegij apostolici) nō solum pro se sed pro omnibus locutus est. Ideo Christus Petro simul & omnibus respondit. Sequitur in cōtextu. *Qui dixit eis. Amē dico vobis nemo est qui relinquat domū aut patres, aut fratres, aut uxore, aut filios propter regnū Dei, & non recipiat multa plura in hoc tempore & in seculo futuro vitam eternam.* Mos est euangelistarum vt quod vnus prætermittit alius suppleat, & dicat. Antequam Christus hoc dixisset. Beatus Matthæus ait, A postolis enarrasse. Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Post hæc autem verba subdidit hæc quæ Lucas dicit: quod omnis qui reliquerit domum aut parentes, &c. Promittit Apostolis quod ipsi erunt iudices super omnes tribus Israel. In actis apostolorū legimus quod Iudæi flagellarunt Apostolos, & in carceribus coniecerunt: & eos sunt persecuti. Vide iam quomodo omnia mutantur, & verba vice conuertantur. Apostoli qui a deo, à Iudæis iniurijs & supplicijs affecti sunt illorum in iudicio iudices existunt: quare caueat diuites & potentes qui pauperulos in hoc seculo persequuntur: nam fortasse in altero accidet illis quod avaro diuiti cū Lazaro contigit cui mortuo iustissimo Dei iudicio Lazarus merito guttulam aquæ denegauit, à quo viuo nihil in sui paupertatis remedium impetrare poterat. Exaltabit dominus humiles & pauperes, vt sint impiorum iudices & tunc comprobabitur illud quod ait scriptura: Iudiciū fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam, &c. **O**bserva autem quod iudicare proprie est sententiā in alium ferre, quod bitariā conpingit. Vno modo per propriam auctoritatē & hæc est propria Christi functio. Sed alio modo contingit sententiā proferre, auctoritate illius qui id munus ministro committit. Et hoc modo iudicabunt. Apostoli & Apostolici vni sententiā, scilicet Christi au-

toritate latam in noticiā iudicādotum proferendo. Quod est quasi illam pronuntiare: hoc eos docere cuique iustitia Dei pro suis meritis retribuat. Exigens autem quod honorificum hoc iudicandi munus non quibuslibet sanctis ob quæcūque merita, sed solis Apostolis eorumque sequacibus propter statum perfectionis concedendum est. De illa autē paupertate loquimur de qua Christus hic loquitur videlicet cum qui cuncta quæ habet vt Christum sequatur reliquit & trino voto religionem profiteretur: firmitas enim voti status dicitur. Istis tantum dicit in regeneratione sedebitis, &c. Hoc est non stabis inter eos qui iudicandi sunt: sed sedebitis iuxta sedem maiestatis meæ. Et quod mea ego auctoritate facturus sum: id vos tanquam mei ministri facietis. Et huic altissimo paupertatis statui datur hæc facultas iudicādi, propter duo. Primo propter congruitatem. Nam qui de rebus cuiuslibet est iudicaturus, oportet vt sit purus ab illis. Ideo iudices rerum ab omni affectione debet esse puri & alieni: quapropter statui paupertatis iudicandi potestas accomodatur, quia alieni sunt a rebus. Secundo quia in iudicio de operibus misericordie erit disceptatio. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Illi qui per erogationem omnium bonorum statum paupertatis elegerunt (quia manifestum est vno religionis actu & voto cuncta misericordie opera exoluisse.) non iudicabuntur: sed alios iudicabunt qui patrem dederunt & patrem retinuerunt: atque eos precipue qui nihil dederunt. Denique hoc etiam eis conuenit ratione meriti. Abiectio enim & contentus mundi, excellē humilitatis indicium est: præmiū autem humilitatis est exaltatio, iuxta illud: Qui se humiliat, exaltabitur. Quis ergo qui statum paupertatis profiteretur ab omnibus suppeditentur, despiciantur & cunctis habeantur: acquisita sapientia diuina est, vt super omnes exaltetur. Nulla vero est exaltatio maior, quam alios iudicare. In hoc etiā iudicantium ordine includuntur omnes pauperatis euangelicæ professores vtriusque sexus licet cathalogi sanctorū non sint adscripti, dum modo saluentur & in sua professione vitam absoluant. Nam sicut singulariter datur aureola martyribus, virginibus & doctoribus, sic istis euangelicis pauperibus datur hæc singularis prærogatiua iudicandi alios. **P**reterea, per duodecim sedes vniuersitatē iudicantium intelligit & per duodecim tribus

Matth. 19.  
Luc. 14.  
Matth. 19.  
Luc. 14.  
Iuan. 8.  
Rom. 11.  
Luc. 14.  
Mat. 6.

Exod. 3.

Luc. 14.

Iuan. 8.  
Rom. 11.

Mat. 6.

toram iudicandorum vniuersitatem: sed nominavit tantum populum Israeliticum quia Christus peculiariter huic populo erat promissus. Sed iam ad nostrum Lucam reuertamur. **Q**ui reliquerit inquit domum, patres, aut patres, aut vxore, &c. Impedit enim vxor obsequium Dei. Cū dominus apparuit Moysi & eduxit Israel de Aegypto non legitur quæsiisse vxorem aut filios: & quod fortius est nec meminisse quidem. Didicit enim vir Dei propter Deum relinquere patrem, vxorem, filios, domum: sicut cetera homines mundani & carnales deselinquunt Deū propter vxorem & propter filios & domum: sicut illi qui ad regni cœlestis cœnam non veniunt, quia vnus duxerat vxorem, alius villam emerat, & alius iuga bouum, &c. Verum vt sciamus quomodo relinquere non facit homines beatos sed animus duxerat quo id sit: precipit Christus hic vt fiat propter regnū Dei. Si mundū cōtemnis, si vxore deseris aut filios negligis & quicquid egeris, propter Deum facito. Multi Philosophi contempserunt mūdum, sed perfectio Christiana & meritum cuiuscunque boni operis consistit vt hæc sint & fiant propter Deum. Si vis scire an opus aliquod sit perfectum considera eius finem ad quod dirigitur, & vide quod sit Deus. Ob eam causam asserunt Mathematici circulum esse perfectam figuram: quia principium & finis idem est in illo. Cū autem Deus sit principium & prima causa aperte concluditur tunc opera nostra esse perfecta si eorum finis est Deus qui est principium: & ad illum sint dicata. Quod autem sit principium ipsemer ait. Ego principium qui & loquor vobis. Et Paulus ad Romanos ait. Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quapropter Christus in suis actionibus saepe oculos eleuabat in cœlū vt nos doceret vt quidquid agimus sit propter Deum. Per oculum enim intentionem intelligit scripturam, de qua loquens dixit dominus. Si oculus tuus simplex fuerit: in tentationem & finem operis intelligens. Hanc vult Deus vt in ipsum dirigas, & eam in cœlum eleues, vt eum consideres. Faber ferrarius cū aliquod opus facit aut eudit debet tenere in memoria eum à quo ex pacto accipit magnitudinem & formam & modum: vt iuxta eius voluntatem opus faciat. Sic in omnibus quæ Deus tibi precipit vt facias Dei voluntatem in tua memoria habe: vt iuxta eius voluntatem bonum opus facias. Sic facie

bat sanctus ille Rex qui dixit. Pronidebā dominum in conspectu meo semper. Hac de causa voluit Deus vt duo Cherubin expansis alis tegerent propitiatorium: vbi Deus respōsa eius dabat. Deus benefactor rectus vult esse & cooperatus: vt nos doceat benefacere & nol se ab hominibus videri. Vnde beatus Paulus. Si ue manducatis siue bibitis, siue quid aliud facitis: omnia in gloriam Dei facite. Illa sancta quatuor animalia habebant facies & pennas extensas delupet, quia (vt Gregorius dicit) omnis contemplatio sanctorum super se tendit: vt illud possit adipisci, quod in cœlestibus appetitur. Siue vero bono operi, siue vero vigilet cōtemplationi, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agit & hoc non propter Deum, sed propter homines facit, intentionis suæ faciem deorsum premit. Etiam in Ezechiele habetur quod illi iusti qui non sunt occisi ab Angelo, habebant signum, thaurum in frontibus suis. Hoc signum habebat etiam in anima impressum illi quos vidit in gloria iohannes. Litera thau est vltima hebraici alphabeti velut Omega Alphabeti Græci, & quia, ut est finis literarum solent Græci per hanc litteram finem significare. Vnde dominus ait in Apocalypsi Ego sum, & principium & finis. Sic apud Hebræos thau, significat finem. Accedit ad hoc quod ipsa litera thau significat finem & consummationem: quia omnes littere hebraicæ habent suas significationes, vt ait Hieronymus in libro de nominibus hebraicis. Cum ergo Christus sit finis vt ostendimus in loco ex Apocalypsi citato, debemus ipsum in omni actione nostra ante oculos habere, iuxta id quod ipsemet ait. Pone me vt signaculum super cor tuum. Fige me tanquam scopum in corde tuo, quo tendant omnia te la tuarum cogitationum, verborum, & operum. Omnia itaque propter Christum faciamus: ipse sit finis noster & causa & intentio propter ipsum solum terrena contemnamus. Atque ne forte putes ea quæ propter Deum feceris donanda non fore, vt cognoscas Dei in seruos suos liberalitatem, audi quid dicat hic euangelista: quia non solum in altera vita præmiū virtutum suarum reportabunt, sed etiam in hac laborum mercedem consequentur. Recipiet inquit Christus multo plura in hoc tempore, & in futuro vitam æternam. **O**bserva quomodo Christus præmiat suos non solum in alia sed etiam in presenti vita, & in

Psal. 137.  
Exod. 25.

1. Cor. 10.

Greg. homi. 4. super Ezechie.

Exe. 9.

Apo. 7.

Apo. 1.

Cant. 8.



Enarrat. in Cap. XVIII.

& in hac vita dupliciter: primo in temporalibus: secundo in spiritualibus. Cum enim Christus suadere hominibus dimittere omnia & sequi ipsum & nihil postea possidere: & quia ad sustentationem nostram sunt temporalia necessaria, putarent quidē quod dimissis omnibus non haberent, unde possent sustentari, & hoc multum distraheret eos ab eo quod Christus illis suadebat, scilicet dimittere omnia. Ideo Christus voluit certos reddere homines, quod nihil illis deesset in hoc seculo, licet omnia dimitterent: quia multo plura inuenirent in hoc seculo, & centuplicata ut dicitur in Matth. 10, quantum ad vsum, & communicationem licet nihil haberent quantum ad possessionem. Hac autem temporalia noluit esse pro mercede, aut retributione: sed ad sustentationem. Hoc quod hic Apostolis factum est, videmus quotidie: viris Apostolicis fieri: qui dominum, cognatos, & bona temporalia propter Christum relinquunt. Quia religiosus praesertim ex ordinibus mendicantiū qui dimittit vnum agrum de cuius fructibus sustentabatur inueniet centum agros, quia de fructibus agrorum fidelium inueniet sustentationem: Reliquit vnum patrem, & inuenit multos patres & praetores habentes ad eum viscera paterna & materna, & inueniet plures fratres ut sunt omnes religiosi sui ordinis. Pro vna domo inueniet plures domos. Secularis quantumcumque apud se sit opulentus, longius iter facturus pauper est quoniam hospitiū & diuersorium avaritia nullius sunt tātae opes, quae diu satisfaciunt. At monachus quocumque velit, tendere praesto habet hospitia religionis suae, quibus gratis accipitur, coena, lectus, & alia ad quiete dū rebus necessarijs. Ad sunt fratres summorum amore fatigati pedes, lauant, illi non secus ac si in propria domo esset ministrant. Quis tā diues aut potens est qui ubique terrarum fuerit, sic recipiatur? Praeterea nō in seculo tantus est qui ministros habeat, quibus mercedē pro seruitio non impendat, aliter ab omnibus destitueretur: At monachus qui in seculo forsā vnū aut duos ministros alere non possit in monasterio plurimos habet famulos, alii cocū, alii pistorē, aut fulconē, alii sartorē, &c. quibus nihil promercedē tenent. Omnes enim gratis & propter Deū famulantur, & ita religiosus quasi esset potens, potentissimus famulos habet, distinctis fungentes muneribus, quibus nihil soluit: & etiā cum dormit custodem habet,

cui incumbit quietis & silentij cura, ne aliquo motu exciteret, Et ita omnia relinquens, quae habebat in seculo: plura etiam in hoc seculo consequutus est, quam si in seculo mansisset, & magna sollicitudine diuitias quaereret. Hoc enim dominus prouisit, vt qui propter illum omnia reliquisset, omnium bonis fruere: iuxta illud apostoli. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Quare ne fallantur seculares, qui in seculo religiosos nunquam desistant: sciant quae certo nihil vnquam illis defuturum, qui omnia propter Christum reliquerunt. Deus enim qui cordibus dominatur hominum, efficit semper in illis praesentissimam voluntatem: vt religionibus prouideant: sicut fecit in vidua, quae Eliae esurienti opem tulit. Quin etiam principes & potentates huius seculi, diuina (vt credo) inspiratione iam maioribus honoribus accipiunt & proficiuntur religiosi, quā seculares: multo maioris dignitatis quam illi si in seculo mansissent, futuri fuissent. Hoc optime dicit Beatus Ambrosius super Psal. 137, Beati immaculati. Ad dicit autem in medium Moysen qui potuit esse quasi Pharaon, quia nutritus à filia Pharaonis, sed noluit esse rex quantumvis potuisset, & opprobrium Christi praeferebat in arbitratu est thesauris Aegypti. Dimisit diuitias & delicias propter Christum: & aulam regiae contempsit: sed fugiendo potentiam (inquit Ambrosius) potentior factus est, in Deū Pharaonis. Rex erat Pharaon, sed Deus non erat: sed Moysi dixit. Ecce constitui te Deum Pharaonis, hoc est, regi ipsi terribilem quem rex timeret. Sic tu si vis peccatoribus esse in terrorem, regibus in reuerentiam, & vt omnes tanquam Deo sint tibi subiecti, cōtemne quae seculi sunt, & relinque diuitias. Vide Petrus, & audi illum claudo dicentem. Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Reliquit aurum, & accepit facultatem sanandi claudū. Non tibi videtur quod accepit Petrus multo plura in hoc tempore, quam reliquit? Non potest mentiri ipsa veritas quae ait. Qui reliquerit agros, fratres, &c. multo plura recipiet in hoc tempore. Secundo in hac vita praemiantur nō solum vt diximus honore, vt his rebus externis sed quod principali, & multo excellentius est spiritualibus consolationibus. fruuntur. Ratio potissima, quare homines virtutis viā reformidant est, quoniam non percipiunt virtutis suauitatem: in qua multo sunt

1. Cor. 7.

3. Reg. 17.

Amb. s. in psal. 137.

Hebr. 11.

Exod. 17.

Alb. 3.

Ceb. 30.

Plat. in con. 1. lib. 3.

Psalm. 30.

to sunt maiores, quā in vitijs voluptates. Exultant enim quia nos, qui virtutis studio in combibimus pauperes, & infirmos videant nihil in nobis esse consolationis spiritualis, & ita vident nostras cruce, & non vident nostras consolationes. Et quemadmodū simia, quae nucem proiciunt corticis amaritudine deterrita: ita homines carnales quia virtutem tenent cortice tantum gustant illius suauitatem non sentiunt: qui si penitus experirentur, virtutis saporem perciperent: quae de caula vitam, monasticam & religiosam asperam & acerbam reputant. Verum longe fallantur. Nihil enim est in seculo voluptatis quod cum suauitate vitae spiritualis possit cōferri. Nemo quoque religiosus est (dū modo vere sit religiosus) qui malit in seculo mansisse, etiā cum Regis aut Imperatoris dignitate. Plus enim habet pauper religiosus quam reliquit. Cuius ditissima paupertatis figura exitit nobis Christus. Nā sicut Dominus exterius pauper & tenuis apparens interna aeternae dignitate & gloria: ita religiosus intenuitate & humilitate sua letabundus & gloriosus incedunt. Vnde Paulus. Mortui (inquit) estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Similes sunt qui seruiunt Deo. Alebiadis silentis, de quibus scribens Plato ait esse quaedam similia: aera exterius rudia, interius politissima. Hac enim est bonorum figura, vt scilicet virtutis rosetum, humilitatis maceria septum habeat. Vnde idem Paulus. Cōuersatio nostra in caelis est. Quasi dicat. Ne vos moueat exteriorum apparentia, qua pauperes, abiectiones, & miseri videmur quoniam interiora gaudeamus, & celestibus voluptatibus affluimus. Et merito. Nam si mundus & demon tot voluptatibus se adhaerere sequaces suos adhaerent: quid faciet? Deus penes quē omnia sincera voluptatis est imperium? Etenim non debuit vitij quam virtutis peior esse cōditio: & impij meliorem elegisse viuentiationem quam pios existimarent. Ideo David in Psalmo inquit. Quam magna multitudo dolge digne tuae Domine, quam abscondisti, &c. Quod nisi experientia ipsa compertum habuissent, fides (si quidem) Christiani (simus) nobis persuadere potuisset. Ait enim Dominus seruos suos etiā in hoc seculo cogitatum accepturos. Quod si minus aliquando videmus, id aliqua trinitate in seculo esse potest. Aut quia non animaduersimus, aut quia peccando diuinis beneficijs resistimus, aut quia praemia tem-

poralia nobis in aeterna transferuntur. Non enim fieri potest quin Deus fidem suam seruet. Aperiunt oculi Elisei famulo, quibus exercitus Angelorum vidit plurimos, vt significaretur pios in solitudine non viuere, nec sine voluptate esse. Sic ait David. In via mandatorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs. Haec autem bona propria sunt eorum qui seculum continent: quoniam in temporalibus, & spiritualibus ea beneficia consequuntur quae centuplicam contineant quantitatem eorum quae relinquerunt: & post hanc, vitam aeternam. Ait enim Christus recipiet in seculo futuram vitam aeternam. Quoniam sicut peccatores duplici sunt obnoxij supplicio, morsui conscientiae in hac vita, & igni aeterno in altera: sic iusti duplex retinent premium, tranquillitatem conscientiae, & vitam sempiternam. Cuius laudes nemo est qui satis explicare, aut attingere possit: superant namque omnem humanam cogitationem bona, quae Dominus illis concedit, qui secularibus renunciant oblectamentis, pro mundi stercore margaritas elargiens. Quinimo quantumvis nihil aliud mercedis pro bonis operibus reportaremus, quam spirituales consolationes, deberemus vtique omni studio virtutis incumbere, ne dum vt supremam felicitatem consequamur. Quare ne derideatis his inferioribus bonis, & sic superiora & aeterna impetrabis. Sed haec suffecerint: iam nunc ad contextum veniamus in quo Evangelista Lucas de ascensu Christi in Hierusalem, & de his quae in itinere dixit & egit mundi Saluator, incipit tractare dicens. Assumpsit autem Iesus duodecim & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur. &c. Apud homines probos, & sapientes plerumque sit animus, quo beneficium confertur quam ipsum beneficium: quoniam non tam attendere, solemus munera, quam facilitatem quandam in donando, quae benevolentiae medium praefert. Vnde quantumcumque quis sit in te magnificus, si id animo faciat inuito gratiam habere non tenetis. Cum ergo omnium beneficiorum, quae plurima Deus Optimus Maximus in nos contulit, maximus sit eiusdem mors in peccatorum nostrorum remedium, quae ianuam caeli aperuit, & honorem suum percipit: passus est: non satis esse duxit id libentissime facere, nisi nobis impenderet non inuitum morte subijisse. Alias enim ma-

4. Reg. 6.

Psal. 118.

gna pars huius beneficij imminueretur quippe quod homines crederent non sponte à domino fuisse concessum, nec propter amorem quo nos summo profectus est, sed coacto Iudæorum iniuria. Quare & quia magni fuit momenti huius voluntatis apud homines ex polito futura, vt melius & suauis religionem Christianam amplecterentur, ostendit se Christus multoties suam passionem in euitanda morte potentem & liberum, vt intelligeremus sic fuisse facturum si voluisset ne occideretur, cum ab impijs Iudæis comprehensus est. Nam si rogamus Matthæum, quia de causa Christus in Ægyptum Herodem fugit: respondebit quia nondum tempus aderat quo vellet mori. Si Marcum rogamus, cur non potuerunt principes, sacerdotes, & scribæ comprehendere Christum, & occidere: respondebit quia nondum tempus aderat quo vellet. Si Lucam rogamus, cur quādo in Nazareth voluerunt Iudæi Dominum præcipitare, elapsus Dominus ibat per medium illorum: respondebit eodem modo. Quod si Ioannem rogamus cur non poterunt turbæ Iudæorum Christum tenere, cū id maxime optarent: respondebit, quia nondū venerat hora eius. Omnes denique quatuor Euangelistæ affirmant Domini nostri Iesu Christi in moriendo libertatem: vnde si nūquam mori voluisset non fuisset vnquam à Iudæis comprehensus: etiam si contra hoc adniteretur omnis infernarum potestas tentatum. Vnde illud. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: Quin etiam præter Euangelistarum auctoritatem asserentiū Christum sponte sua obiisse, patet hac ratione: quia cum Dominus multo antea quæretant euentura cognouisset, noluit periculum effugere, imo sponte in Hierusalem contulit, vbi sibi insidias parati videbat. Ait enim Ioannes. Sciens Iesus quod venit hora eius vt transiret ex hoc mundo ad Patrem. Et Matthæus, Marcus, & Lucas exponunt quomodo Christus mortē suā futuram à postolis prænuuntiat, vt omnium quatuor Euangelistarum testimonio conset Dominum sponte sua fuisse passum: quod ideo factum est vt homines non inuiti illum colerent, & amarent qui non inuitus pro illo in salute mortē se obtulerat. Hoc igitur nobis hic insinuat noster Lucas siquidē Christus in Hierusalem iter faciens, vbi erat passus de passione sua cum discipulis agebat,

Ait enim Euangelista. *Assumpsit autem Iesus duodecim: & ait illis.* Locuturus Dominus de passione sua, conuocauit omnes discipulos, vt intelligas passionem Domini esse sufficientem medicinam in omnium salutem, & redemptionem, quippe quæ pro omnibus prolata fuit. At vero se in monte Thabor transfiguraturus tres tantum assumpsit, innuens non omnes vitam æternā consecuturos: quoniam pauci sunt qui Christum in monte gloriæ transfiguratum sint visuri, & fructum passionis eius percepturi. Quod ita fore planum videtur ex eo: quoniam cum totus orbis, tot Iudæis, Gentilibus, Saracenis, & hæreticis, sit adeo refertus, vt vix decima terræ pars Christianis cedat, mirum non est si exiguis videatur saluandorum numerus. Quot enim sunt Christiani & fideles, qui in hoc numero non computabuntur? Nam si Euangelica documēta inspicias, & cum illis morem multorum Christianorum componas, videbis quam longe aliter viuant, quam in baptismo suo polliciti sunt. Vbi que sunt vlturæ, vbi que fraudes, omnes à minimo vsque ad maximum auaritiæ student, honores, delicias, & voluptates huius vitæ querentes. Sic de sexcentis Iudæorū millibus qui ab Ægypto regressi sunt, duo tantum terram promissionis viderūt. Nihil erat quod magis doleret, Christus Dominus noster quam eo quod videbat quam plurimos fore quia ab eius passione nullum fructum perciperent. *Obserua etiam inter hos duodecim quos Dominus à reliqua multitudine, vt iustiores elegit, etiam Iudam Iscariotem fuisse, quibus omnibus suæ passionis mysterium patefecit. Sed nunquid in tanta multitudine nemo extitit Iuda melior: qui in illius locum subrogaretur? Verisimile non est. Videtur igitur Christum causam mali exempli dedisse: siquidem contemptis melioribus improbum Iudam in consilium ascituit. Verū non est ira. Christus enim Iudam alijs iustis hominibus prætulit, hac de causa: quia etiam si tanto honore dignus non esset tamē quia Apostolus & in suprema dignitate constitutus, nō debuit posthaberi. Quo facto nō modo iniustus non fuit, quin etiā nos docuit vt prælatis & superioribus dignitatē, non hominem attendentes obsequium & honorem exhibeamus. Nā cū prælati superiores, ab ecclesia sint præfecti reipublicæ vt locū Dei tenentes iustitiam conferuer, omnes subditi tenemur dum ipsa Ecclesia contrarium nō dispo-*

Matth. 17.

Hierem. 8. 8. Numm. 11.

1. reg. 24. et 26.

Ab. 21. Matth. 23.

Luc. 10.

Matth. 26.

Rom. 2.

disponit, illis obtemperare ratione officij sui: quanuis alijs vita sint non laudabili. Sic Dauid obseruauit Saulē licet malum Regem, tamen suum quem cum bis potuisset interficere noluit dicens. Absit vt mittam manum meam in Christum domini. Et quia semel ex insidijs absceidit illius vestem (vt ait scriptura) percussit Dominus cor Dauid eo quod absceidit orā clamidis Saul. Paulus etiam cū à sacerdotibus insimularetur, quod Ananiā principem sacerdotum reprehenderat, respōdit. Nesciebam fratres, quod princeps esset sacerdotum. Quin etiam Christus de scribis & pharisæis dixit, audiendos non imitandos esse. Sequitur ergo, subditus etiam optimus, prælato, in ijs quæ bene præcepit quauis alias pessimus sit obedire tenetur: quia ratione officij prælati sunt subditis digniores cum Dei locū obtineant. Vnde in superioribus dixit Dominus Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit. Quod non modo à postolis, sed etiā omnibus alijs Ecclesiæ prælatis Apostolorum successoribus dictum est, vt in hunc locum vidimus, & supra exposuimus, &c. ¶ Expende etiam Christi benignitatem & clementiam, quam cum Iuda habuit. Non destitit Dominus agere circa illum omnia quæ ad eius salutem pertinebant vtendo sua magna potestate paterna illum reuocare à malo, & quidquid honeste poterat agebat omnē operam sollicitando, ne ille periret. Et specialiter tractant hic de morte sua, & de venditione propter Iudam, vt illum reuocaret a proposito malo: quod etiam postea sepe fecit: & etiā cū osculatus est eū. Omnē medicinam experitur Dominus quoad diem vt nos ab inferno liberet: & tamen nihilominus multi sunt Iudæi similes, in peccatis suis adeo obstinati: vt quo magis à Domino vocantur, duriores fiant sicut incus icibus mallei, diuinis vocationibus resistentes. Hoc quod hic Christus dixit co terendū vt Iudas saluaretur: ille tamē noluit, & damnatus est. Quare de vltimā tū diuinis inspirationibus non resistas ne similiter morte Iudæe intereas, qui diuinis opes quibus sibi potuit consulere neglexit. An diuitias (inquit Paulus) bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem impoentens cor tuum thesaurizasti itam, &c. ¶ Denique obseruandū est quod hoc dixit secreto elatum testamentum condens ante mortem suam ad illam appro-

pinquans, vt testes illo viuente taceret: mortuo autem Domino testamentum aperiret, & Euangelium vbi que prædicarent, ne populus in illo scandalizaretur, sicut scandalizatus est, dicente Domino, oportet exaltari filium hominis, respondit, Nos adiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum, quomodo ergo, &c. Multo autem magis scandalizaretur, si audisset quod hic Christus. Erat enim crux (vt ait Paulus) Iudæis scandalum; gentibus stultitia: ideo expediens erat vt nunc celaretur, vt torus postea crederet orbis. Multi tamen sunt hodierna die homines improbissimi, qui arcana eo ipso, quod secreta sunt gaudent patefacere: quasi præclarum & inauditum opus facientes, plebi sunt rimarum: hac illac perfluunt: & nihil difficultius putant, quam tacere: quare quo magis tacere iubentur, loqui cupiunt. Nec animaduertunt quantum malorum loquacitas causa semper extiterit. Quod longius abeamus in Thamar videre possumus, quæ exponens Absaloni ea quæ secreto cum Amone sibi euenierant, causa fuit vt Amon confossus interiret, ob cuius interitum Dauid ad mortem, vsque Absalonem persecutus est, quorum nihil profecto fuisset si Thamar silentio honestare voluisset factum inhonestissimum. ¶ Secundo, secreto locutus est Christus, quia non omnes crucijs mysterij sunt capaces: non omnes possunt thesauros Dominice passionis haurire, & non licet mittere margaritas ante porcos, & sanctum non est dandum canibus, sicut Iudæis & Gentibus: quibus erat scandalum & stultitia. Quare Apostolicis viris, qui capaces sunt tanti mysterij, & non alijs dicendum est. Nullum in orbe fuit facinus tanti valoris, aut dignitatis, ac Domini passio. Primum ex parte auctoris, qui cum Deus sit commendatione non indiget. Secundo ex parte aduersarij peccatum enim profligauit, cuius in orbe longelateque inualuerat potestas. Tertio, ex parte illorum pro quibus pugnauit hominum videlicet: qui per Christum non modo liberati sumus à peccato, sed etiam aeterna gloriæ effecti participes. Quod bonum omne bonum superat: ideo mirum non est, si Christus de tanti momenti secreto secreta egerit. Quod tantum momenti secreto secreta egerit. Quod dens gloriam suam: exemplum principibus

Ioann. 12.

1. Cor. 12.

2. reg. 15.

Matth. 7.

Matth. 17.

prabens, qui negocia sua cū paucis peragant, quos sapientissimos & fidissimos esse nouerunt. *Qua* de causa etiam *Esaias* multis ante seculis reuelauerat *Deus* mysteriū incarnationis & redēptionem generis humani, gentiliū cōuersionem, & *Iudaeorum* intentum. *Propheta* autem intelligens, quanti hoc negotium esset momenti dixit. *Secretum meū* mihi, secretum meum mihi. Cum igitur tot testimonijs pateat crucis mysterium summæ esse dignitatis non modo secretum esse debet, & dignis tantum esse communicandum: sed etiam in secreto tractandū & pensandū intra pectus, & animū vt eo modo eius diuinitas sentiat, omnia enim quæcumque *Dominus* acerba tulit salutis nostræ causa, nō imbecillitatis suæ pertulit fortissimus: quare nihil *Christianis* suauius debet esse Christo, & eius passione Sic sponsa alloquitur dicēs. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Fasciculum myrrhæ vocauit passionem *Domini*. Nam quæ admodum fasciculus multis floribus conficitur, ita passio Christi multis tormentis constitit. Vbera autem vocauit secretum animæ quod est intellectus & voluntas. ¶ Tertio agit *Dominus* de morte sua cum *Apostolis* vt sollicitudine subiecit qua in quantum homo afficiebatur. Ad hoc enim laudabilis est amicorum consuetudo, videlicet ad extinguendum dolorum morsus: non vt multi amicitia abutuntur, ad vitio: um tutelam, & pœnitentiæ de peccatis acumen retinendū: qua de causa nec sunt admittendi nec eorū consilia quasi salutaria publice nec secreto audienda, ne forte accidat tibi vt *Egloni* Moabitæ cui dixit *Aioth*, verbum secretum habeo ad te rex: quo eum interfecit. Assumit ergo *Christus* *Apostolos* secreto, & ait illis. Ecce ascendimus *Hierosolymam*, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Ad verbum. Ecce in scriptura emphasim habet, & attentionem postulat, non enim adhibetur nisi ad rem aliquam magnam & insignē significandam: & ita *Esaias* acturus de incarnationis mysterio, orsus est. Ecce virgo concipiet, &c. Vagao etiam *Holophernis* cubicula: vt significaret *Iudith* fortitudinem, postquam dixit vna mulier *Hebraea* fecit confusio nē in dono regis *Nabuchodonosor*, addit facinoris magnitudinem exaggerans. Ecce *Holophernes* iacet in terra, & caput eius non est in illo: Quia & in incarnatione dixit *Maria*

Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. In nullo tamen horum locorum hoc aduerbium maioris est admirationis nota, quam hic. Audite omnes quicunque in orbe habitatis. Hoc esse vobis vtilissimum, & saluberrimum. Ecce, salutis & redēptionis nostræ. Ecce ille *Deus* vtrionis, qui antea similibis erat leoni: Ecce tanquam agnus mansuetus se luporum ferocitati traditurus venit. Ecce impassibilis *Deus* factus homo passibilis, ad *Hierusalem* accedit: sanguinem suum pro nobis suffurus. Ecce appropinquat redēptio vestra. Ecce venit tempus, quo *Dēus* oblitus in dignationis quam in genus humanum conceperat, proprium solum morti tradere pro nobis non dubitauit. Ecce, aduertite diligenter peccatores quomodo *Christus* *Hierosolymā* ascendat vt vos à peccato liberet, salutemque restituat, qua ab hinc quinque annorum millia caruistis, exules à beatorum sedibus. Ecce iam in patriam restitutumini. Ecce restitutumur: antea hostes *Dei* in eius amicitiam, virtute vnigeniti sui passionis. Ecce quomodo venit *Christus* vt impleat quod prædictum est per *Prophetas* de morte eius & redēptione tua. Vide igitur, & diligenter considera ascensum hunc, quoniam ex eo pender salutis tua. Est enim res summa attentione dignissima, quod ascēdit ille, quod nihil est altius: vt vitam suā pro vita tua non corporea sed æterna ponat. Videamus ergo quomodo ascendit *Hierusalem* vt occidatur, quia ipse dixit, non capit *Prophetam* perire extra *Hierusalem*. ¶ Summe expendunt sancti doctores, quare *Christus* *Hierosolymæ* potius quam alibi voluerit mori, cuius rei duæ rationes sunt. Prior quia nusquam tanta inueniri poterit malitia, quæ satis esset ad occidendum *Saluatorem* nostrum nisi *Hierosolymæ*: vbi *Iudaeorum* insignis erat inuidia, cuius vitij est natura, vt nunquam inter eos oriatur qui summo ab iniuicem intervallo distant: sed inter illos qui se equeales, aut credūt aut sperant. Cū igitur *Iudæi* *Hierosolymitani* se esse sanctissimos præsumerent, viderentque *Christum* miraculis & sanctitate clarum, vsque adeo inuidia exarsit vt oculis animi obsecatis, illum occidere non dubitarent. Vnde quoniam nullo alio loco præter *Hierosolymam* in *Christum* erat inuidia, maluit *Dominus* ibi quam aliis pari. Reges terræ conuenerunt in vnum aduersus *Dominum*, & aduersus *Christum* eius. Secunda ratio cur *Dominus*

Luc. 1.

Psal. 93. Esai. 53.

Luc. 24. Psal. 109.

Luc. 11.

Psal. 4.

Gala. 4.

Act. 14. Mat. 10.

Rom. 13.

Matth. 17.

minus maluerit *Hierosolymæ* pati fuit vt patientia suæ eo maior esset victoria, quo maior iniuria foret in loco celebri quam obscuro. Quare tum *Hierusalem* in illa regione omnium ciuitatum esset celeberrima, tam elegit ad mortem suam: vt ex summo dedecore summam gloriam reportaret. ¶ Præterea hic ascensus in *Hierusalem*: eo fit vt nos etiam nitamur celestem *Hierusalem* ascendere. Ideo ascendit *Dominus* terrenam & materialem *Hierusalem*, vt nos immortalem & immaterialem ascendamus. De qua dixit *Apostolus*. Illa autem quæ sursum est *Hierusalem* libera est, quæ est mater nostra. Qui vero hanc *Hierusalem* mire parat, non oportet vt quærat sibi aliam viam, quam *Christus* ipse mensus est: & ibit nimirum per crucem & afflictiones. Per hanc viam introiuit *Christus* in gloriam suam. Est quidem via difficilis, quoniam omnis ascensus laboriosus est, sed scriptum est. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum *Dei*. Deinde cum animo nostro reptemus *Christum* *Dominum* & Regem nostrum primum omnium hanc crucis viam trauisse: atqui non est discipulus supra magistrum, nec illius, quam magistri debet potior esse conditio. Omnes autem hi labores suaves nobis viderentur si in cordibus nostris arderet religionis amor. Quando anima *Deo* vnita est: per omnia iucundissimè peragitur: si vero à *Deo* est se parata nihil est quod non aestimet graue & laboriosum. Nam quemadmodum vestis dū corpori induta hæret, quantumstunque onerosa sit gratis non videtur propter decentem incorporationem & facilitatem, si vero exauratur: & in fascem ligerur vix humeris potest sustineri: ita *Deus* eiusque præcepta si decenter & cum suavitate induantur facillimè feruntur, aliàs grauissima esse videntur. Ideo *Paulus* admonet *Romanos* dicens. Induimini *Dominum* *Iesum* *Christum*. Nulla enim alia est causa quare molestissimum nobis sit. *Deo* inferuire: & perfectiones perpeti: nisi quoniam non induimur *Deo*. Ascendamus igitur *Hierusalem* in hac vita: cum *Christo*, vt in altera illius habeamus ducem in gloriam. ¶ *Obsertare* autem quod *Christus* vt doceat humilitatem suam, eorum paucis in monte *Thabor* se transfigurauit: sed crucem & ignominiam in omnitate celeberrima coram *Græcis*, *Latinis*, & multis alijs nationibus ostendit. ¶ Præterea consummabuntur ait in hac ciuitate: omnia

quæ scripta sunt per *Prophetas*. Est autē mysterium nostræ salutis: pictura simile, nam quemadmodum pictor imaginem picturus illam prius carbones: vt certa delineat, & distinguit duntaxat loca, quæ vrbis quæque purpura, alijsve coloribus sunt ornanda, quo factum demū supremam illi manum imponit perfectissimamque reddit. Sic *Deus* in lege veteri salutem nostram præfigurauit & quasi delineauit vt postea mitteret *Christum* *Dominum* pictorem egregium qui omnia ad vinum duceret purpura sanguinis sui, quo opere perfecto & finito, dixit in cruce consummatum est. Erat ille locus imaginis imperfectus adhuc, de quo dixerat *Dauid* in *Psalmo*. Qui dedit panes meos in magnificauit super me supplantationem. Et de quo *Zacharias*. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Hoc autem consummatum est quando *Iudas* vnus de duodecim *Christum* triginta argenteis vendidit: cuius panibus vescatur, pane doctrinæ, & pane materiali in mensa. Dixerat etiam *Dauid*, longe fecisti notos meos à me: hoc autem tunc impletum est quando diffugientibus discipulis *Christus* solus relictus. Dixerat etiam *Esaias*, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me: & impletum est hoc cum conspuerant in eum in domo *Caiphæ*. Dixerat *Dauid*, factus sum illis in parabolam: hoc adimpletum est cum illi deriderant eum credentes & colaphizantes eum. Dixerat etiam, in me resurrexerunt: testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi: quod impletum est in domo *Caiphæ* & coram *Pilato*, & *Herode*. Dixerat *Dauid*, sui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis, & *Esaias* etiam disciplina pacis nostræ super eos cuius litore sancti sumus: quod impletum est in prætorio *Pilati* cum flagellatus fuit *Christus*. Dixerat *Esaias*, vim diuisum & non erat aspectus, vnde nec reputauimus eum: quod impletum est cum flagellatus & spinis coronatus ostendit illum omni populo deformem, vulneratum, & exulceratum. Dixerat etiam *Esaias*, principatum eius super portorum eius: quod est impletum quando portans crucem & lignum suæ victoriæ exiit in montem *Caluarie*. Dixerat *Dauid*, foderunt manus meas, & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea: quod impletum est in crucifixione *Christi*. Dixerat etiam, partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt for

Psal. 40. Zach. 11.

Psal. 87.

Esai. 50.

Psal. 68. Psal. 26.

Psal. 72. Esai. 53.

Esai. 9.

Psal. 21.

Psal. 68.

Esai. 24.

Cantic. 1.

Iud. 3.

Esai. 9. Iud. 14.

tem: quod in vestibus Christi factum est vt refert Ioannes. Dixerat preterea, dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: quod Christo dederunt in cruce. Dixit etiam Esaias, & cum iniquis reputatus est: quod quis dubitat impletum in Christo etiam inter duos latrones crucifixus est: Dixerat etiam idem Esaias, & pro transgressoribus orauit vt non perirent: quod impleuit Christus cum in cruce orans pro crucifixoribus dixit. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. David quoque dicit, factus sum opprobrium illis: viderunt me & mouerunt capita sua. Et alio loco Deo Patri dicit. Exprobrauerunt inimici tui Domine: exprobrauerunt faciem Christi tui. Hoc impletum est cum principes sacerdotum & scribae mouentes capita sua, ille deabant ei, & deridebant dicentes. Vah qui destruis templum Dei: &c. Dixerat etiam David in persona Domini, ponetur anima mea in inferno inferiori: quod Christus fecit descendens ad inferos. Et Esaias quoque erit se pulchrum eius gloriosum: quia positus est in sepulchro optimo & nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et David praedixit etiam, non dabis sanctum tuum videre corruptionem: quia corpus Christi incorruptum permansit in sepulchro. Denique Prophetauit David dicens, Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me quod Christus victor resurgens a mortuis impleuit. Vides ergo quam vere dixerit Christus consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas, scriptum exposuit & quae essent adimplenda expressit cum dixit, traditor gentibus ad illudendum, flagellandum, conspuendum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Haec erant in summa dicta a Prophetis quae omnia in Christi passione consummata sunt, vt hic late ostendimus. Aduerte autem ne erres quod non haec ideo passus est Christus quia Prophetae praedixerunt, sed de contrario ideo Prophetae dixerunt quia Christus haec erat passurus. Nam propheta non est causa operis: sed e diuerso opus est causa prophetiae: quare quia Christus erat vincendus, vendendus, delendus, conspuendus, flagellandus, & crucifigendus, dixerunt de hoc Prophetae. Nam alias sequeretur quod testamentum nouum esset ordinatum ad perfectionem veteris instrumenti, quod erroneum esset asserere: sed oppositum verum est, quia omnia veteris instrumenti ad perfectionem no-

ui ordinantur, sicut in illa similitudine imaginis ostendebamus: quia lex antiqua fuit quaedam ad nouam delineatio quae erat veteris perfectio non interitus. Ideo ait Christus. Non veni soluere legem sed adimplere. Quasi dicat. Non veni delere delineationes prophetiarum & figurarum: sed illas perficere colore sanguinis & passionis meae. Expende etiam quod Christus Dei filius vocat hic seipsum filium hominis, quia totus ipse est hominis magis quam sui ipsius & totus est deditus homini, nam ad hoc venit vt hominem saluaret, & se ipsum daret in redemptionem pro homine quod est nomen naturae humanae. Sicut Hebraeo modo loquendi filij nuptiarum dicuntur dediti nuptijs, filij sponsi, dediti his quae sunt sponsi, & filij mortis, obnoxij mortis. Propter hoc Dominus noster Iesus Christus appropriauit sibi ipse hoc nomen filius hominis, quia totum se dedit homini. Dic etiam & tu, cur non dabis aliquid Christo cui ipse se ipsum totum dedit tibi: ipse vitam & sanguinem se ipsum totum dat tibi. Nonne par est vt vel horae dimidium in nocte Deo cederes, siquidem totum dici tempus in mundi occupationibus perpetam consumis: nonne de substantia, quam ludo, conuiujs & vanitatibus dilapidas fas erat vt pauperi subuenires: Omnes proditores dici possunt qui diuites cum sint bona Dei occupant, nec ea distribuunt iuxta datoris voluntatem, qui nobis non modo temporalia verum etiam aeterna pretio vniuersi sui sanguinis empta concessit. Igitur postquam Christus dixit discipulis quod passurus erat in Hierusalem declarans seipsum sigillatim declarat suam passionem dicens. Tradetur enim gentibus, & ille deridebitur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum. Dixit passionem suam non solum generalium sed etiam speciali ter pertractatis sigillatim passionis momenta. Primum vt sapientiam suam ostenderet qui omnia non confuso tantum, verum distinctissime futura nouisset. Secundo vt palam faceret quantum nos amaret quantique faceret salutem, nostram quando sic in doloribus perferendis gloriabatur, quos omnes speciatim explicans manifestauit se non modo mortem, sed mortem omnium dolorum refertissimam perferurum. Et cum multi sint, qui malint semel, & simpliciter mori, quam tormenta, & cruciatu qui mortem praecedant perpeti: Dominus noster recessit mortis suae circum-

Matth. 5.

1. Petri. 2.

Chrys. ho. 35. in op. in per. Matth.

Matth. 16.

Matth. 26.

Ioan. 13.

Iob. 3. cum.

Matth. c. 20.

Luca. 9.

circumstantias, vt innuaret se, non quocunque modo moriturum, sed miserissima omnium mortalium conditione. At tanta est pro tanto beneficio hominum ingratitude, vt nihil, nec minimum quidem velle propter Deum facere. Audiamus igitur Petrum dicentem: Charissimi, Christus pro vobis mortuus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vias eius, &c. Sed aliqua hic obseruanda sunt. Primum horum est, quod Christus ante passionem voluit discipulis mortem suam dicere, vt multo ante parati essent ne scandalizarentur. Nam si discipuli omnibus sigillatim praecognitis nihilominus scandalizati sunt: quid fuisset si nihil profus futurorum sciuissent: Haec autem quae in passione eiant euentura omnia patefecit Dominus illis, vt facilius mysterium Resurrectionis crederet cogitantes. Dominus dixit se esse tradendum in manus peccatorum. Et ecce traditus est. Dixit se esse deridendum derisus est. Dixit praeterea se esse flagellandum, flagellatus est utique. Ego & eodem modo ea, quae de resurrectione tua nobis dixit, vera sunt. Haec igitur de causa Christus de omnibus praemonuit, vt per ea quae oculis erant visuri, etiam insubilia crederent. Secundo obserua, quod non semel tantum, sed saepe pluries locutus est Dominus discipulis suis de passione sua, sed saepius in multisque in locis. Primum in regione Caesarea, quando Petrus dixit quod erat filius Dei. Secundo cum esset circa Capernaum in Galilaea cum discipulis, nam dicitur in Matthaeo quod conuersantibus discipulis in Galilaea dixit illis Iesus. Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Tertio dixit, hoc vnum Christus inter Iordanem & Hierico ascendens Hierusalem, & vadens ad Hierico. Quarta vice dictum est in Hierusalem ipsa nocte vltima, quae cum discipulis conauit. Toties autem dixit de passione, & locutus est de ea, vt inquit diuus Hieronymus, vt magis illam commendaret memoria: & ne de memoria elabi possit, toties passionem suam repetiuit eis. Vnde cum prima vice locutus est de hac passione sua in partes Caesareae Philippi, ait supra nos Lucas quod dixit discipulis. Ponite sermone istos in cordibus vestris, filius hominis futurus est vt tradatur in manus hominum. Tradite hoc memoria: & seruare ne obliuiscimini Quare Ecclesia memor huius commendationis Dominicae, ne locum vlti-

lum obliuioni relinquat non modo in Dominica Quinquagesima, sed etiam in feria quarta post Dominicam secundam Quadragesimae, ante vigesimum diem, eadem verba dignissima memoria repetit. In libro Hester habetur, quod Mardocheus liberauit Regem Assuerum a morte detectis insidijs, quas famuli ipsius Regis in dominum suum tenderant, quos Rex in annalibus iussit conscribi. Quod dicitur vti nam Christiani Principes facerent, qui siquidem Principes religiosos in virtute non imitantur, saltem Ethnicum imitentur Regem: & sic labores, & virtutem clientum, famulorumque suorum remunerarent. Sed his praetermissis, quae extra rem sunt: cum olim Rex Assuerus vigilia laborans non posset somnum coepere, iussit adduci historiarum suorum gestorum, in qua cum forte legeretur quomodo fuisset Mardochei opera a morte liberatus, interrogauit an fuisset Mardocheus aliquo pro virtute affectus beneficio, & cum comperisset in donatum, summum illi & honorem & dignitatem concessit. Si igitur Assuerus vsque adeo se Mardocheo gratum prebuit pro vita parua mora: quanto gratior animo, debet erga Deum Christiani esse a quo non vitam mortalem, sed aeternam sanguine eius emptam acceperunt: Liberatus est Assuerus a morte corporis: at nos ab animae interitu, liberati sumus. Non effudit Mardocheus sanguinem pro Rege suo: at Christus pro populo suo sanguinem suum exhausit. O quanta diligentia deberemus in annalibus animae nostrae imprimere tantum Dei beneficium: nam cum ad aeternam mortem essent damnati, aperuit nobis Dominus passione sua coelorum ianuam, quam alias nulla virtus humana aperire posset. In somnes debemus nocte traducere sicut Assuerus historiam redemptionis nostrae legentes, beneficiumque recedentes a Christo nobis collatum: qui verus Mardocheus noster fuit, cuius opus a morte aeterna reducti sumus. Hoc deberet esse nostrum exercitium, haec meditatio, haec lectio, vt eo vsque exardesceret in animis nostris amor diuinus ne vel martyrii pati cunctaremur, iuxta illud Psalms. In meditatione mea exardescit ignis. Vt ignis statu accenditur crebro: ita amor diuinus assidua meditatione in mentibus nostris accendatur. Nam quemadmodum Sol speculum ebicatum radijs suis illustrans ex radiorū reflexione ignem vel in papyro, aut qualibet fessuca excitat: sic radijs iudicij no-

Hest. 6.

Psal. 38.

stri in speculum passionis Dñice intentis, ignis amoris diuini ingens in cordibus nostris oritur. Ideo Christus Iesus passim repetit passionis suæ memoriam discipulis suis, sicut bonus magister qui si quod punctum in primis necessarium offendit, non cessat discipulis inculcare, donec radicitus percipiant. Sic Paulus hortatur ad perpetuam memoriam passionis Christi cū ad Hebræos ait. Re cogitare eum, qui talem sustinuit à peccatoribus contradictionem. Nō solum dixit cogitare, sed recogitare: hoc est iterum atque iterū cogitare. Igitur Saluator noster huius cōsiderationis vim cognoscens sepiissime admonet ne obliuiscamur passionis suæ. Quare res est indignissima Christianorum negligentia videre, qui cum se Christianos iactent, nihil magis oblitum habent, quā rationem & causam salutis suæ. Multienim sunt qui per totam vitam in memores cū fuerint in articulo mortis tandem in memoriam reuocāt quid sint, qua ope saluati: tunc demū amplexatur Christi crucifixi imaginem, vt criminum suorū poenitent. Qui, quemadmodū ille vere infānus est iudicandus qui accepto à Rege litterarū fasciculo, in quo certo sciret inclusum deferri Regijm chirographum quo sibi cōcederet ingentem redditum quāritatem statim legere negligeret: ad mortemque vsque differret. Sic procul dubio furiosus ille est qui beneficia diuina ad vitæ finē differt, nec statim cū possit frui. Memēto igitur passionis Christi, in qua omnium bonorum abundantia inuenies: charitatem, humilitatem, patientiam, omnesque virtutes, dum viuas: nam in morte satis efficies si dolores tuos perferre possis nedū, vt dolorum Domini recorderis. Educturus Deus Israelē de Ægypto misit Angelū, qui domesticatim omnes primogenitos extirperet Ægyptiorū: & ne forte simul Iudæi necarentur præcepit illi ne intraret in domos, quarum postes agni sanguine essent perūcti. Non aliter Saluator noster nobiscū aget, quorū omnes qui memoria sanguinis sui nō fuerint muniti æternæ morte damnabit. Sic habebit etiam in Ezechiele quod præcepit Dñs interficere omnes qui signum Tau, in frontibus impressum nō haberent, qui autē. T. habebant non occidebātur, nec minus ergo digni sunt morte qui, T. passionis & crucis Dñi in frontibus & cogitatione sua non gestant. ¶ Observa tertio: quod Dñs dū hic loquitur non in sua, sed in tertia persona loquitur, nec

enim dicit tradar, illudar, flagellabor, aut crucifigari: sed filius hominis tradetur, illudetur, conpuctur &c. tanquam si de alio nō de se intelligeret. Cuius ratio est, quia etiam si Dñs in persona sua non in aliena passionem tulērunt eam tamen nō pro se, sed pro genere humano pertulit: quare per personam alienam, quam inducit, alienam innuit fuisse culpā & causam mortis suæ. Traditus est (ait Paulus) propter delicta nostra. Ediuerso Propheta Rom. 12. propter delicta nostra. Ediuerso Propheta Rom. 12. passionis Christi in tētionem facientes de illa in propria persona loquebantur quoniam videbant Christum ob eorum culpam esse morturum. Sic David sepe ait. Partiti sunt vestimenta mea, & super vestē meā miserunt sortē. Et foderūt manus meas, & pedes meos dinu metauerunt omnia ossa mea. &c. Id genus Et Hieremias inquit. Sustinui propter te opprobrium. &c. Nostra erat culpa, nostra fuit poena, magis enim reus est qui delinquit, quā qui plectitur. Merito igitur de Christo in persona aliorū, alij vero in persona sua loquebatur: vt scilicet innuerent omne genus humanum in morte Domini fuisse culpātū. ¶ Quarto obseruandum ingentem Dñi nostri per totam vitam sollicitudinē. Enim vero si ad mortem damnati, eousq; de sua celātur morte donec iam iam ad supplicium sunt educēdi, ne tandiu futuri agonis memoria exercuerent: quid sensisse putamus illum qui ob diuinitatem suam à tempore cōceptionis in uersam semper ante oculos gestauit passionis figurā? Ea de causa Abraham filium Isaac postmodū sacrificandum celauit, quæ esset victima futura. Constructo enim igne, dicēteque filio, vbi est victima? Respondit, oculos largissimas effundētibus lachrymas. Ne quare fili mi. Dñs prouidebit. Quid est hoc, d. Abraham: cur filiū falsā spe producis? Nonne multo præstitisset statim rem exponere, vt constantius mortem ferret? Nequaquam. In morte nanque nullus esset penitus dolor, nisi animi internuntio excitaretur sensus ad dolendum: quod in dormientibus planum est, qui nihil dolēt donec doloris stimulo excitantur. Qua de causa qui mortem iam credunt imminere, non in norem interius sustinēt dolorem, quam si in ipso mortis agone versaretur: vnde sequitur, mitissimum fuisse Abraham erga filium suū: homines vero in suū Saluatorem crudelissimos, qui tam diuturnæ mortis supplicium illū affecerunt, pro peccatis nostris liberer moriētem. Quare tota Christi vita quædam passio fuit.

Hebræ. 12.

Exod. 12.

Ezech. 9.

Rom. 12.

Psal. 61.

Psal. 22.

Hiere. 17.

Gene. 22.

Thren. 3.

Esa. 1.

Heb. 6.

Col. 2.

Phil. 3.

Psal. 68.

fuit. Sic modo in particulari dicit. Illudetur & occidetur. Vide & tu quomodo mortales vitā damnant ad nostram abolendam mortē, iuxta illud. De manu mortis liberabo eos: de morte redimā eos. Præterea omnia in passione Dñi plena sunt illusionibus, vt scias summā ignominiam peccatum esse. Nō enim tot opprobrijs redimemur si peccata ipsa nō essent ignominia, opprobrijs & illusionibus plena. Sic Hieremias de eo dixit. Saturabitur opprobrijs, quibus verbis magnitudinē & molem cruciatū ingentem significat. Vt enim ventres saturati, nihil amplius capere possunt: sic dñs saturatur dolorū nihil amplius habuit, quod dolere possit. Dicitur etiam. A planta pedis vsque ad verticē nō est in eo sanitas. Ergo saturabitur opprobrijs. At quibus videtur, vt seruas: delusus, vt mentecaptus: cōspuitus, vt infāmis: flagellatus, vt fur occisus, denique tanquā proditor. Quod nihilo secus hoc tempore peccatores faciūt: à quibus diuersimode Deus ostenditur: nam à simoniaco venditur, illudatur ab hypocritis, flagellatur à tyrannis, conspuitur à blasphemijs: & occiditur ab apostatis: iterum crucifigentibus, vt ait Paulus, Iesum Christū. ¶ Quinto obserua, & attende diligenter quantum Deus te amareit, vt rem ferme impossibilem propter te fecerit. Quid impossibilem videtur, quam Deū aternū, mortalem fieri & mori: cuius morte mortis acerbitas, & acies retusa & superata est, adeo, vt pro amaritudine summā in morte pij suauitate sentiant: quippe ab æterno interitu liberaui facile vitæ immutationē ferūt. Deleuit Chirographū (ait Paulus) quod aduersus nos erat, attingens illud cruci: vt quemadmodum hereticæ prauitatis inquisitores, si forte reos nancisci nō possunt eorum simulacra ignibus exure solēt, vt sic etiā supplicio scito sceleratas homines plectant: eodem modo pro Adami scelere eius simulacrū & imago supplicium tulit, iuxta illud Apostoli. In similitudine carnis peccati. Non enim fuit peccator sicut Adam sed similis illi: & sic innocens punitus est: quemadmodum rex David in persona eius ait. Quæ nō rapai tunc exolebā. Quia Chirographū, quod cōtra nos diabolus habebat sanguine & Cruce Christi deletum est. Quare quādo confessarius te peccatis absoluit cogita vberrimū super te fluuū descēdere de vulneribus Dñi, quibus omnia delicta tua lauantur. Crux igitur Dñica, & eius mors viuificat peccatores. Præcepit Dñs Moysi, vt

educeret filios Israel ab Ægypto, quo facto secus oram Rubri maris iter facerent, & iam ad aquas accederent, respicientes Ægyptiorum copias insequentiū maximo timore correpti clamauerunt ad Moysen: qui respondēs dixit illis Nolite timere Ægyptios, quos nūc videtis, nequaquā vltra videbitis. E vestigio enim locutus est Dominus ad Moysen, & extendē manum tuam supra mare: & apertum est mare, &c. Non aliter peccator vitā faciens ad illam celestem promissionis terram, quoties se conuertit, & videt peccata quæ in vitam militē insequentia, quasi quoddā Ægyptiorum agmen non potest nō contremiscere, & exanimari, nisi à Deo confirmetur. Verum ait Dominus eleua virgā: quod non sine mysterio dictum est. Nam antequā Christus patreretur virga crucis abiecta & villis latronum mansio, & ignominia erat argumentū: at postea quā à Dño assumpta stetit corporis sacratissimi fulcrum miraculis claruit, & peccatorum fuit ad gloriam ductrix. Vnde sicut filij Israel de mari exeatentes Ægyptios viderunt mortuos tamen virgæ illius medio: sic virtute crucis peccata nostra per poenitentiam aquas de mortua videmus: quorum nō modo non pertimescimus aspectū, sed etiam gratias agimus Deo dicentes. Cantemus Dño gloriosē enim magnificatus est, equum & alcesorem, &c. Sic nos gratias agamus Deo, quia nostra peccata suffocauit sanguine suo: & nos flagellis, opprobrijs, clavis, spinis, cruce, & passione redemit. ¶ Ad nostrā autem eruditionē discamus pro Christo dura & acerba subire, quandoquidem tanta & tam dura pro nobis patientiam & inconstantiam, vt etiā ea quæ vel coacti facere tenemur, quantum possumus fugiamus, partimque eorū labore declinemus. Religiosus iuxta votum suum nō potest paupertatem effugere: ac alijs exercitijs, quæ paupertati sunt annexa quātum potest se subtrahit, & ita sitim, famem, frigus, & villipēdium non fert. Et quemadmodum pillulas putgandi solent melle circumlinire quo amara non sint: ita nos ob nostram fragilitatem, virtutē multis modis condimus eam ad arbitriū nostrum fingētes, ne amara videatur. Hoc autē ab amore proprio pficitur, quo seducti omne dulce virtuti cōsentaneū iudicamus. Volumus sine labore virtutē sequi, & eius suauitate frui, qua sequaces suos afficit: sine villo

Exo. 14.

luptatis corpore dispensio. Filius vero Dei  
 è conuerso, a peram non dulcem virtutis par-  
 tem arripit, & ita moritur ab amicis defutu-  
 rus summa cum ignominia. Quę igitur amē-  
 tia est? Volumus ociosi gloriam consequi, quā  
 glorię dominus tātis exhaustis arumnis acē-  
 dit: Rapiamus ergo crucis vexillum, & forti-  
 ter omnes in commodorum huius seculi sale-  
 bras transileamus: earum vero timorem con-  
 solemur ijs verbis quę statim subiiciuntur in  
 textu. *Et tertia die resurget.* Iam hic vides quo  
 modo Christi labores requie, & tranquillita-  
 te finiuntur: quod idem accidit illis, qui pro-  
 pter Christum incommoda patiuntur in hoc  
 seculo. Transaris enim & finitis vna cum vita  
 mortali laboribus, non mediocri imo maxi-  
 ma est consolatio ad illa æterna gaudia fruē-  
 da ascendere. At è diverso impijs accidit, qui  
 multa in alio seculo supplicia sustinebunt:  
 Quippe qui obita morte temporalis, æterna  
 cruciabantur. Sapiens ergo pœnas illas time-  
 bit, has contemnet, quę morte finiuntur, &  
 medium sunt ad gloriam cōsequendā: quod  
 cuius erit facillimū, qui voluerit secum per-  
 pendere in medijs clauorum ignium, & cru-  
 ciatum doloribus, quāta sunt præmia victo-  
 ribus, proposita: & contra in voluptatum blā-  
 dimentis meminerit suppliciorum inferni,  
 quę victos in inferno affligent. Qui hæc fece-  
 rit proculdubio victor euadet. Nec enim vsq;  
 adeo à domino deseretur, qui non vniuersos  
 labores simul nobis immitit, sed paulatim.

*Hier. super* Nam (vt Hieronymi verbis vtar) Dominus  
*Matthę, 7.* prosperis admiscet tristitia, vt cum repente ve-  
 nerint non terreant, sed à præmeditatis ferā-  
 tur animis. Si enim constribat apostolos,  
 quod occidēdus esset Christus, debebat eos  
 lætificare quod die tertio erat resurrecturus.

*Chrys. hom.* Sæpenumero enim, vt optime adnotat Ioan-  
*67. in 10.* nes Chrysostomus ponitur in scripturis simul  
*Esa. 53.* passio, & resurrectio. Esaias vtrunque simul  
 ponit. Tanquam ovis, inquit, ad occisionem  
 ductus est, & tanquam agnus, &c. Subdidit  
 autem de resurrectione dicens. De angustia,  
 & de iudicio sublatu est. Et Dauid in Psalm.

*Psalm. 2.* tertio, & in alijs Psalmis sæpe coniungit hæc  
 duo. Dormiui, inquit, & soporatus sum: & sur-  
 rexi, quia dominus suscepit me, Et antea præ-  
 dixerat de passione dicens. Astitērunt Reges  
 versus dominum & aduersus Christum eius.

*Genes. 49.* Sequitur. Postula à me & dabo tibi gentes in  
 hereditatē tuam, &c. Iacob etiā Patriarcha,

Dormiuit (inquit) vt Leo. Deinde addidit. Et  
 vt Catulus Leonis excitauit eum. Simul pas-  
 sionem & resurrectionem ostendit. Iam hic  
 vides quomodo Christi iugū suauē sit: si qui-  
 dem inter tristitia, gaudia admiscet, & læta.  
 Mos enim scripturę est, vt Diuus Hierony-  
 mus differit aduersis læta subiungere: vt post-  
 quam tristibus dominus fuerit comminatus,  
 lætis rebus, & prosperis subleuet, & extollat.  
 Sic Esaias postquā terrores & mala dixerat,  
 dicens. Vā genti peccatrici populo graui, & c.  
 terra vestra deserta, ciuitates vestra succensę  
 sunt: igne, regiones vestra coram vobis alieni  
 deuorant: loquitur deinde ad eos, meliora  
 promittens, & ait. Leuamini, mundi estote,  
 & c: & venite & argue me, dicit dominus.  
 Item Amos quibus dixerat, cecidit domus  
 Israel, non adijciet, vt resurgat virgo Israel,  
 er-  
 ruit in vtero, non est qui suscitet eam, post  
 loquitur dicens. Querite me & viuetis: & no-  
 lite querere Bethel in Galgala. Hoc idē Hie-  
 remias agit vocem terroris audiuius, formi-  
 do & non est pax. Ecce ego saluo te. &c. Vult  
 primo humiliare nos in rebus tristibus & pos-  
 tea consolatur: atque ideo Esaias & reliqui  
 propheta: qui vaticinati sunt ad populum do-  
 mini post onera consolantur populum affli-  
 ctum & mœstum. Sed Nahū & Abacuc post  
 onera nullum subdunt consolationem, quia  
 eorum vaticinia erant contra gentes, quę ido-  
 la colebant, & Mesiā non expectabant. Fi-  
 delibus tamē Israelitis consolatio futura post  
 calamitatem promittitur: & nobis etiam post  
 flagella & crucem resurrectio nunciatur. Pri-  
 mo tamen ponit tristitiam deinde hilariora:  
 vt scias post flagella & dolores ad resurrectio-  
 nem venire. ¶ Expende etiam fructum passio-  
 nis Christi, qui est resurrectio vita: à morte  
 enim exijt vita. Ideo ipse met de seipso ait, vt  
 Diuus Augustinus exponit, nisi granum frum-  
 menti cadens in terram mortuum fuerit, & c.  
 Magnum ergo fructum adduxit secum Chri-  
 sti mors propter saluandorum multitudinem  
 quorum numerum Esaias miratur dicens.  
 Generationem eius quis enarrabit? Putauit  
 quidam, quod de æterna Christi generatione  
 locutus sit Esaias. Et certē si antecedentia &  
 consequentia inspexeris, inuenies quoniā de  
 fructu passionis Christi locutus sit propheta.  
 Habuit enim innumerabiles animas, quę per  
 sanguinē Christi & eius passionē saluę factę  
 sunt: sicut & ipse Christus dixit. Cum exalta-  
 tus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.

Lege

*Ioan. 12.* Lege totum caput quinquagesimum tertium  
 Esaię: & aperte videbis, quod ad literam lo-  
 quitur propheta de Christi dñi nostri passio-  
 ne: & mirans fructū passionis & spiritualem  
 Christi generationē, quā acquisiuit sanguine  
 suo. Admitas ait, Generationē eius quis enar-  
 rabit: Quis dicere poterit quā magnā genera-  
 tionē acquisiuit sanguine suo? Et subdidit. Si  
 posuerit animā suā videbit se men longeuum.  
 Ac si diceret. Antea erat Deus solus in cælo:  
 sed si mortuus fuerit & posuerit vitā suā, mul-  
 tos filios habebit, quia totus mundus veniet  
 ad Christū, & cælū replebitur filijs. Sic etiam  
 cum Ioseph viuebat pauci erāt filij Israel: sed  
 post mortē eius creuerūt nimis. Ita Christum  
 pauci secuti sunt in vita: sed post mortē eius  
 omnis orbis credit in eum. Sic etiā vt Tho-  
 philatus interpretatur, intelligendū esse puto  
 illud, quod Simeō dixit. Positus est Christus  
 in ruinā, & in resurrectionē multorū. Multos  
 dixit eū de fructu passionis fuisse locutus. Mor-  
 tuus est Christus, sed ex hac ruina, & Christi  
 morte multi resurgēt ad vitā, quia post mor-  
 tem eius multi crediderūt in eum. Sic etiā in-  
 telligendū puto illud Pauli, cum ait Christus  
 Iesus humiliatus semetipsum factus obediēs  
 vsq; ad mortē, mortē autem crucis: propter  
 quod exaltauit illū, & dedit illi nomen, & c.  
 Dedit illi famā, & honorē: vt quia antea igno-  
 tus erat notissimus factus à principib; terra-  
 rum coleretur. Hunc itaq; fructum ostendit  
 Christus docens resurrectionē post mortem  
 suam mortuus quidem est, sed resurrexit, &  
 vitā ex morte elicit, quia morte sua vitam no-  
 bis præstitit: & mortuos in peccatis resurgere  
 fecit. Tenebamur vinculo mortis: at Christus  
 morte sua à morte liberauit & reuocauit ge-  
 nus humanū ad vitā. Eius enim morte salua-  
 ris sumus, & vt Paulus ait, Iustificari gratia ip-  
 sius. ¶ Præterea, non solū mors Christi anima-  
 rum nostrarū vitam amplificauit: verum etiā  
 corporis debilitata mors est, non secus quam  
 apis, quę si carēe demortuam pungit incolu-  
 mis manet & acrior: si vero ad corpus viuens  
 peruenit, amissō aculeo interit. Sic mors ab  
 Adamo vsq; in genus humanum, tanquam  
 in morticinum sapiens asperius in dies seque-  
 bat: postea vero, quam in domini nostri viu-  
 dūssimum corpus arma obtulit sua, victrix il-  
 la iam diu superata est. Vnde merito illā Apo-  
 stolus spoliatam irridens ait. Vbi est mors vi-  
 ctoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Deo  
 gratias, qui dedit nobis victoriā per Iesum

Christum. Antea morti victoria cedebat: nunc  
 postquam à Christo superata est, victo-  
 ria nostra est: vnde illam mortem formidabi-  
 liter domini viribus infractam, nec pueri ti-  
 ment, nec puella, quia resurgente Christo ad  
 vitam, mors vita est. Denique non dicit susci-  
 tabit, quasi ab alio esse Christus suscitandus,  
 sed resurget: quia seipsum suscitabit, & Chri-  
 stus sua propria virtute surrexit à mortuis.  
 Sed iam Lucam audiamus. *Et ipsi nihil horum  
 intellexerunt, & erat verbum istud absconditum  
 ab eis, & non intelligebant quę dicebantur.* Nō  
 quod verba Iesu non intelligebant, sed quia  
 sensum verborum existimabant esse parabo-  
 licum, aut quod loqueretur per metaphorā.  
 Pueri cum incipiunt legere cognoscunt quę  
 sit litera A. quę sit B. & C. quibus cognitis nō  
 tamen adhuc legere sciunt: nam etiam sibi  
 singularum literarum potestatem potestere pos-  
 sint, coniunctionem ignorāt. Quod tradetur,  
 illo detur, & conspueatur, vnumquodque horū  
 sigillatim facile fuit intellectu: at omnia simul  
 coniunctam tanquam pueri rudes, adhuc nō  
 potuerunt percipere. Cuius præcipua causā  
 fuit amor, quo Christum profecuebantur: vnde  
 de sibi non persuadebant dominum occiden-  
 dum esse. Loquens olim dominus, de passio-  
 ne sua dixit. Si exaltatus fuero à terra, omnia  
 traham ad me ipsum. Quorum verborum sen-  
 sus præterquam quod erat obscurissimus ad  
 multa posset detorqueri, aut accommodari:  
 aut ad dominum concionantem, vt virtute  
 sermonis sui omnia ad se pulpitu ascendē-  
 tem traheret, & ad alia multa. Nihilominus  
 tamen multi ex illa turba, quę Christum ode-  
 rant, intellexerunt, & ideo responderūt. Nos  
 audiimus ex lege, quod Christus manet in  
 æternum: & tu dices oportet exaltari filiū ho-  
 minis: Vide quomodo non intelligētibus dis-  
 cipulis Christi clara verba, alij circumstantes  
 intellexerūt, etiam si erāt obscurissima. Cuius  
 causa est, quoniā, vt dixi, cum discipuli Chri-  
 stum tenerrimè amarent nullo modo sibi per-  
 suadebant ea, quę euenire nollebāt: at reliqui  
 maleuoli id quod optabant in Christo, statim  
 animaduertērūt. Sic dicimus apud nos, nulla  
 est surditas peior, quam eius qui audire non  
 vult. Enimvero tāta est intellectus nostri auo-  
 ritas, vt nihil penitus non modo scire, sed ne  
 amare quidem sine ius facultate possimus.  
 Nam vt ea quę scimus, nisi essent tanquam ve-  
 ra ab intellectu iudicata scire nō possēt: ita ea  
 quę amamus, nisi esse bona intellectus affir-  
 marct,

*Hier. sup  
Ames. 5.*

*Esa. 1.*

*Amos.*

*Hiere. 1.*

*Philip. 3.*

*Tito. 3.*

*Aug. 111.  
51. sup. 111.*

*Esa. 53.  
Hier. sup.  
cap. 1. 111.*

*1. Cor. 15.*

*Ioan. 12.*

mare, nunquam amaremus. Sed tanta est intellectus nostri erga voluptatem indulgentia, ut læpenitiam, quæ bona non sunt rationibus iustificat, ut voluntati gratum faciat: & quodammodo assentitur, quod omnium malorum in orbis est causa. Nemo enim tam perditus est qui delinqueret si à iudicio suo deceptus, peccatū esse appetibile sub specie boni crederet. Sic igitur discipuli iudicio ob amorem perturbato, nullo modo intelligebant Christum fore moriturum: at Idæi statim intellexerunt. Idem dici potest, de fide, quam discipuli nequam adhibebat Christo loquens de passione sua, quia illum amabant: cum Idæi vtrique crederent illum esse occidendum. Exemplum habemus de hoc in Herode Aſcalonita, qui cum audisset Christum natum esse: ex Prophetarum & Magorum sententia, & esse regnaturum, quæ veritas nulla humana vi vitari poterat, obcæcatus tamen libidine non credidit ea, quæ aliis nihil dubitationis habebant: quare quidem credidit scripturæ, quatenus ait Christum esse natum, non tamē credidit regnaturum. Et ita teterrimum flagitium adortus, innocentes iuberet interfici, existimans se posse eo modo natum Regem occidere. Hac autem omnia, ut diximus, ex eo sunt, quoniam plus nimio contumaciter indulgens intellectus multa aliter quam veritas sunt iudicat. Saul similiter loquebatur sicut Herodes quod David esset regnurus in Israel, nam Ionathas dixit Davidi: & pater meus scit hoc. Et Saul etiam dixit Davidi. Scio quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israelicum: sciret itaque Saul David regnaturum & electum à Domino: cuius voluntas immobilis est, nihilominus quærebat illū occidere, ne regnaret: quia suaderi sibi non poterat, quod esset regnurus, eo quod volebat ut regnaret. Hac de causa volebat Achab credere: Michæa Prophetæ veraci: quia non iuxta regis beneplacitum prophetabat. In Evangelio Ioannis habetur, quod Idæi qui cæcum natū interrogabant de modo quo videbat putantes, quod ad libitum eorum aliquid loqueretur, postquam laudavit Christum, quem ipsi oderant: ait Euangelista, quod non crediderunt ei: cui certe credidissent, si quid contra Christum loqueretur. Nec solus Herodes, Saul, & Achab hoc faciunt, qui eum non experiri voluerit, quanta sit modo morum corruptio: videbitur autem virtuti esse

locum: Quod si quis contra renitatur, velitque ea, quæ iustitia sunt suadere insanie existimabitur. Ille vero sapienter, iniquitatem excipitur, qui vel vestigium veterum incrementum vel novorum extorquendorum artem inuenit. Nec minora sunt inter ciues, domosque priuatas incommoda. Quis namque mercator est turpi lucro mercimonia auget: sua; qui doctorem, quantumvis doctū, iustitiam suadentem audiat? At is imperitum quemuis attentissimo audivit animo, si ex illius sententia loquatur. Cur? Quia iucunda loquitur. Similiter peccator si a diat se cras moriturum non credit, quoniam nollet: & vidēs alios seniores, & imbecilliores facile sibi longinquitatem vitæ arrogat. Eidem tamē si pollicentis grandem annorum feriem habebit fidem, & ad credendum nō deerunt argumenta. Dicitur iuuenis sum corpore salubri, integroque, alij imbecilliores longius vixerunt. Ex dictis manet ea quæ iucunda sunt facile nō modo voluntati, sed etiam intellectui probari. Ne quis forte miretur A postolorum simplicitatem, qui Christo de passione non credebant. Sed dubium hęc est. Si Christus, qui omnia nosset discipulorum videbat ignorantia: quare ea quæ dixerat, iterum atque iterum inculcavit, ut crederetur? Ratio est, quia voluit paulatim, eos instruere, ut eorum ignorantia tunc tolerans post resurrectionem maturius, quæ non intellexissent reuelaret. Sic Apostolus piscantibus nō dixit, Faciam vos piscatores hominum, sed faciam vos fieri piscatores hominum. Poterat enim continuo illos facere piscatores hominum, voluit tamen paulatim disponere, ut cognoscant quid à se sint, & quid à Christo efficiantur. Vides ita nunc Apostolos rudēs, & postea doctissimos: totū hoc tribus gratia Dei. Docet nos locus iste: ne repente velimus ascendere in arcem virtutis: sed velento gressu, & quasi per quosdam gradus. Sic beatus Chrysostomus illum legis illud dicit doctorem, qui Christū rogauerat quod esset mandatum magnum in lege, dicens. De magno mandato quaerit, qui minimū non obseruat. Tales sunt plurimi tyrones in virtute: qui cum vix attigerint prima castrorū munitiona, cum veteranis certare præsumunt. Quare sæpe numero deficiunt aut cedunt. Ad hos autem ego simillimos iudico. Cantoribus imperitis quidam carminum facilitas paritū, sponte suauiterque canunt, ut etiam certare cū peritioribus non timeant: postquam vero locus

Matth. 2.

Mich. 5.

2. Reg. 20.

1. Reg. 24.

3. Reg. 21.

Ioan. 9.

Matth. 4.

Chrysol. hom. 42. in epist. imper. illi.

Gen. 18.

2. Reg. 21.

locus occurrit difficilior & maiori attractā dūs labuntur misere. Opus est igitur calleat qui ad virtutis suprema certamina pervenire contendit: nec sit inexpectus miles, aut impetitus cantor irridens. Nā quid aliud Petrum dicitur feruentissimum Christi comitē & discipulum, nisi præcox quædam & imma rura fiducia, qua martyrium summum persequens gradum sibi arrogabat? Veruntamen turpiter lapsus est ille qui paulo ante dixerat. Si oportuerit me mori tecum non te negabo. Qua de causa Christus cum iam sibi manus iniici videret, dixit Iudæis. Si ergo me queritis, sinite hos abire. Quasi diceret. Permittite eos vivere dū in virtute teneriores sunt, quæ ve possint sustare martyrio, me solum comprehendite. Illos firmiores iam factos postea ad mortem & supplicium querite. Valde igitur aduertendū est ne in cultu Dei prius magistris quam discipulis esse velimus. Attendamus ad discipulos Dñi: quos ipse quacunque hora summos facere poterat: quod tamē noluit: sed paulatim eos instruxit vsque quo per aduentum Spiritus sancti consummati forent & cōstituti. Atque ideo modo noluit eos docere passionis suæ mysteria, quæ non intelligebant: sed in posterum suo tempore reseruat in instruendos. Sed iam ad textum revertamur: & prosequamur huius itineris mysteria. Dicit itaque Euangelista. Factum est autem cum appropinquaret Hierico, cæcus quidam sedebat Jecus: visum mendicans. Quæ admodum homini assueti peccatis diabolus offert semper occasionem peccandi, ut nefanda possit sua explere desideria: ita volenti facere bonū Deus materiam obijcit, qua bonam voluntatē possit perficere. Si quis ebrietas studet, in qualibet domo vinum propinatur: si lusor, vbique lusus paratus est: si incōtinens & lubricus vbi que formina, quas male concupiscat se impudicē ingerunt. E contra si bonus est, & iustus, & cupit Deo seruire: Deus offert illi occasionem vbi virtutes possit exercere. Quæ propinquet si misericors est omnino logo & tempore videbis pauperes ei occurrere. Cum enim pius & misericors Abraham steterit ad ostium tabernaculi sui expectans peregrinos, ut charitatem eis exhiberet: ecce tres Angeli in habitu peregrinorum venerunt. Cum etiā sanctus ac pius David interrogaret seruos suos an de domo Saulis aliquis esset relictus, cum quo misericordiam Domini videretur statim addidit. Est filius Ionathæ debilis pedibus. Et fecit Da

uid cum eo misericordiam Domini. Super quo etiam adverte, quod misericordiam, quā in domum Saulis volebat exercere, vocavit misericordiam Dñi: nam nostra in hoc à diuina videtur distare misericordia: quod nostra ad nostros tantū se extendit, diligimus enim tantum eos, qui nos dignant amicos, non tamen inimicos. Misericordia vero Dñi ad amicos est & ad inimicos qui solē suam facit orti super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Itaque sicut Abraham & David, & iustus ac pijs hominibus cum misericordiam, & pia opera volunt facere statim illis Deus offert materiam faciendi illa: sic & Christo Saluatori nostro, quoniam pius & misericors erat, vbique cæci, leprosi, paralytici, infirmi, ac miserabiles personæ se se offerrebant. Ecce nunc cum appropinquaret Hierico in ipso itinere cæcus quidam occurrit clamans, & misericordiam petens, ac statim post hæc venit & Zachæus alius cæcus mente & avarus. Ita Dño, qui semper eo animo erat ut vbique esset beneficeret, oblatæ sunt virtutis occasiones. Docet ut semper & vbique & apud omnes utilissimus, & nō ignaui obiter enim in via miraculū hoc operatus est Christus. Oculis autem cæci aperuit, quia de ipso Christo Messia prophetauerat olim Elias. Tunc aperientur oculi cæcorum, & addidit, Redempti à Dño cōuerterentur, &c. Observa autem quod Lucas hic dicit. Cæcus quidam sedebat, &c. Sed Mathæus dicit quod erat duo cæci. Ad quod potest responderi, quod non sit eadem illuminatio, quam Lucas & alij Euangelistæ narrat, sed duæ. Nam antequam Christus ingrederetur Hierico, in via illuminavit hunc cæcum, cum appropinquaret Hierico: sed cū egrederetur illuminavit duos alios, de quibus loquitur Mathæus & Marcus: & ideo dicunt ipsi. Egrediente Dño de Hierico: sed Lucas dicit, appropinquante Domino Hierico. Lucas loquitur de primo & unico cæco, quæ Christus illuminavit, antequam ingrederetur Hierico, ut hic dicitur: sed Mathæus & Marcus tractant de alijs, quos illuminavit cū egrederetur ab urbe. Expende etiam quod Marcus describeret quomodo Christus illuminavit illos duos cæcos, proficiens, ut ipse ait de Hierico, cum duo fuerint, ut ait Mathæus, tamē Marcus vnum dicit quem nominat proprio nomine vocans illū Bartholæum: quia iste insignior erat. Nam vsus est scripturæ sacre, per personam, quæ insignior est etiam intelligere, quæ

Matth. 5.

Lucæ. 19.

Esai. 35.

Matth. 10.

Mar. 10.

*Hier. super Dani 11. Genes 27. Gene 18. Dente 29. Gene 8. Gen 36. Aug. lib. 1. Q in Gene. 107. Gene 37. 1. Cor. 10. Exo. 3. Gene 32. Psal. 79. Luca. 1. Psal. 33.*

quæ minus nota est, vt egregiè Diuus Hieronymus annotat. Sic in Genesi habetur. Carre ad ques & accipe duos hedos. Simul enim pascebatur oues & hædi: sed quia potiores sunt oues, earum nomine caprinum pecus cõplexus est. Abrahâ etiam cû loquitur cû illis Angelis aliquando ad vnum, aliquando ad plures sermonem dirigit. Et Sodoma dicitur euerfa, cum ex Deuteronomio constat quinque vrbes esse euerfas. Et in Genesi etiã dicitur. Recordatus est Dñs Noe & cûctorũ animantiũ. Sub Noe nomine intelliguntur octo animæ quæ in arca erãt. Et eodẽ modo intelligẽdus est catalogus illorũ regũ qui fuerunt in Edõ. Alioquin in tãto temporis interuallo tã paucci non fuissent numerati, sed posuit insigniores. Denique vt ait Augustinus, cum in Genesi legitur Simeon & Leui interfecisse Sichmitas, intelligit Augustinus secum habuisse multam familiarium societatem. Ioseph etiam dixit. Vidi per forniciũ Solem & Lunam & Stellas adorare me. Sed mater non adorauit illũ in Ægypto: quia iã obierat: sed in patre, quia caput est vxoris, Rachel intelligitur. Paulus etiam, Patres inquit nostrũ mare transferunt. In patribus intelligit matres & puerõs. Sic Marcus in hoc cæco qui insignior erat intelligit duos. Sed procedamus. *Et cum audiret turbam præterentiẽ interrogabat quid hoc esset. Dixereunt autem ei, quod Iesus Nazarenus trãsseret: & clamauit dicens. Iesu fili Dauid miserere mei.* Poterat Christus huic cæcũ illuminare, quãuis non clamasset, sicut potest etiam nobis auxiliari citra nostras preces: sed rogari vult, quò melius palam fiat. omnia nobis ab illo solo proficisci. Ita cum Israelitas Ægyptijs oneribus liberari decreuisset tali illorum animos desiderio inflamabat, vt ipse dicat. Audiui clamorem filiorum Israel, &c. Similem affectum quoque in hoc cæco accendebat, vt clamare inciperet, nec desineret donec quod petebat impetrasset: tametsi turba silentium illi indiceret. Itidem fecit Iacob cum ad Angelã dixit. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Ita Dauid sub persona populi fidelis, Domine (inquit) nõ discedimus a te: viuificabis nos & nomen tuum inuocabimus. Quia tanta fiducia & contentione ad Christũ clamat profecto euenit, quod Christus dicit. *Amẽ dico vobis si perseverauerit pulsans, aperietur ei. Quod testatur Dauid dicens. Exquisiui Dominum, & exaudivit nre. Et mox subijcit, vt nos eadem faciamus. Accedite ad eum & illu-*

minamini. &c. Quanquam scit Deus indigentiam nostram, tamẽ nihilominus vult eius imploremus auxilium: vt maius beneficiũ mereamur. Non tamen satis est cum voce vocare, nisi etiam corde vocemur, sicut hic cæcus hic faciebat. Sic Dauid in psalmo. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe. Persecutus Dauid ab iniquis & filijs vexatus. & a dzemonibus, quia non solum est sanctis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, &c. Ad Deũ confugit & clamabat in toto corde suo. Hic cordis clamorem attendit Deus. Sic tacẽs clamabat Moyses in corde suo: ita vt Dominus diceret ei. Quid clamas ad me? Sic Anna mater Samuelis clamabat effundens cor suum coram Dño, cum penitus vox eius nõ audiretur. Hæc vocem Deus exiebat cõ dixit. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe est a me. Vnde Diuus Gregorius in Moralibus dixit. Æternam vitã si ore petimus, corde autẽ non desideramus: clamãtes tacemus. ¶ Obserua autem quod non solum dicit Dauid qd clamabat ad Deum corde, sed in toto corde. Sicut enim tũ corporaliter vere clamatur: cũ toto ore clamatur: ita spiritualiter toto est clamadũ corde, si volumus a dño quæ poscimus impetrare. Docet loc' iste vt angustijs, in tribulationibus, & pressuris ad Deũ confugiamus ipsũq; innocemus, atq; vt illi omnes necessitudines nras pãdamus. Sic sanctus faciebat Dauid, sic & Tobias, Iudith, Hester, Ezechias & omnes Dei electi. Ne ad huius seculi auxilia confugias, neu illius viribus confidas, quẽ admodũ Iudas & infelix Ochozias fecerũt, ne funditus intersas. Sed quia inseptimo capite huius de his diximus: nũc orationẽ breuẽ, & multis mysterijs plenam, quã obtulit cæcus iste audiamus. ¶ Iesu, inquit, fili Dauid miserere mei. Vtranque enim Christi naturã faceret, vocans illum Iesum: hoc est, mudi Saluatorem, & Redemptorẽ, atque filiũ. Dauid secundum carnem. Iesu, inquit, mundi Redẽptor. Ideò descẽdisti è celo: ideo carnẽ suscepisti: vt ego loquar ad te: vt cum fiducia petã. Filium Dauid dixit potius quam Abrahã, aut Iacob: vt illum ad misericordiã prouocet. Petiit vt ei miseretur, & cõpatiat, & adducit in memoriam patrem Dauid qui clementissimus & misericors admodum fuit: nec solũ in Saulem. clementiam ostendit suã: sed etiã in vniuersam eius familiam: tantum abesse: vt auerit, quinimo quæsit, an remississet aliquis de

de domo Saulis, vt faceret misericordiã cũ eo. Misericors etiã fuit cõ Semei, a cuius occasione Abisai gladiũ prohibuit. Quid dicã de Abisalone quẽ pius pater multũ diuque luxit dicens, Abisalon fili mi, fili mi Abisalon? Ideo dicitur in Esãia. Misericordias Dauid fidelis. *Fili Dauid miserere mei.* Si tu õ naturẽ artificia piensissimẽ cum etiam brutis animalibus instinctũ indidisti, vt vel cæcus qui natura separatissimus est ab humano commercio, quocies grauius à canibus premitur ad hominẽ cõfugere soleat, malens ab eo occidi, in quo nouit esse clementiam: quanto potiori iure hominẽ ratione præditum, ad te tutissimum & clementissimum asylum confugiet: Verũ enim vero, vt mercatores qui in emporiũ difficile incidunt, in quo nũmorum penuria nihil vendere possunt, solent quouis pretio, quæ ad dũcere, distrahere: sic tu õ fili Dauid in emporiũ huius seculi gratiam & misericordiam adduxisti: quæ deficientibus meritis publicanis, & peccatoribus erogasti. Quare si ram vili pretio tua emuntur, miserere mei. Memento fili Dauid arboris naturæ, in qua rami radicũ virtutem sequuntur, & in se referũt: vnde tu si filium Dauid te inctas oportet pari ratione patri tuo in clemẽtia asimiliter. Ideo fili Dauid miserere mei. ¶ Discant ex hoc loco nobiles maiorum suorum virtutem sequi. Nã qui generosus est, non modo cauere ne degeneret animum ostendat: sed etiam summo opere nititur auorum suorum facinora imitari, & amplificare. Hæc enim vera nobilitas est: hic verus maioratus à virtute nunquam discedere, qd qui aliter faciunt non nobiles, sed nobilitatis portenta sunt. Quoniam sicut inter homines, qui distortis membris capite canino, corpore humano nascuntur homines non sunt, cum tamen hominibus sint similes: sic inter nobiles flagitiosi nobiles non sunt, licet nobiles sint similes. Vnde quidam dixit. Stemma quid faciũt, quid prodest Pontice longo. Saugine cense ri pictosque ostendere vultus Maiorum & stantes incurribus Æmilianos? Nobilitas sola est atque vnica virtus. Malo pater tibi sit Therfites, dum modotus sis Acacide similis vulcaniãque arma capellas. Quam te Therfite similem producat Achilles. Age ergo vt moribus sis nobilis. ¶ Præterea cum audis Iesum filium esse Dauid, gaude, letare, gratias ingentes Deo reddens, qui æternus cũ esset, mortalis propter factus est. Considera filiũ Dei filiũ Dauid factũ. Fecit se Deus ho-

minẽ vt hominẽ Deũ faceret. Illeq; qui absq; tempore ante omnia secula à Patre est genitus, in tempore voluit nasci: vt homines sine villo tẽporis termino in cœlis regnaret. Hinc planè colligitur quanti sit peccati malitia siquidem ad eam purgandam oportuit Deũ ipsum in carnem mortalem descendere passibilibemque fieri: vt sic copulata diuinitate quã quoddam formentum faceret ad naturã humanam sanandam. Ideo quocies peccas addebat de quantam incurras infirmitatem, ad cuius curationem oportuit filium Dei mori. Attende etiam quam mansuetus & mitis factus sit ille Deus, ad quem antea nemo audebat accedere, vt paralyticos, cæcos, claudos, benigniter recipiat. Ille autem quem Cherubim tremunt in cœlo: iam in terra mendicũs quidam & cæcus pauper eius aspectum non formidat. Angeli tremunt ante eum in excelsis: & miserabilis cæc' fiducialiter accedit in terris. ¶ Absolute tamen vocat illum filium Dauid, in quo innuit illum esse Messiam in lege promissum: quem expectabant. Nam quãuis Dauid plures habuerit filios, vnus tamen solus dicitur filius Dauid: secundum promissionem: sicut solus Isaac dicitur filius Abrahæ. Filius autem secundum promissionẽ Messias est: de quo dicitur. De fructu ventris tui, ponã super sedem tuã. Hic solus est Christus, de quo Angelus ad Virginem. Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius. Ideo vocans hic Christum filium Dauid, conuictur illum esse Messiam in lege promissum. Præterea quia miserum se esse, sciebat non competit: quia misericordia solis miseris est necessaria. Nullus est enim adeo demens vt felicitium & beatorum miseretur. Sicut pauperes eleemosynam petentes, vilissimas induũt vestes, easque partes corporis denudant, quæ vulnere aliquo sunt affectæ: vt sic facilius dicitur animos ad misericordiam flectere valeãt: sic iste miseriam suam ostendebat. Sic Dauid misericordiã postulabat dicens. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Miserere inquit mei. Hoc vnus fretus nõpe misericordiã Christi, & nihil fidens in suis meritis: nam suis meritis tantum conlequi non potuisset, quantum ex gratia & misericordia Christi consecutus est. Igitur cum ita deuote & tã sapienter oraret, audi quid Euangelista dicat. *Et qui præibant increpabant eum, vt taceret. Accedit hic ad Dominum saluum non solũ corporalem, sed spiritualem adepturus, quam impe-*

Psal. 118.

Ephes. 6.

Exo. 4. 1. Reg. 2. Math. 11.

Greg. lib. 1. mor. 14. 11.

Math. 4. Reg. 1.

1. Reg. 14. 26. 2. Reg. 9.

Psal. 132. Luc. 1.

Psalm. 50.



impetrauit Christum vocans: quam ob rem mundus & diabolus in eum insurgunt. Hæc est enim vna de astutijs diaboli suffocare bonum semen in germine. Vnde per serpentem religionem inchoatâ in paradiso suffocauit, & per Pharaonem populum Israeliticum destrucere voluit submersione paruulorum: & per Herodem Christum paruulum occidere voluit: & vr illum occideret paruulos innocentes occidit. Sic & nunc per hanc turbam vult bonum inceptum suffocare, in hoc homine cæco. Disce ex hoc loco in bono incepto per seuerare, nec à virtute deciscere, ob vllas secuti perturbaciones: quæ multæ statim opponuntur illis qui viam ineunt salutis. Sunt multi iusti & sancti ambulantes in vijs Domini qui scandalum patiuntur cum aliquid sinistra eis acciderit arbitantes cuncta ad vota sibi ventura postquam præcepta Dei se qui cœperunt: quod non ita sæpe accidere locus iste demonstret. Sic filijs Israel profectis iuxta sermonem Domini defecit aqua, & multa aduersa passi sunt. Sic etiam in libro Iudicû habetur, quod vndecim tribus ex imperio Domini susceperunt bellum aduersus Beniamin, & bis, aut ter hostibus succubuerunt: nempe vt discas quod cum Domino famulari inceperis pares animam tuam ad tentationem vt Ecclesiasticus clare ostendit dicens. Filii accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Nam sicut leo, si quam videt prædâ fortioerem è manibus eius resillite nitentem, vnguibus fortius stringit: sic dæmò quem videt è manibus elabi incipientem vnguibus tentationum infigit fortius, nè amittat iam elabentem. Sic Laban persecutus est Iacob cum voluit proficisci ab eius domo. Sic Pharaon filios Israel graui persecutus est & addidit opus, & paleas non dabat. Cum ad Dominum ire voluerunt, eos tanquam vnguibus suis artius constringebar: videns eos velle discedere. Et eo modo impediabar populum Israelis ad Deum ire cupientem: quo turba cæcum istum ad Dominum clamantem perterrebat. Quæmadmodum enim venator, qui feram sponte in tera incurrentem rãctus obseruat, neque vlla vititur vociferatione: si vero diuersam abire videt, sese illi in via opponit, cogitque terroribus & minis in laqueos redire: sic diabolus quos sponte videt perire, nõ molestat: illõs vero qui tutiorem elegerunt viam omnibus modis ab incepto cessare conatur. Tantum autem valeat

huiusmodi terrores mudi & dæmonis, vt pluri sint de virtute optime meriti ab incepto deterriti, de quibus ait Dominus. Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam ego eum coram Patre meo. Pusillanimes qui hominum opprobria non sustinentes retro miserimè cadunt, sicut Nicolaus vnus ex septè Diaconibus ab Apostolis electis: qui cum preclare in principio se haberet, postea aliquorũ verbis commotus, qui dicebant illum esse zelo typum, vxorem prostituit, & hæresiarcha factus est, vnde Nicolaitæ hæretici vocati: de quibus in Apocalypsi dicitur. Hoc habes bonum quod odisti facta Nicolaitarũ, quæ ego odi. Enim vero non parua dignum est admiratione, cum tot sint in seculo, quæ homines ad peccandum moueant, esse tamen pauca quæ illos à peccatis eruant, & ad virtutem ducant. Sed antiquum est in orbe hoc vitium. Audiens Dauid Goliath blasphemasse ibat vt honorẽ Dei propugnaret: quod videns Heliab frater eius arguebat eum. Eodẽ modo Michol Dauidem maritum deludebat ante arcem Domini saltantem dicens. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discoperiens te ante ancillas seruorum suorum, &c. Deus tamẽ hæc impiorum opprobria non reliquit impunita: nõ Micholem sterilitate mulcavit, quod olim probrosissimum supplicium fuit. Ita primò Edra scribitur quod populus terræ impediabar populum Iudæ in edificando: quia moris est populi terreni iustorum omnes conatus impedire. Non modo autem inueniuntur, qui viam virtutis impediunt: sed etiam multi sunt, qui viam inferorum patefaciunt, sicuti faciebant quadraginta prophete Achab, regi suo. Si virtutem sequeris mirantur, quasi noui aliquid & inauertitũ ridetque: & quasi hypocritam dicunt: si vero vitiorum sectaris pariter dicunt te esse cõmẽ, suauilque conuictudinis: malum factum bonis præiugentes verbis. Si aliquid succensere sentiunt, non placent: sed potius magis irritare conantur dicentes. Summum opprobrium, & non ferendum. Equidem si mihi factum fuisset, non quiescerem donec abunde vltis essem. Quæ omnia cum malorum sine consilia, flagitiorum nõn virtutum causa sunt. Valantibus Chaldæis Hierosolymam Iudæam inuitabam illõs, & dicebant. Exinanite, exinanite: vltimè ad fundamentum in ea. Et ita illi qui dicere debuissent, factus est, abunde sanguinem effuditis, ad debent calcaria, vt crudelius & atrocius victoriam exer-

Matth. 10. Luc. 9.

Act. 6.

Apoc.

1 Reg. 17. 2 Reg. 6.

1 Esd. 4.

3 Reg. 17.

2 Esd. 10.

1 Esd. 10.

1 Esd. 10.

Gen. 3. Exod. 1. Mich. 2.

Exod. 17. Iud. 11.

Eccle. 2.

Gen. 31.

Exo. 5.

Deut. 4. Exod. 23.

1 Esd. 10.

1 Esd. 10.

exercere tur. Sic multifaciunt, qui non modo viã virtutis impediunt: sed etiã omne virtutis fundamentum erunt. Ideo in omni contentione hæc obitacula fuge. Hæc de causa Nicodemus venit ad Iesum nocte nã à pharisæis interpellaretur, quo minus cũ Christo loqueretur: & Abraham de nocte surgens, fugiens impedimenta, quæ vel ab vxore, vel à familia opponi possent. Discamus ex hoc loco non impedire eos, qui virtute sectantur. Preclare se gelsit Booz erga Ruth Moabiticã, quã non modo nõ impediẽbat, sed etiã adiuuabat denuo conseruatã verbis quã operibus. Ita decet adiuuare eos, qui Deũ colere incipiunt. Latro ille in cruce cũ Christianus est factus, statim cepit admonere sociũ suum. Sic Philippus post quã Christũ inuonit, Nathanael adduxit: vt ambo simul dño frueretur. Idem fecit diuus Andreas cum diuo Petro, vt nos doceret esse in proximis nostris beneficos: scilicet, eos viam virtutis docentes, non perditionis: sicuti plurimi nunc faciunt perfidii monitores. Discamus constantiam in virtute seruare, hominum nihil curantes impedimenta. Sic faciebat cæcus hic de quo ait Euangelista. Ipse vero magis clamabat. Fili David miserere mei. Ignis paruus, quous afflactu extinguitur: at magnum eo magis accenditur: caput enim vires à cõtrario. Sic amor exiguus, quolibet obstaculo frigescit, ingens in dies augetur: atque inflamat, vt videmus quotidie, & experimur in hoc cæco: qui ad voces maleuolorum altius vociferabatur. Ex quo pulcherrimum nobis resultat documentum: ne deficiamus vnuquam ob improborum calumnias à via virtutis. Offerrebat Abraham sacrificium Deo, & quantum descendebat volucres, & impediẽbat, ipse abigebat eas, & perseuerauit vsque ad solis occasum. Similiter populus Iudæ quantum impeditur à populo terræ, tamen non dimittebat opus: sed cum vna manu se defendebant, & cum altera pugnant. Saul quoque qui & Paulus, cũ contradicebatur: Damasci, non solum non cessauit à prædicatione sed multo magis confortabatur, & confundebar Iudæos qui erant Damasci affirmas. Quia hic est Christus. Sic tu debes facere quod quandoque maie cõtradictione habueris, magis perseueres in bono incepto: & amplius accendaris. Sic dominus dixit Moysi. Loquere filiis Israel, vt proficiantur. Hoc solum debet curare pij, vt proficiantur ac properent ad virtutes: & ad cœlum, quæ est terra eis. promiss-

1000.3.

Gen. 22.

Ruth. 3.

Luca. 33.

1000.1.

Gen. 12.

1 Esd. 4.

Act. 9.

Exod. 14.

sa: non curantes de prelijs, quæ excitat aduersus eos Satanas, mundus & caro. Quamuis videant Aegyptios super se armatos, proficiscantur ad terrã promissam. Contra hos mundi insultus machinationes optimũ remedium est, cõceptus dctorum hominum, impiorum vt inuocent dñm cũ Dauide dicete. Dñe libera me à labijs iniquis & à lingua dolosa. Obferuandũ præterea. Multi sunt similes his, qui pauperes nec ope aliqua solantur, nec etiã patientes audire volũt, quod impiissimũ est: siquid non modo Deo, sed etiam sibi crudeles sunt tantum à Deo beneficium oblatum despiciẽtes, quo summã illam felicitatẽ consequi possent: in quo nõ minus stulti sunt, quã qui medicũ aut chirurgũ argrotus & vulneratus domo excluderet. Postremò, expendẽ eandẽ esse inter fidem viuã & mortuã differentiam, quæ est inter ignem naturalem & violẽtum: nam ignis naturalis statu magis, magisque augetur: at ignis violentus vt est ferri, statu extinguitur. Sic fides mortua persequutione euanescit per infidelitatis peccatum. Verum cæcus hic qui fidem viuã habebat, quo magis interpellabatur magis clamabat. Sic sancti martyres, vt Laurentius, Stephanus & alij, quorũ fides virtutũ in mixta viribus ingentia leuauit charitatis incendia. Stans autem Iesus inquit illum adduci ad se, stat Deus cum ad auxiliãdum se parat. Sic Protomartyr Stephanus vidit Iesum stantem: id est, ad subueniendũ paratum. O quam misericors dominus est, quam facilis perentibus propẽ enim est dominus omnibus inuocantibus eum. Opportunam est omnibus necessitatibus nostris Dei auxiliũ: qui sicut medicus diligens & benedictus nunquã longius ab infirmo recedit: quinimo prope illum cubat, comedit & versatur nocte, dieque; Ita Deus nunquam adeo longẽ à nobis recedit, quin orationes non possit nostras exaudire. Non est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropiãntes sibi: sicut adest nobis Deus noster. Præcepit Deus, vt fieret propitiatorij iuxta arcam testamenti, in qua legistabile seruabatur: vt significaret legis transgressores omni remedio noncarere. Non enim tam cito, peccat peccator, quam cito à peccato dño remissionẽ cõsequitur, dicens. Miserere mei dñe, quia peccauit, & dñe teo tibi me ingratum, præstis pro tantis beneficijs tuis. Propenãque est propitiatorum diuina misericordia penitentibus. Oblecta etiam Christi pietatem qui non solũ ben-

1 Esd. 10.

Act. 7. 1 Esd. 14.

Deut. 4. Exod. 23.

gniter admittit cæci illius petitionem sed etiã constitit vt quiescente turbæ incenditis strepitu placatus hominis miserimi audiret lachrymas. Poterat præstare beneficium non ad uocando: sed pietatē & benignitatē pijsimi Iesu cõsidera. Docet enim quãta benignitate, & mansuetudine pauperes & miseri suscipiēdi sunt. Hoc est mirabile diuinitus exemplū, qui tanquam surdi transiūt, nihil voces pauperum clamantium curantes. Quare qui sic miserias miserorum prætereunt, audiant sapiētiā: Inclina pauperi aurem tuã sine trinitia: & redde debitum, & responde illi pacifice in mansuetudine. Disceant etiã reges, principes, prælati, & horum ministri pauperibus negociantibus locum dare: qui (proh dolor) sæpenumero omnis humanitatis oblitū, eos, à caritatem & iudiciorum sedibus eijsiūt: quod si forte qui sunt, qui pauci sunt, aliquanto humaniores, mille excusationibus pauperū proterant querelas, nec eorū expeditioni manū vnquã ponunt. Discite ex Christo diuites & potētes vt eius exēplo, misericordes in pauperes sitis, qui eijs idē vobiscum cõditionis sunt pretiosoque itē Christi sanguine redēpti. Dixit quãdam mulier Adriano imperatori, vel me audi vel imperatoris dignitatē deponere. Sed iam nunc adest tempus de quo olim prædixerat Paulus. Instabunt tempora periculosa erunt homines seipso amantes: cupidi elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelerati, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes. &c. Omnes querunt quæ sua sunt, negocia tractant sua, emolumentum querunt nec officijs publicis funguntur vt Reipublice commendent, sed potius vt sibi quo iure quaque iniuria vtilis sint. Hoc deplorabat Isaias propheta, in cuius rei aggrauationem testimonia cœli & terræ conuocant dicens. Audiat cœlum & terra, vt videant vix ferendum malum. Principes tui infideles, socij furum: omnes diligūt munera sequuntur retributiones, pupillo nō iudicat & cuncta vidua non ingreditur ad eos. Sed attende supplicium. Propter quod ait dominus exercitū Deo Israel. Vindicabor de inimicis meis. &c. Non minus clamor coram Deo sanguis pauperis sprete quã sanguis iusti Abelis. Audi ergo tu illum, quia frater tuus est: nã nisi cum audias, à Deo non exaudieris: iuxta illud quod in prouerbij scribitur. Qui obrurat aurem suam ad clamorem pauperis; ipse clamabit & non exaudietur. Comitabantur

Christum homines diuites & potētes & etiã inferioris conditionis in quorum omniū rēdificationem audito clamore pauperis cõstitit, cumque ad se vocatum rogat, quid velit magna cum familiaritate. Expēde etiã quod confuevit dominus beneficia sua differre, vt fides misericordia & miraculorum gloria magis manifestetur. Sic non statim exaudiuit Cananæam illam quæ filiam habebat demoniacam. Sed laudans eius fidem, & cum maiori honore illam dimisit. Sic nunc aliquando simulat clamorem cæci, vt fides eius crescat: sed cum multiplicat clamorem stat & iubet illum ad se adduci. Sic etiã ad clamores nostros stat Christus, & audit vota nostra, & paratus est ad opitulandum nobis. Tu autem firma fide & sancta humilitate implora opē illius: & omnia ex voto tibi succedēt. Sequitur in contextu. *Et cum appropinquaret interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam?* Sed queret aliquis. Si Christus sciebat quid cæcus vellet quare rogat quid vis vt facia tibi? Responde tur, quod tribus de causis. Primū, vt fides illius manifestaretur: nam quanquã dño non erat abscondita, voluit tamen omnibus alijs patefieri. Quod multum imitantur proximorū virtutes tacentes, vitia vero palam enunciantes: nec putant se fore culpandos, si vera sint quæ de proximis dicunt cū proculdubio ignorantibus proximi vitium nullo modo sit patefaciendum nisi superioribus qui possunt peccatores ex officio corrigere. Hos detractores grauius reprehendit palam iniquis. Accurrunt linguas suas, sicut serpētes, venenū aspidū sub labijs eorū. Secundo interrogauit pauperē, vt nos doceret quomodo sit pauperi facienda elemosyna. Nō enim esuriētī potus nec sitiētī cibus dādus: sed vniciquē iuxta indigentiam suã. Ad dā & Eua primi omniū mortaliū fuerūt & primi omniū mortaliū experti sunt paupertatē: quibus Deus nō cibū aut potū præstitit, sed vestitū: quo obnuditatē maximē indigebāt. Fecit itaq; illis tunicas pelliceas, quibus induerētur, & reuerētur. Pauperi agrotati aliter prouidēdū est, quam bene valētū: non enim satis est illi, nisi vt medicū voces, & medicam ēra quæras in primum salutē. Abrahã perregitinis hospitio susceptis meliorib; oblatijs imperiuit, nã vitulū temeritū occidit & optimū, & panes siliginēos apposuit: quod nunc multo aliter faciūt nostri tēporis diuites, qui pauperes acerbis insultatū vocibus, grauib; vrgent maledictis: canūq; sæpenumero in cor-

Chryl. hom. 33. in Matt. Aug. Epist. 181. cap. 10. Math. 11. Iam. 5. Gen. 21. Psal. 50. Prou. 23. Psal. 119. Gen. 1. Gen. 18. Gen. 18. Luc. 19.

morfus incitant. Terridū vt pulchrē adnotat Diuus Chrysostronus. Christi maiorem gerēbat animarū, quam corporū curam: neminē eorū agrotantē curabat, nisi prius propriam culpā cognouisset. Nam dominus vult vt nūquid quicquid seipsum cognoscit & declarat, & sic mēdatur de desiderij in hostium, vt bene adnotat Augustinus. Ideo dñs in his ab omnibus infirmis quærebatur sicut infirmitatis causas vt seipso agnoscerent & peccata sua proprio ore confiterentur. Ita quæsit à laguido: Vis sanus fieri? Quæsit & olim ab Agar: Quid agis Agar? Hæc videtur causa fuisse quare dñs neminē serio sitm curauit. De infirmorū curatione nihil legimus, quia infirmi seipso non agnoscent, esse mente captos: sed potius se iudicant sapientissimos. Vult dñs vt vnusquisq; delectūs suos humiliter agnoscat, & proprio ore fateatur. Sic Dauid tanquam prudens petēns à domino misericordiam & veniam suorū delictorum allegat cognitionem sui peccati dicens. Quoniam iniquitatē meam ego cognosco. Sapiēs etiã dicit. Qui absconderit seclera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit ea, misericordiam consequetur. Primum gradus ad corporis sanitatē recuperandam est, vt æger suam infirmitatē cognoscat: quia quod magis se recte valere putat eo minus auxilia medicorum requiret. Ille enim periculosissimē egrotat, qui se agrotare ignorat. Sic etiã qui se peccasse non agnoscent salutem animæ assequi non possunt: nūquam enim penitebit facti, nisi prius se male egisse intellexerit, quia nunquam dicit cõfessori quod non putat esse peccatum. Sunt enim multi qui cum male agunt; non putant malum fecisse; sed quasi de virtute aliqua gloriantur: vt Salomon de illis ait. Letantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis. Fraterici eum laborant morbo grauisimo, putant se bene valere: & congaudent, rident & letantur in medicos fugiunt, & non se curare permittunt; & sequuntur in illos; qui illis seruiunt. Hæc omnia faciunt peccatores qui se non cognoscunt: nam vident, exultant, & in prædicatores seuiūt, & sic semper manent infirmi. Ideo Dauid. Corrupti sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Quasi diceret. Quia insipientis fui, vt cicatrices peccatorum meorum non agnoscerem, ad dandi præteritis noua peccata: & ideo putuerunt & corrupte sunt cicatrices peccatorū meorū: Ideo dominus sicut super ciuitatē Hierusalem, quia

nō cognoscebat peccata, quæ cõmiserant, nec rēp. lu. e. visitationis. Misererur pijsimus dñs, tanquam frater cæci illius, qui surdiorum miseretur, eo quod morbum suum non agnoscit. Et vt hos ad sui cognitionem adducit, interrogat sicut illum egcum, vt veniant in cõfessionē peccati. Ob hæc causam Cain retro rogat. Vbi est frater tuus Abel? Vt confitatur suam delictam; sed la pebbē occultate illud voluit dicere. Nescio. Nūquid ego castos suos fratris mei? Si peccatum suum cognouisset, & illi dicorā Deo qui omnia noui, fasset confessus cõdonasset illi dominus illam noxam quantum erudelitā. Sed Petrus qui cognouit cū mōn abiurata veritate, pastor omniū instituitur: Paulus agnoscit etiam blasphemiam, & instituitur vas electionis. Magdalēna agnoscebat peccatum quia præuerecūdia retro se posuit audiuit. Remittuntur tibi peccata tua. Sic Laetitia in cruce dixit. Nos quidē digna factis suscipimus, & veniam obtinuit. Tu ergo agnosce peccatum vt veniam consequaris. Expende etiã, quod non satis est vt ore confitearis peccatū si opere negas: sed opus est, vt si paratē condignā subire pœnā. Saul cognouit peccatū, & dixit peccauit: tamen quia pœnā sibi non noluisset, sed voluit se in regno cõseruare si potuisset, non est consecutus veniam. Igitur diligit Deus cognitionem peccatorū nostrorū; vt veniã præstet: & ideo hunc interrogat quid velit. Obsecra etiã quid confessio proprii delicti pariat: Nã in Dei iudicio confitens peccatum absoluitur, qui in hominū iudicio dāatur. Si quis hominē occidit, si alie na rōpit, statim vt fatetur crimē dāatur: si negat nec ad sint criminis testes absoluitur. Sed in Dei iudicio aliter fit: nam si coram illo neges, damnaberis: & si peccata confessus fueris, absolueris. Confessio delicti, absolutiōe præstat. Sed de his satis. Sequitur. *At ille dixit Domine vt videam.* Modò non dicit filius Dauid. Sed domine: ac si diceret. Filij Dauid potest misereri, sed non excos illuminare: filius autē Dei, qui es dominus potest. Vnde quando dñs dixit, fili Dauid miserere mei: sicut est a simitas, sed cum dixit dñs infusa est. Nec mirū, ipse enim est dominus de quo in Psalmo, Dñs illuminat cæcos: Vide etiã quomodo dona Dei nō repente fiat summa: sed cretat paulatim. Primo vocat filium Dauid, & nūc dominum. Nemo enim repente fit summus. Et Iesus dixit illi: Respice. Imperatoris modo sinauit illum & præcepit sicut Deus, vt

Gen. 4. Gen. 4. Luc. 7. Luc. 23. 1. Reg. 15. Luc. 23. Psal. 145. Psal. 145. Psal. 145. Psal. 145.

Eccl. 4.

1. Tim. 3.

Esai. 1.

Gen. 4.

Prou. 21.

visum haberet. Expende etiam quod quando fideliter & bene petimus, non alia nos petimus & alia dat Christus: sed illa ipsa quae petimus. Atque ita quomodo unum petimus & aliud accipimus manifestum est quod non bene neque fiducialiter petimus. Unde Iacobus. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Iste magna cum fiducia petijt: & quia dixit, Domine ut videam, consequenter respondit Christus. Das quod petebat, & dicens: Respice. *Fides tua te saluum fecit* Ex quo patet diuinam dispensationem & operationem ex nostra dispositione & preparatione dispensari. Impleuit mulier illa sub Eliseo multa vasa ex oleo, tantum vero olei: quoduis vasis accepit, quantum erat vas ipsum: sed capacitas vasorum diuersa, diuersitatem plenitudinis fecit. ¶ Observa autem quod in principio dominus non statim caeco clamanti respondit, ut illius diutius in petitione perseverantis fidem laudaret. Quem admodum enim cantores solent, vnam vel alteram vocem modo intendere, modo remittere, ut cantico suavior fiat: ita dicente caeco fili David miserere mei, & tacet Christus. Clamat iterum, domine adiuua me: & non respondit ei verbum. Denique & ait illa. Castellum dicit de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc Christus extollens vocem ait. O mulier magna est fides tua. Tacuit Christus, ut postea Cananae fidei altius decantaret. ¶ Sed dubium hic est, si Christus autem extitit illius caeci curandi, quare dixit, fides tua te saluum fecit: & Cananae, o mulier magna est fides tua: Magdalenae etiam dixit. Fides tua te saluum fecit: Praeterea Apostolus ad Hebraeos omnia miracula quibus antiqui patres in lege veteri claruerunt fidei attribuit. Sancti (inquit) per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem dissentunt, non suscipientes redemptionem ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres. &c. Nonne Deus omnia ista fecit: peccata remittit: mirabilia operatur? Cur igitur illa si-

Luco. 4.

4. Reg. 4.

Matth. 15.

Luco. 7. Hebra. 11.

dei attribuit? Nunquid Deus fidei fideiussor est? Est certe. Nam sicut qui pro aliquo fidei iubet si debitum a fideiussore accipit, ait sibi iam satis fecisse debitorem licet per alium satisfecerit: ita Christus fidei fideiussor, omnia miracula faciens affirmat fidem ea omnia fecisse, cuius ipse fideiussor est. Unde non pro omnibus solet mirabilia facere: sed pro illis tantum qui fidem habent, quod a privatione ad habitum erat possibilis regressus. Meritum fidei est, ut credamus de Deo ea, quae supra nos sunt. Ideo fides assimilatur specillis, quia cum illis videmus ea quae naturali lumine non possumus videre. Ut qui breuem visum habent, specillisque indigent, ut a longè ea quae naturaliter non poterant videre penetrarent: sic quod naturali ratione non possumus cognoscere, attingimus lumine fidei. Sequitur. *Et confessum vidit, & sequebatur eum magnificans Deus.* Confessum vidit quia omnis operatio miraculosa fit in instanti, quia est operatio diuina & non habet resistentiam aliquam ex parte patientis: & ideo quomodo cumque faceret Christus miracula semper operatio sua, in miraculo erat in instanti. Sed operatio exterior dispositiva ad miraculum non semper fiebat in instanti, sed aliquando in instanti, & aliquando secundum successionem: sicut illuminatio caeci nati, & etiam cum sanauit hominem surdum & mutum, inter medios fines Decapoleos: semper Christus in instanti faciebat miracula: sed illos effectus successiue aliquando ostendit. In caeco nato, ut fidei eius probaret: & infurdo & mutuo, ut ostenderet, quod mutum sanare volebat sicut in linguam, & ad ostendendum quod surdum volebat sanare misit digitos in aures eius. Et alia miracula successiue fecit propter diuersas rationes. tam è in instanti operabatur, quod pertinet ad operationem miraculi ¶ Gratitudinè etià admonet locus iste. Hic enim caecus, postquam illuminatus est statim ut vidit sequebatur benefactorè suum beneficij memor. Sic nobis non licet obliuisci benefactores, nostros, nec Dei beneficia. Ob hoc enim instituit dominus Pascha & festa, & neomenias. Ob hoc enim seruare precepit manna in arca: nihil ob aliud nisi ut populus Israel esset memor beneficiorum Dei, & cibi, quod pauit patres eorum in deserto. Commemoratio enim beneficiorum Dei accedit eius amorè in corde nostro. ¶ Discamus etiam Christum sequi, oculos aperientes quos peccatorum caligine

Ioan. 1. Matth.

Exod. 16. Exo. 16.

Num. 4.

Apoc. 2. Rom. 1.

Tob. 13.



Psal. 145. Psal. 35.

caecos. Quam sententiam alibi praedixerat Elaias: scilicet in aduentu Mesiae: eos qui caecitate laborabant illuminandos esse tali lumine & splendore, ut & externi corporis oculi,

re voluit, ut non desistamus in benefaciendo proximis usque ad mortem. Discamus etiam à caeco primo nostram agnoscere caecitatem, & illuminationem petere. Hic primus ad illuminationem gradus est. Secundo quando audis turbam praetereuntem strepitum: hoc est, ubi te foris quid mouet, si Christum videre nequis, saltem ex alijs roga, quid rei sis ex illis quare qui Christum viderunt. Scripturam lege, verbum Dei audi, ex perieris ad Christum dirigi quidquid hac praeterit. Tertio quando audis Christum praesto esse, incipe clamare, hoc est feruenter orare. Fili David miserere mei, & veniam precari Quarto cum tibi populus obstrepit, & silentium imperat, hoc est quando te tua conscientia reprehendit, & à precatone dehortatur, has & similes cogitationes tibi suggerens. Quid tibi rei cum hoc Iesu, qui vitiorum sordibus mades, nec gratia aliqua dignus frustra clamās? Deus enim non audit peccatores. &c. Eiusmodi cogitationes quando tibi obstrepunt, tuamque precatonem interurbare conatur, ne moueatis, nec propter ea ab orando desiste, imò tanto validius clama. Quinto cum ad Christum veneris hoc potissimum pete ut videas. Hoc opus est, videam, nepe quis Deus sit, quis mundus, & quid peccatum, & illud rogare nos ante omnia decet. Postremo ubi iam visum à Christo adeptus es, & illuminatus es: vide ut illi quoque gratias agas, & voluntati ipsius more gerere do. Sequamur igitur illum eius vestigijs inhaerendo: ut tandem ad caelestem illam beatitudinem ubi ipse dominus Iesus regnat peruenire mereamur: ut cum ipso usque in aeternum semper maneamus. Amen.

Ioan. 2. Psal. 145.

# CAP V T. XIX.

& interne mentis habetudo penitus tolleretur. Quod diuinum operis artificium, sic placuit Christo in terris fieri, ut non solum in hoc miraculo, verum in omnibus alijs, quae sua virtute, dum in hac laetitia valle vitam degens, operatus fuit, non tantum corporis morbos expellendos curauit, quantum spiritualium animarum medeae maximo suo consilio consultum ire. Quocirca Saluator noster si quod miraculum aut signum erat facturus, tum potissimum homines ab infidelitate remouebat, & ad diuinum huiusmodi cognitionem eos adducere conabatur. Itaque semper is fuit Saluatoris nostri ser-

K k 3 pus;

pus hominum animas pestifero languore affectas sanare: desiderans diuino amoris & charitatis glutino taqua proprio capiti copulari. ¶ In fine capitis superioris diuus Lucas scribit Redemptorem nostrum mendico cuida & caeco iuxta uiam Hierico salutem tribuisse. Cu quo etiam nec te fugiat uel in eundem nobis ad caecitatem animam sananda uenisse. Protinus uero sacer Euangelista postquam narrauit salutem restitutam homini illi corporeo lumine priuato: aliu nobis proponit periculosiori & grauiori metis cecitate aegrotante Quid obsecro peius, miserius, infelicius, aut magis miseratione dignu inueniri potest, quam qui tenebrosus & caecus spiritu est: Nanq; quanto spiritalia uisibilibus praestantiora sunt: tato spiritalia morbi, & interiora mala periculosiora experiuntur. Etenim auato nullus caecior est: qui propter humanas cupiditates quibus rapidus & intrepidus fertur oculos terreo habet: nec aspicere potest cuius conditionis sint hae uilla quae summo amore prosequitur, nec etiam altitudinem & diuitias seruissimas & abditissimas thesauri, quem nec oculis uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cu igitur D. Lucas nobis dixisset Christu dominum sanasse hominem corporali uisu carentem, nuc etiam subiungit quo pacto alij caeco uisum restituerit. Quis quidem caecus Zachaeus erat, qui cu multis pecunijs & terrenarum rerum supellectile abundaret diuina cognitione & uirtutibus que hominem ad caelestem patriam perducunt carebat. **Ut ex his eundem cognoscamus & confiteamur humani generis saluatorem: qui no solum egritudine corporis, uerum & animae sua uirtute compos est sanare.** Ad hystoriam igitur ueritatem & personae nomen, & ubi sin gula acciderunt commemorat. **Et ingressus perambulabat Hierico** Hae est ciuitas illa uetustissima in Iordane & Hierusalem sita, quam dicit Iosue & uisus illius populus sibi subiecta uisecerunt, cum illius muros & turres fortissimas subuerterunt: ita ut nemini in populo illo conuibranti pepercerint, praeter Raab & suos: quare quidem ciuitatem post ruinam Ahiel construxit. Nuc uero ueluti tempore Iosue uice peccatores sceleratissimi delunt, qui uitam ibi degentes, grandi animaduersione sunt digni. Tamen quemadmodu Iosue dux Israel septius Hierico obsedit, ut caperet illa, & peccatis subuerteret: ita & nunc Redemptor noster illam obsedit. **Et perambulabat**

2. Cor. 11.

Iosue. 6.

3. Reg. 16.

Hierico ut saluam & incolumem eam efficeret, na Christus salus est peccatoribus, nec uenit ut illos interimeret. O quam magnus, quam potens, quam iustus, quam rectus, quam misericors & pius pro temporis mutatione & reru uarietate nobis dñs efficitur. **Deus quide iustitiae Deu timoris & uindictae quondam hominibus erat: nuc autem factus est** (ut inquit beatissimus Paulus) **pater misericordiaru & Deus totius consolationis.** Clementissimus enim dñs recordatus est hoc tempore grauissimae illius punitionis quam huic ciuitati miserat: eandam uolens modo in gratiam & amoris suam conciliare diuini sui corporis praesentia, & sua tanta doctrinae beneficio, ut uel ita exponeret, animaduersionem illam & punitionem praeteriti temporis in eorum salute contulisset. Christus non miles armatus incedit, sed amator qui tuis non accedit ad perendos habitatores Hierico, sed ut saluos illos faciat: non uenit ad perendos peccatores, sed ut eos reficiat & restauret. **Ost tu uidisses humani generis Redemptorem hinc inde totam ciuitatem perlostrantem ubi esset magis ferma monstra & ferociora animalia suam sensualitate, & uanos appetitus sequentia, ut ea capere possent, & ad sua societatem adducere.** **Perambulabat Hierico.** Ipse nobis occurrit: & nos ipse quaerit. Zachaeus minime Christo occurrisset, nisi prius ipse dñs illum quaereret. **Vnde diuino ille uates huius misericordiae non immerito inquit.** Misericordia eius praueit me. **Perambulabat inquit: sicut diues sua misericordia qui cu gratia & diuinis donis abundet, ea nobis comunicare & impartiri cupit.** Circuit ut medicus animas nostras, eas a languoribus curare cupiens, & omnes contritiones alligare. **Perambulabat sicut peritus & doctus magister uia salutis docere expectans: & sicut pater pifissimus qui cu filios suos ardenti amore diligit, cupit eos ab omnibus malis & periculis liberare.** Naq; cum uideo Christum dñm perambulantem Hierico, iphus uiscera pietatis & misericordiae plena erga nos esse intelligo: immo so amoris igne ipsius cor inflammatum esse credo, quo nostra salute mille modis & uis inuestigabat. **Perindeq; intelligo maximam necessitate & extremu periculum nostrae infirmitatis & aegritudinis.** Nam cu medicus frequenter & multoties infirmu uisitat, & ei domu ingreditur: signum eiusdems est, uel aegritu in extremu periculum abire, uel ad ipsam mortem celeri cursu properare. **Tertio**

2. Cor. 11.

Psal. 146.

Psal. 146.

1. Pet. 1.

loco

Ioan. 10.

Luc. 11.

Apoc. 3.

locos memior sum diabolum ipsum tanquam leonem rugientem perpetuo quare, quem sua canina rabie deuoret in oculi Christi. Idcirco necesse est ut Christus taqua bonus pastor circumueat & per ambulet ouile suum. Ille circuit ut deuoret: hic ut taceatur & medecar. **Et quarto loco eum Christum uideo perambulantem Hierico, neque mula, nec equo uehimirari satis nequeo hominem imbecillum, icuipis, & laboribus confectum, tam ardentem in nos amore inflammari.** Sciebat enim nos ita adamantino & lapideo corde esse natos, ut nec ad nostras oues curandas, hoc mirabili exeplo induceremur. Videbis quippe multos praelatos, qui aut nunquam ouile suum uisitant, aut tanta pompa & gloria incedunt: ut filios cum Christo uelis conferre: non facile diu dicabis an sint serui uel discipuli Christi. Praeterea eum uideo illum perambulantem Hierico, in memoria subit fortis ille armatus qui multo iam tempore in pace suam atriu possidebat: ciuitates scilicet & castella, paruos & magnos. **Quid igitur faciedum ut fortis hic cum tyrannum sit ad regno suo expellatur & propulsetur?** Certe ut alius fortior adueniat, qui in circuitu obsidione ponat & bucinam clagore & sonitu iuuabat Hierico. **Ut autem hunc laborem non existimes frustra nec esse, nec in uanum Hierico perambulasse subditur in contextu.** **Et ecce uir nomine Zachaeus.** O uirum tu quando domitius te propugnaturs accedit, & prius clamans te ipsum fuerit aggressus, ut alter Zachaeus Christo occurrat. **Quam plerimi enim sunt quos Deus uocat, inflammat & expurgatur** (ut Zachaeo contigit) ipsi uero tanquam inobedientes eius uoces contemnunt, & in uirumis aures dormientes eius clamoribus aures obturatas habent. **Ipsi enim est qui inquit.** Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi inuam intrabo ad illum & cenabo cum illo & ipse mocom. Tamen qui scelerum & flagitiorum laqueis, est irretitus Deo, ad ostium pulsanti appetere nequit, cum dulciter ad misericordiam illum prouocet. **Vnde Zachaeus tibi in exempli datur: ut dubio procul existimes per necessarium esse, ut tu domino Deo occurras, & ante eum te ipsum constituas: ne uitijs & sceleribus sepulchra diuinae obliuionis immotus persistas.** Praeterea peccator hic qui obuiam Christo factus est, ab Euangelista Zachaeus nominatur: cuius nomen: expressit, tu propter conuersionis eius facilitatem, & pro

pter conuersi perfectione: tum praeterea quoniam in libro uis scriptum erat nomen eius. Sed iam munus & conditione eius scribit noster Lucas dicens. **Et hic princeps publicanorum.** Publicani erant & sunt qui res publicas sua cura administrant: in quibus pauperes plus iusto grauantur & spoliantur: ut sunt illi qui publica uectigalia exigunt & extorqueunt. Neque isti eo dicuntur infames quod peccati sit haec munera exercere: sed quia multoties contingit hos esse grauissimis peccatis inquinatos, tyrannide scilicet crudelitatem, latrocinijs, & oppresione pauperum: uulgo enim uolosi, & omnibus infesti dicuntur. **Quorum hac nostra tempestate multi similes sunt, & mo tamen propterea uellet dici publicanu.** **Veru aliud est esse, aliud dici: dicitur nanq; plurimum inter dictum & factum.** Nouit enim dominus, qui sunt digni uel nomen inter publicani: quantum isti a nobis maximo honore haberi & aestimari ueliat. **Et ipse diues.** Tale scilicet munus exequatur, ut nullatenus fieri posset diues. Facile enim est quilibet sine conscientia, sine anima, & sine timore dñi diuitem esse. **Quare obsecro rex pauper est: utiq; quia Zachaeus diuitijs abundat.** Nam cu mare crederet alteram ripam euacuando pauperem dicit: alteram non implendo dicit. **Quia hic diues est, ipse rex pauper uiuit.** Videmus namq; illos qui ad aures regibus cantant quotidie magis diuites fieri: ipsum uero regem in dies pauperiorem. **Nec ob aliam causam id scias contingere, nisi quia isti non tam ad regis erariu, quam ad proprium lucrum pecunias a populo exigunt.** Non sic fidelis & sanctus Ioseph qui pecunia intulit in domu Pharaonis. Nam tu qui paucis ab hinc diebus uilibus in datus pannis incedebas, nuc uero superbu exaltas aedificium, magnificas domos aedificas, luteas iam patinas uilipendis, auro uero & argento confectas ad tuu ministerium patas phaleras & equos ascendis, ingenti famulitio comitatus nemora, montes in animi recreatione emis: rogo unde tibi haec? **Ex quibus maiorum redditibus tibi compactu nec thesauros foedus haec inuenetis; nec ad Indoru nauigaueris insulas: Et ipse diues.** **Hortu nemo unquam pauper.** Potius enim illum egenum & mendicam uidebis qui uirtutibus est imbutus, qui li reris per totu uita spacium nauauit opera, & qui in sacra Theologia uel Potifitio iure laureatus est. **Potius nudu eum uidebis, qui semper militia secutus, dura arma humeris gestauit**

Gene 47.

K k 4 potius

potius ille pauper erit, qui cum probus est, regie adulationis vitam fugit: illi vero diuites & opulenti viuunt, qui pecunias mutuantur avaritiam & furam sectantur. Sed de his alibi. ¶ Præterea Lucas Evangelista ista de Zachæo narravit, scilicet quod diues esset, & publicanorum princeps, ut eius conuersio mirabilior & alacrior videretur. Quia quæto motus grauior est tanto periculosior, & perinde maiori diligentia curandus: unde & mediciperitia & excellentia maioribus laudibus commendanda venit. Tamen vt Evangelista excellentiam Christi medici præstatisimi commendet & extollat pestiferas aegritudines & incurabiles morbos quibus Zachæus vexabatur commemorat. Vt nemo quantumuis pelago scelerum & flagitorum profundo fuerit submersus, de diuina pietate & misericordia non desperet: sed potius Zachæi sequutus exemplum ad dominum conuertatur. Sed quomodo hæc facta sunt? Vtique si alienum restituas, si propria bona tanquam alter Zachæus pauperibus erogaueris. Sed dolendum est quot quantique sint, qui Zachæi peccata & priora vitia sectentur: at conuersione & elemosynas Zachæi posteriori maticæ commendant. Exempla sanctorum hominibus imprudentibus & sceleratis, qui prius fuerunt peccatores, solum deseruiunt vt audaciores fiant ad offendendum Deum. Sequuntur enim eos in prioribus criminibus, rigidam autem poenitentiam quam pro dilectis debent canepius & angue fugiunt. Multi adulteria perpetrant Dauidem sequuntur: at postea id non lachrymis lamentantur vt ipse Dauid, nec poenitentiam habent in calamitatibus & afflictionibus, que illi postea contigerunt. O dia & inicitias sectantur, vindictam ab iniuricis respiciunt, non vero exemplum Dauidis amaduertunt qui cum Saulem inimicum suum mortis poena placere posset, semel & iterum vitam illi condonauit, nec quidquam mali intulit, quin potius in eius morte lachrymis & mærore confectus est. Sic in periurjs in iuramentis alios imitantur. Magdalenam alij, & latronem coram oculis proponunt: non vt poenitentiam imitiam & animi promptitudinem in Deum imitetur, sed mala quibus se prius contaminarunt. Non ad modum isti dissimiles sunt subibus, qui cum amœnum locum floribus amœnis & pulchris virgultis confitum ingrediantur, nihil dubitant vilia sterora & immundities qua ibi sunt floribus antepone

re. Quapropter si deterius & peius sequutus aliquem huc vsque imitatus es, retro veritas modo & sanctis vite institutis eiusdem candidos mores & virtutes sapias. Obserua etiã quod Lucas (qui & pictor fuisse dicitur) hucusque Zachæum depinxit: non aliter ac pictores, qui suscipientes carbones imperfectam imaginem depingunt: postea vero eadem varijs coloribus adhibitis pulchram & formosam reddunt. Depinxerat enim Lucas nobis imaginem rudi quadam minerua delineamētis imperfectis: modo autem tantam colorum varietatem illi adhibet, vt difficile valeas iudicare sit ne eadem imago, an diuersa. *Quæbat videre Iesum, quis esset.* Per paucos Zachæos his nostris temporibus inuenies: plures autem qui vniuersas vias ciuitatis circumdet vt equos suos currētes videant, taurorum agitationem, comedias, & alias huiusmodi vanitates sequuntur: quos tamē difficile in sanctum Deitemplum adduces vt rebus sacris intersint, etiam si concionatorum vocibus & clamoribus eorum aures disceruntur. Sunt autem non pauci qui noctu diuque vigilantes, in cōuiuijs ebriotalibus, luxurijs consumentes tempus, ita vt vix possint postea ad templum dominiconuenire: atque ita (quod maxime dolēdum est) proprijs domibus post dimidiam diem sacrum iubent celebrari. ¶ Sed dices fortassis. Omnes volumus videre Iesum quia naturaliter omnes appetant esse beati. Hoc verum est: tamen quid prodest Deum voluisse videre, nisi in eo videndo diligentiam adhibueris? Optabat nanque Herodes (vt inquit Euagelista) videre Iesum, quod idem & mali exoptant: sed hoc nihil conducit cum id sano & integro animo non fiat. Dicir enim dominus. Cum quaesieritis me in toto corde vestro, inueniar a vobis. Herodes inanis curiositatis gratia Iesum videre expectabat & hac de causa illum querebat: tu tamen si Iesum videre cupias, si coperfrui, si diuina eius conuersatione latari esto similis Zachæo qui tantam diligentiam & sollicitudinem adhibuit vt videret Christum, vt non dubitauerit sumitatem arboris ascendere, vt compositu eaderet propositi. Vides iam quo pacto bona desideria sine ipsis operibus nihil proficiant vt æternam salutem possis consequi? Si enim rectam intentionem: sancta desideria & animum promptum in ministerium domini habes: his omnibus bona opera coniungas, quæ tanquam

Gen. 12. Pjal. 44.

Zac. 13. Luc. 5. Math. 12. Mar. 9.

Math. 12.

Hieron.

tanquam margarite pretiosæ auro copulata erunt. Egredere igitur de domo tua, & de congregatione tua, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: ezelemosynam pauperibus tribue, & suscipe hospitijs peregrinos. Esto humilis, castus, clemens, benignus, & misericors: tunc que dominus seipsum tibi in cordis ostendit, tuis votis & desiderijs annuens, si viuens ad iusta & fidelia opera tuam cogitationem fraduxeris. Ideo desideriu Zachæi Christus dominus adimpleuit: quia recto corde illum videre cupiebat, ita vt relicta domo rapidus arborem ascendit. Nec solum habuit animi rectitudinem, sed etiam laboris onus suscepit, nam licet mundanis negotijs intentus esset, seipsum vincens omnia reliquit vt Christum dominum sequeretur: ob quã causã sancti compositu esse propositi. Sed quia Christum sequi volentibus nunquam grauisima impedimenta desunt, prosequitur Euagelista dicens. *Et non poterant præterire.* Vide quã presto sunt obacula & impedimenta illis qui recto animo Deum diligunt & vestigia eius sequi conantur. Turba enim multis fuit impedimento, quo minus desideria sua & salutem consequerentur. Hæc languidum à finitate inpediuit, hæc illum cæcunt qui dominum inuocabat, increpat vt ceat: hæc paralyticum impediabat ne ante Christum constitueret: hæc matrem domini, & discipulos exclusit, ne cū Christo loqui possent: hæc resurrectionem puellæ retardauit, & Iesum comprimebat. Hæc Christum comprehendit, & contra dominum murmurat, hæc Deum non nouit. Non igitur mirandum quod, si Zachæum impediabat, vt Christum non videret. O quã multis modo turba impedimento est, ne Christum sequi & videre possint. Nam vel ex ipso experimento cognouimus, mundum maxima impedimenta patere, his qui se cului diuino obtemperant qui eiusmodi conditionis est vt ne impetum sequatur nisi illum qui ipsius mundam multus oblitus est. Sicut diximus cæco conuigisse, qui Christum clamans viam vocibus impleuerat, quem turba increpauit vt rareret: de cuius impedimentis illic abunde diximus. Zachæus autem non solum à turba inpeditus fuit, sed etiam in semetipso impedimentum habuit. *Quia natura pusillus erat.* Iã hic vides quomodo mundus despicit pusillos & honore mognates prosequitur. Hoc est hominum ingenium vt plurimi magnos faciat, facie & vultu pulchros laudat, & etiam eos

qui bona corporis habitudine præstant. Ita Samuel Bethlechem diuino mandato profectus, vt vngeret alterum filiorum Isai in Regem, præsentauit illi Isai pater Eliab filium suum maiorem natu, adolescentem magnum corpore de quo Propheta Deus dixerat. Ne respicias vultum eius, nec altitudinẽ stature eius: quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ apparent: dominus autem intuetur cor. Dauid autem filiorum natu minorem, quem pater despexerat, præcepto Dei in Regem vnxit. Adhuc (inquit) paruulus est reliquus, & paucit oues. Saul autem quem corpore præstantem appellat scriptura ab humeris vsque excedebat populũ dixit enim dominus Samuel. Vique quo tu legebas Saul quem ego proieci à facie mea? Seiuixit dominus oculis à Saul & solue in Zachæum coniecit. Cum Hebraei templum domino dirissimum & opulentissimũ edificassent: hoc ideo gratum & iucundũ domino esse credebant: quibus ipse per Elaiam inquit. *Quæ est ista domus quam edificastis mihi, & quis est iste locus re quietionis meæ?* Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt: vniuersa ista dicit dominus. Ad quem ego respiciam nisi ad pauperulum & constructum spiritu, & tremet: em sermones meos: Mundus spernit pusillos & paruos: potentes & magnos honore afficit. Nam existimat mundus magnos & superbos solum esse amicitia Deo coniunctos: inanimos vero & humiles propter eorum paupertatem, à domino esse derelictos: cum contrarium omnino ipse dominus solitus sit efficere. Non humiles contemnas, quia pauperulos Deus respicit: non corporis eleganti formã præstas, cum hæc omnia, nisi cæcus sis, facile cognoscas parui fieri à domino. Quid enim obsecro comia illa Abalonis rubicunda & aurea illi profuit, nisi mortem ascendere? Nam si corporis specie conspicuº es: non hæc pulchritudo à dotibus interioris animæ proficitur: fac igitur (si hæc non credis) vt animam ab ipso corpore diuellas, & statim videbis hanc pulchritudinem in nihilum conuerti. Nam ipsa anima est quæ vires pulchras corpori præstat. Si corpus propter pulchritudinem diligit: à fortiori & animam diligere debes, illius pulchritudinis instrumentum. Vera pulchritudo, in anima consistit: reliquæ naturæ dotes in momento temporis arefcunt. Interiorem animam pulchritudinem ama, vt pote quam, & non aliam do-

1. Reg. 16.

1. Reg. 9. 1. Reg. 16

Isaias. 66.

2. Reg. 18.

2. Reg. 11.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

2. Reg. 1.

Luc. 7.

Luc. 23.

minus vult. Hanc paupertatē, hanc deuotam esse desiderat: quanquam ipse mundus qui fecit & amens est, magnos ducat esse honore dignos, humiles vero vituperio & contemptu. Et *percurrens*. Qui Iesum videre cupit, necessum est, vt turbam fugiat, vt eam praecurrat: quia qui secularibus negotijs & affectibus disturbatur, Iesum non videt. Nec tibi molestum sit vt domino coniugatis, familiaritatem amicorū & consanguineorum fugere: nanque isti sapius viam cœli impedire intendit. Vt enim chirurgus vulnere medeat, infirmum ab omni gentis tumultu amouet, fenestras claudit, & cum nemine loqui sinit: tuncque medicamenta necessaria infirmo curando accommodat, nec dicit illum curandum in magna gētis multitudine vbi omnes praesentes ad sint. Sic opus est, si sanus fieri cupis a vulneribus animæ vt praecurras turbam & ciuitatis tumultus fugias. Consilium enim hoc domini est, qui cum animæ cuidā multa secreta pandere in animo esset, dixit. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Sic Angelus loquutus est Agar in deserto & solitudine. Et Elias cœlesti pane pascus est: cum prius in grandi gētis multitudine nec fragmentum panis inuenire potuisset. *3. Reg. 16.* Mihi credas rogo, quod si istius seculi legibus vitam tuam composueris vt nobiles & campiores, facillimo cursu in inferi descendes. *3. Reg. 19.* Mundus quippe in maligno positus est: & idcirco oportet vt turbam petranseas, nec homines respicias d uersa sequeris, quin potius hac mundana fugiens, aliu d sanctius & reclusus viuendi institutum eligas. *Ascendit in arborem S. comorum, vt vid. vet. illū.* In omni loco & tempore praecurit nos dominus vt alacres nos inueniat. Porro sicomorus caprificus est qui ficus farua dicitur, eo quod inanes ficus generet. Vnde ficus Aegyptiaca dicitur quia in Aegypto iuxta Nilū fluiū *σμομωπος* pricipue nascitur, suis folijs morum referēs, In hanc igitur arborem ascendit: vt quod natura negauit, ipsa arbor suppleat. Atque ideo merito benedictionem Domini susceperis quam desiderabat meruit videre. Expende modo Zachari humilitatem & mundi contemptum quem habuit: nam cum diues & optimatibus Ierico esset personæ suæ grauitatem & autoritatem depōnens per arborem repit, ascendens in sublime, ita vt vel omnes ad risum prouocaret, & cui aliis magna fides & autoritas tribuatur, videbant puerilia fa-

cientem. Tamen hoc nihil refert, cum ipsum Christum videre cuperet. Captus enim desiderio videndi Christū, seipsum propter Deū contemnit. Tamen his nostris temporibus tanta hominum vanagloria & vanitas eredit, tantum elatio animi, vt si Deo seruianē contēptū digni videantur. Tantas inuenies mulierculas vanitatis mundi plenas, vt propter vnius famulæ defectū facile a sacris desistant: semperq; domibus praesunt ne ob defectū ancillarum amittat grauitatē & honorē. Sara licet ditissima esset proprijs manibus humilia officia domus suæ peragebat. Rebecca cuius vxor Isaac magni Abraham haeres defumēs vna fontē potebat vt hauriret aquā. Nūc autem quælibet muliercula facile hæc officia contemnit. Humilitas illa antiqua propter temporis angustiam obliuioni tradita est, & a memoria cecidit: quia hoc tempore omnes homines gloria cupiditati maxime student, putant nanque de decori esse tribuendum si infirmos inuisant, & eorum infirmitatibus consulant: putantq; pudorem amittere, si pauperibus elemosynas efflagitent hospitium si infirmos inuisant, nec in alijs virtutis operibus seipos volunt exercere arbitantes huiusmodi sancta munera esse illis detrimento. Hęc enim tumiditas sic ad eorum mentibus hominum sita est, vt multos Deum colere volentes non permittat: & hac de causa multa facere dimittunt ne parui fiant: quæ alijs exequerentur: & ita hęc opera Dei contemnit ne dictis hominū eorum honos labefactetur. Scias autem id hominibus honorem auferre scilicet mendacia dicere, superflue viuere, vel alia facere quæ factu minime digna sunt. Nam propter Christum humilia facere magnus honor est: nec a sua autoritate & grauitate labitur ille, qui se ipsum propter Iesum contemnit etiam si mundus in contrariam sententiam pedibus & manibus eat. Itaque cum arborem ascendit Zachæus magnum honorē sibi consequutus est, etiam si autoritatis & grauitatis suæ detrimentum videretur pati. Omnia hæc verus Christianus facillē pro Christo contemneret debet: nam cum verum desiderium domini adest, facillimum est per hæc omnia celericursu transire. Ita Zachæus omnem mundi abusum, & hominum dicta contemnens: nihil nisi videre Christum magni facit: vt autē id quod desiderat consequi valeat, ne a turbis impediatur, decreuit arborem ascendere. Vbi obseruandum tibi est maxime quod Ambrosius inquit.

Gene/11 Gene/4

Amb lib 4 in Luc.

Gene. 32.

Aug. li. 2. c. 23.

Mat. 6.

4 Reg. 17.

Esai. 55.

Exod. 3.

quit. Nemo potest videre Iesum constitutus in terra. Si Deum videre cupis huius seculi affectiones contemne. Quas do Jacob cum Angelo per totam noctem lucubatur, mane Angelus eius femur tetigit, & tūc pede claudus mansit, vt inquit scriptura. Tunc temporis dixit Angelus ad Iacob. Nequaquam vocabitur nomen tuum Iacob sed Israel, quod est videns Deum, & ita vocauit nomen loci illius phanuel dicens. Vidi Dominum. Aduerte q; Iacob quando videt dominum, & vocatur Israel, pede vno claudicat. Anima mea (inquit egregius Augustinus) amore feritur, quocumque feritur: & sicut propagatum corpus duos habet pedes, ita anima duas habet vel affectiones, vel amorem duplicē, amorem videlicet mundi & amorem Dei. Quando mundū perfecto amore diligit, amorem Dei contemnit: praefert amorem mundi amorī Dei, & dilectioni, quando autem diligit Deum in terreno amore claudicat, mundi charitatem spernit. Ideoque Iacob quia Deum viderat claudicat pede dilectionis mundi: quapropter tu si Deum cupis videre atque diligere necessum est, vt hæc terrena & teipsum odio prosequaris. Tamen in hoc malum adest & consistit iniquitas, quod licet omnes videre Deū concupiscant & appetat esse beatitatem pauci Zachæi sunt quia ad humana hæc non concipientes oculos bona hæc temporalia æquo animo contemnant. Cum & illa sententia Christi sepe auribus nostris reperatur. Nemo potest duobus dominis seruire. Sūt autem quā plurimi qui vtique seruire conantur, sed frustra quidem: admodum similes illis Samaritanis de quibus ait scriptura. Fuerunt isti timētes dominū, sed tamen idolis suis seruientes. Quocirca si Christum videre cupis, terrenis speretis, ascendit vt Zachæus in arborem, & elige locum ex quo aptius & facilius ipsum dominum possis aspicere. Et ideo subdit Euangelista. Quia inde erat transiurus. Zachæus Christum videre meruit, quem cognoscere mirum in modum desiderabat: quia in talē se constituerat locum, quo Christus erat transiturus. Quare si Christum inuenire cupis, in loco vbi ipse est, eum quaeras. Quod consiliū sanctissimi vatis Esaiæ est, inquit. Querite dominum dum inueniri potest. Vbi obsecro quid reperit Moyses? Inuenit sane illum inter vepes & spinas. Ita tu illum inuenire poteris inter dolores & angustias, illum crucifixum in-

uenies, spinarum corona ornatum, ligno ligatum, durissimis clavis transfixum, in medio latronum constitutum: non inter res delectabiles huius mundi, nec inter saltatrices mulieres, non in ludis & conuiujs: sed in alto loco & sublimi vbi illum possis conspicerere. Inuenitur enim dominus in templis, & in religionum conuersationibus: vbi sunt lachrymae, vbi ieiunia & orationes. Denique in solitudine eremi apte dominus conspicitur. Ibi illum expecta, nam illam transiturus est. Non illum quaeras inter hortos voluptatum & deliciarū huius seculi, sed potius inter amatos poenitentiae labores. At quia multi licet Christum cognoscere & videre cupiant, in voluptates huius seculi ascendunt & cubilia blanda, vbi illum videre existimant: quapropter in his locis arduū & difficile fit illos eum alloqui aut inuenire posse. Sed in hac re agenda maxime vellem vt Heliam considerares, qui familiaritatem mundi fugiēs, in deserto cum esset solus ad speluncā portam dominum iacens expectauit, quem mirabiliter vidit. Nam cum per illum locum transiret dominus eum ibi inuenit & alloquutus est. Quasi inquit apertus, locum in quo dominus ei apparere posset. Solent homines cum agitantur tūc meliorem locum sibi eligere, vt aptius possint eis gaudere: & idem faciunt ad alia. Spectacula conspicienda. Quid ad hæc dices? Ad videndum Deum nonne contrariū facis? Zachæus ascendit locum per quem dominus transurus erat. Ascende igitur tu loca sancta & deuota: sit tibi cum hominibus religiosi familiaritas, neque iustos & bonos contemnas: quia si cum his sermones & colloquia institueris facile Deum inuenies, qui diligentes & querentes se non spernit. Quod vt verbis meis fidem adhibeas, aspice rogo Zachæum, qui cū locum aptum quaesiuisset, Christum dominum videre meruit. Et cum venisset ad locum. Vbi iam vides quomodo dominus neminem facientem quod in se est deserit. Omnibus operibus omnes aspicit, nec illis se abscondit qui iusto corde illum quaerunt. Spera in Deo, qui suum auxilium non tibi negabit, nemo nanque illum syricero corde quaerit, qui eū non inuenit. Ipse enim fuit qui Zachæo occurrit qui se ante illius oculos constituit. Quis vnam eum vocauit, cui non responderit? Deo exaudiuit Ionam a profundo maris, a ventre ceti vbi absconditus erat. Exaudiuit Daniēlem inter leonum vngues positum. Susannam in-

3. Reg. 19.

1. Ion. 4. Dan. 14. Dan. 13.

ter

rer angustias & dolores mortis constitutam; nec aures suas eius clamoribus obturavit. Illi enim clamoribus & vocibus conquerebatur de divina pietate & misericordia, quos tribulationis tempore illum vocantes non exaudiret. Ipse solum compe ditos, illuminat cecos: erigit clivos, & iustos diligit. Dominus custodit aduenas pupillum & viduam suscipit. Vbi anima duertas obsecro, quomodo omnia prospera & felicia contingant illis, qui rectam in reuentionem & animum habent: iuxta illud Pauli. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tantum enim fauet dominus illorum sanctis & rectis institutis, quorum etiam si opus non sit rectum illud adducit ad rectitudinis viam, cum intelligat eos nullatenus aberrare velle. Quocirca Paulus qui Ecclesiam Domini persequatur, miseris legem Moysi praestantior esse. Cupiebat videre Christum Zachaeus, nec a desiderio suo defraudatus fuit: inuenit enim quod quaerebat. Aequum est & iustum ut nos ea faciamus, ad quae tenemur; si animi nostri desiderium voluerimus consequi. Multi namque a domino temporalia bona efflagitant: si filios diuitias & alia huiusmodi quae tamen minime dominus illis concedit, cum scelerata vita & peccatorum nota coram omnibus inuidentur. Necessum est, ut domino satisfacias, si vis a domino satisfieri. Nam si tu diuinam voluntatem contempnis: quid est quod velis ut tu dominus adimpleat? Unde dominus merito per Esaiam inquit. Me de die in diem quaerunt. Et requiritur. Omnes debitores vestros reperitis: Et rursus. Cum exte deritis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Et huius tanta asperitatis subdit dominus causam. Manus enim vestrae sanguine plene sunt. Prope est dominus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntas enim se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos. Nec eo solum Christus contentus fuit, scilicet seipsum Zachaeo ostendere, sed maiori illum prosequitur beneficio: nam sistens gradum in media via illum alloquitur, & conspicit ut videre licet in sacro Euangelista. Et suscipiens Iesus vidit illum. Ex duplicatis verbis, inspicies & vidit, insinuat nobis facer. Euangelista non velut intranscursu & celeri quodam motu, sed maximo amore dominum in oculis conspice-

se. Praeterea respicere ad externos oculos spectat, videre autem ad misericordiam. Sic dixit David domino. Respice in me, & misere re mei. Respice inquam in me calamitatem, & in afflictionem meam videndo, & misere re mea auxiliando. Sic itaque Christus respexit & vidit: quia respiciens illum, diuina sua benignitate & pietate cum illo fuit usus. Ex quibus colligo, videre Christum bonum & felix esse: sed a Christo videri optimum & felicissimum. Videri Deum videntem, & diligit diligentem se. Videri inquam illum, diuina suae gratiae lumen illi infundens. Sic vidit Petrum in atrio, Mathaeum in Theloneo, latronem in cruce, & filium prodigum a lege, cuius miseris: cum oculi demini sunt super iustos: cum patet sit misericordiarum & Deus totius consolationis. Hinc est illud Esaiam. Nihil quid potest Deus obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblitus fuerit ego autem non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Et iterum. Eris tu velut filius altissimi obediens, & miserabitur tui magis quam mater. Et rursus. Ad quem respiciam oculo misericordiae, ut mansionem apud eum faciam: nisi ad pauperulum, id est humilem spiritu, contra superbiam vitam quantum ad praesentia: humilem & vilem in oculis suis? Sic vidit cordis Zachaei desiderium, & ad omnia esse paratum, quae illi diciturus erat. ¶ Sed modo operae pretium erit videre, quis prius incipit, aut quis prius ad alterum loquitur. Iustum enim esset, ut prius sermonem suum institueret Zachaeus, quem maior urgebat necessitas. Zachaeus potius indiget Christo, quam Christus Zachaeo. Christus sine Zachaeo, tamen Zachaeus sine Christo viuere nequit. Nihilominus cum haec omnia vera sint, is ad alterum prius loquitur qui maiori amoris igne incendebatur. Non enim sic a deo te ipsum amas sicut dominus te diligit. Nec tanta tibi propriae salutis cura est, quanta ipsi Christo. Etenim Zachaeo non tantum inerat desiderium videndi Christum, quantum ipse Christus habebat, ut illum ad celestem illam patriam perduceret. Ideo dominus prius nostrae salutis opera incipit. Quam diligens est dominus in operibus salutis nostrae: nec mirum cum fons sit & origo totius boni nostri. I dicitur licet Zachaeus taceret, ipse Christus ad eum inquit. Zachaeus. Ecce benignitas domini erga illum ostenditur, cum proprio nomine eum appelleret.

Psal. 84

Marc. 14

Matth. 9

Luc. 15

Psal. 33

1. Cor. 1

Esai. 49

Esai. 66

Esai. 66

Esai. 66

Rom. 11 Tit.

Mat. 25

1. Timoth. 4

let. Christus est qui prius Zachaeum vocat: nec Zachaeus in arborem ascendisset ad videndum Christum, nisi Christus diuina sua misericordia Zachaeum rageret & moueret. Nam cum homines a peccati morte inuisitata vitam respiscunt, hoc solum diuinae misericordiae tribuitur: qui gratiam suam largitur peccatori, non ex proprijs meritis sed ex vocante Deo & misericordie. Opera enim nostra cum in peccato mortali manemus quantumvis heroica & excellentia sint non merentur, ex cō digno nec ex congruo gratiam illam qua iusti efficiuntur & grati Deo. Id quod catholici dicunt opera nostra non mereri primam iustificationem. Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioqui ut Paulus inquit, gratia non esset gratia. Et alibi. Non ex operibus quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est tamen necesse ut huius mundi iustificationi accedat motus liberi arbitrij, quia haec iustificatio non fit absque bono opere & motu voluntatis acceptante diuinam gratiam. Verum recta opera primam iustitiam praecedentia, & si iustificationem ipsam non mereantur, prouocant tamen ipsam diuinam misericordiam, & hominem ad ipsam suscipiendam disponunt. At post iustificationem cum gratia gratum faciente in bona opera & virtutum actione, incombustes beatitudinem mereunt. Ad meritum nostri fundamentum est in diuina misericordia collocatum. Quae admodum enim plumbeus annulus pretiosissimo adamante ornatus summi valoris est, non quidem propter valorem plumbi, sed propter gemmam pretiosam ipsi annulo insertam: sic bona opera nostra facta in gratia vitam aeternam merentur: non quod nostra sint, quia propterea nullius sunt valoris aut pretij, sed quia in gratia fiunt & corroborata sunt inastabili ad amantem meriti mortis & passionis Christi, cui per gratiam adheremus: qui suis meritis nobis facientibus bona opera (dum in gratia persistimus) vitam aeternam promittit. Quo factum est ut in Euangelio vitam aeternam, merces istorum appelleretur, eo quod suis bonis operibus illa digni inueniantur. Vnde diuus Paulus commemoratis suis operibus, Timotheo scribens subdit. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus, &c. Vitam aeternam) quae premium est suorum operum) appellat coronam iustitiae, quod eam merentur: quam daturum illi dominum dicit, eo quod iudex sit iustus. A duc-

tas tamen non dixit, quam dabit, sed quam reddet: reddere enim est dare quod debetur. Vnde idem ad Romanos, inquit. Reddite omnibus debita. Vnde cum Christus dominus filius hominis uenerit in gloria sua cum Angelis suis: reddet tunc unicuique secundum opera sua. Et laboratibus in uinea dixit. Voca operarios, & redde illis mercedem. Merces est id quod debetur ex merito. Igitur Zachaeum non ex merito, sed ex gratia & misericordia vocauit: & deinde bonis actibus intentus meruit filius Abrahae appellari. Sed quia plus iusto digressus sumus ad institutum reuertamur. Dixit itaque Zachaeus. Festinans descende. Si Deum cupis in domum tuam ducere, te ipsum proijce ab arbore: descende, ut tecum comedat. Nam melius dominum suscipies si humilis atque subiectus illi fueris. Cum dicit festinans, ostenditur, quod dominus habeat voluntatem, afficiendi & ornandi nos suis beneficijs: ne autem aliquod obstaculum nobis opponatur, praecipit ut festinans & cito bonis incumbamus operibus. Sic ad eo credendum est nos ab eo diligi, ut donaturus nobis suam misericordiam, nullam moram patiat. Volebat cito Zachaeum iustum efficiere, maxime beneficijs illum cumulare, & tanto per salutem eius consulti, ut cum prope ratione iubeat ex arbore descendere. Quam quidem doctrinam non aliunde quam ex sacris musis tibi comprobabo. Nam cum dominus alloquutus est Iudam inter caenandum, cum iam tempus mortis appropinquaret dicit. Quod facturus es, fac citius. ~~Quia in domo tua operet me manere, Zachaeus dilate mi ego te prior dilexi: ideo misertus tui, te traxi. Ego ostendam tibi omne bonum. Hoc est, manifestabo me ipsum tibi: eo quod diligens fuisti, ut me videres: inuenisti enim gratiam coram me. ¶ An imaduerte obsecro quomodo dominus sanctus &~~

Rom. 13

Matth. 23

Matth. 20

Ioan. 13

Luc. 1

Hierem. 31

Exod. 33

bonus sit & in condonandis suis muneribus liberalis: nam non consuevit parua reddere, cum seipsum respiciat, plus petitis semper petentibus concedit. Zachæus quippe nihil aliud quam videre Christum cupiebat: solum hoc desiderabat, & hoc solum contentus erat, & tandem si hoc consequeretur felicitem & beatum se existimaret: tamen diuina clementia cum non parce, non strictè, sed liberalitèr sua munera impartiat, plus illi dedit, quàm expe- ctabat. Eum nanque amicè & suauitèr fuit al- loquutus & ingressus sui splendore domum illustrare decreuit: & de potestate cenebratū eundem in clarā animi lucem asseruit. Nec ad nostrum propositum illud memorandū exemplum boni latronis memoria excidat: qui cum ardentibus precibus à domino pète- ret, ut ipsius memor esset, plus illi concessit, quàm petiuit. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. ¶ Vbi etiam est obseruandū quod pater de iustis conuulsi se obtulerit in domum Zachæi: cum nec inuitatus, nec roga- tus ab eo duceretur. Nunquid nouum est do- muum cōsiliū se ipsum obtulisse? Sed quo modo (cum inurbanū hoc uideatur) se Chris- tum in conuiuium obtulit ei, quem non cogno- uerat? Nec uellem te arbitrari se Christū cō- uulsi obtulisse: prius quam à Zachæo inuita- retur. Quando Petrus cum domino loqueba- tur, dicens, exi à me domine, quia homo pec- cator sum: non existimes hoc Petrum fecisse, ut Christum à se amoueret: nam hoc faciens Petrus propinquior Christo, fidèbat. Eodem pacto etiam dixit Centurio. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: non existi- mes hoc Centurionem, domus sue ianuas domino claudere, nam pròprios uoluntate tectum temporis Christo portas patentes esse sentiebat. Latrum & opiparum conuiuium Christo parat, is qui humilitate doctus seipsum indignum iudicat, ut eum in domum suscipiat. Zachæus nanque singulari quodam ob- sequio p̄teritis animi uisceribus dominū in- uitauit. Nam supra arborem constitutus dice- bat. O qui tam felix esset, ut hunc sanctissi- mum uirum uidere mereretur. Et quanto beator & felicitior, si uel digito concederetur illum tangere. Crederem equidem nihil infel- lix aut pater spem inquam in mihi euenturū, si similitam uestimenti eius tangerem. O felix hec populus Israeliticus, qui tantum uirū à se oriundum meruit: ego uero Gentilis & peccator tantis sceleribus implicatus, eum ad

ire minime audebo. Satis mihi erit si hisce o- culis illum uidero, indignus ut illū alloquar. Felix ille nuncu p̄andus erit qui talem hospi- tem susceperit. O uinum ortum ab hoc po- pulo ducerem, ut posses ab eo precibus con- tendere, ut meus uollet esse conuiua. His at- que alijs huiusmodi cogitationibus detetur Zachæus, Christum ad manducandū inui- taerāt. Nam cum se tanto hospite indignū iudicat, iam dignus efficitur. Nemo enim ita propinquus & coniunctus Deo est, quam is qui humilitatis ueste induitur. Sicut circun- ferentia circuli quanto minor est, tanto magis appropinquat Centro: sic quanto quis hu- milior tāto propinquior est Deo: qui Centru est in quod uoluit intellectualis spiritus. Quapropter eum se ipsum indignum duceret, iam dignus & propinquus efficitur. Vbi attendas rōgō Christi benignitatem & clemē- tiam, qui non solum peccatorè respiciit & par- cuit: sed cum illo pranderè non dedignatur. Non aspernatur peccatorem, modo sit bonæ uoluntatis & penitentiam agat. Et quauis Redemptor nos minime sollicitus esset de dono Zachæi, uoluit tamen nouitèr conuer- so seipsum familiarè exhibere, & plusquā de- siderauerat prestare. Quādo enim Zachæus suorum delictorum, conscius aut ip̄s fuit sanctum Dei, quem uenerabatur inuitare? No- uit certè dominus Zachæi desiderium: quan- uis Zachæus seipsum considerans, nihil tale præsumere audebat, ut Christum aduocaret. Iesus uero ut pius & misericors, què nec cogi- tare audebat pater sp̄ obtulit: ut certo cre- deret iam eum in amicitiam suam recepisse. Sed nunquid hæc omnia propter solum Za- chæum fecit? Minime: sed ostendit, quod Za- chæo contigit, singulis nobis euenturū si mo- do toto corde illum queramus. Ut discas & fi- duciam habeas, semper se Christum ultro- neum nobis offerre. Ex quo etiam loco doce- mur, eundem semper paratissimum esse, ut ad nos ueniat, ut habitet in conscientia nostra: dummodo nos illi obtulerimus pròp̄tam uoluntatem & feruentem deuotionem. ¶ Obserua etiam diligenter, nunquam Chris- tum Zachæo dixisse, oportet te hodie meip- sum in hospitè recipere: sed dixit oportet me manere. Cui enim expedit introire in domū Zachæi, tibi an Zachæo? Cui cōmodius aut uti- lius est? Quis maiorem utilitatem consequi- tur? Clarum & manifestum est Zachæo fore utilius. Vide Christi eximiam charitatem & amorem

amorem. Hoc enim operabatur amor, cuius officium erat, amantem uel bonum aliquan- do, uel bonorum participem fieri. Nam cum alterum diligis, si illum tristem uides, tu etiā tristis es: si uero iucundum & lætum, tu etiā lætus incedis, quia cum inter ueros amatores sit unum uelle & idem nolle, consensum etiā rationi est, ut uterq; eundem habeat animū. Hoc enim in hac re potissimum obseruare de- bes, quanto scilicet amore dominus te ipsum prosequatur, qui tuis rebus nō aliter ac suis consulit. Illius enim lætitia & gaudium tuū est, utilitatem item & indigentiam tuam pro- priam iudicat, & cum amicorum omnia, sint communia. Oportet igitur ipsum Zachæum ut dominus in domo sua maneat: quod com- modum, proprium ipse dominus appellat, & inquit. Oportet me in domo tua manere. Effi- cit nanque ille antiquus & maximus amor quo dominus Zachæum diligit, ut bona Za- chæi, ipsius Christi bona appellerentur. Et festi- nans descendit: & excepit illum gaudens. Vbi aliqua diligenter obseruabis. Et in primis ad- uertere oportet quanta iucunditate & læti- tia Zachæus in domo sua Christum excepit. Sic Abraham cum Angelos suscepit in ho- spitio diligens fuit: nō solum ipse, sed omnes qui in domo erant. Abraham nanque occur- rit in excessum Angelorum (ut inquit scriptu- ra) & festinauit internaecum ad Sarā, & cu- currit ad armentum, & tulit inde uitulū te- nerimum & optimum. Sara uero accelera- uit & fecit subcineritios panes puer uero festi- nauit & exiit uitulū. An non consideras in domo Abraham omnes fuisse diligētes in ob- sequio domini? Obserua Zachæum ad imita- tionem. Abraham in domum suam diligenter Christum suscepisse. Quo factum est ut do- minus uocauerit illum filium Abraham, ut in- ferius tāto loco dicemus. Secundo nō solum diligenter sed etiam gaudens excepit illum. Etenim nō libenter accipit dominus tristia ministeria, sed hilarem diligit ministrum. Sic legimus Aaron respondisse Moysi. Quomo- do potui comedere panem, aut placere in ec- clesia domini: mente lugubri? Quæ de causa no- tat dominus ut Israeliticus populus in Egy- pto festi illi celebraret: quia cum captiuus es- set & in persequutione constitutus, non pos- set cum hilaritate festis interesse, & ei inferri- re. Vnde dominus per Moysen dixit Pharaoni. Dimittè populum meum, ut mihi festa ce- lebrēt in deserto. Vnde David in Psalmo in-

quit. Iubilate Deum omnis terra, seruite dño in læticia. Et apostolus Paulus. Hilarè (inquit) dno dicitur diligit Deus. Vnde non est mirum quod Zachæus ita gaudens dñm suscepit: nam cū ipse sit summum bonū, sine ingenti animi læ- titia suscipi non potest. Tertio loco obserua- bis in hoc Zachæi factō pròp̄tam illius obe- dientiam, quia protinus ut præceptū dñi au- diuit, statim obtemperauit, & obedientiam quam debuit præstitit. Primo nanque festinā- dum est in obedientia, cuiusmodi fuit diuus Paulus: nā statim ut audiuit, Saule Saule cur me persequeris, respondit dicens, Dñe quid me vis facere? Sic Abraham statim ut audiuit præceptum de præputio, adimpleuit: quāuis id operis graue nimis esset. Sic legitur de Io- seph, quod cum pater eius Iacob dixisset ei, ueni & mittam te ad fratres tuos, mox respo- dit dicens. Præsto sum, Sic discipuli etiā ei ob- tēperarunt, qui cum piscantes essent & audi- rent dominum dicentem, uenite post me: & faciam uos fieri piscatores hominum, mox re- lictis retibus & naui sequuti sunt dominum. Denique ostēditur in sanctissimo Ioseph ad- mirabilis obedientiæ exemplum, qui cum man- datum accepisset ab Angelo dormies, ut iret in Egyptum, ait Euangelista, quod contem- gens accepit puerum & matrem eius nocte. Nec primam lucem expectauit sed excitatus sermone Angeli, eius præceptum adimpleuit. Secundo obedientia debet esse humilis & uoluntaria: nō sicut multi qui exterius obediūt, interius uero superbiunt murmurātes in cor- dibus suis. Quorum obedientia nihilo differt ab obedientia demonum: qui inuiti & mur- murantes exhibant à corporibus obsessorum. Nec sic Zachæus qui gaudens & hilaris domi- no obediuit. ¶ Verum quia quidquid scriptū est (ut inquit Paulus) ad nostram eruditionē scriptum est, discamus ex factō Zachæi prò- ptam, humilem & hilarem obedientiam dño semper prestare. Secundo discamus non se- gniter & tepidè Deo seruire, sed festinanter ac diligenter. Vnde in Exodo habetur præ- ceptum dominum Moysi, ut faceret Cherubinos duos aureos & productiles ex utraque parte oraculi unū ad alterum latus, alium uero in aliud latus. Delectatur dominus Cherubin si- guris, quæ sunt maxime uelocitatis: ut osten- dat quantum delectatur cum illis qui summa diligentia adimplent uerbum eius. Vnde A- postolus Romanis suis inquit, ut in sollicitu- dine non sint pigri sed spiritu seruienti domi-

Luc. 23.

Luc. 5.

Mat. 23.

Luc. 4.

Exod. 25.

Rom. 15.

Gen. 18.

Leui. 10.

Exod. 5. Psal. 99. & Chr. 9.

Act. 9. Gen. 17.

Gen. 37.

Mat. 4.

Mat. 2.

Luc. 4.

Rom. 15.

Exod. 25.

Rom. 15.



nostrum. Pluris nanque ducit spiritum diligentem quo ei inseruimus, quam tempus contumprum in suo ministerio. Nam quilibet homo famulum diligentem pluris facit qui bono studio & sollicitudine illi ministrat, quam illum qui tepidus & ignauus suo fungitur officio: etiam si per maximi temporis spatium in eius obsequio ambulauerit. Pastores nanque in nocte natiuitatis domini festinantes uenerunt ad Bethleem, ut Christum natum adorarent. De quorum iam seruire suo loco diximus. Tertio hospitalitatis simus semper amatoris & non solum hospitalitatis: verum pauperes & peregrinos suscipiamus cum hospitalitate iuxta illud Apostoli. Qui ministrat in hilaritate, Et Petrus. Hospitales, inuicem sine murmuratione. Per hospitalitatem enim Abraham & Loth Deo placuerunt Angelis hospitio receptis, inquit Paulus: in ea epistola quam ad Hebræos scripsit. Ut enim piscatores reiectis in mare retibus ad pisces trahendos colligunt aliquando uisiones & margaritas: isti accipientes homines, piscati sunt Angeli. Sed iam hodie perijt hospitalitas: multi nanque pauperes peregrinos nolunt recipere timentes ne aliquid furerentur aut quod uis aliud malum eueniat. Timent enim furē sub paupere, aut lubricum sub hospite. Nonne inter Christi discipulos Iudas fur erat & latro, & forsitan lubricus: Sed nunquid Martha Iudam uoluerunt cum Christo exclusit? Et expendas obsecro, an deterius sit, hospitem recipiendo furē, qui rapiat argenteum, uel aureum uas, charitatem amittere, uel uas? Times uilla amittero; nec times virtutem perdere, quæ longe pretiosior est cunctis mundi rebus. Aduerte etiam quod nullum beneficium in pauperem confers, illum hospitio recipiendo, sed potius tu manus & gradus bonum ab ipso paupere suscipis. si ipse permittat, ut eum recipias. Pauper à te obulum accipit: tu uero quia donasti, uitam consequeris æternam: inquit illud. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Unde sanctus Patriarcha Abraham hospitibus, dicebat: Si inueni gratiam in oculis tuis, no trahas seruū tuū sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri. Ingressit uir sanctus & pius in proprium commodum resultare sibi: si illi peregrinum in domo sua mappere uellet. Et, quia dominus uolebat uiduam Sareptanā ditare, Hebraeam ad ipsam, misit accepturū, elemosinā: cum reuera dominum uiduam in gradere, ut

farinæ copiam & oleum tribueret. Sed de his alias. Tamen cum antiquus mundi mos sit: bonis maledicere & eisdem mille obstacula ponere, animaduerte quid dicat euangelista de his qui ibi aderant. *Murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Qui obsecro sunt isti murmuratores & detractores qui huius rei Christum insimulabant & reprehendebant: Phariseis. Qui de se ipsis præsumentes & confidebant tanquam iusti, ceteros uero aspersionabant: qui sapius id faciebant, se iustos & sanctos existimantes, alios uero peccatores. Murmurabant eo quod ad publicanum respiceret, & quia dicebat, se cum illo in domo sua pransurum esse. In quo factum duplex peccatum incurrebant: primo temere iudicando, quia peccatorem iudicabat Zachæum, qui iam iustus effectus erat. Sed audiunt isti quid Paulus dicat. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Et dominus superius ait. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et iterum. Nolite iudicare secundum faciem, sed istud iudicium iudicare. Male isti iudicabant, iudicantes Zachæum peccatorem, cum iam effectus esset amicus Dei. Vides quam incertum & periculosum sit hominem iudicare? Tu igitur neminem in terra iudices, sed spera & crede unum quemque propriæ salutis semper esse memorantem: ita ut qui heri peccator fuit, iam hodie possit diuina benignitate iustus effici. Ideo Paulus. Nolite ante tempus iudicare. Et iterum. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: suo enim domino, non tibi competit. Vera nanque iustitia indignationem non habet: sed compassionem. Sic Paulus admonet dicens. Si preoccupatus fuerit aliquis uestrum in aliquo delicto uos qui spirituales estis instruite illum in spiritu lenitatis: considerans ne, & te teneatis. Teque ipsum respice: nam si te cognoueris, non defectus alienos iudicabis, carpens aliorum mores. Secundo non solum temere iudicando peccabant, sed etiam inuidia. Ad hominem inquit peccatorem diuertit. Quasi non primum omnium proximo inuidere, & quasi bonus esse possit, qui fratris salutem inuideat. O contaminatam & depravatam impiorum iustitiam, quæ maule fastidit, quam sanarum: quæ maule inuidere proximo, quam cum illo communicare. Duplitem enim quis committit: cum peccatore, uel uicium à peccatore uocatur: & hoc sanctum & piū est: sic medicus communicat cum ægroto: uel uicium in peccatore foueat & hoc pessimum est. Sed isti gloriam Christo detrahentes murmurabant, ac si particeps esset publicanorum & peccatorum, quasi eorum peccatis faueret. Ideo David in Psalmis de detractoribus inquit. Sepulchrum patens est gurgur eorum: linguis suis dolose agebant. Duo sunt sepulchrorum genera. Quæ dâ bene ornata & recta: ita ut etiam si varijs corporibus & cadaueribus sint impleta, non ideo malum aliquem odorē ex se emittunt. Talia sunt sincera hominum studiosorum corda, qui proximorum gloriam & eorum bonum nomen non reprehendunt aut mordent. Quorum de tractiones (si aliquæ erant) cooperire maluerunt, quæ detegere. Hæc certe sepulchra sunt duro betumine obruta. Alia sunt quæ panduntur monumenta: & hæc sunt quæ mala proximi in publicum produnt. Quorum ora infecta sunt & coinquinata maleuolentia proximi, quia proximi, famam & bonum nomē nihil perdere dubitant: quia sepulchrū patens est gurgur eorum. Habebatur enim in lege itaquam immundum uis illud quod operculo carebat. Sed qua de causa putatis horum ora ita fetida esse? Certe quia carnē uiuam & crudâ edere non uentur. Naturales philosophi dicere consueuerunt ea animantia, quibus crudas carnes ueluti cōtingit fetida esse ore. Isti sane animalia Hiens peiores sunt, de quo inquit Philosophus: edendi carnes humanas sibi tantam cupidinem esse ut multoties contingat humana sepulchra violare, ut mortuorum carnibus vescatur. Quæ similes sunt isti homines huic bruti animanti, qui non solum uiuis detrahunt: uerum etiam proprijs dentibus sepulta corpora sepulchris tradita mordicus euellunt. Huius uitij iniquitatē & abominationē uerbis exprimere nequeo, nisi dixerō isto pessimo & canino more Deū grauissime offendi. Nihil remedium huic crimini superest, nisi tacere. Hoc enim facit Deus cum istis murmuratoribus ut ipsemet ait. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū. Hæc fecisti, & tacui. Certe Dñi patientia miranda est, De istis etiam egregius psaltes loquebatur dicens. Acuerunt linguas tanquam serpentes, uenenum aspidum sub linguis eorum. Serpentes enim edunt terrā, & de uilioribus terræ comedunt. Lapis qui ex monte cecidit contra statuā Nabuchodonosor non in aurum caput tetigit nec in argentea brachia: sed in luteos pedes. Nā qui detrahunt: solum proximi defectus pandunt: bona uero*

Luc. 18.

Rom. 1.

Luc. 6.

1 Cor. 7.

1 Cor. 4.

Rom. 1.

Gal. 6.

1 Cor. 13.

1 Cor. 13.

1 Cor. 13.

foueat.

Psalm. 13.

Nom. 16.

1 Th. 3. de 4.

1 Tim. 6. 4.

Psalm. 46.

Psalm. 139.

Dan. 1.

& eorum uirtutis silentio prætereunt. Equidē istum non prædicauerunt obedientiam Zachari animi & ardorem uidentis Christi, aut charitatem qua illum excipere uolebat: sed potius præterita illius crimina in memoriā reuocarunt. Velut vitæ cucurbitæ quæ deprauatæ & infirmam carnē ad se trahunt, sanam uero relinquunt. Sic Simon ille Phariseus Christum insimulabat eo quod Magdalenā in hospitem suscipiebat. Quod etiā factū esse constat de Mattheo publicano quādo in Christi hospitium fuit receptus. Ita etiā illi in Christum peccauerunt dicentes: Hic peccatores recipit & mæducat cum illis. De quibus omnibus suis locis superius habuimus sermonem. Præterea tam grauitate animaduertit Dñs in hos detractores ut dixerit Moysi. Omnes qui murmuratis contra me, non intrabitis terrā super quam leuauī manū meā ut habitare uos facerē. Quo factū est ut ex sexcentis milibus filiorū Israel solus Iosue & Caleb ingressi sunt terrā promissionis. Cum & certū etiam si istius modi detractores regnū celorum nobis promissum nunquā ingressuros. Verū ut scias quod propter prauitatem hominū & cæcitalum & murmuratōnem à uia ueritatis & uirtutis non esse deflectendū, sed potius persistere tanquā bonus miles in iustitia & timore Dei, abundans in omni opere. Dñi semper uide obsecro quid Zachæus fecerit. *Srās autē Zachæus* Stablis & immobilis in spe & in fidei ueritate. Sic oportet uiros iustos in uirtute stare, & non retrocedere propter maleuolos murmuratores. Porro relictū do corporis mētis recludinē significabat & intentionis. Stabat autē qui diu in ipsis peccatorū iniquitatibus iacuerat, & obrutus erat. Sed diu terrenis lucris cum Leui inhians: sed nunc leui in conspectu Dei fundatus supra firmā petram. Ideoq; nec flantes murmuratorū uenti nec cupiditatū uide eum propellere. poterunt: sed potius hæc ferendo propter iustitiam Dei, & secundum eius uoluntatem, fidelis suo creatori causam & animam suam commendabat in bonis operibus dicens. Redime me a calūniis hominū ut custodiā mandata tua. Et ita dixit ad leui. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus* Duo dixit iste nouus Christi miles: alterum elemosinæ largitionem, per quam omnium malorum radix cupiditas extirpatur, & peccata condonantur. Alterum est acquisitorum iniuste restitutio secundum ordinē iustitiæ: & hoc restituitur ad proximi læsi acquisitionē & reconciliationē. Expēdit autē

Tom. 1. LI. quana.

Luc. 7.

Matth. 9.

1 Cor. 15.

Nom. 14.

Mat. 9.

Matth. 7.

Psalm. 118.

quantum in Christi cōversatione profecerit. Antea quippe aliena rapiebat: iam vero dimidiū bonorū tribuit. Tali equidē viro adharebat, vt liberalis nō esset & charitatis amator, talē suscepit hospitē: fieri enim nō poterat quin maximū incrementū acciperet Zachæus ex Christi cōversatione & familiaritate. Hinc manifesto liquet, quod si cupimus in virtutibus proficere, adherere oportebit viris bonis & probis. Nā Zachæus in medio Hiericho inter peccatores, & ipse peccator habebatur: Christo autē coniunctus, christianus & iustus efficiatur. Saul cum erat inter prophetas propheta: inter stultos vero videbatur stultus. Et Petrus familiaritati & consuetudini Apostolorū cōiunctus, Christū cōfessus est esse filiū Dei: quē postea cū peccatoribus incedens in domo Capthæ negavit. Ex his omnibus videre licet, quantū lucri & cōmodi sibi reperit Zachæus ex Christi cōiunctione & amicitia. Sed iā singula discutiamus verba. Bonorū (inquit) meorū, & non alienorū: quia de bonis tuis, nō vero de alienis elemosynā erogare debes. Sic enim habetur in Proverbijs. Honora Deū de tua substantia, & de primitijs frugū tuarū da pauperib⁹: & implebuntur horrea tua i saturitate, & vino torcularia redundabunt. Et Iob. De vellerebus ouiū mearū calescitus est pauper. Et Paul⁹ Ephesij inquit. Qui furatur iā nō furetur: magis autē laboret operando manibus suis quod bonū est. Et in Ecclesiastico habetur. Qui offert elemosynā de substantia pauperis, quasi qui victimat filiū in conspectu patris sui. Quemadmodū aqua si munda est mūdatur & lauat, si immūda coinquinat: sic elemosyna quæ fit de re iniuste acquisita, nō mūdatur a peccato. Igitur ex proprijs bonis elemosyna faciendā est: nō autē ex furto, vltura, aut rapina. Videmus namq; plurimos campores largientes elemosynas, edificātes monasteria ex multis diuitijs quæ quotidie iniquitate sua cōpararunt. Secūdo obseruandū est nō dixisse dabo: sed do pauperibus. Nā elemosyna non est de die in diē procrastināda, aut bonum opus quod facturus es: & audi Salomonem dicentē Ne dicas amico tuo, vade & diuertere, & eras dabo tibi: cum statim possis dare. Et in Ecclesiastico dicitur. Cor in opis ne astigas: & ne protrahas datum angustiarū. O quot quantique homines ab heredibus decipiuntur. Quis enim fidelis erit illi, qui sibi infidelis est: deo ne vnquam dicas, dabo, sed pronus in vita tua cum paupere liberalis erit.

sto: quia nec opus, nec sapiētia, nec ratio, aut scientia erūt apud inferos, quo tu propeāter curris. Discamus etiam opera bona statim a nobis esse adimplenda, nec dilanda esse in aliud tempus: quod forsitam nunquam videbis. Quando alicui titulus est & spes sibi aliquos magnos redditus & maioratū cōparandi, nihil mirū, si aliqua bona mobilia cōsumat: at is cui solum sunt opera & labores quotidiani, quorū fors itā domino tuo rationem redditurus est, quid est quod magnus sumptus faciat? Certe vnus solius diei possessio est aut titulus non habes, nec nosti an peruenturus sis in crastinum: & omittis bona opera in venturos annos: Equidē tam arctum & angustum tibi tempus est, vt nec vnā horam tuam habeas: tu vero satis liberaliter tibi ipsi multum tempus vitæ promittis. Ne obsecro excedas in promissione temporis: pauper enim es & indigens temporis. Fieri enim poterit vt hodie ab hac vita discedas. Scriptura enim inquit. Repromissio nequissima multos perdidit: & nō est vestrum nosse tempora & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nō enim Deus in manu tua posuit tempus: sed potius in sua. Vnde psalmographus inquit. Tempus faciendi Dñi, disspauerunt legem tuam. Sed cum hodie possis penitentiam agere, & ad Deum te convertere, & aliena restituere, & tuum testamentum cōdere, & animam tuam cum Deo cōponere: non obsecro hæc omnia in futuros annos relinquant. Multos namque his nostris temporibus videmus, qui cum nullam mortis curā habeant, in maximo vitæ suæ discrimine sunt constituti. Quibus etiā contingit infesto testamento discedere: vel si id faciunt, ita propeāter vt non iubeant solui debita debitoribus suis qui & maximas rixas, lites discordias, & cōtentiones inter famulos & hæredes relinquunt. Et ita quasi bruta animantia discedunt, eam vitā sibi promittentes quæ nullatenus illis conceditur. Itaque fugiendum tibi est tanquā a peste ab his, dabo, restituiam, faciam: sed potius dicito, do, restituo, facio, sicut Zachæus. Obseruandū etiā est tertio loco, nō dixisse, do diuitibus cōsanguineis, aut amicis: sed pauperib⁹. Vtinā episcopi nostri temporis & prelati hæc obseruarent. Tribuunt namque amicis & cōsanguineis suis beneficia & alias dignitates: pauperes vero fame pereuntes relinquunt. Tribuunt isti principū & regū familiaribus gemmas incredibilis valoris, vt vel sic a regibus in altiores dignitates & pinguiora assumantur.

1. reg. 16.  
1. reg. 19.  
Math. 16.  
Math. 26.  
Prov. 3.  
Iob 31.  
Eph. 4.  
Eccle. 14.  
Prov. 3.  
Eccle. 4.  
Eccle. 9.

Eccle. 11.  
Psalm. 4.

Math. 23.  
Eccle. 11.  
Math. 23.  
Luc. 18.

alienæ preferbat: sed vt homo peccator & simplex studiū suū pādūt, vt videat, an quid aliud superstit agendū, vt vitā æternam consequatur. At si diceret. Iā hæc feci, si aliud restat, tu mihi qui magister est omnium dicito. Hæc vox Zachæi expēdiebat, vt audiretur ab impijs Iudeis, & a Christo eisdem au dientibus probaretur. Nō enim efficacius poterit exprobra re illorū staudē auaritiā, & rapacitatē: qui nō solū nihil largiebāt egenti proximo, verū etiā prætextu pietatis pariter defraudabant subditiō filijs debito. Sed iam Christi respōsum audiāmus. Quia hodie salus huic domui facta est. Hodie ergo in tempore gratiæ, & in die salutis. Salus id est gratia: saluans a peccato & cūstodiens a gehēna. Huic domui, id est Zachæo domino domus per demonis expulsionē, Zachæi conuersionē, & dignos fructus penitentiæ: & tamē per Christi ingressum qui participem eū fecit honorū suorū, & salutē tribuit, quam antea nō habebat: & hoc pacto salus facta est. Huius mutationis ratio in ipso Zachæo est, nō in Christo: ex Christi presentia: quia domum suam materialē intrauit, tantū fructus produxit, non solū in Zachæo, sed etiam in tota eius familia. Vide obsecro quantū vilitatis, quantū lucris presentia Domini afferat. Sed dices, Deus in omni loco est. Id bene, sed alio modo: sicut in domo Zachæi, & alio modo in alijs domibus: nā Christus Zachæo suam presentia ostendit, quo factū est vt multis famularetur beneficijs. Aliter etiā est in ecclesia: & aliter in foro. In templo namq; sacramentaliter adest verū corpus Christi, ita magnum & inregnum sicut in domo Zachæi: & ita merito possumus dicere, tantū salutē nobis esse in templo, quanta olim fuit in domo Zachæi. Quia quāuis lapides edificij vel templi salutem nostris animabus non tribuant, tamē in hoc loco copiosiorē Dominus salutē præstat quā in alio mediantibus sacramētis. Hoc in templo ex infidelibus facti sumus fideles: & cōheredes gloriæ Christi. Hic enim penitentiæ sacramētū ministratur quo Deo reconciliamur, quando post baptismū susceptū in misera labimur peccata. Hic adest verū Christi corpus in hostia consecrata: quod quidem & animas nostras alit, & diuites efficit. Hic verū Dei nræ salutis cibus ministratur. Hic certe sanctissimū Dei tēplū est, vbi multos demō perdit, Dñs autem lucrificat. Alia etiā grandiora beneficia Dñs nobis cōmunicat in hoc sanctissimo templo, præter seipsum qui ibi est, & præ

Math. 15.

ter alia sacramenta quę in eo nobis ministrantur. Sed vt consideres quanto cultu & obsequantia digna sint ea loca sacra vbi Dominus habitat: videas quid fecerit Dominus cū Moise quando ex rubo illum aloquutus est dicens. Ne appropinques hoc. Solue calceamētū de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Noluit Dominus locum illum quem Dominus sua pręsentia sanctificauerat pedibus Moysi conteri: eo modo quo reliqua illius montis loca. Idcirco Dominus Aaroni sacerdoti & filiis suis pręcipiebat, ne illotis manibus & pedibus sanctuarium Domini ingrederentur, vt vel inde intelligas quem cultum velit Dñs locis suis pręstari. Nam si Leviticum legeris passim inuenies multas cęremonias & lotiones quę fieri pręcipiebantur eis qui templum erant ingressuri, nec sanctū locum polluerent. Et in Numeris. Quicūque accesserit ad tabernaculum Domini, morietur. Ex quibus omnibus locis & ex alijs quę breuiter causa omittimus, liquido constat, quanto cultu tractanda sint loca sacra. In cuius rei signum: audi pulchrum exemplum ex sacra pagina peticum. Nam cum Philistin capta arca Domini, illam collocassent in templum Dagonis idoli sui, reuertentes mane inueniunt in limine templi caput idoli sui & duas etiam manus. Quę de causa sacerdotes Dagon ingredientes templum limen eius nō tangebant, tanta enim reuerētia & cultu venerabatur locum, quem Dago tetigerat, existimantes omnem locum a Dagonē tactū esse sacrum. Et quauis iste Philistinorum error non laudetur: tamē reprehendere possumus prętorum audaciam, qui verum Dominum in ecclesijs habentes, eadēdem petulantia pessima violare non dubitant. Et vt adueras quantum Deus offenditur iniuria illorū qui templum Domini violant: vide quid Dominus fecerit, quando eiecit ementes & vendentes de templo, mensas eorum deiecit dicens. Domus mea domus orationis est. Expēde etiam Christum Dominū, qui misericordię instrumentum est, iustitię etiam fieri obseruatorem, & hoc vt puniat templi violatores. Nam cum primum Christus humanā carnem suscepit, non venit ad puniendū, sed ad cōdonandū nec iustitia sed sua misericordia fungi, & ad cōponēdam pacem inter Deū & homines. Huius pacis & misericordię instrumentum Christus erat: qui tāto odio violatores tēpli prosequitur, vt misericordię officii

ad q̄ venerat obliuiscatur, & iustitię munus exerceat. Is enim qui adulteris, latronibus, & sceleratissimis hominibus venerat vt parceret, in templi violatores grauius animaduertit. Alia multa punitiois exēpla adducere possem aduersus eos qui templum Dñi violant facta, quę ne molestus videar silentio pretereō. Sed hoc solū (vt finem imponā) te late- re nō permittā, q̄ istū nūquam sui tēporis re- ctū fecerint pręteritū cū Deus in hac vita in eos animaduertere voluerit. Hoc enim ab An- 1. Mach. 2. Mach. 2. Mach. 1. Dan. 5. Sed quia tēplum Dei & ecclesia sicut salus in domo Zachari data est: quapropter templi has dedicationes cū loca sancta sint, vbi tātis ornati sumus beneficijs & muneribus venerari & colere necesse est. Sed vt ulterius procedamus iam Christus causam assignat, cur Zachęo tanta salus data sit, dicens. *Eo q̄ sit filius Abrahę.* Nō vtiq; quia de eius stirpe aut sanguine sit procreatus, sed quia fidē & opera eius imitatus fuerit. Non filius Iobole, sed merito: nō stirpe aut semine, sed deuotione. Sed vide similitudinē Zachari cū Abraham. Abrahā desiderauit videre diē Dñi. Zachęus cupiebat Iesum videre, & quis ille esset: Abrahā vidit & gauisus est, Zachęus vidit illum & excepit gaudens. Abrahā Dñm recepit in hō spūto cū Angelis, & Zachęus cū Apostolis. Ille pergentem in Sodomam, hic transeuntem per Iudęam. Abraham festinans currit & parat conuiuium: hic festinans & parauit conuiuium Abraham stabat corā Deo, & Zachęus stans coram Christo ei loquutus est. Abrahā dedit Dñs benedictionē filij, & Zachęi familię Christus benedixit: nā salus eius domui facta est. Recte ergo Zachęus filius Abrahę nūcupatur, dū morū similitudo in vtroq; ostēditur, Iudęi qui ex sanguine eius erāt, de generabāt Abrahā: & hic alienigena imitationē morū factus est filius eius. Melius enim est vīribus esse plenū, quā ab illustri prosapia ortū ducere. Potius namque appellandus erit Zachęus filius Abrahę, quā Iudęi: cū suis operibus malis ab ipso patre Abrahā degenerat. Ideo Dñs eis dixit. Si filij Abrahę estis opera Abrahę facite. Ex quo loco discet vt si te ipsum laudas de maiorū stemmatis, imitari etiā te oportebit maiorū tuorū facta: vt vel sic similitudo illis fiat, ex quorū sanguine originē ducere

Exo. 3.

Exo. 40.

Numer. 16.

1. Reg. 5.

1. Mach. 2.

1. Mach.

2. Mach.

1. Mach.

1. Mach.

Gen. 11.

1. Mach.

Act. 10.

Rom. 9.

Rom. 14.

Act. 10.

cere affirmas. Si autem generis natalibus obsecutus es talia facito opera, vt id nomen eōa sequaris quo tui maiores claruerunt: nā hęc ceterę melior nobilitas est, quam ea quę a maioribus duci potest. Sed quia de his in tertio capite diximus, alia modo consideremus. His igitur verbis quę Christus loquutus fuit Zachęo soluitur illa magna quęstio quę Apostolorum tēpore orta fuit: an ad gentes etiā pertinere salu. Christus namque in hoc loco breuissimis verbis ostendit illos solum filios Abrahę nūcupari, qui eius fidem & pia opera sectantur: sicut Paulus & Iacobus qui ob hanc causam veri filij Dei ascribuntur. Paulus enim ad Romanos inquit. Nō omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitę: nec qui semen sunt Abrahę, hi omnes filij (sed in Isaac vocabitur semen) id est non qui filij carnis, sed tamen filij Dei. Sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine: hoc est qui ex promissione facta Abrahę regenerantur in Christo. Et iterum ait. Abraham pater eorū est, non solum qui sunt ex circumcisione, sed etiam eorum qui sectantur vestigia fidei Abrahę, & eius fidei, quā hic habuit, nondum circumcissus. Sicut enim Abraham nō circumcissus credidit in venturum Christum: ita & Zachęus non circumcissus credidit in presentem Christum. Quoniam Iudęi hęc non intelligebāt, sed omnem iustitiā externis meriebantur cultibus, Zachęum fratrem suum non agnoscebant: sed potius in dignum illum reputabant, cum quo vir bonus aliquod commercium habere posset. Nec mirum nobis videatur hęc fieri a pharisęis & Iudęorum vulgo, quando videmus Apostolos post accepit Spiritum sanctū difficulter & grauius Gentiles ad confortium fidelium admittere, vt in Actis Apostolorū habetur. *Veni enim filius hominis quere. & saluum facere quod perierat.* Hęc dixit Christus vt seipsum & Zachęum excusaret. Ex parte Zachęi iam responderat, dicens filium esse Abrahę: ex parte vero sui ipsius, dicens hoc esse suum munus, nā ad hoc venit vt saluum faceret q̄ perierat. Est igitur litera sensus. Vos Iudęi mihi calumniam paratis eo q̄ ad publicanum & ethnicum diuertim: sed ethnicus non est qui fidem Abrahę habet: & qui fidem suam sanctis operibus confirmat Zachęus talis est, ergo immerito accusor, q̄ ad ipsum diuertit. Quod si hoc vobis persuasum non est, & existimatis eum improbū esse: sciat igitur me ad hoc venisse, vt saluum

facerem quod perierat. Et non solum in hoc loco, sed sepe alibi Christus seipsum excusauit, vt in conuersione Matthei, & quādo murmurabant Pharisęi, quod Christus suscipiebat publicanos & peccatores. Vide ergo & tu, quod quęmadmodum Zachęus, ita te ipsum Dominus querit & vocat, si tu volueris salutem cōsequi: nam Zachęus ita potuit, quia voluit, cum & alius idcirco non potuit, quia noluit. Ita enim velle efficit posse: vt efficit nolle, non posse. Maxima est volūtatis vis, quę efficit, nos posse quod volumus: & non posse, quę nolimus. Idcirco nemo poterit excusari, quasi voluerit & non potuerit: cum constet eum idcirco non potuisse quia noluit: vt nolens volentis exemplo damnetur, & volens voluntate propria, quia impleuit quę voluit remuneretur. Queramus igitur eum, qui tanta sollicitudine & diligentia nos quęsiuit. Querite Dominum (ait Elaias) dum inueniri potest, & inuocate eum dum prope est. Et Psalmista. Querite Dñm & viuēt anima vestra: querite faciem eius semper. Examinus a domibus nostris, hoc est ab amore proprio cum Zachęo, & fugientes turbam & strepitum mundi, terrena omnia cōtemnamus. *Hęc illis audientibus, ad hęc dixit parabola: eo quod esset prope Hierusalem & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur.* Putabāt Iudęi regnum Christi esse tēporale, & Messiam in lege promissum temporaliter esse regnaturum. Legerant enim in Elaias. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum. Et in Hieremia. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: In diebus illis saluauit Iudęas: & Israel habitabit confidenter. Sed, has prophetias nō intelligebant, nec interpretabantur de regno Christi spirituali, qui regnat in cordibus fidelium: sed de regno tēporali, quale habuit Dauid, Salomon, & alij reges Iudęa. Sperabant enim suum Messiam, solum locaturū in regia ciuitate Hierusalem. Hęc si recte obseruaueris facile intelliges, quare Lucas noster tā diligenter scripserit, quo loco & tempore Christus sequentem parabolā dixerit. Nam si negotium altius alta mente contemplari volumus tria inquit, Primum dici Christū venisse ad saluandum quod perierat. Non autem loquitur de ciuitatib; oppidib; aut castris Iudęorū recuperandis: sed de animabus redimendis.

Matth. 9. Lucę. 15.

Esai. 55.

Psal. 68.

Esai. 9. Hier. 23.

Secundo erat Iesus prope Hierusalem, non ut inde fugeret Herodem aut Pilatum, non ut ibi solium suum cōstitueret; sed ut ibi post multa opprobria & flagella, turpissima, & ignominiosam mortem subiret. Tertio Iudei putabant Christum in breui manifestaturum regnum suum ut qui per miracula & signa in dies magnificenter suam potestatem ostēderet, iamque ascenderet ad ciuitatem regiam. Quod si Iudei adhuc cęci manifestationem regni Christi querunt, aperiant oculos cordis sui & fide videant, quomodo potentissimus iste Rex in cruce moriens, eum vicit, qui mortis habebat imperium. Et de tali sui regni manifestatione inquit. Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Et ipse Christus iterū. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. De huiusmodi manifestatione regni Christi etiā loquitur Paulus ad Colossenses scribens: quod Christus deus quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat cōtrarium nobis, & ipsum tulit de medio attingens illud cruci: & spoliās principatus & potestates tradidit cōfiderē palam triumphans eos in semetipso. Hactenus Lucas nūcū vero Christum Dominū auidiamus *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquā*. Sciens Dominus quam praposte rē & inutilem tenent de regno eius voluit hac parabola indicere, se non veniſſe in carnē, ut aliquem cōdemnet, vel ut vi opprimat: non enim misit Deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Sed in fine se venturum sumpturum rationem factorum nostrorum, & de omnibus bonis in nos collatis. Tūcque instare tempus in quo serui inutiles & pigri supplicij sunt afficiendi, frugi vero remunerandi. Interim tamē admonet ut omnes & singuli munus suū recte exequantur, & acceptis beneficijs vtantur commode & in vtilitate proximi. Itaque hęc parabola duas partes continet, prior est de Iudeis pertinacibus & incredulis, qualem scilicet reportati sint penam propter Messiam contemptum, minime cognitum nec susceptum. Altera pars huic inserta per occasionem de seruis bonę vel malę fidei, quam scilicet mercedē vtique reportaturi sint a Domino. Hic igitur scopus est totius parabole. Igitur homo hic Christus est. Nobilis autem est siue diuinam, siue humanam naturam atrederis. Iuxta diuinam quidem, æternus Deus est: iuxta humanam vero ex regali progenie

Dauid. Dicitur autem in regionem longinquā, per corporalem abſentiā proficisci. Exit enim aliquando inter homines conuersus & predicauit: postea vero refertens a mortuis, in cęlū quod nobis regio longinqua est euolauit. Hoc conuenit Christo secundum naturam assumptam: quia secundum deitatem vbique est, & discipulis dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē seculi. Sed ad quid abiit, *Accipere sibi regnū & reuerti*. Quale rogo regnum? Regnum sane celeste ac æternum: quia super omnes Angelorum choros ascendit. Dicitur vero reuerti propter secundum aduentum, quia in die nouissimo reuertetur, & in hora mortis cuiuscūque etiam ut vniciue iuxta opera sua mercedem reddat, ut in Apocalypsi habetur. Ecce venio cito, & merces mea mecum est dare vniciue secundū opera sua. *Vocauit autem decem seruis suis, dedit eis decem minas*. Vniciue enim secundū sua merita, seu capacitatem tribuit. Hinc ait Paulus. Alijs per spiritum datur sermo sapientię, alijs sermo sciētię, alijs gratia sanitati, alijs opera virtutum, &c. Porro mina dictio est Gręca, Latine vero dicitur mina, pōdus duodecim vniciarū & dimidię significans: centum enim drachmis appenditur. Per has sane euangelicas minas bona quę nobis largitur Deus, intelligenda veniunt: quę quidem bona quintuplicia sunt. Externa primo ut opes, honores, amici corporis, &c. Secundo, ut nobilitas, valeritudo decor, & id genus alia. Tertio vero animi bona qualia sunt scientię, quę quidem naturalia bona vocātur. Quarto autē gratię sunt gratis datę, quę recensentur a Paulo dicente ipso. Vniciueque datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: alij quidem per spiritū datur sermo sapientię, alij autem sermo sciētię secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitati in eodem spiritu, alij operatio virtutū, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hęc autē omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Quinto demum gratia iustificans est cum omnibus virtutibus infusis. Hęc duo vltima bonorum genera (ut plane constant) supernaturalia sunt: tria vero priora non proprie Christi bona appellanda existimo: quia propter cū ipse Dominus Optimus & Maximus regnum suum ex hoc mūdo non esset aperte asserat, nec opes mūdi huius inter sua bona cōputantur.

Ioh. 19.

tantur. Propriē igitur mnam nomine non hic temporalia bona significātur: licet ad predicandum populo nihil erit incommodi si talenti nomine talia nuncupentur. Quintū deinde gratiarum genus mina dici non debet: quia gratia iustificans cū virtutibus infusis nō datur in aliorum vtilitatem: sed in illius solū qui accipit commodum. Et licet in his vti nomine mina liceat: proprie tamen loquendo, nomine mina ad quartum genus bonorum arctandum est. Cum igitur pateat Dominū seruos suos vocasse eis quę bona sua contulisse, facile intelliges omnes seruos vocatos, omnibusque talentum aliquod concessum fuisse. Nullus est sane Christianorum cui mina aliqua data non sit: sicut nullus est qui seruus non sit. Vide ergo quod id quod accepisti, domini bonum est: & tale est. Si autem domini bonum est, non potuit non esse pretiosum. Huius seculi principes, vilia inter bona sua nuncupare agre ferūt. Si vero aliquid ipsis delectabile habent, id quidē pluris faciūt: & de eo ipso quod suum est magnum ac pretiosum existimant. Itaque diuisis minis inter seruos, *At illis Negotiamini dum venio*. Negotiatio hęc spiritualis est, & bona quidā. Quanto enim his Dei bonis laboramus, cum etiam seruiamus: proficimus proximis, illis seruientes eis beneficijs quę nobis a Deo data sunt. Negotiari, operari est: finis enim moralis philosophiæ & ad quod ipsa tendit, potius est facere, quam scire. Quid tibi prodest rogo diffinitionem virtutis percipere, nisi ipsam profus virtutem sequaris? Non in sermone regnum Dei est, ait Apostolus: sed in virtute. Et Aristoteles. De virtute inquit scire, sat non est: sed enitendum est ipsam habere. Ideo Dominus non dicit hic discite dum venio, sed negotiamini dum venio. Bona quidem scientia, sed debet esse cū virtute copulari. Malum enim limum per se nec comeditur, nec vtile est: sed cum perdice aut alio huiusmodi cibo. Similiter scientia per se sola, absque virtute inquam scientia inutilis est: sed virtuti admixta magnam habet vtilitatem, & virtutem ipsam reddit suauiorē, ac illustriorem. Negotia sane ad quę Deus nos inuitat dum ait negotiamini dum venio, opera sunt honesta: & actiones virtutum. Tempus autem quo viuimus, tempus inquam vite præsentis: vsque ad secundum Christi aduentum, tempus negotiationis est, & tempus merendi. Hinc habes quę secundum Christi aduentum finem imponit ita

Matth. 13.

Apo. 2.

Eph. 4.

1. Cor. 12.

1. Cor. 4.

Bibic. 1.

tui meritorio: ideo dixit negotiamini dum venio, nam postea nullum erit tempus negotiandi aut merendi. Post mortem enim non erit locus merēdi, nec demerēdi. Ioseph in *Ægypto*, diuitiarum & abundantię tempore, in recondito ad famis tempus, panem tum aggregauit tum vero seruauit: quod quidē *Ægyptij* facere nescierunt, cuius rei gratia obniam ac vrgentem famem bona sua venderunt, & seiplos etiam regis imperio in seruos tradiderunt. Si autem *Ægyptij* illi prudenter se gessissent considerare debeerāt nō sine causa œconomos, illos Pharaonis tām tritici copiam tanta cura ac studio congregasse, idque in locis ad obseruandum cōsuetis reposuisse: quorum exemplum moniti hoc ipsum facere debuissent. Tamen tunc temporis *Ægyptij* penuria venturę ignari vacui remāserunt, postea vero necessitate famis perire cōgebātur. Quapropter age ergo modo & cōsidera totum huius vite spatium tempus esse opportunum satis ad augendum opes & diuitias congregandas, in quo etiam quilibet fidelis ditari ac locupletari poterit, & in vitā perennem thesaurizare atque mereri. Quod si modo prætermiseris & tempus in aduersum consumpseris, famis tempus adueniet quo quidē nihil nec aggregare, nec mereri valebis. Quocirca diligenter modo labora, ne forte cū velis, iam non liceat. Vnde Paulus vtile *Corinthijs* ait. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: in omnib⁹ exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, in tribulationibus, in vigilijs, &c. Fideiū quippe hominum vita nihil aliud, nisi per pectus labor & continuum negotium ad cōsequendam vitam æternam existimanda est. Solliciti vero emptores & mercatores non in vno atque eodem viuunt loco: sed vbique terrarum solliciti, atque inertes de suis agūt mercibus atque negotijs. Itatu nō sine magno labore putes salutem cōsecuturum. Ne ociosus sis, cum te saluum esse oporteat: id ipsum sane lachrymis, orationibus, gemitibus, vigilijs, & alijs muneribus & graijs quę accipisti a Deo contendere debes: quę si in seruiendo Deo secundum ingenium & gratiam tuam, & in vtilitate proximi exercueris, optatissimū quidem exitum impetrabis. Tempus autem hoc negotiationis huius vite in quo laborandum est, breue esse concernit. Volat enim aras: tempus vero ventura glorię accedet, quādo perpetuo requiesces. Huius vite autē tem-

Gen. 41.

1. Cor. 6.

2. Cor. 5.

pus totū in labore ac negotiatione dicta positum est: cū in venturum tēpus, nec merendi, nec demerēdi vti diximus oportunitas cōcedatur. Sic Paulus Corinthios monet dicens. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonū siue malum. Expēde quod nō dicit extra corpus, sed in corpore: quia quilibet factorum suorum rationē redditurus est prout gessit in corpore. Beatis quidem in cōlo propter amorem quē erga Deū habent, gloria non augetur: nec cōdemnatis similiter propter offensas Deo illatas pœna augetur. Nullus quippe istorū, nec in merendi, nec in demerēdi statu est. Duo equidē si bene cōsideratur Christus hic nos docet. A Ierū quōd negociemur: alterū vero, dū ipsi venerit. Ponit enim mensuram & mētam tēpori negotiationis, quā in hac vita agere debemus: quod quidem arctat ad tempus huius vitæ. Ideo quē in vita præsentī negotiaturus es, cum in futura nec mereri quidē possis. Sed cur Dominus post huius vitæ cursum præmio non donat: nisi ea opera quæ à nobis viuētibz facta probātur? Quia diuinæ prouidentię placuit huius vitæ opera esse donanda: non tamē quæ in futuro seculo fiant. Non quia opera huius seculi præferri debeant illis quæ in futura gloria sūt: sed quia vt diximus diuinæ placuit prouidentię, quōd a ppositissimo exēplo ostendam. Nōnulla reperies oppida, loca, & castella, eaq; villa & infima, in quibus ex beneplacito regio mercatus & nūdiq; à certo in certum tempus celebrātur. Concessio tamē priuilegio & libertate de solutione vētigalis q; ratione emptionis & vēditionis debetur (sunt certæ aliquæ huiusmodi nundinæ in nostra Hispania) multi tam emptores quā venditores vndique ad commercium (vt tātō gaudeant priuilegio) libentissime conueniūt & affluunt: quibus durantibus quicquid de mercaturis & supellestilibus volueris facile inuenies. Finitisq; nundinis, & finito priuilegio, nihil prorsus simili precio in oppido parui momenti inuenies. Quæ rogo causa est? Nūquid pecunia minoris est valoris, quā antea? Non sane, sed eiusdem. Ergo non ex eo sed ex defectu mercis, atque mercatus id prouenit: quia mercatio confecto sterilitas & inopia oppidi subsēcuta est. Sic sane anima nostra sicut sterilis est vicus, iuxta illud Prophetæ. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sed ea est Dei bonitas & misericordia quod nobis à primo

Psal. 143.

vsu rationis ad mortis vsquet tēpus & vltimū instans vitæ nostræ priuilegium emendi & vēdendi & negotiandi, ad futuram gloriam cōparandā concessit. In hoc autem ratio aliqua reddenda non est, nisi quod diuinæ voluntati bona huius vitæ opera acceptare & in futura gloria huiusmodi bona opera remunerari placuerit. Facta vero illorum qui diuino regno interfunt, minime dono affici Deo placuit: quemadmodū diximus regi tēporali visum est hoc mercati priuilegium huic loco & vico tanto tempore esse concedendū. Quamobrem post hunc vitæ cursum nihil mereberis: non propter defectum bonorum operū: sed quia mercati tempus præterijt. Antea vero quam prætereat & finiatur dum lucem habes diligens esto mercator: & quoniam regnū cœlorum vendibile est, mercatorum & agentium more agendū est. Mutuabis hic si lucrū in futurū ex opas facultates & opes tuas, pro paupertate: nolum, pro lachrymis: gloriam & requiē, pro persecutionibus: voluptates, pro laboribus: & saturitatē, pro fame & ieiunio. Finito enim huius vitæ spatio etiā si instar maris aquæ lachrymeris nihil glorię pl' hoc ideo impetrabis: & quāuis dolores inferni maiores sine modo huius vitæ doloribus sunt, tamen illic nec demerito nec merito locus relinquatur. Quo fit vt si in hac vita centesimā parte minus laborum inferni poenituerant dā natum propter Christum, credere placet illū vitam cœlestem hoc dolore esse cōsecuturū. O felix vitæ tempus, in quo sine magno labore possumus vitā æternam obtinere. In hac autem vitā paucis laboribus pro Christo susceptis, multum sane mereri poteris. At plus eligis in infernū descendere, quā propter Christum moderatos aliquos hic ferre labores: nā ipsis confectis de facili ad optatā metam peruenies. Hic enim paucis elemosynis erogatis & exigua tolerata fame, paucisque vigilijs & arumnis, negotiari, & cœlesti regnū mereri potest. Quapropter animaduertas velim Christum dicere, negotiamini dū venio: quia postea negotiādi tēpus non est. Si tanta quantitas tritici copia in foro daretur, vt argēto vno viginti tritici modios emere potuisset, & post octo dies tanta esset penuria, vt si centum pro singulis granis daret, inuentu essent difficillima: stultum quippe esset emptionem illam vlioreni tempore congruo non præuenisse. Idē serua dū tu quicquid fidelis in vitæ æternæ acquisitione & negotiatione: ne tibi tempus ad hoc

Esai. 55.

Iud. 75.

Iuan. 15.

Matth. 27.

hoc deficiat, & in tantas vēnias angustias, vbi nec precibus postea vllus locus deur: cū modo in hac vita quæ meritis abundat, vili pretio, hoc est, exiguis lachrymis & paucis laboribus possis æternam vitam emere & mereri. Vnde sanctus Prophetæ. Esaias clamat dicēs. Venite & emite absque auro & argēto: & absque vlla cōmutatione. Ideo prospera, & te laboribus accōmoda, vt futuram vitam negotieris & consequaris: cum aduentum Dñi ignores, nec scias quando mors sit ventura. Exemplū enim præbent volatilia, aquilæ, accipitres, & similia: quæ accelerato cursū & volatu ad prædam se præparant ac discurrunt, id quidē antequam dies euanescat. Considera tandē huius mortalitatis vitæ tēpus esse breue: ideo gemitibus, lachrymis, & orationibus tibi regnū cœlesti captes, necesse est. Vā illis qui nō cōsiderant & tempus penitentię, & dies salutis præterire. Propterant certē ad sepulchrū tēdis: ridiculum ideo est, vitæ salutē non prouidere. Ocius es & salutis propriæ contempitor videtis: age iam laborem ne differas, statim imo sine negligentia vigila, negotiare tibi regnū promissum: nam si in laborando & vitā æternam acquirendo negligens fueris eueniet tibi forsitan quōd Leuitæ cuidā contigit qui vesperi dē Bethlehē profectus precibus foceri de reatus, ad propriam domum non peruenit, sed iuxta Gabaa in tribu Benjamin in hospitio fuit exceptus, & ibi grani iniuria lacēsit. Ideo statim proficisci tibi necesse est: ne precibus mūdi & dæmonis, aut carnis detentus, ad domū cœlestem peruenire nequeas. Quapropter poenitentiam opportuno tēpore agito, & viam cœlestis patriæ tibi munire intēde: ne ob tenebrōsā noctē, mortis inquā occupante in hospitium tartareum excipiaris potius quam ad domū optatā (quæ celū est) accedas. Negotiamini itaque dū venio, dicit Christus: Sed quia in superioribus capite duodecimo in illud estote parati quia nescitis, &c. Plura de his diximus, nunc super sedendum est, vt historiam profsequamur. At ergo Euangelista. *Ciues autem eius oderant eam.* In his sane verbis malitia Iudeorum insinatur, odio enim prosequerantur Christū Dñm, sicut ipse met fatetur dicens. Odio habuerunt me gratis. Tanto odio detinebantur aduersus Christū, vt cruci affixerunt eum: & præterea etiā post mortem Pilato dixerunt. Domine, recordari sumus quōd seductor ille dixit adhuc viuēs. Eccc post mortē seductore vocat: qui nec mor-

tuo Dño odium & iram nondū deposuerant qua illū inique prosequerantur. Nondū enim ira & insanus furor eorū placatus erat. Quis rogo tā immanis & acer est, quis tā dē tātū inimicum odit, q; si viderit illum mortuū, & in patibulo affixum non compatiatur, & fleat: turrita vt ira & odium in ipso prorsus extingatur? Sed isti non ita, imo post mortem ignominiosam Christo Domino illatā nō quiescūt, sed vocant eum seductorem, in quo aperte ostendunt vindicatos adhuc non fuisse. ¶ Perpende etiam quōd homines mali & dānati, atque etiam dæmones ipsi non possunt Deum tanto odio prosequi quin potius cum naturali quodā amore etiam plusquam seipsum diligere. Odio tamē habent ipsū, vt hic dicitur in quantū punit peccata: pharisæi vero filiū Dei oderant, quia eorū peccata arguebat. O diū quippe quodā motus est appetitiuæ potentia, qui non mouetur nisi ab aliquo obiecto apprehenso: Deus autē dupli ceter cognoscit, & apprehēdi potest. Vno quidē modo secundum seipsum cum per essentiam videtur & cognoscitur, secundum quam cum sit ipsa bonitas etiam in abstracto à nullo potest odio haberi: quia de ratione boni est quod naturali ter diligatur. Alio modo cognoscitur Deus per suos effectus cū punit vel cum benefacit: & sic vt benefactor non potest naturaliter odio haberi. In quātum vero Dei effectus reprobant in ordinatē voluntati humanæ per peccatum deprauatæ sicut in inflictio pœnæ & coercitio peccatorū & huiusmodi, potest Deo ab improbis odio haberi. Fur enim & latro nō odit iudicem in quantū est homo: quia hoc est contra naturā: sed odit eum in quantum est iudex, & pœnæ inflictor. Sic isti mūdi Saluator: ē odetāt, quia eorū peccata puniebat: & pœnā pro illis cōminabatur æternā. ¶ Porro Iudæi vocātur hic ciues quia Christus ex eis natus est, & factus est (vt Paulus ait) ex semine David secundū carnē, & sub eadē lege Moſi vivebat, & in vno eodēq; tēplo cōmunicabat, & in eadē patria habitabat: & propter has ciuiū conditiones erāt Iudæi ciues eius. De istis etiā ciuibz qui tānto opere illū odiebant dicit Euangelista. *Et miserunt legationem post illum, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos.* Miserunt legationē quia post Christi ascensionem fidem Christi Euangelicā quæ doctrinā contrarij sunt destrueret, & de orbe deleret. Vnus eorū legatus fuit aliquādo D. Paulus cum accepisset epistolam in Damascū proficiscebatur: Christi

Acto. 9.

Enarrat. in Cap. XIX.

Act. 4.  
Ioan. 19.

stianos persecuturus. Sic etiam in Actis legimus quod adductis apostolis in concilio denūciatū est eis ne omnino in nomine Iesu loquerentur. Nolumus inquit regnare hūc super nos. Sic Pilato dixerunt. Nōn habemus regē nisi Cæsarem. Et cum causam mortis eius posuit scriptam in cruce, dixerunt. Noli dicere rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. O infelicissimi & cæci Iudæi. Maluerunt enim tyrannidem Cæsaris & Herodis tolerare: quam regem Christum, benignum, & misericordem suscipere. Similiter & olim patres eorum maluerunt tyrannidem Pharaonis sufferre & superbissimo regi inferuire, quam parum quid propter Deum in deserto pati, & gaudere optima terra promissionis & dominos esse. Vnde Moysi & Aaroni dixerunt: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Egypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Et timētes Egyptios dixerunt. Melius erat nobis seruire Egyptijs. Multi etiam nunc similes sunt istis, qui preferūt officia dæmonis, & eius vitia, officijs Christo domino omnium rerum opifici debitis: & sic si nō voce, tacite vero in cordibus suis dicunt. Nolumus hūc regnare super nos: sed auaritiā, luxuriā, iram, superbiam, & alia id genus. Maluerunt enim peruertere illi dæmonis tyrannidem ferre; & grauius sibi Satanæ & mūdi iugum tolerare: quam parum laboris pro Christo sufferre. Stultum quidem est vitibus totis virtutem non aggredi; & postea dulcissima Christi conuersatione & regno frui. Reuēntes autem virtutem & bonitatē, laqueis peccatorum subiecti sunt: qui si se ipsos deuincerent, familiaritate & dulci Christi conuersatione gauderent. Nolunt ergo. vt Christus fons vitæ regnet super illos: quinimo turpitudō, libido, immunditia, & peccata, &c. Nolumus (inquit) hunc regnare super nos. Ex eo quod dicit nolumus perpende quod si Christus recedit ab anima illud sane est quia tu recedis ab eo. Malitia enim voluntatis expellitur dominus. Quod si eum vocaueris & bono corde & simplici quaesieris eum, praesto erit: si vero à te discedet, non id ex animo facit, sed quia tu ipse illum discedere cogis. Si uolueris quod Christus regnet super te, ipse regnabit: si autem nolueris recedat: homo certe suæ voluntatis dominus est. Si malus es, tua ipsius culpa est: tuq; ipse malignitatis autor es & si Christus tui regnator non est, id causa

est quia te reluctante nouit. Iure ergo dicitur: Ante hominē mors & vita, bonū & malum: quodcumq; uoluerit dabitur illi. Tuae dānationis causa est, quia tu saluus esse nō uis: si autē dominus tuæ animæ nō praestit, id fit propter contrariā quā opponis uoluntatē. Ex quibus deducitur manifestē causam peccati uoluntatem quidē esse: sine cuius uel tacito uel expresso cōsensu perpetrari maculā peccati, impossibile est. Hoc insinuat cum isti dicit nolumus. Sequitur in contextu. *Et factū est ut rediret accepto regno.* Rediret inquit: ad generale iudiciū intellige, ad quod in fine seculi ueniet Christus accepto regno: quia ante finē seculi totus mūdus conuertetur, iuxta illud Danielis. Dedit ei, scilicet pater Christi potestātē, regnum, & honorē: & omnes populi, tribus, & regna seruiet ei. Sic angeli apostolis in die Resurrectionis dixerūt, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, si ueniet quem admodum uidistis eum ascendentem in cœlum. Dicit accepto regno quia iam erat suum, sed non acceperat eius possessionem: quoniam regni possessionem morte meruit, iuxta illud. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Dicitur etiam quod redijt, ut seruos uideret & examinaret: ut doceat operarios esse uendendos, nam ut in plurimum mercenarij ad oculum experientia testantur feruiunt. Sed mirum ualde est quod omnes seruus ad oculum hominis, & paucissimi ad oculum Dei. Hoc etiam inter ecclesiasticos uidebis: ut si praelatus diuini officijs interfit, ceteri omnes adiuuant & comparēt: sin minus, chorus uacuus & ecclesia deserta existit. Nōne Deus ibi est? Num oculi hominum perspicaces sunt oculis Dei? Cum uero nullum fere uirtutis opus exercent, nisi à praelatis uideri se prius cognoscant: ideo sepius praelatos ad eos accedere, eosq; uisitare necesse est, ut proprijs oculis subditorum ministeria uideant, ut dicitur in praesenti hominem hunc accepto regno redijisse, ut rationē à seruis suis sumeret, eorum quippe quæ eo absente fecerant. Verum licet Deus nos sepe uisitet & praesto sit ut opera nostra intueatur: tamen hæc reuersio de die iudicii, uel de morte ueniens uisusque intelligenda est. Expende quod nō exprimit quanto tempore nobilis ille aduentū suum distulerit: quia filius hominis hora qua uelcimus & qua non putamus adueniet: & ideo. B. Paulus ad Thessalonicenses scribit dicens,

1. Thess. 5.

Luc. 12.

cens. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ueniet. Hoc est ex inopinato: quod clarius in superioribus Dñs dixit. Et vos (inquit) estote parati, quia quæ hora non putatis filius hominis ueniet. Præterea hoc in loco obseruandum ulterius cenfeo uidelet uerbum illud redijt. Redijt dicit, quia in morte siue in iudicio, non potest homo ire ad Deum, sed Deus uenit ad illum: nā mors non est in potestate hominis, sed Deipse enim posuit animam in corpore nostro aufert etiam quando uult, & ideo in iudicio potius dicitur Deum uenire ad hominem, quā hominem ad Deum. Sic de Ioanne dicit Christus. Sic eum uolo manere donec ueniam. Id est, donec ueniam ad eū, per mortem ipsius. Neque enim est in potestate nostra Deo adhaerere: sed ipse potest nos sibi propinquos facere, & hoc est ad nos uenire. Recte ergo Dominus seruos redijt, & uenit ad seruos. Sequitur. *Et insit uocare seruos, quibus dedit potestatem.* Omnes enim adducuntur ad ipsam, in iudicio. Omnes (inquit Paulus) oportet nos stare ante tribunal Christi. Constat ergo nimirum à Deo condemnari nisi prius illum uocet, cuius seruus sibi rediditur est rationem, ut uisusquisque pro se respondeat. Non sic nostri temporis iudices nec praelati, qui in noctem inaudium damnant: & facile detractoribus & murmuratoribus credunt, quorum officium est maledicere absentibus: quod quidem Romani Gentiles suis temporibus minime fecerūt, quod Christiani nunc faciunt. Festus quidem ausus est dicere Agrippæ Regi. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur praesentes habeat accusatores locumque defendēdi accipiat ad abluenda crimina quæ obijciuntur. Ad iudicium itaque uocat seruos suos dominus. Ad quid? Atrende causam. *Ut sciret quantum quisque negotiatus esset.* Hoc est, ut alios scire faceret per iudiciale suam sententiam. Sic scriptum habetur in Exodo. Dixit Dominus ad filios Israel. Iam nunc depone ornatū tuū, ut scia quid faciam tibi. Præterea hæc ratio in morte à quolibet exigetur, ideo ibi sententiā aut dānationis, aut salutis æternæ accipiet: in die autē iudicii ab omnibus generaliter exigetur. Dicitur autem uocare seruos & reddere rationem, ut sciret quantum quisque negotiatus esset ad normam hominum, quia sepe homines qui aliquid seruis suis ad ministrandum committunt ignorant euentum rei illis

Ioan. 21.

1. Cor. 5.

Act. 11.

Exod. 33.

commisere: ideo rationem petunt per quam constet an res sua profecerit uel detrimentū passa fuerit. Deus autem omnia nostra nouit: ideoque nulla indiget inquisitione, nec oportet exigere rationem ab aliquo: & non solum nouit quis dānandus, & quis gloria dignus sit, sed etiam quanta gloria, uel quanta dānatione, & iuxta hoc quod de singulis nouit iudicat eos, & hæc est ratio quam ponit cū eis. Vnde nullam rationem serui hic reddūt, sed recipiunt conclusionem rationibus suis, cōuenientem damnationem, uel gloriam. Ista autē ratio redditur de libris cōmissis: & quia nullus est à quo in iudicio nō exigatur ratio, nullus est qui mnam aliquam non acceperit: hoc autem de illis qui ad discretionis annos peruenerunt intelligitur. Nam his saltem donū rationis cōmissum est, & tenentur omnes actus suos secundum rationem dirigere. Quod si ab ea quis deuiauerit, mnam suam amittit: licet hic magis signatur efflagitatio rationis quantum ad ea quæ sunt in mala cōmissione. De illis autem qui non peruenerunt ad rationis usum, alius modus rationis est: nam illi nihil potuerunt omittere, eum agere minime uoluerunt: etiam nec cōmittere aliquid mali potuerunt, sed damnantur aut saluantur ex alia radice, nempe ex peccato cōtracto, uel ex gratia collata in sacramento baptismi. Sed ad cōtextum. *Uenit autem primus dicens Domine mna tua decem mnas acquisiuit.* Per hunc seruū intelligitur bonus seruus qui multa à Deo recepit ut sunt doctores, praelati, & prædicatores, qui maiora à Deo receperunt munera: ideoque maiores tenentur reddere rationes quæ populares & simplices: qui non tāta à Deo receperunt dona. Itaque primus dixit. Dñe mna tua, gratiam mihi à te prestita, decem mnas acquisiui: hoc est, copiosum fructum produxit, sicut Apostolus protestatur. Gratia Dei in me uacua non fuit. Obserua autē quod nō dixit, Domine ego cum mna tua decem mnas acquisiui: sed mna tua decem mnas acquisiuit: nimirum omne lucrum in dominum referens, à quo gratiā benefaciēdi acceperat. Gratia enim Dei uir sanctus totum attribuit lucrū, iuxta Apostolum alibi fatentem. Deus autem incrementum dedit. Hominis siquidē est rigare & plantare, & uniuersaliter operas proprias adhibere: ex diuina autem gratia fructus populare & incrementū subsequi est. Docemur profecto in hoc à nostris operibus esse rationem uanam separare, & in solū Deū fon-

1. Cor. 15.

1. Cor. 5.

tem

tem perennem à quo dimanant reducere. Expende etiam quod hoc quod seruus iste dixit, dicitur ad modum parabola: nam in rationibus humanis bene poterat scire seruus quid quid acceperat quod deinde lucratus esset: ideo poterat sic determinate loqui. Circa spiritua- lia vero nemo scit quantum acceperit: quia Deus solus qui bona tribuit est mensurator illorum. Etiam lucrum suum nemo nouit, quia nescimus quantum profecerimus a pud proximum ex talentis nobis creditis, & nihilominus quanta fuerit erga Deum operatio nostra. Ideo nemo potest determinate dicere Deo, tantum accepi à te, & tantum reddo tibi. Item quia in iudicio nouissimo non est cur dicat homo, Domine hoc est quod accepi, hoc vero egi, cum Deus multo euidentiùs id nouerit: sed dicitur hic ad modum humanarum rationum, in quibus qui accipit & expedit tam refert quantitate acceptorum quam expensarum & lucratorum. Sed videamus quid huic bono & fidei seruo Dominus responderit. *Euge serue bone quia in medico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.* Euge illud in hoc loco interiectio est designans affectum commendantis, non inultantis: sicut etiam est in Psalmo. Ferant cõsellum confusionem, qui dicunt mihi euge euge. Bonus autem seruus vocatur quia mnas sibi commissas multiplicauerit & comunicauerit. Bonus enim suapte natura diffusiuus est & comunicabile. Præterea in modico ait fuisse fidele: quia omnia præsentis vite bona, pauca & per exigua sunt cõparatione futurorũ. Demũ in eo quod ait eris supra decem ciuitates in- sinuat quod in gloria & felicitissima illa beatitudine erit in beatis ordo dignitatis: quilibet enim iuxta meritum accipiet præmium. Quia ratione hic qui decem talenta lucratus est super decem ciuitates constituitur, ille vero qui quinque mnas acquisiuit super quinque ciuitates, ut statim videbimus. Itaque per has decem ciuitates spirituale præmium ignotum nobis similitudine sensibilium significatur. Cum enim cœlestia præmia atque præcelsa illa dignitates nostris sensibus remotissima sint, persensibilia & nobis nota designantur. Perpende autem hic, quod laudatur seruus iste, & honoratur positus super decem ciuitates: quia in gloria & beatitudine non solum boni glorificabuntur, sed etiam laudabuntur a Deo, eos que Dominus bonos & fideles vocat. Duplici deinde gloria præmiabũ

tur, scilicet, laude & honore. Sic dicit Paulus. Itaque nolite ante tempus iudicare quoad usque. *1. Cor. 4.* veniat Dominus qui reuelabit abscondita tenebrarum & manifestabit cõsilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Sed quid de alio seruo? *Et aliter venit dicens. Domine mna tua fecisti quinque mnas. Et illi ait. Et tu esto super quinque ciuitates.* Per hunc etiam seruum viri boni & fideles homines intelliguntur: qui susceptis à Deo beneficijs, huiusmodi munera Deo in seruiendo accomodant. Tot talenta posteriores illi non acceperunt, & ita tantum muneris ut priores non meruerunt. Tamẽ hi quod in se fuerat & potentie & virtutis effecerunt, & ita Deo placuerunt, & talenta illis credita auxerunt: ita etiam secundum vniuersum usque; merito quilibet corona donatur. Præmia enim hic respondent meritis: qui vero plus laboris adhibuit, super decem ciuitates collocatur: quia decem mnas Domino acquisiuit, hi vero posteriores serui ideo super quinque præficiuntur ciuitates, quia quinque mnas Domino lucrati fecerunt. Expedit etiam quod omnes isti boni serui constituantur super ciuitates, quia in regno illi cœlesti omnes sunt domini, omnes reges, & dominantur. Sicut in inferno & diuerso omnes sunt miseri, serui, & abiectione per oppositum in cœlo omnes sunt reges, principes & domini. Et merito quidẽ illi qui fuerunt subiecti peccatis, vitijs, & concupiscentijs, semper subditi & captiui sunt: illi autem qui in hac vita passionibus suis, & illicitis motibus coarctati, aliasque preensiones nociuas frenantur, pari ratione dicendum est eos in gloria dominos & principes futuros esse, qui viuẽtes in mortali carne se ipsos subditos fecerunt. Præterea ex hoc loco colligitur, ex fideiũ numero plures saluari quam dånari: nam vnus hic est qui mala reddidit rationẽ & omnia sibi commissa, duo vero bonam reddiderunt & salutem ex eo obrinuerunt. Vna etiam *Lucæ 19.* quis ex centum inuenitur perditaria: ex decẽ *Math. 13.* talentis, ut vnum etiam perditum fuerit: vnus tãdem qui suã mnã malam rationem reddidit. Sed ad malum iam seruũt. deueniamus. *Et tertius venit dicens Domine ecẽ mna tua, quã repositam in sudario habui timui enim te, quia homo austerus est: talis quod non posuisti, & meris quod non seminasti.* Tertius hic relatus imbecillos atque pusillanimos seruos repræsentat, qui se valde imperite de rebus sibi commissis gerunt. Eligunt potius tales abstinere ab omni opere, quam aliqui efficere: quod plerũque

quẽ circa donũ ingenij & alia dona accidit. Qui dũ polsint proximis cũ donis suis prodele id efficere reluctatur, timentes euerum felicitẽ nõ obtenturi. Et hoc malũ est: nec accidit sicut in mna, aut talẽto pecunie, quia in illa si quis abstinerit à negotiatione seruat illã integrã. In donis vero spiritualibus secus est: quia cum sint ad opus in seipsis deficiunt, si nihil per ea fecerint: sicut apparet in habitibz, quos per operationẽ acquirimus, quia si omnino ab operatione cessamus, per cõsuetudinem habitus delentur. Itaque quantum ad parabolã sensus clarus est: sed quomodo verificatur in proposito, nõ satis apparet. Nã hæc duo coniungere difficile est, scilicet, ut donum Dei abscondatur, & quod reddendũ Deo integrũ seruetur. Sed vtrunq; stat simul, nã, velut integrũ donũ Deo se seruire, arbitratur qui illud à contrarijs actionibus custodit, præcepta negatiua seruãdo nulli etiã iniuriã inferendo, & à reliquis actionibus abstinẽdo quæ præcepta negatiua dicuntur. Quãuis secundũ rei veritatem Dei donũ integrũ non seruetur, nisi etiã affirmatiua præcepta de vsu donorũ Dei seruetur: quia dono Dei non solũ contrariatur actio contraria, sed etiã negatio vsus quando vbi & sicut oportet nõ fit. Non autẽ sic est in argento mna, quæ nõ minui per nõ vsum, sed integra manere clarũ est. Ad similitudinem ergo mna pusillanimis seruus existimat donũ Dei esse seruandũ si à malis actionibus abstinẽt, quãuis donus Dei non vtratur faciendo bonum iuxta suũ ingeniuũ à Deo datũ. Ideo ait. Ecce mna tua, &c. Quãdo autem dicit metis vbi nõ seminasti, nõ est querendum quomodo hoc de Deo verificetur, cum falsæ tales estimationes sint. Obseruãdũ tamẽ est quod pusillanimis de Deo huiusmodi cogitationes occurrunt, scilicet quod de *negatiuis* præceptis exacte rigore iustitiæ requirãt: hoc est de cura animarũ, de prædicatione, de audientia confessionũ, & huiusmodi quæ ad bona spiritalia sunt pertinentia: & quod omne periculum perditionis in huiusmodi præceptis occurrat, quod tutũ sit has negationes non subire. Repræsentat iste illos qui cũ defectus suos cognoscere deberet & ex eis veniã petere, in Deũ culpas suas retorquet: quasi Deus præcepta dura dederit & seruatu difficillima, & pinde putãt (sed falso quidẽ) Deũ exigere ab homine quod præstare nequit: sicut circa aliqua mandata aliqui calũniantur. Sed mentiuntur quidẽ, quia Deus minime præcipit quod homo

præstare nõ valet præsertim diuina gratia auxiliõq; particulari adiutus, quod certẽ dñs libetissime petẽti cõfert. Secũdo autẽ ponitur hic dictũ serui huius ad ostendendũ maiora atq; grauiora peccata esse eorũ qui Deũ calũniantur. Nõ enim hi suis peccatis cõtenti sunt, sed peccatorũ suorũ causas in Deũ trãserunt: hoc certẽ manifesta blasphemia est, & peccatum deinde valde aggrauatur, cũ peccati excusatio per peccatũ fiat: quia peccatũ excusãdo, cõmittitur peccatũ. Vocat autẽ hic malus iste seruus dominũ suũ austerũ cum sit dulcis & pius, ex eo quod præcipit malis quæ dura & difficilia sibi ipsi apparent, & quia prohibet quæ eis delectabilia extant & complacẽt. Præterea dicit tollis quæ nõ posuisti, hoc est, plus requiris quã cõtulisti: & metis quod nõ seminasti, id est, quod nos facimus tibi scribis: ideoq; nolui negotiari. Ista sunt applicationes morales. Intentio enim Christi est contra illos qui pigri existẽtes nihil operantur & ad excusationem suã inertia Deum calũniantur quã si ille iniustus sit petẽs ab eis quod nõ est rationale, & volẽs ab illis talia compleri ad quæ efficienda gratia & virtutes non dederit. Mira huius stultitia qui cũ supplex esse deberet & pigritia propriam fateri & ab ea veniam precibus impetrare: non sic, sed peruerse fecit calũniã patrifamilias imponens, & putat prouidẽti cõsilio fecisse. Sed quid ad hæc dñs? Audi. *Dicit ei dominus Ore tuo te iudico serue nequã* Hoc est, tuo te gladio iugulas. Retorsit enim argumentũ patrifamilias in malũ serui excusationẽ ab eo pro iusta allatam in culpã vertit, iniustamq; ostẽdit. Si nequã hic seruus certo persuasum haberet dñm sic austerũ esse nõ talentũ abscondisset nec ociose gessisset: sed omnẽ impedisset operã, ut vel tãtillũ lucraretur: cur timor illũ à negotiãdo cõhibuit? Torpor & ignauia Sic nos nõnunquã prætexere nescio quas causas solemus, cũ mēs etiã nostra certo sciat rãliter se habere: sicut autẽ aliquãdo potest, ut sic homines decipiãtur, Deus vero nequaquã. Talis quorundam Christianorũ prætextus esse solet. Sed dicit aliquis Ego quidẽ tardo ac agresti sum ingenio, nescioq; diiudicare cuiã parti adhaerere debeã. Talibus Christi verbis facillẽ ego respo- debo. De ore tuo te iudico serue nequã. Si rudior es, ut certo iudicare possis, fiet vt neglectis alteris ad alteros inclines. Quo fiet vt veteribus contẽptis sectis noua. Hanc appello conscientiam quæ spiritu dñi non latet, non malitia

Psalm. 39.

1. Cor. 4.

Lucæ 19. Math. 13.

affirmati- uis

que

malitia potius causa est quā inficitia: nō sectaris quā tibi vera videntur, sed quā ingenio tuo grata esse noscuntur. Vide ergo imo caue, ne dum peccatum tuum excusare: procuras, potius peccatum accumules: causā enim non bona, patrocinio redditur peior. Huic concordat illud Prouerbiorum. Illaqueatus es verbis oris tui. Et illud. Ex verbis tuis iudicaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Vnde apud Iob legitur. Os tuum condemnabit te, & non ego: & labia tua respondebunt tibi. Præterea sic etiam & nunc multi allaqueantur proprijs verbis. Nonne in baptismo promissisti Domine præcepta custodire, & satane renuntiare? Sed quomodo seruās rogo? Proprio sane te gladio iungas: & Dominus ex dictis tuis te iure condemnat. In oratione etiā Dominica quouidie dicis: dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Non tamen vis proximo in te peccanti ignoscere: sed potius odio atque iniuriā, & vindictā illum prosequeris. Ore ergo tuo te condemnas: illaqueatus enim es verbis oris tui. Ita etiam proprio ore sacerdotes & religiosi damnantur qui promissa vota in professione non obseruant: in qua quidem obedientiam, paupertatem, & castitatem promiserunt, non tamen promissa custodiunt. Tuo ore te condemnas, tu ipse in te ipsum sententiam promulgas: & ita Dominus tempore mortis tuæ in te insurgit dicens. Serue nequam, ore tuo te iudico. Et ita Propheta Regius Amalechitam illum damnauit, qui Saulē Regē interfecit: sed se laudauit: cui ad mortem dānatus dixit David. Os tuum aduersum te locutum est dicens, ego interfeci Christū. Domini. Sic Salomon præcepit, vt Semei occideretur, qui cum dixisset. bonus est sermo Regis quo præceperat ne exiret de Hierusalem, contra ea quæ ipse dixerat & approbauerat fecit. Sed de his alias. Ad dit Dominus, vltra sciebas quod Dominus austerus sum, tollēs quod non posui: & metens quod non seminavi. Hoc est, si durum & austerum me putabas: quare hæc cogitatio non te excitauit ad hoc vt cautus, fructuosus, ac diligentius viueres: & traditam pecuniam augeres? Expende autem quod repetit Dominus verba serui pigri, vt ex eis eum condemnet: & est fortis argumentatio, scilicet vt ex illo ex quo seruus se excusabat directe damnetur. Et recte concluditur aduersus eum, quia si Dominus merebat, vbi non seminabat: ex hoc sequebatur

Prouer. 6.  
Matth. 16.  
Iob. 15.

2. Reg. 1.

3. Reg. 2.

tur spectari lucrum suarum pecuniarū, hoc enim est si merere abique; si minatur: vt quis dederit decem & nullo labore adhibito expectet viginti. Sic etiam erat de demario isto, teste eius seruo: quanto enim magis sciebat seruus dominum cupidum lucrorum, tanto magis ad lucra domo ino acquirenda cū omni cura & diligentia tenebatur. Sequitur. Quare nō dedisti pecuniam meam ad mensam? & ego venis vsque. Cum vnus exegisset eam? Hoc est, cur donum gratiæ tibi concessum non expendisti ad aliorum spiritualem refectiōem, instructionem, seu edificatiōem: & ego venis tecum ad iudicium merita & progressus in bono exegisset? Obserua autē quod dicimus dare pecuniam ad mensam: & lucrī facere quan docun que per aliquod donum nostrum proximis proficimus: quia ex eo ab eis quādam quasi vsuram accipimus & augmentum pecuniæ: bonum enim quod nunc proximis impendimus duplicatū in vita æterna in cuiusmodi, duplicatūque vsura nobis reddetur. In illo enim examine, in maiestate, terribili inter Angelorum & Archangelorū choros videbitur Dominus: ibique electorū omnium & reproborū multitudo deducetur, & ostendetur quid vnusquisque fuerit operatus. Ideo Petrus cū Iudæa conuersa apparebit, & Paulus fere totū mundum ducens: ibi Andreas Achaia, Ioannes Achaia, Matthæus Æthiopiā, Thomas Indiam, in conspectu tanti iudicis conuersa præsentabunt. Ibi serui boni & viles cū animalium lucris apparebunt: illi (inquam) qui in vinea Domini diligenter laborarunt orationibus & prædicationibus sanctis Dominicū gregem docuerunt, per viasque rectas deduxerunt. Cum igitur pastor totos cum gregibus suis in conspectu æterni pastoris steterint: nos miseri & inuiles serui quid dicturi sumus qui ad Dominū nostrum post negotium vacui redimus: qui pastorū & doctorum nomē habuimus, & oues nostras traditas non vt boni & probi pastores, imo male & negligenter pauimus? Ideoque redargutio ista acriter & acerbe satisfiet cūtra omnes qui operati non sunt iuxta dona eis tradita: nam omne lucrū ex donis Dei promanans veluti quædā vsura est: & ideo omnes habentes dona illa admodum ne in vanum acceperint, imo vero ad mensam & quantum conferant, id est, cōmunent proximis, qui etiam per illa operentur. Et tunc sine periculo doni poterūt lucrū facere: quia nullū lucrū est quod operando amittatur,

Zachari. 11.

Daniel. 7.

Apoc. 3.

tatur, sed potius non operando. ¶ Rursus obseruandum etiam est quod si tam stricte dñs iudicat & arguit seruū hūc qui vno talēto accepit pro abusus est: quāto stricte & seuetius arguet & dānabit illos qui plura dona acceperint, nepe scientiā, gratiā, prædicatiōem, consulen di, regēdi & gubernandi: qui vt rationales imo veluti animati quādā in lōno, accidia, commessationibus, & ebrietatibus vitā transigunt? Proh dolor, quā multi nostri tēporis prælati qui cum literis & ingenio præditi sint, & ex officio lucecere, & proficere teneantur non sic faciunt: malūt enim suis delicijs & pro volūta te oblectamētis perfrui, quā laboratōis prædictis muneribusungi. Habet enim oculos & lumē scientiæ, & subditorū mala nō videt: nos habet, & nō prædicat: manus, & nō palpāt: pedes, & nō ambulāt: de quibus ad iherā Zacharias propheta in hūc mundū alloquitur. O pastor & idolū, derelinquēs gregē: gladius super brachiū eius: & super oculū dextrum eius. Brachiū eius ariditate sicabitur: & oculus dexter eius tenebre fecens obscurabitur. Quæ nā ratio seu excusatio afferri poterit ab istis eorū munerū & dignitatū quæ sibi a dño tradita sunt ad eius munus lūbeundū: si ita aspere seruus iste pauperculus fuit in examen deductus (vt videmus) & etiā ob malā redditam rationē acriter punitus, qui talentū vnicum susceperat? Et vt animā ductionē in eū consideres quid vltra dixerit dñs audire necesse est. Et sātibus dixit. Hoc est, angelis qui Deo astant ad contemplandū, fruendū, & ministrandū, iuxta illud Danielis. Millia milliū ministrabāt ei, & decies millia cetera assidebant ei. Aferre te ab illo mna, & dare illi qui habet decem mnas. Aferret sane ab illo donum gratiæ sibi collatū. Angeli vero hoc auferunt, quia nō impendūt hominibus suā administrationē post hanc vitā: vel ostendēdo quod homo iuste priuatur gratia sibi à Deo data. Datur autem habēti decē mnas, quia quāto quis in spiritu alibus bonis plus quotidie proficit: tantō amplius grātia eius augetur, & cunctæ eius virtutes perficiuntur. Nā gratia bono ipsius vsu meretur augeti, vt aucta mereatur & perfici. Aduertendū tōmē quod talentum nō datur quo ad vsum quia iam non erit tempus mendi nec demerendi, sed quo ad gaudium: gaudebit enim in sibi in cœlesti patria non solum de bonis Dei in seipis, sed etiā de donis Deialijs collatis, iuxta illud. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuam. Præterea

hæc mna ab illo ablata datur non solū habēti decē, sed etiā habēti quinq; & vere sic est quā ita datur vni quā datur omnibus Communio enim gaudij de vno & eodē, nō minus gaudia singulis. Demū gratia ab vno auferri, & alteri dari asseritur non quod eadem numero sicollatur & detur: cum accidens ab vno subiecto in aliud migrare non queat: sed quia in specie similis sit confertur & fructum gratiæ quæ vnus si bene vixisset consequeretur, cōsequitur alter: Angeli vero dant talem gratiam alicui disponendo, & cooperando, seu illuminando vel impetrando. ¶ Duo tamen hic obseruanda sunt. Primo quida accidia homini auferat: auferat quidem bona gratiæ homini pigro, & bona gloriæ. Bona gloriæ quia illa solū promittuntur viris strenuis & vigilantibus: beati enim sunt serui illi quos cum venerit dñs inuenerit vigilantes, quia regnū cœlorum iuxta saluatoris sententiā vim patitur & violenti rapiunt illud. Sic iste qui laborare renuit iuxta gratiam sibi à domino datam, & regno cœlorum excluditur. Paulus quidē istorum pigritiam detestatus seruū diligentem se septa stant, qui dixit de se. Gratiā Dei in me vacua non fuit. Imo ipsa mouente diligenter operabatur: atque ideo addidit statim. Sed gratia eius semper in me manet. Ideo si vis quod gratia Dei in te maneat, & quod nō auferatur sicut à seruo pigro operare, & omnibus modis vtere ea. ¶ Secundo expendes, si à Deo dura ratio ponitur cum eo qui non duplicauit quod acceperat vnicū talentū quāto durior ratio erit cum his qui nō decem mnas multiplicauerūt: & quāto durior cum eo qui aliena auferit: si tam stricte iudicatur qui cum mna vel mina sibi data aliam sibi lucrans nō exhibet? Deniq; vt concludam hoc vnū summo perere est aduertendū. Videmus quidē nos dño negotiari: sed cetero nobis cedūt negotiatiōis lucra: & dño hostias offerre videntur, sed tamen nobis offerentibus tribuunt. Deus enim nullo indiget: sed nos diuites esse vult, & nostrum desiderat per singula quæq; profectū. Obtulit Deo Abraham filium suū gaudens: sed illum accepit incolumem, & multā plebem & reges cū illo. Sic Iob propter Deū perdidit omnia sua cum Diues esset: sed post modum dupla ex eo recuperauit. Ita si obtuleris quinq; multiplicata in decem tibi ipsi donatur, & tibi conceditur. Negotiādo enim cum donis à Deo collatis nō Deo, sed nobis p̄tis negotiamur: omnis quippe quæstus in nostrum

Luca. 12.

Matth. 11.

1. Cor. 15.

Gene. 28.

Iob. 1.

Iob. 42.



nostrum cedit commodum. Quapropter sequitur viterius in contextu. Dico autem vobis quod omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet auferetur ab eo. Dabitur inquit omni habenti, nisi ei qui habet circa bona accepta operationem adduntur alia: eis vero qui nullum habent exercitium, aut lucrum auferuntur ea quae habent, qui perdesuetudinem quantum ad premium illa perdunt. Clarum igitur est quod qui habet donum aliquod, & in illo se exercet proximis proficiedo, donum ipsum ei Dominus auget, vel alia dona quae illi non erant conferuntur: & hoc quia exercitatio illa prodest dupliciter ad bona seu ad dona per modum dispositionis, & per modum meriti. De primo quidem quia omnis actus alicuius habitus facit ipsius augmentum: & si signatur ex operatione sicut sunt morales augetur effectiue per actus scilicet quod datus augeter habitum & non ponetur aliud extrinsecum agens. Si autem non signatur per actus, sed infundatur a Deo erit etiam augmentum a Deo effectiue, sicut est de charitate. Est tamen actus dispositiue se habens ad augendum illam. In alijs autem donis Dei si per infusionem sunt sic erit: & tunc augmentum per actum non est nisi respectu illius doni cuius est actus. De securdo patet, quia per operationem honorum meremur: & tunc non meremur solum vitam aeternam, sed etiam augmentum donorum. Sicut charitas nutrita meretur augeri, & aucta meretur augmentum illius doni, & etiam acquisitione aliorum donorum, vel augmentum aliorum existentium. Illud vero quod dicit, ab eo autem qui non habet quod habet auferetur: sic intelligendum esse puto. Ab eo qui non habet, scilicet charitatem, nec gratiam Dei gratum faciente, quod habet auferetur: id est, multa bona quae gessit extra charitatem, nam male bona aliquando faciunt. Itaque impius habet & non habet. Habet multa bona opera: & non habet charitatem nec meritum. Si quis viuens multa bona opera exercuit, & motiens non habet aliquas, quia viuendo perdidit illas per contraria operationem, auferetur quod habet. Id est omnia illa non computantur etiam ad vitam aeternam, ac si nunquam habuisset: & ita videntur transire in utilitatem sanctorum & gloriam, agentibus autem minime profunt. Dicitur auferetur, quia Deus auferit quasi violenter quaedam bona quae male fecerunt, vt cedat in gloriam suam: multa enim bona faciunt infideles, & existentes sine charitate Christianorum quae nun-

quam illis profutura sunt ad beatitudinem consequendam: sed Deus illa conuertit in gloriam suam, sicut auctor & dator ita illi denouit. Sicut laudamus Deum qui talia ingenia de dit qualia habuerunt Philosophi, qui tam copiosam doctrinam inuenerunt, etiam Ecclesiae Dei profutura: illis autem labores sui nihil profuerunt si in tartara descendere, abstulit vero Deus fructus illos sine dona ab eis vt nobis seruis suis profint, & propterea ipsum laudemus. Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Hoc ad Iudas pertinet qui dixerunt supra, nolimus huc regnare super nos: vt ibidem vidimus. Et Pilato dixerunt, Non habemus regem nisi Caesarem. De his loquens Hieremias ait. Prauaricatione prauaricata est in me domus Israel, & domus Iuda ait Dominus. Ne gauerunt Dominum & dixerunt. Non est ipse. Hos Dominus adduci iubet ad se, hoc est ad suum tribunal: nam in die iudicii adducetur ibi ab Angelis omnes reprobi, quia in consummatione saeculi (vt Matthaeus scribit) exhibit Angeli, & separabit malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Morte etiam poenitentiae atque misericordiae plebscentur. Faxit autem Deus ne etiam nobis hoc quod de perfidis Iudeis hic iubetur contingat, qui etiam ore dicimus orantes, Pater rosetur qui es in caelis, adueniat regnum tuum: & hoc petentes nolimus Christum regnare in nostro mortali corpore, sed regnat Iatanas, regnat mundus, regnat caro, regnat denique in nobis inuicem: & scelerum multitudo. Nec ignoramus certe Christum dixisse nemini potest duobus de minimis seruire. Similiter & Paulus non potestis mercede Domini participes esse & mensa demoniorum. Cauemus ergo ne nobis supplicium hoc a Domino infum infigatur, ita vt morte desideremus & fugiat a nobis, iuxta illud. Desiderabit mortem, & mors fugiet ab eis. Mors enim (vt inquit Paulus in prima epistola ad Corinthios) depascet eos. Mors depascet misericordiosos, in aeternum duraturos. Et his diebus praecedebat ascendens Hierosolymam. His diebus, hoc est, parabola peractis praecedebat discipulos Hierosolymam, in qua statim passurum praedixerat: in quo docet praeparatos voluunt ituros, atque oblaturos ad mortem voluntate gregis sibi commisi: prout in secundo libro Machabiorum de quodam viro strenuo dicitur. Eleazarus atate procerus gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntate praeparat ad supplicium. Ita nunc Christus Dominus

Joan. 19. Hic.

Matth. 23.

Mar. 4.

Matth. 6. 1. Cor. 10.

1. Joh. 4.

1. Mach. 6.

Es

Et factum est cum propinquasset Iesus ad Bethphage & Bethaniam ad montem qui vocatur Olivetis. Descendit nunc Euangelista noster Lucas quomodo Christus cum ingrederetur Hierusalem processerit obvium ei cum ramis palmarum cantantes, Olfanna in excelsis: pro cuius historia introductionem & ad contemplandum mundum mutabilitatem & leuitatem aduerte quod Salomon ille sapiens, Sapientiam & diuinam ordinationem considerans, & quanta cum mensura & compositione creauerit, & disposuerit altissimus cuncta quae fecerat similitas, cum Deo loquens inquit. Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi. Quod cum ita sit & diuinam bonitatem placuerit tam irrationabilia quam insensibilia ordine & mensura constare: plus multo credibilis est eidem placuisse rationabiles creaturas & homines ad sui similitudinem factos ordine & numero debere consistere. Cognouit quidem dominus hominis conditionem cum quibus in prosperis superbiere, in aduersis vero desperare: & ita omnia quae sub caelo sunt laboribus, felicitatibus, & infortunijs, subdita esse voluit: & in pondere atque mensura collocauit. Ideo Dominus Iohannes Chryostomus super Matthaeum ait. Enim vero misericors Deus mortis rebus iucunda quaeque permiscuit, quod in omnibus sanctis aperte fecisse constat: quibus neque tribulationes, neque iucunditates permiscuit habere continuas, sed tum ex prosperis tum ex aduersis sanctorum vitam mirabilia quadam varietate contexit. Hanc certe veritatem non solum Chryostomus, & alij sancti verum etiam nonnulli ethnicorum & gentilium confecti fuerunt. Nam cum Philippus Macedones eodem tempore faelices nuncios accepisset, duos de victoria parra & tertium de filio nato, sciens quod sollicitum aliquid latet interuenire, Deos rogabat vt alicui moderati castus temperamento fortunae inuidiam minuerent. Ex quo magnum nobis documentum exoritur ad vitam nostram regendam & moderandam: ne forte in nobis fortunae prosperis superbia & gloria efferramur, imo hodie latet & eras tristes de facili posse fieri consideremus. Quocirca vir probus & circumspectus ista perpendere debet, & suam viuendi normam ponere. & mensura liberabit: ita vt ne quin prosperis extollat, nec in aduersis desiciat: imo vitam hanc & quae in ea sunt, incerta, & caduca, & breuia esse putet. Sic quaedam sapiens mulier Dauidi Regi dixit. Sic est Dominus

Sapient. 11.

Chrysom. in Matt.

Reg. 14.

meus rex sicut angelus domini: qui nec male dictione nec benedictione mutatur. Labores certe ita sentimus, quia nos imparatos offendunt: & prospera perpetuo diuturna putamus. Ideo sapiens ait. In die bonorum, memoro esto malorum. Quid nostra hac vita instabilis? Omnia mutabilia & momentanea sunt. Aman ille satis in scriptura notus prosperere viuebat & Regi Assuero propinquus assistebat qui quidem se nimis efferebat & laudabat cum solus regine Hester conuiuia esset: cui quidem eodem die accidit vt suspenderetur. Holofernes etiam Assyriorum ille fortissimus dux cum laeus dormitum iret, mane apparuit iugulatus. Ecce tario autem Ioseph missus in exilium, a fratribus venditus: & in carceribus detentus: praeter opinionem ad magnos efferat honores, & ad vniuersum Pharaonis imperium considerandum praefectus constituitur. Quae & similes historiae nihil aliud nobis significat, nisi omnes huius vitae labores cito finiri: & omnes vitae felicitates, deliciae & voluptates per breue tempus durare. Nostram tadem vitam aperte indicant quod prosperis tum aduersis euentibus esse subditam. Quae enim quod diximus miro ordine Euangelista noster in praesenti declarat historia. Describit enim honorem illum & gloriam qua dominus a populo Hierosolymitano fuit exceptus. Exierunt enim ci obuia cum appropinquaret Hierosolymis cum laetitia & gaudio: sed paulo post ab eisdem in perfectus. Sic etiam in tormentamentis & mundi spectaculis euenire solet. Omnis enim turba ducem & inuictorem turbis & alijs musicorum instrumentis comitari assuevit: sed postea ab hoste superatus & vulneratus, moerens & trillis reuertitur. Ita enim hodie caritatis & laetitia Christus in Hierusalem fuit receptus: tamen postea omnes illum percutientium & blasphemantium relinquit, & miles laecca latus eius aperuit. Quae dupliciter autem beatus Lucas a Iudaeis Christum dominum honestatum totidemque ei ab eis illas ignominias aperte testatur. Primo quidem obuia Iudaei Christo exierunt: quem postea quinque peractis diebus crucifixerunt. Secundo propter Christum omnia Iudaeorum vestimenta fuerunt in terra prostrata: & ab hinc quinque diebus dominum proprijs expoliauerunt, vt nudus crudelissimis flagellis vapularet. Tertio autem viridibus ramis ei occurrerunt: & paulo post caput eius sicis arundinibus plectebant. Quarto denique cantant Iudaei, Olfanna

Eccl. 1.

Hest. 7.

Judit. 13.

Gen. 47.

1. Joh. 19.

Tomy, Mm filio

filio David benedictus qui venit in nomine domini: & quinque post dies clamoribus magnis dicunt, crucifige, crucifige eum. Quid hoc aliud significat, nisi variam & instabile mortali conditionem, nec aliquid firmum aut stabile in vita reperiri posse? Hanc certe temporis mutationem Ecclesia in Dominica in ramis nobis significare conatur. Videbis tunc sacerdotes pulchris indumentis vestitos, albis cerete & festiuis pallijs indutos: processionibus autem finitis nigris vestimentis amictos, lamentatam Christi mortem incipere. Quam obrem has mundi vanitates contemnere nobis necesse est: cum clare constet homines vniuersos & eius honores & falsos & mutabiles esse. Si ab artifice perito domus tua ruina monearis, nonne ab ea statim recedes? Sed dominus praesentissimus ac caelestis opifex nos quotidie hortatur dicens, Coelum & terra transibunt. Et Ioannes. Transijt (inquit) mundus & concupiscentia eius. Quae quidem tria omnium malorum fundamenta & columnas esse dicit carnis concupiscentiam, oculorum, & vitae superbia: quae cum falsa & casura sint securus quidem est ab his recedere & ad stablem Christi viuenti normam confugere. Caue ergo ne mundi machina ruat, & te imparatum offendant & terat. Ne credas presentibus his rebus: cum re vera praesentes appellari illae non debent, quia variables sunt. Omnia huius vitae siue bona siue mala caduca sunt, nec ullam firmitatem praestare possunt, asserente Philosopho. Res non est stabilis quae cum fluxu huius temporis est fluxibilis. Illud praeterea hominem incapacem esse dicimus qui varius & mutabilis est, a cuius consortio omnes fere recedunt. Talis certe mundus iste videtur, & ideo iure parvipendendus est. Si nunc rideret & ludit mundus, ne te ob hoc moueat: alias cito ingemisses, si ei cõsenseris. In naturalibus etiam varietas haec videnda est: nam sol aliquando mane pulcher & rutilans oritur, paulo vero post insurgunt nubila, obscurefcit caelum, tempestates ingruunt, ita vt totus orbis in ruina, & casu positus videatur. Quid aliud est hoc nisi testimonium certum de incertitudine firmitatis & prosperitatis huius vitae? Nondum eius voluptates praesentibus sunt. Christus dominus locupletissimus est testis. Ab eo dilce quo pacto mundus tantorum beneficiorum gratiam domino retulerit, pro salute quidem mortem acerrimam red-

didit. Mutabilis ergo est mundus, & quos nunc claudat, statim vituperat: & postea extollit. Est certe veluti arenae horologii & singularis voluitur horis. Sic mundus singularis horis mutatur. Et quaedam modum superior pars horologii quae plena erat euacuatur, & cum eadem arena pars inferior vacua impletur, & statim inferior fit superior, & ea quae altiore locum occupabat descendit deorsum, nec potest vna impleri quin euacuatur & altera: sic qui antea erant in honore & dignitate constituti opibus & honoribus abundantes atque oblectationibus, omnia amittunt & remanent vacui: & iterum vel alij ad diuitias & honores efferuntur, & hoc alternatim fieri solet. Hanc tandem vitae huius varietatem hancque gloriam fugacem, ostendit praesens historia. Nunc iam singula expendamus. Et factum est cum appropinquaret ad Bethphage & Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti. Bethphage nomen loci est, & est paruulus viculus iuxta montem Oliueti: & ideo dicitur in litera cum appropinquaret Bethphage ad montem Oliueti. Est enim mons ille ex parte Orientali Hierusalem, & venientibus de Ierico versus ciuitatem occurrebat mons iste in medio circa Hierusalem, & quia Ierico sita est ad orientalem plagam terrae promissionis circa Iordanem quae est in parte orientali, cum veniret nunc Iesus de Ierico erat transiturus per montem Oliueti per Bethaniam quae distabat per tria millia passuum ab Hierusalem, & postea per Bethphage quae distabat per vnum milliarem ab Hierusalem. Non desunt qui dicant quod Bethphage erat viculus sacerdotum, qui completo officio suo in templo illuc diuertebant ad manendum: sed hoc nunquam mihi placere potuit. Primo, quia sacerdotes ministrabant distincte per viginti quatuor sortes vel partes, et quae liber fors ministrabat per vnam hebdomadam, quia intrabat sabbatho ad ministerium, & exibat in alio sabbatho, vt colligitur ex quarto libro Regum, & secundo Paralipomenon. Et ita in viginti quatuor hebdomadis, id est in dimidio anni mutabatur omnes sacerdotum vices, quia fiebat omnium ministerium. Quamodo autem illi vice vna fiebat ministerium erant cessaturi per dimidium annum, & non erat necesse redire in Hierusalem, nec ad illud munus quousque transiret viginti quatuor hebdomadae. Ergo non diuertebant Bethphage, quia hoc esset si vna die vel parte ibi essent mansuri. Secundo cum sacerdotes essent

essent diuisi per viginti quatuor partes, & in quolibet parte essent multi viri, cum Bethphage esset paruulus viculus, sicut illuc diuerteret sacerdotes completo officio suo omnes diuertentes: sed impossibile erat eos capi Bethphage, nec plures similes viculi. Tertio patet, quia hoc modo sacerdotes non irent in ciuitates suas: nam eo tempore quo ministrabant manebant in templo, nec discedebant de circuitu eius, erant enim in exedris, & contiguis, vt colligitur ex libris Paralipomenon & Regum: & hoc erat ne sacerdotes diuerteret ad alias occupationes, & potissimum, vt ad proprijs vxoribus abstinerent. Zacharias autem pater Ioannis cum sua obtingeret fors & ministraret paruus illi Angelus, & completa hebdomada abiit in domum suam: ex quo patet quod quamdiu ministrabant non poterant exire de templo. Si autem completo ministerio diuerteret in Bethphage, vt ibi maneret: quousque iterum ministrarent, nullum esset tempus ad redeundum in propria, & ita superuacaneum esset proprias habere ciuitates. Sed haec falsa sunt quia leuitis & sacerdotibus datae erant octo & quadraginta ciuitates siue oppida: & ex istis erant tredecim quae pertinebant ad solos sacerdotes, ceterae autem ad Leuitas, & illae tredecim vt habetur in Iosue) erat in tribu Iuda & Simeon. Et in eodem libro Iosue dicitur quod Eleazar summus sacerdos filius Aaron sepultus est in Gaas ciuitate quae data erat ei in monte Ephraim. Cum autem haberent sacerdotes ciuitates & suburbia in quibus manebant, consonum non est quod finito ministerio reuerteret in Bethphage. Quarto Zacharias completo ministerio officij sui abiit in domum suam quae non erat in Bethphage, sed in montana Iudae, quia ibi salutaui virgo Elisabeth: Bethphage autem non erat in terra Iudae, sed in Benjamin, quia distabat milliario vno ab Hierusalem, & Hierusalem vt habetur in libro Iosue) est terra Benjamin: nec Bethphage est ciuitas, sed viculus paruus, nec erat in montana, sed in latere montis Oliueti. Ergo Zacharias non habitabat Bethphage, nec sacerdotes illic diuertebant, nec ad sacerdotes pertinebat Bethphage cum non esset de tribu Iuda & Simeon. Sed de his satis. Nunc vide sicut enim ille agnus cuius immolatione Aegyptus tanderit perijt, & Israel liberatus fuit: decima die tollebatur a grege, seruandus vsque ad quartam decimam diem, in cuius vespera immolabatur: sic verus ille agnus Christus qui sua immo-

lacione praestitit quod Moses haecenus non poterat, sicut quartadecima die immolari cepit, sic decima die locum passionis intrauit. In hoc Christi magno ingressu & spectaculo credendum est agricolae plurimos iuxta Hierusalem habitantes in vicis & castellis offerre ista die agnos decima quarta sacrificandos luna. Considera etiam Christum dominum agnum venturum ad sacrificium festinantem: oblatum enim est, quia ipse voluit cuius sanguine pretioso a seruitute demonis ereptus sumus. Igitur cum accessisset Bethphage, vide quid dicat Euangelista. Misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum, quod contra vos est: in quod introeuntes inuenietis pullum asinum alligatum, cui nemo unquam hominum sed, soluite illum & adducite. A postolis & sacerdotibus incumbit soluere peccatores brutorum more suis sceleribus alligatos: nec enim velut rationales & a Deo ad ipsius imaginem & similitudinem procreati ratione vtuntur, sed appetitibus suis irrationabiliter gubernantur. Hos igitur soluere sacerdotis est officium, iuxta illud. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Nunc autem quibus alios soluere demandatum erat, iude archius scelerum vinculis constringitur. Quid igitur? Nec enim bruta quaedam extricare & enodare recte possunt aliorum brutorum nexu: sed manus & digiti hominum ad nodos & filiorum implicationes soluendas requiruntur. Maximè expedit vt praestet merita, virtutes, & sanctitatem quibus optimi sacerdotis & ornari & commendari debent, acce habent iudiciu, acuta mentis acie, non mediocre literarum peritiu: quibus quos ligare quos soluere debeant, facile dignoscant. Quot tamen horum inopes & pene nudi in Dei Ecclesia sunt sacerdotes? Ceterum de his aliis. Qui faciunt hi duo discipuli sacrae literae non exprimitur, ac, p. inde non liquido constat. Quod tamen per castellum in quod mittebantur non intelligitur Hierusalem certissimum est: tum quia Hierusalem conspici nequit a Bethphage, in qua Christus erat: est enim Hierusalem in medio oliuaru monte: at Bethphage ad latus meridianu eiusdem montis sita est. Deinde qui castellum non munitu locum, non muros, non turres, sed rus, vicu, seu pagum significat, vt iam sepe diximus. Praedicabat Iesus per ciuitates & castella. Ihesus, per ciuitates & vicos. Erat itaque quidam pagus, qui ab illo loco, in quo Christus erat conspici & digno poterat demonstrari. At ergo Dominus, Ite in Castellum, quod contra vos est.

Luce. 21. 1. Ioann. 2.

Nam.

1. par. 11. & 25.

4 Reg. 20. 2. par. 11.

1. par. 9. & 2. par. 21. & 23. & 4. Reg. 20. 11. Luc. 1.

Name. 35.

Iosue. 27. Iosue. 24.

Iosue. 18.

Exod. 12.

Esai. 53.

Ioan. 20.

Matthae. 4.

Hoc est, quod corā vobis est: contra enim raro significat coram, id est, è regione, seu ex opposito. Vnde Poeta. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenere coloni. Carthago Italiam contra. Et regius propheta. Peccatum meum cōtra mē est semper, id est, coram me est semper. Hoc est multis, constat translationibus: sic etiam Augustinus legit. Igitur David semper cogitabat & ante oculos statutum habebat qualiter Deum offendisset, vt ex ipsa cogitatione summisionis fructum perciperet. Ita in Ezechiele legimus. Ponam cōtra te abominationes tuas. Et in Ecclesiaste. Si humiliauerit se contra te. Et apud Matthæum. Sedentes contra sepulchrum. In psalmis etiam. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quasi dicat. Ostendam tibi flagitia tua, & statuam coram te: vt ipsa possis cernere. Duos vero discipulos mittit sicut ad prædicandum binos miserat, vt sic societatem & proximi dilectionem magis cōmēdaret. Porro Lucas hic solius pulli mentionem facit, in cuius sententiā subscribunt Marcus Ioannes, Matthæus tamē asina & pulli meminit: inter quos nulla est repugnantia ambo enim fuerunt adducti. At tres Euangelistæ solius pulli meminere, quia Christus in pullo tantum equitavit, vt hi Euāgelistæ aperte testantur. Cæterum Matthæus de asina mentionem fecit, quia allegauit Zachariam prophetam vtriusque meminentē. Si igitur Matthæus vtrumque non poneret, allegario narrationi dissonaret. Tres ergo Euāgelistæ narrationis: Matthæus autem prophetæ rationem habuit. Aduertendum vero Zachariam à solo Matthæo & non ab alijs fuisse esse quatum, quia solus ille Iudæis Euangelium hebraice scribat, vt illi Messiam sibi, per prophetas promissum expectantes, ac nil aliud quam quod in scripturis, quibus multam fidei tribuebant considerantes cum cui illi consonarent, in Messiam recipiendum arbitrarentur. Quam ob causam Christus ipse citabat etiā non raro scripturas in testimonium contra suos deos, illi quod dicitabat, vt viderent num scripturæ ipsius factis concordaret: vt videre est apud Ioannē. Scrutamini (inquit) scripturas, in quibus vos putatis habere vitam æternam: quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibēt de mē. Hanc igitur ob rationē citabat Matthæus scripturæ testimonia quoties ad Christi gesta faciebant: vt sic Iudei, quibus scribebat, facilius ad credendum inducerentur. Cæteri autem Euangelistæ non Iudæis, sed alijs genti-

bus ad Christianæ religionis cultum conuersis fidei doctrinam Græcis literis prodiderunt: qua de causā non magnopere enarratū afferre in medium scripturæ testimonia ad probandas res à Christo gestas, nisi forte ad id scripturæ facere videretur. Ad doctrinā autem nostram tria hic sunt notanda. Primum, Christum vltro accessisse ad locū in quo pro nobis acerbissimam mortis crucem subiret. Vnde nos tanti magistri ducti exemplo crucem nostris humeris impositā: id est, labores, & aduersa omnia sponte & patienter ferre discamus. Deinde ex hoc contextu scimus euidenter nihil eorum quæ aguntur Christum latere. Quamobrem ita nostram viuendi rationē instituamus, & nostros efringamus mores: vt eius oculos minime offendamus. Si enim cogitaremus nos vel minimatum cogitationum dīctorum & factorum Deum ipsum testem habere oculatū proculdubio nihil vnam, vel in Deum, vel in proximum impiè moliremur. Apud Esaiam scriptum legimus. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est vita mea à dño: Omnia (inquit Apostolus) nuda & aperta sunt oculis eius. Ita propheta ille regius. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descēdero in infernum addes. Sciebat itaque Christus quoddam esset ibi pullus & asina alligata, licet absens essent: scit etiam cogitatus nostros & opera. Tertio videmus hic verbo Dei nihil posse resistere: vnde colligamus nobis non coactē, sed sponte Deo esse seruiendum, qui & si bonorum nostrorum non indigeat: ministerium tamen, & officium nostrum desiderat. Potest ille quidem pedes adire Hierosolymam, iubet tamen sibi adduci iumentum. Et si quis vos interrogauerit quare soluitis, sic dicetis es. Quia dominus operam eius desiderat. Probe tenebat Christus aliquem discipulis fore obstiturum: noluit tamen illis dicere, cum vos interrogauerit dicetis quia dominus operam eius desiderat, ne videretur sub necessitate ponere actum Apostolis obstiturum, cum quisque ad agendum liber sit. Vel dicemus quod d' propositio illa conditionalis resoluitur in simplicem temporalem: scilicet si quis vos interrogauerit, id est, quando vos aliquis interrogauerit, respondebitis. Dominus operam eius desiderat. Protulit Christus verba ab Apostolis respondenda, vt iumentorum Domino significarent quis esset qui iumenta peteret. Quomodo modo enim quando

Esai. 46.  
Hebr.  
Psalm.

Psalm. 116

Exod. 22.

Ioan. 13.

Ioan. 21.

Ioan. 11.

Matth. 26.

Psalm. 15.

1. Cor. 8.

Philip. 2.

Psalm. 64.

Rom. 10.

2. Cor. 8.

quando filij Israel petierunt ab Egyptijs vasa mutua dominus posuit virtutē in verbis petentium, ita vt moueret Deus: corda Egyptiorum vt darent vasa: sic huic responsioni eam indidit virtutem, vt facile audiret, quod ijs opus esset domino, concederentur à possessore suo, cui Christus erat notus: quapropter cū intellexisset à Iesu iumenta petenda, cense ret. In eo autem quod dicit dominus eorum operam desiderat, innuit quis esset. Christus communiter apud notos præcipue & amicos Dominus vocabatur & magister, vnde cum septem discipuli piscarentur in mari Tiberiadis post Christi resurrectionem, & Ioannes intellexisset dominum in litore stare, dixit Petro, Dominus est: Et Martha Domini filij suis hic frater meus nō fuisse innotuit. Quod autem magister etiam vocaretur patet ex verbis eiusdem Martæ dicentis ad sororem. Magister adest, & vocat te. Deinde mittens duos discipulos ad parandam cenam, & locum petendum, dicit illis Christus. Magister dicit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha. Cum itaque his duobus nominibus ab amicis & notis vocarentur, cum volebat aliquid suo nomine fieri, altero illorum nominum vt vocabatur. Quare nūc, dicite (inquit) quia dominus his opus habet. Adicit dicite quod ego Iesus, quem illi dominum vocant operam eius desidero. Obserua autem Deo nihil esse opus. Vnde egregius Psalmus. Deus meus tu es, quoniam bonorum meorum nō indiges. Sed vt bona sua creauit communicaret, ne cessitate pati voluit. Vnde Paulus Corinthijs ait. Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cū esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Hoc tamen mirum debet videri: nā propter nimiam charitatem, qua eos dilexit ille, de quo est apud David aperiente, te manum tuā omnia implebantur vberate, quippe qui diues est, in omnes qui inuocant eum, asina nūc vili animali indiget. Quæ omnia testantur Apostolo eo spectantur, vt eius necessitate & indigentia nos diuites esse mus. Abierunt qui missi erant, & inuenerunt sicut dixit illis, stantē pullum. Hoc in loco discipulorum ponderanda est obedientia: etenim Christi dicitis minime distudentes eius mandatum illi sunt impigre exequuti: quippe qui sibi persuadebāt fieri non posse, vt aliter quam Christus dixisset, res eueniret. Vnde nobis saluberrimum eruetur exemplum: nec enim est opus, vt Dei

præcepta exequamur scrutari prius qualia, aut quæ sint ab eo imperata: non nos suorum præceptorum statuit examinatores, sed impigros exequutores esse vult. Alioquin iure optimi ceteriorum illa excutientibus nobis, vt Petrus obijciatur. Quid ad te? Si ergo inculpati sumus Christi discipuli esse volumus velis, & remissis, vt a iungunt, imitemur oportet obedientissimos illos filios Israel, qui Mosi dixerunt. Omnia quæ locutus est dñs faciemus. Expendendū etiā iterū certitudinē mandatorum Dei, quippe qui falli nunquā nec fallere potest: quam obrem necesse erat, vt sicut illis dicitū fuerat, res euenire. Miser & infelix peccator, in cogitationibus suis maxime obsecrate, à Deo te falli arbitraris: cū per os David inquit, nisi conuersi fueritis: arcem suam vibrabit & retēdit illum, & in eo paruit vasa mortis, & sagittas suas ardentibus effecit. A Deo te falli arbitraris cū inquit, nisi penitentia egeritis omnes simul perhibitis? Qui penitentiam non egerint, ij dicitū de vniuersis simul experientur hoc est in perditionem, sulfure, & gladium, & pestem incident. Oportet igitur Dei timore corripiamur, ac eius dicitis indubitanter ac quiescamus: certissimum enim est nos, simul omnes penituros, nisi suppliciter conuersi penitentiam egerimus. Si autem cato & mundus aliud suadere conabuntur, eorum suasiones veluti prophetarum: fallorum rejiciamus. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt dominus eius ad illos. Quid soluitis pullum? Hinc patet errare eos, qui putant aliam esse cōmunē nam domini eius, vt hic ait Lucas ad Apostolos dixerunt, cur soluebat eam. Sic erant qui arbitrabantur animam illam fuisse in Hierusalem, cum tamen id fallum esse supra ostendimus: erat enim in oppidulo quodam non longe ab Hierusalem. Chryostomus etiam affirmat asinam illam (quod de pullo dicitum intellige) post Christi ingressum in Hierusalem ad dominum suum reuertisse: quod si esset communis, non dixisset. Adde, quod si esset communis, cito perisset: cū nulli præcipue cura esset. Dubium tamē exoritur hoc loco, vtrum videatur discipuli solam asinam vel solum pullum soluerint, an autem ambos. Dicendum puto ambos fuisse solutos, allatos & necessarios. Necessarios inquam non ad tolerandum laborem equitationis, cum pullus ad hoc solus sufficeret, sed ad mysterium. Nec enim Christus illo vehebatur, quasi defatigatus, sed ad aliquid significandū.

Ioan. 21.

Exod. 24.

Psalm. 7.

Luce. 13.

Homi. 37. in oper imper. 2. 1. 1. 1.

Vtrumque itaque iussit sibi afferri: tum ob di-  
 cam rationem, tum etiã, vt impleretur pro-  
 phetia Zacharie meminentis vtriusque vt su-  
 pra diximus. *At illi dixerunt. Quia Dominus*  
*eum necessarium habet. Quæ verba* tanti pon-  
 deris ac virtutis fuerunt, vt statim pulli Do-  
 minus eum solui sine vlla cõtrouersia permi-  
 serit. Vnde constat à Christo domino duõ hic  
 fuisse ostensa: puta sapientiam, & potentia.  
 Sapientiam quidem cum prædixit fore ipsos  
 interrogandos, vt reuera fuerunt interrogati.  
 Potentiam autem cum illis dixit, verba, qui-  
 bus facillimè pulli Dominus acquiesceret.  
 Atqui quonia quõ aliqua virtus citius æqua-  
 lia operatur, eo fortior est: ac nulla operatio  
 citius fit quam quæ in instanti: ideo dictu est  
 à Mattheo, confestim dimittet eos. *Et duxe-  
 runt illum ad Iesum.* Expende discipulorum  
 Christi summisionem & humilitatẽ. Nã cũ  
 asinos agere vilissimum sit: Apostoli tamẽ æ-  
 tate proeecti a seculo agere de Christi manda-  
 to non recusarunt. Etenim nullũ rã vile & ab-  
 iectum officium est, vt si ob obedientia fiat,  
 nõ facillimè præstetur: nec enim officiu illud  
 aut labor vilis est habendus, quo vita illa æter-  
 na consequitur. Nos vero nõ obsequimur nisi  
 illis quæ nobis honoris arbitramur: ab-  
 iecta vero opera, etiam propter Christum o-  
 perari verecundamur. Hanc igitur verecun-  
 diam seu vanitatem nostram discipulorũ hu-  
 militas & obedientia nunc & accusat & dam-  
 nat: etenim eo miseriarum deuentum est, vt  
 pauperi & infimo necessaria & vera aliquan-  
 do moneri acquiescere nosimus, id nobis de-  
 decori futurum existimantes. At non Prophe-  
 ta ille regis sibi persuadebat eam humilium  
 & pauperum ritu corã arca dñi saltitaret quã  
 ob causam ab vxore sua Michol cepit con-  
 temni: Nec mirum id videri debet: mundus  
 enim humilitatẽ ignominie loco ponit. Hinc  
 oritur, vt arrogantes homines & vtriu instar  
 inflasti tunc se suumq; nomen contempũ iri  
 putant, cũ summissi propter Christu effecti  
 vulgaria opera exercuerint. Saul vir corporis  
 robore præstantissimus patri suo Cis est obse-  
 cutus in querendis asinis: velut ille præcep-  
 rat: quam obrẽ regnũ est adeptus: sicut dixit  
 ei Samuel. Cũm esses paruulus in oculis tuis  
 caput in filiis Israel factus es, Eodẽ proffus  
 modo nos si humilitatem propter Christum  
 non aspernari, sed amplecti fuerim⁹ procul  
 dubio regno aeterno portemur. Cæterum de  
 hoc alijs. ¶ Admonetur hoc loco conciona-

1. Reg. 6.

1. Reg. 9.  
1. Reg. 15.

tores quomodo sese habere debeant: quem-  
 admodum enim hi Apostoli, qui veri erãt cõ-  
 cionatores hæc iumenta ad Christum duxe-  
 runt. Sic illi Christianum populũ non ad mũ-  
 dum, nõ ad terretimum gentiũ hostẽ, nõ do-  
 nicq; ad seiplos, sed ad Christu ducant: hoc  
 dissimillimos sese exhibentes impudentissi-  
 mis hereticorũ concionatoribus, qui non ad  
 Christum, sed ad cacodæmonẽ fidelium ani-  
 mos attrahere conatur. Porro hoc nõ solum  
 improbissimi heretici, sed catholici nonnun-  
 quã efficiunt, licet enim orthodoxi & boni a-  
 lioqui sint concionatores, non tamen fidelium  
 salutis & emolumentõ, sed humanæ gloriæ, &  
 auræ populari plerunq; inseruiunt: vnde effi-  
 citur, vt non ad Christu, sed ad seiplos popu-  
 lã Christianũ alliciant. Tu vero, qui ad opti-  
 mi cõcionatoris munus asperas integerrimè  
 exequendũ enitere, vt ad Iesum qui est vera  
 salus, & omnẽ bonũ audieres tuos pelliccas:  
 q; tunc cumulatissimè præstabis cũ in concio-  
 nibus tuis clamitaueris, oraueris, obsecraueris  
 flagitijs iniquos homines, vt sese in me-  
 liorẽ frugem recipiant ad Christumq; ex ani-  
 mo conuertant, ipsũq; omnis vitij omni-  
 bus & peccãt: occasionebus quarunt. Quod  
 cũ feceris tunc te non tua gloria, sed Chri-  
 sto seruissẽ arbitrare. *Et iactant vestimenta*  
*sua super pullam imposuerunt Iesum.* Cooperue-  
 runt Apostoli pullũ vestibus ad decentiã &  
 ornatu. Respondent nunc qui dicunt Eccle-  
 sia ceremonias esse ad inuentione humanam  
 & nihil Deo placere, nisi q; ipsẽ præcipit: non  
 solum hi discipuli asinã & pullũ adduxerũt;  
 vt iustum fuerat: verum vestibus ornauerunt  
 quod præceptum nequaquam erat, Deo ta-  
 men non displicuit immo approbarum fuit.  
 Vide etiã veros Christi discipulos seiplos  
 vestibus suis au dare, vt Deo seruiant, Deum  
 quẽ id ad exemplum discipulos permisit:  
 & in eo voluit De⁹ discipulos seruire, in quõ  
 seruiant, atque ideo permisit vt illi qui Chri-  
 stum excipiebant seiplos suis vestibus exue-  
 rent, & viam qua discipuli erant transitori ve-  
 stibus ornarent. In eo enim voluit dominus  
 discipulis esse seruiendum; in quo discipuli  
 Christo seruiant. Sic se habuit Deus cũ ob-  
 stetricibus Ægyptijs, quæ quia timentes Deũ  
 paruulos Israel occide rẽt: dõmibus, id est,  
 posteritate dignæ extiterunt. Loth quia mi-  
 sericordia erga peregrinos vltus est, à maxi-  
 mo illo Sodomæ incendio liberatus fuit. Raab  
 quia excepit exploratores, à subuersione He-  
 rico

Exc.

Gen. 19.

Iosue. 6.  
Mal. 5.  
Luca. 6.

Matth. 23.  
Zach. 9.

Psal. 143.

1. Reg. 20.

Psal. 62.

Dante. 6.

rico erepta est. Verissima est sententia. Beati  
 misericordes, quoniam ipsi misericordia con-  
 sequuntur. Et alibi. Prout vultis, vt faciant vo-  
 bis homines, sic facite illis. ¶ Porro in hoc fa-  
 cto adimpleta est propheta Zacharia, quam  
 refert Mattheus dicens. Ecce Rex tuus venit  
 tibi, mansuetus &c. Exulta satis, inquit, filia  
 Sion, & iubilatio filia Hierusalem. Ecce Rex  
 tuus venit tibi mansuetus sedens super asinã  
 & pullum filium subigalis. Merito & opti-  
 mo iure Sioni erat tripudian dũ: nullus enim  
 nuncius solidiori gaudio erat celebrãdus ab  
 Hierusalem quam ille, quo Regem suum ad-  
 uentare intelligebat: quando quidem per il-  
 lum ab omni malo erat liberanda. Quam ob-  
 rem non modo erat exultandum, sed satis, id  
 est, abundantẽ exultandum filie Sion, per  
 quam Hierusalem intelligitur, quæ erat ciui-  
 tas posita sub monte Sion, & quia illi monti  
 erat subdita dicitur filia Sion: quia filia ma-  
 tri subiecitur. Iubilatio filia Hierusalem ad ean-  
 dem sententiam pertinet: etenim eadem est  
 filia Sion, & filia Hierusalem, sed est repetitio  
 quædam qualis est in carminibus, & in modo  
 loquendi prophetarum, iuxta illud Psal. mi.  
 Qui docet manus meas ad prælium, & digi-  
 tos meos ad bellum. Bellum & prælium idẽ  
 sunt, sicut idem est manus & digitos mouere  
 cum neuter sine altero moueatur. In secundo  
 Regũ volumine etiã dicitur. Quæ pars no-  
 bis in David: aut quæ hæreditas in filio Isai?  
 Idem enim David & filius Isai: & idem est  
 habere partem in David, & habere hæredita-  
 tem in filio Isai. Aduertẽdum particulam de-  
 monstratiuam, ecce conuenit illi qui se oculo  
 lis videndũ offert: hic vero conuenire ei qui  
 se intellectui offerebat. Cognosce, id est, vide  
 illum in carne: intueere illum realiter ad te ve-  
 niente, sed crede illum tuum redemptorem  
 & regem esse. Præterea obseruandum est etiã  
 quod licet tres personæ diuine regnent su per  
 nos, Christus tamen peculiariter dicitur Rex,  
 quia factus est homo, ac incarnatio ad illum  
 eĩ terminata. Vnde de Psalmographo de rtrib⁹  
 diuinis personis loquens. Benedicet (inquit)  
 nos De⁹ noster, benedicat nos Deus. Quia tri-  
 nus est Deus in personis, dixit ter Deus: addi-  
 dit autem, noster propter incarnationem ver-  
 bi, quia nostram assumpsit naturam. Vt autẽ  
 ostenderet tres illas personas vnum esse Deũ  
 in essentia, ad didit & metuant eum omnes fi-  
 nes terra. Sic etiam in Deuteronomio habe-  
 tur, Deus Deus tuus, Deus vnus est. Positum

est tuus in secunda trinitatis persona, nec ab-  
 re quia filius Dei naturam assumpsit humanã  
 & nobis natus & datus, pro nobis mori non  
 dubitauit: quapropter ait Zacharias. Ecce rex  
 tuus venit tibi. Exulta Sion quia rex tuus ve-  
 nit tibi: Non potest enim non esse tuus, õ ho-  
 mo ille, qui corpus, animum, vitam, sangui-  
 nẽ, se deniq; totum tibi dedit. Merito igitur,  
 ille Deus tuus dicitur quando quidem sibi ni-  
 hil retinuit. Nonne aliquid te dare ei equũ  
 esse putas, qui se totum tibi dedit? Equissimũ  
 profecto erit, vt ex multis horis, diebus,  
 mensibus, & annis, diem saltem vnum in me-  
 ditandis seculis & peccatis, quibus Deũ  
 autorem & protectorem tuum grauiter of-  
 fendisti consumas. Equissimum profecto er-  
 rit, vt ex tot sumptibus, quibus mundo seruis  
 frustum saltem panis ob Christum omnium  
 datorem ereges ipsius pauperulis. Infitum  
 à natura est omnibus, vt quisque sua diligit.  
 Quare igitur veluti domum, vineam, fundũ-  
 que, quia tua hæc sunt, amas: Deum vero tuũ  
 non amabis: Etenim Deus optimus maximus  
 cum vidisset homines tanto amore sua profe-  
 qui, se nostrum facere statuit, vt sic eum ama-  
 re quodammodo compelleremur. O chari-  
 tatem eximiam. O semper memorandam amo-  
 rem. O clementiam admirandam. O beni-  
 gnitatem incomprehensibilem. Mirabile, imo  
 mirabilissimum videri debet hoc. Nam cum  
 tot Angeli, Archangeli, tanta denique cele-  
 stium spiritũũ multitudo Deũ ardentissimo  
 prosequantur amore: ipse hoc posthabito à  
 nobis hominibus, terrenis, abiectis, & ingra-  
 tissimis, amari expectat. Expectat à nobis ama-  
 ri, vt nostræ familiaritatis & amicitia in eudẽ  
 gratia se quoque hominem facere non dubi-  
 taret. Omnibus nostris miserijs obnoxius ip-  
 se ad homines accedit: illis se vltro offert ad  
 ipsorum utilitatem & comodum. Quod mul-  
 to maioris amoris est iudicium, quam si ad ip-  
 sum venientes reciperet. Quare admiratus  
 David inquit. Quid est homo, q; memores  
 eius, aut filius hominis quoniam visitas eum?  
 Ipse peccatores quatit, ad eos venit quẽ iniu-  
 ria grauiter affecerũt. Sed quia de hac re mul-  
 ta differimus in libello nostro meditationũ  
 dilectionis Dei ad alia gradum faciamus. Igi-  
 tur, ne aufugiant, ne se occultent tremore  
 meique correpti, audiant attende quod se-  
 quitur. Mansuetus & humilis: sedens super  
 pullum. Non adest in rigore iustitiae, aut po-  
 tentia mittens ignea lumina, aut arden-  
 tes

Psal. 8.

M m 4 flammis

Gene. 19.

flamas qualiter super Sodomā & Gomorram factum fuisse memoriæ est proditum, nõ qualiter super legatos Ochoziæ testantur historiz sacræ gestum: nõ aquarum eluuiõ peccatores puniurus adest, veluti tempore. Noc accidit. Mansuetus & humilis ad homines accedit: non vultus generoso equo, non hasta armat<sup>9</sup> per medios homines irruit: sed vili a scello, & inermis hominibus sese immiscet. Si ergo peccatorẽ te esse intelligis ne ideo timeas: imo illi aduentanti, obuiam procede. Exopta uit illum videte Abraham, quo viso, incredibili gaudio exultauit. Ecce venit tibi mansuetus & humilis. Quo ergo fugis dõ miser peccator?

4. Reg. 1.

Gen. 8.

Iean. 3.

Psal. 101.

Quorsum vitam tuam & salutem fugis? Si lucem fugis, quomodo videbis? Si vitam quo pacto viues? Venit iam tempus miserendi, quia venit tempus. Non solum Dominus exortus nobis ignoscit: sed ipse rogat, vt oremus, & veniam ab ipso petamus. Porro ab hac humilitate & mansuetudine Christi animi submisionem, mansuetudinem, humanitatẽ denique docemur. Turpe profecto est & quod nobis nõ mediocrem pudorem iniicere deberet, videre Christum rerum omnium opificẽ tanta humanitate & mansuetudine, vehi a scello quodam villi: nos vero phaleratis equis & curribus maximo alicui triumpho accommodatis incedere. Etenim eo vanitas & superbia deuenit, vt non solum femina ingenua, sed viri ipsi curribus inauratis vehantur. Quem fastum, stultitiam & amentiam, animo presagens propheta ille Amos deplorabat dicens.

Amos. 6.

Ve vobis, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in montem Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domũ Israel. Sed de his alijs. ¶ Aduerte autem honorabiliorem & longe maiorem fuisse pompam & maiestatem Christi in humili & vili a scello vehi quam eorum Imperatorum, qui superbi & arrogantes in ciuitates suas ingredientes opulentissimum triumphum egerunt. Cæsar est Romam ingressus cum maximo triumpho cuius triumphalis currus a quadraginta elephatibus ducebatur. Põpeius ille magnus etiam de Africa elephantis inuictus Romæ triumphauit. Marci Antonij currum leones, Aureliani vehabant cerui, quæ quidẽ magna videbuntur. Cæterum si cum Christi triumpho conferantur, vilia & inania habentur hæc trophæa. Etenim Cæsares illi, Pompei, Antonij & reliqui omnes mundi huius Principes & Imperatores superbissimi cum nullas diu-

tias a natura sua haberent, imo nudi & pauperissimi veluti quilibet mendicus nasceretur: aurum, diuitias triumphos ab hominibus mēdicorum ritu petebat, vt illa omnia sibi in honorem, quo a natura priuabantur, redundarent. Quemadmodum enim mulier deformi facie & vitio alicuius corporis facta a natura, fucus, medicamina & alios corporis ornatus quaerit quibus pulchra videri possit: contra vero illa, quam benigna natura egregijs & faciei & corporis dotibus locupletauit, licet inornata incedat gratior & amabilior omnibus est, quam cornicula illa superior varijs & alienis induta plumis: eodem profus modo imperatores & Principes illi cum nihil diuitiarum nihil honorum sibi a natura compararent, externa hæc, & aurum videlicet diuitias, triumphos, currus deauratis & alia id genus quaerebant: vt sic elati gloria hac mundana & honore digni viderentur. At in Christo domino longe aliter sese res habet: quippe qui ex sua natura diues & potens non deauratis curribus, non geminis, non auro, nec alijs hominum gazis indiguit: in illo enim a scello sublimior, potentior, & gloriofior omnibus mudi Imperatoribus triumphauit. Innumeræ causæ triumphum hunc longe solenniorem omnibus alijs efficiunt: sed quatuor precipuas id prestante comperies, duas scilicet, ex parte ipsius saluatoris, & totidem ex parte recipientium ipsum Christum. Ex parte enim Christi redemptoris nostri hic triumphus clarissimus extitit. Primò quia in eius ingressu, & modo ingrediendi, Christus suæ diuinitatis omnipotentiam manifestauit. Cum enim sacerdotũ Principes contra ipsum coniuerassent, hodie Hierusalem publicè & palam ingressus, repletum adit, & in conspectu omnium inimicorum suorum ementes & vendentes ab illo imperio se eiecit: nec tamen quisquam ei restitit, aut aduersus eum vocem ne vnã quidem emisit. In quo luce clarius patuit illũ esse verum Deum, cordaque & voluntates hominũ in sua potestate habere: & quãuis eo vsque in Ephraim iuxta desertum delitescere voluerit, nũc autem in ingresso Hierusalem verissimũ se esse Deum demonstrauit. Porro tanta erat peruersitate & malicia obcecati illi pharisæi, vt hoc tam ingenti miraculo viso clarissimè & cognito non conuerterentur: imo singulis diebus magis ac magis eorum odiũ, & incredulitas inualecebat. Quamobrem maximis & longissimis, vt par est pertinacijs & cæcitatibus

Ioan. 11.

Exod. 2.  
Exod. 5.  
3. Reg. 19.  
Ab. 9.  
Ab. 16.

1. Reg. 18.

Leuit. 23.

suæ nunc pœnis excruciantur. Sancti non raro suam debilitatem & humanitatẽ & agnoscentur: constanter tamen & viriliter se erigunt cum opus est. Moses ab Egypto fugit: sed postea Pharaoni nequissimo & arrogantissimo regi restitit. Helias a muliere aufugit: cũ opus fuit redijt, & grauer Achab Regem reprehendit. Paulus submissus in spõta, Damascum aufugit, fracto autem carcere cum vinculis teneretur, aufugere noluit. Christus ipse in Efrẽ sese proripuit, quia videlicet nondum hora eius venerat: nũc autem palam prodijt, & se inimicis suis immiscet, quos ipse ingressus adeste fecit. ¶ Secũdò in hoc ingressu suam diuinitatem ostendit cum triumphum egit ante ipsam victoriam, præter omnem Imperatorum & reliquorum morem, qui non nisi deuictõ hoste & capta præda triumphant. Cuius rei ratio est, quia licet bellum certum habeant, victoria tamen incerta est. Femina illæ Israelis, Davidi obuiam processerunt cantantes. Saul percussit mille David autem decẽ millia. Sed hoc obtruncato iam Goliath Gigante factum est. Christus autem verus Deus ante pugnam celebravit victoriam, quã habebat certissimã: quia nimirum longe aliter, ac mundi huius duces & Imperatores, quia teteritimum hostem erat superaturus. Illi nanque salui & incolumes suis inimicis occisis de hoste triumphant: at Christus moriens, victoriam erat aturus. Quia de causa post mortem, id est, post ipsam victoriam non erat triumphandi locus: quapropter necesse erat, vt ante concertationem, & victoriam celebraret triumphum. ¶ Ex parte autem recipientium hic triumphus fuit sollemnissimus duas ob res: scilicet, ob ea quæ fecerunt, & ob ea, quæ dixerunt. Ob facta inquam, quia cum ramis palmarum & oliuarum Christo tripudiantes occurrerunt: eique non tanquam puro homini, sed tanquam Deo gestientes, cum ramis obuiam exierunt: quæ ceremonia Deo duntaxat, non vero hominibus fieri solebat. Quando enim Deus tabernaculorũ festum instituit hac cerimonia voluit illud celebrari dicens. Sumetis vobis de primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulæque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente: & lætabimini coram Domino Deo vestro, celebrabitque solennitatem eius septem diebus per annũ. Iudæi igitur Hierosolymitani, qui catholici & ceremonijs dediti erant, honorem hunc

Deo solummodo dicatum Christo domino tribuunt veluti vero Deo; quod nunquã mũdus suis Imperatoribus & Principibus exhibuit, vt thura aut cultũ suis Dijs dicatum eis offerret. ¶ Ob ea etiam, quæ isti dixerunt, diuinitas Christi celebrata est: nam illum Olanã, in excelsis vocarunt. Hoc est, tu es Saluator mundi, peccatorum Redemptor, & peccatorum remissor. Messias, filius David, & Rex Israel Itaque factis & dictis Christum filium Dei, & mundi Redemptorem confessi sunt: ideoque triumphum hunc honorabiliorẽ, & præstantiorem fuisse quam omnium mundi Principum percipiunt. ¶ At dices. Si Christus nos doctrinã & humilitatis exemplum relinquere, & honores despiciere docuit: quare hunc triumphum & honorem acceptauit? Dicendum est hunc honorem sibi deferri permisisse, vt omnes intelligerent ipsum esse filium Dei & verum Messiam, qui solus honore hoc recipiendus erat. Alioquin hanc pompam & fastum proculdubio aspernatus fuisset: tanta enim humilitate erat, vt ne miracula quidem quæ faciebat diuulgari vellent. Surdo nanque & muto præcepit, vt taceret dicens, nemini dixeris: Iairi etiã filiz resurrectionem, & Apostolis transfigurationem tacendam voluit. Nunc igitur hanc triumpho gloriã non contemnendam duxit eo quod vrgeret necessitas: necessum enim erat, vt nostra redemptio omnibus innotesceret, ac proinde vt se filium Dei ostenderet, de quo apud Zachariam prædictum erat. Exulta filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi. Sion autem, id est, populus qui Christum excipit: regem Israel illum vocat dicẽs. Benedictus qui venit in nomine domini. Etiam sicut diuisissent pharisæi & templi sacerdotes, signũ hoc & vocem populi potuissent cognoscere. Certe optime intellexerunt prophetiam illam in Christo domino vere fuisse verificatam & adimpletam; ceterũ quia malitia sunt obcecati credere noluerunt. Igitur voluit Christum hoc honore insigniri nostræ vilitatis causa: vt scilicet illum cognosceremus. Deinde vt nobis exemplar quoddam in recipiendis honoribus imitandum relinqueret. Quid est enim aliud illud a scello quodam villi in tanto triumpho vobis fuisse nisi nos vere doceri humilitatem quæ inter honores & pompam maxime periclitatur: Quemadmodum enim ille, qui fastigium excelsũ alicuius ædifici est ascendurus, nisi plurimum habeat cerebri & mentis com-

Mat. 7.  
Mat. 9.  
Mat. 17.

Zach. 9.

Ioan. 12.

pos fuerit, cadet & animam exhalabit: eo pror-  
sus modo qui ad dignitatem & honorum fa-  
stigia euehit nisi sanæ mentis & intellige-  
tia compos fuerit, humilitatemque præ ocu-  
lis amplexandam habuerit, facillimè decidēs  
in profundissimas impiorum sedes delabetur.  
Quam ob rē maxime in dignitatibus mo-  
deratio est habenda & humilitas: alioqui &  
honorum & animę iactura fiet. Vnde Eccle-  
siasticus. In die honoris tui, ne extollaris. Hu-  
milis erat Saul quando rex Israel creatus est,  
quod ipse próbe tenens dicebat. Nunquid nõ  
filius Gemini ego sum, de minima tribu Is-  
rael: & cognatio mea nouissima inter omnes  
familias de tribu Benjamin? At vero postea  
quã regno potitus est & Israel Dominio, pror-  
sus euauit: & ex humili arrogas rex effectus,  
ad inferos est præcipitatus. Humilitas inter  
honores rara auis: & ideo paucissimi in alto  
dignitatum gradu collocati, à superbia sibi rē  
perant. Quo circa à Deo obnoxè est nobis cõ-  
tendendum, vt in rebus secundis nos tueatur  
humilitasque efficiat: quod non ignorans pro-  
pheta ille regiũs à Domino cum esset Rex hu-  
militatem petiuit, quam meruit impetrare.  
Idem etiam præstitit factos sancta illa virgo ac  
Dei para Maria in angelica salutatione cũ ab  
angelo se laudari videret. Ita se gessit præcur-  
sor Domini Ioannes quando honore Messie  
elatus, dixit. Non sum dignus soluere corri-  
giam calciamenti. Tertio Christus hunc ho-  
norem & triumphum non lentè, sed raptim  
sibi voluit exhiberi, vt scilicet nos doceret mo-  
dum, quo in dignitatibus nostris terrestribus  
& caducis honoribus nos habere debeamus:  
fluxiles enim & momentanei sunt, milleque  
periculis & casibus obnoxij. Quamobrem in  
illis imitari debemus Aegypti canes, qui siti  
compellente aquam Nili hauituri properan-  
ter quidem, nec omnè simul, sed raptim per li-  
rus decurrentes ex interuallis illam degustât:  
nè videlicet si lentè & parum circûspecti ebi-  
bant in medio potu à Crocodilis capiãtur &  
deuorãtur. Vnde dici solet. Ito, sicut canis per  
Nilum. Hoc est, properanter. Quot diuites,  
quot principes, quot Reges & Imperatores è  
vitijs demigrarunt: quorum sepulchrã terun-  
tur pedibus eorũ, quos in vita ne videre qui-  
dem voluerunt? Vbi illa arrogantia? Vbi illo-  
rum omnium despectus? Vbi honores, digni-  
tates, & regna? Omnia illa iam vt sumus tran-  
sierunt, eorumque memoria est conspulta.  
¶ Quarto Christus in medio triumphij in la-

chrymas prorumpit innuens mundanas has  
dignitates potius tristitia & fletu quam gau-  
dio & ritu esse profectandas. Si huiusmodi  
honores quemadmodũ Christus recepit nos  
susceperimus, nobis detrimentum minimè fuis-  
sent: verum quia elato animo suscipimus, nos  
perdunt & occidunt. Testis nobis esse poterit  
Aman, quem non aduersa, sed secunda miser-  
rimum fecit fortuna: quippe quæ non solũ il-  
lum Assueri regis familiaritate verũ vita ipsa  
per sumum dedecus denudauit. Quamobrem  
foli humiles inter ipsos dignitatũ cumu-  
los prudenter à lachrymis sibi non temperât:  
qua de causa potens illa regina Hester lachry-  
mis tora distillans, Domino dicebat. Tu scis  
quod abominer signum superbiæ & glorię  
meæ: quod est super caput meum. &c. Sed ad  
contextum reuertamur. Igitur cum sic humi-  
les Iesus in affello incederet versus Hierusalẽ  
per montem oliuarum, audi quid Euangeli-  
sta dicat. *Eunt autem illo, subseruebant omnia  
vestimenta sua in via. Quæ non solum à disci-  
pulis verum ab omnibus illis, qui Christũ se-  
quebãtur ab Hierico & ab omni populo Hie-  
rusalẽ, & vicinis, vt Christum honorarẽt pro-  
prias vestes affello terendas tetenderũt, ad nul-  
lum illarum danũ attendentes: & vestimẽta  
quibus honorari solent homines sibi detra-  
xerunt, ac illius subiecerunt pedibus. Perpen-  
de præterea discrimen inter hanc Christi ex-  
ceptionem, & aliorum huius sæculi regum &  
imperatorũ. Hi nanq; vrbem aliquã solenni-  
ter ingressuri excipi solent sub precioso ali-  
quo peripetasmate ad aeris iniurias cui tan-  
das & solennitatem ac apparatus ostenden-  
dum. Itaque ingrediuntur tecto cælo & dis-  
cooperta terra: vt scilicet non illud, sed hanc  
possint intucti, innuentes se non cælestes,  
sed terrenos esse reges & Imperatores. At cũ  
Christus dominus dicat regnum meum non  
est de hoc mundo, ingreditur cooperta terra:  
cum autem sit rex cælestis discooperto cæ-  
lo. Exceptus igitur est strata terra non solum  
vestibus verum etiã ramis, tum oliuarum tũ  
palmarum. Oliuarum quidem ramos afferẽ-  
bant illi, qui Iesum ab Hierico sequebantur: pal-  
marum ramos illi, qui ab Hierusalẽ egrediẽ-  
tes Christo obuij facti sunt, vt restatur Ioan-  
nes. Motæ vero hæ turbæ sunt ad hunc hono-  
rem Christo exhibendum, tum à quodã gau-  
dio spiritali quod cõceperant ex miraculis,  
& signis que viderant: quod expressè affir-  
mat nos-ter Lucas cum inquit, laudabant cum  
cialius*

Eccle. 11.

1. Reg. 9.

Psal. 118.

Luc. 1.  
Ioan. 1.

Hes. 7.

Hes. 14.

2. 21.

Gen. 18.

Hierem. 7.

Ioan. 13.

Ioan. 11.

super virtutibus, quas viderant: tum etiã spe-  
cialius ob miraculorum suscitacionis Lazarivt  
ait Ioannes. Testimoniũ inquit) prohibebat  
turbæ, quæ erat cum eo, quando Lazarum vo-  
cauit de monumento & suscitauit cũ à mor-  
tuis. Propter hæc & obuiam venit ei turbæ, quia  
audiverunt eum fecisse hoc signum. Et cum  
nunc primum post miraculum illud edicũ  
Hierosolymam ingrederetur, omnis pe-  
plus ei obuius factus est. Sed præcipua ratio,  
quare hæc motæ sunt vt Christum sic  
honorificè exciperent est; quia Deus mouit  
corda earum, vt hæc facerent; & illum cũ ho-  
nore profecerentur. Et ideo dicentibus Iu-  
dæis, vt increparet gentes illas ob ea quæ fa-  
ciebant respondit. Si hitacuerint, lapides cla-  
mabunt. Quasi diceret. Fieri non potest, vt a-  
liter fiat: est enim hoc, in eorum animis insti-  
tum. Vnde apud Matthæum inquit. Ex ore  
infantium & lactentium perfecisti laudem.  
Hoc est, Deus laudem in ore puerorum per-  
fecit: atqui illa quam Deus perficit est ad quã  
exhibendam ipse incitat. qualis fuit hæc præ-  
sens hac motu turbarum. ¶ Obseruandum quo-  
que hic est, non existit Christo obuiam diui-  
tes, non magnates, non principes, hi enim de  
gloria Dei nõ admodum sunt solliciti: sed tur-  
bam, hoc est populum ipsum & abiectos ac  
pauperulos homines: in his enim quæ ad  
Dei cultum attinent, longe promptiores pau-  
perculi, quam opulenti reperiantur.  
¶ Porrò ex diligentia & feruore, quo hæc tur-  
bæ excipiunt ramis & vestibus Christum ex-  
plum possulum capere & modum studium,  
anmi ardorem, quo nobis Deus est colendus.  
Hoc sane modo Patriarcha ille Abrahã Deũ  
excipit hospitio suo. Conscissim ipse ad armẽ  
ta cucurrit, iubet adduci vitulum, & Sara ci-  
vxo panes festinanter coxit. Vnde aduic ten-  
dum relinquitur in domo iusti ad cultũ Deo  
exhibendum esse omnes egregie diligentes.  
At in domibus impiorum omnes inuenies  
Deo negligentes, Caco demoni vero diligent-  
tissimos. Vnde apud Hieremiã de impijs lo-  
quens dicit dominus. Filij colligunt ligna, &  
patres succendunt ignem, & mulieres con-  
spiciunt adipem: vt faciant placentas regi-  
næ cæli & libent dijs alens, vt me ad iracun-  
diam pronocent. In Nebræo est placentas o-  
pere cæli: & appellat panes latos & rotũdos  
ex fare & melle, cũ stellulis quibusdam de-  
pictis qui offerri solebant idolis: & quia stel-  
lati erant, ideo dicũtur facti opere cæli. Quẽ

admodum igitur próbi homines Deo feruẽ-  
rum non quietũnt, vt dicebamus de Abra-  
ham, & de hac turbæ, quia alij scim debeant ra-  
mos de arboribus, & alij vestes suas in via  
proster ebant: scietiam improbi in dæmonem  
colendo omnes suas adhibent vires, ac in-  
quieui nihil intentatum relinquant. Balac ma-  
xime occupabatur in construendis altaribus,  
vt Balam populo Dei malediceret. Summa  
diligentia & studio quærebat Herodes à Ma-  
gis quo in loco Christus esset natus: vt illumi-  
è medio tolleret. Impigrum etiam se exhibe-  
bat nefarius ille Iudas, vt Christum videret  
ac traderet: cum ceteri discipuli in horto ob-  
dormirent. Erubescamus ergo videntes impios  
diligentes in dæmone seruienti dõ esse impios:  
nos vero in Christo omnimodũ autõr colẽdo  
tam pigros & tardos esse. Quinimò deinceps  
non solum ipsi verum tota nostra domus, &  
familia in Dei cultu & obseruantia occupa-  
tur, velut Abraham & hæc turbæ occupã-  
ri conspiciamus. Sequitur de laudẽ vocali.  
Et cum appropinquaret iam ad descensum mon-  
tis Oliuæ caperunt omnes turbæ descendentiũ  
gaudens laudare Deum voce magna super om-  
nibus, quas videbat virtutibus. Ex quo loco cla-  
re patet prius vias fuisse instratas & omnem  
apparatum exhibitum: deinde, vero ac  
celsissime laudes. Hic autem maxime est obser-  
uandum conuincit ex hoc textu errorem im-  
pijssimorum hereticorũ nostritemporis: qui  
vestigijs nefarij Lutheri insistentes falso dam-  
nant orationes vocales & laudes quas sacro-  
sancta mater Ecclesia Romana Spiritu san-  
cto ducta celebrare consuevit. Nonne si ma-  
gna voce Christum efferebant ipso id appro-  
bante imo eos descendente corã phariseis hoc  
faciebant: Hæretici verè filij & discipuli sunt  
pharisaorum, quandoquidem pi obidem lau-  
des vocales domino reddi: cum tamen ipse  
maxime probet has laudes, quia cum phari-  
sæi dixissent, magister increpa illos: respondit  
dominus. Si hitacuerint, lapides clamabunt.  
Cõstat etiam ex superioribus angelos in Chri-  
sti natiuitate concinuissẽ magna voce, gloria  
in excelsis Deo. Cum igitur cantent Angeli,  
& cantent turbæ hæc: audent tamen hæretici  
impudentissimè has laudes & cantilenas im-  
probare, & claudunt os laudantium Deum.  
Et ipse Christus (ait Marcus) quod hymno di-  
cto exijt in montem Oliuarum. Et Paulus  
quoque Ephesijs ait. Cantantes & psallentes  
in cordibus vestris domino. Dixit in cordib<sup>9</sup>  
vestris

Numè. 23.

Matthæ. 2.

Matth. 26.

Mat. 21.

Luc. 2.

Mat. 14.  
Ephes. 5.

vestris vt moncat, quod quando psallimus & cantamus attentionem habeamus: ne vnum dicat os vocalis, & aliud cor nostrum cogitet. Idem dicit ad Colosenses. Et Ioannes asseruit in felicissimis illis cœlestium sedibus nihil aliud personare quam vocalem Dei laudē & quatuor animalia incessanter noctu, & interdiu proclamare, sanctus, sanctus, sanctus Dñs De⁹ omnipotēs, qui erat & qui est, & qui vēturus est. Addidit deinde quatuor illa animalia cū quatuor & viginti superioribus quod cantabant canticum nouum dicētes. Dignus es domine, aperire librum, &c. Et rursus, turbā ingens magna voce personabat, salus Deo nostro. Deinde, audiui (inquit) quasi vocem turbatum multarum in cœlo dicentium, alleluia. Obmutescunt ergo & merito obmutescunt impii, & prœteriti heretici vidētes nimirum toties repetitam, & celebratam vocalem laudem. Intelligent iure optimo Ecclesiam in laudando vocaliter domino verē imitari cœlestes illos ciues qui nihil aliud curāt quā creatorem suum vocaliter laudare. Tobiam quoque audiunt prædicentem, per viros Hierusalem cantantem alleluia. Attendat ad id quod Moyses fecit cum filiis Israel, qui cum vidissent Aegyptios mortuos in Canticum proruperunt, dicentes. Cœlestis domino gloriose enim, &c. Vidant factum David, & totius Israel, qui cum arcā deferrent, ex domo Obediēdon, in ciuitatis, lyris, & tympanis coluēbant. Aduertant ad illud. primi libri Paralipomenon, vbi dicitur. Isti lunę quos cōstituit David super cātōres domus domini. Item scū quōd eiusdem, cū Iosaphat pugnaturus esset contra filios Moab factus est spiritus domini super Iaziel. Lenitum de filiis Aisaph, & dedit cōsiliū populō, & statuit cantores domini, vt laudaret eum in tymnis suis & antecederent exercitū, & voce consona dicere. Cōstitimini domino quoniam in seculum miserī cordia eius. Et cum cœpissent laudēs canere vertit dominus in insidias eorum, in sem: r. p. os. Et Ecclesiasticus laudans David inquit. Et stare fecit cantores contra altare, & in somno eorum dulces fecit modos. Esaias etiam vidit quos Seraphines clamantes alterum ad alterum, dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus exercituum plena est omnis terra gloria eius. Et de Sion inquit idem Esaias. Gaudium & laetitia muenietur in ea: gratiarum actio & vox laudis. Et cum David, choro, chordis, organo, laudemus Deum in tympanis. Ait etiā

Tertulianus in Apologetico, aduersus gentes, Plinium secundum cum prouinciam regeret damnatis quibusdā Christianis, corūq; multitudine perturbatus Traianum, Imperatorem consuluisse, quid de cætero ageret: cui allegauit præter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum, comperisse quam cætu antelucanos ad cœnandū Christo & Deo. Hinc igitur constat vocalem lapdem semper esse Deo à Christianis redditam, ab ipso primario ortu Ecclesie. Cæterū de his scribit. Nunc quid voce magna laudabat isti, atque dicebant audiamus. *Benedictus qui venit Rex in nomine domini pax in cœlo, & gloria in excelsis.* Sic laudatus qui venit in virtute Dei, & secundum voluntatem ipsius, atq; ad gloriam eius. In eo autem quod, dicunt pax in cœlo, significatur reconciliatio generis humani cum Deo & angelis facta per Christum: de quo dixit Apostolus. Pacificans per sanguinem crucis, eius sine qua in terris sunt sine qua in cœlis. Mattheus testatur quod dixerunt. *Olanna & Ysrahel* quæ Hebræe est salua, vel saluificata. Et in Psalmo centesimo decimo septimo, qui manifeste de Aduentu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoque legimus. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare: benedict⁹ qui venit in nomine domini. Pro eo quod habetur o domine saluum me fac, in Hebræo legitur Ana, Adonay. Olanna, quod manifestus interpretatur est Simachus dicens. Obsecro, o domine saluum me fac. Lege diuum Hieronymum. ¶ Obseruandum vero est nō esse verisimile quod omnis hæc multitudo intelligeret quæ de Christo canebatur: licet omnes tam præcedentes quam insequentes hæc canerent: magnorum tamen erat illa intelligentia. Vnde Chryostomus ait, quod non omnes intelligebat. Cæterum impulsū ab Spiritu sancto huiusmodi cantilenis hunc triumphum celebrabant: quæ de causa saluator dixit Pharisæis. Non legitis illud ex ore infantium & lactentium perfectam reddiderunt laudem, sed ex ore infantium & lactentium: quia Deus per os illorum loquebatur, ipsis nō intelligentibus quæ dicerent. Et enim sup̄ intelligerent quæ dicebant non Deus per eos, sed ipsi à Deo illuminati loqui dicerentur. Perpēde hic diuinam potentiam: nam Deus ipse suum honorem & gloriam custodit & tuetur, & tunc magis procurat augmentum eius

Tert. in ap. c. 2. de gen.

Colos. 1.

Hierosol. Matthe. 23. & in eph. ad Damas.

Chryl. hom. 38. in eph. in perf. Matthe.

Imm. 11.

Zac. 11.

Mat. 15.

1 Reg. 5.

1 Hier. 8.

Gene. 4. 1. Dan. 13.

Exodo. 1. 4. Luc. 1. 4.

eius cum magis periclitatur: tunc enim altius effertur: altius eleuatur, & longe gloriosior redditur. Cum iam Christus morti esset additus per nepharium illud concilium & impiam Iudeorum congregationem, tunc prædicabant ipsius gloriam & ei occurrerant obuiam. Item cum glōtia miraculorum Christi obsecrator videbatur & dicta pharisæorum blasphemantium & dicentium in Beelzebub demoniorum principe eiecit demonia: tunc Deus suam gloriam maiorem ostendit & redijt per mulierem magna voce clamantem, beatus venter qui te portauit & vbera, quæ suxisti. Præterea cum glōria Christi in cruce morientis extingui videbatur, Christum verum Deum confessus est Centurio dicens. Vere hic filius Dei erat. Et nō solum in ipso mortis articulo à Centurione hoc rationali, sed etiam à sole, luna & stellis & lapidibus irrationalibus voluit glorificari. Adde etiam quod Azotij putantes arcam Dei esse victam tuorum idolo subiectam inueniunt eam superam eam idolum quæ ipsam Dagon cōfractam, ipsa mirabiliter triumphante. Nec pro se tantum modo suoque honore stat Deus, sed pro omnib⁹ ipsi morigerantibus. Cū enim Israeliticus populus esset depressus, & à Rege Assuero morti additus ob insidias & odium Aman; tunc per Mardocheū in domo regia magnū effectum, populus ille liberatus & exaltatus est: Iudeis enim noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Sic iustus Ioseph in carcere abiectum, honoribus affecit: & Sullanam morti adiudicaram. In nostris ergo angustijs & tribulationibus ne animum contrahamus Dei potius clementiam & misericordiam innocentes nostrarum miseriarum remedium fidēter expectemus. Sic enim omnipotēs ille Deus, immensū benignitatis perlagus nos à malo eripiet & glorificabit. Sic enim Israel ab Agypto seruitutis iugo liberauit: sic permagnanimam illam Iudij in scilore iacentem, morte confectam, ac prope desperantem de salute populum suum erexit, exhibuit, in mentem denique aspectu meliorem restituens vindicauit. Et quid pharisæorum de vobis dixerunt ad illum. Magister increpa cū seipulas tuas. Putabāt enim Regis nomen ad seditionem, domini vero nomen ad blasphemiam facere: Vbi notandum quam terribiliter quam pessilens & detestandum malum sit inuidia. Si namque cum auaritia confectur, superior euadet inuidia: etenim auarus

si non vult communicare alijs bona sua, vult tamen, vt alij suis communicent: inuidus autem neutrum vult. Si comperetur cum ita superabit inuidia: ira enim & malevolentia per cœtu male quidem enipit alijs, hoc tamen cœtu & iracundia à proximi offendiculo ortum habeat necesse est, ac proinde nō in iratum, sed in alios culpa conijci debet. At inuidus à nullo offensus torquetur ob aliorū res prosperas: quod in cæteris etiam vitijs facile erit perspicere. *Quibus ipse ait. Dico vobis quia si hi tacerint lapides clamabunt.* Sciebat namque Christus tempus illud definitum esse à diuina prouidentia ad contestandum publicè ipsum esse verum Messiam, & ad implendam necessario diuinam prædestinationem: quam ob causam non solum rationales creaturæ vt iam irracionales & insensibiles, vt potest lapides clamassent. Dixit autem hoc vt intelligerēt fieri nullo modo posse, imo esse omnino impossibile vt ipsi tacerent. ¶ Aduertedum autem scripturam sacram (vt Chryostomus annotat) ita de insensibilibus loqui solere ac si sensu ac voluntate prædicta essent. *Ioan. 3.* Vnde illud. Spiritus vbi vult spirat & vobis cuius audis & nescis vnde veniat, aut quo vadat: significans liberum à natura impetū ventis. Sic Esaias. Erubescē Sion dixit mare. Et in Psalmo, Cœli enarrant gloriam Dei. Et Abacuc ait. Lapis ex patiete clamabit, & lignū quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. Hoc est. Si extruxeris domum ex alienis opibus, ipsa ligna fatebuntur te esse furē. Et iterum in psalmo. Mare vidit & fugit. Et Abacuc iterum. Inanimata creaturæ clamāt. Loquitur de tyrannis & vsurarijs qui mala conscientia ædificant, & est figurā proserpocia. Impossibile igitur est quin gloria Dei prædicetur ab irrationalibus creaturis, quādo rationales tacerint. Clarius hoc videre possumus in passione domini: nam cum eo crucifixus starent à longe omnes noti & amici eius nec p̄ timore auerterent confiteri verum esse Deum quem in cruce sublatum intuebantur, ac proinde meticolose tacerent, ecce irrationalia: restū omnium autorem patiens significat: tunc enim Christi spiritu terra commota est: lapides se collidentes scissi sunt, mortuorum sepulchra omnibus stupescētib⁹ patuerunt. ¶ Aduertendum præterea multasiam Christi diuinationem. Alibi enim ab ijs quibus benefecerat se laudari vetat, hunc vero suos laudatores defendit:

Chryl. hom. 25 super lo. 3.

Esai. 23. Psalm. 18. Abacuc. 2. Psal. 113.

Abac. 2.

Matthe. 27.

Luc. 8.

*Psalm. 33.* *1. Reg. 15.* *3. Reg. 11.* *Hiere. 19.* *Hiere. 28.* *Ezech. 5.* *Eccles. 4.* *Sopho. 3.*

dit: illud modeste, hoc autem necessitati tribuendum est, non enim in praesentia oportebat ut negaret se verum esse Deum. Nunquam igitur cessemus in eius laudibus ei namque gratissimum id semper erit; quod optime intelligebat & praesabat regis propheta cum dicebat. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Et ut appropinquavit videns civitatem fleuit super illam. Sapientissime in veteri testamento propheta calamitates & infortuna populo Israelitico eventura praedixerunt: non verbis solum sed operibus & alijs signis exterioribus. Samuel propheta vidit regnum Israel Davidi futurum obnoxium cum in manibus tenens pallium Saulis scidit medium. Sic Achiab propheta cum scidit pallium Hieroboam in decem partes inquit ipsam regem futurum decem tribuum. Hieremias etiam atripuit vrcum & coram populo fregit, praesagians ita omnes fore frangendos. Deinde cathenis vinculis coram populo stetit demonstrans eius futuram servitutum & captivitatem apud Babylonios. Ezechiel quoque assumpta novacula capillos sibi per partes tres abtraxit; quarum unam combussit, aliam scidit & tertiam per aerem sparsit. Per primam partem inquit populum peste & fame laboratum: per secundam, gladio percussendum: per tertiam captivum fore dispergendum. Sic in praesentia Christus intuens civitatem Hierusalem praesagit non sine lachrymis mala, & eversioem illius ostendit per has lachrymas aliquando fore, ut Hierosolymitani licet nunc rideant, non mediocriter debeant. Tria hic dicuntur notata digna. Primum quod appropinquavit Hierusalem. Secundum quod illam vidit. Tertium quod super illam fleuit. Itaque quod ad primum attinet, hoc idem profecto accidit singulis diebus: etenim Deus ad peccatores appropinquat in vitijs & sceleribus obstinatos, ac suae gloriae lumine irradiat eos: cum tamen miserissimi & obsecrati homines inspirantem & saluberrimè hortantè non recipiant: Ideo Salomon admonet dicens: Appropinqua ut audias: multo enim melior est obedientia, quam stultorum victimarum. Lachrymis prosequitur Sophonias propheta hanc hominum obstinatorum iniuriam dicens: Vae pronocatrix & redemptrix civitas, columba: Non audivit vocem, & non suscepit discipulam: in domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit. Cum igitur Christus videt se ad nos accedere, nos vero ad eum

minimè in lachrymis prorumpit: Non tantum civitati appropinquabat pedibus; sed cõpensione. Vnde divites sibi exemplum petant, ut se exhibeat veros Christi imitatores appropinquantes hoc modo ad pauperes. & ad infirmos: commiseratione videlicet Christiana, ac eorum inopiam sublevent, afflictionem consolentur, iacentes erigant, humano denique auxilio prope desitutos confirmet: Sed proh dolor non ita sese gerunt: appropinquant quidem illi ad egenos in vitijs stipendiantes corporaliter: at si ad commiseratione spectemus, potius ab illis recedunt. Intuentur illos corporeis oculis, pedibus proculcant, cum tandem & nausea praerent: tantum abest ut eorum miserijs condoleant, leuamen quae aliquod afferant. Sibi tamen persuadent si nunc oculos à pauperibus avertunt, fore aliquando ut Deus ipse egenorum pater, suos à divitibus auertat: & iure optimo audient in illa die in qua totius vitae nostrae ratione sumus reddituri. Ite male didici in ignem aeternum. Efurius & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & c. Deinde vidit Deus civitatem. Felix illa quidem si hac visione non fuisset abusa: non enim solet ex Dei intuitu sequi perditio, sed salus. Sic enim oculos coniecit in Petru, Zacharum, & c. Misertus est eis: & tandem eos conuertit. Sic vidit Agar ancillam Abrahamae, quae dixit. Tu Deus, qui vidisti me. Ex Dei igitur intuitu nostra procedit salus: è contrario vero ex avertione oculorum eius, perditio. Quam obrem dicebat David. Auertente faciem tuam omnia turbabuntur: auferes spiritum eorum & deficient. Caterum cum Christus huac intuitum nihil civitati profuturum videret super eam misericordia commotus, collachrymatus est. Vidit Deus mundum & miseratione impulsus eius redimendi gratia carnem hanc nostram sibi copulavit, & miserijs humanis subiecit se. Nobis igitur à Deo est petendum ut nos dignetur aspicere ac tandem nostri misereri, quem ad modum intuitus est Petrum & miseratus, quando apud Pontificem negavit ipsum. Dignetur praeterea super nostra scelera flere nosque sua miseratione intueri, ut culpas deleat. Vnde egregius psalmes dominum deprecabatur dicens. Respice in me, & miserere mei: quia in vnicuique & pauper sum ego. Porro quod ad tertium attinet fleuit super illam: non diructos quidem muros, non subuertenda aedificia Hierusalem deplorat dominus; sed cepitatem orbium eius,

cuius & animorum interitum & iacturam. Licet ergo modo aliquo & minus principaliter per has lachrymas praedictet eversioem murorum & turrium: non desit nisi peccata, quae tanta vastationis causa fuerunt, quam causam subdit ipse Christus dicens. Eo quod non cognouerimus tempus visitationis tuae. Docet praeterea lachrymis esse eluenda peccata, quippe quae scelerum vulneribus aptissima sint medicamenta, & nihil aliud praesent quam commissa peccata abolere. Licet enim natos, patres, amicos, vita defunctos, licet bona amissa lachrymis prosequaris: nunquam tamè quidquam illorum recuperabis. At si Deum grauius offenderis, lachrymis offensum tibi reconciliabis, obliteratisque peccatis omnibus amissam recuperabis gratiam. Hic est lachrymarum usus hic scopus, ad quem sunt dirigenda. Vnde dominus per Ezechielem. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor: Ne ergo in temporalibus lamentadis tepus teramus: sed potius ad abluendas animum fordes, stetit & lachrymas conuertamus. Si enim approbatissima nobis esset aqua aut alius liquor ad lippitudinem & omnem oculorum morbum curandam: & nos eo abuten tes pedes lauaremus nonne iure optimo iri deremur? Eodem profus modo lachrymae peccatis non autem alijs rebus medentur: si vero ad huius seculi bona recuperanda applicentur vane sunt. Lachrymae itaque ad nihil omnino prosunt nisi ad vulnera animae curanda: ad alia autem medicamenta nullius esse momenti, perspicuum est. Quapropter viri prudentia & sapientia exculti non lachrymatari nisi pro Deo illatis iniurijs: insanum nantique existimat pedes aqua ablucere, quae ad medellam oculorum solum modovtilis est. Quam obrem cum mulieres illarum porae passionis Christi super ipsum fleuerit, nolite (inquit ille) filiae Hierusalem flere super me: sed super vos ipsas: quia venere dies, & c. Ratio autem quare Christus haec dixerit est quia lachrymae peccatis adhibetur, ipse vero absque peccatis erat. ob idque nolite flere super me quia peccator non sum, sed super vos & super peccatores filios vestros. Hanc enim lachrymarum medicinam Christus prudens medicus ad peccata delenda solum esse applicanda dicebat. Haec etiam est causa quare super Lazarum fuit collachrymatus, quia scilicet mors introducta fuerat per peccatum: contra quod tunc

infremuit spiritu. Et in cruce testante Paulo ubi nostra flagitia lachrymis oravit clamore magno, & exauditus est pro sua reuerentia. Praeterea cum sanasset aridam manum cuiusdam, ut ait Marcus, contristatus est super cecitatem cordis eorum. Quam cecitatem nunc etiam deplorat, arque ideo dicit. Si cognouisset & tu. Vnum lachrymarum probè tenebat regius illic propheta David: nam cum aliquando filius puer ex Bersabe moreretur mortēque eius audisset ab stratis surrexit & mensē lachrymarum indulsit ac Bersabem non medio critere colatus. Quod ideo fecit quia fleuit suscitare nequit vita defunctos, & puer ille innocens & absque peccatis erat. At quando impius Absalon fuit interem pium damna tiorem eius timens, lachrymis mortem eius lamentabatur dicens. Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi daret, ut moriar pro te? Intelligebat enim sanctus vir filium flagitiosum immersum diem obiisse. Eodem modo Christus dominus nunc, criminosa, scelera, & cecitatem Hierusalem lamentas ait. O Hierusalem, Hierusalem, quis mihi daret, ut moreretur pro te. Si David Absalonis mortē de flebat, amore quo eum diligebat in causa existente dicēs quis mihi daret, ut moriar pro te: quanto iustiori ratione hoc facere Christus poterat & plorare, quis mihi det Hierusalem ut moriar pro te? Majori certe dilectione prosequetur Christus Hierusalem, quam David filium suum Absalon: quo fit ut Christus pro Hierusalem mortē susceperit, non vero David pro Absalone. Quis mihi daret, O Hierusalem dilectissima ut moriar pro te? Itaque ego, vobis quo pro te mortem suscipiam, non quiescam. Lachrymae certe David nihil fieri debent, si lachrymis quas emisit & effudit Christus equiparentur. Vterque itaque super peccata defleuit. Flebilis verba super Hierusalem Christus proferebat, quam abundare peccatis sciebat. Si Christus hoc tempore è caelo in terrā delaberetur, ut olim carne passibili conspiceret; tot civitates, regna, & imperia in numeris flagitijs inquinata & immerisa, non potuisset à lachrymis temperare. Etenim si super Hierusalem vnicuique civitatem tot lachrymas profundit: quid super tot regiones & civitates facturum fuisse arbitrandum est? Certè ineffabilibus lachrymis super hanc potius ploraret civitatem, quam olim super Hierusalem fleuit. Ampliora enim beneficia quam Hierosolymitani illi accepimus à domino: scelera.

Mat. 23.

2. Reg. 17.

2. Reg. 18.

Eze. 18.

Math. 23.

Luce. 19.

Math. 9.

Gene. 18.

Psalm. 10.

Mar. 14.

Psalm. 20.

Luce. 23.

1. Tim. 11. Hebrae. 5.



que nostra & ingratitude maiora certe sunt sceleribus civium Hierusalem, &c.

¶ Ad notandum præterea quod in hoc maxime ostenditur Dei sapientia: nam quid animi sordes potius elueret, quam id quod ex intus defluit partibus nempe lachrymæ; Peccatum duo in mundum inuexit: mortem scilicet & tristitiam. De primo ait diuus Paulus. Per unum hominem peccatum, & per peccatum mors. De secundo fecit mentionem ipse dominus cum dixit Euq. In dolore paries filios. Caterum his etiam duobus à se inuectis deleret peccatum. Voluit dominus ut filijs peccati aboleretur peccatum. Quemadmodum enim ut Philosophi naturales tradunt &

Rom. 5. Gene. 3.

Lact. fr. li. & refert Lactantius cineres & pulueres comibus vipere, ad ipsius morsum venenosum sunt presentissimum remedium, ac ut tinea ex ligno nata ipsam consumit: ita ex peccato nascuntur hæc duo ipsum penitus delentia: Quod autem mors peccatum deleat patet in martyribus quorum mors & martyrium in causa sunt quare illis peccatum remittatur.

Deinde Christi Redemptio propter peccata nostra nostram mortem deluxit. Deinde Paulus vos (inquit) moricimini, ut morte peccata soluantur. Secundum inquit dominus per Ezechielum dicens. In quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum, & c. Lachrymis, dolore, tristitia, delentur peccata: & animarum nostrarum vulnera curantur. Vnde Petrus Spiritu sancto afflatus peccatoribus quibusdam dixit. Penitentiam agite, in remissionem peccatorum. Ex dictis itaque patet Christum non in cœnia, non turres Hierusalem: sed flagitia eius lachrymis fuisse profecutum. Restat nunc videre: quæ flagitia illa fuerint. Fuerunt autem duo præcipua. Primum, quod Hierusalem, nullam futurorum malorum rationem habebat. Secundum, quia volebat se scipere dona Dei. ¶ Quoad primum aduerte turpissimum esse & homine in dignissimum non omnino præuidere mala futura. Vnde inquit dominus. Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo. Cum igitur ciuitas illa iam multis calamitatibus & infortunijs esset destinata & gaudio exiliens rideret futurorum malorum immemor, Christus hoc intelligens lachrymas præ dolore & commiseratione cohibere non potuit. Fræneticus quæto infirmior & proximior sepulturæ est magis ridet: eius tamen consanguinei maiores extendunt stertus: cum fræneticus feruentius

Rom. 7. Eze. 18.

Ab. 2.

ridet & lætatur. Ciuitas hæc velut frænetica cum morti, vastationi, & excidio, esset exposita ridebat & lætatur: Christus vero flet, quod nequamquam fecisset si Hierusalem penitentia non egisset. Maxime enim est deplorandum videre homines in presentibus ita occupatos, vt de futuris minimè cogitè. Prudentes non ita se gerunt: nam si prospera adesset fortuna aduerse meminerunt, præ oculis habentes illum sapientia. In die malorum memor esto bonorum. Ideo Dauid in psalmo. Homo (inquit) cum in honore esset & non intellexit comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Bruta enim solimodo ad id quod adest quodèquè præsens est se accomodant. Cordati igitur homines à brutis longo intervallo distantes in principio reparationis & peccati finem consuetudinem considerent. De Iacob legitur quod quando natus est Esau per plantam pedis illi coepit Iacob. Inter iustos & flagitiosos homines hoc in re est: quod iusti per plantam pedis, hoc est, per finem vitia apprehendunt, semper enim ad peccati finem aduertunt flagitiosi vero per caput, hoc est, per principium apprehendunt Esau, hoc est vitia, nullam finem habita ratione.

Eccle. 1. P. Ial. 4.

Gen. 3.

Thra. 3.

Mala Hierusalem futura nunc Christus plorat: quod olim Hieremia fecisset scripturam commemorant. Sordes eius in pedibus eius, non est recordata finis illius. Apprehendit igitur Esau per plantam pedis. Vnde hebraicè idem nomen **PP** significat plantam pedis & finem. Itaque si in numero prudentium haberi volumus ad finem semper attendamus: atque ita qui sanitate fruitur se aliquando egrotaturum recordetur: qui diuitijs affluens est, se aliquando ipsis spoliatum iri cogitet: qui viuunt, se aliquando diem obituum consideret: qui denique risu & voluptati indulget, sibi aliquando plorandum omniumque vel minimarum cogitationum reddendam fore rationem animaduertat. Hanc igitur inaduertentiam delens nunc summus ille rerum omnium opifex Christus. Nec immerito nihil tam multis lachrymis dignum est quam videre miserum homines mortis & fortunæ talis obnoxios ita vivere quasi nunquam quidquam horum sint degustaturi. Hanc incuriam appositissimè exemplo declarandam arbitror. Æstuo tempore solent defatigati viatores ad vmbra arboris alicuius sese recipere, ac tandem somno corripiti. Ceterum cum à somno excitantur se ad solis radios expositos vident opprimentem caput dolore,

Iob. 40.

Num. 3.

Ab. 2. 9.

Psal. 102.

dolore, febre plerumque corpus vexante, sudore vnde decunque copiosissime mananti: atque ita qui ad vmbra illam fugacem releuandi sui causa aufugerant, delusi grauius vexantur. Eodem præsertim modo, qui fidunt secundis rebus, volupratibus se dedunt, genio indulget, seque in his omnibus quæ fugacissimæ vmbrae instar sunt releuandos arbitrantur: cum tandem aliquando expergeant in morte, illarum fallaciam, & inconstantiam experientur. Peccatores (inquit Iob) sub vmbra requiescunt. Ne igitur nostræ salutis & animarum immemores fallacibus huiusmodi miseriam vitæ rebus fidamus: ne principum fauoribus, ne honoribus, ac dignitatibus, sed a dhibeamus: qui enim fidit fauori principis, qui diuitijs & opibus, qui volupratibus, qui denique dignitatibus, in precul dubio sub vmbra dormiet. Vnde fit, vt hæc prætereant, & ipse se ad solis, hoc est, ad inferni calorem & ignem expositum cõperiat. Quæ obrem ne vane & stulte fluxiles huius seculi res suspiciamus: sed despiciamus potius, & nostrarum actionum principium, illa vero fines contempserim. Etenim hominum viuere cõsueti solet fluminibus: vt enim eorum aquæ dulces quidem sunt, sed ad salum & amarum mare semper tendunt. sic hominum vita dulcis est, tedit tamen in amarum dines sepulturæ. Vocauit aliquando Deus Prophetam Hieremiam & adduxit in domum figuli cuiusdam vbi propheta edoceret, cum vbi quoniam id præstare potuisset: inuies domum illam esse sepulturam vbi vere sapientia schola est, in qua Deus admirabile doctrinam suos edocere consuevit: ibi quidem de natiuitate huius vitæ informantur, & qui sint cõsiderant, & qui finem sint habituri ponderant. Iezabel ad fenestrâ ornato statit capite putas se deceperatam. Ichur: & tandem dilacerata est: canibus inhiis; præter capitis caluariam, & pedum & manuum extremitates superfuit. Mundus principia instat capitis Iezabel habet cõposita: sed tamè finis huius cõpositionis pessimus est. Extremitates eius solè in memoria su persunt, quia Deus nos vult hæc recordari: & finem vitæ nostræ meditari. Flet itaque Christus, quia Hierusalem gaudebat & resiciebatur presentis prosperitate: non autem futura mala præuiderebat. Denique plorat Christus hominum vè saniam, quippe qui periculosissime agrotantes non solè curari. Non enim miratur homines peccare cum probe teneat carnis nostræ fragilitatem, ipse namque (vt Psalmographus ait) cognouit signum nostrum: sed miratur quod presentissimè

remediū aspernetur, & cum infirmi sint curari nolint. Peccastis coinquassati, infirmitate ex culpa cõtraxistis: Christus cœlestis medicus domum tuam curam di tui causa venit, imò vt te cures inspirationibus incitat, vltro & gratis medelam facturus adest. Sed pro dolor, ita ne quæ & vultus es: ita perditus, vt in vitijs tuis persiliteres quæ purgari malis: Peccare fragilitati humanæ con donandū est: sed nolle sanari & in flagitijs obstinate persistere, demonis est, ne dicam hominis. Ter Christum negauit Petrus, à Domino tamen, nec incusatus, nec reprehensus legitur: obiurgauit tamen in vltima cœna quare pedes ipsi lauare parabat, & Petrus renuebat. Non ita acerbe ipsum ter negantem increpauit: tamè acriter poenas se Petro daturum promissit, nisi lotioni pedum acquiesceret. A dicit Christus vt ciuitatem hanc infirmam inuiseret & curaret: illa tamen nec Christum verum medicum, nec tempus visitationis suæ cognouit, imò ipsum illum redimendi causa venientem: eiecit nec eum excipere voluit, nec aduentum eius in suam vtilitatem conuertere, quo circa, ipse lachrymas nequiuit cohibere. Cupit Christus eam sanare, & ipsa curari recusat. Sic se habet su per animam infirmam peccatūque grauatam. Nec solè flet Dominus propter flagitia peccatorum: sed propter multos annos quos sceleribus immeriti cõsumunt: nec peccatum expellere volunt, nec Christi inspirationibus, nec concionibus, nec alijs cõuersationum mille modis acquiescere. Quæ mala quam obstinaciam Christus nunc deslet. ¶ Ad nostram autem eruditionem ex hoc Christi facto discamus primò quantum propria scelerata plorare debeamus, cum ille ita deplorat aliena. Flet Christus nostra peccata, flet hominum stoliditatem & infamiam. Nam conspiciebat Hierosolymitanos ridetes, & tripudio in rebus pessimis (vt inquit Salomò) exultantes: laudatur enim peccator in desiderijs anime suæ, & iniquus benecitur. Flebat cori fletu cunctigio subsecuturū: & ideo dicebat illis. Vè vobis qui ridetis, quia flebitis. Discamus etiã nos lachrymas. Christi magnificare: & cum illo nunc flere, vt cum illo rideamus. Discamus flere mala, & dāna proximorum nostrorum: & de ipsorum miserijs condolere. Flenda enim sunt aliorum peccata, vt Christus ex iplo docet non ridēda. Vnde in libro Numerorū dicitur quod Moyses & filij Israel flebant peccata sociorum, & fratrum filiorum suorum, ante fores tabernaculi. Sic flebat Pāulus

Mar. 16. Luc. 13.

Prov. 2. Psal. 9.

Luca. 6.

Num. 25.

1. Corint. 12. **Psalm. 108.**  
 Ius super quosdam qui peccauerant, & nullā agebant penitentia. Et alibi flebat super eos, qui ex fidelibus facti erant infideles & crucis Christi hostes terretimi: ventrem suum pro Deo habētes. Et iterum Corinthijs ait. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et Iob sanctissimus. Flebam (inquit) super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. At nunc prohi dolor Christiani quam plurimi in eorū casibus, & infelicibus aduentis impudētissimi lætantur. Gaudio exultant & proximorū peccata alijs deregunt & diuulgāt: præsertim seculares homines exhausto omni tubore ele ricorū vel monachorū infortunia (si quæ illis accidunt) iterum ac sæpius alijs ea ignorantibus narrare solent, cum potius id obtegere multis ob causas tenerentur. Nō attendūt hī miserī ad illud Ezechielis vbi viri altorū peccata gementes signari iubentur à domino: vt illis in die furoris Dñi parcat. Hoc debet esse piorū munus: nēpe flere, & pro peccatori bus orare. Sic faciebat Dauid. Ego autem (inquit) orabam. Discamus igitur mansuetudinē, & inimicis & calūniatoribus peccantibusque omnibus cōdolescamus. Sic enim boni Christiani: Christi etenim ineffabilis est amor erga populum perditionem proximū, & ideo illorū vasa nam & interitū vehemētē dolet. Nonne est maximū amoris argumentum nullius vnquam vindictæ meminisse: cum tamē toties tā ignominiose fuerit tractatus? Imo vero ingenti misericordia cōmotus illorū caritate, & futurū malū deplorat. Si iudex est sententiā iustitia impulsus cōtra reū profer: eaq; officio, nō odio, non maleuolētia ductus exequere. Propone tibi ob oculos Christum qui in inferenda poena tardus est, & illam lachrymis manantibus pronunciat, & quasi coactus ingerit. Vnde in Esaia. Heu (inquit) cōsolabor super hostibus meis: & vindicabor de inimicis meis. Hoc est, quia nullum aliud remediū est puniam oportet. Et in Ezechiele. Quare moriemini? Nolo enim mortem peccatoris: sed magis vt cōuertatur & viuat. Et quia nos iunius punit, ideo ob animaduersionem qua erat vsurus in ciuitatem Hierusale lachrymat. Si enim illam puniret hilaris, in eius perditione lætari videretur: q̄a Deo est valde absonum. Discimus etiam ex hac historia Deū misericordem esse & iustum. Nam si nostræ imbecillitati omnia cōdonaret, & nostrā scelera impunita reliqueret, nequaquam esset

Deus iustus. Iā vero si omnes lapsus nostros ita castigaret vt nihil remitteret, nō esset Deus misericors. At scriptura facta hæc duo attributa Deo congruere affirmat. Misericordiā inquit Dauid & iudicium cātabo tibi Domine. Et Deus ipse dicit. Ego sum Dominus Deus tuus, & fortis & Zelotes: vītās iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciēs misericordiam in millia his qui diligūt me & custodiunt præcepta mea. Hæc duo ostēdit hic Christus, Primum quia flet per misericordiā: secundum quia ingressus templum cœpit eijcere vendentes & ementes. Per fletum intelligere possumus spem & fiduciam misericordiæ Dei: per seueritatem autem qua in templo vsus est, metū nobis incuti intelligimus, ne tam temere contra Deum agamus. Hinc etiam miseriam nostram discamus lamentari. Si enim flet qui nullam debuit sentire miseriam: quāto iustiore flendi causam habet ille, qui innumeris miserijs & necessitatibus est immersus? Ad hoc possem accomodare, & Christus in passione sua dicit. Si in viridi ligno fit hoc, quid erit in sicco? Hoc est. Si boni & insēntes lachrymis nequeunt temperare: improbi & peccatoribus quid accideat? Hanc ob causam peccatrix illa mulier tam ardentē & abunde flebat, vt pedes Christi rigarentur. Sic etiam flebat Dauid cū dicebat. Lauabo per singulas noctes lectam meam, lachrymis meis stratum meum. Et iterū. Fecerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Discamus hinc etiam vanam huius mundi latitiam & risum cōtemnere. Vnde per Sapientem dicitur. Risum reputaui errorem: & Eccl. 1. gaudio dixi, quid frustra deciperis? Et iterū. Melius est tibi ire ad domum luctus: quā ad domum conuiuij. A petre ostendit hic Christus quam vanus sit huius mundi risus, quē talis finis consequi debet: nam inter factum, pōpā, honorem, & risum huius sæculi, ipse in lachrymas prorūpit. Ob id que ait. Vx vobis quī nūc ridetis: quia flebitis. Et Iacobus. Risus vester in luctum conuerteretur. Si magnificimus aquas florum aut herbarum quia abluūt oculos aur vulneribus medentur: cur non magni facim⁹ lachrymas, quæ animæ sordes abluūt, eiusque vlcera saluberrimē sanant? Hic liquor est omni balsamo preciosior, vtilior, & salutarior: q̄ significare voluit Salomon cum mare fusile, & lateres in templo cōstituit. Cum domus aliqua incendio flagrat qui ei succurrere

Psalm. 108. Exod. 11.

1. Cor. 11. Luc. 11.

Psalm. 108. Eccl. 1.

Luc. 6. Luc. 4.

3. Reg. 6.

vo.

volūt ad aquā accurrūt. Sic nos cū videmus animas nostras flammis impiarum cupiditatum correptas & incensas ad lachrymas statim sumus recursum, vt illis incendium extingamus. Vt in pelui numus non potest videri: a certo quodam aliquantulum que distare lo co: sed si peluis aqua impleatur statim ab eodem loco munus cernitur. Eodē prorsus modo anima nostra in vase huius corporis delitescēs vt potoe numus pretiosissimus imagine quæ Dei insignitus, non videtur, vnde fit vt nos ipsos ignorem⁹: nisi iniecta aqua, hoc est, profusus lachrymis, quibus pestiferas eius lachres abluamus. Vana vero mūdī latitia excusat, & perdit homines. Hanc igitur latitiam cōtemnendam putemus. Maluit Moyses affligi cum populo Dei, quam gaudere in risu, & mundi prosperitate apud Pharaonē: quā obrem negauit se esse filium filix Pharaonis. Sed de his satis. Nunc autem quid flens dicat Christus super ciuitatem Hierusalem audiamus. Quia si cognouisses & tu: & quidem in hac die tua qua ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Hæc verba animam cōpatiētē indicant, quasi dicat Christus. O Sio & Hierosolyma, ecce venio Rex tuus & Saluator, quem admodum Propheta de me dixerunt: sed venio mansuetus & pauper: ideo me nō cognoscis sed cōtēnis me à quō vno vitam & æternam salutem habere possis. O si cognosceres quid ad pacem tuam inferuire tibi possit, nec ita insensibilis esses in tuo proprio damno. O si nūc cognosceres in hac die tua tot tātasque promotiones ad eiusmodi cognitionem habere possis. Etenim nunc dum me habes qui tibi regnum cœlorū annuncio: oīta est tibi dies salutis & diuinæ visitationis, id quod iam pridem ex mea doctrīna & vitæ ex tot denique & tam euidentibus miraculis didicisse debebas. Sed o popule infelicissime, qui hæc nec videre nec cognoscere vis: & ideo scuis in me, & me quaeris occidere: quem merito iuxta exemplū totius populi toto animo accipere debebas. Verum quod nunc non vides, id magno tuo malo in posterum videbis. Aduerte autem quod Christus cum hæc verba scissa, & absque perfecto integre orationis sensu protulit nobis significat: in gentem animi dolorem, ob quem vox hæsit faucibus: & lingua perfecte pronunciare & exprimere sensum suum nō potuit. Etenim fletus à tristitia oritur, & sicut gaudiū dilatat cor, ita tristitia cōstringit: cor

Hebr. 11.

de vero cōstricto & congelato, vix potest quod intus est exire. Vnde in Psalmo. Statuit quasi in vtrea: quo nihil potest exire. Igitur quia cor Dñi cōstrictū erat magnitudine doloris pro peccatis populi Israel, nō potuit tūc integrum explicare sermonē: id eo ait. Si cognouisses & tu: & in hac die qua ad pacē tibi. Est Apostolus figura: sicut illud Comici. Ego ne illā, quæ illum, quæ me, quæ non? Flet pater ob mortuum filiū, quē vnice diligebat: & cum rogaretur vt velit causam tanti fletus exponere, non potest eius mortē exprimere, & ita abrupto sermone, filius (inquit) solus, habilis & pollēs ingenio, adolefcens. Nec filij obitū explicat: nec dolor & tristitia id rogātibus narrare permittit. Sic loquitur hic Dñs: quare supplicata sunt quæ desiderantur. Ait igitur. Si cognouisses: scilicet ruinā quæ immineat: vel me Redemptorē tuum. Et tu, scilicet flouisses, quæ modo exultas. Et quidē in hac die tua, scilicet, quæ lætaris & gaudes: & tibi & nō Deo viuis, quare tua dicitur dies & nō Dei. Quæ ad pacem tibi temporalem, & nō transitoriam faciunt: penitentiam faceres in hoc tempore vitæ tuæ, & me Saluatorē cognosceres. Nunc autē tēpore lætitiæ tuæ abscōdita sunt ab oculis tuis mala tibi imminētia: ceterē nō rideres vt modo rides, sed potius lægeres. Non solū hoc in loco sed in alijs scripturæ supplicata sunt verba: ex quibus aliqua diciemus. In secundo Regū dicitur. Et Dauidi annūciauit, vbi nullus qui nūciaret exprimitur: & sic subaudiendus est nūcius. Et in primo Regū dicitur, & secundū tempus q̄ Samuel: scilicet prædixerat. Et in eodē libro habetur etiā. Et tibi pepercit, scilicet anima mea. Et de Oza etiā legitur quod misit ad arcā. Scilicet, manū suā. Et Zacharias ait. Salutē ex inimicis nostris. Scilicet, vt daret. Sed hic aliqua obseruanda sunt. Primum quod Christus ante omnia ciuitati Hierosolymorū precatus agnitōnem præsentis boni & futuri mali: quan do quidē ignorantia causa est totius mali. Vnde Moyses ad populum suū dicit. Popule stultus & insipiens hæcine reddis Domino? Vtinā saperent atq; intelligerēt: & nouissima prouiderent. Sed Dñe tē rogo cur inquis, quod illi te non nouerunt? Nonne tibi obtinam gestantes manus ramos occurrunt? Nonne vias tuis suis instrauerunt? Nonne omnī ore & voce vocaris mundi Saluator: filius Dauid, & Rex Israel? Non denique te veluti verum Messiam venerantur? In hoc cognoscēs

Psalm. 38.

2. Reg. 16.

1. Reg. 13.

1. Reg. 24.

2. Reg. 6.

Deut. 32.

N n s Christum

Christum nihil de ceremonijs curare, quado cor ab illis dissonat. Hi enim diuina precepta non obseruabant: & ceremonijs exterioribus solummodo Christo satisfacere se arbitrabantur. Ecclesie ceremonie optime & sanctissime sunt: nonnulli tamen non solum pias & sanctas putant, verum etiam omnem perfectionem in illis collocant: & quod longe peius est cum auersum a proximis suis habent animum. Itaque caput demissum, manus coniunctas peccatoriq; adherentes, inclinationes corporis, & scilia huiusmodi parua illa quidem magnificiunt: at animorum mille sceleribus in quinatorum penitus obliuiscuntur. Cereemonias ergo huiusmodi aspernatur Christus: & ideo Hierosolymitanorum (qui toti in ceremonis erant occupati) miseriam & ceccitatem nunc desfer. ¶ Obserua etiam quod hęc dies vite huius data est nobis ad pacem: vt sic possimus pacem æternam, gaudiumque nobis cõparare. Exspectemus item diē aliam in qua Christus in tribunali sedebit & puniet quod nunc in die gratiæ & pacis dissimulat. Hi igitur duo dies attentissimis animis sunt considerandi. Horū dierum alter Dei, alter vero hominis est. In die quidē hominis, poterit homo quodcumq; sibi placebit operari, tacente Dño. Poterit Sedechias Dei prophetam precipitare in foueam, & illū fame enecare, alimenta per vncias suppeditans: & Dominus tacebit. At cū altera illa dies venerit, capiet Dñs Sedechiā, & captū priuauit regno, coram Hierusalē afflictabit, in presentia regis Babylonie Sedechiā vinculis constrictum in carcerem abripierit, & tandem rex ipse Babylonie Sedechia inspetantē ipsos filios obruncabit. Itaque quẽadmodum homo in die suo viuens adhuc quodcūque libuit effecit: ita Deus in die suo iustitiã exercens vniciq;que pro meritis præmiū reddet. Vnde illud. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Inter iustū & flagitiosum hominem hoc maxime interest: nam dies & vita tota hominis probi, dies est Dei: etenim per totum vite curriculum, Dei operibus intentus est. At improbi & scelerati hominis dies, ipsius solummodo dies est: per totam nanque vitam gula, palato, & genio indulgens libidimibus sese dedit. Quapropter ipsam transacto die inquit, Dies mei sicut vmbra transferunt. Vmbra comparatur homo, quia vt umbra in omnibus similis homini est: ita mundanus homo omnes mundi motus & cursus exequitur: nam vmbra est, & mundū

insectatur. Ergo age ò homo, & in hac tua die, dum vita tempusque finit ab recte operando accingere: dum non occidit hic dies tibi necessaria comparanda cum nox illa tenebricosa mortis adierit, iam tunc recte operari nõ erit in manu tua. Quia de causa angeris animo laboribus consistere & miseris, quibus totus vndique ita tenebris oppressus, vt ex illis ad penitentie meritiue portum emergere non liceat. Quamobrem si sapiens presentis vite tempore ad sanitatem, salutem: & penitentiam vteris. ¶ Tertio hæc mala ventura abscondita dicit ab oculis tuis. Quapropter multi securus peccant, & patientia Dei ita abutuntur, vt multo peiores in dies effecti in consuetudine peccandi dilabantur. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Quia non cito proferetur contra malos iudicium, absque villo timore, filij hominum perpetrant mala. Itē. Sunt impij cogitantes non recte. Venite inquit, fruamur bonis quæ sunt & vtamur creatura, tanquā in iuuẽtute celeriter. Quia venit dies ire. Id est, contra te. Aduerte quod quado loquebatur Christus de pace peccatorū, & de tempore vite presentis, in numero singulari dixit in hac die: sed quando locutus est de pena & calamitate ventura dixit, dies in numero plurali. Hinc intelliges quam breuis sit mortalitas mūdāna, quam breui transiit presentis delectatio: quā verò longus cruciatus vtpote sempiternus, sineq; cariturus. Breue enim est quod delectat, & æternum q̄ cruciat. Voluptas nondū venit: quado finita est: at cruciatus, tormenta & afflictio ob illam breuissimā voluptatē in perpetuū durabunt. Hoc certē peccatoribus erat valde considerandū, ad quod si diligerent attendere rebus his mundanis nequaquā sese implicarēt: sed quia incauti se gerunt & inconsiderate, facile irretiuntur. Et sunt simillimi adolefcẽtibus nobilibus & opulentium filijs, qui licet apud parētes in delicijs & voluptatibus delicatē educentur, rerū tamē nõ sunt experti & si quando iter aliquod faciunt ad diuersoriumq; appellūt, in quo diuersorij Dñm, hoc est cauponā egregia facie hilariq; offendunt, per iactantiã omnes pecunias quas deserūt cõsumere nõ dubitat. Quapropter exinaniti è diuersorio ipso egrediuntur nõ sine magno plerunq; dolore. Hoc exemplum ante oculos tibi statue, atque intime meditare: nam hæc vita, diuersorium est, res vero illius & deliciae veluti diuersorij huius domini, ac ita cū ob ipsas omnē substantiam con-

Eccl. 3.

Eccle. 1.

Hier. 15.

Ima. 3.

Ima. 7. Ioh. 8. Ieron.

Gen. 4.

Gen. 3.

consumamus, vacui omnino ex hoc diuersorio egrediemur. Venit inexorabilis fallaxq; caupona nempe mors, & omnes nimios sumptus quos in taberna huius vite fecisti tibi connumerabit: & apud inferos omnium epularum pretium solues. Venient enim dies in te, in quibus omnium rillum, & cachinnorum pœnas pendes. Porro causa ob quam minatur Dominus, & hos dies tribulationis in memoriam reuocat alia non est nisi, vt conuertamur, & nos in meliorem frugem mentemque recipiamus. Repente inquit apud Hieremiam loquar aduersus gentem, & aduersus regnum: vt eradice, destruiam, & disperdā illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo quòd locutus sum aduersus eam: agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi, vt facerem ei. Sic Christus nihil aliud desiderabat quam penitentiam: & satis tempus ad eam agendam concedebat. Niniuitæ quadragesima tantum dies habebat ad penitentiam, hi vero quadraginta annos: quia post quadraginta annos subuersa est à Tito Hierusalem. Verum his quadraginta annis non tantum efficebat quantum Ninuitæ tribus diebus: quare cum iudicium Dei incipiebat abscindere hanc arborem nullum erat refugium, nec clamor vllus proderat. Auxiliatorem qui dem exoptabant, sed nullus erat. Propterea Christus illis prædixerat. Venient dies quando desiderabitis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Et iterum. Ego vado, & quæretis me: & in peccato vestro moriemini. Hoc modo Deus punit hominum ingratitudinem, Vocauit inquit & renouistis: ego vero in interitu quoque vestro ridebo, & sanabo cum vobis id quod timebatis aduenire. Tunc vocabunt me, & non exaudiam. Hoc nobis dictum potemus. Differt enim Deus pœnam, vt peccatores conuertantur. Sic expectat Hierusalē, & expectauit Cain: quem post tratis inuidiam post homicidium, post perditionem, & post impietatem nõ puniuit illico, sed de dedit tempus penitentia. Quamobrem multi censent illum vsque ad septem generationes fuisse dilatatum, vt saltem malis ipsis, & longo vitæ mœtore compulsi tandem aliquando respiscens penitentiam ageret, & veniam mereretur. Sed quæres. Cur Deus non expectat Adam, sed statim puniuit, Cain autem non statim? Quia in ter patris, & filij peccatum interposita est agni innocentis mors, id est Christi passio, cuius

causa extitit Adæ peccatum: nisi enim Adam peccaret Christus non moteretur, & propterea meritum hanc misericordiam cõsecutus est Cain, vt ad penitentiam sibi prorogaretur tempus locusque daretur. Hoc etiam modo se cum multis peccantibus habet. Omnium miseretur, & dissimulat peccata hominum, propter penitentiam: & sic Hierosolymorum excidium per quadraginta annos distulit vt respiscerēt, & penitentiam agerent. Sic se habet tecum, qui postquam te peccatis coinquinasti, vitam immerenti concedit, vt penitentiam agas. Ideo Paulus. An ignoras quod patientia Dei ad penitentiam te adducit? Sed prohi dolor: permulti scelera sceleribus cumulant trahunt iniquitates in funiculis vanitatis, (vt ait Elaiās) & quasi vinculū plautri peccatum. De talibus dicitur in libro Tob. Dedit illi Deus locum penitentia, & ille abutiuit in superbia. Nonne abusus est cū id quod tibi concessum est ad emendationem: tu vertis in dānationē tuā? Sed ut scias quod sicut Deus peccatores expectat, ita obstinatos seuisimè punit: subiungit Paulus. Secundum duritiam tuā & impenitentem cor tuū thesaurizas in die ira, &c. Hęc duo in hoc loco, maximè sunt perpendenda. Primū, Dei misericordia, qui tot annis expectauit Hierusalē. Secundū seu ritas iudicij. Quæ duo colliges ex Paulo dicēte Dei misericordiã patienter expectare, & quā ita peccator obstinatus thesaurizat: ideo post quā Deus expectauit Hierusalē, vide quid dicat. Et circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique: & ad terram prosterne te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidē super lapidē. Maxima omnium populorum fuit Iudæorum calamitas & euersio, vt testatur Iosephus testis oculatus, & Egesippus contemporaneus. A postolorū: & ad hanc vsque diē eorū diffeminatio, & per vniuersum terræ orbem dispersio durat. Vnde inferitur eos grauissime peccasse, quippe qui Prophetas cognouerunt, & Christum ac ipsius sectatores per summā crudelitatem occiderūt, & corū saluberrimas cõciones omnino sunt aspernati: que omnia grauissimo & atrocissimo corporū supplicio animorumque dānatione sempiterna solet Deus castigare. Alienis ergo malis edocū discam? Christi Prophetas, concionatores, pastores & episcopos non persequi, sed eorū monitis & doctrinis saluberrimis acquiescētes ipsos amemus ad eorū normā viuēdi rationem instituiamus,

Rom. 2.

Esa. 5. Iob. 24.

Ios. li. 6. & 7. de bello Iude. Egesippus lib. 5. capi. 20.

ne æternis afficiamur supplicijs. Hinc præterea colligimus à Deo familias, oppida, ciuitates, regna denique solere poena mulctari quã do peccata publicè commissa impunita relinquuntur: & delinquentes non solum castigantur, verum omnium suffragijs & defenduntur & liberantur. Sic mundus diluuiio perijt, sic nephadæ illæ ciuitates Sodoma & Gomorra incendio conflagrarunt, sic Hierusalem à Romanis funditus excissa est. Hoc idem timeat sibi quicquid simili scelerũ genere Deũ offenderit. Hinc discamus proximis iniurias nõ esse faciendas: nam si mortẽ filij sui ita vltus est Deus eadẽ proculdubio ratione vlturus est iniurias illatas proximis nostris, cũ ipsius sint etiam filij, puniunt olim omne genus humanũ propter Adæ peccatũ, populu Israeliticũ propter Dauid: Sodomã & Gomorrã propter suoru ciuium scelera. Poena mulctabit profecto nos nisi cũ Christo fleuerimus & cognouerimus tẽpus visitationis nostræ. Discamus hinc alieno sapere periculo & ex alienis malis nostrã vitam cõponamus: nec abutamur Dei misericordia, ne incidamus in manus Dei viuẽtis. Ne dicamus, maxime misericors est Dñs, ipse nostri miserbitur: quapropter nunc fidẽter peccare poterimus. Meminerimus potius hæc Dei misericordiã comitẽ esse iustitiã: ac ira nisi penitentiã operibus Dei irã præoccupauerim⁹ nos fore grauius, & in seipiternũ puniẽdos ob nostrã flagitia. Meminerimus præpotenti Deo neminẽ posse resistere quantumuis fortem. Iactabant se Iudæi in templo illo & cultu externo credentes propter magnificentiam tanti templi nõquã fore, vt Deus permitteret urbem erui, soloque penitus æquari: cum tamen ipsi flagitijs sese dedere: sed sua lõge falsi sunt opinione, nõ legimus apud Hieremiã. Hæc dicit Dñs Deus exercituũ, Deus Israel. Bona facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite cõsiderare in verbis mendaciã dicentes. Templum Dñi, templum Dñi, templum Domini est. Propter templum & diuinũ cultum solũ modo se fore defendendos arbitrabantur Iudæi: cũ impijs essent animis, & peccatis irretiti. Nec nos putemus fore liberandos tãtum propter ordines quos accepimus, tonsuras, religionis habitus & clauurã ab ira Dei: nisi tales interioris fuerim⁹, quales esse debemus. Nec filiatio & origo ab Abraham, nec templũ nec aliqua religio Iudæos liberauit: erant ipsi peccatores, quare iustissimis pœ-

nis afficiebantur. Vnde sequitur. *Es quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Quãdãmodum cæci si aliquibus prætereuntibus obuiãt & concurrunt statim illis irascuntur & eos cæcos vocant: ita nos de propria nostra fortuna quetunt: si mali aliquid vel infortunij contingit, non intelligẽtes id nostra culpa euenisse. Propter ipsius peccata supplicijs afficit Dñs Hierusalem quia visitationis suæ tẽpora non cognouit. Sic Deus ob detestabilia nostra scelera, nos affligit & castigat. Nihil est quod magis irretet in nos quam ingrati animi crimẽ: etenim Deus non uisitate nos in hac vita cupit in ira sua & virga, sed benigna potius misericordie. Visitauit nos homo factus, tanquã creator creaturam suam, tanquam redemptor captiuum: at tantũ est nostri animi ingrati crimen, vt si lux in mundũ venit magis tamẽ tenebras iniquitatis quam iustitiã diligamus. Deus in mundo est, & illum creauit: sed mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui non receperunt: quare in nobis impletum cernimus illud Esaiæ. Filios nutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui: Israel autem me non cognouit. Et Hieremias. Miluus in celo cognouit tempus suũ: populus autem meus non intellegiudicium Domini sui. Sed historiam profœquamur. *Et ingressus in templum cepit eiecerit ementes & vendentes dicens illis. Scriptum est Quia domus mea domus orationis est.* Ante omnia ad templũ it, & ibi vult indicare se illorum itam nõ timere, nec crucem & passiõnem velle fugere: sed sponte sua se illis committere ex cruciãdum. Secundo vult indicare regnum suum non in foro & mundo, sed in templo, & in domo Dei fore: idcirco nullibi frequentius conspiciabatur, quam in tẽplo. Nesciebat (inquit) quod in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Tertio vult docere omnes homines, primũ esse querendum regnũ Dei. Præcipuẽ autem vult omnes pastores admonere, vt summam suam curam eoconferant vt nõ thesauros accumulent sed vt donum Dei sibi cõmissum, puram & mundam seruent. Aduerte autẽ illos fuisse inuentos vendentes & ementes. Iam Deus per Prophetas illos obiurgauerat quod templa prophanarẽt huiusmodi rebus. Quid est (inquit apud Hieremiã) quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Et apud Esaiã. In terra sanctorũ iniqua gefit, & non videbit gloriã Domini. Negabãt id quidem:

quidem: sed Deus poterat eos conuincere. Vnde inquit. Quid niteris bonam ostendere viam tuam? Ecce ego in iudicio contendam tecum. Et iterum. Ego sum, ego vidi: dicit Dominus. Sed iam res ipsa docet. Inuenit ementes & vendentes in templo: dicit Euãgelista. Ac si diceret. De quo toties questus fuerat & ipsi negabant, nunc re fuit cõfirmatum: nec enim tunc negare poterant se in templo illicita fecisse cum à Christo fuerint comprehensi. Vã autem homini illi, quẽ sepe sepius præmonitum, Deus in peccatis deprehendit. Sic enim Christus discipulos suos increpauit quia solummodo dormiebant: quid credimus esse facturum illis, quos peccatis immeros inuenerit? Huc spectat illud Christi. Malus seruus dicit in corde suo, morã faciet Dominus meus venire: & ob id cepit percutere conseruos, venit Dominus in die qua non sperat. Cum dixerint pax & securitas, repentinus superueniet ineritus. Erant ipsi inscij ementes & vendentes cum repente Dominus iratus eos expellere cepit. In hunc ergo modum solet visitare impios & flagitiosos homines. In operibus manuum suarum cõprehensus est peccator. Quamobrem oportet diligenter aduertere ne Dominus nos ita imparatos inueniat. Cum enim diem aduẽtus Domini ignotemus flatim sine mora de conuersione nostra in meliorem que frugem receptione cogitemus. Fieri enim potest vt hodie no die adit Christus cura flagello nosque in medijs voluptatibus reperiat: ac ita nulla excusatione admissa grauius castiget. Scire tamen operæ pretium erit vnde fuerit introducta huiusmodi consuetudo vt in templo columba & alia id genus venderentur & emerentur? Quia in illo templo innumerabiles (vt ait Hieronymus) immolabantur hostiẽ, tauro rum, & arietum, & hyrcorum: & ne pauperes absque sacrificio manerent offerabant pullos columbarum & turtures. Adde quod illi qui à longẽ distantibus locis veniebant non habebant victimas: quapropter excogitarant sacerdotes emolumentum causa vt omnia animalia quibus opus erat sacrificium in templo venalia haberentur, vt venderent non habentibus, & ipsi turis venderent. Hæc ab initio quidem poterant sana mẽte & bona institui: ne deessent hostiã ad cultum Dei volentibus eas offerre. At postea pietas illa versa est in quaestum, & pia deuotio in auaritiã cõmutata est: idẽo Dominus voluit ferre domus

suã prophanationem sed flagello eos eiecit de templo. Expēdit hic Christi modestiam. Poterat enim iure optimo eos scorpionibus cadere, sed funiculo ad modum flagelli eiecit: ne ex verberibus sanguis sequeretur. Itã supplicia huius vitæ sunt pietate & misericordia plena. Quamobrem ex hoc Christi factõ exemplũ sumamus ne crudeles ne tyrãni ne asperi nimis simus in eos, qui nos offendent: sed potius in sumenda de illis poena modera ti. De Mose dicit scriptura quod erat mitissimus omnium habitantium terram: & ita legitur quod cum contemneretur nec obseruaretur à Core, Dathan & Abiron, & alijs ad Dominum caput flexit dicens. Ne respicias sacrificia eorum. Non dicit vt absorbeat eos terra quauis hoc meruerint, nec vt igne corripiantur & consumantur: sed tantum ne respicias sacrificia eorum. Similiter sanctus propheta Oseas cum enarrasset scelera populi Israelitici & dixisset profundẽ peccasse, cõuertit sermonem ad Dominum dicens. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulnam sine liberis: & vbera arenaria. Obscũra autẽ quibus Christus ingressus in templum ementes, & vendentes eiecit. Primo in initio prædicationis suæ: cuius eiectionis meminit Ioannes. Secundo in die Palmarum, vt testatur Mattheus & hic nos Lucas: & hoc fuit quinq; diebus ante mortem suam & post suscitationem Lazari teste Ioanne. Patet hoc ita esse quia in eiectione illa de qua loquitur Ioannes petierunt signum Iudæi, & dixit eis, soluite templum hoc: sed hic nullum signum petijt, ergo bis hoc fecit. Ita tenent Augustinus, & Chrysostomus. In quo maior est Iudæorum culpa: quia cum bis hoc esset factum, in sua tamen dementia tenaciter perseuerabant. Aduerte etiam quod licet suberteret mentas nihil tamen inde Christus abstulit sed permisit dominis, vt omnia auferrent, & alibi venderent; nec enim res ipsæ venales erant illicite sed locus: & ideo de loco fuerunt eiecti à Domino, dicente. Domus mea, domus orationis est. Secundo peccabãt quia iniusto desiderio & sine iustis illud efficiabant. Licet enim non darent pecuniam ad vsuram, munera tamen accipiebant pro mutatione: & ideo Diuus Hieronymus colibistas eos vocat, Prædixerat enim Ezechiel. Vsuram & superabundantiã non accipietis Pertinebat autem ad Christũ hoc facere, & prohibere eos: quia peccabãt tã in verbo quam in opere. Porro in prima eie-

Gene. 8. Gene. 19.

Gen. 3. 2. Reg. 24. Gen. 19.

Hebr. 10.

Hiere. 7.

Hiere. 2. Hier. 7.

Math. 26.

Math. 24. 1. The. 5.

Psal. 9.

Hier. lib. 3. cõ. in Mat. cap. 21.

Ioan. 1.

Esai. 1.

Hier. 1.

Lucas. Math. 6.

Hier. 11. Esai. 26.

Numer. 14.

Numer. 16.

Osee. 9.

Ioan. 2.

Math. 21.

Ioan. 12.

Aug. lib. 3. de cõ. euãg. cap. 67. Chrys. hom. 68. in Mat.

Hier. lib. 3. cõ. Math. cap. 21. Exech. 18.

Etione dixit, auferte ista hinc in secunda autē nihil tale protulit, sed euerit cathedras & mensas. In prima etiā dixit, nolite facere domum patris mei domum negotiationis: in secunda vero dixit, domus mea domus orationis vocabitur, at vos fecistis eam speluncā latronum: & multo asperius est dicere speluncā latronum: quam domum negotiationis, teste Chrysolomo. Ratio vero est quia primum signum de eiectione fuit vt diximus in principio prædicationis Christi: quo tēpore non tantū se se ostendebat: & ide oblandias cum illis egit. Deinde quia in secunda erat in peccatis de quibus iam fuerant obiurgati, & ideo asperius illos est allocutus. Posteriora enim errata maiori pœna digna censentur quam priora: quod etiā in legibus humanis conspicitur. Nam fur qui primo ablitur flagellis plectitur: quod si incidit in idem crimen, auribus priuatur: quod si tertio perseuerat, in crucem tollitur. Si igitur semel peccata tua fuisti confessus, caue ne iterum delabare: quia iam grauius punieris. Apta tibi illud serui nequam qui cum ei decem millia talentorum fuissent à Domino condonata, & ipse nihilominus à peccatis non abstinuit, sed in eadem reitidisset, grauius fuit pennis multatus. Quod aduerte tamē q̄ licet Christus abegisset eos, reuersi tamē sunt ad vomitum. Nam post suscitationem Lazari pontifices aduersus Christum concilium inierunt, & mandatum dederunt, vt inuentus cōprehenderetur: cuius nepharij mandati causa aufugit in ciuitatem Efen iuxta desertum, Quapropter sacerdotes putabant illum non esse reuersum: ve si reuerteretur propter illud mandatum in se prolatum non posse venditores excludere de templo: & ideo ausi sunt proponere res venales in templo, quod non fecerat præcedenti tempore ex principio prædicationis Christi. Nec vulgus putabat ad illud festū esse venturum: quapropter quærebatur vt ait Ioannes. At Christus inopinatus venit, & deprehendit eos & eiecit, vt dictum est. Sed dubium exoritur. Quomodo non resisterunt ei sacerdotes qui erant in templo in prima, nec in secunda eiectione: & maxime in hac secunda cum eum comprehendere à summis sacerdotibus potestatem haberent. Dico hoc fuisse vnum ex ingentibus miraculis à Christo factis. Miraculose enim tantam multitudinem eiecit vnus homo pauper & inermis tāta maiestate & autoritate quāta ne numerosus qui

dem exercitus auderet. Inculsit eis timorem maximum ostendens aliquid terribile in vultu suo ex diuina virtute procedens: & ita omnes exierunt vt ne mutire quidem auderent, nec faciem eius intueri. Atque ita Christus ostendit hic suum diuinitatis imperium eo modo quo quando fuit comprehensus suā etiam potestatem indicauit, cum ad cohortem conuersus dixit, ego sum. Quo solo verbo ipsi in terram sunt prolapsi: licet illi armati, ipse vero inermis esset. Nemo enim suo virtutis verbo resistere valuit: & ita nē vllus quidem ei respondit vel illum respexit qui magna autoritate inquit. *Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncā latronum.* Hoc scriptum est apud Esaiam persona Dei dicentis. Domus mea domus orationis vocabitur cūctis populis. Ex hoc loco colligitur grauisimum esse scelus in loco sacro peccare cum Christus peccates in templo sic puniuit. Locus enim misericordia in quo hominum inuenerunt, eorum scelibus ignoscit in quo peccatores cum Deo recōciliantur, & cura illo gratiam inueniunt, templum est. Cū igitur hi sacerdotes inexplabili auaritia misericordiam locum inpedierunt, iustissime fuerunt exclusi. Nec tantum Deus peccatis fuerat offensus, quantum auaritia sacerdotum. Inuebatur enim medicinas ad salutem & remediū traditas, in perniciem & interitum esse cōuersas. A criter profecto puniendus esse ille qui fontem vnde tota ciuitas aquam potandam haurit veneno inficeret. Cum ergo de templo aquam gratia pij Christianæ religionis cultores hauriant, hoc est, cum in templo sacramenta vera animarū medela & remedium administrantur: quis dubitat graui esse pœna multandum illum qui templum profanarit flagitiorumque veneno polluerit & contaminarit: Huius classis & farina sunt semine permulta, quæ domi quidem vestitu sunt quotidiano contenta: profectura tamen in Ecclesiam vano fūco & ornatu componuntur, vt visā miseris homines illaqueent & irretiant, ita festa, templa, & sacrificia Deo placādo nostrique miserendo instituta, eū magis in nos irritando cōuertimus in nostram perniciem. At de veneratione templorum, iam hoc capite dictum est in historia Zachari. Ex hoc vero Christi factō licet colligere quantum detrimēti prælatorum & antistitum auaritia Christianæ ecclesiæ allatura sit: nam vbi pecuniæ studium est, nihil purum, nihil sanctum manet.

Non

1. Tim. 6.

Non solum autem Christus ita se seuerum exhibebat erga profanatores templi, sed etiā verbis eos increpabat, cum latronibus similes esse dicebat. Auaritia enim radix & origo latrocinij, & veluti latro in spelunca delitescēs prædam expectat: sic hi in templo sedebant, prædam cū populo exercentes. Sed vide quā bene eos hic depingat Christus, imo quā bene illis laruam seu personam detrahat. Illi se præferunt alijs hominibus: at Christus nō præfert, sed deteriores etiam ipsis latronibus appellat. Nec immerito, nam longe peius & deterius est animam quam corpus occidere: & aliquem spiritualibus quam corporalibus bonis defraudare. Hoc sibi dictum putent illi, qui sibi ipsis ob externa opera nimij placent cum interius nec fidem nec charitatem habeant. *Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncā latronum.* Quod si quis dicitur, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncā latronum. Hoc scriptum est apud Esaiam persona Dei dicentis. Domus mea domus orationis vocabitur cūctis populis. Ex hoc loco colligitur grauisimum esse scelus in loco sacro peccare cum Christus peccates in templo sic puniuit. Locus enim misericordia in quo hominum inuenerunt, eorum scelibus ignoscit in quo peccatores cum Deo recōciliantur, & cura illo gratiam inueniunt, templum est. Cū igitur hi sacerdotes inexplabili auaritia misericordiam locum inpedierunt, iustissime fuerunt exclusi. Nec tantum Deus peccatis fuerat offensus, quantum auaritia sacerdotum. Inuebatur enim medicinas ad salutem & remediū traditas, in perniciem & interitum esse cōuersas. A criter profecto puniendus esse ille qui fontem vnde tota ciuitas aquam potandam haurit veneno inficeret. Cum ergo de templo aquam gratia pij Christianæ religionis cultores hauriant, hoc est, cum in templo sacramenta vera animarū medela & remedium administrantur: quis dubitat graui esse pœna multandum illum qui templum profanarit flagitiorumque veneno polluerit & contaminarit: Huius classis & farina sunt semine permulta, quæ domi quidem vestitu sunt quotidiano contenta: profectura tamen in Ecclesiam vano fūco & ornatu componuntur, vt visā miseris homines illaqueent & irretiant, ita festa, templa, & sacrificia Deo placādo nostrique miserendo instituta, eū magis in nos irritando cōuertimus in nostram perniciem. At de veneratione templorum, iam hoc capite dictum est in historia Zachari. Ex hoc vero Christi factō licet colligere quantum detrimēti prælatorum & antistitum auaritia Christianæ ecclesiæ allatura sit: nam vbi pecuniæ studium est, nihil purum, nihil sanctum manet.

Gene. 3.  
Job. 1.  
Dan. 3.  
Chrys. hom. 4. ad pop. Antioch.

cat, hortatur ad pœnitentiam, vt si qui volēt, iram Dei placare possint. Sic Hieremias tria præstabat. Primo comminabat ludæorum populo innumera mala, quæ cogitauerat Dominus illis immittere, nisi maturē resipiscerēt. Secundo affirmabat iram Dei emendatione vitæ posse placari. Tertio seipsum interponebat mediatorem inter Deum & populū. Recor date inquit d Domine quod steterim in cōspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, & auerterem indignationem tuam ab eis. Sic hæc omnia frustra facta, sunt à propheta, quoniam Iudæi volebant prophetæ acquiescere: imo in carcerem comecerunt: hoc quod non abhorret à præsen ti historia, nam continēter sequitur in contextu. *Principes autem sacerdotū & scribæ & principes plebis quærebant illū perdere, & non inueniebant quid facerent illi.* Nō degenerat Iudæi à maioribus suis homicidis: qui Prophetas maluerant occidere quam audire. Omnis malitia (vt ait Chrysolomus) sepe confunditur ratione veritatis, corrigitur vero nunquam: maximè eorum qui proposito malo & non ex ignorantia peccat. Hi qui ex malitia peccabant & obstinati erant, peiores in dies reddebantur. Vide etiam quantum abhorreant homines ab audienda veritate, cum hos veritas ipsa longe deteriores reddebat. Est enim sententia. Obsequium amicis, veritas odium parit. *Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.* Hinc docemus ut modum quo nobis est audiendum Dei verbum. Non enim potest Christus frequens esse in concionando, & cor tuum conuertere, nisi tu frequens etiam & diligens sis in audiendo. Dulce & delectabile est Dei verbum. Vnde Regius Propheta. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. Dixit quod erant melle dulciora: quia mel apam, si tēpore eo vtamur delectat: sed cito sapor eius vanescit, & plerumque vitæ vitiosa redduntur. At verba Dei delectant & nutriunt: & quod maius est, vitam animæ præstant. Vnde Beatus Petrus dixit Iesu. Verba vitæ habes. Hoc suauiusimo cibo sustentatus est Moses quadraginta diebus. Præstet ergo nobis immensum illud & infinitum dulcedinis pelagus, ita audiamus verba vitæ, vt in æternum viuamus cum ipso, in seculorum secula. Amen.

Hier. 18.

Hier. 26.

Hier. 18.

Chrys. hom. 4. in oper. imper. 2. ad.

Psalm. 118.

Ioan. 6.  
Exo. 24.

Chrys. hom. 68. super Matth.

Matth. 18.

Proph. 26.  
2. Pet. 2.  
Ioan. 11.

Ioan. 12.

CAPVT. XX.



ICIT NON PO test qualia fecerat inuidia corda sacerdotum & scribarum.

Agrè ferebant honorem quem Saluatori dederat populus exiens obuiam ei in die Palmatum: nec pati pote

rant tantam Saluatoris autoritatem qua expulit de templo vendentes & ementes. Itaque cæci hac tâta luce quærebant occasionem vt Christi Saluatoris honorem & gloriam obsecrarent: nam inuidi immunditij latenter quæ ad modum ciconiæ, hoc est, proximorum miserij. Non poterant vespertilionis solis claritatem sufferre: imo vt in Proverbijs legitur per diem incurrit tenebras, & sicut nocte sic palpabant in meridie. Peiores itaq; quotidie effectum omnem mouent lapidem, vt Christum morti tradat: & quia hoc timore populi apertè non audent facere, ne forte populus seditionem concitet, quarunt inde occasiones que sibi iuste videri sunt ne hoc fecisse videantur odio, imò propter iustitiam: ita vt cum occidat ac intelligat populus se legis zelo legisq; causa cum occidit. Hac occasione inuenta conuenerunt in vnum, vt eum interrogarent qua autoritate verbu Dei profiteretur: quare potestate eijceret de templo vendentes & ementes. Ait itaque noster Lucas. Et factum est in via dierum docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scriba cum senioribus, & veniunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hæc facis: aut quis dedit tibi hæc potestatem In vna, inquit, dierum. Hoc est die tertia post ramos palmarum: scilicet die martis: nam Christus die dominica in ramis palmarum receptus est in Hierusalem & introiuit in templum & eiecit vendentes & ementes: & eadè die ad vesperam rediit ab Hierosolyma. Tunc esuriuit & accessit ad arborem ficum, male dixit que ei & aruit: & iuit sequenti die in Hierusalem: & vespere rediit. Docebat autem populum in templo: in quo videre est quod Christus in templo docet nec à doctrina cessat quanquã insidiantur qui primas in populo obrinebant.

Proverb. 5.

Marc. 11.

Matth. 10.

nem: decretum habens capillos capitis sui iam numeratos esse. Secundo animaduertendum est quod Lucas scribit Christum euangelizasse in templo: hoc est bona, ac fausta nunciasse. Nunciabat enim haud dubie tempus esse acceptabile, & quemadmodum Paulus testatur dies salutis: dies inquam in quibus Deus statuerat cum hominibus gratiam pristinam inchoare. Nunciabat etiam Christus tempus esse noui fœderis quod iam olim Deus fuerat pollicitus per prophetam Hieremiam se pacturum cum hominibus: vt iam peccatorum obliuiscatur: imo potius legem in cordibus scribendam daturum. Quemadmodum lucerna cui vult extingui maiorem emittit splendorem: sic Christus iam morti propinquus maiora signa ostendebat, crebriusque concionibus docebat. Præterea conuenerunt inquam principes sacerdotum. Principes sacerdotum vocatur illi qui præcipui erant inter sacerdotes. Cum senioribus autem, qui erant iudices magnæ autoritatis in populo, quorum sententiam sequebatur populus: & erant ex illis septuaginta senioribus quos dederat Moyses in locis ad supportanda onera negotiorum: & semper seruatus est numerus illorum septuaginta. Occidentibus autem locis mortuorum senioribus qui alios corrigere debebant istis peiores, & adunantur cum impijs sacerdotibus, sicut olim, venerunt ad Ezechielem ostendentes immunditias suas: egressa est enim iniquitas à senioribus Israel, qui videbantur regere populum. Pari gradu scelestius est peccatum senis quam iuuenis: quoniam senex rerum experientia & sapientia præstat: & debet alios non solum consilio sed vita & exemplo instituere: cum autem impius est plus nocet. Vnde in Ecclesiastico habetur. Tres species odium animæ meæ. Pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & luxuriosum. Quæ admodum in veteribus ædificijs periculosius est incendium quam in nouis: ita peccatum senis plus nocet quam iuuenis. Senes itaque qui alios corrigere debuerant peiores effecti conuenerunt cum scribis qui erant legis doctores: aduersus dominum & aduersus Christum eius. Sed nihil humana sapientia contra diuinam facere potest. Vnde David in psalmo in persona domini ait. Prorexisti me Deus à conuentu malignantium, à multitudine operantium

2. Corin. 5.

Hierem. 1.

Numer. 11.

Ezechi. 1.

Dani. 1.

Ecclesi. 1.

Psalm. 1.

Psal. 63.

Hamil. 2. de David, & Saule. 10. 1.

Matth. 13.

Matth. 21.

rantium iniquitatem. Quærebant autem ab illo in qua potestate hæc faceret vt confunderet doctrinam eius: ac si nulli esset qui valoris, nec ab aliquo acceptanda: quia non habebat legitimam potestatem. Nec enim poterant admittenda eius facta damnare, quæ tam multa & præclara populo teste gesserat: nec poterant doctrinam refellere, quæ cû lege diuinaque voluntate consentiebat. In autoritate ergo venantur causam calumniandi. Si eam Dominus (quem non nisi tantum hominem esse credebant) sibi vendicasset autoritatem Dei, parata erat blasphemie calumnia: si minus in promptu erat calumnia seditionis quod absque autoritate sacerdotum & seniorum, hoc auderet in templo. Hoc ambitionis causa quo ipsi erant scelerati, eo Christum illis similem iudicabant. Nam omnis homo (vt egregie differit Chrysostomus) secundum se existimat alium. Fornicarius neminem castum putat esse: castus non facile de fornicatione suspicatur, superbus neminem putat humilem. Sic qui non est ex Deo sacerdos, nullum sacerdotem putat ex Deo. Vnde credis fieri vt contendant inuicem sacerdotes, nisi quæ ambitionis facti omnes tales quales sunt ipsi existimant? Videmus inquam tuis concionibus te discipulos conuocare, & nos volumus reipsum audire & sequi: sed prius dic nobis in qua potestate hæc facis? Quauis isti mali essent & hoc vt calumniarentur interrogarent: nihilominus vti nostri prælati hoc facerent annis præteritis, nec tot seminati essent errores, nec tot idiora prædicantes populo publicè concionem facerent. Quia homines dormiebant qui sunt ecclesie prælati, quorum officium est vigilare, venit inimicus, & superseminauit zizanniam. Sed de his alias. Vide igitur, quod non dicunt in qua potestate hæc dicis, doces aut prædicas, sed facis: quia de autoritate faciendi quarunt. Duo enim operum genera fecit Christus. Alterum miraculorum quia tunc sanauit in templo cæcos, & claudos, vt ait Mattheus, alterum eiectionis vendentium & ementium, & euerisionis mæfarum. Quarunt igitur in qua potestate hæc facis, id est, eiecis ementes & vendentes, & de hoc principaliter quarunt, quia non erat nouum Christum miracula facere. Denique omnia volunt examinare: doctrinam videlicet, & miracula: licet hoc principaliter nunc quarunt. Respondens autem Iesus dixit ad illos. Interrogo vos & ego vnum verbum respondete mihi

hi Baptismus Ioannis, de celo erat: an ex hominibus? Vnde est Christus hoc argumento vt doceat nos ne illicitum arbitremur vt iudicemus quibus interdum vt expediens & vile est: Atta men non ita putaremus licitum esse nisi Christum videremus sic vsum. Sic etiam Paulus vsum est quando omnes Iudæi concitati erant contra eum vnanimiter dedit operam vt disceptatio fieret inter eos ad hærens pharisæorum sectæ contra Sadducæorum doctrinam dicens. Phariseus ego sum, & filius pharisæorum: de spe & resurrectione ego iudico. Et eum hæc dixisset facta est dissensio magna inter pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo. Iterum cum Paulus sciret quod Iudæi insidiabantur vitæ eius, & Festus proconsul velle causam Pauli in Hierusalem audiri vbi non erat Paulo securum vt audiretur, appellauit ad Cæsarem: ad quem est missus. Et rursus Paulus cum Tribunus iuberet eum flagellis cædi, iam alligatus ait. Si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare? Et iussit statim eum solui Tribunus. Et iterum cum fuisset iniuste incarceratus & caesus occulteque principes & magistratus iubebant illum & Syllam dimitti quod ad verendum eorum cedebat quasi ipsi fugerent à carcere, vel si pecunia aut precibus occultam haberent liberationem, dolens Paulus se sic eieci dixit. Cæcos nos publicè indēnatos homines Romanos miserunt in carcerem: & nunc occulte nos eieciunt: ita nos licet vt iudicemus cauetis & ingenijs in nostram vtilitatem cum non cedant iniurijs alicuius præiudici, vel non includant in seipsis aliquod illicitum: sci licet, quod expresse sit lege vetitum. Sic in præsentiarum vsum est Christus. Posuit hæc potius quæstionem quam aliam: quia neutra pars responsionis poterat esse secura. At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo, dicet. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. Prorumperat pontificibus & senioribus respondere quod ipsi credebant: nã putabant baptismum Ioannis esse ab hominibus, nolebant tamen hoc respondere: quia videbant primæ facie quæstionem inuoluere difficillimam & arduam: atque ideo cogitabant. Sic accidit impijs qui conuictio probos insequitur, seipsum maiori supplicio afficiunt. Vnde psalmographus ait. In laqueo isto qui absconderunt, comprehensus est pes eorum. Dum alios illaqueare voluit, sibi ipsis inextricabiles

Act. 23.

Act. 25.

Act. 26.

Psal. 9.

cabiles laqueos machinatur. Christus sua que-  
stione illos sic concusserat ut nullam amplius  
elabendi viam haberent: hoc etiam quod in  
sua ipsorum conscientia sentiebant. Vide autem  
Deum non verentur, nec iudicium proprie  
conscientie, sed tantum populū timēt:  
& malunt ignorantia: quam impietatis accusari.  
Sed d̄ miseret eos & infelices homines: qui dum  
externa ope fallūt homines: in sua ipsorum  
conscientia sentiunt Dei maximam offensionem.  
Si reprehēderit nos cor nostrum, & nout omnia.  
Proinde caue ne quid committas contra  
conscientiam, quę apud Deum mille testiu loco  
est. Porro baptismus Ioannis d̄ celo erat, & a  
Deo erat: ipse enim ait. Qui misit me baptizare  
ipse mihi dixit, &c. Et in superioribus dixit  
noster Lucas. Omnis populus & publicani iustificauerūt  
Deū baptizati baptismō Ioanis: pharisęi autem  
& legis periti spreuerunt cōsiliū Dei in semet  
iplos non baptizari ab eo. Quia ipsi spreuerūt  
baptismū Ioannis non audebant dicere ex  
Deo, ne confunderentur: neque ex hominibus,  
quia populus venerabatur Ioannem: ideo ad  
didicerunt. *Ceteri sunt enim prophetam esse.* Hoc  
est, missū a Deo, & non ab hominibus. Vi  
de quomodo non erat eis cura: ut verum  
responderent, sed quod ipsis erat commodum.  
Formidabantque homines qui Dei timorem  
ciecerant: atque ideo respondēt se nescire. Se  
quitur enim. *Et responderunt se nescire unde es  
set.* Vide humani cordis malitiam. Non confi-  
tentur culpam impij, tamen si deprehensi sint:  
sed aut excusant quemadmodum Achā, &  
Saul, aut omnino negant sicut Cain. Sed nihil  
his versutis proficiūt coram iudicio Dei.  
Apud homines excusatio vel negatio criminis  
nonnunquam liberat: apud Deum autē,  
confessio. Multum enim differt iudiciū Dei  
& hominum: nam quod apud homines con-  
demnat, apud Deum saluat. Multos etiam in  
uenies modo is pharisęis peiores, ac superbio-  
res. Nam isti licet superbissimi, nihilominus  
suam confitentur ignorantiam: sed nunquam  
plurimi magis amant suam commendare opi-  
nionem quamvis ab alijs vincantur, quam ig-  
norantiam confiteri. Hoc autem est omnibus  
hęreticis commune: quibus quamvis scriptu-  
rę testimonijs purissimis probes falsam, &  
hęreticam eorum doctrinam, non tamen po-  
teris vlla ratione euellere a doctrina quę se-

mel tuendam acceperunt: & malūt superbia  
du: sicut hereses defendere, quam humiliter ab  
errore deuolare. *Et Iesus ait illi. Nee ego dico  
vobis in qua potestate hæc facio.* Si Christus  
nō dicit nobis quis ipse sit, verperimus, prima  
enim salus est ipsum audire se manifestantem.  
Audit Saulus, Cur me persequeris? At ille.  
*Quis es Dñe.* Tota Sauli vita inde pende-  
bat ut Dñs diceret, Ego sum Iesus. Diuina est  
mihi potestas, non ex hominibus. Audit cę-  
cus ille ego sum filius Dei ut corde etiam vi-  
deret. *Quæ vero alia salus est Samaritanarum  
ne Samaritanis nisi Christus diceret quis es  
set? Viget enim densissima tenebrę in mundo,  
nisi diceret Iesus quis esset. Si fides ex auditu,  
auditus autem per verbum Christi: ubi Chris-  
tus non loquitur, caret anima verbo vitę  
& vitę. Pete ergo ab eo ut tibi de declare, nec pa-  
riatur abscondi sicut a pharisęis: quibus osten-  
dit Dñs eos Spiritu sancto inobedientes esse  
Ioannique Baptiste viro sanctissimo nō cre-  
didisse, & de Iesu dixerunt se nescire unde es  
set, ob idque parari referens ait, si vos nesci-  
tis nec ego dico in qua potestate hæc facio.  
Quæ facio conferte facta mea cum factis il-  
lius & expendite an si non dubitatum est de  
autoritate illius conueniat de mea dubitare: si  
quidem ille crebris concionibus annūciat  
regnum Dei, & de me testimoniu perhibuit.  
Vide etiam non dicentem ego scio, sed nō vo-  
bis dico. Nouerat enim se autoritate patris cū  
ea gerere. Unde ipse. Pater in me marens fa-  
cit opera. Nota duabus de causis veritatem  
esse abscondendam querentibus. Prima quia  
capaces non sunt ad intelligendum. Ideo do-  
minus discipulis ait. Multa habeo vobis dice-  
re: sed nō potestis portare modo. Altera quā  
do odio aut contemptu quaritur veritas, si-  
cut hic occultauit Christus veritatem suę po-  
tentie: nec dixit se hæc facere diuina potesta-  
te, quia ipsi nolabant hoc scire nisi ut calum-  
nijs afficerent eum. Unde Dñs dixit. Nolite  
sanctum dare canibus, nec mittatis margaritas  
ante porcos. Demū noluit dicere quis es  
set quia nondum venerat hora suę mortis, &  
hoc vsque ad vltimum vitę seruauit: quia scie-  
bat illos dicturos blasphemasse & reum esse  
mortis. Sequitur. *Capit autē ad plebem dicens  
hęc parabola.* Grata nter eum plebs audiebat,  
& maiores iam confutauerat: & ideo sermo-  
nem suum ad populum vertit ostendēs qua-  
les fuerint illi sacerdotes & scribę & seniores  
populi: in parabola quam proponit. Scriptū  
est*

Psal. 77.

est enim de illo. *Aperit os meū in parabolis,  
loquar propositiones ab initio.* At itaque. *Homo  
quidam plantauit vineam, & locauit eā agrico-  
lis.* Aduertet quod in Christi responsionibus ut  
Christostomus annotat, duo cōsideranda sunt.  
Primum quod Christus nō tā verbis interrogan-  
tium responderet, quam intentioni qua inter-  
rogat. Unde cuidā dicenti, magister sequar  
te quocunque ieris, respondit. Vulpes foucas  
habent & volucres cęli nidos, filius autē ho-  
minis non habet ubi caput suū reclinet. Quid  
attinet Dñe hæc respondere? Erat ille auarus,  
& ut diues esset sequecum optabat: & Chri-  
stus menti eius respondit dicens, vulpes fo-  
ueas habeant. Ac si diceret. Quam obrem cū  
diuitem te esse velis sequi vis hominē adeo  
pauperem ut vulpes foucas habeant & volu-  
eres cęli nidos, & ipse non habeat ubi caput  
reclinet? Respondit non verbis eius sed men-  
ti. Alij etiam dicenti magister bone putas so-  
lum Christum hominem esse dixit. Quid me  
bocas bonum? Nemo bonus nisi solus Deus.  
Si bonū me cōfiteris, crede me esse Deum. Et  
discipulis dicēribus, dæmonia subijciuntur  
nobis respondit. Videbā fatanam sicut fulgur de  
cælo cadentem. Quasi dicat. Ne insolentes si-  
tis quia dæmones vestrę ditioni sunt subie-  
cti: ne vt fatanas e cęlo, ita vos a me depella-  
mini. Et Petro dicenti, quo abis respondit. Quo  
ego nunc abeo nō potes me sequi sequeris au-  
tem postea. Non dixit quo abiret, sed nō po-  
tes me sequi: quia Petrus interrogabat, ut se-  
queretur Iesum. Lege Cirillū. Secūdo ostē-  
dit et lib. 3. debar Christus suā diuinā sapientiam cū re-  
sponderet interrogantibus ita vt ipsemet ini-  
mici eius seipfos respondendo dārent. In  
hac parabola hoc apparet, in qua cū Christus  
responderet interrogantibus sacerdotum,  
eos fecit iudices responsionū: & ipsemet seip-  
fos damnat. Hac in re apparet præclarissima  
Christi doctrina & sapientia. Sensus parabola  
est. Dixerant Christo principes sacerdotū  
in qua potestate hæc facis. Hoc est. Quia gra-  
tia ementes & vendentes, eijcis de templo: Re-  
spondet huic interrogationi hæc parabola in  
qua inquit quod hæc autoritas perscrutādi,  
& examinādi concionatores necnon licen-  
tia quę vsi erant eum interrogātes in qua po-  
testate id faceret, iā venisse tēpus in quo hac  
autoritate erant priuati suis peccatis in cau-  
sa existentibus: & ab eis ad Gentiles hæc pote-  
stas transferenda. Hoc insinuare vult in hac

parabola dicēns illis, Homo quidā plantauit  
vineā, &c. Sub hoc homine intelligitur Deus:  
vineā est ecclesia & populus Israeliticus, in  
quo notus erat Deus. Agricola faceret dotes tē-  
pli, cum quibus Christus hæc loquebatur in  
templo. His locata est vinea hæc, vt redderet  
doctrinā ac exemplis singulis annis fructus  
Dño: scilicet animarū quatum curam habe-  
bant. Cū enim ad eos mitteret multos ex pro-  
phetis seruis suis non solū nō præsterūt pa-  
ctū, quin potius eos occiderūt necnō suū vnū  
cū filium Christum Dñm quē crucifixerunt:  
quā obrem iustissime ecclesia & euangelica  
conciō trāsata est ad gētes, iuxta illud quod Pau-  
lus & Barnabas dixerūt Iudæis. Vobis oportet  
bat primū prædicari verbū Dei: sed si desiderat quoniam il-  
lud repellitis & indignos vos iudicatis æter-  
næ vitę, ecce cōuertimur ad gētes. Sic enim  
præcepit nobis Dñs. Ideo Christus concludit  
hic dicēs. Auferetur a vobis regnū Dei, & da-  
bitur gēti facienti fructus eius. Quia de causa  
nō est vobis interrogare in qua potestate hæc  
facio: cū perspicuū sit hæc potestas a vobis ve-  
stris demeritis esse ablata, & alijs cōcessa. Hic  
sensus est parabola: sed singula exponamus  
elicientes more nostro ex ipsius literalī sensu  
doctrinam ad mōres componēdos, vitęque  
gēdam. Ait itaque. *Homo quidam plantauit vi-  
neam.* Homo ille Deus est Optimus & Maxi-  
mus: Pater videlicet æternus. Nō quia ipse sit  
homotimo ab effectu eo quod ipse facit homi-  
nes. Vocatur quidā sutor nepe quia facit cal-  
ceos: & alius faber argētarius, ab eo quia argē-  
tea facit opera. In scriptura etiā vsitato modo  
loquēdi causa vocantur sepe ex effectu nō  
mine. Sic noster Lucas in superioribus voca-  
uit quendā dæmonē mutū, quia hominem in  
quo erat faciebat mutū. Sic Pater æternus di-  
citur homo, nempe quia est hominum condi-  
tor, denique hominū causa efficiēs, vt ipsi ho-  
mines sint. Secundo dicitur homo vt placet  
Origēni nō quod reuera ipse sit homo cū natura  
humana ad Verbū sit terminata & nō ad Pa-  
trē: sed dicitur homo quia cōuertatur cū ho-  
minibus, & eis declarat quæ cōducūt ad mo-  
res componēdos. *Plantauit vineam.* De hac vi-  
nea plenissimē per Cāticum loquitur Esaias  
describens omnē cōmoditatē vineę sic excul-  
te, vt nihil supra. Vineā Dñi Sabbaoth domus  
Israel est. Attamen videamus vnde portauit  
radices, quoue loco eas plantauit. Hoc docuit  
Dauid cum loquitur cum Deo inquiring. Vi-  
neam

Act. 9.

Hom. 63. in  
Mat.  
Luc. 9.

Ioan. 9.  
Ioan. 4.

Rom. 10.

Matth. 19.  
Luc. 10.

Ioan. 9.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Matth. 5.

Mat. 14.

1. Ion. 3.

Ioan. 7.  
Luc. 7.

Ioan. 7.  
1. R. 2. 15.  
Gene. 4.

Act. 13.

Luc. 11.

Orig. homi.  
19. in Mat.

Esa. 5.

Psalm. 79.

neam de Aegypto transfulisti, eiecisti gētes & plantasti ea: dux itineris fuisti in cōspectu ei⁹; & plantasti radices eius, & implevit terram. Operuit montes umbra eius, & arbores eius cedros Dei. Extendit palmites suos. &c. Quē admodum bonus cultor sit in terra sterili habet optimas radices viuas, & eas in aliā bonā mutat: nihilominus inquit David transfulisti vineā tuam, quā est populus Israeliticus, qui sicut vinea inter dera ramos suos, & extēderat se ac creuerat ab Aegypto loco seruitutis, & afflictionis, & tenebrarū, vt eam plantares in terram bonam quam patribus eorum promiseras: quae manat lacte & melle. Eiecisti gētes. Vulsisti ab hac vinea omnes sentes, quae poterāt offūcere: eiecisti ā terra propria Amorreos, Cananeos, Iebuseos, aliosque idolorū cultores, qui colebant terram promissionis: fecisti que populū tuū habitare, & fructibus terra frui. Non solum egregius Plātes, vnde Dominus vineam transfulit, & vbi plātauit enarrat: quin etiam quid eius causa fecerit in vinea dicens. Dux fuisti itineris Praecelsi: si populū tuū die colūna nubis ne sol eos offēderet: & nocte columna ignis, vt viā viderent. Eduxisti ē terra Aegypti faciens mirabilia eiecisti ē terra electa, & optima gētes immanēs, & truculētās: & terras eorū dedisti populo tuo. Et occupauit haec vinea omnē terrā quā in possessionē accepit: & eiusmodi creuit populū, vt extenderet se ā Dam vsq; Berfabee. Et aperuit montes umbra eius: quare tantam amplexa est celsitudinem haec vinea, vt sub umbra eius abscondere et magni mōtes: nempe quia sub eius imperio erāt regna; & imperia: nō huius vineae propagines exierunt David, Salomō, Ezrahias, Iosaphat, Iosias, & alij quā plurimi, qui fuerē non solū excellentes principes, sed etiam integerrimi duces, vt omnes cēdri eos circūdarent. Et nō fortē ignorat quantū se dilatauerant implerēt dicēs Et extendit palmites suos vsq; ad mare. Hoc est, Mediterraneū: & vsq; ad flumē, scilicet, Euphratē. Videre est etiā quomodo Deus hac vineam amauerit, & quā illius habuerit curam, vt electis propaginibus eam plantaret. Quomodo elegit Deus Abraham, & Isaac reprobato Ismaele, Iacob reprobato Esau, & seruauit Mosē in colūmē: oog vidit curā esse plantam optimam huic vineae. Sed haec facti sunt de vineae plantatione. At nunc operā precij est scire cur ecclesia assimiletur potius vineae, quam alicui rei aliq. Hoc est pro

pter duo. Primum nam radix viua in exteriori aspectu apparet vilior ceteris plantis ac arboribus: at tamē fructus est dulcissimus. Nec non radix viua est: maxime utilis: nam ex ea decerpimus vvas dulces ad edendū vinū, acetū & sapā: vvas etiam passās, botrum, deniq; cinerem optimum vt mundentur linteamina nobis praebet, postremo lixiuū vt mulierū capilli deaentur. Ita & iusti qui sunt huius vineae propagines quales fuerant Mosēs, Iosue, Samuel, Dauid, Esaias, Hieremias, &c. & modo Apostoli, Martyres, & Confessores, & omnes iusti veteris ac noui testamenti (nam vinea vna eademque est Ecclesia) omnes in exteriori parte visi sunt homines impoliti, pauperes, spretī, infames, cum introversum sint virtutibus abundantes, diuites, & hominibus p. sal. 44. commodum afferentes. Omnis gloriae filiae Regis abintus. At tamen extorsum visi sunt flagitijs, infames, idiotae, gens denique inutilis. De principe huius vineae dixit Esaias. Vidimus eum, & non erat aspectus: vnde nec reputauimus eum. De alijs verd iustis inquit diuina Sapientia; q. mali dixerunt cum essent apud inferos. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem in prope rij: nos viram illorum aestimabamus insanā, &c. Tanquam purgamenta huius mundi (ait Paulus) facti sumus, omnium perispeima vsq; ad huc. Haec propagines quae extorsum apparebant viles, faedae, ac inutilis: non potest facile explicari quam sint viles optima ac commoda: quam denique vilitatem attulerint Ecclesia Dei. Lege Acta Apostolorum vbi inuenies commodam Pauli. Mirum in modū praefuerunt Ecclesiae Augustinus, Hieronymus, Basilus, Athanasius, Chrysostomus, &c. Sed quid dices de Benedicto, Bernardo, Francisco, Dominico, & reliquis fundatoribus sanctarum religionum, qui tanquam inutilis vire radices erant ab hominibus spretī, spuri: quia videbant eos pauperes & deformes: Sed certe in Christi Ecclesia commodum maximum attulerunt: nam plurimorū animarum doctrina & exemplis saluā facta sunt. Diuites & potentes huius seculi velut populi & salices inutiles sunt vitales, vmbrosi, & olentes suis diuitijs, quibus vmbrae cooperant lenones & securas: sed & ipsi scinduntur vt inutilis plantae infrugiferae, vt ait dominus: & mittentur in ignem tartareum. Secūdo, Ecclesia assimilatur vineae, nam in vinea semper est q. agant per totum annū ferē & quid decer-

decerpant: nam fodiunt, putant, spargunt firmo pingui, mundant, vindemiant, &c. Nihilominus ecclesia in hac vita & radices viuas, qui sunt eius filij dum hoc exilium currunt, & labores patiuntur, & persecutiones, & denique in doloribus & patientia exercitantur. Respice ergo Christiane quam sit opus vt a Deo puteris. Qui est optimus cultor, si vis fructificare. Qui tunc te putat cum te orbat vxore filio, amico, vel salute, diuitijs setia: nam hoc Deus ita vt cultor sapiens facit: nam in hoc tua res agitur, vt maiorem fructum afferas: ac maiorem denique commodura. Vnde Dñs. Palmite qui fert fructuū, purgabit eū: vt fructū plus afferat. Cum te vides ā Dño putatum in tribulationibus: scito te tūc amarū: nam hoc facit vt possit commodare tibi quia corrigat omnem filium, quem recipit. Sic etiā multoties Israelitas putauit manibus Philistinorum ac Chaldaeorum: quibus permisit eos occidere, & in captiuitate ducere. Hodie postremo eiusmodi ecclesiam suam putat, vt eā pati patiatur persecutiones ac vt deniq; Turca & infidelium gentes cum haereticis eā putent. Inscitij: & parui momenti homines malū & turpe ducunt Deum suam vineam putare & affligere: sed nec hoc intelligūt nec sciūt. Ideo David in persona ecclesiae. Opprobriū insipientium dedisti mihi: sed obmutui, & nō aperui os meum. Nō oportet nos pati iniurias patienter, quo etiam scire & meminisci nos esse huius vineae plantas, & inimicū instrumentum quo nos Deus putat. Sic cum Semei persequeretur David ac maledicebat, nec nō iacebat in eum lapides, non hoc agere ferebat David: quin potius dicebat. Sinite, Dñs praecipit ei, vt malediceret David. Deus meo magno bono meo putat, vt maiorem fructum afferat: & Semei est instrumentum. Sed procedamus. Et locauit eam colonis. Coloni seu agricolae, maiores populi sunt: quales erāt illi pharisaei & sacerdotes ad quos Christus loquebatur, nam iusta dicit concludens parabola Auferetur a vobis: id est, principibus sacerdotū, scribis & pharisaeis regnum Dei: id est fides, & cognitio Dei, & vineam suam, id est ecclesiam dabit gentibus. Tūc (ait Chrysostomus) dari ac locari cum secundum legē constituti sunt sacerdotes, & leuitae, & ipsis est curā ministrare populo. Praelati, & episcopi ecclesiae, aduertant, audiant ac videant, vineam non dari agricolis seu colonis, sed locari, vt reddant fructus Domino. Aduerte ergo

te non dominum sed villicum domini: non ideo oportet vt optima es fiant ex Christi patrimonio. Non tibi episcopo siue abbas sis data est ecclesia vt domino, sed vt villico, nō ergo es dominus, sed dispensator. Deus est animarum dominus, qui nō te fecit dominum, sed rectorem, & pastorem, vt eas regas, ac gubernes doctrinā, & sustentas elemosynis. Proh dolor, quanti hodie praelati extant, qui tanquam hi coloni surripiunt vineam & tyrānidē opprimunt subditos, pauperum que elemosynas vsurpant: nec te esse villicos, & non dominos vident. Iam homines nō episcopus accipiunt, vt in vinea Dñi laborent: quin potius vt ipsi sint domini ac principes, & vt denique surripiant Christi primogenituram. Expende etiam hanc vineam nō nisi colonis locari: scientibus officium. Sic ecclesia nō est danda nisi colonis scientibus officij: hoc est, his qui literis sunt excoliti, virtutibus ornati ac prudentia, vt possint esse praelati. Prius est homo colonus, & post tradunt ei vineam: nō enim ait locauit eam hominibus sed agricolis. Nō laus est te esse hominem, nisi necesse est vt sis agricola, vt huius vineae possis habere curam hoc est, vt ornatus sis virtutibus, seu su, iudicio, prouidētia, habilitate & literis bonis imbutus: vt sis optimus sacerdos & praelatus. Non ad curandum infirmū corpus, quēuis medicorum quāris, nec quia est probus homo: sed quia esse doctum & in arte medicinae peritum ferunt. Sic non oportet praesentem solum modo esse hominem bonū, quin etiam optimū opificē: & ad gubernandū & regendum ecclesiam literis praestet & prudentia. Et ipse peregre fuit multis temporibus. Primo hoc dicitur tam propter rationē metaphore, quā propter significationem. Quātum ad rationē significationis quod Dñs sit absens vel peregrinetur: quia dominus vineae Deus est qui peregrinatur a nobis non quidem per localem absentiam cū vbique vere sit, sed quia non hic se nobis ostendit per omnia sicut aliquando ostensus est: ipse quippe iudex est omnij quae recte vel praue aguntur. Et quia pro bonis non statim retributionē reddit nec pro malis poenam, videtur quasi absens esse. Erit autē praesens quādo omnia adducet in iudicium, & pro omnibus retribuēt. Et verū est q. ā Deo absente ista sunt: quia si ipse quasi praesens pro peccatis statim poenam inferret nō fierent tot mala: sed quia raro pro peccato poenā hic infligit, audent impij committere quae

Exo 14.  
E. Reg. 3.

p. sal. 44.

Esa. 58.

Sap. 5.

1. Cor. 4.

Ioan. 15.  
Heb. 12.

Pslm. 38.

1. Reg. 16.

Chryf. hom. 40. imperf. Matth.

Matth. 7.

Eccle. 15.

cunq;ue



cunque graua. Secundo dicitur absens & peregre profectus, quia reliquit illos cōsonos in manu consilij sui: & dedit spatium & tempus bene operandi. Tertio fuit abire longe ab ista here ab eis eo obur peccata fauorē & auditorium, quod illis benignē largitus erat, & quod eos liberauit a malo. Nam quemadmodū solem ferunt nobis appropinquari cum eius radij discēdūt a meta phorice dicimus Deū appropinquari vel discēdere cū nobis radios sui fauoris ostendit, vel peccatorum causam auferit. Quarto dicimus Deum proficisci, quia talē se Dominus ostendit, qualē de eo opinionem habebamus. Hortulanus visus est Maria Magdalenā quia nondum illa de Christo deitatis opinionem conceperat: sed eum horum dominum credebatur. Peregrinus visus est eū tibus in Emāss: quia nō illum vitam esse credebant, sed ā vita peregrinum. Ita nunc lōge profectus dicitur, & vilis est quia, ut ā colonorum animo lōge discēderat, & illi cum velut longe distantem arbitrati sunt. An nō pralatorum quidam ita viuunt ac si nullū Deum esse crederent: aut si credunt lōge abesse existimant? Recte de anima meretricie dictum est, Non est vir in domo sua: absque via longissima. Ita enim misera credit anima. Sic etiam in Psalmo de peccatore loquēs ait egrēgus Pfaltes. Non est Deus in cōspectu eius, in quinaā sūm: & enim in omni tempore auferuntur iudicia, quā a facie eius. Seruus ille malus cōpū itebrari, quia credit dominū eius longe absesse: at quē ideo longam facturum moram. Itaque cum videas Deum a deo malorū dissimulatorem, cum videas nequitiam itā vigerant non videtur Deū lōge profectu? Si enim mala non sustineret, absesse non videtur: cum vērō ita turpiter nos agentes sustineat & dissimulet, longe videtur esse. Vtinā pralati ecclesie quibus Dñs tradidit vineam excolendam: quem admodum putant Dñm absesse intelligerent prope esse, & fideliter laborarent. Sequitur. *Et in tempore missi ad culter seruum, ut de fructu vinee darent illi. Qui cōsum dimiserunt eum in anem.* Per hunc primū seruum intellige Mosem, qui quadraginta annos continuo fructū aliqūe legis quā dederat cultoribus exigebat: sed eādem cum dimiserunt vacuū. Irritauerunt enim Mosem in castris, & Aaron sanctum Dñi, & vexatus est Moles propter eos: quia exarebauērūt spiritū eius. Quin & ipse seruus quid de fructu

huius vineae sentiat palam carmine declarat dicens. Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, & propaga eorum ex Gomorra. Vna eorum vna felix & botrus amaritudinis in ipsis. Furor draconum vinum eorum, & venenum aspidum inanimabile. ¶ Animaduertendum qd hic Dñs misit ad cultores vineae tempore fructus: nam vt Mathaeus, cum tempus fructus appropinquaret, &c. Attendē Dñs exigat te fructus quos legisti: & tu ab agricola exigis triticum, quem non metit. Quo pacto reddet tibi reddatū? si ager sterilis est, qui nihil dedit? Vis forte colonum fieri creatorē ac Deo similem, qui de nihilo metat triticum, si ager infrugifer est? Si ager respondet nihil verat quid tibi debitam partem accipias, nam haereditas tua est: sed tu, veluti tyrannus, in carcerē pauperem agricolam conijcias, & permittit eius vxorem & filios fame perire: nec solū boues eius vendis verum etiam destruis eum, eo quod non reddit tibi qd nec potest nec terra dedit. Magna multorum diuitiū iniquitas esset solet & tyrannus, quā pauperes innoxios persequeuntur. Venario leonis (ait Ecclesiasticus) onager in eremo sig & pasca diuitum sunt paupere s. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauperi. Ita qd admodum non repetit Dñs ab agricolis fructus nisi cum decerpserūt, nec tu velle debes fructus nisi cum ager dedit. ¶ Videre est etiā quod Deus non petit fructus, quia his opus habeat, sed vt tu laborem adhibeas sciēs hoc ā se tibi repetendum, & quod venturus est querere fructus. Tui cōmodi causa hoc facit non vero sui. Vult Deus te in hac vita laborare, vt bonorum operum fructū reddas: ac etiā vt hanc vineam Dñi fodias, & vt scias te rationem redditurū iubat ā te exigere fructū. Et addidit alterum seruum mittere: illi autem hunc quoque cadentes & afficientes contumelia dimiserunt inanem. Hic seruus David Regē & Prophetam caterosq; significat qui post Moles misi sunt, vt post edicta legalia, psalmodia modulatione & dulcedine citharae, colonos ad exercitum boni operis excitaret. Sed & hunc contumelias affecerunt dicētes. Quā nobis pars in David, aut quae haereditas in filio lsāi? Attamē ipsi pro hac vinea quae de Aegypto trāslata Palestine mōtes sua obabratio ne protexerat ne radicē exterminaretur orabat. Dñe Deus virtutū conuertere nunc: respice de caelo & vide, & visita vineam istam: & dirige eam quam plantauit dextera tua. Praeterea

Deut. 31. Math. 31. 2. Reg. 21. Psal. 107. Psal. 109. Psal. 109.

terea obseruandum hic est quam verum sit illud Dñi Gregorij peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pōdere ad aliu d trahit. Quid verū? Primos inquit hic noster Lucas cecidisse, secundos vero non solū cecidit sed etiā cōrumelias affecerūt, quod est grauius delictum. Ita demum peccata peccatis cumularunt, vt magno incrementō iniquitatis perfricata esset ipsūm Dei filiu haerē occiderent. Hucusque veniunt qui peccatis perseuerant, qui culpas suas tātam multiplicā, vt multo deteriora committant facinora. Si malum est peccare, peius est in peccatis perseuerare. Haec enim contumacia & perfidia multa alia peccata & grauiora patitur. Sed quia de his multa in superioribus diximus, nolo nunc eadem repetere. Sequitur in contextu. *Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerauerunt eiecerunt.* Per hūc tertium intellige prophetarū chorū qui continuis attestationibus populum conuenerunt & quae huc vineae venturā imminerent mala praedixerunt. Sed quem prophetarū non sunt persequuti & occiderunt eos qui denunciabant aduentū Saluatoris: Serra sciderunt Esaiam, Hieremiā, lapidibus obruerunt Michas, macha xilla percussus & in carcerē coniectus, Amos per tempora securi est percussus & Ezechiel & ferē oēs sancti Prophetae & ministri Dei vulnerati sunt & eie cti, & hi oēs multa dixerunt de sterilitate huius vineae: sed sufficit Hieremias audire plāctū. Ego te plantavi (inquit) vinea electa, omne semē verū: quomodo conuerla es in prauum vineae alienae? Er in Esaiā Cātico. Expectauit vt faceret vvas, fecit autē labrusca. Valde dolendū quo magis augebatur Dei misericordia mittēs ad eos viros sanctos & iustos, qui populū docerent, monerēt ac deniq; conuertent: eo augebatur eorum malitia. Sic nunc multi quo Deus est magis misericors vt illis remittat peccata eo ipsi deteriorēs effecti dicunt. Incidamus in peccata, nā Deus misericors est: omnia nāq; remittit. Sed obsecrō quo Deus est optimus, eo es tu pessimus? Dei misericordia & bonitas immēsa, quae te ad odiū tui ipsius excitare ac flectere debebat: hac sumis argumentū grauius peccādū? Necessē est, vt eius iustitia veniat tibi in mētē. Quia his nō venerat in mētē Dei iustitia, ideo abutebātur suae misericordia imēsa. Sic factū est quo Deus erat melior & benignior, eo ipsi peiores fierēt. Eo magis ipsorum malitia visa est, quo misericordia Dei cresce-

Greg. lib. 21. sup. cap. 12. Cap. 3. Hev. 1. adiecit ad hoc. 2. Reg. 21. Hier. 23. Esai. 53. Psal. 109. Psal. 109. Psal. 109. Psal. 109. Psal. 109.

bat: malitia enim hominum (vt Chryostomus ait) contra Dei bonitatē cernabat. Virtus paulatim deficit hominibus propter ingratos: nā cum homo quauis probus conferat beneficium in ingratum cessat ab opere bono nec curat, quia ingratus durefcit iusti bonitatem. Sed hic erat contra: nam quo erat populus Iudaeorum Deo ingratus & rebellis, eō magis erat Deus misericors, benignus & pius, & maiora in eos cōferebat beneficia. Quo maiora cōmittēbāt peccata, eo sanctiores viros ad illos mitterēdos destinauerat: quousq; ad eos suū vnigenitū & filiu mitteret. Mira Dei misericordia, quā ad exiū perducere nulla malitia humana valet. O quōties his vltus est tecū do minus. Saepius Deus nūtijs te admonet, assiduis cōcionibus vt conuertaris, sanctis inspirationibus quē cor tuū prillāt vt velis ā via iniquitatis deuiares: & non vis? Vide ab hinc quot annos manes in peccato & Deus saepius vocat, & tu indies durior: & Dei nūtijs sic respōdes quē admodū Iudas & in grauius mā diuini numinis offenseōē incidis, ac de nouo duplicas peccata. At misericordia Dei oīa sustinet: ipse enim ait. Audite me domus Iacob & omne residū domus Israel. Qui porta mini ab utero meo & gestamini ā vulua mea. Usq; ad senectū ego ipse & vltiq; ad canos ego portabo. Ego feci & ego seram: ego portabo, & saluabo. Er apud Hieremiā. Si dixerit vxorē suā & recedēs ab eo duxerit virū alterū, nūquid reuertetur ad eū vltra? Nūquid non polluta & cōtaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata est cū amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dñs, Si dñs eiecit ā domo sua seruū qui fuit traditor dño, & postea parciit illi & eū iterū cōciat: si hic serū iterū peccauerit in dñm & hoc bis tenuerit fecerit: nōne eū in aeternū dimittet? Attamē Dei misia & bonitas immēsa est res mirāda, nā si milles et vltra peccaueris seper misericordie suae ianuā aperta inuenies, si cōuertis toto corde fueris. Quos acciuit vt in vinea laboraret etiā si erāt ociofisi foto. nihilominus eos vocauit & misit in vinea suā quauis sero, & reddidit illis mercedē. Vide ergo Dei misericordiam. Licet sis senex & morti propinquus si Deū quaeris, quē admodū latroni in cruce penitenti dabit tibi beatitudinis mercedem. Non desuit Deus vti his misericordij cū Iuda traditore, quē semp monebat & vocauit illū a misericordie cisse cū Saulo rege iniquo sacris literis est mādātū, ille q, qui locut' est forma Samuclis dixit

Math. 20. Luc. 23. Math. 26 1. Reg. 28. Tom. 2. O o ei 8.

ei se moriturū sequēti die, vt cōuerteretur & p̄cōnitentiā ageret, ne forte mors eū inspirato ac inermē occuparet. Sic nunc vsus est cū his agricolis tories misericorditer vocans. Sed de his iā satis. Vide ergo Christiane, nā sicut ab his repetit dñs vinea fructus: ita te repetit fructus salutis & ingenij: quæ omnia tibi dedit. Si à dño accepisti dona vt illi inseruires & cōmodū faceres: ergo fac des illi redditum & proficias ac dño inseruias cū his, quæ de manu dñi accepisti vt denique possis cum seruo fideli dicere. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratu sū. Vt ergo Dei bonitatē videas scito se à te hos redditus nō exigere sui cōmodi causa nisi tui: non sibi sed tibi, vt te diuitem faciat. Quādo fratres Ioseph profecti in Ægyptū quærebāt triticū iussit Ioseph vt ad ora sacrorū ligarēt pecnniā, quā illi de derant. Cū facis Dei mandata, ipse Deus reddit tibi tuū argentū & duplicat vim vt possis beatitudinē adipisci. Piū opus est cū Deus repetit ab hominibus redditiū. Misericordia ei? præueniet me. Præueniet in quā, vt redditus solua. Quid cogitas cōcinos esse quas quotidie audis, inspirationes, & labores quos iuffers, nisi redditus à te repetitos: Nō igitur afficiās iniurijs hos nūcios, quæ admodum isti agricolæ impijsimi fecerunt. Demum docet locus iste, vt ingratu beneficiā faciamus: nā Deus ingratis agricolis plures seruos misit. Sol nō desinit micare radijs, etiā si nubes velint eius lumen obscurare. Sic & nos nō debemus à beneficijs desistere etiam erga eos, qui nostrorū benefactorū splendore maculare voluerūt. Vt enim nux & oliuæ notissimæ plantæ: etsi virgineæ dantur, vberimos tamen fructus produunt: sic nos etiā ob præclaras virtutes actiones obiurgati, maledictis læsi: ingratis & impijs non sinam? bona facere. Ita Deus ingratis colonis non sinat nuncios mittere vt eos tam crebris beneficijs demulceat, alliciat, & trahat. Et vt videas, quāta sit Dei misericordia audi. Dixit autē dñs vineæ. Quid faciās? Mittā filiū meū dilectū. Hoc est q̄ Paulus ait. Postquā venit plenitudo tēpotis misit Deus filiū suū vnigenitū: natum ex muliere, factū sub lege. Et Ioānes. Sic De⁹ dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitum daret. Vide obsecro quæ admodum in istos ingratos agricolos mundūq; etiā perditū nō solū non animaduertit sed filiū vnigenitū dar. Moris est Deo non raro peccatores bonis operibus punire. Ita discipulorū incredulitatē castiga-

Matth. 25.

Gen. 42.

Psal. 26.

Gala. 4.

Ioan. 3.

uit ingens miraculum operās, cum ex quinq; panibus & duobus piscibus maximā multitudine satiavit. Quod maius supplicium ijs qui nō credebāt, quā videre magistrum suum ita inauditū miraculum operari: Pro certo tenendum est q̄ suæ præteritæ incredulitatis cōfusi remanerēt. Vnde Hieremias. Metuam⁹ dñm Deum nostrū, qui dat nobis pluuiā tempora neā & serotinā, &c. Forsitan tū hunc viderint verebuntur. Quomodo dixit forsitan verebuntur filiū meū cum sciret q̄ non erant cum vixit? Dicendū iuxta Hierosolymite sententiā, q̄ hoc dixit non ex ignorātia sed propter hominibus liberam voluntatē & arbitrij libertatē. Ptererant enim velle contrariū: & vterere arbitriū quecunq; veluissent. Chryostomus vero ait q̄ dixerunt non ad significandū id q̄ illi erant facturi sed vt insinuarēt id quod vt facerent iussit erat. Iussit erat vt filium meum viderentur, & quis est anima duerent. Quæ cū vidissent coloni cogitauerūt intra se dicentes. Hic est hares occidamus illum, vt nos iā fiat hareditas. Singula hæc obseruatione digna sunt. Primo ait quod coloni videntes filiū intra se cogitauerunt. Secundo dixerunt. Hic est hares. Tertio occidamus eū. Quarto & vltimo, vt nostra fiat hareditas. Expēdamus hæc. Primo cogitauerunt. Sic præ dixerat Hieremias. Cogitauerūt super me consilia dicentes. Mitamus lignum in panem eius & eridamus eū de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et Sapiens. Morte turpissima condemnemus eū: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt. & impias cogitationes opere adimplerunt. De his olim Elaias. Oua aspidis ruperunt. Hoc est, iniqui a peruerunt cogitationes suas: ex quib⁹ non nisi venenū prouehitur. Cōparat iniquorum prauas cogitationes & consilia ouis aspidum: quæ tunc rumpuntur, cū operibus perpetrantur. Oua aspidum foris sunt alba, oculis grata & pulchra: intus autem veneno plena. Sic flagitiosorū hominum consilia, prima specie apparent ipsi vtilia, sunt tamē eis valde nociua: sicut qui oua aspidū frangūt seipso occidūt, ex ipsis nāq; ouis venenū fractores insidijs erūpitur. Ita quidē qui flagitiosas cogitationes, consiliaq; terra in effectū producūt sibi ipsis perniciē machinātur. Sic agricolis istis cōtigit: qui occidēs Chr̄m, vt haberēt hereditatē, & hæc amiserūt. Itaq; quia ex iniquis cogitationib⁹ mala operantur, & prauas cogitationib⁹ recedere cauereq; nos oportet. Moli-

Hierem.

Lib. 1. dñi in M. d. c. u. Cl. r. f. l. m. 69. in h. u.

Hierem.

Sapien.

Esai. 59.

Moli-

Ansel. libr. de similitudin. cap. 4.

Rom. 1.

Hier. 4.

Molimen (vt Anselmi similitudine vear) secū dum triticū q̄ in arca eius projicit, farinam eiecit. Imaginatio enim tanquā moliminis rotare voluitur: & ita si bonos cogitatus in id proieceris, bonorum operū farinam emittet: sin autē prauas, opera ipsi consona reddet. Nunquā ex hordeo, tritici farina: nec ex turpibus cogitationibus, bona dimanarūt opera. Si in succensum fornacē ligna arida, incendio apta conieceris, respicē debet ignis, purā viūq; flāmam emittens: sin autē viridia inieceris ligna, & iucos palustres indubie ardebunt: sed totus fornax erit fumo repletus & denigratus ob caliginē & fumi densitatē productā. Sic cor nostrū fornax est semper ardens. Si illud diuini amoris cogitationibus nutrieris, charitatis flāma respicē debet: sin autē impijs foueris torū fumabit: eritq; obscuritate circūfusum. Euauerunt in cogitationibus suis ait Paulus: & obscuratū est in hijs cor eorū. Caneamus ergo impias cogitationes: cogitatio enim vesuti radix arboris abscondita est quæ quidē si vindiis & bona extiterit, fructū bonorū operū projiciet: si vero arida, nullū prorsus fructū præbebit. Si cogitatio bona est, statim volūtas ab illa capitur: & intellectus bona desideria cōcipit, bonaq; opera parit. Quibusdā qui turpibus cogitationibus nauabant, dixit dñs per Hieremiam. Vsq; quo morabūtur in te cogitationes noxiæ. Nō cōqueritur Deus, q̄ habeat cogitationes iniquas, sed q̄ in eis morātur. Cū Gētilēs simul cū populo Israhelico cōmorabātur, Deus à populo suo recebat, & eos minimē alloquebatur. Simili modo & tu derelinqueris à Deo, si locū concesseris cogitationib⁹ iniquis. Tecū est De⁹ quādo in te prauæ cogitationes nō habitāt: receditq; à te, si consensūs locū eis tribuis. Iudæis licitū erat Gētilēs per iter relinquere: sed in culpa erat eos habitatores facere. Ne aspices in malā cogitationē velut in scintilla: si nō vis vt ignis crescat & teipsum cōburat, & demū in inferis ardeas. Coloni isti cogitauerūt inter se: & ex hacturpi cogitatione euenit vt dicerēt venite occidam⁹ eū, quæ postea executioni madauerūt. Secundo quid dicāt audiamus. Hic est hares, dixerūt. Iā literis mandauimus q̄ locos istorū colonorū sacerdotes templi, scribæ & pharisæi, principesq; populi intelligerūt. De his hic agit & hi dixerūt, hic est hares, licet enim simplex populus Chr̄stū minime nouit esse Melsiam, sacerdotes tamē isti & legis periti bene quidem ipsam nouere: sed quia po-

pulus cum sequebatur vitiq; pharisæorū arguebat odio eū prosequēbatur, malitia nanq; eorū reddit cæcos, sicq; nullā Christi doctrinē fidē adhibētes eū in iniquorū flagitiosorūq; hominū numero cōputare. In principio priusquā eorum animos odiū aduersum Christum occuparet, tanquā sapiētia præstātes oēs prophetias in Christo adimpleri cernebāt, cū q; cognouerūt: ducti tamen malitia non esse Christū dixerunt, & sic excæcati ipsū minime cognouerūt. Vnde dñs de istis alloquens ait. Excæcauit eos malitia eorū. Sed huc vide tur contradicere q̄ Apostolus ait. Si dñm gloriæ cognouissent nō vtiq; crucifixissent. Ad hoc potest responderi primò q̄ quādo eū crucifixerunt tunc eum haud cognoscebant nec esse Christum existimabant: quoniam exat cū ci quauis in principio eum cognouissent. Secundo dici potest q̄ non cognouissent eū tanquā dñm gloriæ: tamen cognouissent eū tanquā Melsiam. Paulus enim exponit seipsum dicens. Si dñm gloriæ cognouissent, id est, tanquā dñm gloriæ. Cognouerunt eum Melsiā, ideo dixerunt hic est hares: sed nō cognouerūt esse filium Dei, & gloriæ dominum. Sed ignorantia hæc nequaquam erat illis excusationi: miracula enim quæ Christus vniuersaliter operabatur, apertē eius diuinitatem declarabant: quia fateri Christum esse Deum miraculaq; agere in huius doctrine ostensione proculdubio illum esse Deum probabant. Quapropter eum vere filium Dei esse credere facile erat, modo voluissent sed magnopere eorum malitiā vt iam diximus eos excæcauit. Lege Diuum Thomam Aquinatē. Igitur principes sacerdotū quorū typū isti gerebant agricolæ nō ex ignorantia aut fragilitate, sed ex malitia peccauere veniaq; ita minimē digni fuere: nā ex arbitrij libertate eū omne pēdat peccatū, ita quidem opus aliquod quo magis libertate caret eo min⁹ peccatū dici meretur. Et inde euenit vt q̄ ab ignorātia ortum est in uincibili peccatū nō sit eo q̄ liberū non fuit, quando quidem voluntas præter id q̄ intellectus obijcit appetat. Quod autē ex fragilitate aut ex carnis infirmitate prouenit non habet plenam arbitrij libertatem eo quod ipsa carnis concupiscentia quodā modo minuit iudiciū, & vim intellectiua hebetat. Sic illi fenes, qui exarserunt in concupiscentiā Susannæ: auerterūt sensū suū ait scriptura, & declinauerūt oculos. Itaq; si vim intellectiua minuit carnis cōcupiscentia necesse est, vt illa ipsa etiam

Ioan. 12. 1. Cor. 2.

S. Tho. 3. p. q. 4. ar. 4. q. 5.

Dan. 13.

arbitrij libertate aliquid detoget praesertim cum arbitrij pars quaedam non parua sit in relectus. Leuius ergo peccatur cu ex ignorantia aut fragilitate peccatur, qua ex malitia: ideo isti grauisime peccauere, pro istisq; Christus minime suas ad partem fudit preces, sed pro illis duntaxat qui nesciebant quid faciebant, & ex ignorantia peccabant. q Tertio dicunt, Occidamus eum. In Mattheo habetur quod dixerunt, venite occidamus eu. Et Hieremias. Venite credamus eum de terra viuentiu. Co gregati sunt coloni conciliuq; fecerunt, & omnes vnanimiter dixerunt, Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Et quod in concilio dixerunt, omnes in eum credent: idem est quod hic dixerunt sub hac parabola hic est haeres: nihil aliud est Christum esse heredem vineae Israelitice, nisi quod omnes in eum credent. Venite verbum est quidem quo alter alterum inuitat: & ita in illo concilio Caiphaz inuitauit, incitauitq; alios dicens. Vos nescitis quidquam, neque cogitatis. Expedit, &c. Vide etiam impioru pusillanimitatem & imbecillitatem: & quomodo inter sese coadunantur ad persequendum iustum. Est tam vtile & pusillanime peccatum, quod non audeat peccator persequi iustum timens virtutis vires. Et ita coloni isti coadunantur simul, & se ipsos hortando dicunt. Venite occidamus eu. Filij Iacob robustissimi erant & ausi sunt arreptis gladijs ingredi Sichem & destruere Sichimitas: sed aduersus Ioseph fratrem innocentem & puerum sedecim annorum omnes conuenerunt, & mutuo sese exhortantes, dicebant. Venite occidamus eum. Certe vnus sufficeret ad hoc: sed vitium quod intentare conabantur adeo erat ignauum, vt vnus minime fuerit ausus aduersus huiusmodi virtute, itaque contra hanc animam viresque quarit. Sic in Prouerbijis vocant se impij mutuo ad mala perpetranda opera & turpia facinora, dicentes. Infridicmur sanguini, abscondamus tendiculas contra infontem: frustra deglutimus eu. Ita Dauid in Psalmo alloquitur Deu dicens. Quoniam inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt. Venite & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltra. Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersum te: testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum & Ismaelitarum. Moab & Agareni

Gebal & Amon & Amalech: alienigenae cu habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cu illis: facti sunt in adiutoriu filijs Loth. Non audis hic innumerabiles malos aduersus paucos bonos couenisse: Decem nationes scelera torum hominum contra populum Dei conuenerunt. Qua primu coadunantur mali ad perseque dos bonos: ita modo qua primu conueniunt mali ad furandum ad lundendu & ad omnia mala, sed ad bonum minime. Si dixeris, congregemur in alicuius domo ad videndu testametu alicui? qui natura coeessit, vt quid qd coriner ac iuber re praestetur, vix quide licet tibi eos congregare. Ad malu tame quod cunq; omnes parati sunt. q Quarto dicunt, Habebimus hereditate. A quo Christum esse occisum putas? Ab ambitione & auaritia. Sic dixerunt in concilio isti coloni. Si dimittimus eum sic, veniet Romani & tollent locum nostru & gentem. Sed quid remedij nobis superest vt nostru sit dominiu & potestas? Occidatur heres & hereditas erit nostra. Videbat isti vineae se esse dominos cuiusq; possessione obtinere: atq; in isto statu se securi esse queat haeredem interimere decernunt. Quot sunt qui hoc ipsum hodierno tempore operantur? Plurimi ne a sua hereditate excludatur suamq; amittant autoritate Christum Iesum mortaliter peccando cruci affigunt. No restitunt aliena: ne honores & diuitias opinionem que in qua sunt constituti perdant. Proximorum oprobrio afficiunt, noluntq; honore ei restituere: ne sibi ipsis contra dicendo opinionem in qua habebatur amittant. Malu potius in vmbas perpetuas adigi quam huius seculi gloria priuari. Multi ex principibus (ait Ioannes) in Christum ceciderunt, sed propter phariseos non confitebatur, vt non e synagoga eijceretur. Dilixerunt enim magis gloriam hominu quam gloriam Dei. Ipsa diuitiarum honoruq; nimia cupiditas haud mediocre virorum multitudinem ad inferos ducere, Christi que immemorem reddere cogit: siquidem coloni isti, vt sibi illius vineae possessionem adscriberent Christum occidere, e medioque rolle re intentauerunt. Qui suos oculos animum ac mentem tota in huius vitae opibus conijciunt circa dubium in maximum suae vitae discrimen graue periculum deueniant: siquidem sempiternae animae felicitate huius mundi gloriae praesertunt. Sicut enim ex luna maris estus perpetuiq; fluctus & procelle procedunt: sic quidem ex deprauata affectione animi commo-

10/10.10.

10/10.7.

10/10.19.

10/10.12.

10/10.2.

motiones, mors animae, & impietates. Isti diuitias & honores effrenate diligebat, & Christum dominum interfecerunt propter ambitionem existimantes ab illis substantiam reum abstrahi. Iosue iussit solem stare, & stetit praecipit tamen stare auaritiam, quando Hierico expugnauit, sed stare minime quirit, quia Achafuratus est ex spolij Hierico. Igitur quia auaritia stare noluit fuit quidem de Iudaeis actum Christum occidendo. Fabularur Poetae quod Midas qui auaritiam amabat animo effrenato. Deos oratos habuit faceret quidquid ipse tangeret aurum fieret: at quilibet eius voluit fecere ita satis, vt cibus quem fumere volebat, in aurum statim conuerteretur: & ita nimia fame tortus perijt. Non erat Gentilis ad id imprudente & ignari, vt adducerentur vnquam ad id ita esse vt crederent: sed huius mentionem fecerunt idcirco, vt nos certiores redderent homines huius tempestatis ob diuitiarum ambitionem efficiunt se iacere in inferno, ad haec non nunquam vidisse sapientum merito contigit truncari. Appetitus igitur honoris, diuitiarum, & status, homines occidunt. Quare existimas Pilatum, Christum morti tradidisse? Cum sciret illum innocentem vt honoris, laudis, & bonorum detrimentu nihil in quibus erat maximis constitutus, sibi deuenire, ad mortem iustum damnauit. Sciebat quod propter inuidiam tradidissent eu, & mortis esse indemne: ob id que voluit liberum abire, manereq; in punitu. Tunc inimici eius infestissimi clamores edere ceperunt dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Cum esset Pilatus honoris & diuitiaru sititissimus magnopere verebatur ne ab his priuaretur, neue a Iudaeis coram imperatore accusaretur: & ob id vite autorem morti tradidit. Maluit quidem veritati rationiq; repugnare, quam ex principijs honore quidquam perdere: & Deum potius, voluit offendere, quam aliquod sui status relinquere. Etia Hieroboam: Israeliticus Rex ne a regno exterminaretur in eoque necessaria, vt eis suppeditaretur secum reputas, quod si populus ibat Hierusalem: Deum adoratus se in dedecus magnum summamq; inopiam in dubie venturu decreuit & constituit improbe, vt populus idolo laeraret, duosque fecit vitulos aureos potuitq; vitium in Da & alteru in Bethel dicens. Isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Hac de causa Herodes A scalonitza gladio innocentes pueros interemit: vt ipse

solus regno Israel potiretur. Et coloni isti. Haec bebimus (inquunt) hereditate. Quid ergo remedij? Interficiamus heredem. Vt sustineretur in honore, innocentem occidit. Magna quidem horu colonorum fuit ambitio, sed maior eorum obstinatio & duritia: siquidem tantis misericordijs abusi sunt, & eorum auaritia ita eos captiuos tenebat: quia ad hoc vt non amitteret ista temporalia & inanes huius seculi honores, pro nihilo habuerunt aeterna bona & haeredem occiderunt. Haec quot sunt & hodie viuentes qui cu sint a Deo vocati inspirationibus, & praedicationibus ita viuunt, ac si non esset Deus. Et propter hanc hereditate coloni isti flocciferunt caelum, gloria, & requiem nullo xpo interituram, atq; omnia alia aeterna bona. Similiter multi incredibili amore prosequuntur vxores suas, & liberos & diuitias, & ita in his intenti sunt & occupantur, ac si non esset beatitudo alia felicitior, & sic videntur aspernari aeternam: iuxta illud Sapientiae de impijs loquentis. Dixerunt inter se non recte cogitantes. Exiguum & cum teditio tempore vite nostrae. Venite persequamur bonis que sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuente celeriter. Vno pretioso & vnguentis nos impleamus, & non praereat nos hos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant nullum pratum sit quod non pertra: fecit luxuria nostra, &c. Sic coloni isti improbi heredes occidunt existimantes quod sic conseruentur. Sed expende obsecro qua magna est Dei omnipotentis sapientia, quamq; iniqua sunt improboru hominu iudicia. Patat enim tales sibi optata adepturi ex medijs pro suo libito ordinatis, se quidem ipsos extollendos, & alios opprimendos. Sed Deus vana coru iudicia e diuerso mutat, vt plane videre est in filijs Iacob qui quidem adorant reuentes Itra rem suam Ioseph vendiderunt eu. Aegyptijs sed existimantes ipsum opprimere & inhonorare, extulerunt eu. Media quae illi elegerunt ad deturbandu & perdendum fratrem, assumpsit Deus ad extollendu eu. Similiter & Saul cupiens Dauidis interitum iussit vt auerteret ceteru Philistinorum praepudia q quide aiebat, vt in tanto periculo interficeretur, se eu dicens. Non sit manus mea in eu, si autem manus Philistinum. Cogitabat Saul tradere Dauid in manus Philistinum. Sed quo Saul conabatur Dauid ignominia aspicere, eo certe honore efferebat: quia reuersus est Dauid magna eu victoria, & occidit ducentos Philistaeos, quod quidem

Sapient. 2.

Gen. 37.

Gen. 42.

3. Reg. 3.

maximam honorem David attulit, merore vero & ignominiam Sauli. Sic Aman parauit crucem Mardocheo & populo Iudeorum necem in quo facto sibi ipsi parauit crucem: in qua idem ipse suspensus fuit & omnis domus eius abolita, & Mardocheus & populus Iudeorum exaltati. Et nunc in presentiarum quid dicunt agricolæ? Occidamus eum, & habebimus hereditatem. Sed aliter illis præter spem euenit: quia Christi mors causa fuit ut illi hereditatem perderent & terrâ, & ut Hierusalem totumque regnum Iudææ exterminaretur. Vide quid Caiphas consulendo dicat. Si hunc dimittimus venient Romani & tollent locum nostrum & gentem. Hoc quod illi pro medio acceperunt, nempe, ut Christus occideretur ne Romani venissent, causa fuit ut Romani venissent & eos destruerent & prosternerent. Qui malis artibus temporalia que-runt, diu nequeunt ea possidere: nam ut optime differit D. Ambrosius id quod turpe est non potest esse vitale: nec quod honestum est inutile: quia complex honestatis est utilitas, & utilitatis honestas. Memorabile illud ferunt rhetores (ait Ambrosius quod dux Romanorum cum ad eum medicus regis aduersarij venisset pollicens se daturum regi venenum: vin-ctum cum ad hostem remiserit. Et reuera præclarum, ut qui virtutis certamen susceperat, nollet fraude vincere. Victoriâ enim turpè putabat, nisi honestate partâ. Quid vero Eliseus secutus est nisi honestatem, cum exercitum regis Syriæ quidam obsidendum venerat captiuum duxit in Samariam: cuius oculos cecitate obduxerat: & dixit Domine aperi oculos eorum, ut videant, & viderunt? Cum autem rex Israel vellet eos percutere eamque sibi facultatem posceret à propheta respondit non percutiendos, imo subsidio alimentorum iu-uandos. Maluit honestè confundere, quam turpiter vincere eos. Beata quoque illa Susanna denunciato falsi testimonij terrore, & tanto opprobrio & periculo exposita: maluit honesta morte vitare opprobrium quam studio salutis, turpem vitam sustinere. Itaque dum honestati intendit, etiam vitam seruauit: quæ si quod sibi videbatur ad vitam vitale operauisset, non tantam reportasset gloriam: imo etiâ id quod non solum inutile, sed etiam periculosum foret, pœnâ criminis forsitan non euasisset: quia adultera aliquando incideret in manus viri & legis, & Deus eam non liberaret. Adde etiam de Tobia qui non solum adora-

re vitulos aurcos renuit, sed omnia sua fratribus pauperibus: & cõceptiuis largiebatur: nec diuitias aliquas fraudulenter acquisiuit, quapropter Deus illum ditauit & visum restituit, quia virtutem & misericordiâ amplectebatur. Paret igitur id quod decorum est semper esse vitale: contra autem inhonestum, semper est inutile. Pharaon rex Aegypti vitam suam & suorum seruaret persequebatur Israel, credens vitale esse regno Aegypti: sed valde inutile fuit nã perijt ipse & sui, & totum regnum sterilitate varijsque calamitatibus est percussum. Sic Abimelec filius Gedeon qui septuaginta fratres occidit dempto vno Ionatha, ut regno potiretur, morte acerba interiijt: & perdidit quod male acquisierat. Denique ut iam ab exemplis abstineamus ex hac parabola patet qualiter sacerdotes templi tam graue crimen ag-grediuntur: mortem videlicet heredis: cupiunt enim hereditatem possidere, & redditibus templi & oblationibus frui. Sed longe aliter eis euenit: nam eo ipso quo putauerunt consequi hereditatem, profus illâ perdidit. Igitur nihil nos queramus nisi medijs honestis adhibitis, nihil nisi ex virtute: cum omne quod malis artibus acquiritur, durable non sit. Sed iam ad contextum. *Et eiecit eum extra vineam occiderunt.* Hoc ad literam adimpletum esse scimus cum Christus dominus extra vineam passus est. Hoc est, extra populum Israel: quia ut diximus populus Israeliticus vinea Domini exercituum est. Principes autem sacerdotum & pharisæi tradiderunt eum Gentibus: & posuerunt in potestate Pilati Gentilis: quem impij Iudei eiecerunt extra vineam, occiderunt suspendentes in ligno. ¶ Finita igitur parabola, in qua prædixerat dñs quid patres eorum fecerant erga prophetas, & quid ipsi facturi erant contra Christum: nunc vertit sermonem ad ipsos sacerdotes, scribas, & pharisæos, dicens ad illos. *Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi. Absit.* In Matthæo dicitur, quod ipsi pharisæi responderunt hanc sententiâ dicentes, malos male perdet & vineam suâ alijs locabit agricolis: sed hic dicitur quod Christus illam protulerit. Nec est in hoc contradictio: nam quidam illorum responderunt malos male perdet, ut ait Matthæus, alij vero vt scribæ qui erant literis exculti intelligentes parabola & quod de ipsis loquebatur, dixerunt. Absit. Sed circa ista à pharisæis primo dicta & postea à Christo dño relata,

lata, nonnulla annotatione digna insurgunt. Primo quidem quam iusta sint alissimi iudicia, idemque dominus in suis causis iustus, si quidem aduersarios suos in propria eorum causa iudices instituit: ipsosque propria ab eis sententiâ prolata, & ab eorum ore conuincit. Tã in istis & redè se habet Deus in suis causis & in damnando peccatore, vt non modo condemnatus sententiâ non recuset, imo aperte cognoscat, & confiteatur iustissimam damnationem sibi impostam iustissimeque mereri in tartara descendere. Hac similitudine vltus est Nathã spiritu Dei ductus cum proposuit Dauidi Regi parabolam illam hominis diuitis qui plures oues habebat. Vnde Dauid cognita causa & delinquentis crimine examinato ignorans tamen quod ad eum parabola tenderet, idem contra se ipsum sententiâ iustam protulit. Ita Christus in hoc loco eosdè pharisæos contra seipsum in propria causa iudices constituit: & in parabola reuocat ad eorum mentes beneficia accepta, vt viderent illiquam iuste proijcerentur à vinea, & ab eo punirentur: & sic conuicti: à seipsis iudicentur. Sed vide quid dicat dominus erga suam iustificationem per Esaiam prophetam. Nunc ergo habitatores Hierusalem & viri Iudæ: iudicate inter me, & vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & nõ feci ei? An quæ expectaui, &c. Verum sicut improbi seipsum dānant dicentes malos male perdet: eodem modo erit in nouissimo die quādo mali etiam si inuiti confitebuntur iustissimè à Deo damnari. Age ergo o homo quicquid es expergiscere, aures arrige & ad rationem reddendā de vinea tua & fructu te præpara. Accepisti enim animam: baptismum, virtutem, valetudinem, & cetera bona tam spiritalia quæ corporalia: & ista quidē nec frustra data sunt, imo vt tantis auxilijs & instrumentis operando fructum cum scenore reddas: sin minus ad iustitiam & itā mouebis dominum vineæ sicut isti impij coloni, & sic etiam perdet te sicut & illos. Hoc enim proterui peccatores faciunt, tãtaque eorum nequitia est, ut ad supplicium potius quam ad misericordiam rectissimum iudicem irriterent: & sic quia misericordia abutuntur, iustitia plectentur. ¶ Secundo obseruandum quod dupliciter potest homo perditus: videlicet & bene. Iusti enim bene perditur dum hic viuunt, quia mundo, carni, hominibus & semetipsis perditus & mortui sunt, quæ periticio utilis

est & bonâ, quia per ea saluantur. Vnde dñs. *Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.* Mali autem homines male perditur cum dānantur: quia perditio est irreuocabilis. Vnde in Psalmo habetur. *Vultus autem domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriâ eorum.* Ita Iudæi in sua malitia perseuerantes male perditur: quia sic à Deo alienantur, vt nunquam inueniantur ab ipso. Ab hac perditione liberat poenitentia: quæ perdit hominem, ne perdat. Perdit enim peccatum, ne perdat salutem: & perdit culpam, ne inueniat poenā: in qua perditur omnis dānatus. Nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis. Præterea potest etiam dici quod omnis qui peccat perditur: verum est differentia inter hos perditos, quia quidam bene perditur, alij male. Bene perditur quia ad bonum perditur, & bonum elicit de peccato exiens ab illo. Male autem qui semper manet obstinatus in peccato, & in eo perinax inuenitur. Sunt quædam oua quæ perditæ vocantur quæ cum sint asæ abstrahimus ab igne & comedimus: sed si manet in prunis quoad omnino cõluratur ita perditur, vt nihil valeat. Sic peccator quæuis per peccatum perdat, si tamē à peccati flammis exeat bene perdit dicitur, nec secus quæ perditum ouem. Sic Dauid quia multa præclara gesserat superbiens quod ipse dixerat referret. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Sed vt eius superbia dominus mederetur auertit se paululū ab eo, & cecidit: quapropter ipse dixit. *Aueristi faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Et alibi. *Bonū mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.* Elegit bona ex peccato nempe humilitatem: & vt in posterum caneret prudentiam elicit, & didicit nihil fidere in proprijs bonis. Similiter & Petrus qui antea superbiens & nimium sibi vendicans dixerat, si omnes scandalizati fuerint in te ego nõquã scandalizabor: postquam cecidit in igne peccati & exijt ab eo, modestius & humiliter locutus est dicens, cum esset interrogatus à Christo an plus ceteris eum diligeret. Tu scis domine, quia amo te. Iã nõ cõtemnit alios, sicut antea solebat. Hi porro vici sanctissimi quauis perditis ouis fuerint alissimi: bene tamen sunt perditæ cum cito ab igne peccati exierint, & humilitatem sint edocti. Sic Petrus ab igne, qui erat in domo Caiphas exijt asæ fluit interius ab igne peccati: & exiens foras fleuit amarè, & à peccato fructus excerpserit.

vbertimos. Sed non sic impij & obstinati peccatores faciunt, qui non bene, sed male perduntur, vt ait Christus: quia semper existentes in igne peccati indurati, & efficiuntur carbones in igne inferni destinati: cum que male perdantur, erunt perdit in aeternum: quod admodum isti impij & obstinati sacerdotes & pharisaei quibus dñs loquebatur male perdit erunt in seculū secūli. ¶ Tertio exp̄ de quod licet Deus perdat hominem peccatorem, vt dicitur hic quia perdet dñs vinea colonos illos: attamen non perdet illos dñs, nec conteret eos nisi prius ipsi se per peccatum perdidissent. Praecepit ingrati tudinis peccatū: praecisit & cruenta inspiratio, & veritatis odiū, & Dei exterminium, oderant enim filium, & extra vineam eiecerunt: hinc ira Dei, hinc comitata est vindicta in improbos. Nunquā enim Deus vasis irae pararet incendium, nisi homo inueniretur habere spontaneum peccatum. Hoc psalmographus testatur dicens. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. ¶ Praecepit mercedium interitum Dei. Non perdit iustum cum impio, sicut Abraham testatus est: sed eos perdet qui male agunt. Vnde in prouerbijs habetur. Impii vero de terra perdentur, & prosperitas stultorum perdet illos. Ecclesiastes etiam. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Sic siapte culpa ludas interiit, ideoq; Saluator. Nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Sic etiā Oseas. Perditio tua ex te Israel. Cū sit igitur peccatū genuina nostra perditionis origo, admonet hic locus vt peccata fugiamus: non enim in hora mortis perdet nos Deus, nisi nos per peccatum perditos inuenierit. ¶ Perpende etiam quod non solum perdidit hos impios colonos, sed vineam alijs locauit agricolis: ex quo manifeste colligimus ob incredulitatem & ingrati tudinem reuocari beneficiū, & non modo rescindi parca priora, sed etiam in alios digniores potiora conferri. Receperunt Iudaei legem, digni habiti sunt propheta rum oraculis, sunt quoque illis diuina cōcredita promissa: verum ob suam incredulitatem & caecitatem regno priuari meruerunt, nempe Euan gelij gratia & dignitate. Cupio vt intelligas quam terribilis ad hos iudicandos colonos venturus sit dominus. Hoc Daniel declarat dicens. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: & vestimentum eius candidum sicut nix: & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flam-

ma ignis, rota eius ignis accensus. Dicit albā vt nix, quia ex omnibus partibus alba est. Nō sicut paries qui cum foris sit albus interiora tamen est niger: vt de noter q̄ ex sua natura, Deo innocentiam habet, & ita nihil impunitū relinquit. Erat thronus ignis, quia cū ipso peccatores incendit & mundum cremabit. Tota haec poena graueq; supplicij veniet super istos peccatores colonos. Quod si tu forsitan dixeris. O quam impij fuerunt illi Iudaei, quā ingrati, quāq; rebelles: aduerte quā eis tuis deterior, qui cum à Deo longe maiora acceperis beneficia, sis & longe Iudaeis ingrator. Non tot ac tanta in Iudaeos contulit, ac in te beneficia. Est plane longū quibus es à Deo affectus hic recentē re beneficia, quibus tamē haud quaquā Iudaeos affecterit. Illos enim eripuit à iugo & captiuitate Pharaonis, & inimici eorum submersi sunt in mari: sed cū tu captiuus in Aegypto & in tenebris peccati, propter originale peccatum in vtero matris teneris, ab hac te captiuitate liberauit. Excutē ab vtero matris statim te daemōnis incurfus persequitur: vult tamen Deus vt ad baptisimi aquas peruenias, ex quibus anima tua sole clarior, lunaque iudicandior exeat. Cum velit te cadāmon vltique qua; persequi & in peccatum attrahere: in profundum tamen aquarū submergitur. Incepit populus Israel maximis laudibus Deū extollere, dicens. Cantem domino gloriose enim magnificatus est, & c. Canta tu etiam dño nullis siquidem tuis meritis adiutus factus es Christianus. Quis igitur beneficium incarnationis & redemptionis commemorat? Si vt suspendereris esses iudicatus capitis uē dānatus discrimine, & cū fieret in te iudiciū quidam tibi amicissimus tuis in ditus vestibus suum in caput eius modi trāferret periculum: nōne & salutē & quidquid haberes ab eo accepisse fatereris? Aduerte igitur quid tecū Deus egerit: siquidem cū sis peccator poenitq; inferni condēnatus tuis se vestibus Deus induit, & ad capitis discrimen cruci assignendus ducitur innocens: te vero qui eius modi merebaris supplicium, saluo & incolumi. Ille te creauit, redemit ac paupit, vitamque dignitate. Non dico Deo, sed vel Aethiopicū ipiam qui tot ac tanta in te contulisset beneficia gratus esse tenebaris, quā verō magis Deo, in quo summa est bonitas: Sed tu loco istorum beneficiorum his colonis ingrator peiorq; Iudaeis eijsis à te dominū & quārum in te est eum iterum crucifigis grauitere peccan-

Exod. 14.

Exod. 16.

Hib. 10.

Mat. 10.

Psal. 17.

1 Cor. 10.

peccando, vt ait Apostolus, & crucifigentes eum in carne si modo esset mortalis & passibilis vt tunc erat. Igitur sitam acerbe Deus Iudaeos acceptis à Deo beneficijs abutentes puniuit: quam nos grauioribus afficiet supplicijs si ingrati fuerimus, qui multo grauioribus ab eo sumus affecti beneficijs: Paulum arre de. Irritam quis faciens legem Moisi sine vili miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis acerbiores eum mereri poenas qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Auferetur (inquit) à vobis regnum Dei, quae est haec vinea: & dabitur Gētibus. Si à Iudaeis qui erant filij regni & à Deo dilecti propter eorū nequitiam sublata est vinea Domini, & propter nimiam ingrati tudinem missi sunt in tenebras exteriores: quid iā de nobis fieri oportebit. Certē Deus acceptor personarum non est: sed omnis ei gens, quae dominiū pertimeat est grata. Ob hanc etiam ingrati tudinem Germani, Angli, Scoti, & aliae nationes regnum amiserunt. Dicant catholici animum gratum Deo exhiberet ne ab ipsis auferatur regnū Christi: quod pene compleri videmus, cum ad Indos iam migrare videatur Ecclesia. Sed vltius progrediamur. *Ille autē aspiciens eos ait Quid est ergo hoc quod scriptum est lapidē quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli* Vult in hoc Deus illis ostendere, quod quantum eum occidere conentur, vt priuetur hereditate: id tamen eis aliter quam cogitant eueniet. Nam sua cum hereditate morte priuari non oportebat: & vt eos experiretur adducit Dauid propheta dicentem. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, & c. Hic lapis Christus est, iuxta illud Apostoli. Petra autem erat Christus. Aedificatores sunt ipsi pharisaei & scribae & sacerdotes ad quos est sermo: & aedificatores appellantur, quia propter officium tenebātur aedificare domum vitam in qua Deus habitaret, ad docendum videlicet, atque instruendum populum exēplo & verbis, & vt tali modo huc veniret, vt dignaretur dominus cohabitare inter eos. Reprobatus est non solum inutilis, sed etiam aedificio odiosus a dicentibus cum esse fallacem, sed ditiosam, mandatorumq; Dei trāsgressorem, & vt talis proiectus est ab aedificio. Sed hic lapis reprobatus collocatus fuit in aedificio in capite anguli, vt ad vnam cōcordiam duoparietes Ecclesiae redigerentur, qui erant populus Iudaicus & Gentilicus. Sed lapis hic

non fuit manibus aedificatorum collocatus, sed manu Domini: atque ideo subdidit. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hoc praeclearē declarat diuus Paulus, quemodo hic lapis positus sit in summitate capitis anguli, dicens. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum: & medium partem macteriae soluens inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso, & c. Obserua autē quod non dicit colonos aedificatores arte, sed aedificantes actu: nō artifices officio, sed exercicio. Vbi sunt ergo qui dicunt praelatos posse non residere: Si Dominus dicit quod manus admotas operi ecclesiae habeant, quid tū fiet si manus habeant ecclesiae admotas, non ad aedificandum verbo & exemplo, sed ad dissipandum verbo & exemplo: Vide etiam an nostri aedificantes lapidem approbat, an reprobat. Iacuit humi lapis, à plurimis conculcatus, frigidusq; & aestus, imbribus & gelu expositus. Vide nūc an ita prelati approbat Christi frigus & aestus: vide an humilitatē sectentur & crucem. Forsitan praelatus non reprobat, imò approbat & laudat lapidis vtilitatem, & praedicat Christi humilitatem, crucem, mortem, & eius paupertatem: sed si quod verbo probat & laudat, id reprobat exemplo: quid hic aedificabit? Videtur is altera manu aedificare, altera destruere: altera relam cōstruere, altera textum retexere, vt Ecclesiasticus ait. *Omnis qui ceciderit super illum lapidē conuassabitur iuxta quem autem ceciderit comminuet illum.* Hic ostenditur non hic agi simpliciter de lapide, sed de lapide signato qui est ipsemet Christus: nam lapis de quo scriptura loquitur in templo Salomonis fuit, super quem nemo caderet, sed loquitur Christus de seipso, qui lapis est per metaphoram. Et iste nō est sensus mixticus, sed literalis, quia literalis sensus est ille, quem intendit signare per literam conditor eius. Christus tamen loquens haec soluit intelligere per lapidem istum aliquam petram sed ipsum: ergo in literalis sensu semetipsum significat. Ait ergo. Si lapis ille ceciderit super aliquem comminuet eum in partes minutas & ea est maxima laesio. Est enim ea lapidis natura, vt si quis super eum ceciderit, laedatur, & tamen si lapis magnus super aliquem ceciderit, multo magis laedatur: & designatur ista differentia per conuassare & comminuerē, quia comminuerē designat partes minutissimas, & conuassatio solam laesionem. Et est

O o s sensus.

Psal. 5.  
Gen. 18.  
Pyone. 2.  
Eccl. 9.  
Ioan. 17.

Osee. 13.

Dan. 7.

Eph. 2.

Eccl. 24.

fenfus. Ille supra lapidē Christum cadit, qui supra illū est: qui autem supra illum est fundatur supra eo, & ita designatur per hoc credentes, qui pro fundamento Christū habēt. Fundamentum enim aliud nemo ponere potest prater id quod positū est, quod est Christus Iesus. Cadit autem supra Christum quicumque non perditā fide peccat in actione, cuiuscunque generis sit. Et ille confringitur, id est, laeditur, qui peccat mortaliter, & est dignus morte aeterna: & tamen non est manifestum vulnus, sed sola confractio, eo quod cū fides maneat potest faciliter peccatum tolli, cum quis ad Christum ingruerit. Super illū autem cadit lapis, id est, Christus, qui se non habet Christum, id est, si non credit in eū, & ita non habet eū profundamento. Et quia non habet eum sub se, necesse est ut hebeat supra se: id est, ut eum, quem non tenet ut fundamentum timeat supra se ut dominum, & pauca ut viderem. Tunc lapis cadit supra hominem quando peccat in fide, quia tale peccatum est immedicabile manente infidelitate quia cū non credat non potest inuocare clementiam pro delicto ab eo quem Deum non esse putat, & ideo dicitur eum qui non credit iam esse indicatum. Dico quod iam indicatus est, quia manente infidelitate, nō potest eius peccatum remitti, & damnatus est. Et ideo iste conteritur quia poena aeterna irrevocabiliter ad iudicatur: quā maxima est lesio, cū nulla maior sit poena. Hac comparatione vult Deus ostendere gravissimas poenas, quibus ludai sunt puniendi, ut pote infideles & increduli, qui non modo suum agnoscerent noluerint redemptores: sed & illum persequentes ac extra vineam eijcientes occiderunt. Caveamus & nos ne in Christum incidamus, multoque magis caveamus ne ipse cadat supernos, propter infidelitatis peccatum. Dicis mihi ne quisquis peccator, quomodo sis laturus gravē illud iustitia diuinā pōdus: cū super te ceciderit? De duxit dominus Hieremiam Prophetam in domum figuli, & ipse faciebat opus super rotam & dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis, &c. Dixit Dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. In hac visione comparat homines vasa terrae: quod facit figulus, qui Deus est: cumque nos simus vasa terrae, debilia, & ex pulvere confecta. Tale se sanctus ille reputabat, cui Deo dixit. Memēto domine quōd sicut lutum se

ceris me, & in pulverem reduces me. Aduerte posse figulum si dum vas facit id in rota frāgatur denuo id efficere, vel etiam si sit opus ad meliorem formam reducere: sed si vas frāgatur eductum à rota & soli expositum iam sit in fornace decoctum, nullum profus habebit remedium. Si fractam ollam postquam sit decocta figulo perferas reparandam, non dubium est quin ab eo sis deridendus. Mundus iste est tanquam rota quae semper inuoluitur, nunquam cessat. Dum itaque hoc in mundo vitam agimus, & in hac vita quae est ceu rota figuli commemoratur, licet frāganur & si mel atque iterum in peccatū incidamus, remedium habemus, & cum poenitentia possumus iterum ad figulum reuerti, à quo reparamur, & meliores forte fiamus, ac perfectiores quam antea eramus. Peccauit David, & 2. Reg. in tanquam vas figuli cōfractus est: sed cum ad dominum confugisset, ita per poenitentiam purgatus est, ut longe candidior, longeq; sanctior quam antea fuerat sit inde reuerfus. Idē beato Petro accidit, idē Paulo, ac Magdalenae, alijsque quam plurimis peccatoribus, qui cum in huiusce vitae rota cōfracti, à Deo peijissent auxilium, ita sunt eorum preces exaudivit, ut effecti sint à Domino totius puritatis vasa praclarissima. Sed caveas ne extra rotā frangaris: quia si ab hac vita in peccato mortali decideris, in eo vsque in aeternum permanebis. Si concessus iam in hiera mortis in peccatam cecideris: quae est Christus, cōfractus ab eis: nec minus manebis diminutus quam si supra te petra caderet. Terribile iudicium veniet super te, & pertimescendū supplicium, cum iustitia diuina super te aduenerit, si mors te in peccato mortali corripuerit. Vnde David de his peccatoribus alloquitur Deum. Reges per al. 2. eos in virga ferrea, & tanquā vas figuli cōfringes eos. Animaduerte quid de luto fieret vas, si grauib; idibus à brachio Gigantis virgae ferrea concuteretur. Siquid enim ait David, quod tu eis ante dominum. Quid faciet miser, & debilis peccator coram illo cum ipote ti Gigante, qui cum ad iudicandum est venturus, ut sua eum infinita potestate conterat? Quid faciet, & quomodo non contremiscet? Nō percuteret virga ferrea diuine iustitiae vasa integra, quae infortunata sunt: sed vasa multa peccatorum multitudine fracta. Quibus nam rebus terrum illud inferni chaos reuertū esse existimas? Conteris abundat vasis, testis quam plurimis, & ollis. Et que madmodum

vas,

vas, quod fractum est extra rotam in aeternū fractū, & irreparabile permanet: ita ille, qui in infernum cadit nullum profus habet remedium, cum nulla sit in inferno redemptio. Quod si à me scisciteris cuius vsui fracta vasa sit vtilis, nulli plane dixerō, nisi tantum ad ignem fractis in restis huc atque illic defetē dum. Contingit saepe ut veniens mane verula ferat à domo vicina: prunas in testa fracta: nec secus circumferunt diaboli damnatos, ut ignem (ceu conuassatā vr̄e) cum nulli possint alij prodesse ministerio, apporrent. Sed si ad eū sit vas figuli diminutum, ut iam nec igni ferendo minutissimae partes sint vtilis, ad quid prodesse dicentur? Proderunt quidem ad calculos. Solent enim lussores cum eis calculi desunt ad connumerandas pecunias, terream vas cōfringere alio lapide. Partes autem quae remanēt primō fractae sunt quae ceciderunt in petra, cuiusmodi sunt illi, qui cū Christiani sint, fidemque habeant, lapidem offendit, qui est Christus, & in peccato mortali cōfringuntur. Sed supra istos infideles, & Gentiles cecidit lapis, & comminuit eos, ut hic ait Saluator: & cum adeo sint diminuti quid iam poterunt prodesse? Proderunt vsui calculorum, quibus nummōrum crentur. Quid iam praestabit Alexander Magnus? Quid Cyrus? Quid Codrus Atheniensium Rex, qui sponte se morti obtulit? Quid Cuius, qui se libenter in hiatum terrae proiecit? Quid Annibales? Quid Scipiones? Quid denique Caesares: & Pompeij, qui tanto studio & diligentia gloriam famam, & mundi honorem sunt fouere conati. Sunt hi omnes in infernis sedibus collocati, nec vlli alij rei vtilis, quam calculis ad pecunias numerandas. Reliquerunt hoc in mundo perennem de se memoriam, scribunt de eis Historiographi, canūt Poetae, loquuntur homines: at iacent ipsi in inferno ardentibus vndique flammis circūsepti. Fuit praecipuus istorum finis, ut eximij laudibus vsque ad astra ab hominibus extollerentur, & sui nominis immortalē posteris memoriam relinquerent. Quid tamen haec omnia prodesse existimemus? Sunt mistri in profundo illo Barathro, Tartareisque sedibus constituti, flammisque perpetuo ardore flagrantibus ad mortem. Cū sint Caesar, atque Pompeius in inferno, canit tamen Lucanus, Bella per Aemathios plusquam ciuilia campos. Iacet miser Aeneas in Orco, & tamen sic Maro, Armaturumque cano. Cadit super hos ingens ille

lapis, eosque comminuit. De his ait Prophetā Esaias. Subito dum non speratur veniet cōtritio eius, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritioe praua lida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua poteretur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquae de fouea. O vtinam inter Christianos non inueniantur etiam multi istis Gentilibus peiores, quorum spiritus nullus alius est, quā sui ipsius memoriam relinquere in hoc mundo, famamque & aeternum nomen absque domini vlla recordatione quaerere: qui non aliter nunc viuunt, quam si nullam vitam post hanc futuram exillimarent. At tene de igitur & vide, ut si forte cecideris, cadas super petram, quae Christus est, ut possis inde cōsurgere, ne sic fractus & comminutus in aeternum absque auxilij spe maneat. Cave ne lapis super te cadat, & irruat. Et si cecidisti, mox ut quā citissimē resurgas, dum in huius mundi rota es: antequā morte correptus omnino sis auxilio destitutus, & gehennalibus flammis, cruciatibusque aeternis plectaris. Sed de his plus satis. Iam nunc videamus quae sequuntur. *Et querebant principes sacerdotum, & scribae mittere in illum manus in illa hora, & timere vni populum cognouerūt enim quod ad ipsos dixerat similitudinem hanc.* Obstinatam contra Christum malitiam declarant. Nā quantis à veri notitia plus nimio ab alienati essent, multis tamen coniecturis colligebant domini sententiam contra se dirigitur: quae ideo insaniam fere coniecti, eum tenere, & capere contendebant. Nec quicquam illorum impios conatus impedit, nisi timor populi: hoc est quia verentur ne impune ferant tantam crudelitatem. Non timuerunt legem Dei quae dicit, innocentem & iustum non occides: & timuerunt homines, adhuc enim memoria habebat quam honorifice fuit Christus à turbis in die palmarum exceptus: ideo timēbāt ne turba insurgeret contra eos. Quot modo sunt, qui graua crimina committerent, si illis non esset supplicium? Plus coerret à malo timor hominum, quā timor Dei. Cras veniet mors, & tunc videbis, quāto melius tibi fuisset Deū vereri, quam homines, &c. Vide quam verū sit prouerbiū illud, Veritas odium parit. Hinc Salomon. Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit: & qui arguit impiū, sibi maculam generat. Et Amos. Odio habuerunt in porta corripientem: & loquentem perse et abominati sunt. Id, quod euenit Christo, sepe ac-

1. Cor. 3.

1. Cor. 3.

Hier. 18.

Job. 10.

Esai. 56.

Exod. 13.

Prouer. 9.

Amos. 5.

pe accidit probatissimis Dei ministris, si quã  
do acrius flagitiosos quosque obiurgant. Ve  
rum et si noluit triũphabit veritas: & melius  
est, pro veritate supplicium, quam pro adula  
tione consequi beneficium. Igitur Scribæ &  
Pharisæi. Sacerdotumque principes primas  
non deserunt veritatem, & quamquam audiant  
iudicium diuinum, tamen nihil sibi meruĩt;  
imò in assuetã perfrictes perfidia, & inuidia,  
consilia captant renuentes domino. Sic & ha  
cenus apud multos fieri videmus, qui cum  
apertam veritatem negare non possunt, veri  
tatis tamen præcones, & autores plusquã no  
uercali prosequuntur odio. Ideo ait textus.  
*Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se in  
flos simularent, & caperent eum in sermone.* Sed  
prius, vt inquit Matthæus, consilium inierit,  
vt caperent Iesum in sermone. Dauid cum a  
liiquid arduum facere cupiebat, cõsulabat do  
minum, vt illud. Vtrum tradent me Ciphari?  
Respondit dominus. Tradent. Et illud, perse  
quat latrunculos hos? Moses etiam cũ appre  
hendit blasphemum consulit dominum, &  
etiam cũ inuenerunt hominem colligen  
tem ligna in Sabatib. Et sancti viri, qui con  
sulebant prius dominum omnia ad votũ suc  
cedebat eis. Sed impij Pharisæi cũ consiliũ  
faciunt non de mitaũ consulant, sed diabolũ  
& quomodo dominum capiant in ser  
mone student: & id eo maledicti, & damna  
ti, sicut Saul Rex eorum, de quo scriptũ est,  
quod interfecit est propter iniquitates suas:  
& inter alia facinora obiicit ei, eo quod Pytho  
nissam cõsuluerit. Vt, qui profundo estis cõr  
de, vt à domino abscondatis consilium: de  
istis ait Esaias. Vide, & in omnibus, quæ agis,  
dominum verere, totam tuam spem in eo po  
ne: aliã omnia in malum cedent. Quia mul  
ti in his, quæ ad vitam spectant, carnem suã,  
mundum, & sanguinem cõsulant, ob id cõ  
tra omnia illis contingunt. Ideo perijt Ocho  
zias Rex Israel, qui misit vt consuleret Beelze  
bub Deum Acaron. Afa etiam Rex Iuda mor  
tuus est dolore pedum vehemensissimo, quia  
in infirmitate sua dominum nõ queruit. De  
hoc consilio ait Dauid. Consilium malignan  
tium obsedit me. Vide etiam pusillanimita  
tem impiorum, quorum parum, aut nihil vir  
tuti obfistere. Simul cum Hefodanis tentat  
inuadere iustum. Principes conuenerunt in  
vnum aduersus dominum, & aduersus Chri  
stum eius. Sicut viri facti sunt vnum, vt fa  
ciant bonum: nam, vt ait noster Lucas de san

ctis primitiua Ecclesiã, multitudo creden  
tium erat cor vnum, & anima vna: ita impij  
sunt vnum, vt faciant malum, & persequan  
tur iustum. Sanson vulpium caudas ad cau  
das iunxit: vt Philistinorum segetes succede  
ret & conlumeret. Sic impij, astuti, & dolosi  
sicut vulpes coniunguntur adinuicem, vt fa  
ciant malum proximis: & in eos damnũ in  
gerant. Sed vide quo pacto vulpes illæ, et si dã  
num intulerint, & ipsa concremata sunt. Sic  
mali, & peccatores, non tantum alijs, sed sibi  
nocent, quia se interimunt sibi ipsi inferen  
tes malum: proximos in caducis solum pre  
munt. ¶ Sed ad quid congregant cociliũ?  
Vt capiant Iesum in sermone. Erat enim tũc  
questio, an tributum deberet dari Cæsari, an  
non, quibusdam dicentibus, quod debebat exi  
gi tributum, quia Romani pro omnibus mi  
litabant alijs contra affirmantibus non debe  
re populum Dei, qui decimas solueret, & pri  
mitias daret, humanis legibus subiacere. Cæ  
sar Augustus Herodem filium Antipatri Re  
gem Iudæis constituerat, qui tributis præcef  
set, & Romano pareret Imperio. Super his  
mittunt ad dominum: eo consilio, quod para  
bolam illam de vitæ intellexerant ad seipso  
diclam. Malitia huius legationis silit in hoc.  
Christus apud populum erat vitæ maximæ æ  
stimationis, & quia eos vexabat tributum per  
soluere (libertas enim naturaliter ab homine  
expetitur) ideo visum est illis, Christum non  
ausurum proferre tributum debere persolui  
ne nomen, & honorem perderet: vt sic Hero  
des eum inretineret, tanquam scditiosum, ac  
Cæsari infestum. Ideo insidiatores vocat hos.  
Euangelista discipulos, & iustorum expecta  
tores. Quales magistri, tales & discipuli. Si har  
pentes veneno insciant, & filij eorum: & sic  
dissimulantes, vt hypocritæ conantur Chri  
stum tentare. Sic daemõ tentauit Christum  
in deserto. Sic vxor Hieroboam voluit deci  
pere prophetam Ahiam dissimulans se esse.  
Sed frustra iacitur rete ante oculos pennato  
rum (Deus falli non potest) sed ipse patefecit  
machinam vxoris Hieroboam, & suo no  
mine vocauit eam: nec enim malitia horum  
Christo abscondi poterat. Sic etiam Rachel  
sedit super abscondita idola, & tereno vulu  
dixit. Secundum consuetudinem mulierum  
accidit mihi. Sic isti veniunt in vestimentis o  
uinum, cum inrinescunt sicut lupi rapaces. Se. Mat. 7.  
pulchra dealbata erant foris: intus vero ple.  
na erant osibus mortuorum. O, quot etiam  
habet

Iudit. 11

Matth. 4.

3. Reg. 14.

1. Reg. 14.

Gen. 31.

Mat. 7.

Matth. 23.

Math. 23. habet mundus nunc similes illis. Totus mun  
dus plenus est falsis amicis, & dominibus fi  
ctis duplici corde, facieque. Vix inuenies, cui  
fidere possis, nec qui simplici corde tecum  
agat: & cum te esse tutum putaueris, deceptũ  
te inuenies ab amicis. Vt duplici corde (ait  
Ecclesiasticus) labijs scelestis, manibus male  
faciendibus, & peccatori terrã ingrediendi dua  
bus vijs. Abominatur enim altissimus hos  
simulatos, & fratrum deceptores. Arca Noe  
interius & exterius illita erat bitumine. Vult  
Deus vt interius, & exterius ornati simus san  
ctitate, & cor linguæ consonet, & sic intus, si  
cut foris nos simus, vt omnia in numero sint.  
Vnde in Prouerbijs habetur. Simulator ore,  
decipit amicum suum. Non mittebant Phari  
sæi discipulos vt Christi sermones audirent:  
sed mittunt, vt capiant illum in sermone. Hęc  
est doctrina, quã à Pharisæis discunt. Alio etiã  
in loco ait Ioannes, quod miserunt Pharisæi  
ministros, vt apprehenderent Iesum. Videba  
tur horum patribus filios quos à Pharisæis do  
cendos susceperant futuros sanctos: tamẽ per  
pendite, quam discant doctrinam. Sic contin  
git nunc patribus, quibus filij magnæ sunt cu  
ræ vt eos in ministerium nobilium tradant, vt  
inde docti & bonæ indolis viri: sed studio  
si euadant ipsi vero ludo solum vacant, offi  
cium inretinunt funguntur. Quot sunt parẽ  
tes etiam filios in academijs mittentes, vt lite  
ris operam nauent: qui tamen vagantes vani  
tati potius student: Videbatur illis filiũ à Pha  
risæis edocendum susceptum per triennium  
futurum alium Esdram in lege peritũ, ac san  
ctum: illi tamen docent eos omnem dolum:  
vt audientes tributum non debere persolui  
coram Herode, & Pilato Christum accusent,  
& eãdem morti tradat. Quapropter insinuat  
Euangelista causam simulationis *Vt traderent  
illum principatui, & potestati pharisæis.* Per prin  
cipatum intelligit Herodem, & per potestatem  
Pilatum. Differunt enim principatus à potesta  
te in hoc: quod principatus pertinet ad digni  
tatem, & potestas ad iurisdictionem. Habe  
bat Pilatus potestatem traditam à Romanis:  
quia procurator erat in Iudæa. Hoc enim fa  
ctum est quatuor diebus ante Christi mortẽ:  
& tunc aderat Hierosolymis Herodes: qui ve  
nerat ad diem festum. Quod timore populi  
isti non audebant facere, manibus pharisæis ef  
ficere volunt: vt velut immanes videantur à  
morte ipsius. Sed iã hos impijs versipelles,  
& simulatores audiamus. *Et interrogauerunt*

*eum dicentes. Magister scimus quia veritẽ dicis, es  
doctus, & non accipis personam: sed viã Dei in ve  
ritate doces. Iam audis expectatores, qui tan  
quam scorpiones ore blandiantur, sed cauda  
pungunt: nam post hæc verba calũniatoriam  
quæstionem proposuerunt interrogantes, an  
liceret tributum dari Cæsari. Imitantur hos  
Pharisæos, omnes, qui proximis suis blando  
sermone imponere contendunt: ad eum qui  
dem pacificis verbis, cum interiora plena sint  
dolo, fraude, & hypocrisis. Tales sunt, qui pro  
bas quasque virgines decipiunt multis promif  
sionibus: vt suam libidinem expleant. Quales  
etiam sunt, qui fictis sermonibus concionato  
rem aggredientes periculum facturi, si quid  
expiscari valeant: quo hũc subinde apud vul  
gus traducere queant. Cuius rei periculum fe  
cit Dauid, qui dixit. Qui loquuntur pacẽ pro  
ximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et  
iterum. Sepulchrum patens est guttur eorũ,  
linguis suis dolose agebant, venenum aspidũ  
sub labijs eorum. Vno ore flare, & sorbere vo  
lunt. In vna manu ferunt lapidem, & in alte  
ra panem ostentant. Vt hirundines venulo tẽ  
pore adfuerint, sed hyeme recedunt: sic adula  
tores amicorum personã induentes, quales erãt  
isti pharisæi, in rebus prosperis præfati sunt,  
sed in hieme, id est tempore calamitatis euo  
lant. Vt apud ore portat florem, sed retro acu  
leo ferit. Sic multi blande loquuntur, sed in  
tas malitiam gerunt. De his ait haec regius va  
res. Circumdederunt me sicut apes, & exarse  
runt sicut ignis in spinis. Habent se isti sicut  
caupones, qui quidem cibaria delecta hospiti  
bus largiuntur, sibi delecta vendicantes. O  
quam isthæc simulata gens, hypocrisis plena,  
& Deo iniusta foris, quæ bona apparent mun  
do ostendens, intus vero inhumili cõscientiæ  
prauæ morans loco. Omnia in fictione, & mẽ  
dacio consistunt. Diues se pauperẽ esse, num  
mũq; carere ait, ne à paupere procaci, & po  
stulanti vexetur. Pauper fingit diuitijs affluere,  
vt pluris fiat. Inimicus te blandis alloquitur  
verbis timore perterritus: amicus verita  
tem conticet, ne te molestia afficiat. Alter se  
tibi amicum prædicat, alter tibi deuinctus. Tã  
dem omnia dura, & veneno mixta sunt. Cre  
do quod si Deus hæc ætate mundo appareret,  
etiam ingenti pretio emptam veritatem non  
inueniret. Idõ Deus populo Iudaico prohibuit  
esucygni, quia pennæ eius sunt candidio  
res niue, caro autẽ ipsa nigredine nigra. Vn  
de Sapiens, Spiritus domini effugiet fictum.*

Psal. 34.

Psal. 139.

Psal. 117.

Leuit. 11.

Deut. 14.

Sap. 1.

Aliud

Aliud enim isti adultores gestant in animo, nimirum venenum: & aliud in ore, scilicet pacem, & salutem. Ideo dominus precipit in Levitico dicens Nihil mellis adolebitur in sacrificio Domini. Odit enim Deus adultores verbis ducibus imponentes. Ideo dominus per Esaiam. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Sicut de Camleone legitur semper reddere colorē eius rei cui est propinquior: sic adultores, ac illi, quibus adulantur, & assentantur, se habent. Commendant, quę ipsi commendant, & vituperant, quę vituperant. Vnde Beatus Augustinus super illud psalmi, Deus in adiutorium meum intende, ait: quod plus nocet lingua adulatoris, quam manus persecutoris. Sic Ioab osculo percussit Amasiam. Ne iudices vinum propter dulcedinem, nam in potu suaue est, & postea mordebit, vt coluber: & sicut regulus venena diffundet. Manus Moisi extra erant munda: posita vero in sinu, erant leprosa. Sic isti foris mundi apparent, intus autem serdibus pleni sunt. Ne credas adulatoribus qui sub amicorū personis: sunt inimici, & hostes acerrimi, vt speculum, quod res ipsas omnes, & intuentium imagines representat, sed aliter quam sunt à parte rei: quia dextrum representat sinistrum, sinistrum vero dextrum: & respiciet: tem vicius Orientem, refert ad Occidentem. Sic adulator voce, & vultu est speculū: nam si rides, ridet: si pleras lachrymas fundit: si detrahit de aliquo, eundem ille vulerat maledictis: si te laudas mirificis te ipsū laudibus effert. Sed omnia versat & emollitur: quia si Orientem intueris, te representat ad occasum intuentem: si te presentem laudat, absente irridet. De his Psalmista. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autē in cordibus eorū. Et Iacobus. Ex ipso ore proccedit maledictio, & benedictio. Quem corā predicant, retro vituperant. Vnde Paulus. Nec aliquando fuimus in sermone adulationis. Hi detestandi sunt, vt Christus hic egit: nam, qui falsis laudibus ducuntur, adultores suos muneribus fouent: illi vero eos spoliant & diripiunt. Sicut ligna ignem nutriunt, ignis autem ea incendio deuorat: sic adulati sustinent adulatorem, adulator autem eos absumit. Sicut Aetna (vt poetę fingunt) à canibus quos alebat fuit deuoratus: sic adulati ab adulatoribus, quos alunt, donis consumuntur. & quid acquirunt, nisi paruam, & fluxam hominum apparentem laudem? Sed de his in-

fra non nihil dicemus: nunc vero verba adulatorum expendamus. ¶ Primò dicūt quod recte dicit, docet, & quod in veritate docet: tū quod non respicit personam. Commendant eum, & propter veritatem doctrinę, & propter vitę eius integritatem. Omnis homo laudatus benignior sit: & placabilior eis, qui eū laudant: qui autem beneuolus est alicui, non abscondit secreta cordis sui ab eo, sicut ab hoste abscondimus: ob id voluerunt ergo facere Christum sibi placatum suis verbis dolosis, vt plane veritatem aperiret. Et istud est primū munus hypocritarum, laudare eos, quos oderrunt: vt sic eos securos de seipsis redderet perdat. Laudant itaque primò de veritate doctrina. Nihil enim perniciosius iudice, aut doctore mendace. Ideo maximè caendum docet Deus. Non suspicias au ditionem mendacem. ¶ Nota autem quod varia hæc vox, veritas in scriptura sacra significare consuevit. Nā solet significare conformitatem illā, quę est inter signa, & res illas significatas: cum videlicet ita res se habent, vt signa enunciate videntur. Et hoc est commune eius vocis significatum: & ita potest hic accipi, quia Christus veritatem docebat, & illam proferebat. Omnis homo mendax, ait David. Quod intelligendum est, non iuxta naturam, sed iuxta naturam conditionem, & qualitatem: ita vt illum solum hic hominem dixerit, qui humanos sequitur affectus: quia Paulus Corinthiis scribens ait Cū enim inter vos sit zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? At contra de his, qui spiritui & non carni obtemperant, dicitur. Ego dixi, Dij estis vos, & filij excelsi omnes. David ergo cum ostenderet tunc non esse mentium, præmisit dicens. Ego dixi in excessu meo, vt innueret se hominū ab statu excessisse, & nō secundum hominem ambulasse: vt non hominis lege iudicaretur, ne mendax sicut ceteri iudicaretur. Quod si homo esset, oportebat, vt mendax ipse esset, & quod mentiebatur dicens, omnis homo mendax: vt autem ostenderet se à mendacio immunem, dixit. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ac si diceret. Quauis omnis homo mendax dicatur eo iure, quo homo est, & vivit: ego autē dicens hæc, de mendacio notari non debeo: quia non vt homo hæc prædico, sed in excessu meo. Secundum hūc modum Christus veritatem loquebatur, tanquam vir spiritualis, & de hac veritate hic laudatur.

¶ Acci-

Præter. 20.

Psalm. 84.

Exo. 3.

Psalm. 111.

1. Cor. 3.

Psalm. 81.

Mar. 3. 2. Mar. 12.

¶ Accipitur veritas secundo modo pro iustitia. Sic enim accepisse videtur Salmon cū dixit. Misericordia & veritas custodiant regē. In eadem etiam significatione accepit Dauid, cum ait. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Et ita etiam potest hic sumi, &c. ¶ Laudatur secūdo Christus ab istis, eo quod non sit acceptor personarum, dicentibus eis, quod nō est acceptor personarū. Iuxta quod perpende, quod acceptio personarum opponitur iustitię distributiue. Est autem iustitia distributiua particularis habitus versans circa æqualitatem in distribuendo: & est ista æqualitas, non secundum magnitudinem, vel quantitatem, sed secundum proportionē in quatuor diuersis personis damus diuersa pręmia, vel pœnas, secundū merita, vel de merita personarū. Et ex eotēpore dicimur dare æqualiter secūdū proportionē. Vt si bonitas vnus est dupla ad bonitatē alterius, honor illi collatus debet esse in duplo: & ita debet etiā comparari pœna secundum proportionem. Quando autem consideratur solum persona, & nō meritum, acceptio est personarum. Aduerte etiā quod potest quis esse faciens officium, & mercedem propter conditionē personę, & quod non sit acceptor personarum. Nam si conditio illa, quam inspicimus, facit debitū esse personę, vel competens id ei, quod damus, non est acceptio personarum: quia hoc non est inspicere personam, sed meritum, vel rationē, ob quam conditio illa facit illā personā dignā ea re, quam ei tribuimus. Sed propriē accipere personā, est, quādo ita damus vni personę re, quam nō daremus alteri magis merenti. Et tamē si æqualitatem inspicimus, dabimus vnicuique iuxta meritum suum. Ergo non accipitur ibi persona, sed causa: & ita non est acceptio personarū. Si autē conditio illa, quā respicimus nō facit debitum esse personę, vt cōpetens id, quod ei tribuimus, est acceptio personarū. Igitur, postquā isti adultores de veritate doctrinę, & rectitudine iustitię domini laudant: euomunt venenum dicentes. Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Ille census erat tributū annuum, quod Iudæi soluebāt Romanis. Modus autē erat, quia Iudæi fuerunt liberi tēporib⁹ prioribus, quādo habebāt reges, quia nō dabāt tributa gētib⁹ alijs, sed principibus suis: etiā post captiuitatē Babylo nicā, & liberationē eorū Iudæi fuerunt liberi: & potissimū tempore Machabæorū, qui liberauerunt gentē illam de manibus hostiū. Et eo

tēpore facti sunt Iudęi socij, & amici Romanorū: nā Iudas Machabæus misit legatos, & factę sunt amicitie inter eos: & post Iudæi renouauit has amicitias Ionathas frater eius. Et manserunt sic vsque ad tempora Aristoboli, & Hircani: qui fuerūt vltimi duo fratres principes de genere Machabæorum: & propter discordias eorum Romanis inuicem inuicem: & cum ipsi non seruarent Romanis legem amicitie, pugnarūt Romani contra illos, & intrauit Pompeius urbem, & suscitauit templū, atque prophetauit. Et ex tunc Iudæi, qui primo fuerant amici Romanorum, facti sunt eorū tributarij: & sic manserunt vsque ad totalē subuersionem urbis, & gentis. Vnde tempore Christi tributarij erant, & soluebatur tributū istud Cæsari, qui præerat Romanis. Iudæi autem (cum hominibus congenita sit libertatis cupiditas, quod & brutis animalibus competit) hanc subiectionem egrē ferebant: & ideo vihuiusmodi tributum soluebant, & seditiones inter illos fuerunt. Sed expende stultitiā, & dementiam istorum. Renuunt tributum soluere, nihilominus persequuntur infontem Christum Iesum, & congregant cōcilium aduersus eum. Si moleste ferebant subiectionē illam, deberent aduerrere causam, propter quam in eam deuenerāt, vt ea sublata de medio effectus ipse auferretur. Ratio enim captiuitatis erat, eorum ingentia flagitia, & scelera, & à Deo acceperant, & audierant per manus Moisi. Vide Deuteronomiū, vbi dominus promittit multa bona Iudæis, si seruaerint eius præcepta: & contra vero multa mala, si transgressi fuerint ea. Hoc idem fatetur dominus, & cōminatur in Levitico. Sic Hieremias videns desolatam Hierusalē, stens ait. Fecit dñs quę cogitauit: compleuit sermōe suum, quem prædixerat. Hoc idem cōminatus est dominus populo Israelitico per Malachiam prophetam. Vnde in Baruch legitur dixisse Hebræis, Peccauimus ante dominum Deum nostrum, &c. Sequitur. Idē adheferunt nobis multa mala, & maledictiones, quę constituit dominus Moisi seruo suo. Igitur cū in hanc seruitutem venerit populus Hebræorum ob peccata, ob quę eos torquebat, deberent se remouere ab eis, & renouare vitam: vt abolitis peccatis, aboleretur seruitus, subiectio, & ira Dei. Sed quid remedi adhibent? Ad dunt inquam peccata peccatis, & conantur de medio tollere Iesum innocentem in remedium suorum scelerum, Later malos iactura,

Leuit. 2.

Esa. 3.

Augusti. in Psalm. 69. 2. Reg. 20. 1. Rouer. 23. Exo. 10. 4.

Psalm. 27.

1. Cor. 3. 1. I. I. I. I.

Deut. 28.

Leuit. 28. Tren. 2.

Mal. 2. Bar. 1.



iaActura, in qua sunt interclusi, & cæci: quia ne sciunt properare ad principium, & causam, vt illa remota obstaturo malo inde sequuto. Imo scyæ, ac sepius, remedia, quæ adhibent vt à malis liberentur maiora attrahunt. Ad dēre peccata peccatis non est conueniens antidotum, vt à tribulationibus, & angustijs, in quibus sumus, & quæ nos premunt, eripiāmur. Multi sunt, his Iudeis similes, qui volunt laboribus liberari quādo deteriores sunt, & efficiunt. Si Regem iniquum, principem, vel prælatum habent, qui tyrannide se gerit cum illis & eos torquet, quod adijciunt est detrahere, & conuertiari, atque despiciere: quod me dicam: cum pessimam esse: nam ratio propter quā huiusmodi prælatos Deus mittit est subditi præui, & mali, qui benigniores præfules non merentur. Diuina sapientia, quæ mendacium proferre non potest, sic testatur. Et erit sicut populus sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius. Idem etiam Osee testatur. Si ergo prælatus iniquus est: quare tu iniquè agis? Esto tu bonus, & talem tibi Deus mittet pastorem, auferens malum, vel potius corripiens. Ex quo sequitur, quod vera, & necessaria medicina fugiendi à laboribus, & tribulationibus est renouare vitā. Disce ergo detrahentem nō petsequi, sed nouam inchoate vitam. Dicant te collussorem esse: si à ludo desistas omnino obturabis ora, nec de hoc amplius detraheris. Quamplurimi tamen huius temporis prælati, & nobiles non curant de emenda, & abutuntur hac doctrina: causam autem detractionis non è medio tollūt, sed potius augent. Quia compertū est, quod si quis non persequutus te detrahit quid improbus: maiori ratione faciet cum te emendatum nō viderit esse à te iniuria affectum. Corrige tu vitam, nemini noceas, & omnium dictis obstabis: quod est præstantissimum omnium remedium: nam aliter tuum augebis dolorem, cum sint plures, qui tibi detrahunt, & de psuribus quam ante, te eos persequente. Ad rem est paratissimum exemplum Gentilium. Cū Regi Philippo Macedonia magni Alexandri patri nunciatum esse, quendam nomine Nicanorem ei nimium detrahere, nō solum nō succentur, nec persequutus est, quauis vt Rex & potens de eo posset supplicium sumere: sed respondit Smicitho, à quo audierat, se experti velle vt in officio esset, necne, & æquè cum detraxisset. Quod cum clam opere adimplet, cōperit Nicanorē iusta causa

detraxisse, eo quod ei strenuè, accurateq; inserviant, & tandē in inusitam pauperiē deueniat: quapropter loco supplicij beneficio prosequutus est. His factis postea labente tēpore ab eodē Smicitho dictum est Regi Nicanorē magna, & mirabilia de ipso canere. Igitur dilucidè constat remedium malorū esse causam eorū auferre. Non sic Iudæi, qui cū male eos tractaret tributū soluere, ad quē statū deueniant propter sua peccata, persequantur Christum, vt ab hac seruitute liberarentur. Sed de his iam satis. Præterea vltra hac obseruanda sunt hic aliqua. Primò q; isti impij Pharisæi non considerabant conscientiam Deum, nec legem: sed suam auaritiā tantū, & superbiam consulebant. Secūdo eo quod maiori curæ erant illis terrena, quā spiritualia & cœlestia. Nō querūt legis interpretationē, non quomodo melius seruiant Deo: non salutiam cōsulūt, sed an debeat soluere tributū. Et tēpestate hac de quo multi Christiani solliciti sunt, nisi de rebus temporalibus, & externis: Solum de cibo, potu, vestitu, honoribus, diuitijs, & rebus transitorijs. Hęc est cura Christianorum: & circa hæc diebus, ac noctibus versantur. Vnde dominus. Nolite solliciti esse quid manducabimus, aut quid bibebimus, aut quo operiemur. Primū querite regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adijciētur vobis. Tertio imago Cæsaris erat istis, quā imago Dei in proprijs suis animabus. Vnde sepe numero accidebat: vt cū eos Christus de rebus spiritualibus interrogaret, eorū digiti ori adhaerent. Sed hic in prociētū responsū habebant, (de moneta nimirum interrogati) nā statim responderunt dicentes q; imago esset Cæsaris. Quibus nunc multos habet populus Christianus similes: qui in rebus externis sollicitissimi, prudentissimi sunt, qui mille modos habent, vt pecunias ab alijs tollant, & proximis spolient: sed in rebus spiritualibus hebetes sunt, nec sua peccata confiteri sciunt, nec vllum probū loqui, &c. Filij huius seculi in generatione sua prudentiores sunt quam filij lucis. Sed Lucam audiamus. *Confiderans autē dolū illorū dixit ad eos. Quid me tētatis?* Hypocritas illos vocauit, vt refert Mattheus, quia fictis verbis dñm decipere optabant: aliud in ore, & aliud in corde gerentes. Impijssimi sunt hi hypocritæ, qui homines suis simulationibus decipiunt. Sicut paries foris dealbatus non cognoscitur, an ex luto, vel lapide sit constructus, nisi malleo conteratur

Esa. 24.

Osee. 4.

L. MC. 16.

D. L. 11.

cxix.

exteriori: sic hypocritæ foris videntur iusti, sed maleo tribulationis percussu cognoscuntur. Vnde Paulus cuidam hypocritæ dixit. Percutiat te Deus paries dealbate. De his etiam Ezechiel, quor sunt quasi vulpes in deserto. Vt pellis vulpis in pretio est, caro autem nihil valet: sic exteriora hypocritæ bonæ sunt, interiora autem nihil valent. Et Apostolus. Spem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegates. Sicut, qui ficto bene per dices aucupatur: non est ille bos, sed sub specie bouis simplices auiculas decipit, caput, & occidit. Sic hypocritæ, & adulatores decipiunt simplices homines, qui eorum laudibus delectantur. Magi Pharaonis suis incantationibus opera, & miracula Moisi imitabantur: sed virga Moisi deuorauit virgas eorum. Sic hypocritæ imitantur opera iustorum, verbaque eorum: verum sapientia Dei confundit illos, sicut isti confusi sunt à Christo, eorum machinationes ad nihil redactæ, & à Christo Dei sapientia detrectæ. Vnde Propheta. Imaginem eorum ad nihilum rediges. Non est consiliū, non est scientia, non est sapientia contra Dominum. Quauis isti leniter & blande accerserunt: tamen Christus, qui corda hominum nouit, dure loquutus est. Hinc admonemur primo, ne inimicis fidamus, nec illis credamus, quos non synceros habemus. Hinc. Ecclesiasticus sapienter consuluit dicens. Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim ærumen vada arguit nequitia illius. Et si humiliter vadat curuus, abijce animum tuum, & custodire ab illo. Non statuas illum penes te, &c. Et si tibi esse amicum dicat, caue ab illo, nam te fallere vult. Hęc sunt: propter quæ Christus eis dixit in parabola vineæ, & modo simulat esse illi amicos, vt eum decipiant: sed Christus illos redarguit, & nos monet, ne eis adhibeamus fidem, quā eis blande loquatur. Sic Iacob prudens non adhibuit Esau inimico licet blande loqueretur, ac diceret ei: gradiamur simul eroque socius itineris tui: sed dixit quod non poterat eum sequi. Sic etiam David, quauis Saul se reconciliauerat cum eo, tamen non stabilem habuit eius amicitiam: & ideo dixit. A quando incidam in manus Saul. Et abiit ad Achis Regē Gethi. Stultus nimis fuit Sichē, qui cum tam graueret offendisset Iacob, & Dñam filiam eius oppressisset, adhibuit fidem verbis fratrum eius, eo quod eorum verba apud ipsum Sichē de dolo suspecta non fuerunt: & quia offensus fi-

Ab. 21. Ezech. 13.

s. Timo. 3.

Exod. 7.

Psal. 72. Ier. 31.

Matth. 6.

Eccl. 12.

Gen. 33.

1. Reg. 27.

Gen. 24.

dit, ideo ab eis fuit interfectus. Itidē Abner confossus fuit à Jacob, quoniam fidei illi: cum ille prius occidisset Arael fratrem, Iob. Sic Ammon occisus ab Absalone in conuiuium, quia fidei illi cum antea eum affecisset iniuria, & sororem oppressisset. Sed Christus non creditistis, sed cauetab eis, quia inimicos esse sciebat: vt doceat nos, qua cautione, & animo debeamus incedere inter inimicos: nō utros, vt non omnibus eorū dictis fidē adhibeamus. Secundo docet Christus in hoc factō, adulatōres esse fugiendos, tanquā hostes animæ truculentissimos, eosque non audientes, sed abijciendos: deteriores enim sunt, quā manifesti persecutores. Agricola, clamās ad passeros, qui per eius fundū incedūt, & lapidibus petēs, nullū illi capit: venator autem plures, quando illic vocat. Ita dñm, non tot persequuto. ibas venatur, & capit, quor adulatoribus: qui dulce nos alloquuntur. Interrogatus Diogenes philosophus inter animalia, quæ esset venenosius, respondit: inter fera: tyrānus, & inter mansuera, adulator: quia vitiorū nutritor est. Sunt isti similes vmbra, quæ si stas, stat: si sedes, sedet: si ambulat, ambulat: deniq; & omnia, quæ agis imitatur, sic adulatōres laudat: quæ laudas, vituperat, quæ vituperas: & omnia imitatur, vt applaudat, & decipiat. Et sic: crescit vmbra, aut diminuta, corpus nō mutatur: sic laus, licet sit magna, vel parua, crescit, aut nōte, facit crescere, vel minuire de virtute. Sic bonis verbis, & adulationibus interfecit Iael Sitarā. Blāde loquuta est illi petēti aquā de dit lac, & fecit illū dormire, & sic occidit. Hoc modo adulatōres faciūt adulationibus dormire sensus hominis, hebetates eos, vt iuglent, & occidat. Ideo David ait. Corripier me iustus in iustitia sua: oleum autē peccatoris non impinguet caput meū, Hōs igitur hostes animæ fuge, & abijceabs te: nā strenuè sua dulciantu obdormire faciunt homines, vt suffocent, & perdant. Hos igitur Christus docet hic fugere, increpare, & expellere, sicut expulsi utos: qui pleni iniquitate blandis verbis illum salutabant, & laudabant. Quos postquam arguit addidit, dicens. *Offendite mihi densurim.* Qui ad imperatoris præceptum soluitur pro tributo. Docemur non præcipitare sententiam, sed omnia prius maturè considerare, sed de his, quā multa in superioribus diximus, nunc ad alia Cuius que ostendissent Christo, interrogauit eos. *Cuius habet imaginem? Et inscriptionem?*

2. R. 28. 3. a. 2. Reg. 11.

Iudi. 48.

Psal. 140.

Cap. 1. cogitabit Maria qua saluatio esse.

Tom. 2. Pp Simu.

Simulase monetam nescire: quod responsum ex eis eliceret, in quo eos caperet. Quamquam etiam hoc nomine monetam agnoscere nobilebat: vt insinuaret quod munus, & officium suum esset, non temporalibus, sed spiritualibus rebus vacare. Voluitque hoc docere, quod hi, quibus spiritualium regimen commissum est, temporalium rerum vsu pluris non faciant: sed sint tanquam aduenae & peregrini in terris, suasque cogitationes, & habitationes in caelo faciant. Ita enim mortui debent esse seculo, vt non agnoscant quae sit imago auri, aut argenti. Licet haec ignorantia iam abest à multis hominibus ecclesiasticis, & pastoribus huius temporis: siquidem experientia patet, eos maiore scientia nuntiorum, contractuum, esse praeditos, & vectigalium incrementi, quam indigentia: & egestatis pauperum, & earum rerum inopia. Quas in conscientia facere tenentur pro munere. Sed his omnis si poneretur aliquibus, & interrogaretur, cuius est imago haec? quid responderent? Certe multae mulieres sunt, quae ad eum fucis, & multis alijs ita facies mutant, atque ora, quae à Deo acceperunt, vt esset Christus posset interrogare, quod hos modo interrogat, & diceret. Cuius est imago haec? Certe non quam fecit Deus, sed quam ipsa fecit. Deus te nigram fecit, & tu alba fieri curas: Deus te exiguae frontis creauit, & tu magnam coarctas. Sic mutas imaginem Dei, vt non cognoscas per faciem, quam tibi dedit. Maximè canere debes, ne eo, quod mutaris, Deo ignota reddaris: vt quādo eum vocare volueris, respondeat tibi, quod fatuus virginibus, nescio vos. Non nouite, quia non habes vultum, quem dedit tibi. Dicitur mihi, si ostendere tibi tibi quaedam imago, quae Apelles depinxit, Zeuxis, vel alius maximus pictor, quae imago esset praestantissima: si rusticus pastor, qui non nouit, nisi hircos, aut armenta pascere videns velle ei addere, vel auferre ab ea, nonne haberetur stultus, & fatuus? Si ergo coelestis pictor te depinxit, aut fecit qualis es: quare vis tuo rudi ingenio opus Dei corrigere? Quādo facie fuco tingis, quid te facere existimas, & dicere? Deus quando creauit me nesciuit quid facerem, vel saltem dormirebat: non me sic, sed aliter facere deberet. Quisnam tu es qui opus Dei corrigere, seu mutare velis? Deus sumet de tua audacia supplicium. Lego de hac re Beatum Ambrosium. Jam quid ad hanc interrogationem Pharisaei respondeant, videamus. Respondentes dixerunt ei, Caesaris, Tiberij in-

i. Pet. 2. Phil. 3.

Matth. 23.

Sib. 6. Exa. cap. 3.

quam Caesaris, qui tunc imperabat: sub quo passus est Christus, anno imperij eius dicimus octauo. Et ait illis, Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesaris, & quae sunt Dei, Deo. Ac si diceret, Haecenus detraxistis Deo honorem, nunc etiam praesumitis Caesari praeripere tributum: estisque auctores seditionum maximarum, peccantes in Deum, & in Caesarem: digni, vt crudelibus vtriusque supplicij afficiamini. Hinc apparet, quod praetextu Dei fiebat illa quaestio, tanquam ce deret in dedecus Dei dare tributum Caesari: & ad hoc excludendum addit Christus. Et Dei, Deo. Et docuit per hoc, quod soluere tributa, census, & vectigalia, & quaeunque huiusmodi, non contrariantur ad reddendum, quae sunt Dei, Deo: quia vtrumque potest fieri simul. Vnde ipse Dominus soluit pro se, & Petro. Et Paulus docet: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Prius de Caesare loquutus est, & postea de Deo: quia quaestio erat de debitis reddendis Caesari, & non de debitis Deo. Debita Dei non inducuntur hic principaliter, sed accessorie: ideo de illis erat posterius dicendum: nam Pharisaei non quaerebant, an aliquid esset dandum Deo, sed Caesari: & ideo respondens dixit, reddite, quae sunt Caesaris, Caesari. Addidit autem, quae sunt Dei, Deo: vt responderet quaestioni Pharisaeorum, scilicet, quomodo staret, quod homo esset tributarius Deo, & homini: nam, vt diximus, haec non contrariatur. quoniam poterant vtrumque facere reddentes Caesari, quae sunt Caesaris, & quae sunt Dei, Deo. Deinde optimus modus procedendi erat, vt prius poneret, quae sunt Caesari, reddenda, & postea, quae sunt Deo: vt Paulus ait. Prius quod animale est, & deinde quod spirituale est. Natura etiam in suis actionibus ab imperfectiori ad perfectius procedit. Hoc in hominis generatione videmus: nam prius est corpus hominis sub forma embrionis, & deinde sub forma corporis organica, ac perfectiori, ac deinde sub forma hominis: & sic etiam gradatim in pueritia procedit, vsque ad virilitatem: quo ordine etiam arbores, & plantae ab imperfectiori, vsque ad statum perfectiorem procedunt. Hic idem ordo seruandus est in spiritualibus rebus: quod ex minimis paulatim ad maiora, opus est, vt crescamus. Sic prius agendum est de corporis mortificatione, & de vita actiua, quam de contemplatiua. Prius enim Iacob accepit vxorem Liam, quam Rachelem. Hac ratione opinor,

Matth. 17. Rom. 13.

1. Corin. 13.

Matth. 5.

Exod. 3.

Matth. 4.

opinor, quod prius voluit Christus, vt homo proximo reconciliaretur, quam sibi. Vnde ait: Si offeres munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & reconciliari prius fratri tuo. Deinde bene, quae sunt Caesari, prius reddenda discernit: quia nemo potest esse Dominus, nisi prius renunciauerit quae sunt mundi. Relinque prius temporalia mundi: vt possis Deo vacare. Non apparuit Deus Moysi vsque adeo exiit de Aegypto. Nec tu fueris terminis consolationibus, nisi prius despicias terrenas, &c. Expeade etiam, quod non dixit dare, sed reddite: quia dare est donare, vel sponte dare: reddere autem est soluere, & dare, quod accepit. In omni enim debito soluendo est reddere: quia nullum debitum causatur, nisi ex accepto. Deo enim debemus aliquid, quia ab eo suscepimus omne bonum: principibus debemus tributa, quia ab eis recipimus defensionem, tranquillitatem, & alia bona. Propter hanc autem obligationem potius dixit, reddite quam dare. Nec dicit reddite Caesari, quae petiuntur reddite, quae illius sunt. Nam vbi potestas aliquid à nobis petis, per quod offendi Deum necesse est: id non esset Caesaris, sed diaboli tributum: quam obrem, nec facere illud debemus, oportet enim magis obedire Deo, quam hominibus. Proinde de Christi mox subiicit, reddite quae sunt Dei, Deo. Quare nos docere vult Christiano non satis esse, si Caesari, & potestati obedientiam praestet: nisi Deo obediens sit. Vult etiam regum, principum, magnatum per hoc indicare seruis, quod eorum Deo non erunt excusati, si propter dominorum suorum negotia negligunt, & omittunt, quae Deo exigunt, aut obligationem suorum dominorum in aliquos homines iniquis modis grauunt. Domino tuo si delis esse debes, sed scito interea Deo te plus debere. Docet etiam Christus ecclesiae auctoritatem, & regnum, diuersa esse à regno, & auctoritate mundi: sic tamen, vt neutrum reijciat, sed potius confirmet. Ad regnum mundi pertinent census, tributa, & vectigalia: pertinent, & ius effundendi sanguinis humani, quando res postulat. Ad regnum Dei pertinent in suis causis ius dicere, filios rebelles punire, ac supplicium dignum de eis sumere. Docet quod magistratus non debet exercere tyrannidem in subditos, nec diripere, quae possident: sed debent esse contenti tributis debi-

tis. Nam non dicit, reddite Caesari omnia: sed quae sunt Caesari. Non constituit Deum magistratum, vt pro suo arbitrio, & libidine expilaret subditos: sed vt ab illis moderare exigeret, quae ad rem publicam honeste gubernandam spectarent. Docet quod sicut Deus auctoritatem regendi populum praestitit magistratui, & semper promouet: ita magistratus debet Deo, & ecclesiae Romanae ipsius sponsae omnem obedientiam. Et sicut Romana ecclesia docet populum magistratum esse subiectum: ita & ipse (qui non sine causa gladium portat) debet ecclesiam defendere, ac subditos suos ad eius obedientiam, reuerentiamque compellere, quod ex diuino iure profanus magistratus debet ecclesiastico: & sic adimplebunt praecipuum Domini dicentis: Reddite, quae sunt Caesari, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Docet censum, tributa, & vectigal, decimas, & si quae istiusmodi plura sunt, non solum Caesari, sed etiam legatis eius, & non modo probis, sed improbis etiam portigenda, pendendaque esse. Atque hoc egregie ex hoc verbo Christi conuincitur, si consideremus, quo tempore Christus talia verba loquutus sit. Nimirum temporis Caesaris Tiberij, qui non solum ethnicus, & idolatra erat, sed etiam impius, & crudelis tyrannus: ex quo manifeste demonstratum est omnia praedicta non solum probis, sed etiam malo Caesari: & non solum illi, sed etiam legatis ipsius prorrigenda esse, & reddenda, qualiacunque illa sint. Hoc etiam docet Petrus seruos subditos esse debere, in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloris. Paulus omnis (inquit) anima potestati sit subdita. Dicit omnem potestatem esse à Deo, & qui resistit potestati, eum facere contra Dei ordinationem. Per me (inquit Sapiencia Dei) Reges imperant, & potentes discernunt iustitiam. Quapropter Iosaphat, suis iudicibus, & praefectis denunciabat, vt bona fide agerent: siquidem officium eorum, non hominis est, sed Dei mandatum. Et quod magis est dicit Deus per Dauid ad iudices, & potentes. Dixi, Dixi estis vos. Hoc est ordinatum & commissum, vt diuina munera obeatis: nimirum pacem, disciplinam, iustitiam, honestatem, & bonos mores colatis, peccata arguatis, &c. Quae omnia diuina sunt. Igitur Dei praecipuum, vt ex hac litra constat, tenemur Regi dare: qui per Samuelē iurare regi monstrauit. Ius enim Regis est, vt alicuius regno in populo regali: & vt ei regnum submitteret omnia, quae necessaria

Rem. 13.

1. Pet. 2.

Rom. 13.

Proverb. 8.

2. Para. 19.

Psal. 91.

1. Reg. 8.

collata fuerint, tum ad bella gerenda, tum ad pacem conferuandam. Ideo Cæsari, qui tributum exigebat ad iustitiam exequendam, pacem tuendam, bellum gerendum, & splendorem seruandum iussit reddenda: sed de hoc dicta sufficiant. Nō est opus amplius ostendere populo teneri ad tributum soluendum Regibus: nām ipsi eiusque ministris curā maximā est illud exigere, adeo, vt non solum de hoc: siquidē tot publica vectigalia & tributa subditis imponunt, vt potius prædari dicantur, quam exigere: quare in his nō plus perdamus olei, & operis. Sed quia qui pauci sunt, qui ea, quæ Dei sunt, Deo reddant, non ab re esse duxi de his aliquid dicere: nouum enim apparet hoc, quod est dare Deo, quæ sunt Dei. Nonne cœli, terra, & quicquid in nobis est sunt Dei? Omnia enim per ipsum facta sunt. Quauis verum sit, quod omnia sint Dei immortalis, tamen quædā sunt, quæ maiori ratione dicuntur esse eius, quam aliā. Sicut verbi gratia. Site domum regiam conferas inuenies hoc cubiculum, & cellam Regis esse quia in eo Rex residet, atque habitat: aliud verō reginæ, principesque, quod ipse in eo residet. Tota namque domus Regis est: sed hæc vel illa pars illius esse dicitur quod in ea habitat. Eodem modo, quauis omnia Dei Optimi Maximi sint, & in eis habitat per essentiam, præsentiam, & potentiam, tamen excellentiori modo in anima residet cum per gratiam in ea habitat, quam in reliquis. Ideo in scriptura dicitur. Anima iusti est sedes sapientie Dei, quia in ea Deus habitat, & quiescit: sicut tu quando in tuo sedili sedes. Ideo sigillatim Dei creatura vocatur, domusque eius. Vnde, & si omnia Dei sunt, speciali modo anima Dei esse dicitur, propterea quod in ea per gratiam habitat: secundum quem modum in alijs rebus Deus non est. Præterea dicitur anima nostra Dei, quia hæc ipsam ex nihilo immedie ipse Deus ad imaginem & similitudinem suam creauit. Habet litteratus in suo archiuo, seu bibliotecha plurimos libros, inter eos quendam habet, quem ipse edidit, & composuit de quo dicit, liber iste meus est. Nonne ceteri illius etiam sunt maxime: sed illum quem ipse composuit, specialius suum vocat, eo quod proprio Marte compositus. Et anima Dei esse dicitur: quia est illius imago. De alijs creaturis dicit. Producat terra herbam viuentem. Producant aquæ reptile, & cetera. Nō hæc omnia Deus creauit: tamen

Psal. 148:

Sap. 7.

Gen. 1.

aliæ creaturæ deductæ sunt ex potentia. materia, sed nō anima, quæ ab ipso immediate ex nihilo creatur. Nō dixit Deus producat aquæ animā, vt de piscibus: nec dixit, producat terra animā viuētem, in genere suo, ium etā, reptilia, & bestias terræ: sed faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram: sic se habet anima sicut liber eductus ab illo ingenio, imagine & similitudine Dei: ideo illa præcipue res, & creatura Dei dicitur: & nō ceteræ creature. Hanc animā vult Deus vt illi des, & de illa dicit Dns. Reddite, quæ sunt Dei Deo. Quomodo redditur? Amore. Officiū amoris est, & munus eius, vendere amatē pro te amata. Anima nostra præstantiori modo ibi est, vbi amat, quā vbi animat. Qui aliū amat, amore datur ei, quæ amat: & ita magis est eius, quem amat. Cū ergo amor trāsforet amantem in amatū, in eum quem trāsfundat: sic quis dari Deo dicitur, quando eum amat. Ideo in sacris litteris viri iusti, & amantes Deū vocantur viri Dei. Sic puer Saul vocauit sanctū propheram Samuelem dicens. Ecce vir Dei est in ciuitate hæc. Er Saul etiam dixit. Quid feremus ad virum Dei? Panis defecit in Sirarchijs nostris: & sportula non habemus, vt demus homini Dei. Mulier etiā Sareptana dixit Heliæ. In hoc cognoui, quoniā vir Dei es tu. Er nunciij Regis Ochozic dixerūt Heliæ. Homo Dei, præcepit, vt descendas, Rex. Mulier etiā illa Sūnāmitis loquēs ad virū suū dixit de Eliseo propheta. Anima ducto quod vir Dei factus est iste. Et e converso quando quis mūdū amat, dicitur vir mūdānus. Sic de diuitibus auaris dicit Psalmista. Nihil inuenerūt viri diuitiarū in manibus suis. De viro religioso, qui sanctē viuūt, cū in contemplatione arripitur, dicimus quod datur Deo. Tu ergo vide quōd des Deo, quæ Dei sunt: modo des animā, re ipsū, totūque diligens eū sapet omnia, & plus quā re ipsū. Vnde David in psalmo querit dicens. Quis ascendet in montē Dni, aut quis stabit in loco sancto eius? Er respondet. Innocēs manibus & mūdo corde, qui nō accipit in vanō animā suā. In vano accipit animā, qui Deū nō redamat, cum Deus eam sibi ipsi creauerit. Sed in modo omnes mūdo datur, carni, vitijs, & peccatis. Instabit tēpora periculosa, & erūt homines seipso amātes, cupidi & cetera. Quid aliud in mūdo regnat nisi amor sui ipsius? Cū diligūt homines, nisi seipso & cetera. Attredamur igitur, ne rem Dei nobis vendicemus, sed reddamus ei, quæ ipse dedit nobis

1. Reg. 1.

3. Reg. 1.

4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Psal. 71.

Psal. 138.

1. Tim. 4.

Prom 31. Iob. 5.

Lik. 18. c. 2.

nobis ad hoc, vt redderemus: cognoscamus eū nam participes intellectus nos fecit, vt eū cognosceremus. Memores simus Dei, siquidem memoriam contulit, vt recordaremur beneficiorum eius erga nos. Diligamus eum, siquidem voluntatem dedit, vt ipsi diligere mus: standem demus illi animi, & nosmet ipsos, quādoquidem creaturæ eius sumus, & fecit nos, vt ei redderemur. Sed ad alia. Et nō potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirari in responso eius tacuerunt. Optime enim Salomon dixit. Non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra Dominum. De ipso etiam ait Iob. Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & consiliū prauorum dissipat. Non potuerunt isti sapientiam Christi concludere: imo quod amplius eum interrogabant: eo plus glorificabāt eū, & confundebant se ipsos. Itaque mirabantur, quod tam irreprehensibiliter mox respondit: quod in sidandi, calumniandi que locum nō repererunt. Prosequitur nunc Lucas historiā suam: & agit de quadam questione proposita Christo à Sadducæis, per quā voluerūt Christi sapientiam explorare. Accesserunt autē quidam Sadducæorum qui negant resurrectionem, et interrogauerunt eum dicentes. Sadducæorum quædam secta erat apud Iudæos: qui vt hic dicitur, negabant resurrectionem. Ideo notandum, quod, (vt Iosephus decimo octauo antiquitatum enarrat) quatuor fuerunt apud Iudæos opinioniones vel sectæ. Phariseorum scilicet, Sadducæorum, Essæorum, & Iudæ Galilæi. De Phariseis, & Sadducæis tantum faciunt mentionem Euangelistæ, quia isti soli Christo aduersabantur: & ipse de multis eos arguebat, præcipue Phariseos. Delecta Essæorum nihil narrat Euangelistæ, quia erant viri boni: & fortassis nunquā contigit eos Christo aduersari, vel concurrere cum eo ad aliquid. De secta autem Iudæ Galilæi nō fit mētio in Euangelio, quia minor erat. Istarū vero duatum, scilicet Phariseorum, & Sadducæorum Euangelista ponit differentiam, quæ erat præcipue in credendo: quia Pharisei erant catholici: credebant animas esse immortales, resurrectionem futuram, & Angelos esse spiritus. Sadducæi autem negabant resurrectionem, animæ immortalitatem: & dicebant non esse Angelos, nec alios spiritus, sed sola entia corporalia: propter quod erant sæpe multæ controuersæ, & quæstiones inter Phariseos, & Sadducæos. Ideo Paulus, cum ab hominibus

accusaretur Iudæis, vt faceret discordiam inter eos, dixit. Viri fratres. Ego Phariseus sum & filius Phariseorum: de spe, & resurrectione mortuorum ego iudico. Et cum hoc dixisset facta est dissensio inter Phariseos & Sadducæos: soluta est multitudo. Aduerte nunc, quod quauis Sadducæi & Pharisei essent inter se diuisi, & contrarij: tamen vt Christum persequantur, coniuncti erant, & vnanimis. Sic Herodes, & Pilatus in passione Christi facti sunt amici vt Christum eluderent: cū autem inimici essent inuicē Sic solent impij coniungi, & coadunari, vt bonos persequantur. Sed quid dicant, audiamus. Magister. Moyses scripsit nobis si frater aliquis mortuus fuerit habens uxorem, et hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius uxorem, & suscipiat semen fratri suo. Hoc præcepit Moyses habetur in Deuteronomio: sed scripsit hoc, non tanquā mandatum nouum, sed tanquā vetus, & approbatum propter antiquos patres, vt patet in filijs Iudæ, & Thamar. Nam, vt in Genesi habetur, dixit Iudas ad Onam filium suum. Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscipies semen fratris tui. Ratio huius mandati prima fuit observatio distinctionis tribuum familiarum que illius populi. Secunda multiplicatio fidelium ad cultum Dei Magistrum etiam illum vocant, quod nō est honoris, vt illum facilius decipiant, ad adulterium. Sed ponunt causam dicētes Domino. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est sine liberis: & sequens accepit illam similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen & mortui sunt: nouissime omnium mortua est mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor, siquidem septem habuerunt eam uxorem. Vide qua astutia historia hanc (si modo historia est) narrauerunt Pharisei. Primo ne quis diceret impie factū, quod vnica mulier septē maritos succedentes habere: illi adducūt legis præceptū: & vt res absurda appareret, nō duos, aut tres, sed septē ponūt viros. Tertio nullus est illorū, qui reuenerit illā accipere in coniugem. Quarto nullus ex illa sustulit filiū, vt nulli eorum aliqua concederetur prærogatiua, qua fretus in futura vita eā haberet vxorē. Quinto non vacat astutia quā aiunt mulierē superuixisse adhuc etiam illis septē defunctis maritis. Si enim post mortem maritus post vxoris mortē superstes fuisset, videretur forte, & ipsi deberi vxor. Cum itaque sic sese habeat, mirari se fingunt Sadducæi, quis

Act. 23.

Matth. 17.

Deus 25.

Gen. 38.

nam illius vxoris in alio mundo maritus sit, cum non sit maior ratio de vno, qua de alio. Et ait illi Iesus. Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias illi vero, qui dignus habetur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, nec nubunt, nec ducunt vxores, nec vltra mori poterunt. In alia vita non erunt nuptiæ sicut in terra: nam in hac vita necessaria sunt nuptiæ ad conseruationem speciei: & cum homines pereant, si corruptis alijs non succederent, actum esset de generatione humana. At vero in celo nec est mors, nec ergo erit opus generatione nec nuptijs: quia nihil deficit tibi, quid ergo est opus generare? Quales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei: cum sint filij resurrectionis, Angelos dixit beatos ad tolerandum errorem, qui poterat suboriri: nam putaret forte quis quod abstinerent ibi homines à veneris, quia si ex mandato Dei, sicut hic abstinent, qui se castrauerunt propter regnum celorum. Nam si hoc esset cum dispositio ex parte corporis ad veneris, appetitus ad illa non desit: consequenter quidam pœnalis afflictio in cohibendo illas concupiscentias esset. Christus autem abstulit hæc ostendens, quod ex conditione huius status, homini illud proueniet: quia ex conditione status competit nunc homini veneris exercere & delectabiliter exerceret, & cum tristitia abstinet: eodem modo tunc ex conditione status competit homini non exercere veneris, & delectabiliter carebit illis, quoniam erit tunc sibi quasi naturales: ab eis abstinere. Sicut enim Angelis naturale est non exercere veneris, nec concupiscere, ideo non indigent virtute aliqua moderante ad cohibendum voluptatum veneriarum concupiscentias, cum hæc nec eis accidere possint, igitur erit hominibus tunc, vt Angelis, ex conditione status non concupiscere: quãobrem non erit eis pœnale abstinere, sicut nobis. Præterea dixit hoc Christus ad specialiter reiiciendam, & explodendam opinionem Sadduceorum: nam ipsi non solum resurrectione, sed etiam Angelos, & spiritus esse negabant: & ideo Dominus contra totam protulit in medio positionem. Tertio dixit hoc Christus, vt ostenderet perfectionem abstinentiæ à veneris nã licet sint alia opera magis meritoria, & perfectiora apud Deum, quã abstinere à veneris: tamen nihil est, quod magis hominem spirituales reddat. Ideo quando Christus loquitur de alijs actionibus virtutum, non dicit homines futuros sicut a n-

gelos: sed solum quando de abstinentia à veneris: quoniam nihil est quod magis carnalem, bestialem, animale, & ab spiritualitate remotum faciat, quam exercitium veneriarum. Expēde tamen, quod hic nō dicit Christus, erunt Angelis meritis equalēs: nam multi homines sunt sanctiores multis Angelis, & alij inferiores: nec omnes Angelis sunt eiusdem meriti, nec eiusdem gradus gloriæ: sed quidam maioris gloriæ, & alij minoris: nec inter homines sunt omnes equalis gloriæ. Ideo hæc æqualitas intelligenda est in conditionibus, quæ pertinent ad incorruptibilitatem: ideo omnis alteratio, corruptio, imperfectioque æqualiter auferuntur ab Angelis, & ab hominibus in resurrectione: nam quantum ad hoc omnes homines, & omnes Angeli erunt æquales, licet Angelis conueniat hoc secundum naturam, hominibus autem secundum gratiam. Matthæus clarius expressit dicens, quod erunt sicut Angeli Dei, hoc est, incorruptibiles, immortales, & gloriosi, sicut illi spiritus beati, sed Christus postquam eorum arguit mentum soluit: contra illorum errorem de animarum immortalitate, & resurrectione mortuorum loquitur dicens. *Quod vero resurgant mortui & Moses est: dicit secus rubrum, sicut dicit Dominus Deum Abraham & Deum Isaac & Deum Iacob.* Paterat Christus allegare ad hoc propositum plures alias scripturas: vt illud Danielis. Multi qui dormiunt in terra puluere euigilabunt. In Ezechie hoc secundum scripturam est de olibus aridis, super quæ induta est caro, & introiuit in ea spiritus. Iob clarissimè. In nouissima die de terra surrecturus sum: & in carne mea videbo Deum. Et etiam in libris Machabeorum. Nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, &c. Al legauit autem hanc auctoritatem, quæ parum videbatur agere, nisi in argumentum, & nonnullas, quæ clariore erant: alias namque non recipiebant Sadducei, eo quod alię erant in libris Prophetarum, & Sadducei non recipiebant, nisi quinque libros Moysi, vt ait Hieronymus: & ideo ex Exodo adduxit hæc auctoritatem. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Ex hac igitur auctoritate probat Christus resurrectionem mortuorum, dicens. *Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei.* Accipiuntur hic Abraham, Isaac, & Iacob non pro animabus, sed pro personis, quæ simul corpus, & animam habent: & isti dicuntur viuentes, non quod

Matthæi.

Dan. 12. Exod. 3. Iob. 19.

Lib. 3. com. Math. 23. Exod. 3.

quod realiter uiuerent, nam mortui erant, sed quia uiuebant in Dei dispositione. Ipse enim disposuerat de illis quod aliquando uiueret, potens erat uiuificare eos quandoque uellet, & tunc ualet ratio magis aperte. Abraham, Isaac, & Iacob uiuent, ergo resurrecturi sunt. Quia non est aliud, eos sic uiuere, nisi uiuere in Dei dispositione: id est, quod disposuit Deus eos uiuificare aliquando. Tamen quando Deus hoc dixit Moysi isti iam obierant, nam Deus uocauit se Deum eorum, et go uiuebant: quia non entis, nec ullus est Deus, nec Dominus. Ergo Abraham, Isaac, & Iacob uiuebant, quantum essent mortui, si Deus erat Deus eorum. Sed obijciat aliquis dicens, quod male concludat Christus istos uiuere: eo, quod non probat eos simpliciter uiuere, sed uiuere in Deo. Vnde hic clare ait Lucas. Omnes enim viuunt ei. Et quantum ad vitam, quæ est in Deo non distinguuntur uiuentia à non uiuentibus, quia omnia uiuunt Deo. Dicendum, quod aliud est uiuere in Deo, & aliud uiuere Deo. Viuere in Deo est, habere exemplaria in Deo, quæ si uita, uel uiuēs: uiuere Deo est, habere uitam in spe secundum quod Deus disposuit, licet in presenti non habeat. Primum competit omnibus entibus: secundum competit solis hominibus. De primo patet, quia omnia, quæ sunt à Deo sunt: & prodierunt, tanquam à causa prima, quia ipse non est agens à casu, sed agens propter finem, & secundum præconceptionem oportet potius cuiuslibet rei ab ipso faciente exemplar, ut speculum, seu ideam quandam in eo, sicut est in cæteris artificibus. Illa autem idea seu similitudo rei faciendæ est aliquid uiuēs cum sit ipse Deus: quia in Deo nō est aliquid absoletum distinctum ab ipso. Et quia res dicuntur esse in mente artificis eo modo quo species illarum sunt in eo: sic in Deo res que libet est eo modo quo exemplar eius est. Sed illud exemplar est aliquid uiuēs in Deo: ergo que libet creatura est aliquid uiuēs in Deo. Imo uita, sicut Ioannes ait. Quod factum est in ipso uita erat. Melius dixit uita, quam uiuēs: quia si diceret uiuēs, significaretur aliquid ab eo distinctum: & tamen nihil est in Deo, quod ab eo distinguatur, sed quod est, ipse est Deus: Deus autem est uita: ideo quod in ipso est, uita est, quæ ipse est. Sed ista prædicatio non est formalis, uel denominatiua, sed magis per causam, scilicet, id quod est, uita in Deo est: id est à uita, quæ est

Joan. 1.

Deus, per ideam, seu formam exemplarem, quæ nō est aliud quam ipse Deus. Aliud est autem uiuere Deo, talia namque uiuunt formaliter, & non per causam, sed imperfecte: quia uiuunt in spe, uel dispositione. Et ita homo qui fuit, & iam non est, & de quo Deus disposuit, ut rediret aliquando ad uitam: uiuit Deo, quales sunt, qui resurgent & qui nō dum nati sunt. & Deus disposuit, quod nascerentur, uiuunt Deo, id est iuxta Dei dispositionem, qua præordinauit, quod eos aliquando uiuere faceret. Quamobrem cum plus sit uiuere Deo, quam in Deo, quid quod uiuit Deo, uiuit in Deo: nō tamen è contrario, quia omnia entia uiuunt in Deo, & soli homines, qui non sunt, uel qui iam fuerunt uiuunt Deo. Ergo quicumque uiuit Deo, uiuit in Deo, sed non e contra. Et scriptura distinguit istos duos modos loquendi, quia quando loquitur de omnibus entibus, prout habent in Deo exemplaria, dixit quod factum est in ipso uita erat: quando autem de mortuis resurrecturis dicit hic noster Lucas, quod omnes uiuunt ei. Et talem modum loquendi secuta est Ecclesia, cum orat pro defunctis dicens. Regem, cui omnia uiuunt, uenite adoremus. Non dixit, in quo omnia uiuunt, quia non orat pro omnibus entibus: sed tantum pro omnibus mortuis, qui Deo uiuunt. Sed ad rem. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei. Magister bene dixisti. Et amplius non audebunt quicquam interrogare. Per duos, uel tres dies ante passionem, hoc fuit, scilicet, die martis post Dominicam Palmarum, non fit mentio de respiscencia, sed tantum de timore, quod deterriti, timebat. Ecce quomodo in istis perduntur opera Dei, & eius prædicatio. Vtinã tu nō desinas à malo, nō uoluntate, sed e cogitibus, &c. Dixit autem ad illos. Quomodo dicit Christus filium esse Dauid: & ipse Dauid dicit in libro psalmorum. *Uixit Dominus Dominicus, sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Dauid ergo dominum illum uocat: & quomodo filius eius est?* Interrogauit Christus eos, ut Mattheus enarrat, cuius filius esset Christus? illi responderunt, & bene per erat filius Dauid. Sic enim scriptum est in psalmo. *Semel inuauit in sanctorum meo si Dauid inuauit, semper eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo.* Et alibi. *Intrauit Dñs Dauid ueritate, & nō frustrabitur eum: de fructu uentris tui ponam per te dē tuā. Ecce dies ueniet (ait Hieremias) & suscitabo Dauid germen iustum: & regna-*

Matth. 23. Psalm. 88. Psalm. 131.

Hiere. 31.

bit Rex, & sapiens erit, &c. Contra hanc respon-  
 sionem argumentatur Christus ex aucto-  
 ritate psalmi, non quod velit probare quod  
 Christus non erat filius David, quia cer-  
 tē erat filius eius secundum carnem, ut ip-  
 si bene responderant: sed voluit probare, quod  
 Christus esset Deus, in quo maior erat Da-  
 vid, & hanc excellentiam Christi insinuat ar-  
 gumentum, quod tale est. Nullus est, maior  
 David, qui Deus non sit: sed Christus est ma-  
 ior David: ergo est Deus. Minor huius syl-  
 logismi probatur: quia David, Christum vo-  
 cat Dominum, ut illud. Dixit Dominus Do-  
 mino meo, sede à dextris meis. Et si dicatis,  
 David homo erat, & poterat errare. Certum  
 est quod David & quilibet Propheta pote-  
 rit errare, & mentiri extra actum propheti-  
 cæ: sed in actu prophetiæ impossibile est men-  
 tiri, sicut nec Deus, qui loquitur per os Pro-  
 phetæ. Et ideo Christus hic notanter dixit in  
 Psalmis, & Matthæus dicit quod dixit in  
 spiritu, hoc est, in spiritu prophetico. Igitur si  
 David in spiritu vocat illum dominum, in quo  
 actu prophetico errare non poterat, quomo-  
 do filius eius est? Sed certum est, quod est fi-  
 lius eius: ergo aliquid est, in Christo plus quā  
 esse hominem. Maior autem syllogismi pro-  
 batur eo quod apud Iudæos nullus erat ma-  
 ior David, quia David omnibus excellentior  
 fuit. Primo ex dignitate, nam ipse fuit Rex,  
 & nemo poterat esse major Rege. Et non so-  
 lum fuit Rex, sed etiam excellentior omni-  
 bus Regibus: cum ipse primus fuerit omnium  
 qui regnauerunt ex Iudæa, & primus omnium  
 Regū sanctorū, ratione cuius datum est reg-  
 num successoribus eius, etiam si ob ipsorum  
 peccata auferre voluerat deinceps Deus sepe  
 regnum de stirpe illa: sed propter ipsum Da-  
 vid reliquit duas tribus in quibus regnaret  
 eius posteritas. Secundo David excelsit illos  
 in sanctitate, nam de eo dixit Deus. Inveni  
 vitum secundum cor meum, quod de alio  
 non dixit in toto veteri testamento. Tertio in  
 illo fuerunt tres dignitates, quæ in nullo viro  
 Iudæo inuentæ sunt, nisi in eorum erat Rex,  
 Patriarcha, & Propheta. De regno & prophe-  
 ta notū est: sed de patriarchatu dixit Petrus.  
 Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de  
 patriarcha David. Moses fuit propheta, &  
 magnus: sed nō fuit rex, nec Patriarcha. Isaac  
 fuit Patriarcha, sed non Rex, nec Propheta.  
 Abraham vero & Iacob fuerunt patriarchæ  
 & propheta: sed non fuerunt Reges. De pa-

triarchatu vtriusque manifestum est, & de Ioan. 8.  
 prophetia patet, quia Deus vocavit Abraham Gen. 22.  
 prophetam: & vidit in spiritu, Christi incarna-  
 tionem. Et locutus spiritu prophetico nuntiavit  
 filiis suis ventura. David autem omnia  
 tria simul habuit: & non solum habuit: sed  
 etiam omnia per excellentiam habuit: siqui-  
 dem propheta fuit, & maximus prophetarū:  
 ideo per antonomasiam vocamus eum pro-  
 phetam. Excellentior etiam fuit omnibus Re-  
 gibus: ex quo etiam sequitur quod fuerit po-  
 tentissimus in patriarchatu ex eo quod pater  
 fuit omnium Regum Iudæ. Igitur cum nul-  
 lus putus homo excellentior fuerit in veteri  
 testamento David & ille Christum vocat do-  
 minum, sequitur quod Christus aliud quid  
 habeat excellentius homine. Hoc autem, quod  
 dicit, sede à dextris meis, potest referri ad di-  
 uinam, seu humanam naturam. Si ad huma-  
 nam, tunc dicendum est secundum August.  
 in libro de Symbolo, quod non est intelligē-  
 dum, quod Deus pater humanitatem Christi  
 ad dexteram suam collocauerit: quia Deus  
 membra nō habet, ut possit dici dextera, vel  
 sinistra in corpore est sermo metaphoricus, quia  
 sicut in dignitatibus humanis, nullus apud re-  
 gem, vel aliquem dominum dicitur præstan-  
 tior, & dignior, quam qui ad dexteram eius  
 sedet: sic etiam Deo esse gratius, & sublimis-  
 simum dicitur quod est ad dexteram virtutis Dei pa-  
 tris. Sic illa humanitas Christi est apud Deū  
 exaltata quantum est possibile aliquam natu-  
 ram exaltari: ita quod nunquam alia sic ex-  
 altabitur: quoniam, ut Psalmista ait, Deus pa-  
 ter gloria, & honore coronauit dilectum fi-  
 lium suum, & constituit eum super opera ma-  
 nuum suarum, ut Stephanus cum lapidare-  
 tur aiebat, Ecce video Iesum stantem à dex-  
 tris virtutis Dei. Et Christus. Videbitis filium  
 hominis sedentem à dextris virtutis Dei. Ve-  
 rum si dextera refertur ad diuinam naturam,  
 tunc per dexteram intelligitur æqualitas pa-  
 tris, & filij, ne quis crederet Dei filium pro-  
 pter assumptam humanitatem esse minorem  
 patre secundum diuinitatem: ideo filius di-  
 citur sedere ad dexteram patris, id est, ad æqua-  
 litatem patris. Ideo Paulus ad Colossenses. Colo. 3.  
 Quæ sursum sunt querite, vbi Christus est ad  
 dexteram Dei sedens. Et ad Hebræos. Cum  
 sit splendor gloria, & figura substantiæ eius,  
 &c. Et adorant eum omnes Angeli eius. Ita-  
 que sedere ad dexteram quantum ad diuini-  
 tatem est esse æqualem Deo: sed sedere secū-  
 dum

dum humanitatem est frui potioribus bonis  
 Dei præ cæteris creaturis, id est, in maiori bea-  
 titudine. Quæ dextera quod sicut Deus pater al-  
 loquitur filium dicens, sede à dextris meis,  
 donec ponam, &c. Sic nos hoc ipsum Chri-  
 sto dicamus, sede ad dexteram nostram, do-  
 nec inimicos tuos ponamus sub pedibus tuis.  
 Sede inquam, ad dexteram: hoc est in loco  
 nostro meliori, in nostris melioribus bonis.  
 Qui solam fidem habet, sicut malus Christia-  
 nus, qui est in peccato mortali, habet Christū  
 in intellectu per solam fidem informē, quia  
 Christum cognoscit: sed non habet illum se-  
 dentem in meliori loco, hoc est, in voluntate  
 per charitatem, & dilectionem Dei. Et quo-  
 niam Christus vult sedere non tantum in in-  
 tellectu per fidem, sed in voluntate per dile-  
 ctionem Dei: ideo non dixit, sede in dextera,  
 sed sede in dextris: quia in vtraque potentia  
 sedere oportet per fidem viuam. Præterea,  
 quæ frequenter cadit in vitam, & frequenter in-  
 de resurgit, non habet Christum sedentem,  
 sed discurrentem. Dic ergo ei. Sede fixus in  
 melioribus meis bonis. Sequitur vterius,  
 Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.  
 Inimici Christi, & eius hostes sunt appetitus  
 noster inordinatus, caro rebellis, volūtas car-  
 nis, & mundi illicebra. An non prudentia  
 carnis inimica est Deo? An non lex carnis re-  
 pugnat legi Dei? Age tu, vt hi inimici sub  
 pedibus Christi sint. Felix anima, vbi hostes Chri-  
 sti sunt Christi subiecti, & vbi solus Christus  
 imperat, & regnat, vbi anima liberata de ma-  
 nibus suorum inimicorum seruit ei in sancti-  
 tate, & iustitia coram ipso. Vide etiam quod  
 sicut pater in celo nō solus, sed merito Chri-  
 sti, Christo subiecit hostes: ita nec nos soli, sed  
 ex merito Christi efficaciam, suos illi ho-  
 stes subiecit. Vt enim factus est Christus  
 nobis sapientia à Deo: ita factus est victoria:  
 vt qui gloriatur in Domino gloriatur. Sed  
 vt illis, qui eum, quem pater cælestis ad dex-  
 teram collocat, illi non ad dexteram, sed sub  
 pedes inimicorum suorum deiciunt. Tu, qui  
 peccas, nonne Christus est sub pedibus luxu-  
 riæ tuæ, auaritiæ tuæ, aut superbiæ tuæ? De  
 hoc scelerere, & de hac impietate conqueritur  
 Christus per Prophetam Esaiam dicens. Ser-  
 uire me fecistis in peccatis vestris. Facis enim  
 Christum seruum iniquitatum tuarum. Fle-  
 bat Hieremias quod hostes animæ facti essent in  
 capite si hostes in capite, vbi nam Christum  
 collocasti? Cecidit (inquit) corona capitis no-

stri. Christus, qui corona est capitis nostri, ce-  
 cidit sub pedibus impiorum. De hoc per Da-  
 uidem queritur Christus coram patre. Misere  
 re mei, quoniam conculcauit me homo: con-  
 culcauerunt me inimici mei. Et Paulus etiā.  
 Quando (inquit) putastis deteriora mereri sup-  
 plicia, qui filium Dei conculcauerit? Vides ergo  
 quomodo iniqui Christum pedibus cal-  
 cant, quem pater posuit ad dexteram suā su-  
 per omne nomen, quod nominatur in hoc se-  
 culo, & futuro, vt Paulus ait: cum impiissimi  
 peccatores sub pedibus dæmonum, & pecca-  
 torum statuunt? Expenderiam quod non  
 solum est filius David, quia factus ex semine  
 illius secundum carnem: sed etiam Dominus  
 est eius secundum diuinitatem. Sed inquis,  
 quid prodest nobis, quod Christus sit David  
 Dominus? Audi quod ad te attinet. Christus  
 ille est, ad quem Deus dixit. Sede à dextris  
 meis donec ponam inimicos tuos, &c. Talis Rex  
 est Christus, qui à dextris dominatur: hoc  
 est, cuius regnum spirituale est. Sinistra enim  
 significat temporale. Rex est, & videtur non so-  
 lum in seipso, sed etiam in nobis. Quæ prop-  
 ter ad nos dicit. Confidite, ego vici mundum.  
 Sed audi iam quomodo in nobis regnet, &  
 vincat. Dominare in medio inimicorum tuo-  
 rum: dicit Dominus ad eum. Non dicit anni-  
 hilibis inimicos tuos, vt amplius nullus corū  
 sit: sed inter medios hostes eris, vbi que ab il-  
 lis affigeris, sed tamen Dominus, & Rex ma-  
 nebis, Non enim penitus tollit à nobis malū  
 Christus: sed dat virtutem, ac fortitudinem,  
 vt vincamus. Huc spectat, quod Salomon di-  
 cit. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea in-  
 ter filias. Quapropter contenti esse debemus,  
 & gnauiter vt illius gratia, si non vult auferre  
 à nobis, quod nos premit: sicut ad Paulū  
 dicit. Interea temporis etiam nos cum Chri-  
 sto regnare oportet inter medios hostes, do-  
 nec nobis Deus tandem etiam inimicos no-  
 stros pedibus nostris subieciat, vt verè possi-  
 mus dicere. O mors vbi est victoria tua? Deo  
 autem gratias, qui nobis victoriam dedit, &  
 dat, per Iesum Christum Dominum nostrū.  
 Postremo etiam talis Rex est, cui omnes ini-  
 micos eius subieci oportet, id quæ duabus vijs.  
 Alij vltro se illi dedunt, & agnoscunt eum  
 pro Domino suo, vt Paulus: qui postquam diu  
 hostis, & persecutor Christi fuerat, postre-  
 mo conuertebatur, vt diceret Domine quid  
 vis faciam: ita fiebat scabellum pedum Chri-  
 stimo fiebat vas electum, vt nomen Christi

Psal. 109.

2. Reg. 7.  
1. par. 17.

3. Reg. 11.  
& 12.  
Ab. 3.

Ab. 2.

Gen. 20.

Rom. 8.  
Rom. 7.

Luc. 1.

1. Cor. 10.

Esai. 45.

Tren. 3.  
Tren. 17.

Psal. 55.  
Heb. 10.

Eph. 1.

Rom. 1.

1. Ioan. 2.

Psal. 109.

Cantic. 2.

2. Cor. 12.

1. Cor. 5.

Ab. 9.

Lucę. 7.

portaret ante Reges, & p̄sides Talē in modum etiam illa peccatrix subiiciebat se pedibus Christi, & rigabat eos suis lacrymis. Ita & nos aliquando inimici eramus, nunc autē agnoscimus Christum pro nostro Domino. Beati homines, qui hoc modo, & volētes scabellum Christi hant. Verum, qui non vltro se dedant Christo n̄, vel inuiti aeterno ipsorum damno, illi subiici coguntur. Igitur ex hoc textu colligimus quod Christus Deus sit, & homo. Filius nāque Dauid, & Dominus eius. Quia homo est, humanus est, benignus, misericors, & clemens: ita vt audemus, quauis peccatores simus ad hominem humilem accedere. Deus vero est vt possit dimittere peccata, regna aeterna donare, & gloriam perpetuam. Solatium nobis est quod homo sit filius Dauid, vt ad eum accedamus: & quod sit filius Dei, vt possit ditare nos bonis aeternis. Sed hæc suffecerint. Sequitur in cōtextu. *Audiente autē omni populo, dixit discipulis suis. Attendite ab scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, et primos discubitus in conuiuijs, qui denotant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.* O quam multi etiam nunc in ecclesia horum scribarum, & phariseorum vitia imitantur, non Dei honorem & gloriam, sed propriam commodum, venerationem, laudem, & famam querentes, carni delinquentes, ambitiosi, & simularores, ac spiritualia propter temporalia exhibentes: vt quidā presbyteri propter obla-

tionem multiplicat missas. Vt ambitiosi p̄latis, carnalibus, cupidisq; doctoribus, & vniuersis superbiæ filijs. Hi certe maiorem damnationem accipient: quia maiora bona acceperunt a Christo quam ceteri. Dum enim crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. Sed cur Christus hos sacerdotes Iudaorū coram populo increpauit. Primo quia eorū vitia publica erant. Secundo quod scandalizatiua fuerant plebis. Tertio pro doctrina discipulorum, vt exemplo eius illi maiores increparent, & eorum peccata patefacerent. Docet etiam fugiendum esse confortium & conspectum impiorum. Isti enim erant peruersi, & facinorosi: ne autem coinquinarent totum pecus monet populum, vt caueant ab eis, & fugiant, dicens. Attendite ab scribis, Caueat ab eis, ne suo paruo exemplo ducant vos in interitum. Scriptum est enim. *Qui tangit picem inquinabitur ab ea.* Nulla infirmitas corporalis magis inficit, quam homo prauis moribus corruptus alios suo malo exemplo. Iosaphat Rex Iudæ, qui bonus erat, vix mortē curisit in quodam bello, eo qd se impio sociavit & ex parte Dei à quodam propheta sancto reprehensus est dicente. Impio praebes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia coniungeris: & idcirco itam quidem Domini mereberis. Sed iam colligenda sunt vella, & huic capiti imponenda sunt: gratia Domini nostri Iesu Christi, qui nobis operatur velle, & perficere.

Ecclesi. 3.

3. Reg. 22.

1. Par. 23.

Phi. 2.

CAPV T. XXI.



**N** FINE PROXIMI capitis acculauit Dominus scribas, eo quod deuorarent domos viduarū, & hoc sub specie religionis, facientes longam, & ornata[m] orationem: nunc autem ne quis existimet illa à Domino in odium scribarū, & phariseorum confecta: ostendit p̄sens historia quam faciles fuerint homines ad conferendum munera sua in Gazophilacium templi. At nāque Euangelista. *Repicens autem Iesus videbat eos, qui mittebant munera sua in Gazophilacium dimittes.* Considerabat Domi-

nus populum, suas oblationes in templo facientem. Expende & tu, quam libenter attendat Dominus eos, qui bonis operibus sunt intenti, & quomodo eorum deuotioni congratulatur. Maximum tibi debet esse solatium hoc, quod sicut in illo tempore Christus oculis corporeis respiciebat, & intuebatur eos qui in templo offerebant: ita & eodem modo à cœlo, vbi ipse residet, respiciet, & videt ille, cui omnia sunt aperta, labores, afflictiones, moerore, & omnia, quæ pro eo in hac vitā sustines: lacrymas, quas fun dis, perse quonem, quam pateris, & cetera omnia opera, quæ in occulto facis. Quare ergo te laudas, & de tuomore curas: Deus enim omnia videt, nō solum opus, quod exerceas, sed etiam intentionem

Hebr. 7.

Ecclesi. 13. Mat. 24.

nem, & cor, quo facis. Oculi enim eius nitidiores sunt sole: & ipse reddet vnicuique iuxta opera sua. Porro Gazophilacium nomen compositum est ex dictione Persica, & Græca quæ *ἄρτα* quod est custodia quia sic locus dicitur esse vb̄ fopes recōduntur *γασφιλάκιον* eratque Gazophilacium triplex. Vnū in quo ponebantur oblationes, & donaria Regum: quod in libris Regum mulac sabbathi vocatur. Secundū in quo ponebantur oblationes sacerdotum, vocabaturque *corbōna*. Tertium, in quo vulgi oblationes reponerantur, quod communi nomine Gazophilacium nominabatur: quod erat arca, in qua ponebantur oblationes ad sustentationem templi, ad reparationemque adificiorum ipsius. Interdū quoque Gazophilacium dicitur locus in quo erat huiusmodi arca, iuxta illud Ioannis. Hæc v̄ba loquutus est Iesus in Gazophilacio docēs in templo. Vtinam diuitibus huius temporis curæ esset (horum exemplo) templorum, & pauperum indigentia. Sed iam adest tēpus, de quo beatus Paulus Timotheo suo dicebat. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines sciplos amantes, cupidī, &c. Nos sumus, in quos fines seculorū deuenerunt: & iam oculis nostris hunc vaticinium Pauli cernimus adimpletum. Nā multa sunt ecclesiæ, vbi in plumbeo calice sanguis Christi consecratur, ornamentis egētes, atque adificijs, mappisq; altaribus confignatis. Si tamen forte domos diuitum huius seculi intraueris, inuenies mirifica adificia, abacumque aureum, & argenteum ad vespandū paratum: qui solum mundo magnifici, & liberales sunt, ecclesijs autem parci nimis, & auari, quandoquidem nunquam nisi paruas, & exiguas elemosynas eis largiuntur. Et quod peius est, in multis locis non solum non conferunt templis elemosynas, sed potius eorū bona prædantur, eisq; spoliāt. Vide in Germania quot templa, abbatiæ atque monasteria spoliata & dirupta sint: & in Hispania quot modo equites religiosi & commendatarij sunt, qui cum rerum ecclesiasticarum possessores sint nullæ curæ eis est de necessarijs providere, calicibus scilicet & ornamentis: qui tantum student & consulunt propria sustentationi, sumptibus, delicijs, nec non vanitibus, templorum veltigalia consumentes in equis, phaleris, canibusque venatorijs: attamen templa quotidie deuari sinunt, om-

nique veste sacrā carent, quæ ipsi minime curant. Videant isti Antiochum quia templum Domini spoliare retagerat, quomodo perēuf sit illum Dominus insanabili & inuisibili plaga. Apprehendit eum dolor datus v̄scerū, & amara internorum tormenta. Lāsias quoque qui existimauit templum habere in pecunia quæstum, turpiter fugatus est, & Heliodorus flagellis cæsus. Sed ad contextum. *Vidit autē & quendam viduam pauperulam mittentem minuta duo.* Hoc est, parum: quia nomina numeralia in sacris literis ab vno vsque ad quinque significant diminutionē. Vnde in tertio Regū volumine habetur, quod vidua illa Sareptana dixit Helix: En colligo duo ligna. Hoc est pauca ligna. Esaias quoque. Erat sicut quarēs spicas in valle Raphaim, &c. sicut excursio duarū vel triū oliuarū. Paulus etiā. Malo in ecclesia quinque verba meo sensu loqui. Id est, pauca verba. At quinque vero vsq; ad decem solent nomina significare incrementum: vt septie, in dies cadit illud. Id est, multoties. Et Iob. Ecce decē vicibus cōsūdisti me. Volens etiam Esaias significare tam admirabilem futuram esse Hierosolymæ virorum paucitatem obcladē Iudaorū, vt multæ viduæ apprehenderent virū vnū quē vix possent inuenire, dixit. Apprehendit septem mulieres virum vnū. Vbi septē mulieres pro multis ponuntur. Et rursus. Lux solis erat septempleriter sicut lux septem dierum. Explicās etiam Hieremias Hierosolymæ calamitatem & Hebreorum interitum, infirmata est (inquit) quæ peperit septem. Ac si diceret. Oppressa est Hierosolyma mater multorum virorū qui in prælio corruerūt. Et illud Genesis. Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur: hūc habet sensum. Qui Cain interfecerit: multiplici poena multabitur: & perfectē punietur. Non qđ septies puniatur, cū Deus nō puniat bis in idipsum: sed perfectē castigabitur. Sic in Psalmo. Argentum igne examinatum, purgatum septuplum. In oratione Annæ vbi communis verū habet sterilis peperit plurimū, est in Hebræo. Sterilis peperit septem. Septem itaque pro plurimis solet capi: sicut duo pro paucis. Ideoque hic non restrictē pro duobus minutis accipienda est litera: sed quia pauper erat pauca misit minuta quædam quæ non ex argento erant nec auro sed ex ære, & valebāt quartam partem vsualis denarij. *Et dixit. Vere dico vobis quia vidua hæc pauper plus quā omnes*

3. Mach. 2.

2. Mach. 11. 2. Reg. 3.

3. Reg. 17.

Esai. 17.

1. Corinti. 14.

Proverb. 24. Iob. 19.

Esai. 4. Esai. 30.

Hiere. 15.

Gene. 4.

Natum. 2. Psal. 110.

1. Reg. 2.

nes

nes misit. Plus enim ceteris obtulit. Plus inquam non per respectu ad magnitudinē rei oblata in se, sed per respectu ad deuotionē in teriorem, & animi promptitudinem: diuinā acceptationem, & muneris qualitatem: quia de necessarijs sibi dedit. Ideo subditur. Nam omnes hi ex abundantē sibi miserunt munera. Hoc est, diuites hi omnes ex copiosa sua substantia posuerunt aliquid in Gazophilacion, inter oblata quæ dicuntur. munera sua. Primo, quia à Deo hominibus sunt collata: quæ admodum. Dauid Domino ait. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Secundo, quia Deo ab hominibus offeruntur. Quapropter meliora sunt Deo offerenda: sicut Abel qui obtulit de primogenitijs gregis sui adipibusque eorum. Cain vero de fructibus terræ. Ideoque apud Malachiam habetur. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum & votum faciens imolat debile Domino. Hæc autem de eo quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit. Id est. Hæc vidua ex terrena substantia quam non habet obtulit modicum quod habuit, ex quo se aliquantulum sustentare potuit. Et quod ait omnem victum suum intelligi potest siue simpliciter ita quod de numismate nihil sibi retinuit: aut per modum hyperbolica locutionis quo aliquid dicitur per excessum. Ad monet locus iste, primo quod Deus plus respicit animum & intentionem in omnibus actibus nostris quam opus ipsum. Credibile est diuites hic non omnes eadem ratione obtulisse: sed quia Christus eos non accusat committendi sunt eius iudicio qui nouit abscondita cordium. Deus enim pluris facit voluntatem bonam, Vis de hoc scripturæ exemplum? Cogitabat Dauid construere Domino templum indicans in dignum arcam Dei sub pelibus esse: sed Dominus per Natham monuit vt non edificaret illi templum. Laudauit autem Dominus animum & voluntatem Dauid eo quod voluerit ei edificare domum, vt filius suus Salomon refert dicens. Fuit amator de patris mei Dauid vt edificaret domum nomini Domini de Israel: & dixit Dominus ad eum. Quia hæc fuit voluntas tua vt edificares domum nomini meo, bene quidem fecisti huismodi habere voluntatem. Vbi vides quanti Deus fecerit voluntatem edificandi domum in Dauid: pro qua domum edificauit illi Deus stabilem, scilicet regnū Israel. Maxime respicit Deus voluntatem cuiusque: & hæc

est illi maximæ curæ, Est Deus adeo bonus liberalis & magnificus, vt nihil velit à nobis quin prius eius nostram offeramus voluntatē. Sic dona Abel acceptauit, non autem Cain. Item Abraham & Sara riserunt: risus tamen Saræ reprehensus fuit, Abrahæ vero maximè laudatus. Dauid atque Saul fleuerunt, & peccatorum pœnituit eos: at Deus, Dauidi ignouit, & non Sauli, quia voluntates eorum nimium distantes erant. Illi ducenti quinquaginta viri qui Deo thus offerebant bonū quidem opus exercere videbantur: nihilominus tamen ignis egressus à facie Dñi omnes illos interfecit, quia Deus præcipue intuetur cor. Mirabilia fecerunt Moyses & Magi corā Pharaone: sed Magi fuerant Deo inuisi. Grata erat duratē lege festorum obseruatio: sed impijs Iudæis dixit Dñs per Esaiā. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Offerebant alij in templi Gazophilacion munera magna, sed vidua hæc pauperula diuitibus præponitur. Secundo vide quantum distent humana iudicia à diuinis. Si eos qui in templo erant interrogaret, quis plus obtulerit vidua an diuites: certum ac compertū est quod omnes responderent plus diuites obtulisse: sed aliter iudicat Deus qui ait quod plus hæc vidua. Sic Isai obtulit filium suum Eliab maiorem prophetæ Samueli vt vngeret eum in Regem: ad Dominus illum non elegit sed Dauid: qui oues in deserto pascēbat. Existimabant homines filios Isai maiores digniores esse coram Deo: sed aliter Deus iudicauit. Impij etiam positi in inferno dixerunt de iustis. Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum & in similitudinem improprij. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Sic etiam amici Iob putabant quod vir sanctus iniquus coram Dño esset & reuera aliter erat. Nunc etiā homines sepe falluntur alios iustos existimantes: parui pendentesque eos qui forsā coram Deo longè præstantiores sunt. Ideo Paulus ait. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dñs qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit obscura cordium: Tunc erit vni cuique laus à Deo. Quia cum operis meritū tantum secum dum charitatem æstimandū sit, & hæc solo Deo dignosci possit, qui videt cuiusque intentionem, hinc est quod ipse tantummodo quis nam alio sanctior & melior sit iudicare potest. Tertio obseruandum hic est Deum nostros cogitatus, verba & actus,

Gene. 4.  
Gene. 18.  
1. Reg. 16.  
2. Reg. 12.  
Leuit. 16.

1. Reg. 16.  
Exod. 7.  
Esai. 1.

1. Reg. 16.

Sap. 5.

Iob. 4.

1. Cor. 4.

respiciere: vt vidit oblationem simul & charitatem viduæ huius. Erimus enim cautiore in actibus nostris si meminerimus quod Deus omnia quæ agimus intuetur, & etiam cordis nostri secreta. Nō enim solum corporeis oculis eos qui mittebant munera in templi Gazophilacion respiciebat: sed etiam mentis oculis eorum cogitationes intuebatur: obidque hanc viduam plura misisse dixit. Vtinam peccatores hæc aduerterent: qui in occulto peccatores putant à nemine videri. Sed de his alibi plura diximus. Quarto cōsolatur locus iste pauperes, qui videntes ingentes diuitū oblationes, se infelices existimarent: qui talia obsequia non possunt Deo præstare. Etenim si minima obtuleris poteris plus quam diuites mereri. Ita parum sicut multum Deus acceptat, si æqua voluntate & pia intentione offeratur. Accipit Deus duo minuta, accipit calicem aquæ frigidæ: accipit etiam laudat, & coronat promptam voluntatem, si faciēdi desit facultas. Hæc rem multis tractat Diuus Paulus ad Corinthios scribens in hæc verba. Si voluntas (inquit) prompta est, secundū id quod habet accepta est: non secundum id quod non habet. Vnde Dominus non iubet relinquere multa sed omnia. Nam si multa iuberet relinquere, quid relinqueret pauper, qui pauca habet. Paulus etiam non dicit quod copiosum datorem diligit Deus, sed hilarē datorem: qui ex corde optimo & voluntate bona offert quod habet. Itaque Dominus non attendit quantum das, sed quo animo das. Hæc enim est vera & Christiana charitas quæ non querit quod situm est, sed quæ aliorum: quæ etiam cum suo incommodo aliorum promouere curat commoda. Optimè senior ille Tobias, filius suum docebat dicens: Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum etiam hoc libeter impartiri stude. Quinto colligitur ex hac litera maiorem perfectionis gradum esse omnia propter Christum dimittere & ingredi religioem, quam alere pauperes in seculoque manere: quia plus elargitur, qui nihil sibi vendicans omnia relinquit: quam qui sibi aliquid retinet. A dolere cōstitit Christum in interroganti quid facere deberet, vt vitam æternam cōsequeretur, respondit Dominus: Vt omnia dimitteret. Sexto & vltimo aduertēdum quod hæc quod de vidua hæc Christus dixit sub iuramento narrauit dicens: Verè dico vobis in quo innuit quātūm ei placet in animos nostros hoc inducere: quādo quidem il

Ca. 11. vide cogitationes eorum.

Math. 10.

1. Cor. 8.

Math. 19.

2. Corint. 9.  
1. Corint. 13.

Tob. 4.

Math. 19.

le iurat, cui sine iure iurando fidem adhibere debemus. Maximo etiam conari, voluit commendare Christus huius pauperula: viduæ elemosynam: vt intelligamus quanto ipse amore pauperes afficiat & profequatur, non & ipsam paupertatem & indigentiam: Non quidem allectus est ab oculis diuitum & potentium, vel ab eorum maximis muneribus: nec diuitia vilo modo poterunt Christi linguā mouere, vt eos laudaret: pauperes tamen viduæ omnia hæc operata est. Iam ad cōtextum reuertamur. Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatus esset: A polioi fuerit isti vt patet ex Matthæi Euangelio. Sepelapsus Christus in templum fuerat ingressus, & illud viderat: cui ergo modo ostendunt templi structuram, & ad quid quia Christus dixerat destruendam Hierosolymam & quod de tota illa non mansurus erat lapis super lapidē: discipuli miseratione moti vt narrat Matthæus ostendunt ei templi structuram, operis excellentiam: cariores facientes: vt Christus eius pietate motus non diceret, & destrueret. Ac si dicerent. Ne obsecro patiaris, vt tam nobile edificium pereat. Orig. homi. 27, in Mat. Lege Origenem super Matthæum. Aut forsatis discipuli nihil aut parum supra hominem sentientes putant vix possibile esse vt tam vasta & munificissima ciuitas, & tam ingens hominum multitudo expugnari possit: Mirabantur ergo discipuli lapides templi, & eius ornatum quod ex lapidibus esset constructū, preciosus vtensilibus seu donarijs decoratum, & pulchre formatum: Multos etiam tempestate hac inuenies Christi discipulis similes: qui tantum exterius edificium curant: & illud solum modo extollunt & magnificiunt. In Exodo præceptum Domini dicens: Abane terre facietis mihi, neque ex lapidibus excisus.

Orig. homi. 27, in Mat.

Exod. 20.

Psal. 134.

Gene. 4.

Malach. 1.

1. Reg. 7.

1. Par. 8.

tium ſentimonia: eodem modo plurimos inuenies, qui admirantes aurea eccleſie ædificia, & picturas ibi detinentur ea contemplant; qui etiam exterioribus templi imbuti non exhibent debitum honorem; & cultum ſanctiſſimæ Eucharistiæ. Non hoc dico vt ædificia templorum, reditus eccleſiarum ornatus, honorem, & imaginum adorationem damnem: sed eos arguo qui sic mirantur externa, vt non erigant cor ad orandum quem illa imago & pictura representat. Præterea multis etiam prælatiſ maioris curæ est parietum, veltigalium, bonorumque temporalium studium quam clericorum, optimorumque ministrorum templi morum. Sunt maxime solliciti in recipiendis veltigalibus molesteque segerunt cum pauperibus agricolis conductibus: qui etiam maxima instantia de futibus & latronibus nec non de his qui ecclesia domina inuita aliquid alienum retinent supplicium sumunt, obliui concubinariorum peccatorumque ecclesiasticorum hominum: nec student more in modum redigere, sed tantum illustrium domorum erectioni, in quibus maiorum suorum stemmata designant; consanguineique relinquunt, vt perpetuo eorum memoria in seculo extet, & maneat. In tantum sit hæc consuetudo seu corruptio, quod in ecclesijs (& vitium non sit in monasterijs etiam moachorum) non eligitur præful studiosior, nec qui plus prodesse religioni potest, vt antiqui religionis mores semper sint stabiles: sed potius ille, qui plus monasterij veltigalia cumulat. Est si contrigerit vt munera suo fructus fuerit & reddiderit rationem suæ industrie in qua diligens exactor inuenitur, quia omnia bona auxit, etiam domus ædificia & maiora dimittit quam inuenit, ille iterum postea eligitur, homo semper antistes habetur, & maxime ab omnibus commendatur, & laudatur. Quis enim qui ei communi quaerit, & præsentat quod ad temporalia, & stabiles moribus, & perennis proficit. Hæc quoque vultis, vt in quibus non relinquitur lapis super lapidem, qui non destruat. Nihil est horum omnium tam munus, & pulchrum, aut sanctum, quod non sit demolien-

dum: adeoque dissipandum, vt nec lapis vnus lapidi cohareat. Docemur ex his uerbis non placere Deo splendidum & externum cultum si frigeat animi pietas: quod quidem sic habere nemo sanæ mentis contradicere potest, nam ipse aperte per Esaiam dicit. *Quæ est ista domus quam ædificasti mihi? Et quis est iste locus requietionis meæ? Subdidit. Ad quem ego respiciam nisi ad pauperculum, contritum, & trementem sermones meos: Præterea cur Deus uoluit quod templum Dei culti dicatur funditus deuaſtaretur? Dicendum primo quod volebat Deus destruere gentem Iudeorum, & manere templo manebat id quod precipuum erat de Iudeorum statu: quia ibi habebant omnes ceremoniarum cultus diuini, in quibus populus ille Hebræorum distinguebatur ab alijs gentibus: ideoque manere non debuit. Secundo quia superuacanea esset templum, nam non erat nisi ad ceremonias exercendas gentis Iudeorum, quæ iam erant obliuæ, & cultus ille antiquus Moſaicæ legis finem erat sortitus: ob idque uoluit templum destrui. Tercio fuit in causa quia templum illud erat Iudæis arx munitissima in Hierusalem & quæuis Iudæi expugnati essent tamen quandiu templum illud maneret haberet spem redendi & continuandi ibidem ritum veterem: vt ergo omnia illa cessarent placuit Deo vt euerteretur templum. Quarto fuit ne daretur occasio paruulis errandi. Voluit Deus vt ceremoniarum legis & obseruationes penitus extinguerentur & nouus ritus colendi ipsam introduceretur: stante autem templo Hierosolymitano cum illud egregium & populæhrum esset vt nunc discipuli mirarentur aliqui iam Christo dediti maiestatem templi illius respicientes, forte ad pristinas & assuetas ceremonias redirent. Ob idque uoluit Deus vt occasio medio omnino tolleretur ita vt lapis super lapidem non maneret, quia post sufficientem euangelij promulgationem ad Christi legis obseruationem homines astringebantur, & cessare legalia, ideoque oportuit, quod lex uetus cum suo templo Hierosolymitano caderet. Quapropter permissione diuina quæ drage simo secundo anno ab orbe redempto cum iam obligabat euangelium finem sortita est synagoga, & à Tito imperatore templum illud funditus euerſum: quod à die primæ ædificationis per Salomonem ad diem, vsque vltimæ uersionis transierat anni millecentum, & duo. Habuit enim se Deus cum populo*

Esa. 66.

Matth. 27.

Euseb. 1.

populo Iudeorum in hac templi subuersione sicut medicus cum infirmo, qui graui febre laborat. Permittit enim illi gelidam aquam bibere ad maius malum uitandum: deinceps cum opus esse intelligit præcipit illi vt à tali aqua abstineat. Et nolente ægroto à tali aqua desistere, vt eum frangit. Sic Deus permisit populo Iudeorum carnes in templo immolare, vt illum ab idololatriæ cultu auerteret: si enim Deo non sacrificaret idolis. Sed ueniente tempore celestis medicus in cruce pendens dixit. Consummatum est. His uerbis iudicauit veteris legis sacrificia cessasse. Et nolente Iudaico populo à sacrificijs abstineri seu ab illa aqua gelida desistere, coram illo uiceum stegit: templum euerſit, & destruxit, ne amplius sacrificarent. Erat enim templum ueluti omnium sacrificiorum vas. Vnde fracto templo aperitissima constat esse antiquæ legis sacrificia abrogata. Vt enim lapis in cacumine templi est claus totius domus, & ruente illo lapide ruit tota templi fabrica & structura: sic euerſo templo Hierosolyma, quod erat claus totius Iudaismi præcipue ostenditur totam Iudeorum Synagogam esse euerſam & funditus conuulsam. Sed Iudæi cæca malitia ducti, hoc perpetere nolunt. His rationibus instum fuit & æquum vt templum illud destrueretur: ut non remaneret ex eo lapis super lapide. Nos uero uidentes iam oculis nostris illud præclarissimum templum euerſum & destructum distamus domos nostras in celo fabricare, ibique memoriam nostram constituere, quia terrena hæc cito pereunt, & tranſeunt omnia mundi tempora, pereunte enim omnia quæ sub celo sunt, quicquid & orbis habet. Quid enim firmum & stabile sub sole? Si hoc tam magnificentum templum conruit, & muri Babylonie, templum Diane Ephesinum, & septem mundi miracula: quid poteris hic operari vt permaneat? Omnia mundi huius mutabilia sunt, & nullum habent esse permanens. Quæ hodie sunt, eras desinut esse ideoque cor tuum in eis perfecte quiescere nequaquam poterit. Sic ad eum ruit Salomonis templum, perijt solium & sceptrum Dauid: vt simodo regnum illud adeo celi bre & insigne Iudææ uideres: depopulatum sterile, demolitum que inuenires. Ita omnia regna & mundi principatus cadunt & subuertuntur. Mundi monarchia exordium habuit apud Assyrios: & post sex & triginta Reges defecit in Sardanapalo, & postea uiribus Arbæis in Medos est translata: &

eum mundus uicissitudini sit obnoxius per Regem Cyrum tranſiuit ad Persas, post obitum Artaxerxes & octo Medorum Reges. Item etiam Persarum regnum quod incepit Cyro Rege, in Dario est finitum post Reges quatuor decem, & tandem licet est mandatum translatum fuisse vi Alexandri Magni ad Macedonios. Etiam uigintinouem Macedonum, tredecim Argiuorum, quatuordecim Atheniesum, duodecim Corinthiorum, uiginti & unum Latinorum, noueni Lidorum, septem Romanorum, & tredecim Aegyptiorum cum suo regno in Cleopatra finem sortita sunt. Sic pereunt omnia mundi regna: sic regnum Israel, omnis mundi principatus & potestas. Si ergo nihil est in mundo quod tempus non terat & consummat, ne glorieris in diuitijs, honorebus, aut potestatibus: siquid est uinuersi orbis dominus esses, eras perire deberes, cum omnibus his. Illa itaque quaerere quæ nunquam marcescunt, nec temporis iniuria desinunt esse. Sed ad contextum. *Interrogauerunt autem illum dicentes. Præceptor quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui cum fieri incipient?* Hoc in monte Oliuarum discipuli Christum Dominum interrogauerunt. Consueuerat enim Christus egrediens urbe Hierosolymorum vt in hoc loco Patrem secretis oraret: & discipulos suos seorsum doceret. Cui ergo Christus sederet in monte Oliuarum ubi templum erat in conspectu uenit in mentem discipulis sermo quo prædixerat fore vt templum funditus diuerteretur. Et vt Marcus ait discipuli, qui hæc interrogauerunt fuerunt quatuor: Petrus scilicet, Iacobus, Ioannes, & Andreas. Seeceto tamen ait Mattheus quod ad Christum accesserunt in montem Oliueti, vt quaerent de hac questione. Ad hæc autem, quod Christi aduentus accipitur hoc loco pro aduentu ad regnandum tempore, raliter, & de regno temporali est sermo. Ex ista uero uenit discipuli quemadmodum, & alij quam plurimi Christum regnaturum temporaliter, sicut Dauid & Salomon olim regnarunt, & in maiori prosperitate & potestate futuris, & congregaret discipulos Israel, & sic omnes fore Iudæos, & ob idque quando eos ascendere uoluit qui euenerant interrogabant eum dicentes. *Dominus si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Eo modo intelligebant quod eis dixerat, sunt quidam de his stantibus qui non gustabant mortem donec uideant filium hominis uenire

Marc. 13.

Act. 1. Matth. 16.



Mat. h. 19. tem in regno suo. Et illud. Sedebitis super sedes duodecim iudicare duodecim tribus Israel. Credebant Apostoli Iesum esse Christum: sed putabant quod supra singulas tribus constitueret singulos Apostolos, sicut Salomon habebat duodecim prepositos in duodecim tribus Israel. Christus autem docet talem aduentum nunquam futurum qualem ipsi opinabatur: sed alium esse quem ipsi non putabant. Quapropter, primo abstulit ab eorum mentibus primum aduentum quem illi falso credebant fore, qui erat aduentus pseudoprophetarum, & deinde agit de vero Christi aduentu quem illi nondum sciebant, nec de illo cogitabant. Hic erat aduentus ad iudicium. At ergo *Videte ne seducamini*. Duo quaesierunt discipuli: alterum de subuersione Hierusalem, & alterum de Christi aduentu. Dominus autem respondit secundae quaestioni in eo quod ait erunt signa in sole & luna. Et respondet ad primam quaestionem dicens. Cum audieritis prelia & seditiones nolite terri: ubi agit de subuersione Hierusalem, usque dum dicit. Erunt signa in sole & luna & stellis. Nam tunc illic reuertitur ad secundam quaestionem loquens de suo aduentu ad iudicium. Cum autem dicit non praeteribit generatio: hac reuertitur ad primam quaestionem de vastatione Hierusalem. Et ex animaduersione huius mixtionis responsionum atque quaestionum Christo Domino obieciarum, multi in huius litterae sensu allucinantur: & decipiuntur. Audiui saepe concionatores ad populum verba facientes super illud Matthaei, cum videritis abominationem desolationis qua dicta est a Daniele propheta, intelligentes per illam abominationem Antichristum, & omnia qua: Matthaeus ibidem enarrat interpretatur de ultimo die iudicii. Et cum hac de excidio Hierosolymitano, intelligi necessum sit, illi desperant de iudicio ultimo interpretantur. Alij vero oppositum dicunt omnia de subuersione Hierosolymitana intelligentes: & sic omnes isti maxime aberrant: nam aliquando ad vnam, & aliquando ad aliam partem se referunt. Nunc autem in iudicio tollit Christus eorum quem discipuli conceperant de regno temporali: deinde vero declarat quando ad iudicium sit venturus. Videte ne seducamini ait, faciendo satis secundae quaestioni de suo aduentu. Multi post meam in caelos ascensionem venient ante subuersionem Hierusalem in nomine meo, dicentes se

ad regnandum venire. Regnum enim meum non temporale sed spirituale est futurum, super animas. His verbis insinuare vult ipsi non venturum ut temporaliter regnet, veluti Dauid, Salomon, & alij reges Iudaeorum. Sed quo modo domine venies: Huic quaestioni postea Christus respondit. cum prima quaestio de subuersione Hierusalem fuerit absoluta. Sed quomodo seduci poterant Apostoli post aduentum Spiritus sancti qui eos docuit omnia ad salutem necessaria: Dixit enim eis Iesus. Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia. Post aduentum Spiritus sancti surrexerunt multi pseudo prophetae, quomodo ergo seduci poterant Christi Apostoli & discipuli? Dicta fuerunt hac discipulis non vris prodesse: sed ut alijs ipsi praedicarent. Omnia enim qua: Dominus Iesus reuelauit Apostolis quantuncumque ea in secreto diceret, publice praedicare debebant: si si naque erant canales per quos aqua doctrinae qua Christus fons vitae ille praedicabat, ad ceteros perueniret ecclesiae fideles. Vnde ipse Dominus. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: & quod in aure auditis, praedicate super tota. Videte ergo ne seducamini. Hoc est illi quibus loquimini videant ne seducantur. Quasi christi sermones suos dirigeret ad eos. Sed quomodo poterunt seduci? Reddit causam. Multi enim venient in nomine meo. Voluit dicere Apostolos non expectare cum isto modo temporaliter venturum: quia non sic veniet. Sed dices. Non poterat Christus eisclare dicere, non sum ego regnurus temporaliter, ut vos putatis: Nam si aperte eum eis loqueretur tollerent omne dubium, nec oporteret circa pseudoprophetas vigilare. Noluit Christus tollere hunc errorem quia non illi crederent: timor enim foret ab eo scandalizati, eo quod locutus fuisset contra omnium iam probatam sententiam. Sic cum Christus dixit, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis: audientes hoc discipuli dixerunt. Durus est hic sermo: & quis poterit eum audire? Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo ambulabant. Multo magis ab eo recederet si regni non temporale, sed spirituale audirent: crederentque deceptos fuisse omnino tempore quo os fuerat secuti. Et quoniam discipuli possent Christo adhibere fidem propter illius auctoritatem tametsi forsitan haec expectare molestum illis esset: eo quod ultra certitudinem fidei qua est in intellectu requiritur.

Ioan. 14.

Matth. 10.

Ioan. 6.

requiritur quaedam confortatio appetitus, perdonum spei suae virtutem ad sperandum arduum, quod supra hominem est. Ideoque non sufficiebat discipulis credere ad hoc quod sequerentur doctrinam eius in re tam ardua: sed etiam ut perficeretur desiderium eorum ut possint se eleuare a rebus temporalibus ad merum spiritualia: & quoniam nunquam tales fuerunt discipuli ante Spiritus sancti aduentum ut capere possent hanc doctrinam, ideo nunquam voluit Christus tollere hunc errorem. Verum in Spiritus sancti aduentu ablatum est hic error: nam non se morti exponeret Apostoli si crederent quod in hac vita essent cum Christo temporaliter regnaturi. Sed quia credebant regnum Messiae eternum & spirituale esse & non temporale libenter se iugulo tradiderunt: nec quando hunc errorem habuerunt existimandum est discipulos infideles fuisse & in peccato mortali deceptos, quia oppositum credere scilicet de regno spirituali Messiae non erat determinatum ab Ecclesia nec erat notum per se nec ex principijs naturae, nec erat in scriptura traditum, sicut articuli fidei de humanitate Christi: sed potius contrarium putabatur accipi ex scriptura sacra. Et haec Apostolorum opinio communis erat omnium sanctorum, & sic eorum rabini sacram scripturam interpretabantur: quapropter non erat infidelitas aut haeresis hoc tenere. Non ergo modo quo discipuli putabant Christus erat venturus: quoniam multi ambrosii hoc errore ducti venient ante excidium Hierusalem. Dicentes, quia ego sum, &c. Tempus appropinquauit. Dicit enim, ego sum Christus, ego Messias, quem expectatis. Iam appropinquauit & est nunc tempus aduentus Messiae, & completa sunt prophetae. Ecce ego veni qui sum vobis promissus in lege. Vita functo Iesu Salvatore nostro & mundi redemptore tempore Tyberij Caesaris surrexit quidam in Samaria, qui Christum se esse dixit. Et sub Claudio surrexit Theodas. Et anno tertio de cimo Claudij Caesaris & vicesimo secundo post Christi mortem surrexit quidam Aegyptius. Eo etiam tempore sub Felice praeside ad finem in perij Claudij & in principio Neronis & consequenter usque ad excidium Hierosolymitanum multi surrexerunt pseudoprophetae & pseudochristi, qui omnes contra Romanos rebellare suadebant: Et sub regno Neronis & sub Felice praeside Iudaei quidam alij Magi steterunt qui se prophetas diceret, quos Felix occidit. Ante hos etiam fuit Simo Ma-

Act. 8.

Act. 8.

gus, de quo in Actis legimus. qui se virtutem Dei dicebat: qui postea Romae sub Neronis Imperio infaeliciter perijt. Lege de hac re Iosephi historiam. Tanto enim desiderio libertatis tenebantur Iudaei ut cuiuscunque promittenti libertatem credebant. Admonet Christus ne his fidem adhibeamus dicens. Nolite ire post eos. Sed iam nunc multi sequuntur hoc pseudoprophetas deserentes Christum propter auaritiam, aut ambitionem, sequentes quicquid sua vitia, quibus tanquam Deo cultum adhibent. Quot sunt, qui sicut Iudaei Christum desererebant sequentes Theodas, ipsi etiam Christum deserunt cum sint Christiani, & ambulat post mulierculas meretrices, quibus sicuti Deo honorem, & cultum tribuit, qualesque recipiant loco Christi dominum. Quanti clerici sequuntur Simonem Magum paucos enim sunt beneficiati nisi aut prece aut precio aut temporalis seruitio, vel ratione sanguinis vel amore. Christus in vna persona habuit tres substantias, corpus scilicet animam & deitatem: isti vero in vna substantia plures congregent personatus sine praebendas, &c. Sed nunc iam Christus postquam mouit discipulos ad quibus esse cauendum: ostendit modo signa, quae cuncti ante destructionem Hierusalem, & ea quae praecedent ante eius desolationem. Ideo ait. *Cum audieritis prelia & seditiones nolite terri*. In primis quod hic Christus non loquitur de die iudicii ut multi falsum putauerunt, ex his quae iam hic diximus clarissimum est. Loquitur cum Christus, ut satis ostendimus de euerione Hierusalem: quia ista dicuntur Apostolis personaliter, quasi in eis euentura essent, qui tamen non durarunt usque in finem saeculi. Praeterea hic dicitur quod qui in Iudaea sunt fugient ad montes: sed quid proderit in die iudicii fugere ad montes? Et patet etiam quod in Matthaeo dicitur. Tunc tradent vos & occident. Ergo tempore quo bella fierent & fames, occidendi erant Apostoli. Euidens ergo est quod de subuersione Hierusalem dicit, quo tempore consulti, ut relinquentes Iudaeam ad montes fugiant discipuli Christi, ut infra suo loco dicemus. Vult Christus eos paratos esse, ut fugiant & in custodia ponantur. minisque premantur laboribus venturis: cum sint prius de hac re edocti. Praeterea solet Deus ostendere seruis suis mala a quibus eos liberauit, ut dona Dei cognoscant & ei obsequium praestent pro beneficijs eis collatis. Sic in Numeris habetur quod antequam filij Israel ingrederentur terram promissionis, ostendit eis Deus habitatores

Io. hbr. 20. antiqui.

Num. 13.

terra & exploratores dixerunt. Vidimus mo-  
stra quadam filiorum Enach, de genere Gi-  
gant: quibus comparati, quasi locuste vide-  
batur. Sic etiam & nunc discipulis tribulatio-  
nes & mala futura prae dicit: ut videant a qui-  
bus eos liberavit periculis. Solent matres cu-  
pueris suis metu incutere volunt larvas ostē-  
dere, & si viderint plus in isto timere phara-  
mata ostendunt facta sua, & corā illis laniāt.  
Sic Christus mala aspectu terribili offert: sed  
postquā videt timore percussos mortua esse  
ostēdit nec mala esse, sed malorū figuras. Sed  
cur in tantis periculis Christus suos nō terre-  
ri iubet: nunquid marmora sunt: aut pectora  
habent aenea, aut cor ferreum? nonne patres  
antiqui haec mala timuerūt: timuit Hieremias  
bellū, doluit famē: fugit etiā Helias etzabelē,  
quo rū prae molestia fastidiuit vitā. Cur ergo  
Christus iubet eos esse securos: quia haec mala  
naturalia sunt: sed fides in Christū viua supra  
naturā est: sola enim illa mala timenda sunt,  
quae a Christo diuellunt, reliqua vero nō sunt  
timenda. Vnde dñs in superioribus dixit. No-  
lite timere eos, qui occidunt corpus, animam  
autē non possunt occidere. Quae iam exposui-  
mus, & diximus cur haec mala mundi nō sunt  
timēda, sed tantū mors animae quae quidē om-  
nia quia in capite duodecimo huius latē expo-  
simus, nūc cetera cōsiderare oportet. Prae-  
lia dicit & seditiones, eo quod praelia quae sunt in-  
ter hostes, & seditiones, quae erāt inter ciues:  
fuerunt in Hierusalē ante eius subuersionē.  
Ciues enim inter se erant seditiosi & singula-  
riter certabāt. Et hinc totū est ortū & proluit  
in illū miserē Hierusalē. Stat enim sententia  
Christi. Omne regnū in se diuisum desolabi-  
tur: & domus supra domū cadet. Concordia  
nāq; (vt Sallustius ait) paruae res crescūt: & di-  
scordia maximae dilabuntur. Plura super hoc  
Christi verbū, omne regnū in se diuisum de-  
solabitur, enarrauimus in capite vndecimo  
huius. Homines nāq; mūdo dediti nō possunt  
uari pace gaudere: varijs flagrant cupiditati-  
bus, quae innumeras vitiorū perturbationes  
excitat. Hinc oriūtur bella & seditiones, quae  
omnia cessarēt si se ipsos vincerent. Sed vt E-  
saia ait, cor impij quasi mare feruēs: & sic nū-  
quā quiescit sicut vnda maris quae semper a-  
gitatur. Quae hinc si vis quietē & pacificē  
vivere, non tuis seruire desiderijs, & cōcupi-  
scentijs, quia si eis morē gesseris, nullā vnquā  
quietē habebis. Nulla maior in quiete, quā obe-  
dire voluptatibus. Si mūdo deditus fueris nū-

quā quiesces, sicut horologii rotae, sed semper  
in crebris curis & sollicitis cogitationibus ver-  
saberis, propter amoris huius mundi pōdera,  
quae a tua pēdēt, volūtate. Iste tuas mouet ro-  
tas, iste te vita in quiete plequitur: ille te quie-  
scere vetat, facitq; cōtinuo moueri, tandē vbi  
amor propius, ibi requiē abesse necesse est.  
Iste excitauit bella & seditiones in Hierosoly-  
mā. Iste deiecit, ruere fecit nobilē illā & an-  
tiquā ciuitatē. Sed procedamus. Postquā dixit  
Christus seditiones & bella, quae erant vē-  
tura super Hierusalē subdidit. *Oportet. ac primum fieri.* Ante destructionē Hierusalē neces-  
se est euenire nō absoluta & fatali necessita-  
te sed necessitate conditionata cōsequentia:  
in quātū a Deo praeuissa sunt: quāuis in se ip-  
sis sint cōtingentia: oportet enim ea accidere  
nō Deo cogēte, sed hominū exitia exigēte.  
*Sed nondum statim finis.* Id est eis eueniētibus  
non determinatē cognosceat valebit tēpus:  
hora vastitatis Hierusalē. *Tunc dicebat is.* Si-  
gna praetacta magis in speciali exprimendo.  
*Surgat gens contra gentē & regnū aduersus re-  
gnū.* Denūciat bella, calamitates & dissensio-  
nes quae vēturae sunt super Hierusalē, ante e-  
ius euersionē. Obserua autem quod Mattheus,  
Marcus, & Lucas scripserūt hanc quaestione  
& sermonē destructionis Hierusalē, & nō Ioā-  
nes Euangelista, qui nullam in suo Euangelio  
de his calamitatibus mentionem fecit: quia  
Ioannes scribendo haec aliquo modo videba-  
tur suspectus, quod non erat in alijs Euangeli-  
stis. Et causa est, quoniam Christus praedixit  
haec de euersione Hierusalē per modum pro-  
phetiae, quae nō fuerūt facta statim, sed quasi  
annis quadraginta duobus post mortē Chri-  
sti. Ideo Euangelista debebat illud scribere per  
modū prophetiae. Euangelista autem tres scri-  
pserunt antequam illa impleverunt, imo an-  
te destructionē Hierusalē obierunt. Ioānes  
autē Euangelista vixit multo tēpore post de-  
structionē Hierusalē, scilicet vsque ad Im-  
perium Traiani Caesaris: & post destructionē  
Hierusalē scripsit Euangelium. Si ergo Ioā-  
nes hanc destructionē scriberet magis vide-  
retur historia narrare, quā prophetiam scribere:  
ideo sancti spiritus inspiratione nihil horū  
scripsit. Et *terra motus magni erunt per loca, &  
pestilentiae, & fames, terraeque & signa magna  
erunt.* Voluit dominus narrare discipulis tam  
particulariter omnia euētura ante destructio-  
nem Hierusalē, quia vt voluit quod disci-  
puli non recederent de Iudaea, sed ibi predica-  
rent

Ezech. 13.

Esa. 46.

Esa. 49.

rent & conuerterentur omnes, qui erant pra-  
ordnati ad credendum: quod fieri non pote-  
rat nisi per discipulorum praedicationē. Idēd  
oportebat, vt manerent in Iudaea vsq; ad suf-  
ficientem Euangelij praedicationem. Scietes  
tamen Hierusalē destruendam, vt Christus  
praedixerat, videntes aliqua bella illico fuge-  
rent, putantes futuram esse tunc euersionem  
Hierusalē, & relinqueretur praedicatione: ideo  
Christus instruit eos dicens, quae illorum in-  
ducerent euersionē Hierusalē, & quae non vt  
scirent quando erat fugiendū, & quando nō  
Propter quod quando praenunciavit primas  
tribulationes. I. surgat gens contra gentem,  
& regnum aduersus regnū, dixit nolite terre-  
ri, sed postea cū dicit, cū videritis circun-  
dari ab exercitu Hierusalē, addidit. Scitote  
quonia appropinquat desolatio eius. Docuit  
quando esset manendum & non timendū, &  
quando fugiendū. Ideoq; non sufficiebat di-  
cere destrueretur Hierusalē nisi narrasset ma-  
la intermedia ante eius euersionē vt per haec  
signa scirent discipuli quando esset fugiendū.  
¶ Expende hic Christi Saluatoris nostri cle-  
mentiam, & infinitam eius misericordiam, &  
bonitatem qui quadraginta annis expecta-  
uit homicidas illos & perfidos Iudaeos vt cō-  
uerterentur, & poenitentiam agerent. Maxi-  
ma & absque mensura fuit patientia qua cū  
ista iniqua ciuitate Christus vltus est & cum  
habitatoribus eius. Vide quanta sit misericor-  
dia Dei: quae vnquam lingua eius infinitas mi-  
sericordias cantabit. Vnde ipse dominus per  
Ezechielem ait. Et quare moriemini domus  
Israel: quia nolo mortem morientis dicit do-  
minus Deus. Reuertimini & viuite. Audi e-  
tiam illum per Esaiam. Audite me domus Ia-  
cob: & omne residuū domus Israel: qui porta-  
mini a meo vtero, qui gestamini a mea vul-  
ua. Vsq; ad senectam ego ipse: & vsque ad ca-  
nos ego portabo. Ego feci & ego feram: ego  
portabo & saluabo. Quomeliori modo amor  
erga homines carior fieri a Deo potuit, quan-  
do quidē dicit quod mater filium suū in vul-  
ua gestat, ita nos Deus in sinu suo & visceri-  
bus portat: Nunquid obliuisci potest infantē  
suum mulier? Et si illa oblita fuerit, ego tamē  
tui non obliuiscar. Dices. Quare Deus nō sta-  
rim illos Iudaeos morti tradidit, si tam impij  
erant? Ego enim mox interficerem. Non tan-  
ti emisti tu illas animas sicut Christus. Si tan-  
ti enim tu emisses vt pro earum redemptione  
sanguinē tradidisses, non destrueres. Ideo

dixit. Ego feci & ego feram. Ipse fecit, & ipse  
redēmit: pro illisque sanguinem effudit. Ipse  
sperat & sustinet eas: gloriāq; promissione ex-  
orat. Aduerte quanta bona Deus Iudaeis con-  
tulit & eos delicate tractauit postquam mor-  
ti tradiderunt. Eos enim melioribus mundi  
concionatoribus prosequutus est: quibus pra-  
cepit, vt illis priusquā alijs nationibus regnū  
Dei annuntiarent, & multa mirabilia & mi-  
racula facerent corā ipsis: quorū fuerūt mul-  
ti, qui morti Christi cōsenserunt, & quia con-  
uersi sunt. Deus illis pepercit propter quod tan-  
dem vitā aeternam consequuti sunt. Illis, qui  
plus persequuti sunt maiora Christus benefici-  
cia contulit, & prius pepercit. Quis ergo de in-  
finita Dei misericordia desperabit? Cuius suā  
gloriā non cōcedet, quando quidē crucifixio-  
ribus donauit? Misereris omnium dñe quia om-  
nia potes: & dissimulas hominū peccata pro-  
pter poenitentiam. Tu ergo qui tuis iniquitatib;  
Christū crucifixi illi torques, age poenitentia & re-  
uertere ad illū, quia tibi etiā sit illis veniā  
conceder. Nō enim habemus potestatem, qui  
non possit cōpati infirmitatibus nostris. Ad-  
eamus ergo cū fiducia ad thronū gratiae eius,  
& inde misericordiae cōsequemur. ¶ Multi ta-  
men sunt qui cū sciat Deū adeo pauperū mi-  
sereri: audent offendere in vitijsq; diu mora-  
ri, sicut multi illorū Iudaeorū impij facere au-  
si sunt: qui discipulos redēptoris persequebā-  
tur vt morti traderent, qui vt eorū cōmodis  
inferuient, nisi erant. Abutuntur Dei mise-  
ricordia: optimā medicinā veneno mutantes,  
ita vt Dei maxima misericordia & benigni-  
tas, quae eos terrere debebat, corda liqueface-  
re & ad poenitentiam adducere, est illis maior  
ocasio ruinae, cū peccata peccatis adiiciant,  
auadioresq; fiat. Audiā ergo isti, quid per E-  
saia Deus loquitur. Tacui nūquid semper tace-  
bo? Existimas ne quod quia Deus modo taceat,  
semper tacebit? & quia modo dissimulat, ra-  
tū habebit? Crede mihi, quod magis Deo taceat,  
suppliciiū duffert, atq; dissimulat, ac tū postea  
plecteris. Et si meis nō adhibes fidem verbis,  
adhibe Euangelistae, de cuius historia agimus,  
in qua duo debes considerare. Primum ingre-  
tem Dei patientiam & benignitatem, qua cū  
ista perfida gente vltus est, siquidem expecta-  
uit eos quadraginta & plures annos, cū tā  
peccatores essent: interea delicate tractas suis  
miraculis & sermonibus semper accurate tra-  
ctas de vita & conuersione illorū qui crucia-  
fixerunt. Secundum, quod attendere debes, est

Sapient. 11.

Hebr. 5.

Hebr. 4.

Esa. 42.

Q. 2. rigida.

Hier. 14.  
1. Reg. 19.

Luc. 12.  
Math. 10.

Luc. 11.

Esa. 69.

Enarra.in Cap. XXI.

rigida Dei iustitia, quam scilicet acriter Deus se habeat cum obstinatis, quadoquidem omnium maximum supplicium, quod de peccatoribus sumptis, fuit Hierusalem euersio atq; destructio. Disce ex hoc loco, qd sicut Deo est misericors in parcendo, & sperando, ita est terribilis iudex contra obstinatos peccatores: qui sua misericordia abutuntur. Ezechiel inquit quod facies hominis & facies leonis de super ipsorum quatuor. Deus duas habet facies, habet faciem hominis, quia humanus; & benignus est cum peccatoribus qui respiciunt. habet etiam faciem leonis voracissimi, quia rigide sumit suppliciu de obstinatis peccatoribus. Vide quid iudæis contigit, siquid eum nollent gradum terrocare nec couerti ad Deum, Deus misit illis terremotus, bella, pestes, famas, occisiones, tribulationes, flagella, & supplicia, ita vt non manserit lapis super lapidem: vt ex hoc qd imago & figura futuri est, intelligas, & inferas quot quanti erunt cruciatus, inferni, & mala, quæ ibi Deus obstinatis inferet. Si ergo Deus dilectum sibi populum, quem eduxit de terra Egypti, tot miraculis, quæq; cibauit atque nutriuit in deserto quadraginta annis manna cœlesti nec nõ fuit prosequutus tot victorijs: Regibus sanctis, Patriarchis, prophetis, & tandem filij in incarnatione, sic tribulationib; affecte, & præsitis, vt in exilium, & captiuitatem miserit, feceritque contempibilem, & opprobrium omnium mundi gentiu: quid faciet de te si fueris peccator? Quid in tantam miseriam & calamitatem fecit venire Israel nisi peccatum? Quia lubiecit pedibus Deus populum quem capiti & oculis impõnerat. Cane ne pecces, & iam quod peccaueris ne diu permancas in peccato. Quæ enim scripta sunt ad nostram doctrinã scripta sunt: & ideo tam sollicitè & accuratè Euangelizate quæ Deus gesserit cū Hierusalẽ quantum dilexerit & quod de illa suppliciu sumperit, scripserunt: vt tu hinc sumas doctrinã & periculũ facias in alieno, nec tardes ad eum conuerti: siquidẽ te sperat apertis vlnis, ante quã ad eius acerrimã iustitiam deuenias. Ne hæc pede hæc prætereas cura & habens malã conscientiam. Nam satis solutis curis erat Balthasar Babylonie Rex epulans & bibens cum segni sui optimatibus, quando apparuit manus in pariete scribens, quod erat sibi paratum suppliciu. Ne tẽpus risibus & vanitatibus teras, nã Deus, qui electo & dilecto sibi populo non pepercit: nec tibi parceret, etsi

mõdo taceat & dissimulet dũ magis suppliciu distulerit, peius tibi erit. Audi quid dicat Paulus. An diuitias bonitatis eius & penitentiæ benignitas Dei ad penitentiam te adducit secundũ autẽ duritiam & impõnitens cor tuũ thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei. Sed de his satis. Iã nunc Saluatorẽ Iesum audiamus. Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas & custodias: trabentes ad reges & præfides. Antequã hæc omnia cõpleantur persequutionẽ patienti vsq; ad sanguinẽ. Voluit Christus prædicare discipulis mala, quæ passuri erant, quãuis de hoc nõ interrogauerint primo vt mala quæ erant passuri essent eis tolerabiliora. Nã hæc eis euentura erant, etsi non præuideretur valde affligerent ipsos: cū autẽ præuidentur tolerabilia efficiuntur. Secundũ quia si ista eueniret & nõ essent prænũciata, quando venirent putarent discipuli, qd non præuidisset illa Christus quia ventura nesciebat, cū alia prædiceret & non ista: ideoq; maxime turbarentur. Tertio prædixit ad ostendendũ sapientiã suã, quia quãto plura prædiceret & particularius, tanto amplius cognosceretur sapientiã eius. Et ideo prædixit ea, quæ ad discipulos specialiter pertinebãt: quia nihil poterat vtilius prædici. Et nulli erant, corã quibus potius se deberet Christus ostendere sapientiã suã, quã coram discipulis. Verè litera ista intelligitur de discipulis Christi, & de statu Ecclesiæ eius ad mortẽ vsq; ad euerisionẽ Hierusalẽ. Quanta autẽ mala passi sunt Apostoli, post Christi ad cœlos ascensionem vsq; ad destructionẽ Hierusalẽ, satis ostendit liber Actuum Apostolorum. Nã mox post Christi ascensionem Stephanus fuit lapidatus, & tam magna fuit persequutio Ecclesiæ, quod omnes discipuli fugerunt ab Hierusalẽ, præter Apostolos, & dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ: & Apostoli positi in vinculis & flagellati, ne in nomine Iesu prædicarent, & eieciti extra Iudæã. Iudri qui erant Damasci & in Syria insidiabatur Paulo. Et in Pamphilia concitauerunt potentiores ciuitatis & expulerunt Paulum & Barnabã de sinibus suis. Iacobus ab Herode decapitatus, & Petrus incarceratus: & multa alia Apostoli & Christi discipuli passi sunt, quæ longum esset recensere. Sed quia multũ eos consolari debebat, quod hæc omnia paterentur propter Christũ, subdidit dicẽs. Propter nomẽ meũ. Hoc

Exe. 1.

Exodo. 14. Exo. 16.

Rom. 15.

Dani. 5.

Rom. 2.

Act. 7.

Act. 4.

Act. 13.

Act. 15.

Hoc

Philis.

Hoc est propter predicationem, confessionem, & cultum nominis mei, & legis ac fidei christianæ. O demum carnales homines veritatem & predicationem verbi Dei, & ea quæ sunt spiritus eius: quapropter qui Christum amplectuntur, necesse est, vt ab hominibus persequantur. Coruus cū videret pullos suos in initio plumescere, & albos esse non cognoscit eos. Sed postea videns eos nigros nutrit, & fouet. Sic nuadus iustos non agnoscit, quia non nigri sunt sicut ipse: scq; vitiosi sunt albedine innocentia. Ideoq; persequitur iustos, fouet autem peccatores, iustos inquam si mali efficiuntur, malos uero ipsos quia nigri sunt & impij sicut ipsi. Continget autem vobis in testimonium. Hoc est vniuersa persequutio per inducta eueniet vobis in signũ & extestationem quod verè discipuli mei fidelissimi estis: & quod illi impij contra vos egerunt, & ipse damnetur: quia spreuerunt & afflixerunt vos, nec crederet. voluerunt prædicationibus vestris, per diuina miracula confirmatis. Et sic nõ potuerunt causam suã damnationis in vos trãsserre. Quod benẽ & ad rem Paulus ad Philippẽ scribit. Scire volo vos fratres qd quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt Euangelij: vt vincula mea manifesta fieret in Christo in omni prætorio & in cæteris omnibus: & plures de fratribus in domino confidentes in vinculis meis abundantiã auerter sine omni timore verbum Dei palam loqui. Sed post sent discipuli dicere. Qui nã sumus in quos totus infidus insurgens diocesis sumus: facile a Pharisæis & vitis doctis superabimur. Respondeit Christus. Ponite ergo in cordibus vestris non permeditari quemadmodum respondeatis. Solent homines ad iudicium vocati ante omnia peritum vt Demonsthenem adhibere duce adulari iudicibus, supplices prouoluere ad genua fauorem redimere pecunia, sed nihil horũ opus erat Apostolis. Ponite inquit in cordibus vestris, non permeditari quemadmodũ respondeatis. Quasi dicat. Si verbum Dei habetis in corde: quomodo desiste populi verba in ore: Deinde ipsa veritas, quã vos profitemini, non egeret externi lenocinio verborũ: non egeret enim ipsa satis pulchra est, & satis firmata. Falsitas tamen sicut egypti, nã ipsa deprehendatur. Hinc est qd homines sua mendacia in primis & horum lenocinio hominibus venditare conantur: hæc autem scriptura quæ veritas est simplicibus & verisimilibus tradita est. A duce quod nõ inlubuit piã in

lege domini meditationem & studium: quo nihil vtilius, & beatius in xta illud. Beatus vir qui in lege domini meditatur die ac nocte. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata (ait Paulus) utilis est ad docendum. Hinc Petrus vult nos esse paratos ad omni rationem reddere de ea, quæ in nobis est spẽ. Non ergo, vt diximus prohibemus piã dõmĩni meditationem: sed anxia de dõmĩni sollicitudo. Admonemur hinc reuerentia, quã se est euangelica prædicatione, hinc vobis aggrediamur, alioqui hinc laboramus: nec mirũ cū nec externa hinc in nobis vobis utamur in nitamur sollicitudine dõmĩni. Sic enim filij Israel sine verbo Dei in vobis confidebant, infeliciter pugnaverunt contra Cananæos. Sic vnde cum tunc contra rãbũ a gentem in femal & terram hinc dicitur pugnaverunt, confidentes in multitudine. Sic enim populus contra Philistæos, infeliciter pugnavit, & videt in arca sine fide ad. Deum, claritate solis mara. Hinc per Esaiã dicitur. Vg filij deherentes, vt faceretis consiliũ de non ex mã consiliens in fortitudine Egypti. Sequitur poema. Ob id est vobis Egypti fortitudinis consiliõnem. Nec aliam ob causã nostrã consilia iurã nobis sunt, quã in quod ex tãm in nobis vobis aggredimur non Dei auxilio confidentes. Sic & in omni quã maximum vobis iustitiam, ex tãm vobis necessaria conquirere possimus quia solis nobis vobis confidentibus: non autem tãm nobis tam labor vobis quã benedictio dõmĩni vobis facit. Hinc est quod per rãbũ dõmĩni pereris aliquid facturi magnum, liberatione incipiebant. Sic Moyses pugnavit contra Amalech orauit. Ezechias Rex ad orationẽ cõfugit, videns exercitum Assyriorum: & Iosaphat audiens irruisse hostes orãs dixit. In nobis (inquit) non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere quã iurã in per nos. &c. Si hæc in externis necessaria sũt, multo magis in prædicatione Euangelij: quod quia non facimus, inutiliter clamabimus, nec tamen fructum facimus: imo quoniam hoc opus nonnunquam proprijs viribus, aggredimur in errores incidimus. Scriptum est enim. Qui sequitur cogitationes suas, impij erit. Hinc Paulus in suis Epistolis orare prole postulabat. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes vestri aduersarij. Putant illi a domino in medijs tribulationum vradis dõmĩni

1. Tim. 3. 1. Petr. 3.

Name. 4.

Iudic. 20.

1. R. 17. 4. 1. Esai. 30.

1. Petr. 3. 12.

Exo. 17. 4. Reg. 19. 2. par. 20.

1. Petr. 12.

Q. 9. 1. h. 105.

licios dominus tamen illis auxilio est in tempore opportuno. Quare si aliquando ab eo putaveris defectum, recole nondum esse tempus ubi regas eius auxilio: quod cum fuerit non defuturum scito. Sic recordatus est dominus Noe, quando videbatur ei quod esset oblitus. Recordatus Ioseph in Ægypto in carcere humiliati, Danielis in lacu Leonum. Sic denique & omnium iustorum in suis tribulationibus. Ita nunc hac consolatione latificat & confortat corda discipulorum: quos scire oportebat Christum in suis necessitatibus non defurum: promittit enim illos non deserturum, cum opus fuerit, & indigerint eius auxilio in tempore opportuno. Dabit enim os & sapientiam cui non poterunt eius aduersarij contradicere. Ad idem facit illud. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Victoriā Apostolis promittit: sed non qua ipsorum curā sit vita aut externa bona, sed qua munita sit veritas. Id quod Christiano, etiam propria vita charius esse deberet. Magis enim gaudendum esset si videret crescere iustitiam, religionem, timorem Dei, & veritatem: quam, propria bona. Si qui hac proprijs commodis non anteponit, probus Christianus non est. Dabo inquam vobis os, & sapientiam. Deus enim est, quid docet & in corde ipsorum scripsit legem suam, & linguas infantium fecit disertas. Hinc David. Da mihi intellectum ut discam iustificationes tuas. Et iterum. Beatus quem tu erudietis domine. Sic tanta fuit sapientia & vis verborum Deo cum Apostolis loquente, quod ut in Actis legitur videntes Iudæi, & magistratus, Petri, & Ioannis constantiam, comperto quod homines essent sine literis, & idiotæ, admirabatur: & cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerant. Et de Stephano etiam protomartyrē dicitur surrexerunt quidam de Synagoga que appellabatur libertinorum, &c. & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Super omnia nāque vincit veritas: cuius vires sunt totæ tantæ ut nihil ei possit resistere. Paulus cum esset ad eos potens & validus atque dicebat quod omnia poterat, & in epistola, etiam ad Romanos vocat ad duellum mortem, vitam, & omnes mundi vires. Nihilominus ad Corinthios scribens dicit: Nihil possumus aduersus veritatem. Quod nihil veritati obistere possit certum

est: & ideo nihil mireris A postolorum aduersarios non posse vincere veritate, quam ipsi predicabant, nec ei resistere: cum ipsam veritatem pro eis loqueretur. Præterea isti aduersarij A postolorum Iudæi sunt, heretici, & pagani: qui in Apocalypsi designantur per illos tres spiritus immundos, qui in modum ranarum de ore bestie exierunt. Denique adiunxit dominus persecutiones huiusmodi discipulis non tantum expectandas ab extraneis, sed etiam ab amicis, & cognatis. Quapropter subdidit. Trademini autem a parentibus, fratribus, cognatis, amicis, & morte afficient ex vobis. Hoc maxime extorquebat quod a tam propinquis, tam amicitabilibus tractabantur, & occidebantur. Molestus enim feruntur aduersa, quæ a propinquis & familiaribus de quorum prelucebat amicitia, infliguntur: quia ultra corporalem tribulationem insidiam, mens de amissa charitate, propinquorum, & amicorum infidelitate affligitur. Hic enim natura vim quandam patitur, & in visceribus torquetur. Ideo dominus proditorie sui iniquitatem tanto ferebat grauius, quanto ludas erat ei familiarior, & in Apostolorum numeratus collegio. Ideo per David ait. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Tu vero homo vna nimis, &c. Docemur hic consolari, quando a nostris persecutionem patimur: inducentes ad memoriam quæ hic Christus dicit suis. Et quomodo ipsemet dominus traditus sit a suo discipulo. A nullis etiam beatus Paulus tantas persecutiones tulit quam a suis iudæis: ut fas est videre, qui librum, qui Acta Apostolorum inscribitur, legerit. Contra Stephanum etiam surrexerunt quidam de Synagoga. Sui enim illum accusabant, & morti tradiderunt. Pilatus etiam Christo Salvatore dixit. Gens tua, & Pontifices tui: tradiderunt tibi. Vnde perniciosissimus inimicus est domesticus, eo communiter, propinquiotes sunt qui magis invidem, & stomachantur: quia cum simul educati sunt, & in eodem studio versati, atque ludo, non possunt æquo animo ferre: ut vnus præster alteri: & ideo homines potius gaudet ab extraneis imperari, quam a concubibus. Ut in exordio Ecclesie, Iudæi, & Gentiles passim conuertebantur ad Christum, parentibus cæterisque cognatis inuitis & ita tradebantur ab eis, & sæpe occidebantur. Ita dñs in Mattheo dicit. Tradet frater fratrem in mortem, & surgent

Apo. 16.

Psalm. 54.

Mat. 7.

1 Cor. 13.

surgent filij impariter, & morte eos afficient. Et rursus. Nolite arbitrari quoniam veni pacem mittere in terram: non enim veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus sororem suam, & inimici hominis domestici eius: quia erant dispari cultu, insurgebat frater in fratrem, & filij in parentes. Sicut beata Lucia nobilis Romana, a filio accusata quæ esset Christiana, occisa est. Et eritis odio omnibus hominibus. Facinorosum malum & ingens erat profecto ab omnibus odio haberi: nam nihil est vitæ hominū adeo naturale, necessarium, iucundum, & vtile, quam hominum amicitia. Quis ergo ferret ea carere? Vide quāvis se obijciat periculum, qui legatione vult fungi pro Christo. Fronte a nea opus est & facie ferrea. Et profecto non nisi summum miraculum esse poterit quod prædicatores hi euaderent viatores, contra quos totus mundus arma suscepit. Quod quia totus mundi sibi præterirent amorem, quos totus mundus tanto odio habuit. Permisit autem Deus ut tanta esset contradictio doctrinæ suæ, ut ferè totus mundus coniuerit aduersus Euangelium, & quod sancti prædicatores essent omnibus odibiles: primo ut ostenderet virtutem diuinam, ut nihil humanitus factum videatur in introductione legis Christi: quia illud per homines fit quod fauore hominum fit. Qui autem alicui odiosus est nullum in eo fauorem habet, sed professores nominis Christi, erant propter hoc omnibus hominibus odiosi: ergo non introducebatur Christi lex fauore hominum, sed eis renuentibus & contradicentibus. Secundo erant Apostoli hominibus infesti, quia putabant homines quod Christiani destruebant illum cultum, per quem status hominum conseruabatur: & quia apud omnes homines erat aliquis cultus cui repugnaret Christi doctrina, necesse erat quod Christiani essent omnibus hominibus odiosi. Nā si Christiani voluissent Christum colere, non curantes destruere idolorum cultum, faciliter fuisset introducta Christi religio in orbem sed quia precipuum erat in hac vera religione falsæ diuinitatis cultum excludere, & non poterat Christiana religio introduci nisi idololatram extirpando, ideo fuit difficillimum introductum. Ritus etiam Iudaico lex Christi repugnabat: quia Apostoli predicabant, si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit.

Matth. 10. Lucæ 9.

Hier. 1.

Gal. 5.

Insuper vitæ carnis, ac malos mores excludebat, & ideo fuit toti orbi odiosa. Tertio fuit quia diabolus concitabat omnes homines valde contra Christianos. Videbat enim cultum suum per Christi doctrinam destrui in toto orbe, & animas hominū de vinculis liberari: de quo sume dolebat. Ideo toto furore suo concitabat principes & terrarum dominos aduersus Christi professores. Et ista etiam erat causa vrgens, quia diabolus grauisimas tentationes poterat contra Christianos concitare nisi a Christo prohiberetur. Quarta ratio erat & causa odij, dissimilitudo, quæ est inter Christianos & infideles. Nā sicut similitudo est causa amoris, ita dissimilitudo est causa odij quæ est inter Christi seruos & huius mundi famulos: inter quos Hierusalem, & Babylonis. Propter curam in Ierusalem asserit Christus Apostolis. Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret: quia vtro de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mundus enim amat diuitias, honores, & delicias, quæ omnia discipuli Christi contemnebant, & contemnenda prædicabant: vnde in contemptum, & abiectionem habebantur. Solatur nos locus iste, ut quando ab omnibus odio habemur, patientiam habeamus: siquidē Apostoli in odio habiti sunt ab omnibus hominibus. Licet aliqui de te falsitate detrahant, patiens esto: quauis enim sis innocens circa culpam quam tibi imponunt, non tamen es circa alias plurimas. Nec iniquo animo feras apud homines male audire, si bene apud Deum audis: imo potius maximè debes lætari videns ad metam optatam hac via discipulos & amicos Dei pertenuisse. Non debet vexari quod ab aliquibus hominibus contempnibilis fias, quia non laus sed potius vituperium est a malis, & impijs laudari. Pari passu ambulat ab iniquis commedari, & de rebus iniquis: etiam ab eisdem iniuria affici, & propter virtutem laudari propter quod stultum est magnificere ab ignominiosis infamari, quia cum isti de vitæ nostra detrahunt, verè tunc approbare videntur: nam vitæ illa recta & sancta est, quam mali dæmone conantur. Nō vergit in lucis defectum, si noctua ad eā oculos erigere non possit, sed potius in laudem, & perfectionem: quia cum recedunt ab ea, laudant. Vos estis filij Christi dicit. S. Paulus Thessalonicensibus. Et rursus ait. Quæ conuentio lucis ad tenebras? Viri lucis non de-

Gen. 8. Gen. 41. Dan. 12.

Matth. 10.

Hier. 3. Sapient. 12. Psal. 115. Psal. 93. Act. 4.

Act. 6. 3. Id. 3. Philp. 4.

Rom. 8. 2. Cor. 13.

1 Cor. 13.

1. Thess. 5. 2. Cor. 6.

bent molestia affici, quod a filiis tenebrarum detrahantur, & persequantur. Sapiētia enim ab ignorantibus solet persequi & stulti sapientiam despiciunt. Si cæci male iudicant de coloribus, defectus eis inest: non colorum pulchritudini. Ideo Paulus cui solum cura erat à Deo laudari, & diligere, dicebat. Mibi autem pro minimo est, ut à vobis iudicem aut ab humano die. Qui iudicatur, dñs est, &c. Verum ut scias hos labores, maledictiones, & hominum contemptus, non plus meriti habere quàm habet causa & finis propter quem patiuntur: ut Christus discipulis ostēderet mercedē eis paratā in cælo eorū: consolaretur, ostendit persequutionis causam, dicens. *Propter nomē meū.* Hoc dixit primo ad consolatiōem ipsorū: scilicet, patiemini, & in festi omnibus eritis: sed non propter scelera vestra: sed propter me solum. Hic est scopus meriti, & causa martyrij. Omne meritū bonerum quæ agimus, & mala quæ patimur est ipse Deus: qui nostris operibus reddet premium. Vnde in superioribus cum loquebatur dominus de beatitudinibus dixit. Beati eritis cum cecerint nomē vestrū, tanquam malū, propter filium hominis. Sed de fine, & causa persequutionum, & martyrij iam super hæc verba in capite sexto supra distulimus. ¶ Secundo hoc dixit ad dandū bonā spem de se. Nā quando dixit eis quod propter se hæc erant passuri & nō propter se ipsos, ostendit quod multa eis deberet: vel saltē quod multa propter hæc bona esset eis daturus. ¶ Tertio quia in hoc ostendebat eos gloriosos toti mundo, scilicet, quia pœnam non pro aliquo scelere tolerarent: sed pro optimis virtutibus, id est pro cōfessione nominis Christi. ¶ Nota quæ sit causa laudabilis passionis. Nō enim qualibet afflictio virtuosa est: siquidē & diabolus patitur, & malefactores damnantur supplicijs. Illa autem afflictio bona est & meritoria, quam patimur propter nomen Christi, quod est iustitia, veritas, innocentia, & probitas. De his dicitur. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiā, quia ipsorum est regnum cælorum. Verum ut cōsoleris in afflictionibus, quas propter tua peccata sustines, scito etiā quod in supplicijs quæ de te Deus propter commissā peccata sumit, si patiens es, & humilis, in Deum ipsum referens maximum meritū habebis: quod etiā est propter iustitiā, & Christi nomen, licet tua peccata afflictionis sint causa. Ita David, de quo Deus supplicia sumpserat, (ut Nathā ei nun-

ciauerat) propter peccata, dixit Deo. Quoniā propter te sustinui opprobriū, confusio operuit faciē meam. Sed de his satis. ¶ Monet etiā hic Christianum hominem ita debere vivere ut sol⁹ Christus causa sit odij sui: hæc enim est gratia si propter Deum sustinet. quis tristitiā patiens iniuste. Magnū tibi esse deberet pro Christi nomine pati. Quid heminem contristabit, ubi animus sibi conscius est? Christus (ait Paulus) proposito sibi gaudio sustinuit crucem propter nos. Quis non contra gaudeat, se pro Christo aliquid pati? Hinc Apostoli iherant. gaudentes à cōspēctū cōcilij: quoniā digni habitū sunt pro nemine Iesu contumeliā pati. Hinc Paulus gloriatur in afflictionibus. 2. Cor. 12. Hinc & dicit. Vobis datum est non solum ut in Christum credatis: sed etiam ut pro illo patiemini. Addidit postremo consolationem dicens. *Et capillus de capite vestro non peribit.* Non putetis quod Deo non estis vos curæ: & quod aliquid possit peire Deo nesciente vel non aduerente, quia etiā de rebus vestris minimis cogitat. Nam & capilli omnes vestri, qui multi sūt, & nullius valoris, nec vnus peribit: à fortiori vero non peribunt vita & mors vestra, quæ sunt magnæ res. Vult enim dicere. Tam atrox odium totus mundus concipit in vos, ob mei nominis professionem, proinde quicquid in vos fecerint, hoc in meam contumeliā factum accipiam. Quare non sit vobis cura de vindicta. Ego laudat, ego occidat in vobis. M cum erit & vobis cōsulere, & illorum vlcisci malitiam. Quantum vis autem defauerint in vos persequutionū humanarum procellæ, non est quod timeatis me protectore. Non enim permittam ut nec capillus capitis vestri pereat: tantum abest, ut vobis sim defuturus. Docet autem Christus hic quam nihil lateat illum eorum quæ circa nos vel sunt vel sunt: & cum sciat omnia non potest ignorare mundi erga nos malitiam, & quod illius nomine omnia suslineamus. At cum hoc sciat, qui committeret eos negligere, qui illum tanti faciunt ut etiam nō dubitent animas suas pro illo ponere. Sequitur. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Eximium animum possidendi non agros non domos non regna, sed quod maius est seipsum, virtute patientiæ. Nam impatientis seipsum perdit, & non est sui compos. Ideo Iob ait. Quid perdis animam tuam in furore tuo: Qui patiens est dominus est tui ipsius: impatientis autem suæ subditur cholere, & passio-

Hebra. 12. 1. Cor. 12.

Philip. 1.

2. Cor. 12.

1. Cor. 15.

Hebr. 12.

1. Cor. 15.

Hebr. 12.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

nis, & odium, quod habet ex cæcitate ratione. Vnde Salomō. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore virtutum. Hoc dominū attēditur in eo quod patientia cohibet hominem interiorē ab illicito appetitu vindictæ: cohibet similiter exteriorē quia linguam cohibet à cōtumelia, & manū à violētia. Vnde sicut dicitur de garrulo quod non potest tenere linguam suam: sic patiens potest seipsum cohibere interius & exterius, ab his quæ pertinent ad vindictam. Et quantum ad hoc dicitur patiens animam suā possidere. In homine impatiens dominatur ira & furor: & cum possident. Hanc autem virtutē plusquam aliam cōmendat hic Christus Apostolis, cum loquebatur illis de persequutionibus, quas passuri erant & satis ad propositum accommodatē: quia ad sustinendum aduersam, multum necessaria est. Nec melius experiri potest homo, an sit vere humilis, charitativus, & mansuetus, quam per patientiam in aduersis. Ideoque in Ecclesiastico. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Vir patiens quantum perdat diuitias, delicias, & externa, non perdit seipsum: imò possidet: ut hic dicitur, animam suam. Sicut fulmen ut ait Plinius quicquid inuenit in terra ferit: prater lautum: sic magna calamitas omnia potest auferre & enettere, prater firmam virtutem. Est enim constans virtus pulchra laurus: semper virens: nullo igne e nubibus erumpente nullo impetu tormentorum, & trunharum exusta, aut labefacta. Ad hanc patientiam & animi firmitatē hortatur Paulus dicens. Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in omni opere domini semper. Arma est in tribulationibus patientiam, Vnde Paulus. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. David quoque ait Deo. Et præcixisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me. Decipiunt enim inimici nostri, qui per tribulationes credunt nos debellare: quando per patientiam nostrā qua nos præcingit Deus, vident se esse confusos & superatos. ¶ Obserua autem tres esse patientiæ gradus. Primus est iniurias dissimulare, quāvis vindicare possis. Sic Saul in principio sui regni, quando probus erat nolebat iniurias vindicare dissimulabat enim se audire. Secundus est non solum patientia iniurias pati præsentis: sed etiam habere paratam voluntatem ad omnia mala, quæ possunt cuen-

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

re: Hunc habuit Iob: siquidem non solum flagella à Deo infligatuli, sed etiam in animi preparatione alia multa ferēbat. De hoc patientiæ secundo gradu loquebatur Christus quando dixit. Qui te percusserit in vna maxillam, præbe ei alteram. Quod intelligitur de animi preparatione quam debet habere Christianus in patientia iniuriarum: quæ imminere solent. Tertius gradus Heroicus patientiæ est non solum patienter iniurias pati, sed etiam afficere beneficijs, & muneribus inimico, ut ad Deum conuerteretur: laudando, & honore prosequendo illum. Hanc habuit Ioseph in Aegypto, quando non solum fratribus qui vendiderunt eum pepercit voluntate recta, & pura: sed etiam multa, & magna bona dedit. Hunc etiam gradum volebat dominus suos discipulos habere, ducereque cupiebat eos ad hunc perfectionis statum. Denique ut concludam & procedamus ad alia, vnum hic aduertendum esse censeo, quod animas dixit Christus quod possiderent per patientiam, & non dixit manus nec linguam: quia bene stat quod manus, & lingua vltioni parcat, & quod in corde maneat appetitus vindictæ. Sed iam sequentiā videamus. Itaque postquam Christus prædixerat discipulis signa quæ ventura erant, & calamitates, ante destructionem Hierusalem, pariterque tribulationes, quas ipsi passuri erant: nunc narrat, & prædicat quæ essent tribulationes imminentes cum iam iam de solatio Hierosolymæ immineret, in quibus oportebat Iudæam relinquere, & fugere ad montes. Post prædicta ergo addidit dicens. *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quoniam appropinquauit desolatio eius.* Nullus melior modus exponendi vnum locum sacre scripturæ, quam adducere alium ex eadem scriptura. Et sic quando vnus euangelista aliū declarat, illa est habenda tanquam verissima expositio: falsa autem erit illa, quæ fuerit huic contraria. Matthæus & Marcus scribunt hæc eadem quæ Christus in hoc loco dixit suis discipulis. Matth. 24. Marc. 13. A postolis. Dicunt enim. Cum videritis abominationem, quam autem sit hæc abominatio stans in loco sancto templi, Lucas noster exponit dicens. Quod est exercitus circumdans Hierusalem. Pro huius vera & germana litteræ expositione ut scias quis exercitus sit iste, & quare abominatio vocetur aduerte quod dicit Christus: hic nō de suo aduētū ad iudicij loquatur, cōstat luce meridiana clarius: nec Christus

Iob 12.

Mat. 5.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

Gen. 42.

1. Reg. 1.

1. Cor. 4.

Luc. 6.

Mat. 5. Luc. 6.

Quia hic

hic loquitur metaphoricè, sed clarè, & aperte dicit hæc de obsidione Hierusalem: & cætera quæ statim dicit, vsque ad illud, erunt signa in sole & luna, loquitur de Hierusalem. Nam postquam euerfa & conculcata à gentibus fuerit Hierusalem ait quod captiui ducentur eius habitatores: & in die iudicij non ducentur aliqui captiui quia omnes morientur. Mattheus etiam, & Marcus postquam dicunt cum videritis abominationem, eadem verba dicunt quæ noster Lucas hic ait: quia eadem sunt quæ tractantur. Ex quo sequitur valde errare illos, qui in Mathæo illa abominationem interpretantur Antichristum esse, cum hic nihil de Antichristi aduentu agatur sed de vastatione Hierusalæ. Aliqui autè qui rectius Mathæi verba intelligunt qui eum interpretantur & bene de destructione Hierusalem, tamen per hanc abominationem (& male quidem) intelligunt Cæsaris statuam, quam aiunt quod Pilatus posuit in templo, cum Pilatus multo ante vastationem Hierusalem esset officio depositus. Alij autem Titum Romanorum duces intelligunt. Et miror quomodo tanta varietas orta sit, cum Lucas hic tam aperte quod Mathæus & Marcus dixerunt abominationem, vocet exercitum. Cur ergo huc quem vocat Lucas exercitum, vocant Mathæus & Marcus abominationem? Et quis exercitus est iste? Itaque pro intelligentia vera istorum aduerte quod Iudæi post Christi ascensionem sæpe rebellauerunt contra Romanos, propter tyrannides quas exercebant præfides Iudææ dari à Romanis. Et præcipuè duo scilicet Albinus, & Florus, qui tyrânide & crudelitate similes fuerunt Neroni, qui eos misit: quia communiter famuli & subditi solent suos imitari principes. Nolo torquere te candide lector in enarratione tot laborum & tribulationum, quas in tempore horum duorum præsidum misera Hierusalem passa est & sustinuit, & etiam occisionum, seditionum, incendiorum, bellorum, quæ omnia Christus prædixit, in superioribus, ciuitatem passuram ante vniuersalem eius destructionem. Lege si placuerit Iosephum. Inter multa mala accidit quod Eleazarus filius Ananiæ pontificis iuuenis audacissimus cum alijs seditiosis respuerunt hostias, quo pro salute imperatoris offerri solebant, contradicentibus alijs pontificibus & sacerdotibus. Nulla autem prece aut suasionem conpescuerunt eos, quin potius non ad sacrificia sed ab bellum ministri altaris accingebantur.

Videntes pontifices, & cæteri nobiles, seditionem, eorum auctoritate non posse compesci, ad Florum & Agrippam nuncios destinarunt orantes, vt cum exercitibus ciuitatem ascenderent, antequam seditio intollerabilis fieret. Florus qui inimicus pacis, & totius boni, qui vt maior fieret seditio noluit respondere. Agrippa autem misit duo milia equitum, qui venientes cum his, qui in ciuitate pacem optabant ascenderent superiorè ciuitatis partem, & ibi contra seditiosos, qui templum cum interiori parte ciuitatis tenebant pugnauerunt dies septem: à die scilicet, septimo mensis Augusti vsque ad quatuordecim eiusdem mensis, anno duodecimo imperij Neronis & facta est magna cædes ex utroque parte. Iudæa turbata est & in omni loco cædes operabatur. Eodè anno à Cestio duce Romano expugnata est: & quia infeliciter se habuit in omnibus Cestius contra Iudæam rebellantem: tunc iussu Neronis missus est Vespasianus, qui tunc in Græcia erat, & venit cum filio Tito. Conuerit se Vespasianus contra Galilæam, & Iudæam volens postremum esse bellum contra Hierusalem. Qui audita morte Neronis parùm à bello se cõtinuit, Mortuis etiam Galba, & Ottonè imperatoribus, cum audisset Vitellium imperare, indignatus & à suo exercitu imperator pronunciat, relicto filio suo Tito in Iudæa, ipse nauigauit in Italiam. Titus autè in festo Azymorum Hierosolymam iauasit: ad quam innumerabilis multitudo Iudæorum conueherat, quia eo tempore omne masculinum de genere Iudæorum tenebatur Hierosolymam ascendere. Cum tota gens velut in carcere in ciuitatem se inclusisset festiuitatis desiderio, Titus superueniens omnes obsidione cinxit. Et digne actum est, vt sicut in festo Azymorum quod dicitur Pascha Christum crucifixerunt: ita in eodem omnes collecti ad occisionem clauderentur. Sex fere mensibus obsessa est: incepit eam in fine mensis Martij in festo Azymorum, & finita est die octaua mensis Septembris. Et ideo si bene computaueris tempora, quæ regnauerunt Nero Galba, Otto, & Vitellius, inuenies quod quasi septem anni fuerunt à principio belli Iudæici vsque ad finem. Nam anno vndecimo Neronis incepit bellum & finitum est anno secundo Vespasiani. Itaque cum hic ait Lucas, cum videritis circum dari exercitu Hierusalem scitote quia appropinquat desolatio eius, licet verum sit de obsidione Titi, tamè intelligitur de obsidione facta

Le. Tof. 11. q. 98. super c. 24. Mat.

Ege. lib. 4

Ios. lib. 5. de bello Iud.

Aug. ad. He. solum vpi. 8c. Chry. homi. 49. in imper. Mat.

facta ab Agrippa, & à Romanis sub Cestio: Hanc obsidionem vocant Mathæus: & Marcus abominationem quæ fuit hominum impiorum in templo, & profanatio eius. Nam in templo sub Eleazaro multus sanguis fusus est, & multa spæ per loca sancta decurrebat: & accedentes ad sacrificium super ipsum altare occidebantur. Et vt Egeppus ait sacræ vestes quas non licebat nisi cum summo honore contingere, & ad sola mysteria sacra accipi, ad tergendam turpissima vlcera, & fluentem sanguinem sumebantur. Deteriora his narrat Iosephus de libidinibus, quæ intra sacra exercebantur. Propter quæ omnia dicit templum profanatum & abominabile effectum. Cum hæc sub Cestio agebantur erat signum credentibus, vt fugerent antequam Titus veniret cum suo potentissimo exercitu. Num Titus ita circumdedit eam, vt non esset exitus ad fugiendum. Ideo Christus nõ dixit est desolatio eius, sed appropinquat desolatio eius. Sub Cestio appropinquabat: & sub Tito facta est & finita. Hanc etiam explicationem amplectitur Augustinus & Chryostomus. Tunc ait dominus. Cum videritis abominationem in templo fieri ab Eleazaro, & d. d. i. i. s. & circumdari Hierusalem ab exercitu Romano duce Cestio. *Qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. & qui in medio eius discendant.* Vocantur hic montes terra montuola quæ extra habitabit Iudæam: quæ erat terra Regis Agrippæ ultra Iordanem ad Orientem, quæ est magis orientalis, quàm Hierusalem, & est terra montuola: nam terra Iudææ planior est. Et ibi tunc habitauerunt in ciuitate quæ dicitur Bellas sub dominio Regis Agrippæ: qui Iudæus quoque erat, & magnam partem Iudæorum in subditos quoque habebat. Ipse autem erat consideratus Romanus: & præstabat auxilia Vespasiano contra Iudæos: & ideo tota terra eius securamansit à tumultu & incommo d. s. belli. & c. i. s. i. Christiani tunc tati manerunt. Vocat quidem Deus multis modis liberare suos ab exercitu Romanorum, sed non sunt faciendâ miracula sine necessitate: & poterant isto modo liberari eam iam de signis omnibus hoste essent. Et etiam d. d. i. s. oraculo fuerunt admoniti. Et ideo appropinquante Romano exercitu omnes Christiani, qui in pronuncia erant recesserunt relicto in credulam Iudæam solâ in medio inimicorum suorum. *Experte Dei bonitatem, & clementiam.*

Cum enim parat iustis tétationem, statim parat quæ iuiter eos excipiant. Sic Iosephus filio Iacob cum fratres eius illam vendiderunt Imaclitis statim parauit Petifarem, qui cum diligeret: & totam domum illi traderet. Sic etiam Ionas cum in tribulationem, & tempestatem incidit statim parauit illi dominus cete grande, vt illum exciperet, & custodiret. Vnde David. Non vidi iustum derelictum, & c. Habent se iusti sicut corpora rotunda, quæ cum sint figura spherice in omni loco sedent, & positionem habent. Ita iustus quocumque se conferat omnia in bonum cedunt, & bene valet: quia Deum coram se fert qui ponit manum, vt sedem faciat illi. Vnde psalmista de iusto ait. Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suam. Quocumque se vertit Deus manum imponit, & sic statim inuenit auxilium. Sed tamen mali habent se ad modum lapidum quadratorum qui versus vnâ partem iacere possunt ex altera nõ: mali enim & impij bene in hoc loco se habent, renuntiant autem ad alium accedere. Hic sunt contenti, illic vero esse displicet illis. Iusto etiam ait propheta Esaias. Dicite iusto quoniam bene. Si iustus in exilium mittitur dicite quoniam bene: si in carcerem detrudunt, dicite quoniam bene: si arguatur, si persequitur, si egerit, si despicitur ab hominibus dicite quoniam bene: quia illi omnium in bonum cedunt, habentque Deum semper pergentem secum, & ad contentum incedit, & c. Ita hic cum Deo curamagnæ sit prouidentia suorum secundum eius bonitatem & misericordiam cum vult, super re de infidelibus, & peccatoribus: & c. statim supplicia: vt tu intelligas quam fidelis amicus Deus est & quanta est illi cura suorum. Serui Deo, & ipse tibi consulat. Ideo Phalmista: iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Sed ad contextum. *Et qui in regionibus.* Hoc est habitantes in Iudæa, Galilæa, & Samatia. *Non inuent in eam.* Id est, in Hierusalem: vt in ea tanquam fortiore ab hostibus defendantur. Multi enim audientes famam bellorum videntesque iam Romanorum exercitum, fugerunt ad Hierusalem, putantes sibi saluari tanquam in atre munitionis, qui ibidem perierunt. Ideo Christus admonet suos vt fugiant à regionibus Iudææ, & non intrent in Hierusalem. Quare domine fugient ab his locis: *Qua dies ultionis hi sunt.* Dies sunt in quibus Deus decreuit punire

Gen. 37.

Ione. 1. Pal. 36.

Psal. 36.

Esai. 1.

Psal. 46.

Hic.

Ios. lib. 2. an. sid. c. 4. de bello Iud.

Hierusalem ex sua iniustitia propter peccata, & vindicare sanguinem Christi, ac discipulorum suorum in Hierusalem & in Iudæa iniuste effusum. Ideo vos Angeli de medio generationis præteritæ: Sic fugite præceperunt Loth ut exiret à Sodoma, ne periret in incendio. Moyses præcepit iustis dicens. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere que ad eos pertinent: ne inuoluamini in eorum peccatis. Saul Chico dixit. Recede ab Amalech, ne inuoluam te cum eo. Dies itaque ultionis Iudææ, & Hierusalem uenerunt & sunt istis: ergo recedite ab eis. Obserua quæ egerit & misere dilectissimum populum suum Israel dominus punit. Tantæ enim fuit eius calamitas, & miseria, ut ipse Iesus qui accersimus hostis erat Iudeorum, sicut & doluit ex copulatione, videns eorum calamitatem cruciatam & famem. Hoc volumus sperare omnes nunc qui sine pudore vitij, & peccatis habenas porrigunt. Meminerint esse tempus ultionis, & quod sicut ciuitati Hierusalem imminuit, imminet etiam nobis, ultionis, & vindictæ dies: meminerit enim fiat die illius quando nō manebit lapis super lapidē in domibus suis: quia corpe quod. fuit, tradet Deus veritibus, aut manū vero dum dicitur. Semper reuolue tecum diem, ac Deum ultionis esse: & quod subito tibi imminabit, & forsan eras. *Præmittitur enim qua scripta sunt. De vastatione iherusalem & de punitione Iudeorum per prophetas est prædicationis: quia de hac vltima: & finalis maxima Iudeorum destructione, & desolatione, ac destructione in filia, Danide, Ose, & in Hieremia, & propheta recepit in Danti lo, multa sunt uerba. Sicut in Iudæ. Cinitate & in quatuor dispersas populus. Iudæam ducere venarum, & finis eius patitur, & vsque ad mare phœnitiæ desolatione. Et in Plamo Fiat habitatio eorum in deserta: & in tabernaculis eorum non sicut in habitabunt. Iherusalem quoque dicitur. Reliqui domum meam, & dimisi hereditatem meam. *Verum prædicantibus & uicibus in illis diebus. Quis enim pregnantis sunt lactantes, & supentes habent pueros: quomodo fugient? Quia lactantes parum sunt ad fugam accincti, quod & prædicta sua pignora materis habent vitæ propria. Dominus autem: Non enim mater poterit obliuisci infantem suum ut non miseretur filij utemur pregnantis: ut scilicet suos non possunt uellit alia impeditura ab herede: & in illis omnibus, se fugere cōcre dicit. Postquam etiam rescribit ad ea quæ**

Gen. 9.

Gen. 6.1

Gen. 9.

Exod. 5.

Psal. 19.

Eccl. 18.

Psal. 7.

histotographi scribunt de incredibile illa fame qua quidam coacti fuere filios in cibos suos uertere. *Et erit pressura magna super terram & ira populo huic.* Tam magna erit tribulatio ut in Mattheo dicit Christus quod erit qualis nunquam fuit ab initio mundi usque ad illud tempus. Cuius occasione hæc litteram aliqui de Antichristo exponunt: expositio quorum iudicij est cum Lucas dicit hic statim quod capiti ducetur in omnes gentes: & Hierusalem calcabitur à gentibus. Manifestum ergo est, & uidetur quod de malis uenientibus Iudeis, & Hierusalem loquatur Christus in tempore euerisionis Hierusalem. Dixit itaque dominus magnitudinem pressuræ & tribulationis ut diligentius fugerent. Nunquam tamē in aliqua historia legimus tantam calamitatem passam Hierusalem, nec erit aliqua sicut illa. Iustum enim fuit ut pro maximo peccato maxima daretur poena, & grauissima. Nā iuxta menturam delicti erit & plagarum modus, & nihil in peccatum fuit adeo graue sicut occisio Christi, discipulorum eius, & creditum. Ideo decens fuit ut pro illo omnium maximo peccato, maxima daretur poena. De præcedentibus non dubium est quin fuerit maior sed tantum difficultas manet quærum ad figuratas tribulationes, inter quas erit tribulatio Antichristi. Nam illa uidetur quod sit maior omnibus tribulationibus. Sed absolute dicendum est quod tribulatio Iudeorum in euerisione Hierusalem fuit maior quam illa quæ erit sub Antichristo: quia Christus absolute dicit quod erit tribulatio magna qualis nunquam fuit ab initio mundi, nec fiet. Sic etiam dicit Mattheus & apertius Marcus. Nullum etiam motum est quare debeamus dicere tribulationem sub Antichristo maiorem esse, quam illam quam passa est Iudæa, & Hierusalem. Nam iuxta mala ait Iosephus (qui illa uidebat) accidit ut populo Iudeorum ut uix credebilia uiderentur. *Sed cadent in ore gladii, & capiti ducetur in omnes gentes.* Item *tem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Quatuor ex ordine prædicat Christus, primum quod Iudæi castrum sunt in ore gladii, hoc est ab hostibus interficiendi. Secundum fuit quod illi qui gladium effugerint captiui sint ducendi in omnes gentes. Multa enim milia Iudeorum à Romanis fuerunt occisa, multa milia fame præempta, multa quoque milia uendita, & ex eis fuerunt alij hinc, inde per omnia regna, & climata mundi dispersi.

Matth. 24.

Dn. 19.

Mat. 23.

dispersi. Præterea dispersio hæc Iudeorum, Deo ordinante, facta est ad confirmationem fidei Christianæ & maiorē memoriam nominis Christi, dum conuersi ex gentibus aduersarios suos inter se uideat uiuētēs, ex quorum libris probant quæ credunt, & in quorum tam longa, & graui captiuitate & desolatione, uident ad oculum esse impleta quæ de eorundem captiuitate & desolatione prædixerat propheta: atque incredulos intendo Iudeos memores sunt dominicæ passionis. Ideo Psal. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos ne quādo obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & deponere eos, & c. Tertio addit quod Hierusalem cōculcabitur à gentibus. Hoc est, hæc opulentissima, diuissima & pulcherrima urbs ad quam uenerunt gentes hæcenus confluētū, in eū uenit contemptum, ut pedibus gentium, & idololatrarum conculcetur. Quarto addit quod Iudeorum populus non sit sic perpetuo permāsurus in tantis miserijs, à facie scilicet Dei proiectus: sed quod restituentus sit suo tempore: quando Christus oues suas ex populo gentium acceperit. Hæc de re Paulus ad Romanos ait. Nolo uos, ignorare fratres mysterium hoc quia crecit ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est. Veniet ex Sion qui eripiet & auctoret impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum eū abstulero peccata eorum. Ideo Christus hic dicit, donec impleantur tempora nationum. Secundo etiam potest hoc intelligi quod Hierusalem & terra sancta à gentibus non conuersis, uel de Saracenis inhabitabitur quousque tempora nationum impleantur: hoc est quousque ueniat tempus debellationis seu expulsiōnis Saracenorum à terra sancta, & ipsa red datur cultui Christiano. Quia nunc Christus agit de suo uenientis & admirabilis aduentu & de fine huius seculi: nā discipuli de subuerisione Hierusalem, & de eius aduentu interrogauerunt. Hæcenus ad uiam questionem. Respondit ostendens signa destructionis Hierusalem. Nunc autem respondens ad illam de suo aduentu sicut præmisit terrores & bella ante urbis desolationem ut possent cauere mala electi, sic etiam ante suum aduentum multa præmittit signa. Ait ergo. *Erunt signa in sole, & luna, & stellis.* Ea est Dei bonitas, & benignitas, ut nunquam de nobis supplicium sumat quin prius moneat. Sed tamē

Psal. 58.

Rom. 11.

Psal. 59.

X

humana fragilitas & miseria cum maxima sit non præsentens homo monitus Dei prius ab eo percutitur quā ad nouam uitam accingat. Tōnitru præcedit fulmen: sed nos prius fulmē, quam tonitru uideamus. Prius enim Deus nobis tonitru mittit, ac si dicat, caue, ne te fulmen interimat: nos tamen ut negligentes prius à fulmine diuine iustitiæ ferimur, quā eius sentiamus exhortationes. Prius quam Deus mundum aquis diluuij destrueret, prædicauit Noe gentibus: ut ad Deum cōuerterentur, poenitentiam agentes. Hæc est diuina misericordia. Sed inspicite malitiam humanam. Nūquam uoluerunt adhibere finē Noe, adeo, ut ingrūctē diluuij inuenti sunt gaudentes, comedentes, & bibentes, multaque vitij irreuerenti. Loth Sodomitibus excidium illarum ciuitatum nunciavit. Ecce Dei misericordiam. Sed ipsis uidebatur quasi ludens loqui. Antequam Deus de Pharaone supplicium suppliciet per Mosem iussit. Hortatur prius Deus peccatorem ut conuertatur, ex quo dilucide persicitur in supplicijs Deum potius emenda peccatoris consulere quam poenē. Verum si in alijs supplicijs gratus quam Deus puniret, misit prædicatores qui peccatores docerent: credisti quod cum Deus ueniret ad iudicandum peccatores in ultimo die, nō erunt iam præmoniti? Certe iam erunt. Mitter enim Deus prædicatores de caelo, & de terra. Sol, luna, stellæ, mare, pisces, & cetera animalia aduentum iudicis annunciabunt: ut homines uiam domino parent, & recipiant eum: ideo præmittit multa signa. Cæterum multis obstinatis peccatoribus hæc signa partim proderant, & sic sicut diebus Noe, in vitijjs suis comprehenduntur. Hanc diuinam misericordiam simul & nostram negligentiam optime significauit regius uates, cū dixit. Dediti mentibus significationem: ut fugiant à facie arcus. Venator non minatur leporem sed potius expectat donec quieteat ut sagittam projiciat: & tandem transfigat. At Deus qui non uult mortem peccatoris nisi ut conuertatur, & uiuat, non sic facit: tenens enim arcum manu ad percutionem, clamat, ut caueamus: & intentat, ut fugiamus. In die iudicij preciet sagittas huiusmodi arcu contra peccatores, & in eo parabit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Modo arcus pacis in manu Dei est corda eius ad nos uerfa in signum foederis: at uero in die iudicij contra nos uertetur. Sed prius dabit significationem ut fugiant

Gen. 6.1

Gen. 9.

Exod. 5.

Psal. 19.

Eccl. 18.

Psal. 7.

giant à facie arcus, & liberentur: significatio-  
nem autem dabit in signis, quæ erunt in sole,  
luna, & stellis, &c. Cum videritis solem, lunam  
& stellas luce carere: intelligite regem appropinquare.  
Sæpe ac sapius dicere au ditis in locis  
vbi rex, & curia habitant, regem cum sua  
curia ad alium locum proficisci velle: non vultis  
fidem adhibere quia dicitis esse rumores adu-  
eritios. Cæterum si domum alicuius nobilis  
ingrediamini, æconomi ve aut maioris cubicularij  
regis, & videritis iam omnia aulæa tollere, & in  
custodiam ponere, compertum vobis est regem  
proficisci. Dicitur iudiciū appropinquare, Christum  
venire, & curiam bonorum mutari nullus vult  
credere: tunc autem quando sol obscuratus fuerit,  
aulæaque claritatis lunæ, & stellarum sublata,  
scitote quoniam rex gloriæ Christus cum sua curia  
proficiscitur, & venit. Hoc certissimum signum  
habere. ¶ Sed domine quod patrarunt malum  
sol, & luna, quod ita punias, & luce eos prius:  
Dico quod quanuis isti Planeta non peccauerint,  
tamen punientur quia peccatoribus seruiertunt.  
Vide tu peccator, ac considera quanto odio Deus  
prosequatur peccatum: nam non solum peccatorem  
punit, sed etiam omnia quæ peccato seruiertunt  
licet inanimata, & insensibilia sint. Peccatum enim  
dānat, & etiam instrumentum peccati. Vnde in Deu-  
teronomio præcipit dominus Mosi vt quando  
expugnarent filij Israhel aliquam ciuitatē inimicorum  
destruerent ligna, arbores, & syluas: & etiam  
insit dominus, vt qui cum iumentis peccauerit  
moriatur ipse, & iumentū, quod quidem non  
peccauit sicut nec arbores: sed quia instrumentum  
fuit peccati, destrueret voluit Deus. Sic Sauli regi  
præcepit dominus vt destrueret boues, oues &  
omnia quæ erāt Amalech: quæ quidem non  
peccauerūt sicut nec muri Hierico, & lapides  
ciuitatis quos Ioseph destruxit. Quapropter  
Deus serpentē qui Euam decepit puniuit dicens,  
Super peccatum tuū gradieris. Quiquidē  
serpens culpa nō habebat, quia diabolus loquebatur  
in illo: sed quia instrumentum fuit peccati, &  
peccato seruiuit punitus fuit, & super peccatum  
suum graditur. Vide tu peccator, quod luna  
quæ te nocte illuminat quando ad peccandum  
furādū, aut adulterandum, te confers: & Sol,  
qui te calescit quando inique agis, luce priuantur,  
quia non insisteret contra te cum Deum  
creatorum tuum, & etiam eorum offenderas,  
eoque terra etiam comburetur quæ noluit te con-

sumere quando te peccantem sustentabat.  
Hæc omnia facit Deus intuoium peccatorū  
destitutionem, & vt metum peccatori incutiat,  
videatque quid Deus faciet de illo, &  
quomodo supplicium sumet, cum ipse autor  
peccati sit: quādo quidem se insensibiles creaturas  
punit, quia peccato seruiertunt. In libro  
Iudith legitur quod cum Holofernes vastasset,  
& subiugasset terram Madiam descendit in  
campos Damasci in diebus mæsis, & succedit  
omnia fara omnesque arbores & vineas fecit  
incendi. Et cecidit timor illius super omnes  
habitantes terram. Similimodo vt incidat  
timor super peccatores, sicut Holofernes  
arbores: ita Deus succendet terram solem,  
lunam, & stellas obscurabit, vt videns hæc  
peccator timeat, tremat, & poenitentiam agat.  
¶ Itaque primo vult Deus obscurari solem, &  
lunam in destitutionem peccati: vt destruat,  
& dānet quæ seruiunt peccato. Secundo vt  
timorem incutiat peccatoribus vt impij  
compuncti videntes tot signa ad poenitentiam  
veniant: & pij siquid dignum poenæ fecerunt,  
desceant eratum. Nam si coelum iram descendit  
iudicis ferre nequit, sed obrebratur: quid  
tunc peccator ferre poterit? Filij Israhel  
pauore ducti videntes tonitrua & fulgura  
dixerunt mosi. Loquere tu nobis, ne loquatur  
nobis Deus. Quid ergo dicit, aut faciet,  
peccator cum tot signa viderit: Hæc enim  
signa ad monebunt omnes, vt de peccatis suis  
teratur, & poeniteant: ne æternaliter  
damnentur. Maximaque incurrit formidīne  
quibuscunque etiam au dacissimis viris cum  
hæc contigerint signa. Si ergo timent  
homines insolitā solis obscuritatem si  
timent non consuetas tenebras, sicut  
Aegyptij de quibus dicitur in Exodo,  
quod factæ sunt tenebræ horribiles in  
vniuersa terra, & tribus diebus nemo  
vidit fratrem suum, nec mouit se de loco  
in quo erat: si timent terram motum,  
ventorum vehementiam, fortunam  
maris, nocturnos strepitum, ac serpentum,  
& draconum sibilos, leonumque rugitus:  
quanto magis timebunt illa horribilia  
signa? Nam sicut in die passionis quando  
Christus filius naturalis Dei passus est  
propter hominum peccata sol obscuratus est,  
& factæ sunt tenebræ per vniuersam terram:  
sic quando fiet iustitia filij Dei adoptiui  
qui homo est, erunt ista signa, vt timore  
incausis poenitentiam agat, vt Centurio  
egit, & multi eorum qui aderant  
passioni Christi videntes huiusmodi  
signa, & terram motus. ¶ Tertio hæc  
signa

Iudith.

Exo. 19.

Exo. 10.

Math. 27.

Gen. 7. 19.

Isai.

Isai. 43.

gna eueniet vt videas iuxta id quod ait Esaias  
quā alienū est à Deo punire: nam propriū  
illi est misereri semper, & parcere. Nam si  
tatis tenebris mundus regitur, vbi iudex venit  
iratus: nō id opus est iudicis, nō est opus suū  
irasci, condemnare, & punire: alienum opus  
eius & peregrinum est. Alioqui si iudex  
& gaudes venisset ad poenam, videret orbis,  
plenaque cuncta gaudio essent: nam in tristitia  
quam creatura ostendunt conuincitur, Deo  
propriū non esse sumere supplicium de  
homine nec in tali opere lætari. Sunt iudices  
adeo pij qui etiam contra aliquē crucis sententiā  
proferant, prius lacrymantur, & flent. Sic  
Deus quando destruxit mundum tempore  
Noe, prius plorauit. Tactus dolore intrinsecus,  
delebo (inquit) hominem, quem formauit.  
Super Hierusalem etiam prius fleuit ante  
tequam eā destrueret. Quomodo modum  
pictor qui molestia affectus delet imaginē  
quā depinxit quia defectuosa. Ad eū autem hoc  
exercet Deus munus, vt priusquam executioni  
mandet desolat. Ideo per Esaiam ait. Heu  
conlabor de hostibus meis. Ergo Christiane  
vide Deum te cogere, tuis vitijs, & peccatis,  
vt te puniat: quod est contra eius naturā,  
& munus. Ideo ipse per Esaiam ait. Laborare  
me fecisti in peccatis tuis. Carnifex si natura  
sua benignus est fert iniquo animo manus de  
linquentium scindere, suspendere, & iugulare:  
& præcipud quando qui deliquit est amicus,  
aut conianguineus, & multo magis, si  
filius est. Sic se habet Deus nobiscum: qui  
plus nos diligit, quā pater suum filium, aut  
spōsus sponsam. Ne creaturam quam Deus  
maxime diligebat puniret, elegit potius mortem  
obire. Ergo si libens & gaudens veniret  
contra peccatores, non obscuraret solem, lunam  
& stellas: sed ex tristitia quā ista creatura  
ostendunt colligitur quod non gaudens venit  
vt puniat peccatores. ¶ Porro eclipari solem  
& lunam, pro eodem tempore impossibile est,  
eum eclipari solem per interpositionem  
lunæ inter terram & solem, & eclipari lunam  
per interpositionem terre inter solem & lunam.  
Item sol erit tunc in Oriente, & luna in Occidente.  
Vnde et si obscuratio illa sit in toto orbe,  
tamen eclipari nō potest esse vniuersalis.  
Circa huiusmodi obscuritatem solis, scilicet  
lunæ, & stellarum nolo tempus consumere  
in recensendis opinionibus multorum. Solum  
dico quod melius mihi videtur: videlicet quod  
obscuritas hæc confluet ex hoc quod Deus

cooperiet solem quadam nube caliginosa, ita  
vt orientur tenebrae in vniuerso, & Egypti  
tenebris obscuriores & nigriciores. Hoc videtur  
dicere Ezechiel. Minatur enim ibi Deus mundum  
narrans stragem: quā in die iudicij inferet,  
& dicit. Et operiam eū extincti fuerint  
coeli, & nigrescere faciam stellas eius. Et  
ponit modum. Solem nube tegam, & luna  
non dabit lumē suum. Potest secundo dici quod  
hoc fiet per radiorum subtractionem: nimirum  
per hoc quod Deus concursum generalem suscipiet,  
ne cum illis luminaribus ad lucendum  
concurrat. Et hoc modo sole nondum mittente  
radios, luna, & reliqua astra, quæ solo fulgore  
solis lucent obscurabuntur. Et ideo dicuntur  
stellæ cadere, quia à suo cessabunt lucem  
di officio: iuxta illud Isaias, qui de eadem die  
loquens ait. Sol, & luna obtenebrati sunt,  
& stellæ retraxerunt splendorem suum. Potest  
etiam dici quod stellæ quæ hic cadere dicuntur  
sunt comete, qui est vapor ascensus in  
vulsa materia, & adustibili, inflammatus ab igne  
sphaera superioris, qui durat quousque illa  
materia finiatur, & sic insipientibus videtur  
stellæ cadere quando illud fit. De istis autem  
Cometis, multa tunc erunt. Has Christus vocat  
stellas casuras, quia humano more loquitur  
nā multa dicuntur in sacris literis secundum  
hominum opinionem, & non iuxta id quod  
veritas continet. Planetae etiam, & stellæ  
vile quæ sunt insitiamtō omnes obscurabuntur,  
& non erit tunc qualiscunque obscuritas,  
vt in noctis erepulsulo aut in eclipsi: sed  
omni moda absque villo prorsus splendore,  
ac si nulla essent astra in caelo. Tu itaque  
quæties lumē solis lunæ aut stellarum  
videris recordare certo venturum tempus,  
in quo sub aduentu iudicis mirabilis  
in illis luminibus sit mutatio futura.  
Et dum adhuc illa pretiosus luminaria  
tibi lucent, sic vt illorum lumine, vt his  
deficientibus lætus expectare possis  
Christū iudicem iustum. Sed quia vltima  
tribulatio hæc multis tribulationibus  
præuenitur: non solum in caelo sed etiam  
in terra erunt signa, & in omnibus  
elementis. Ideo sequitur in textu. Et in  
terris pressura gentium, & confusio  
sonius maris. Ex pauore quem habebunt  
homines propter fragores horribiles &  
impetuosas commotiones, ac sonitus  
aquam maris, & aliorum fluminum,  
certū est enim quod extra omnem  
estimationem, & consuetudinē erunt  
procellosissima inundationes, sonitus,  
& fragores in mari, & aquis. Non mi-

Ezech. 31.

Math. 24.

Deut. 20.

Exo. 12.

1. R. 22. 15. Iosue. 6. Gen. 3.

rum



rū quod tāta cōmotio fiat in astris in terra & in mari: quia cum dominus perit tota familia turbatur: omnes enim domestici flent & tristes incedunt ac mortui sine vilo ordine. Sic omnes res fuerūt creatæ vt homini inferuēt ideo si homo mortē subibat, æquū, & iustum erat, vt omnes turbarentur, quandoquid m earū dñs peribat. *Avescentibus hominibus p̄ timore & expectatione qua superuenient vniuersi soorbi.* Primo quia deficiente solis lumine q̄ in hæc influit terrestria, viuentiū virtus deficit. Secūdo ob nim iā animi angustia, ac mōrorē malorū presentū. Tertio propter timorē futurorū, quæ presentis calamitas cōminabitur. Spiritus enim tristis exsiccat ossa. Erūt enim sensibus absorpti, pauoreq; & stupore attoniti, quōd arefcentium, nomine designatur. Obserua autem quōd hoc interest inter bonos & malos, quod boni sicut viride lignū, quod nō facile cūburitur, & inflātur: mali vero sicca sunt ligna, quæ ignis tribulatio in momēto deuorat. Quod autē boni ligno viridi assimilētur, saluator ipse testatur, qui conuersus ad scēmas p̄lātes in sua p̄sione dixit. Si in ligno viridi sit hoc quid erit in sicco id est, si in me qui iustus sum, & viride lignū, sic ardet ignis p̄sionis: in vos qui estis aridi quid fiet. Ardet in sanctis flāma, & nōnum quā grauis: ipsi tamen nō solū nō cōsumūtur ab igne, sed suā semper retinent viriditatem. Quapropter cū dies iudicij appropinquauerit, Deus inueniet impios aridos: & sicut paleæ sicca, vt ait Matthæus, igne inextinguibili comburentur. De bonis etiā egregius P̄saltes ait. Et erit tanquā lignū quod plantatū est secus decursus aquarū: quod fructū suū dabit in tēpore suo. Mali vero aridi, infructuosi, & sicci assimilātur ficulnæ quā maledixit De⁹, & siccata est. Sentētia ergo contra aridā, & infructuosā ficulnā dedit Deus dicens cultori vineæ. Succide illā. Præterea videbis in hęc ficulneas, & arbores, folijs carētes, & exterius deformes, quæ sicca apparēt à quibus nullus potest expectari fructus, igni idoneæ atque scissioni: at tamē etiā si sic oculis videātur intus propriā virtutē in radicibus absconditā habent, vt postea tēpore a stas folia, flores, & fructū eruere possint pulchraque appareant. E contra autē tempore verno appropinquante siccat herba, fitque pallida, & marcida. Ita & eodē modo in hyeme tristi, & obscura vitæ presentis, iusti qui se habent sicut arbores virides non ostendunt suā virtutē,

apparent quidē arbores sicca, quæ ab hominibus inutiles ad quācunque rem iudicantur, cum pauperes, & egentes sint, latet enim eos dicit P̄salmistæ. Omnis gloria filie regis abscondita est, sicut arboris vis hyemali tēpore. Quid iudicantes de Christo in cruce p̄dēte, nisi quod erat quædam arbor sicca. A duerte quōd postea in sua gloria resurrectione exiuit sicut in vere floribus exornatus, mirabiles fructus nobis donans. Similis erat ille, qui pro se & cæteris sibi cōiunctis dicebat. Tanquā purgamenta huius mundi factus sumus, omniū perisfema & c. Sic martyres, sancti, despecti, & stulti habebantur inutiles quæ. Diuites autē, atq; potētes mūdus maximis afficit honoribus, qui quidē sicut herba in presentia vitescunt, hos maximi facit, quia non vident nisi externa, & nō considerant iusti latentē virtutē. Cum autem dies iudicij venerit qui alterius sæculi ver est, vide quid dicit euangelū quod arefcent peccatores, & siccabuntur, iusti autē florebut sicut liliū in conspectu domini. Apparebit iusti, & sancti onusti fructibus bonorū operum, quibus dicit Deus. Iā hyēs transijt, imbera biijt, & recessit: flores apparuerunt in terra nōstra. ficus protulit grossos suos. Tunc consūmata lachrymarū hyeme, absterget Deus omnē lachrymā ab oculis eorū, (iusti enim hęc mem huius vitæ frigus, & labores effuderūt) Iā enim nō erit vltra clamor, nec dolor quia priora abierūt. Orietur Sol iustitiæ Christus, quem admodū sol oriatur pulchrior micans in veris primordio, canent angeli cælestia cantica, sicut auicula, lucinia scilicet, & alia similes huius generis. Tunc iusti, qui hic latebant apparebunt sicut arbores pulcherrimæ & lucentes. Sed quid fiet de arida herba: mittetur in ignē vt fornax inferni incendatur. Exhibent angeli, qui separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Dominus enim in Matthæo ait. Tunc dicā messiariis. Colligete zizaniā, & alligate eam fasciculis ad comburendū. Permittit Deus zizaniā crescere quando viridis est: quia sublineat hic Deus malos, & expectat, vt penitentiā agant. Quando autem venerit ver tempus que mētendi, quando iam aridi fuerint, & pallidi, præcipiet Deus messiariis scilicet, angelis aridam herbam secare in ignēque inferni projicere. In fasciculos inquit, quia cū mali, & impij simul in cōsortio incedant ad peccādum: hoc eodem modo simul in infernum projiciētur.

P̄sal. 44.

1. Cor. 4.

Ecclesi. 39.

Cant. 2.

Mala 4.

Matth. 13.

etur. Episcopus cum sobriis, & consanguineis: quos ex Christi patrimonio ditauit. Prætor cum suis exequutoribus qui prædabantur terram. Vsurarius cum vxore, filijs famulis, & seruis qui vltra ministrabant. Mercator & scriba simul cum suis ministris in fasciculos comburentur. Audi tu peccator maledictæ qui tuo ventri delicijs, & voluptatibus seruis. Audi Esaiam dicentem. Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Omnis gloria, & peccatorum vita assimilatur male herbæ: quæ hodie viridis est, & florēt, cras autem arescit. Licet tu modo floreas, & viridis sis: vide quid Esaias dixit. Exiccatur est scenum, & cecidit flos. Ad quid enim scenum aridum deseruit, nisi vt ex eo ignis incendatur? Hoc ergo est quōd debent expectare mali, qui sicut scenum viride florēt in hac vita: cum autem dies iudicij venerit arescent, iudexque accedens inuenit eos siccos, propter quod mittet statim in infernum. Hanc ergo siccitatem quam tunc mali, & miseri peccatores habebunt, qui videntes huiusmodi signa aduentus Domini arescent, significauit optime Euangelista, dicens. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione. Timor adeo magnus erit, quod quanuis iusti sint tuti propria conscientia, maxime timebunt, atque horrescent tot videntes signa, terræ motus, maximamque maiestatem iudicis, iram contrarij quos & peccatores. Et vt Euangelista magnitudinē terræ motuum, & terrorum magis in animos nostros induceret, inquit, quōd non solum homines, sed etiam Angeli contremiscent. Vnde sequitur. *Nam virtutes cælorum mouebuntur.* Hoc est Angelici spiritus. Vocantur tamen virtutes cælorum, & vt Marcus ait, virtutes quæ sunt in cælo: quia sunt substantiæ spirituales quæ non habent molem, sed virtutem: sicut dicimus Angelos esse intelligentias, vel substantias separatas: quia non sunt spiritus vniuersales, sicut anima, sed absoluti. Possunt etiam accipi istæ virtutes cælorum pro vno de nouem ordinibus Angelorum: & quilibet Angelus illius ordinis vocatur virtus, & illi Angeli vocantur virtutes. Mōstratur tamen operatione insolita: nam ante hoc operabantur, id quod ordinariū erat, & erat naturale, non miraculosum, quia nunc agunt operationes suas solitas, sed tunc mouebuntur ad faciendum operationes maiores & inconuetas: & sic oportebit solū ob-

curari, & luna, & cadere stellæ. Nam cum spiritibus specialiter his qui sunt de secunda hierarchia pertinet operari miracula quæ sunt super res sensibiles: ideo mouebuntur ad faciendum has operationes maiores, & inconuetas, obscurando solem. & c. Vel mouebuntur obstupescentes, & trementes videntes Dei iram aduersus peccatores. Confidete iam nunc tu qui in hac breuissima vita tuis desiderijs, & concupiscentijs seruis, qualis erit ille dies, vbi homines arescent, Angeli mouebuntur præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi? Quanta & quam terribilis sit illa dies, perpendi potest, primo in miserijs & laboribus, quos hic iusti patiuntur, & sustinent. Quia si iusti vt sunt Apostoli, Martyres, & amici Dei, tot afficiuntur calamitatibus paupertate, scilicet, fame, carcere: persequunturque, & accipiuntur miseris modis: quid malis est expectandum? Ecce inquit Hieremias quibus non erat iudiciū, vt biberent calicem, bibentes bibēt: & tu quis innocens relinqueris? Nō eris innocēs, sed bibens bibes. Putant impij flagella, ignes, & scorpiones, bonis paratos esse: cum secundū veritatem, non nisi malis, & peccatoribus: qui etsi in hoc seculo cum mali, & impij sint non patiantur, hoc habeant pro comperto enormia, & terribilia tormenta eos expectare, quæ ipsi credere debent siquidem Diuus Petrus, Andreas, & Laurentius, nec non Ioannes Baptista cum tanta essent sanctitate præditi, & perfectione vitæ, tot tantisque cruciatus sustinuerunt. Secundū aduertendum quam terribile iudicium erit illud, siquidem tam patienter, & benigne fegerit Deus cum peccatoribus in hac vita. Si quis furatur, plagis multis vapulat: si rogem proditiōe capitali punitur, & c. Deus ergo qui quotidie, singulis horis videt, & suffert blasphemias, furta, abominations, & maxima peccata nōne de his supplicium sumet? Qui maximi facit honorē pro prium, ita vt eum minimum dedecus, & cōtumelia maximè torquet: & ita affimat, qui eū adeo sit magnificus & liberalis, vt seipsum nobis donet, nihilominus dicit, gloriam meam alteri non dabo: si ergo sic se res habeat, quid facturū aut pœnas sumptorū de tot iniurijs, cōtumelijs, & alapis, quibus ab inijs peccatoribus profuquitur, putas? Sic Deus dedit, & contēptus vexat: vt quod prius Esaias dixit, fuit expostulate cū hominibus dicit. An dicit celi, auribus percipe terra, quoniam Dñs loqu-

Esa. 40.

Hier. 49.

Esa. 43.

Esa. 11.

Tom. 2. R r loqu.

loquutus est. Filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spreuerunt me. Maxima Deus iniuria afficitur propter contemptum: siquidem caelos, & terram vocat: Si ergo haec in praesenti statu non punit: procomperito habere potest thesaurizarc iram in die ira, & vindictae, simulque poenas daturum in illo die. Ex er maxima Dei patientia, & benignitate, hoc quia cum peccatoribus se gerit Deus cum sit adeo honoris proprii cupidus, & cum tanti faciat hinc ru collige quam magna erunt diei iudicij supplicia. A deo magna erunt, vt dicat sanctus Petrus de illo die loquens, quod iustus vix saluabitur. Quod David considerans dicebat Deo, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Nam quod ait cum seruo tuo. Quid David ais nonne iustus, & seruus Dei est: quare ergo non gaudetis Deo rationem reddendo? Quia sentiebat David Domini iudicium sic actum esse, quod vix iustus saluari poterat: timebat quoniam iustus, in iudicio Deo reddere rationem. Si ergo qui Deo seruit hoc refugium iudicium: quid faciet qui tantum carni, mundo, & voluptatibus in seruiuit: Si seruus Dei renuit intrare in iudicium: quomodo intrabit seruus daemonis? Sed quid est quod qui tantum bene egerunt timent humi modi rationem reddere? Quoniam etiam opera bona maximo rigore examinabuntur. Vnde Dominus. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Tempus omne Dei est: sed tamen in hac vita Deus illius nos constituit dominus, vt cum nostrum sit in eo mereri possimus. Postea tamen cum dies iudicij accesserit accipiet Deus tempus suum nobis commodatum, quando erimus extra omnem statum merendi, & respiciendi, tunc iustitias iudicabit. Non dicit furta, homicidia, adulteria, &c. sed iustitias: id est opera iusta, & bona: nam etiam bona quae gestimus examinabuntur apud Deum: quae in saecula recti iudicij Dei, vbi cognoscetur an propter inanem mundi gloriam fuerint facta, vel proprium amorem, propter Deum: quae obrem quam plurima opera quae nobis hic supererogationis, & heroica esse videntur, coram iudicio Dei parui momenti erunt. In mundi creatione non mirum quod examinaret Deus animalia, pisces, & alia, sed mirum valde est quod examinaret lucem. Vidit enim Deus lucem, quod esset bona. Sic etiam in fine mundi sicut in eius creatione examinabit Deus opera nostra lucida, & bona: tunc enim apparebunt tenebrae, quia non iusti

ficabitur in conspectu tuo omnis viuens. No quod Lutherani asserunt, iustum in omni opere suo peccare: sed opus nostrorum imperfectionem volo indicare, si ad examen diuini iudicij conferantur. Ideo Diuus Petrus dicebat, quod iustus vix saluabitur: si David qui seruus Dei erat adeo timebat in hoc intrare iudicium. Quid faciet ergo peccator plenus vitij? Si fratres Ioseph perterriti sunt valde, audientes dicentem, Ego sum Ioseph, eo quod memores erant iniquitatis praeteritae, de qua iam poenituerant, quid facient peccatores illi qui toties Deum vendiderunt, cum viderent Christum, non solum in regno Aegypti dominantem, sed super omnem mundum in tanta gloria, & maiestate, cum ipsi sint onusti tot vitij & peccatis, quorum nunquam poenitentiam egerunt? Si Hester corruit, & examinata est in conspectu Regis Assueri, Daniel viso Angelo tremuit: custodes sepulchri in Christi resurrectione sunt territi, factique velut mortui: & Iudaei in horto venientes armati vt Christum iam moriturum capere n audientes, ego sum, ceciderunt retrorsum: quid faciet peccator cum viderit Christum in nubibus cum potestatem magna, & maiestate venientem, vt puniat peccatores? Si tantum territi sunt filij Israel cum venerunt adire legem, vt diceret, ne loquatur nobis Deus ne forte moriamur: quis accedet tunc ad Christum, non legem dantem, sed eius transgressores punientem? Non ibi sonabit buccina, sicut cum dabatur lex, sed vchemens tuba. Si Hierusalem tunc vt dicit Propheta Sophonia scrutabitur lucernis ardentibus, cum sit ciuitas sancta: quid erit de Babylone? Nulla ibi proderit philosophia Aristotelis, eloquentia Ciceronis, rhetorica Quintilliani. Nulla ibi scientia, diuitiae, mundi fauor, potentia, aut hypocrisis: proderit, nisi solum bonae conscientiae. Non erit locus fugiendi: nam vbi que apprehenderit, & coram iudice ad iudicium traheris. Abscondit se Adam in arbore, cum ad iudicium vocabatur: sed tunc non inuenies lignum vbi abscondaris: sed ligna erunt non ad refugium, sed ad tormentum, quia illis combureris. Habent hic peccatores lignum Crucis ad quod se conferant, vt illud amplectentes virtute illius Christi sitique meritis saluentur: & misericordia consequantur. Sed in iudicio Crucis Christi, quae hic est refugium, apparebit in nubibus, non ad solatium, aut refugium, sed ad tormentum. Ligna sylvarum erunt ardentia, vt ibi non se

Psal. 142.

1. Pet. 4.

Gen. 45.

Hest. 14.

Dan. 9.

Matth. 23.

Ioan. 18.

Exod. 19.

Sophon. 1.

Gen. 3.

Matth. 24.

Num. 17.

Gen. 3.

Matth. 4.

Gen. 8.

Gen. 19.

Gen. 14.

Isai. 65.

Gen. 41.

Gen. 19.

Iob. 37.

se abscondat filius Adam, nisi vt cremetur: & lignum crucis erit tunc in celo ad terrorem. In Numeris enim habetur quod dixit Dominus Moysi, Refert vngam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellionis filiorum Israel. Sicut crux Christi summi faceret deus seruabitur in iudicio in testimonium rebellionis peccatorum. Nam sicut recta regula metitur obliqua lapidis ita crucis vira ga apparebit in iudicij die, vt illa tanquam regula mensuretur vita nostra, cruce ipsa Christi vira nra in orbibus applicata, recta sicut obliqua iudicetur. Obliqua illa opera, & mala dicentur, que huc regule consona, & proportionata non fuerint: contra autem, bona & sancta. Nec tunc Christus venit deambulans ad auras post meridiem sicut cum prouitit Adae, conferebat spatium atque tempus intra quod abscondi posset, aut (vt melius loquamur) agere poenitentiam posset. Sed tunc in iudicio illo non erit poenitentiae locus: quia non deambulans, sed cito veniet, & ideo in Euangelio eius ad poenitentem, fulguri comparatur. In diluio cum Deus destruxit mundum aquis, habuerunt illic refugium in arca: sed hic nullum erit refugium. Cum subuerit Dominus Sodomam & Gomoram non omnes perierunt, quia Loth in monte saluatus est: sed in iudicio dicent mali Montes cooperite nos. Quid ergo speratis quid statis? Cur non agitis poenitentiam? Venit tunc tempus quando non arare, nec metere poterunt: & quod ex praecedentibus annis non congregant, tunc esurient. Vnde Dominus per Prophetam. Serui mei comedent, & vos esurietis. Quanta est stultitia nostra qui scientes quod non erit tunc panis, sed sterilitas, volumus hic laborare. Non sic spreuit consilium Ioseph princeps Aegypti, quoniam nunc multi sunt generi Loth qui consilium salutare repnerunt. Non vacabit tunc tempus latendi, nec merendi. O quam angusta erunt viarum reproborum, superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos: a dextris peccata accusantia, a sinistris daemonia ad supplicium trahentia: inus conscientiae mordens, foris mundus ardens. Vide quam iure, & merito Christus dicit quod arescent homines praetimore, expectatione, & quod virtutes colorum mouebuntur: quado quidem Iob cum sanctus & iustus esset, & non oculis, sed tantum cogitatione cerneret hoc iudicium, tremebat, & timore percussus, dicebat. Semper enim quasi tremetates super me fluctus timui Deum, &

pondus eius ferre, non potui Iudicium enim erit quaedam inundatio qua totus mundus, & omnia bona eius subuerentur. Exat modo mundus, sordidus ac fetidus: sunt homines onusti officijs, & magistratibus: sed naufragium faciunt, cum proptijs mercibus. Consulte Beatum Gregorium in Moralibus super hoc quod ait Iob, pulchre differrentem. Propheta quoque, Amos, Reuelabitur inquit quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens. Sicuti quando inundat, magnaque diluuijs ingruit, rapit omnia quae cursu, obstare videntur, & secum fert. Vnde & Beatus Iob loquens cum Eliphath. Nunquid semiram seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui, qui sublati sunt, & flumini cecidit fundamentum eorum? Legere etiam sexru caput libri sextidecimi Gregorii in Moralibus super sanctum Iob: cuius doctrina, quae optima est breuitatis causa nunc optinuit. Diuus quoque Bernardus statim in inuio primi sermonis aduectus assimilamundi amatores nauigantibus, qui quidem ingruente tempestate nauique fracta & comminuta pro viribus tentant manibus capere herbam, seu tabulam cupientes in ea incoluere: sed euadere: et sic fonte autem tempestate nauis cum contentis naufragium facit. Sic se habent impij qui vt pauperiem fugiant diuitias amplectuntur, vt que famem deuiter cibos capiunt, &c. Sed in iudicij die omnia peribunt: quia flumini iustitiae diuinae subuertent omnia. Ideo Iob, quasi fluctus timebat Domini iustitiam iudicium eius, & pondus. Vide Gregorium. Quod ergo restat remedium, vt tot tantaque, fugiamus pericula. Quid faciemus, ne submergamur tot ingruentibus tempestatibus? Allevare nauem animae ab omni onere, & omnia abijcere, vt sunt diuitiae, deliciae, negotia secularia, honores, & his similia: & quod magis faciat nauem submergere, vt sunt peccata, iuxta illud. Iniquitates meae supergressae sunt super me. Sed de his scias quanta auctoritate & maiestate Dominus veniet suos iudicare post haec signa, & terrores qui praenient diei iudicij: vide quid Euangelista dicat. Tunc videbunt. Tunc, in hoc loco magna emphaum habet. Tunc, quando bona confictoria praestabit totius vniuersi regimini. Tunc quando latius erit fuisse pauperculi despectum & deiectum, quam maximum prelatum, diuitem, potentem in hoc mundo. Tunc, quando deliciae, voluptates, honores, humanae amicitiae, &

lib. 22. Mor. cap. 10. Amos 5.

Iob. 22.

lib. 10. Mo. cap. 13.

Psal. 37.

Rom. 2.

1. Pet. 4. Psal. 142.

Psal. 74.

Gen. 1.

penbunt. Tunc, quando amici, cognati, regu-  
 ltu diuiti, eorumque precipuim esse amici,  
 nihil proderunt. Tunc quando mundus lūe-  
 census & consilium matris fuerit. Tunc, quando  
 tu cum Deo solus sedebis ad rationē tui red-  
 dendam; examinandam que sufficiētiam su-  
 nali incensio. Et quando eueniet hoc, tūc? De  
 illa die nemo scit, nec filius eius, quarentis ho-  
 mo est ex natura sua, nisi ex uoluntate ad uerbum;  
 nec sciri potest ab aliquo mortali seclāsa. De  
 reuelatione. Verum possumus scire aliquem  
 cito finendum, & moturum: quando lassus  
 senex, & decrepitus est; quando diem ignōre-  
 nius mortis eius: nam vt Paulus ait quod an-  
 tiquatur; & senescit, p̄p̄d Interitum est. De  
 hac sexta & septima urate ait Apostolus. Nos  
 sumus, in quos fines seculorum deuenerunt:  
 Et Ioannes etiam. Filioli uolūtissima hora est;  
 Apostolus etiam Paulus, iterum ait. Tempus  
 enim breue est. Ergo iam mundus ad interitum  
 minatur. Signum etiam est aegroti iam iam  
 morituri, quando uideris lecti dolores, & uir-  
 gula manu tenens; & ad se vi trahere; Iā nūc  
 uidentur principes capite stragula, expoliare  
 & exuere ecclesias, & monasteria hospitalia,  
 que, quartam partem uel octigulum uendican-  
 tes sibi facientes Dei ecclesiam ignobilem tri-  
 butoque obnoxiā. Nec desunt Theologi qui  
 consulant Regibus, & laudent illorum avari-  
 tia. Sicut nec desuerunt Abbae lech serui, qui  
 laudarent pulchritudinē Sare. Semper enim  
 principes habent iuxta se qui laudent ea, qua  
 ipsi diligunt & asstant oculis acutis inspi-  
 cientes quid regi charius, quidque eum ma-  
 gis allicit, ut ipsi approbent, & commendēt;  
 quanuis re malum sit, & vituperabile. Itaq;  
 rapina principum, diuitum, & potentum, sig-  
 num euidentem mundum iam cito moritu-  
 rum. Aliud etiam signum morituri in proxi-  
 mum, est frigiditas corporis: tunc enim medi-  
 cus dicit, Actum est de eo. Sic Dauid quia se-  
 nuerat habebatque etatis plurimos dies. cum  
 que operiretur uelutibus non calefaciebat se:  
 & sic deficiente calore mortuus est. Sic quan-  
 do quis incipit mori frigesūt pedes, manus,  
 nāsus, & omnia membra. Quando nam mūdo  
 tā parā charitatis fuit sic nunc? Iam amor  
 non est, nec de uirtute agitur, nec ueritas p̄e-  
 ualeat: nec pietas seu misericordia erga proxi-  
 mos egentes & miserōs. Conciones fere nun-  
 quam audiuntur: res sacra breuis desidera-  
 tur: quoniam abundauit iniquitas, refrigescet  
 charitas multorum. Non est ueritas, non est

misericordia, non est scientia Dei in terra.  
 Maledictum mendacium; homicidium, & a-  
 dulterium inuidia erit, & sanguis sanguine  
 tetigit. Propter hoc iugebit terra; & omnes  
 in ea. Omnia hęc oculis nostris uidemus, qua  
 propter mundas iā insensator; & inextre-  
 mis laborat. Vnde Dominus. Cum uenerit fi-  
 lius hominis, putas quod inueniet fidem su-  
 per terram? Non sicut homines p̄misis, si-  
 dem non seruauit, debitu in pernegant: nō est  
 cui fidere possit homo: homines ferretū non  
 racent, omnia iā irrationes; & proditores  
 sūt. Principes & rectores populorum, nō re-  
 ctiores, sed oppressores eorum sunt: non do-  
 mini, sed tyranni; non legum obseruatores,  
 sed omnis iustitiae, & honestatis uolutores.  
 Vbi nūc iā in mercatoribus, & officialibus me-  
 chanicis ueritas? Nō est fidelitas nec inuenies  
 amicum. Omnes que uerunt que sua sūt, non  
 que Iesu Christi. Vbi que ueritate peritua, de-  
 ceptiones, mendacia, vbi que fraudes. Mun-  
 dus iam in maligno positus est; & iam ad im-  
 pletum certaminis illud Esaiā: Et relinquetur  
 sicut excussio oleae duarum uel uerū oliua-  
 rum, in summitate ramis, siue quatuor, aut  
 quinque. Quando uirgis cādunt & quantū  
 oliuam uidebis filijs expoliata ramisque ca-  
 rentem, hęc uirgines ibi alium cernes in arboris  
 summitate. Sic nūc ecclesia uidetur excus-  
 sa: & expoliata esset torulustribus uiris, & san-  
 ctis quibus florebat; elapsis temporibus: non  
 inuenies iam nisi vnum aut alterum in abdi-  
 tis: audies quendam uirum, latitum Tolci  
 habitare; alium Hispali, alium Patijs, alium  
 Barchinonā, alium Neapolice: cetera orbis ple-  
 na sunt perditorum hominum, & uitiolorū.  
 Qui ergo memoria, prætērita tenet; & uidet  
 Ecclesiam Dei sicut oliuam excussam, uiribus  
 sanctis egeatē: nonne dicit mundum con-  
 stitutum esse in ultimo agone: si necque sub-  
 relligitur finem hunc quotidie expectemus,  
 iudicisque aduentum qui ueniet nobiscum  
 rationem facere. Tunc enim fatius erit paupe-  
 rem mendicum fuisse, amare, propter pecca-  
 tā fleuisse, quam magnas diuitias habuisse, &  
 tempus uitae uanitatibus tribuisse. Tunc e-  
 nim de quolibet uerbo otioso, & cogitatio-  
 ne, rationem reddes. Quid erit tunc? Vide-  
 bunt filium hominis uenientem in nube cum  
 potestate magna & maiestate. Tunc hic maxi-  
 mē consideranda sūt. Primo quis sit qui  
 uenit. Secundo; ad quid uenit. Tertio,  
 quomodo uenit. De primo ait, quod uidebūt  
 filium

Luc. 17.

Phil. 2.  
1. Ioan. 2.  
Ej. 16.

Matth. 28.

Ioan. 5.

Act. 10.

Rom. 14.

Gene. 37.

1. Reg. 19.  
Irene. 1.

filium hominis uenientē. Christo enim homi-  
 ni tradita est Sanctissima Trinitate potestas  
 iudicandi uiuos & mortuos. Hoc est quod ip-  
 semet ait. Data est mihi omnis potestas in cō-  
 lo & in terra. Et iterum. Pater omne iudiciū  
 dedit filio. Et rursum. Et potestatem dedit ei  
 iudicari facere: quia filius hominis est. In Actis  
 quoque Petrus Apostolorum princeps ait de  
 Christo. Hic est qui constitutus est a Deo Iu-  
 dex uiuorū & mortuorum. Christus enim itā  
 illa forma secundum quā est Dominus humā-  
 ni generis, ad iudicandum ueniet. Obtinuit  
 enim in quantum homo iure redemptionis  
 dominium in totū humanū genus. Ideo Pau-  
 lus. In hoc Christo mortuus est, & resurrexit  
 ut uiuorum & mortuorum dōminetur. Nō  
 tamen erant dānati beati, licet Christum ui-  
 deant: quia quāuis ab omnibus sit uidentis,  
 & ostēdatur illa forma serui tam bonis quam  
 malis: forma tamē Dei solis bonis seruabitur.  
 Nam requiritur ad uidentem diuinam esse  
 tiam lumen gloriae, quod elucet uoluntate, ut  
 ad id fiat idoneus: & licet aliqui negēt illud lu-  
 mē gloriae exigentem fatentur cōcursum ali-  
 quem diuinum supra naturam, quod non da-  
 bitur damnatis. Videbunt damnati corporis  
 Christi gloriosi dotes, ut claritatem, & alias:  
 quia uidebunt Christi humanitatem quae ap-  
 parebit dotibus gloriofis. Cognoscēt autē il-  
 lum esse filium Dei per excellentiam clarita-  
 tis corporis, per maiestatem imperandi: p̄p̄-  
 titudinem in Angelis & sanctis obsequēdi,  
 per tam euidētia & perspicua signa, ut illis cō-  
 uicti negare non ualeant. Cognoscēt enim  
 per signa certissima effectusque manifestos,  
 quod Christus est Deus, ac omnipotens, & ui-  
 debunt humanitatem eius gloriosam: de qua  
 uisione non solū non delectabuntur, sed reci-  
 pient dolorem maximum & p̄nā, quia ocu-  
 lus infirmus offenditur uidentem lumen maxi-  
 mū. Item quia erūt obdurati in odiū Christi;  
 inimici autē tristatur uidentē gloriam illius  
 quem odit uel inuidit. Ideo uidebūt eū cum  
 maximo dolore atque pudore: quod uidebūt  
 quem oderant, ut inimicum in maxima gloria,  
 & honore exaltatum. Sic filij Iacob sunt ma-  
 ximo mōrore p̄ssi, uidentes Iosaph. maximo  
 honore & delicijs a patre Iacob affici: qui il-  
 lis erat exorsus nimis. Sic torquebatur Saul,  
 quia uidebat Dauidem quem ipse oderat lau-  
 dari & uenerari a populo. Sic Hieremias non  
 ram vexatus est uidentis Hierusalem euerfam,  
 & quasi uiduam, quam quod inimici eius fa-

ci sunt ei in capite. Malos uocat Paulus inimi-  
 cos Christi Iesu: Quorum finis interitus: uide-  
 bunt enim quē ipsi oderat honoratū maxime,  
 quod quidem eedet in nimīū dolorē. Sic mali-  
 crudiabuntur; & in eorum potestatem ueniet Chri-  
 stus cū tanta maiestate; ibi uidebunt illū tā ter-  
 ribilem uel obigerent potius quā inferrent eos ab-  
 forberet: quāuis illius uultum intueri, & sentē-  
 tiam ex p̄ctāre; Esaias enim dixit. Impius nō  
 uidebit gloriam. Dicit. Hoc dixit de uisione di-  
 uinitatis, quia de humanitate dicit in eodem  
 capite. Videat & confundatur; & ignis ho-  
 lies tuos deuoret. Contra autem apparebit  
 oleis uultu placabili, & iucundissimo: quia  
 beati uidebunt eum oculo mentali, diuinitate  
 eius in propria forma, etiam gloriam animae  
 ipsius, oculo corporeali gloriam & splendore  
 corporis eius, cum maximo gaudio & laetitia.  
 Ideo Esaias. Regē in decore suo uidebūt. No-  
 ta autem quod Christo datur iudiciū, ut ipse  
 iudicet, quia filius hominis quod in maiorem glo-  
 riam beatorum redundat: & in maius p̄tū di-  
 citur dānatorum, malorum que tormentū.  
 Sicut enim cum in carne passibili uenit, fuit  
 in ruinā & in resurrectionē multorū: sic erit  
 in secundo aduentu. Malis specialiter punien-  
 tur uidentes quod ille, cuius moribus ipsi cō-  
 tradixerunt, sit eorum iudex. Nonne erit ma-  
 xima confusio auari, quod erit eius iudex ho-  
 mo qui fuit pauperitatis & diuitiarum con-  
 temptor, ita ut diceret uulpes foueas habēt,  
 & uolucres caeli nidos, filius autem hominis  
 non habet ubi caput suum reclinet? Quid di-  
 cent superbi cum uiderint iudicem illum, qui  
 portans in humeris suis crucem crucifigi uo-  
 luit? Quid ambrosios, uidentes iudicem qui fu-  
 git cum uoluerunt eum facere regem? Quid  
 gulosi dicent coram felle & acceto potato?  
 Quid denique omnes mundi amatores, co-  
 ram mundi & deliciarum contemptore di-  
 cturi sunt? Maximum supplicium erit malis  
 Christum eorum iudicem esse: nam confusio  
 diuiti est pauperem iudicem ei constitui: su-  
 perbo, humilem dari, in pudico, continentē:  
 potētē, & magnati, pauperē Christum Iesum.  
 Si in curiā regis proficiscere ut uiciniū tuum  
 apud iudices conuenires de lite, & tibi in-  
 uenirentur obuiam quidā patrius homo de ea-  
 dem curiā ueniens, cumque de lite certiorē  
 faceres, & ipse responderet te omni carere  
 iure, quia ceteri in simili casu condemnari so-  
 lent: nonne domum tuam redires, uenit cum op-  
 posita parte conuenires: desisteresque ab in-

Phil. 3.

Ej. 26.

Ej. 33.  
Ioan. 9.

Luc. 2.

Luc. 9.

Ioan. 6.  
Matth. 27.

Matth. 27.

cepto: Certe sic. Auare ergo quo vadis? Ad iudicium vado. Ibis quidem velis nolis. Dic mihi quare res tua agit? Nummos atque diuitias multas congregare, siue per fas, aut nefas. O quam iniqua res agit? Similem item Chelidonium Dominus glorie iudex condemnauit, quando in praesepio natus est, fuitque pauper, mendicus in vita sua, & tandem post mortem sepultus est in alieno sepulchro. Idem dicere possumus de futuribus, gulosis, superbis, & de ceteris vitijs deditis. Damnanit Christus qui tuus erit iudex, auaritiam, luxuriam, gulam, iram, inuidiam, ceteraque vitia, peccata, sua vita, & exemplo reprehensionibusque & hoc toto triginta trium annorum discipulo suo in seculo vixit. Iste ergo tam vitijs oppositus datur, vt sit iudex vitijs deditis: in eorum dedecus, & ignominiam. Ibi non excusabitur ita cunctus, quod iniuriam condonare non potuit: quidem iudex quem alloquitur cum ab inimicis suis, quam plurimis obsessus, & circumdatus esset sustinebat, & orabat Patrem pro illis, etiam quando cruci affixerunt. Non dicit gulosis ieiunare non posse: qui continentissimus, & maximus ieiunator iudicabit eum, &c. & sic de alijs. Contra autem maximum erit solatium bonis & gaudium, iudicem Christum habere: potius quam aliam diuinam personam: tunc habebunt iudicem apud quem opus non erit maximo conatu & labore, vt persuasus fiat quantum sit opus, qui labor ignoscere inimico, ieiunare, perpeti famen, frigus, sitim, martyrium pati, pro eo flagellari & crucifigi: nam horum omnium iudex scientiam habet experimentalē: & sic maxima erit iustus gloria videre suū iudicem eosdem sustinuisse labores, quos ipsi: idcoque non erit iustitiam cōmendare opus. Dic mihi si licet intendere & iuris peritus qui tibi patrocinatur nouit que te iure agere, in tua causa iudex constitueretur: nonne maxima afficeris lætitia? Considera ergo quod iusti & pii in presenti vita, Christum habent patronum in caelo, iuxta illud quod ait Ioannes. A duocatum habemus apud Patrem Dominum Iesum Christum. Gaudium itaque speciale erit bonis & sanctis viris iudicem habere, qui & aduocatus est: nouit que cuiusque iustitiam, & iniuriam quam mundo persequente passi sunt. Dicce ergo a quo animo patilabores, & angustias: parique facere hominum iudicia. Nam quando quis damnatur à iudice ignato, sua parum refert, nec sententia

ab colata angit: sed ad alium peritum iudicē prouocat, qui superior est, & iuxta iustitiam gnarus, qui irruocabilem sententiam in propriū fauorem proferet. Sic se habent iusti in hoc seculo, contra quos mundus sententiā vt stultus, & ignorans fert, vilipendens eum, qui facile parit, iudicansque magnum esse dedecus iniuriam non vindicare, esse humilem, pauperem, & stultitiam maximam propria bona dimittere. Sic mali dixerunt de bonis. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij. Nos in sentari vitam illorum putabamus infamiam, & finem illorum sine honore. Hoc est iudiciū, & sententia iniusta quam mundus ignarus fert contra iustos: & sic in hoc statu, iustorum causa semper damnatur. Sed tamen non agrē ferant, quia via & aditus patet ad prouocandum, vt à iudice in premo Christo Iesu audiatur optime iuris perito, qui dicit hominum sententiam vanam fuisse, nullamque esse, aliam pro bonis proferens, malos condemnas, à quo nemo fugere, aut appellare poterit. Sic propheta Hieremias cum ab hominibus iniuste damnari videret ad Deum conuertitur dicens. Tu autē Domine Deus Sabaoth, qui iudicas iuste, probas tenes & cetera, videam vltimam tuam ex eis: tibi enim reuelauit causam meam, Domine Deus meus. Itaque in gratiam iustorum, & penam malorum Christus Deus & homo venit ad iudicium. Nam boni, & sancti latrabuntur maxime videntes aduocatum, iudicem super eos constitutum: mali vero confundentur cum viderint inimicum cum tanto honore exaltatum, vt iudicet qui in hoc seculo verbo & exemplo eorum facta damnauit. Secundo ad quid Christus sit vturus, notum est: nam veniet iudicare viuos & mortuos. Sed videtur maxime dignitati, & auctoritati Christi derogare cum homine intrare in iudiciū, videri in quā pusillanimitas, & deiectio. Si Rex cum suo obsonatore cōsideret, vt ab eo rationē sumeret, vir certe parui poderis, & momēti haberetur: qui itē si in penariū vel coquina intraret, vilioris estimaretur. Vir qui à formicis exigere vellet qua causa ducta grana in foramina, & specus cōdūxisset homo non est iudex iudicaturus? Plus nimis maiestati, & excellentie Dei derogat rationē ab homine exigere: quia respectu Dei homo minoris, quā formica respectu hominis sit. Itē quia cogit ita homo est sicut rex homines autem coram Deo sunt tāquam

aut Rex homines autem coram Deo sunt tāquam si non esset, inquit Etaias. Et David in Psalmo. Substantia mea quasi nihilum coram te. Coram homine aliquid siue multum valeret alius homo, & si alter sit G. et alter vero subieus: sed coram Deo omnes sunt, quasi non essent. Ideo Abraham loquitur ad Dominum meum, ego, sicut pulvis & cinis. Etaias quoque Omnis caro fenit, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et in Psalmo. Omnes sicut vestimentum, veterascent, autem idē ipse es, & cetera. Itaque siminus coram Deo siminus quam coram Rege penarius, & quam coram homine, formica: videtur indignum Deo cui homines in iudicio iurare. Hoc dicit Iob. Homo natus de muliere breui viuet, tempore repletur multis miserijs. Et dignū dicit super huiusmodi opus, aperire, & ducere eum rectum in iudiciū. Peccet ea quam exegit Domine rationem in mortis hora, optima fuit quidem & falli nullo modo potuit: quid ergo condeceat iudicium vniuersale facere, ad iterū exigendam? Deinde propheta tuus ait quod non punis bis in idipsum. Semel enim Deus peccatum puniit, & tunc maxima misericordia & benignitate, Misericordiam & iudicium, (ait David) Cantabo tibi Domine. Ergo si hominem in morte iudicas, ad quid iterum iudicium facis & iterum, damnas? Respondetur ad hoc, quod conuenit vt Deus faciat iudicium generale: expedit enim ex parte Dei, & ex parte nostra. Ex parte Dei quia iustus est, & iustitia est constans ac perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens: & si vnicuique tribuendum est secundum proprium meritum, secundum rationem naturalem. constat virtuti premium, vitio autem supplicium deberi. Hoc non facit Deus in hac vita si quidē multum boni & iusti ad maximam paupertatē deueniunt, infamitatem, persecutiones, & afflictiones patiuntur: malis autem multa secūda euenire ab omnibusque extolli videmus. Quam rem multi mirantur, vt David. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelans super iniquos pacē peccatorum videns, &c. Vide totum illum Psalmum: ubi David inquit, quod pene moti sunt pedes eius videntes prosperitatē malorum, & quod boni parui sunt, vt non sit respectus mortis eorum. Et tandem, huius causam non penetrans, inquit, in hac vita huiusmodi iudicium Dei nos latere, & quod in

die vltimo iudicij, in alia vita, cognoscetur. Ideo dixit. Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Abacuc etiam clamat, & vociferatur dicens. Quare respicis contemptores, & taces, cōculcare impiū iustiore se, &c. David. Vtique quo peccatores Domine, vsque quo peccatores gloriantur; Iob etiam de quaestione hac miratur, & multalij quos longum esset recensere: Plurimos etiam, & hunc turbat haec quaestio, videntes malorum, felicitatem, & bonorum contemptum. Vt ergo ad hos omnes respondere deat honoris que satisfaciatur Deus, operam pretium duxit iudicium generale, fieri, vt omnibus satis faciat, vt David inquit. Iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Est Deus a deo bonus, quod cum sit maximus & omnipotens, nos autem adeo minimi non dedignatur nobis rationem reddere, humiliari: suamque coram hominibus defendere causam, vt suam ostendat iustitiam, & quomodo que facit, rectē, & iustissime, facit. Hoc periculum est, quod in instanti quo animā corpus deserit datur ei: penna secundum suum meritum: sed quia hoc ceteros latet, cum iudicium occultum sit ex parte Dei conuenit iudicium aliud esse vniuersale, vt omnes iustitiae Dei certiores fiant. Vult Deus omnes homines intelligere quam iuste se gerit cum singulis in mortis hora; malo, scilicet, & bono. Ideo Etaias ait. Reuelabunt cœli iniquitates iudae, & terra aduersus eum insurget: & notum erit peccatum illius cum his qui dixerunt Deo recede a nobis. Secundo iudicij dies necessarius est ex parte nostra: quia virtus non solum primum, sed digna honoris est: & vitium non solum supplicium, sed etiam confusio; & dedecus meretur. Et sic oportet bonos non solum in morte premio donari, sed etiam in honore, & iustum est, vt coram omnibus honore afficiantur. Peccatores quoque publicē dedecore affici maxime conuenit: quia peccatum cum malum sit, obligat non solum ad penam, sed etiam ad confusioem, & pudorem. Ideo leges praecipunt vt latrones publicē puniantur, propter confusioem, & venerationem quam patiuntur: unde si in dexatratōnem secreto in carcere vapulare iuberet, non esset in officio, nec iustitiam faceret: quia abstulit aliquam partem poenae culpa debita, quae pudor est, quae maior homini inferri non potest. Hinc est quod homo pro-

Luca. 21.

1. Ioann. 2.

Sapient.

Hierem. 11.

Esa. 40. Psal. 38.

Gen. 19. Eja. 40.

Psal. 101.

Iob. 19.

Nam 2.

Psal. 100.

Psal. 72.

Abac. 2.

Psal. 101.

Psal. 50.

Esa. 65.

prij hanc zelotypus eligit potius maximam  
 peccatum pati, quam quodlibet publicum de-  
 decus ethi paruum sit. Ne ergo dimittat Deus  
 quæ ad rectam iustitiam pertinent opus est  
 palam crimen obijcere peccatoris. Quare dā  
 nati mallent esse in inferno & pati illas pœ-  
 nas, quam dedecus illud pati. Mundi iudices  
 tam seculares quam ecclesiastici suppliciu deli-  
 ctorum differunt in dies feriales quibus mul-  
 ti comparent. Ita Deus referauit multa deli-  
 cta, vt in illa die coram omnibus sumeret sup-  
 pliciu de illis. Vnde Paulus, Illuminabit abs-  
 condita tenebrarum, & manifestabit consilia  
 tordium, Et Dominus per Prophetam Naū  
 minatur dicens: Reuelabo pudenda tua in fa-  
 cietua, & ostendam in gentibus nuditatem  
 tuam, & regnis ignominiam tuam. Nam si mul-  
 lier honesta, & verecunda nudaretur coram  
 omnī regno, more retur pœ verecūdia. Quid  
 ergo faciet tūc peccator cum coram toto mū-  
 do legerit eius vita, turpitudines, & abomi-  
 nables cogitationes? Hunc obsecro oculos  
 tuos attolle, cōsidera maximē futuram tuam  
 confusionem & ignominiam, quanto maior  
 erit tunc delictorum tuorū cognitio: & quan-  
 to plures & dignitates maiores erunt ij corā  
 quibus in iudicio pudenda reuelabūt. Tūc  
 enim non tantum opera, sed etiam cogitata  
 coram Deo apparebunt, Angelis, & homini-  
 bus. Inuocabit etiam contra te cœlum & ter-  
 ram: iuxta illud Deuteronomij. Inuocabo cœ-  
 trā vos cœlum & terram. Testimonium da-  
 bunt coram te Angeli, & demones, vt exem-  
 plo sanctorum confundaris: quia poterat fa-  
 cere quod ipsi fecerunt, sed potentior erit læ-  
 sis cōsciētia propria, quæ arguet te sicut Pau-  
 lus dicit. Testimonium illis reddente conscie-  
 tia eorum. Et hæc sola satis erit ad illum cō-  
 uincendum. ¶ Sed hic vnum dubitandum est  
 an peccata iustorum apparebunt in cœlo: Ad  
 quod respondeo quod sic, sed non ceder in eō-  
 rum pœnam & confusionem: sed honorem  
 ac gloriam. Eueniet illis quod solet euenire  
 his, quorum tunica manica in clauo fixo ca-  
 pitur & comprehenditur, ex quo eius ruptio  
 seu scissura sequitur: cui postea ne videatur  
 limbis cooperiens additur, & dicitur: quō  
 factō adeo pulchra ruptura manet, vt dara  
 opera scissa videatur propter decorem. Sic  
 scissuræ peccatorum poenitentia pro illis fa-  
 cta exornate, non solum non male appare-  
 bunt: sed maxime lucidæ. Mali vero rupri  
 apparebunt, & abominabiles quorum omnia

peccata publica erunt ad eorum confusionē,  
 dolorem, & pœnam. Sed his omnibus multo  
 maius & horribilius est cum se viderint pec-  
 catores velat hædos, a sinistris iudicis statui:  
 iustos autem ad dexteram collocatos, & ad  
 regnum vocari, se aurem demonibus tradi  
 rot quem dōs. Quanta tunc erit angustia: quan-  
 tus gemitus? Quantus planctus? Maiora qui-  
 dem & plura hæc omnia erunt quam lin-  
 gua explicare: aut intellectus capere sufficiat.  
 Videntes enim turbabuntur timore horribi-  
 li dicentes intra se poenitentiam agentes, &  
 præangustia spiritus gementes. Hoc dedecus  
 pudor, & confusio, quæ omnia ibi mali pati-  
 tur, erit eis cruciatu maximus: sicut honor &  
 gloria bonis quod eorum corpora gloriosa &  
 lucida exeant, sicut sol, triumphantes de ma-  
 lis. Ceterum in vniuersis que morte corpus  
 inuicem luit pœnas: obid que necessum est vt  
 impij resurgentes corpore simul & anima dā-  
 nentur, iusti autem vtraque stolla glorie de-  
 corentur, vt integra, & omnibus partibus ab-  
 soluta sit summa Dei nostri iustitia. Ideoque  
 ex parte Dei conuenit, vt faciat iudiciū ge-  
 nerale, vt iustificet suam causam: & ostendat  
 quam bonus sit. Secundo etiam expedit vt iu-  
 diciū fiat ex parte vestrā, ad consumma-  
 tionem tam bonorum quam malorum.  
 ¶ Tertio, & principaliter agendum modo est,  
 quomodo filius hominis Christus iudex viu-  
 rum & mortuorū venturus sit. De hoc enim  
 ait nunc Euangelista quod veniet cum pos-  
 tate magna & maiestate. Sic Angeli cum a-  
 cendit Christus in cœlum; & nubes suscept-  
 ab oculis Apostolorum, dixerunt. Viri Gali-  
 læi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Ie-  
 sus, qui assumptus est à vobis in cœlum sic ve-  
 niet quem admodum vidistis eum euntem in  
 cœlum. Veniet enim super nubem candidā,  
 tota Angelorum curia comitatus, toto San-  
 ctorum agmine stipatus. Veniet cum luce im-  
 mensa, & cum incredibili clangore tubarū:  
 vt videant impij quem contempserunt. Ideo  
 Ioannes in Apocalypsi. Ecce veniet in nubi-  
 bus cœli, & videbit eum omnis oculus, &  
 quidem pupugerunt. Porro hæc nubes non  
 erit naturalis, nam in momento resurrectio-  
 nis motus cœli cessabunt: vnde vapores elua-  
 ri non poterunt. Quare supernaturalis erit,  
 & credimus condensari virtute diuina & su-  
 pernaturali, vt virtus diuina filij Dei euiden-  
 tius appareat: & maiori sit spectantibus admi-  
 rationi. Sic etiam illa nubes, quæ in transfigu-  
 ratione

Matth. 17.

4<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>

Act. 16.

Apoc. 17.

Matth. 17.

1<sup>o</sup> 4<sup>o</sup>

Luce. 11.

ratione obumbrabit eos, & quæ Christū su-  
 scipit in transfiguratione, supernaturalis erat:  
 siue ex nimio splendore corporis Christi fue-  
 rit genita, siue ministerio Angelorum. Veniet  
 autem cum tanta maiestate, peccatoribus me-  
 tum incutendo. Vnde Esaias de hoc aduētu  
 loquens, ait. Dominus sicut fortis egredietur,  
 sicut vir preliator suscitabit zelum: vocifera-  
 bitur & clamabit, super inimicos suos confor-  
 tabitur. Tacui, semper filius, patiens fui: sicut  
 parturiens loquar. Aduerte ad hanc Esaiæ au-  
 thoritatem, quia illā per singulas partes expo-  
 nere statui: quia optime hoc iudiciū & ad-  
 uentum filij Dei declarat. Primo ait quod Do-  
 minus vt iam diximus zelans suum honorem  
 veniet ad iudiciū: quia peccatores quantū  
 in se erat susceperunt suis culpis & nequitijs.  
 Veniet enim suscitans zelum. quasi vir prelia-  
 tor. Quando rex regni ciuitatem ingreditur  
 veste togaliā indutus, vt uxorem ducat vel ad  
 festa celebranda, ipse cum suis equibus pur-  
 puratis latus ambulat ac festatus: incolis paci-  
 ficē loquitur omnes que saluat: si autem vo-  
 lens armā & bellum gerere veniat ad urbem  
 deuiandam & dirumpendam, quia contra  
 ipsum insurrexit, incedit armatis stipatus:  
 quia eo animo commotus est vt veniret, sup-  
 plicium sumpturus de subditis pro delictis.  
 Sic cum Christus Rex gloriæ veniet in mun-  
 dū in suo primo aduentu in die Natiuitatis  
 eius: quia pacificus humilis, & mansuetus ve-  
 niebat, illius equites iidem & famuli læti in-  
 grediebantur ac pacifici, canentes, Gloria in  
 excelsis Deo, & in terra pax hominibus & in  
 colas salutauerunt bona & gratā nunciantes  
 pastoribus, in quibus clementiam ac benigni-  
 tatem, quia Christus Dominus intrabat osten-  
 derūt. Sed in secūdo aduētu dicit hic Esaias,  
 quod veniet quasi vir preliator armatus, in  
 potestate magna & maiestate, vt peccatores  
 duri pœnas iuant. Sic coram ipso equites ar-  
 mati præcedent, peccatores minantes: & ita  
 in habitu & vultu quem præ se sol, luna, stel-  
 læ, cœlū, terra, mare, & elementa ferent, osten-  
 detur quod veniet sicut fortis, & quasi vir præ-  
 liator. At vltra propheta. Tacui, filius, patiens  
 fui: sed quasi parturiens loquar. Nimiū Deus  
 modo tacet & suffert, cum peccatoribus que  
 sima at. Quot peccata, adulteria, homicidia,  
 & abominationes, permittit modo Deus?  
 Maximē miror quod mundus non subuer-  
 tur, cœlum ruat, nec aperiat terra, totque  
 iniquos deglutiat peccatores. Sed exitimatjs

vos quod quia modo tacet, tacebit semper?  
 Ecce ait, quasi parturiens loquar. Quando  
 pharisei mulierem adulteram cōspectu Chri-  
 sti obiecerunt, tacebat: sed videte quod scri-  
 bebat. Tu peccator aduerte quod, quanuis ta-  
 cer Deus, scribit nihilominus. Dissimulat, sed  
 vitam & processum cumulat: deo etiam nō lo-  
 quitur, ne dormire existimes: propter quod  
 cum ad culmen perueneris, peccatorum ex-  
 onerabit iram super te, simulque omnes pœ-  
 nas lues. Quando filij Israel profecti sunt  
 ex Ægypto per desertum in terram promissio-  
 nis, exiit obuiam Amalech animo micā  
 di contra Dei populum: post quadringentos  
 autem annos dixit Sauli Deus per Prophetā  
 Samuelem. Recensui quæcunque fecit Ama-  
 lech, Israeli, quomodo restitit ei in via quan-  
 do ascendebat de Ægypto. Nunc ergo vade  
 & percutite Amalech & demolite vniuersa ei-  
 us. Bene existimabant Amalechite Deū iam  
 esse oblitum peccatorum suorum, & eo quod  
 tacebat, eos impunitos abituros: sed decepti  
 sunt: sicut tu quando existimas Deū non sum-  
 pturum suppliciu de tuis iniquitatibus, quia  
 tacet. Tacet, vt postea grauius puniat. Thela-  
 rizas enim in die iræ, vt Paulus ait. Sicut e-  
 nim venit super eos ita Dei: ita super te ve-  
 nient: nisi à via tua mala destiteris. Qui tacet  
 & dissimulat, & qui patiens est, vide quid di-  
 cat, & horresce audiens. Ecce ego quasi par-  
 turians loquar. Clamabit Deus & vocifera-  
 bit, sicut parturiens mulier. Quando mulier  
 aliqua grauida sit, laborat aliquando leui do-  
 lore capitis, seu stomachi, cibosque fastidit:  
 hoc autem totum nihil est si comparatur cū  
 doloribus, quos in partu sustinet. Tunc enim  
 verē dolebit quando clamabit gemitibus ani-  
 mam ipsam attingentibus. Ita & eodem mo-  
 do si contemplari vis mundi supplicia, inue-  
 nies esse quosdam leues dolores, qui nihil esse  
 videntur, si ad diem iudicij comparentur. Nā  
 omnia præterita supplicia habent se, vt dolo-  
 res mulieris, quæ grauida esse incipit. Diei au-  
 tem iudicij dolores erunt sicut mulieris iam  
 partui propinqua, qui ad cœlum vsque perue-  
 nient, terramque ad fundum ite facient. Vi-  
 de punitiones quas in sacra scriptura legimus  
 Deum mundo intulisse: & reperies apicem es-  
 se respectu earum, quas in vltimo die infer-  
 ret. Angeli cum primum peccauerunt & cœlo  
 eieci sunt in infernum absque villo medio.  
 Adam & paradiso terrenalī. Hoc temporibus  
 destruxit Deus mundum diluuium aquis:  
 R r 5 Mific

Ioan. 8.

Exod. 16.

1<sup>o</sup> Reg. 15.

Rom. 2.

Gen. 3.

Gen. 7.  
Gen. 19.

Misit ignem de caelo super Sodomiam, Gomorram, Adoniam, Sabaim, & Losam. Interemittit primogenita Aegyptiorum. Punivit Pharaonem tot plagis: & postea in mari submersus perijt, sicut cum suo exercitu. Deleuit memoriam Amalech de superficie terrae. Interfecit Og regem Basan, & omnes principes Canaan: cum ceteris, qui terram promissionis obtinebant. Combussit Aaron filios: fecit blaspheum lapidibus obtui cooperavit septa Mariam sororem Moysi. Crepuit terra: & deglutiuit Dathan & Abiram cum omnibus suis domibus: igne succensit duobus quinquaginta viros: Moysen & Aaron vertit in terra promissionis: ingredierentur, & de sexcentis millibus virorum qui de terra Aegypti egredi sunt duodecim in terram promissionis digni habiti sunt intrare. Serpentes ignei generem eneant: Acham quia vestem Hierico furatus est iustus est lapidatus: Heli subitio obiit: Saul fuit reprobatus, & praescitus: David cum Dei amicus esset fuit punitus mirum in modum: Oza occisus quia arcam tetigit. Propheta quia contra Dei voluntatem comedit a leone fuit dilaceratus: centum octoginta quinq; millia Assyriorum quidam nocte Angelus Domini interfecit: duo & quadraginta occisi sunt pueri ab visis, quia Prophetam Eliseum iridebant, Giezi factus est leprosus propter simoniam: & Ozias etiam, quia vii voluit sacerdotali officio suum non esset. Dei populus ductus est in captivitatem viribus Nabuzardan: Goliath occisus per manum cuiusdam pastoris Holofernes iugulatus per mulierem: Antiochus tristis & doloribus plenus misere mortuus. Nicanor interfectus, & in frustra comminutus: Ananias & Saphira repentina morte poenam dederunt, & Herodes a ventibus fuit consumptus. Omnia ergo ista maxima quae audiisti supplicia adaequat minimum quod peccatores in die tremendo iudicii patientur non si supplicij inferni comparentur: quia huius vitae dolores, afflictiones, & flagella sunt delicia. In die iudicij vera flagella erunt & supplicia. Punietur hic peccatores, vt corrigantur misericorditer: sed in iudicio, vt crucientur sine remedio. Quod ostenditur in Hieremia, cui dixit Dominus. Quid vides Hieremia? Et respondit. Virgam vigilantem ego video. Et infra. Quid tu vides? Illam succensam ego video. Praesentis vitae correctio assimilatur virgae: sed futurae vitae supplicium assimilatur ollae. Vere enim, vt

virga est punitio vitae praesentis: quia percutit non ad occidendum, sed corrigendum. Vnde Salomon. Si percuteris eum virga non morietur. Vnde perclusio haec non est odij, sed amoris. Sic in Proverbijs habetur. Qui parat virgae, odit filium. Et in Ecclesiastico. Qui diligit filium, sicut duarum illi flagellat. Et in psalmo. Virga tua & baculus tuus ipsa in te confolata sunt. Ad hoc enim: in hoc mundo corripit: Deus vt emendet. Erat haec virga vigilans: quia excitat peccatorem a peccati somno, & iustum a torpore acidiae. Sic Angelus excitauit Petrum, per eum solatere eius. Ar in iudicio non sic punientur peccatores: quia illi qui non emendantur virga praesentis flagelli, cruciabuntur ardore aeterni incendij: ideo ait in secunda visione. Ollam succensam ego video. In olla carnes includuntur, & significat locum inferni, in quo includuntur danati propter peccata quae in carne viuere commiserunt: quapropter olla succensio significat gehennam incendium. Vnde Iob. De natibus eius procedit fumus sicut olla succensa atque feruentis. Et ideo quando Christus templum est ingressus vidit illos qui in eo emebant, vendebant; & domum Dei profanabant, inquit Evangelista quod fecit Christus quasi flagellum. Non inquit fecit flagellum, sed quasi flagellum: quia flagella quae Deus hominibus in hac vita infert, non vere flagella sunt, sed quasi flagella: non sunt supplicia, sed quasi supplicia: quia solum typum, figuram, & similitudinem supplicij habent. At tamen in iudicij die non faciet Christus quasi flagellum, sed flagellum: quia illius diei supplicia atque cruciatus, non quicunque erunt sed veri: quorum tantam similitudinem & umbram huius vitae flagella obtinebunt. Deus enim manifeste veniet, & ignis ante faciem eius exardescet, & in circuito eius tepestas valida. Tunc non silebit vt olim; loquetur enim tunc, & vociferabit quasi parturientis. Et quo in hoc seculo patientior fuit peccata dissimulans: eo tunc in iudicio lenior erit, & durior ad misericordiam. Quis tunc tam ferreus auditor, vt tonitruum magnitudinem possit audire? De hoc tonitruo dicitur in psalmo. A voce tonitruum tui formidabunt. Tantus erit iudicij alioquin mitissimi furor, tantusque seuerus vultus: vt sancti etiam illius aspectum formident. Sanctus erat Iob, & ait. Quis mihi det, vt in inferno protegas me; & abscondas me donec pertranseat furor tuus: & consti-

Proverbijs. 13.  
Prone. 13.  
Ecclesi. 30.  
Psal. 103.

Act. 12.

Joan. 2.

Psal. 49.

Psal. 103.

Iob. 27.

Iob. 31.

1. Corin. 4.

Malach. 3.

Heb. 10.

Psal. 117.

Math. 21.

Psal. 149.

Ier. 2.

Iob. 9.

tuas mihi tempus, in quo recorderis mei? Dico tibi Iob, nonne tu es qui dicis, non reprehendit me, & Nonne tu pater orbatos, solatiumque viduae praestas? Timeo quoniam dies ille futurus est terribilis sibi que iustitiae deputatus. Beatus Paulus, sanctus, & iustus erat, tamen in haec verba prorumpit. Nichil mihi conscius sum. Ratio est, quia qui me iudicat Dominus est: quem decipere non potero, etsi velim. Stat me non inuenire peccatum: si tamen aliquod fuerit, inueniet Deus. Indoctus pictor pictura quam ipse fecit contentus est: notissimus autem fama, educet quam plurimos defectus ex eadem pictura. Si ergo in illo die quia dies iustitiae est electi tremunt: quid peccatores facient? Vnde & Malachias. Et quis poterit cogitare die aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Horrendum enim erit (vt Paulus inquit) incidere in manus Dei viuicris. Incidere in manus Dei mortui, gaudium maximum est. Nam si Deum in cruce pendentem & mortuum vides, inuenies eius manus esse fixas, ita vt percutere non possis. Sed valde timendum est incidere in manus Dei viuicris. Omnes qui in hac vita punientur incidunt in manus Dei mortui. Castigas castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Supplicium huius vitae si ad supplicium diei iudicij comparetur & referatur habet se sicut tauro tentatio, aut probatio, qui in arenam ducendi sunt: quos duabus sustibus, & sudibus caedi tantum permittitur: quando tamen in arenam descenderunt non solum sustibus sed hastis, gladijs, percuti, & traieci integrum est, vsque ad crurium sectionem. Huius vitae supplicia sustes, & virgae quaedam sunt amoris plena: diei autem iudicij, lancearum ictus mortiferi erunt. Ligatis manibus & pedibus mittit eum in tenebris exteriores. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Nunc soluti pedibus sumus, vt ad Deum gradiamur, manibusque, vt bene operemur: in die vero iudicij, manus & pedes vincii erunt, vt in infernum in aeternum projiciamur. Ideo Iob propheta. Conturbentur omnes habitatores terrae: quia venit dies Domini dies tenebrarum & caliginis, &c. Lege caput secundum Iobis propheta. Miratur Iob hunc diem, & merito: quia si iudicem, & iudicij locum consideraerimus, iure mirabimur. Hoc dicebat Iob, quod scilicet, causis, quas peccator dederit, nec vni respondebit. Si voluerit contendere mecum,

non respondebo vnum de mille. Super omnia haec quae cum illa auctoritate ista explicauimus, audi nunc vnum scripturae exemplum. Nos iustus iacuit nudus in tabernaculo suo: sed Cham nunciavit fratris bus quod patris sui verenda essent discoperata. Sem autem, & Iaphet cooperuerunt ea: Similiter sicut Cham, in hoc seculo impij peccatores irident ignominiam, & deiectionem patris sui Christi Domini, quem vt Deum & patrem habent. Debile, exile, & imbecille, ignominiosum que in Christo, est paupertas eius, humilitas, mortalitas, debilitas; Crux, atque Palsio apud peccatores. Haec omnia filij huius seculi, & carnales irident: quibus Evangelica in edicatio est de decoro, Cruxque Christi ignominia, & humilitas stultitia: dicunt etiam eos miseros esse, qui propter Christum persecutionem patiuntur. Noe autem quem iridebat dormit. Sic se habere videtur Christus cum peccatoribus ac si somno vacaret, eo quod dissimulat omnia haec tanquam non videt nec intelligens, nec sciens. Hoc est illud Esatae. Tui, filij, patiens fui. O quanta Deus sustinet, & nihilominus tacet. Quis dicere valet, & explicare quae Deus sustinet? Tot fornicarios homines, adulteros, blasphemos, &c. Sed tui. Nunquid semper debeo? Exstimatis miseros peccatores, quia nunc dormit, temper dormiturum? Nunquid non vigilabit, qui custodit. Ista est Euigilans de somno Noe, cum didicisset quod fecerat filius suus minor, ait. Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis. Vigil nanque vt Daniel ait clamauit de caelo Succidite arborem. Vigilabit Deus in iudicij die qui cum sciens sit couitiorum omnium irrisio et detractio, quae omnia a peccatoribus illi illata fuerunt, quasi parturiens loquetur ille qui tacebat, silebat, & patiens erat: & malediceret Chanaan & semini eius, & benediceret Sem & Iaphet. Itaque sicut Noe filio impio maledixit, quia inhonorauit eum, & benedixit Sem: sic Christus benedictionem mittet super bonos: quia isti cooperuerunt vestigia patris, isti enim honorauerunt paupertatem, humilitatem, abiectionem, & crucem Christi: implexique sunt omnia ista in hac vita, & dilexerunt. Isti dicet. Venite benedicti Patris mei. Impijs autem. Ite maledicti in ignem aeternum. Tunc enim ille qui dormierat, siluerat, & patiens fuerat, quasi parturiens loquetur aduersus peccatores, maximo clamore dicens. Ite maledicti in

Gen. 9.

Psal. 23.

Dan. 4.

Math. 25.

in ignem æternū. Discedite illico à me impij peccatores. Tunc dicent illi. Domine quando quidem à tuo cōspectu proijcis nos, benedictionem tamen nobis largire, & cum ea dimitte. Ad dicit. Maledicti. Benedictio, erit. maledictio. Domine (dicent illi) iam quod nos cū maledictione dimittis, iube nos in locum quietis abire. Respondit. In ignem. Iam ergo Domine quod à tuo cōspectu tolli sis, cum maledictione, & in ignem conijcis: ne obsecro in æternum, tibi detineri cogas nos, sed sic facere digneris, ut aliquando nostri memineris. Addidit, æternum. Quando ergo Domine proijcis nos, cum maledictione & in igne ubi in æternum nobis est commorandum, tribue saltem bonam societate, quæ cōsolatur nos. Ad quod addit. Qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Simul cum istis, carnificibus, atque tortoribus in æternum futuri estis. Improbis spiritus, & fordidi vestiscum erunt, quorū aspectu, societasque vestri dolores, & cruciatu augeantur. Sed omnes istæ pœnæ, & singula verba huius maledictionis discutiantur à nobis breviter. ¶ In primis advertendum, quod quāuis resurrectio mortuorum erit (ut sanctus Paulus ait) in iudicio oculi: tamen hæc disceptatio bonorum, & malorum non erit, nisi in tempore: nam istæ voces vocales erūt, quæ nisi in tempore fieri nequeunt, non tamen ad singulos hæc verba dicentur: nam sic immensū temporis spatium requireretur: sed ad chorū malorum totum simul dicit, Ite maledicti, & ad omnes bonos simul dicit, Venite benedicti. Quāuis accusatio & examinatio, quæ ad convincendum iniquos & præmandum iustos mentaliter solum fit faciendā, & omnibus conscientia omnium sint manifestæ, sententia vero debet maiestatem iudicis secundum humanam vocem representare. Expende igitur super hæc verba quod in eo quod ait, ostendit pœnam damni, quæ carentia diuinæ visionis est, ad quam fuit homo conditus: quæ pœna impijs maior erit omnium malorum. Sic Cain, hoc sentiens dixit Deo. Ecce proijcis me à facie tua. Sequitur. Omnis qui inuenerit me occidet me. Id est, Omnia mala me inuenient: & mors ipsa, quæ omnium malorum maximum malū est inueniet me, eo quod à te discedo. Absalon quoque succendit segetes Ioab, cui dixit Absalon. Melius esset mihi mori, quam faciem Regis non videre. Vltimum omnium malorum quod est mors elegit, potius quam faciem

Patris non videre. Sic damnati omnia mala magis vellent sustinere, quam a diuina visione frustrari: ut potius vellent mori, quam esse sine visione Dei. At cum mori sit impossibile, faciem Dei nunquam videbunt: & mors nunquam inueniet eos. O quam durum erit discedere a Christo, qui est vita, spes, dulcedo, solatium, salus, & ipsum principium, & finis, in quo omnia. Quid ergo erit nisi mors; desperatio, amaritudo, dolor, infirmitas, & omne malum? Vide hæc tu quid pro breui, & exigua voluptate tanto te malo astringis, & subijcis à patriaque cœlesti exul, & extorris sis. Si Apostoli pro illo breui temporis spatium quo a Christo Iesu fuerunt separati, & ab eius presentia remoti, tam tristes, & mœstii incedebant ita, ut cum illis exponeret quæ dixerat, modicum, & iam non videbitis me, dixit, tristitia implebit cor vestrum, & asimilauit dolorem, quo afficiendierat domini absentia, dolori maximo parturientis mulieris. Quid erit igitur de te peccator improbe, & quid senties quādo nō per modicum, sed imperpetuum separaberis à Deo tuo cōspectu? Si Diuus Petrus cui dixit Christus, Si non laucero te, nō habebis partem mecum, tam iniquo animo tulit absentiam, & recessum à Deo, ut responderent, non tantum pedes, sed manus, & caput. Quid facies quando à facie Dei ita elongatus fueris, ut nulla tibi spes reliqua sit iterum vidēdi? & c. Obserua autem quod sanctus, ut Origenes ait non solum dictum est, benedicti, sed cum ad ditamento, Patris mei, dicens. Venite benedicti Patris mei. Malis autē non dixit. Ite maledicti Patris mei, sed absolute dixit, ite maledicti. Cur hoc? Quia benedictionis auctor, & largitor est Deus atque ministrator, non tamen maledictionis. Boni cū Dei gratia, & adiutorio vitam meruerunt, & boni facti sunt: & eius benedictio beatos facit. Impij vero ex sua malitia, & iniqua voluntate mali effecti sunt: nam Deus non est auctor mali, nec maledictionis eorum. Maledictionis nanque vnusquisque sibi est actor, & c. ¶ Sed cum Deus sit summe misericors cur punit perpetuo peccatum, quod sit per instant? Videtur eius misericordie derogare. Quæro à te, quare domus tua ignis extinguitur? Quia desunt combustibilia applicanda: quæ si non desissent, nec ignis finiretur. Ligna in inferno ardentia, & quæ animam torquent, est mala cuiusque voluptas, & desiderium peccandi, hoc autem vnusquæ

Ioan. 16.

Ioan. 13.

Orig. hom. 34. in Mat.

Leg. Aug. epist. 49. q. 4. & lib. 2. c. 29. et in Ineb. c. 12.

extinguitur: quia deest facti dolor, & pœnitentia, tibi enim nemo respicere potest: nam quotquot sunt semper Deum odio prosequuntur, quousque maxime poeniter Deū esse: & cum nunquam ista ligna prauæ voluntatis desinit, sic nec deest pœna, nec culpa talis respondet pœna. Et si inferni ignis extingueretur, hoc esset tantum propter diuinam gratiam: quia aqua illuc nunquam ingredietur, nec hucusque est ingressa. Vnde diuiti auaro quāuis guttam aquæ petiuit, ea non concessa est: nec concederet vnquam. Supposito ergo inferno ligna, hoc est mala voluntatem nunquam finiendā, itidem aquam gratiæ illum minime ingressuram: sequitur necessario pœnam nunquam desitutam. Cum semper in ipsis culpa duret, æquum, & iustum est, ut etiam pœna permaneat. Certum est illum qui ad vltimum iam peruenit finem gradum reuocare non posse, ut contra eundem met finem agat: & cum finis vltimus damnatorum infernus sit, constat eos operari non posse ad vitæ æternæ consequutionē, & sic peccator illis nunquam remittitur: quo non remissio, pœnam, quæ peccato respondet, manere necesse est. Peccatores sunt velut hi, qui chartarum ludo vacant, vsque ad diuidium noctis, qui cum iam illi patere volunt, non propter desiderij defectum parcunt, sed potius lucernæ quæ illos illuminabat: tamen vsque ad crastinum diem lucerna durat, & luforos ludo perfliterent. Peccatores enim nisi naturæ concederēt peccandi desiderium, nunquam extingueretur: & cum Deus noster pœnas secundum desertia, sicut & secundum opera meritus est, sequitur desiderio æterno male operandi deberi æternam pœnam de rigore iustitiæ. Sicut merito præmium, ita culpa pœna debetur: & cum merito æterno, præmiū, & merces æterna debeatur, ita culpa mortali æternæ, pœna æterna respondet. Præterea si filius grauius patrem offendit, nonne pater illum abdicat: & respublica nonne traditorem in exilium perpetuo mittit, & hoc secundū iustitiam? Itaque sicut illa traditio, & inobedientia, quæ delicta momentanea fuerunt, puniuntur pœna æterna, quia filius in perpetuum abdicatus à patria hereditate manet, & traditor in exilium missus: sic iuste pro peccato momentaneo, peccator æternaliter damnabitur. ¶ Sed ut concludam vnum poteris hic dubitare. Quomodo tormenta & mors,

Luc. 16.

non destruet, & consumet damnatos? Quo modo non morientur, & finientur? Quia constituet Deus quandam legem, & conditionem in corporibus damnatorum, ut possint pati non autem corrumpi, vel mori. Si quis vingeret se Salamandram pinguedine metiri posset pedibus ardentem massam absque vlla adustione. Et piscis aceto conditus decoquitur absque eo quod emolliatur & diuidatur ita ut integer exeat: quia acetum durum reddit, & ad frigendum aptum. Si piscis iste sensum haberet non dubium quin hoc modo plus pateretur, & absque emolitione. Et si circa res istas, quæ parui momenti sunt, tantum possunt homines: plus poterit Deus circa maiores, qui ut diximus talem dispositio nem in corporibus damnatorum collocat, quæ semper possint manere absque vlla corruptione. Desiderabunt enim mori, & mors fugiet ab eis. Et in Psalmo. Mors depascet eos. Non dicit quod interficiet, sed quod depascet: nam ovis quando pascitur scindit herbam, & radicem dimittit, quæ mors germinat, & pullulat. Sic cum mors pascat malos: continuo morientes, nunquam morientur. Sed hæc suffecerit: ut ergo ad litteram Euangelij redeamus, postquam Christus discipulis dixit auctoritatem, & maiestatem, quæ erat venturus mundum quæ iudicaturus, conuertit se ad Apostolos, qui hæc audientes tristes erant, & consolans eos dicit. His autem serui incipientibus, respicite & leuate cap. 12. v. 4. quia appropinquat redemptio vestra. Considera Christi bonitatem, & clementiam: qui cum peccatoribus minetur terrores, pœnas & iudicia: iustos tamen consolatur. O Christe quanta est, & quam immensa tua pietatis magnitudo: qui inter præconia tua iustitiae, non es oblitus misericordiam. Sic Elias. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt. Porro in hoc quod dicit, leuate capita vestra, significatur eos humilia solumque fixa habere. Qui submissis oculis respiciunt seipfos, & quæ iuxta se sunt respiciunt, & quæ deorsum. Hi sunt de quibus David ait. Oculi seipfos intuerunt quod Dei amorem obliuiscuntur, & creaturas ipsas diligunt, cum Dei iniuria: qui autem vultus tollunt, cœlum intuentur: de quibus dicit David. Leua oculos meos in montes, vnde venit auxilium mihi. Et iterum. Ad te leua oculos meos, qui habitas in cœlis. Sicut oculi ancillæ in manibus

Apoc. 6. Pjal. 43.

Psal. 42.

Psal. 16.

Psal. 120. Pjal. 122.

1. Corin. 15.

Gen. 4.

2. Reg. 14.

## Enarrat. in Caput. XXI.

domina suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Canis quando dominus ad mensam sederet, illum respicit: si tamen dominus aliquod mittit os, ad ipsum canis se conuertit, ut rodat: quorsus, iterum ad herum reuertitur. Sic Deus bona huius seculi dedit nobis, ut ad ipsum conuertamur. Quid tu homo videre potes iuxta te, aut subtus te: vel in respicere visum istarum rerum caducarum, in altum que tolle, & in diem istum iudicii respice: in quo mali aeterna poena afficientur, & boni premio. Quando aliquem abiectum videmus, & omni auxilio destitutum eique aliquid præter sententiam euenisse, de ipso dicere solemus, nunquam leuabit caput. Boni in hac vita humiles capite incedunt, confusa facie, & persequuntur. Vique quo Domine hæc durabit abiectio, persequitur, & exploratio? Mundus existimat eos nunquam erecturos caput. Sed in die iudicii erigent, & illis Deus dicet. Leuate capita vestra. Soli iusti in illo die leuabunt. Mali in hoc seculo leri atque erecti maxime ambulant, & ab omnibus ad sidera vsque extolluntur: tunc autem erunt summissa capite, abiecti, & humiles. Ideo David in Psalmo de peccatoribus ait. Non resurgunt impij in iudicio. Propter quos ergo iudicium erit nisi propter malos, si mali in iudicio non resurgent? Ita est. David solum dicit quod non erigent, nec tollent caput. Soli boni & iusti tollent sic, quod iterum non humiliabunt. Boni ergo modicum sustinere, nam etsi in hac vita, sitis abiecti, tempus veniet, quando capita vestra leuetis: & hæc abiectio causa erit exaltationis vestrae. In Christo capite nostro exaltationis eius causa fuit propria deiectionis: secundum illud Apostoli. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, &c. Sic se res habet in Christi membris, qui iusti sunt, deiectioni exaltationi respondet. Quam bene David hunc loquendi modum nouerat quando Semel illum iridebat maledictionibus que conuictabatur: quem cum famulus David in terficere vellent, David dixit. Dimitte illum, ut maledicat. Quare dicit Rex? Si forte respiciat Dominus afflictionem meam & reddat mihi Dominus benedictionem pro maledictione. Nemo illi noceat, hoc enim verget in meam exaltationem. Iste me leuare faciet caput. Et ita idem David ait nomine iustorum omnium. Latitamus pro diebus, quibus nos

humiliauit iannis, quibus vidimus mala. Hoc idem testatur diuina Sapientia, quod scilicet, Sapi. 5. impij mirantes bonum statum iustorum dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Cum abiectos atque contemptos videbamus, existimabamus nunquam ad optatam meram peruenturos: sed videte modo quantum super eminent, & extolluntur contentique uiuant. Hanc nobis spem tribuit Diuus Ioannes in sua Canonica dicens. Charissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: quando autem apparuerit similes ei erimus. Tristitia nostra vertetur in gaudium, labores in quietem depositio in celsitudinem. Sic in Exodo habetur, quod sub pedibus Dei erat sicut opus lateris Saphyri. Premebantur filij Israel operibus duris, luri, & lateris: postea verò lateres, quibus anxie premebantur pretiosos vident splendore sub pedibus Dei. Ut discas quod sudores, labores, & quæcunque mala propter Deum perpessa, lucrosa, lateritia, & immunda videtur tibi, & his qui terrena sapiunt: sed apud Deum pretiosi lapides sunt, quibus sedes eius decoratur. Putabant infanti peccatores vitam illorum ignobilem, & infelicem: sed illi in pace sunt, & lutum laboris illorum in Saphyrum versum est, & margaritam. Cuncta opera abiectiois humilitatis vilia, inutilia, & poene nullius momenti esse videntur: sed nihil apud Deum æstimabilius, & pretiosius. Et non tantum sicut Saphyri opus, sed sicut corpus celi in munditia: ait scriptura, quod erant illi lateres. Quid vero mundus & pulchrius celo? Nō fat fuit Dño lateres terrenos in saphyrum mutat se coelestem: nisi etiam in celum lutum mutet. Nec in quodcunque cælum, sed in mundum. O beata vilitas, humiliantia se, propter Deum: quæ in coelestem munditiam tam facile commutatur. Eius gemitus conuerteret Deus in coelestia cantica, lachrymas in vnioues, & margaritas pretij in æstimabilis: nuditatem, & pauperiem, in auro intextum exaltumque coccum: tandem eiectionem atque humilitatem, in excelsum gloriam coronamque coelestem. Iusti in hoc seculo sunt serui, atque captiui, ut filij Israel quando in Aegypto commorabantur: sed in die iudicii non solum

solum caput erigent, sed redimentur. Ideo hic dixit, appropinquet redemptio vestra. Non enim erit redemptio, nisi ubi fuit captiuitas. Cum ergo in fine mundi sit redemptio iustorum: patet quod hic mundus est captiuitas eorum, & carcer. Hoc David ait. Conuertere Domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Tunc erunt liberi, in maxima nobilitate, & pompa constituti: gaudebunt videntes impios qui in hac vita erecti nimirum incedebant, abiectos iam esse, iuxta illud. Latabitur iustus cum viderit vindictam impiorum. Intellige tamen quod latabitur, quod ipse euaserit, & quod impunitus: nec obdunt vindictam. Latabuntur enim iusti coram Domino: & exultabunt in cubilibus suis. In præfenti seculo cum iusti virtus lateat tristis incedit: tunc autem redempti erunt iniurij, quas modo sustinent, & quibus afficiuntur, eruntque ad maximum honorem euecti. Tunc caput leuabunt, tunc erunt similes imaginis filij Dei. Labores & afflictiones mutabit Deus in quietem, maledictiones in benedictiones. Vnde Paulus. Mortui estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem apparuerit Christus vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Modo mortui apparent quia in mundo sunt: tunc autem in cælo gloriosi apparebunt: Et ideo ad hanc rem adduxit Dominus quandam similitudinem optimam arboris, quæ hyemali tempore virtutem absconditam sub tus terram habet, ita ut non appareat, æstatis autem tempore appropinquante, folia, & flores producit. Dixit eis similitudinem. Videte steriles & omnes arbores, cum producant sibi ex se fructus scitis quoniam prope est æstas. Ita & nos cum videritis hæc fieri scitote quoniam prope est regnum Dei. Hic virtus iustorum latet sicut virtus arborum in hyeme: cum vero veniet ver æstatis vitæ, florebut iusti in conspectu Dei. Et si modo despecti iudicemini, inuites atque perdit: tunc omnium vestrum virtus lucecet. In regeneratione cum venerit filius hominis sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Nunc pedestres inceditis tunc vero sedebitis: tunc florebitis, plaudetis, & leuabitis capita vestra, quantum modo inuites prædicemini. Si Iob. Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea. Fiet quædam in signis immutatio, ita quod qui hic florent, tunc siccabitur marcidij, erunt: & qui modo siccus sunt,

tunc in die iudicii florebut, contemplantur in captiuium, sententiam redemptorem, & compedum ereptorem, exeunt tunc ab ergastulo. Sic & vos leuate capita vestra: quia appropinquet redemptio vestra. Ne autem eis aliquid dubium oriretur circa hæc quæ dicebat: sed potius in animum infunderent, ut consolarentur, & assumerent vires, addidit dicens. Amen dico vobis quod non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Amen venit à verbo Hebræo Aman, quod est stabilire & firmare. Et ita amen est stabilitum & firmum. Itaque cum Romana Ecclesia pariter ex Iudejs & Græcis conflata sit oportuit, ut virtus gentis memoria apud nos perpetuo duraret. Et ideo ipsorum vocabula crebro ab Ecclesia inculcantur, absque vllis interpretationibus. Et ideo non licuit hoc nomen Amen, in alia linguam transferre: sicut nec Alleluia, Kyrie eleison, Raca, & O sanna, & si quæ sunt alia. Ad hæc generatio hæc, quæ non est transitura, Ecclesia est, quæ est generatio fidelium. Timebant enim discipuli quod doctrina, quam Christus dederat erat momentanea, eo quod multi aduersabantur ei: ipse vero ostendit, quod multum durabit. Quia prius accident omnia quæ dicta sunt supra: tam de euerfione Hierusalem, quam de aduentu ad iudicium: quam definat esse gens que Christum colat, & amplectatur doctrinam eius. Præterea hæc litera quantum existimo potius intelligenda est de euerfione Hierusalem quam de die iudicii: licet præcedens litera intelligatur de aduentu ad iudicium. Et non est inconueniens, ut fiat iste transitus: quia ut supra ostendimus duabus quæstionibus respondet Christus, scilicet quæstioni de destructione Hierusalem, & quæstioni de suo aduentu: quas duas quæstiones discipuli interrogauerunt. Dixerat prius de signis præcedentibus euerfionis Hierusalem, & postea de signis præcedentibus aduentu ad iudicium: & iam nō erat plura de his dicturus. Sed quoniam euerfio Hierusalem aderat ferè, ideo redit ad dicendum de illa, ut ostenderet quam breue tempus restabat vsque ad illam. Ait ergo, non præteribit generatio hæc. Antequam moriantur omnes, qui nunc viuunt, euerteretur Hierusalem. Et multi qui nunc viuunt, euerentur eam: nam Vespasianus, qui fuit primus princeps qui cepit destruere Iudæam, senex erat quando pugnabat contra Hierusalem, vivebat,

Psal. 1.

Psal. 11.

Psal. 16.

Psal. 89.

1. Ioan. 3.

Exod. 24.

Psal. 57.

Psal. 149.

Rom. 8.

Col. 3.

Matth. 19.

Iob. 14.



bar, & natus erat quando hæc Christus dixit, nam dicta sunt quadraginta annis ante euerfionem Hierusalem. Et verum est quod immediate præcedentia dicta sunt de suo aduentu: & hinc transit ad dicendum de euerfione Hierusalem, quia de illa poterat magis certificari quam de aduentu ad iudicium: quia illud propinquum erat, & aduentus magis distabat. Præterea iureiurando confirmat illa quæ hæctenus dixerat tam de euerfione Hierosolymorum, quam de mundi consummatione, & de extremo ad iudicium Domini aduentu: ne putarent vanas & inflatas esse minas. Ideo subdit dicens. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Id est, facilius est cælum & terram corrumpi, quam verbum meum falsum esse. Cælum & terra in hoc terum statu non perseverabunt, sed mutabuntur, sicut Ioannes ait, in cælos novos & in terram novam. Nihil enim stabile, nihil alienum ab omni vanitate nisi verbum Dei apud quem non habet locum, est, & nõ: sed est & non; non. Vnde apud Prophetam dicit dominus de certitudine & firmitate verbi sui. *Si dissoluere potestis pactum meum cum die irrisum, & fœdus meum cum nocte, ut non sit dies & nox tempore suo: ecce pactum meum dissoluetur cum: Dauide seruo meo.* Discamus hinc verbo Dei perpetuo in hætere, memores illius Prophetæ: *Omnis homo mendax.* Sed Deus, vt inquit Paulus, verax est. Sciamus verum esse, quod Christus hic dixit, tam de subuersione Hierusalem, quam de extremo illo iudicio: & sicut subuersa est Hierusalem, sic mundus peribit. Et propterea dixit hæc Christus antequam fiant, vt simus parati. Si somnum conduceres, cuius tremorẽ fundamenta, toraque minaretur ruina: nõne dares operam ab ea exeundi ante illius occasum? Dicit te Deus dicens mundum finiendum esse omnesque creaturas perituras: quare ergo domum in cælis nõ edificas? Causa tibi domum ruinam minantem, redum que in cælo edificas. Non enim habemus hęc ciuitatem manentem, sed futuram inquitimus. Habemus etiam hoc terribile iudicium ante oculos nostros: siue comedamus & bibamus, siue quid faciamus aliud. Sonet in nobis illa tuba in auribus, scilicet nõ stris, que clamabit. Surgite mortui, venite ad iudicium. Pereat cælum & terra, hæc autem verba nõ decident. Omnes oportet nos præsentari ante tribunal Christi: vt vnusquisque

reddat rationem de his quægessit in corpore. Summa hominis stultitia est diem iudicii nõ meminisse: summaque prudentia semper nõ oculos ferre rationem Deo vitæ reddendæ. Filij seculi hanc vitam memoria mandant, iudicium vero obliuioni. Beatus ille, qui tale se in vita gerit, qualem se in morte vellet. Sed de his satis. Iam nunc vltiora videamus. *Attendite autem vobis ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vite.* Dixerat Dominus in superioribus de tempore Noe & Loth quod sedebant, & bibebant, & vxores ducebant: & venit ignis de cælo tempore Loth, & pluuia tempore Noe, & perdidit illos. Sic & vos cauetis ab ebrietate, & crapula & curis huius seculi: ne cũ dies iudicii aduenerit, inueniat vos Dominus istis rebus deditos, quæ nihil vobis proderunt. Crapula autem, cruda epula est: quando tantum de cibo sumitur, quod naturalis calor non sufficit ad decoctionem eius. A deo enim grauatur spiritus nimitate cibi & potus, vt sit quasi sepultus. Vnde Oseas. Memphis sepeliet eos. Hoc est, ex ore vitium homines se pelit: quia quanto corpus impletur, tanto anima minoratur. Qui luxuriatur enim, viuens mortuus est: sed qui inebriatur, mortuus est, & sepultus, & in vili sepulchro. Non verat homines Christus comedere & bibere, si quidem nemo sine hoc agere potest vitam: sed vetat grauare corda onerando stomachum contra vires caloris naturalis. Vitium & excessum verat Deus. Dic mihi si peritus & sapiens medicus diceret. Attendite ne quis de illius herba succo auidius sumat, quod si fecerit sũbitus veniet ei interitus: non dubito quin vnusquisque propria salutis intuitu, præmentis medici præcepta seruaret. Nunc vero animarum & corporum medicus, simulque Dominus iubet ebrietatem: & crapulam herbam vitandam: atqui nemo est qui abstinere. Certe multa sunt quæ luxuriis illis nobis odiosum debebant reddere etiam si non subesset exitium animarum, nullumque Dei præceptum de illo esset. Ipsa enim ebrietas dat introitum ad omne malum perpetrandum, & sic est ianua omnium vitiorum. Nam ebrietas aufert vsum rationis que dirigit hominem & ostendit ei quid sit faciendum: quid dimittendum: & præstat occasionem peccandi quodlibet malum. Sic Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus: & à muliere occisus est. Er quid miramur de superbissimo & ethnico Holoferne: cum Loth qui iustus erat & Dei amicus propter ebrietatem commisit incestum cũ filiabus proprijs: Abstinentia eripuit eum Sodoma ingenti ciuitatis incendio, & fuit postea incestuosus quia istam non seruauit virtutem. Iam vides quomodo ebrietas est causa multorum vitiorum. Si aliqui latrocinandi intuitu domũ ingrederentur qui tecarum seras clausas inuenirent, puerumque domesticum ibi stantem in terrore dicentes. Dic nobis puer vbi nã mater tua claus dimisit? Si puer ostenderet, & ipsi caperent quæ in domo sunt, nonne totius dani causa esset? Si quidem numerum at cas & claus ostendit. Puer iste nec fur est nec est vnquam furatus, fuit tamen causa damni illati. Sic cũ hominem occidit ebrius, cum adulterat vel aliud flagitium perpetrat non peccat mortaliter, quia vlti caret rationis: tamen in suo fonte peccat inebrians se: quæ ebrietas est causa tantorum malorum. Ipsa enim pacem separat, iuxta illud. Tu multuosa ebrietas secretũ manifestat. Et in Proverbij habetur. Nullũ secretum est vbi regnat ebrietas. Gula enim & ebrietate peior bestia factus est homo. Transis per flumen equum ducens eum q; potas qui vlti ad sitim exstinguendũ bibit. Cui etsi postea habenas porrigas non iterum bibere coges: nec guttas, etsi totus mundus stimulet. O homines peiores bestijs: quãdoquidem bestia extra necessitatẽ bibere nõdunt, & sunt homines a deo incontinetes qui iterũ atq; iterum bibũt vlti: ad vomitum vini & etiam cibi. Caue ergo tu qui homo rationalis & Christianus es ne tali vitio deditus vsurum rationis, per quam à brutis distingueris, amittas: & legẽ Dei transgrediens præuaricator sis diuini præcepti. Sed abstinẽs esto, vt sic possis Deũ contẽplari. Daniel vt præsto esset diuinis solatijs recipiens, tres hebdomadas ieiunauit abstinens se ab usu panis, carniũ, & vini potu: quo factum est vt postea multas videret visiones, & reuelationes Dei. Confusio magna tibi est cum tam magnus princeps sis, quem Deus paulominus ab Angelis minuit, quod vno proprio que carni obtemperes hu iusque seculi curis, qui ad cælum cõditus es. Quando nescis horã, in qua te vocabit Deus ne estis & potui operam naues. Et superueniat in vos repentina dies illa, sanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Quando minus putat rapiet illos dominus ad terribile istud tribunal, vt dignam

Luc. 17.

Osee. 9.

Indit. 13.

Gen. 19.

Prover. 20. Prover. 31.

Dan. 10.

Psal. 18.

mercedem accipiant. Quauis non videant pericula in quibus sunt, tamẽ extremũ illud iudicijq; diem fugere nõ poterunt. De improuiso ac subito dies illa inuoluet ocs. Hoc est quod in Ecclesiastico legitur, Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo & aues laqueo, sic capientur iniqui tempore malo. Similitudinem autem hanc de laqueo venatoris posuit Christus ad significandum diem illum fore repẽtino sicut hamo capiuntur aues & animalia de improuiso. Et dixit hæc ne erraremus in parabola prima germinantium arborum monstrantiũ astat: ne scilicet intelligeremus determinatũ tempus (puta trium mensium) inter alia signa anteceditia aduentũ Christi: quẽadmodũ determinatũ est tẽpus inter gemãtes arbores & astare. Ad tollendum ergo hunc errorem dicitur superueniet dies ille repentinus: nõ respectu aliquorũ: sed respectu omnĩu habitantium in terra. Obserua autem qd dicit laqueus iste veniet super in terra sedentes. Isti sunt amatores seculi, qui in terra sedere dicuntur, quia præ patria diligũt eã: nec ita se habet sicut peregrini & exules, sed sicut habitatores. Boni enim nõ fruũtur hoc mũdo, sed vtuntur eo. Contrariũ autẽ faciũt mali de quibus diuina sapietia loquitur, qd impij apud se docebant. Venite fruamur bonis quæ sunt: & vtatur creatura tanquã in iuuẽtute vino pretiosũ & vnguẽris. Boni in hoc seculo etiã edũt ac bibunt. Nã etsi sancti, homines quoq; sunt: & ideo quæ necessaria sunt sumũt. Mali autẽ sicut milites Gedeõ præcipites se cõijciũt in aquas ad ex vino voluptatũ & mũdi vanitatũ bibẽdũ. Quãdo primõ Deus mũdũ cõdidit non benedixit quadrupedi animalia in terra degẽti: sed benedixit auib; quæ ex auris in terrã degẽdũt, vt cibũ, qui suppetit, sumãt, earumq; perpetua habitatio in aere est. Sic tu per auras volitare debes, sicut auis: ad orationẽ & cõtẽplationẽ, solũq; ad solũ descendere sumendi necessarij cibi gratia: reminiscẽs te peregrinũ esse & aduenã ad colũq; tẽdere mansionẽ tibi perpetuã. His qui in terra sedetes & nõ stetes habitant, quia in voluptatibus morari volunt, dicit Deus quod superueniet in eos repentina dies illa, & quod sicut laqueus capier in terra sedentes. Vnde sanctus Apostolus protestatur. Cũ dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Abijcia mus ergo opera tenebrarũ & induamur armã lucis: sic vt in die horũste ambulemus. Nõ in Tom. 2. Sf com

Eccle. 9.

Sapient. 2.

Indit. 7.

Gen. 1.

1. Thess. 5.

Rom. 13.

Apoc. 21.

Hiere. 31.

Psal. 115. Rom. 3.

Hebr. 3.

1. Thess. 4.

2. Cor. 5.

comestationibus & in ebrietatibus, non in ci-  
bilibus & impudicijs, non in contentione  
& emulatione, sed induimini dominum Ie-  
sum Christum, & carnis curam non feceritis  
in desiderijs, &c. *Vigilate itaque omni tempore*  
*orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia,*  
*quae futura sunt, & stare ante filium hominis.*

Luc. 18.

Iubet vigilare & paratos esse, ut fugiamus ma-  
la iudicij vetrici, de quo supra dixerat. Quod  
vero ait, omni tempore, refertur potest ad ver-  
bum vigilate, vel ad participium orantes: sicut  
dixerat supra, oportet semper orare, & non de-  
ficere. Quod quomodo sit intelligendum ut  
semper oremus non deficientes ibidem expli-  
cauimus. Adiungit autem hic vigiliam oratio-  
ni, ut doceat quod haec duo adiungere debemus  
& his armis firmis induiti contra mala fu-  
tura. Omni ergo tempore opportuno & qua-  
tū id fragilitati humanae extat possibile vigi-  
lare & orare debemus: sicut & passione in ista  
te dixit discipulis. Vigilate, & orate, ne intre-  
tis in tentationem. Noctis vigilia paratissimū  
tempus est & nimis opportunum ad oratio-  
nem: nam corde quiescente, solitario & libe-  
ro curis, negotijs, occupationibus, & diei stre-  
pitibus, illuminatur intellectus: ad cognoscē-  
dum Deum in oratione Sic David, Nox illu-  
minatio mea in delicijs meis. In anima deli-  
ciji ac voluptatibus diuini adiunabat me no-  
ctis vigilia, in qua plus quam die videbā. Ora-  
tio quoque ad euitanda mala futura optimū  
remediū est. Vnde Petrus. Sobrius estote &  
vigilate: quia aduersarius vester diabolus tan-  
quam Leo rugiens circuit quaerens quem de-  
uoret: cui resistite fortes in fide. His armis  
municuntur se Iudich, Hester, Ezechias, Iosa-  
phar, & plurimi alij in suis aduersitatibus: &  
victores exierunt castrorum inimicorum suo-  
rum. Non solum orare sed & vigilare prece-  
pit: quia somnus superfluitus indecens est ho-  
mini Christiano, & corpori ac animae est no-  
civus: nam diuturna quies vitij alimentum mi-  
nistret. Scriptura quoque admonet dicens.

Mat. 26.

Psal. 138.

1. Petr. 5.

Prov. 26.

Sapient. 5.

Noli diliger somnū, ne te egestas opprimat.  
Igitur si vigilauerim, id est, si semper armati  
fuerimus contra invisibiles & visibiles hostes  
nostros, & per deuotam & piam orationem  
nos Deo commiserimus, fiet ut temporalia ma-  
la nobis nihil noceant: & aeternā timere nō sit  
necessē. Poteris & stare ante filij hominis, id  
est eorum supremi iudicij tribunalis securus: si-  
cut Sapiens ait. Stabit iusti in magna constan-  
tia aduersus eos qui se angustiauerunt & qui

abstulerunt labores eorum, &c. Qui enim quod  
suum est fideliter agit & pia precatione dese-  
ctus suos à Deo refarciri precatur, dignus est  
quod omnia huius mundi mala fugiat: & in futu-  
ro intrepidus ante filium hominis stans coro-  
nam perpetuā expectet. Sed de his haecenus:  
quia ad passionis dñi nostri Iesu Christi expo-  
sitionem properamus. *1. rat autem diebus do-*  
*ctens in templo, noctibus vero exiens morabatur*  
*in monte, qui vocatur Oliveti.* Respice peni-  
tentē vitā, & labores dñi. Toto die praedicat,  
& miracula edit: nocte autē quando ei quie-  
scendū erat à praterito diei labore, in blado  
lecto & molli, in montem vadit oraturus. Af-  
pice qualiter doctor iste maximus quae praedi-  
cat, facit. Hortatus fuerat nos, ut vigilēs esse-  
mus in orationibus: & ipse est in monte orā-  
per totam noctem. Tota Christi vita quidam  
labor fuit, sicut ipse dixit per os David. Labor  
est ante me, donec intrem in sanctuarium  
tuum Domine. Tota illius vita fuit quadam  
crux acerba: ut tibi eternam vitam largiretur.  
Haec maxima confusio est his, qui se nomine  
Christiano magnificantes se voluptatibus &  
delicijs dedunt: in mollibus lectis iacent, &  
etiam vsque ad meridiem. Praeterea respice  
Christus, quam bene tempus verit, diemque  
& noctem consumit in tuo obsequio. O quā  
to conatu Deo inferuire deberemus, qui tan-  
to feruore nostris seruiamus com modis. Hoc  
vitae exemplum demini nostri taxat maxi-  
me delicias hominum, & ignauiam qua ei ser-  
uimus. Die docebat in templo, nocte vero in  
montibus moratur nimirum orationibus vacans,  
sicut & alibi scribit de eo noster Lucas.  
Exijt I E S V S in montem orare, & erat per-  
noctās in oratione. Multi vigilat & nūc diu  
noctūq; quibus certe melius esset ut dormi-  
rēt. Vigilant enim nō Christo sed Satanā: nō  
ut animā prosint, sed ut hanc citius perdant.  
Nō sic isti, de quibus subditur. *Et omnis popu-*  
*lus mane ibat ad eum in templo audire eū.* Quia  
re vera non solū delectabile erat audire Dei  
sapientiā, verbū patris aeterni, vni genitū Dei,  
Deū verū incarnatū, in persona propria praedi-  
cantem, propter doctrinā suā profunditatem,  
saluberrimam auctoritatem, & propter  
suā eloquentia gratiosissimam venustatem,  
sed & propter praeclearā ac copiosā miracula  
eius praedicationem comprobantia. Recte po-  
pulus hic Iudaicus agit qui non plus a quo in-  
dulget somno nec medium vsq; in diē fertur,  
sicut modo cōtingere videm: vacat enim sō-  
no vs-

Psal. 73.

Luc. 9.

no vs-

no vsque ad dimidium diei, quo transacto re-  
sacram facientem quarunt, annis vero labi-  
tur illis nulla audita cōcio, consumunt ma-  
iorem noctis partem in ludis & epulis, postea  
desecti mundi & carnis obsequio prope dilu-  
culum iacent, & somnoque suscitantur circa  
meridiem, magis ad exemplar ethnicorum  
quam Christianorum, hominumque spiri-  
tualium. Duo sunt hic obseruanda. Primum  
feruor huius gentis & conatus: siquidem tan-  
to calore, spiritu, cura Christum sequebantur  
& mox mane diluculabant ad eius doctrinā  
audiendam. Disce ex hoc loco horum exem-  
plo mane surgere: & audi Salomōnem dice-  
tem. *Vsquequo piger dormis, & quando con-*  
*surges de somno tuo? Et rursus. Sicut ostium*  
*vertitur in cardine: sic piger in lectulo suo.*  
O quam multa negligunt bona, & quam  
damnabiliter tempus suū expendunt som-  
nolenti, pigri, & qui serō in vitijs & delicijs  
vigilias protrahunt: propter quod tarde sur-  
gunt. Non est haec arcta via salutis, nec con-

Prover. 6.  
Eccl. 26.

uersatio penitentialis, nec cordis custodia:  
nec coram Deo diligentia vera. Secundum  
quod hic obseruandum esse censo est, quod nō  
surgunt mane, ut propheta dicit, ad ebrieta-  
res sectandas, aut ad aliquid simile: sed ad au-  
diendum verbum Dei. Sic multi mane sur-  
gunt sed ad comedendum, & bibendum, vel  
decipiendum proximum fraude seu facie-  
das: nec bene diei appropinquauit quando  
iam certant & clamant de quibus agunt, ut  
homines insipientes. Et quod prius faciunt  
statim quod surgunt est mulierem, filios, &  
domesticos obiurgare. Non sic isti qui non  
solum mane surgunt, sed etiam surgūt, ut au-  
diant verbum Dei: iuxta illud Saluatoris Pri-  
mū querite regnum Dei: & haec omnia ad-  
suscipient vobis. Vtinam sic Deo vigilemus o-  
rationibus instantes & vigilijs, ut secari veni-  
te Iesu iudice ei obuiam exeamus intrepidi:  
ut perpetuō cum ipso in aeterna beatitudine  
maneamus. Amen.

Eccl. 5.

Mat. 6.

ST. PRAE.

# PRÆFATIO IN DOMINI PASSIONEM SECUNDUM LUCAM.

*Hoc enim sentite in vobis, quod est in Christo Iesu.  
Philippen. 2.*



**H**oc testatur Apostolus cupiens admodum in cordibus fidelium n. dicare assiduam lamentandam ac flebilis passionis vnigeniti filij Dei memoriam: sicque animis nostris figere, vt ab eis nunquam aboleretur. Non dixit contemplamini, nec intelligatis: sed sentiat is volo. Habete Christi passionis considerationem, quæ viua sensibilitate doloris & spiritu fit. Passionem hæc iniquus & peccator cogitat & intelligit, corde autem non sentit: propter quod, nec lacrymis veris tui uis deflet, & inde est quod diu in peccatis moratur. Quod ergo sentiendum nobis est Christum infinitum, æternum, immensum, cœliq; & terræ creatorē se metipsum humiliasse obedientem factum vsque ad mortem: in ortem autem Crucis. Quod cum ita sit æquum & iustum est sentiamus cōpatiamurq; in his quæ ipse pro nobis passus est. Et in huius monitu & exhortatione, cum sit res, quæ ab oculis abigendam non eruditus & doctus censebit, carpit Apostolus incuriam & negligentiam nostram: siquidem tam insensibiles & bestijs similes sumus, vt rem tam sensu dignam non sentiamus. Quando de aliquo quod sentiendum est nos mouent, ex duplici potest oriri causa: vel quia illud in se adeo paruum est, vt attentis auribus & arrectis egeat, vt sentiri possit: vel quia sensus adeo hebes est quod quauis abiecta res magna sit indiget tamen suscitante aliquo quo reuiuifcat, vt attendere possit. Non mirum si in pede lenticula lædatis quod non sentias: si tamen in capite læsus lapide, adhuc non sentias incuriosus maxime iudicaberis. Vi deamus ergo num Christi passio sentiri non possit quia parua res, vel quia sensus nostri adeo hebetes & ignaui sunt, vt id attingere non possint. Certum est primum locum non habere: quia Christi passione nihil insignius, præclarior, & excellentius fuit in vniuerso: nec vbi magis magnitudo diuinæ potentia & virtutis ostendi potuit. Et si diuina virtus in creaturis conspicitur & relucet: non tamen in omnibus etiam simul sumptis ita intuetur, sicut in sola Christi passione: quia in mundi creatione & eius cōseruatione Deus nullam inuenit resistentiam seu reluctantiā: quam nec inueniret etiam si infinitos creasset mundos: inuenit tamen maximam in hominis cōuersione, sicut Iudæis Stephanus dixit. Vos Spiritui sancto resistitis. Propter quod in redemptione hominis per Christi passionem magis suam virtutem Deus ostendit, quam in eiusdem, & etiam totius mundi creatione. Hoc videbimus si contempserimus Deum hominem lapsum redemisse, ei que salutē in Christo crucifixo, paupere, humili, contempro, mundi viribus destituito, fallacijs, atq; humanis artibus carente, contulisse. Et non solum in his, sed etiam cum faciē cōfusus esset in crimēque adductus ab omnibus hominibus, cum ipsi varijs & magnis essent irretiati atque implicati vitijs & peccatis, voluit in ipso & per ipsum Deus tot eripere malis hominem, & à profundo inferni deducere vniens ipfius naturam. Quod totum factum est mundo

mūdo suis diuitibus honoribus & voluptatibus: dæmone fallacijs & cauillationibus, humana sapiētia atq; prudētia sua calliditate, & versutia, sēsualitate, delicijs suis, & propria voluntate iniquis & malis inclinationibus reluctantibus. Nonne ergo tibi videtur Deus suam immensam & omnipotentem virtutem optimo & singulari modo extra totum cursum ordinarium ostendisse? Maxime igitur Christi passio ob suam magnitudinē sentiri debet: & sic tota sensit mundi huius machinā. Senferunt cœli cū obscurati sunt, Sol & Luna quando eclipsati sunt, terra cū tremuuit, cūq; petra scissæ sunt, & velu tēpli in duas scissum partes à summo vsq; deorsum, sepulchra mortuorū aperta fuerunt, &c. Vide ergo an ex hac parte sit necessarium hortari nos, vt sentiamus Christi dñi nri passionē. Reliquū erit defectū nobis inesse: quia ignaui nimis & incuriosi sumus atque duri corde, adeo vt quod totus mundus sensit nos minime sentiamus. Omnes creaturæ in Christi morte cōpatiuntur: sol miser homo, pro quo Christus moritur, cōpati dedignatur. Andronicus datus dextris, iureiurando sanctum sacerdotem Oniam peremit; q; cū ad Antiochi aures peruenisset, cum Rex Gentilis & idololatra esset, molestē tulit & indignatus est, lacrymasq; fudit ad misericordiam flexus, propter Oniam defunctum. O popule Christiane quam optimus tibi excitator est iste. Quid facis, cū lacrymis parcis, mortē sanctissimi, & summi sacerdotis Christi Redemptoris tui, recordatus? Quare non è somno te excitas vt te depiles capillosq; vellis, & clamoribus ad cœlū ductis eū deiciās? Mors illius à quo magnis est aliquis affectus muneribus maxime sentiri solet: His Dauid conabatur filias Hierusalē ad plañctum flectere propter Saulis mortem dicēs. Filia Israel flete super Saul qui vestiebat vos cocco in delicijs: qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. O mūnera & dona Saulis, quæ exigua & parui momenti estis, simul posita cū his, quæ Christus mundo contulit. Ideo mortem nostri veri Saulis sentire & flere debemus: siquidem creauit: redemit, & alit nos. Sentite ergo quæ Christus pro vobis passus est doloris sensibilitate quæ animā ipsam attingat, insolubili nexu eius cū corde: sentite etiā in visceribus eius ignominias, dolores, labores, angustias, tristitiāq; & deflebilē mortem. Si cruciatus & tormenta Redemptoris tui, vis exactē sentire vt sentiri debent, existima & considera omnia esse propter tua scelera perpeffa, nā quauis nullus alius in mundo esset præter te peccator, omniaq; sustinere voluit pro genere humano redimēdo, pro te sustinuisset vtiq;. Propter quod supplex veniā à dño exorare teneris: quando audes ante diuinū eius cōspectū apparere, cū ei in causa sis tot cruciatū. Ionas laboris nautarū quem ob suam causam patiebantur, miseris est, & dixit. Mittle me in mare, quia propter me hæc tēpesta orta est. Quare ergo tu tempestatē quam dñs patitur non sentis: siquidem propter te orta est? Mittle debes in mare amarū tribulationum, vt domini tui subleues pœnā. Sicut quādo delinquis eam iterum crucifigis, vulneraq; innouas: ita quādo respicis pœnitentiā agēs, sentis, defleq; eius passionē: de nouo vngis atque linis p̄tioso vnguento illius vulnera: ¶ Sustinuit itaq; Christus ingentis dolores corporales & spirituales, propter dehonorationes, infamias, iniurias, falsas accusationes, & contemptus, quibus sunt Christū prosequuti. Passus est in loco vilissimo, nefandissimo, in die Paschatis, & corā ingenti huminū multitudine, mortemq; maximæ infamiae & dedecoris omnibusq; viliorē. Passus etiā ab omni hominū statu: nā mulieres, homines, Iudæi, Gētilis, Dñi, Principes, Sacerdotes, & vulgi gens ad eius mortē conuenerunt: eiq; adfuerunt. Passus est à secularibus Deo dicatis: Phariseis scilicet: & à domesticis, siquidem vnus eorū negauit, & alter vēdidit. Ab omnibus enim fuit Christus vexatus, & derisus. Planē animo meo illud in sedit, dæmones per totā Christi vitā eum diligentiūsimē inuestigasse: cūq; eum vidissent tam insigni sanctitate pollentē in passione eius totā armasse inferni ferocitatē, totam inferorum rabie

instigasse: vt quibus artibus, quibus machinis possent sanctitatis quam in Christo videbant arcem expugnarent, vt vel ad iracundiã, vel tantillã illum prouocarent. Quis enim credat tantam in hominibus inueniri credulitatem: vt contra innocentem sic saeuirent? Non erat hæc impietas humana, sed dæmoniorum. Totius ergo inferni erat illa saeuitia, & crudelitas. Sed non demonstrat hic miracula consueta? Grande miraculum profecto est, quod tanta in humana carne splendeat patientia: vt nec minimum in maximis & summis opprobrijs commoueat. Quis enim mortaliũ tam sereno, tam tranquillo tam immoto fuit pectore, vt tam furentibus procellis, tam nefandis furij agitur, tam quietus ipse & tam placidus perseueraret? Totus infernus, tota synagoga, summo nixu, summa vi quatit, percutit, impellit, & proruit in Christum: ipse vero adeo pacatus prestat ac si nihil illi truculenti niterentur. An non hoc miraculum est? an non hæc patientia diuina potius quam humana? Gaudet igitur Deus eius patientiã expectator: admirantur Angeli, stupent dæmones, attoniti lassati cessant Iudei, & exemplum ad familia ferenda Christianis exhibetur. Ne imparem Deo gratiam referamus pro doloribus, quos propter nos ferre dignatus est. Et si saluatorem tantum angit, nos ingratos, & beneficiorum in nos collatorũ inimemores videre sentiamus aliquid ex nimio, quod ipse sensit & passus est propter nos. Omnia enim membra corporis, languente capite dolent: & nos si membra Christi sumus, non possumus non dolere, ipso dolente: non possumus non compati, ipso patiente. Maximẽ cum non pro se, sed pro nostra salute patitur: quicquid patitur. Si ergo non vicem eius dolemus signum est, quod membra eius non sumus, nec de spiritu eius vegetamur: Cogitet vnusquisq; Si ego fecissem malum, propter quod pater meus occisus esset, nonne pro morte eius merito dolerem? Et si non dolerem simili morte dignus essem. Verum iam malum feci ego propter quod nõ solum pater meus, sed Deus meus occisus est. Quomodo ergo nõ dolebo? Omnis anima (dicit dominus) quæ afflicta nõ fuerit die hæc: peribit de populo meo. Si enim lapides commoti sunt & sumum dolorem propria fractioe monstrarunt, si terra conceptum dolorem ferre non valens tremore manifestauit, si sol lucem suam radorum amissione hominibus ostendit: cur homo duriora habet viscera saxo? In morte enim Christi sicut saxa scindebantur, ita a bores virore deposito, marcida folia demittebant. Aues volatus suos amittebant, animalia non pascebantur, pisces natate fastidiebant, flumina grauata, & velut dolenter fuebãt: nihilque erat, quod, vt poterat dolorem interiorem, exterius non manifestaret. Omnes creaturæ eum, qui ex nihilo eas fecerat lamentabantur. Omnes prædicant lamentum: & inuitant, vt Christo compatiantur qui tecum compatiens, mori pro te voluit. ¶ Consideremus ergo Christum Redemptorem nostrum in cruce pendentem, omnibus destitutum, patientem incredibiles cruciatus in corpore, & anima, soluente debitum pro peccatis nostris, extensas habentem vlnas ad recipiendum & amplectendum nos, latus eius perforatum, vt ibi in corde & visceribus peccatores recondat: & caput inclinantem, vt querelas & preces suas a nobis audiat. Et si moritur tam feruenti calore charitatis, vt vestes proprias sustinere nõ valens, in cruce extet nudus: accedamus ad eum, ploremus coram eo qui fecit nos, vt lacrymis & gemitibus iuxta crucem fuis, mereamur passionis fructum consequi, qui est peccatorum remissio, & postea cum Christo in cælo resurrectionis eius gloria fruamur. Amẽ.

Leui. 23.

Psalu. 94.

CAPVT

CAPVT XXII.



PROPRIOV... bat autem dies Iesus... morum, qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotum, & scribas, quomodo Iesum dolo teneant & occiderent.

Exod. 12.

Gen. 4.

Matth. 22.

Dan. 13.

Hiere. 17.

Luc. 4.

1. Reg. 1.

Mat. 4.

Iohanne. 8.

Mat. 26.

Esai. 1.

retributiones. Sed qua de causa illum occidere voluit? Quibusus improbe aut impudicis conuenerit? Audiamus ipsum loquentẽ. Multa opera bona ostendi vobis, propter quod horum me lapidatis: Et irerunt quis ex vobis arguet me de peccato? Innocentem ergo nõ centisimi interficere querunt: Sed hic factus est piõrum, & hic genus est impiorum. Ab eo occisus est Cain vterino fratre suo. Nõ de illisus a proprio filio. Ismael persequitur Isaac. Esau, Iacob. Dalida maritũ morti tradit. Absalon sanctissimum patre persequitur: & impiissimã & incredula Synagoga sponsum suũ diu expectatum morti tradidit. O, incredibilis, & dæmonis rabies, nefandisq; in mortuum peruersitas. Nõ eos nec Saluatoris innocentiã, nec magnã, & mirabilia bona, quibus eos erat profectus; nec timor Dei, nec sanctissimus dies paschæ, & religio tanta festiuitatis illos vnquam mouere potuerit vt ab lacepro desisterent. Non impedit eos penitentiã timor, nec diuina lex. Sed quid? Timebant vero plebs. Et cur non potius carnificem suum dæmonẽ? Imò cur nõn eũ, qui potestate habet corpus simul & animam mittere in gehennam? Qui timet Deum (inquit sapiens) faciet bona. Sed quoniã principes sacerdotum, & scribæ omne Dei timorem ex corde excusserant nõ est mirum quod plebem timeant. Non timent dominum, qui potens est iugulare condeimnare, de medio tollere, in æternosque cruciatus conijcere: & timent populum, adeo timore incusati semper peccatores incedunt, vt de illis sapiens dixerit. Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Qui Deum non timet, necesse est, vt omnia timeat. ¶ Plebem timebant & profecto nõ plebs sed qui passurus erat impediatur conatus. Ipse enim potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Ingens certe fuit istorum facinorosorum ac pessimorum hominũ malitia aduersum Christũ. Sed maior multo proculdubio fuit patientia, qua mundi Saluator se gessit, in tot grum his, blasphemijs, & persequitionibus cõstitutus. Nõne posset terram crepare cogere, ac omnes statim deglutire, corporeque & anima vitis desilire ad inferos? Nonne posset in nihilum vertere? Sed mansuetissimus agnus coram tondente se ex

Ioh. 10.

Ioh. 8.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 27.

Gen. 21.

2. Reg. 16.

Iudic. 16.

Mat. 10.

Eccle. 13.

Prove. 28.

Ioh. 10.

Esai. 53.

hibuit, & non aperuit os suum. ¶ Tu ergo si iniuriam pateris ab his, qui tibi multas deberent gratias agere, patienter ferri propriam quo tuam. In eam veniat, quam inique ab impiis hominibus Saluator tuus fuerit tractatus, in quos ingentes beneficiorum thesauros contulerat. Sequitur illa litera. *Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim, et abiit et legitur quod cum principibus sacerdotum, et magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.* Intrauit diabolus in Iudam, hoc est in metem seu animam eius, non ei essentialiter illabedo, quia solus Deus creator & immensus essentis rerum illabitur, qui omnia implet, penetrat, & excedit, sed intrauit per effectum suggerendo Christi venditionem: Nec hac vice solum intrauit hoc modo in eum sed & antea sepe vtpote, quoslibetque illum ad mortale in duxit peccatum. Vnde apud Ioan. 6. legitur. Et cœna facta cum diabolus iam misisset in cor Iudæ, &c. Aduerte qualiter inimicus Satanas vires assumit, vt quod De⁹ in vobis, ipse operetur: nam sicut Deus iusti animam illabitur, in cor, de quo concluditur: a dæmon accuratè in eam intrare atque in corde recipi tentat. Quando De⁹ in aliqua resider anima facit, ne rei, quæ Deus non sit pateat aditus, & cuiusque rei, que Deum sapit, pandatur. Sic Anna illa sanctissima mater Samuelis ait. Dilatum est cor meum in domino dilatum est cor meum in Deo meo. E contra quando diabolus in anima moratur, cuius rei mundus patet, Deo autem clauditur. Quodlibet offendiculum est illi occasio casus: quia dæmoni tradit cor, quando quidè Deo atque rationi resistit. Quid plus rationi absenti quàm Christum Iesum, qui eos torquerat bonis videret: Non ait, vt venderet, sed vt traderet: quod id est quod traditione vèdere. Si animis mutaret Christum, ipse huius mercis pretiū factus est: nā venit ad dandam animam suam redemptionem pro multis, sed iniquis pecunijs mutat. Itaque hūc intrauit diabolus vas suum pleni⁹ possidendo, & hoc etiam modo intrat corda eorum, qui eius tērationibus & suggestionibus consentiūt. Nō intrat cogendo, aut necessitudo, ad culpam, sed suggerendo, & alliciendo ad eam: nos vero voluntariè ianuam aperimus præbèdo suggestioni diabolice consentum. Contra quos Paulus, Nolite locum dare diabolo. Iacobus. Resistite (inquit) diabolo: & fugiet a vobis. Omni ergo impie cogitationi, affectioni, &

suggestioni perversa iugiter ac viriliter reluetemur, Deo atque eius mandatis, & testimonijs fortiter adhaerentes: & qui quid vèritati ac æquitati contrarium est respicientes. ¶ Expènde autem quam optime dicat Evangelista quod abiit quia à Christo recessit, non solum quidem secundum corpus: sed etiā animā, minime Christum esse filium Dei confitens, & credens: contulitque se in infidelis, Apostata, ad Pharisæos, Deum abnegans non poterat non in manus dæmonis incidere: nam qui Christum deserit, opera Iudæ operibus si millima, facit. Egressus est Cain à facie Domini ait scriptura: & statim subdidit. Habitavit profugus in terra. Sic ille de quo in Matthæo. Egressus à facie domini, cepit suffocare fratrem suum, vt redderet quod debebat. Malum enim, & amarum est te reliquissis Deum tuum. Exiens ergo Iudæ à Christi cōspectu abiit vbi principes sacerdotū & scribæ conveniunt, quia sciebat quod volebant eum interficere, & dixit eis. Quid vultis mihi dare: & ego eam vobis tradam: Ac si diceret. Ego gnatum sum cordi vobis in esse huius hominis vitam tollere populi: metu non a dære eum adoriri. Ne timeatis, ego enim vobis tradam ut sine strepitu possitis in eum manus conijcere. Iudæ procul dubio mortem Christi acceleravit: nam Iudæi timore populi compulsi, captione eius in aliud tempus, post pascha scilicet differre statuerant. Iniquus tam en ac traditor in eorum peruentos animos induxerat, vt eum statim tenerent. Vèdidit Iudæ veritatem: nā dñs ait. Ego sum via, veritas & vita. Et etiam nūc in seculo nostro vendita est veritas: nam nullibi comparet licet valde sit necessaria ad regimen totius orbis. Nō quis incuset Reges, Prælatos, religiosos: cum ex suis aliquid proderit monstrum. Duodecim erant in societate Christi asciti, sed vnus illorum traditor fuit. Respice ergo tu quo pacto sanctus Ioseph à fratribus diuidendi, illudque Zachariæ adimpletur. Appenderunt mercedem meā triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Projice illud ad statuarium, &c. Psalmista. Homo pacis meæ in quo sperabam: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplicationem. Considera ergo, o anima mea quanta debeas Deo: siquidè magnus ille dñs & filius Dei, sicut seruus & captiuus, vendi nō dedignatur: & hoc propter amorem, quo te profectur. Iam pro peccato venibas: & vt te redimeret voluit ipsemet pro te vèdi ne à te ipsa liceas, pluris-

Ioan. 33.

1. Reg. 2.

Matth. 20. Mar. 10.

Ephe. 4. Iacob. 4.

Gen. 4. Matth. 23. Hier. 2.

Ioan. 14.

Gen. 37. Zach. 11.

Psal. 40.

1. Corin. 6.

Psal. 118. 1. Tim. 6.

Pro. 2.

Iaco. 2.

plurisque te facias ne adeo vili pretio vendas, quale rerū terrestrium est: siquidè tā ingratū pretio emptus es. Audi Paulum dicentem Empti estis pretio magno: glorificate & portate Deū in corpore vestro. Gaude ergo Christiane: nam tu solus iustus euasisti ex huius modi conuentu atque cōtractu, itaque quod Iudas vendidit & Iudæ emiserit tu lucratus es. Noster certe est Christus: Iudæorum autē emptorum: minime. ¶ Vide qualis sit effectus auaritie: si quando cor hominis occupauerit. Iudas enim ductus auaritia, dominum tradidit. Virtus enim cupiditate foeditissima. Satanicumque recipiens consilium, neglexit omnem amicitiam: exiit omnem humanitatem, oblitus est omnium beneficiorum: deseruit salutem, contulit se ad pessimos Dei inimicos & Dei filium vendidit auaritia ductus. Hoc debebat omnibus auaritis metum incutere, atque terrorem: & auaritiarū exorsam habere. Hoc propheta clamat Inclina cor meū Deus in testimonia tua, & non in auaritiarū. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Bene dicit radix: quia ex ea oriuntur laquei, furta, prauitates, odia, fraudes, innumera bilia mendacia, fraudes, falsa que iuramenta ementium, & vendentium. Et qui sunt ex parte sunt pecuniam illi dare & spondantur: autem sunt principes sacerdotum, & magistratus populi, quod scilicet, iam haberent vnū cuius opes, & auxilio, Deū perdere possent. Sic Salomon de impijs ait. Letatur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Legantur inquam quod non solum sint ipsi impij: sed quod habeant multos suos complices. Huius generis habet mandus plurimos, qui gratulantur si viderint numerum malorū augeri. Sed gaudet illi in malitia sua, nos autem in domino gaudeamus: illi gaudent quod morti dominum tradunt, sed nos gaudeamus quod mortem hanc pro nobis voluntariè subierit: illi in morte Christi eius querebant interitum, nos in ipsius morte hostiam expectamus vitam & salutem. Gaudent illi eo quod moritur: sed nos gaudeamus quia resurget. Spondent autem Iudas, id est promisit & obligauit se illum tradere eis. O, stulta promissio. Quomodo poterit se obligare homo tradere filium Dei? Dæmones contremiscunt ad vocem filij Dei: & hic traditor in statu dæmonis adductus pollicetur se illum traditurū: sed hæc omnia frustra pollicetur, & conatur, cum nihil aliud agere poterit prater id ad quod sponte se obtulit

Christus. Qui etiam ideo ad mundum hūc venerat, vt pro iniustis & peccatoribus sese daret morti: hoc quod iam antea sapissimè statutus est. Verum ne putes Iudam per iocū tam impium nefas pollicitum, audi quid Euangelista dicat. Et quærebatur opportunitatem, vt traderet eum sine turbis. Vtinam sic opportunitatem boni captaret ad bonum, sicut malus. Cain volens occidere fratrem Abel eduxit illum in agrum, vt sine testibus, & non habes qui illum prohiberet, posset illum interficere. Vxor quoque Putifar, vt vidit quod Ioseph esset sine socio aliquo opportunum elegit tempus, vt illum moneret ad opus nefandum peragendum. Sciunt enim mali opera sua iniqua in tempore opportuno exercere: & illud tempus querere, & expectare. Vnde Iob ait. Oculi adulteri obseruat caliginem. In penam peccati hanc Deus ab iniquis expetit vltionem, vt eo loco & tempore mala faciat quibus nō sit qui prohibeat: & sic plurimos laqueis peccatorum illaqueat, demum in inferno demergantur. Nos vero queramus tempus opportunum, vt Deo seruiamus, & virtutibus studeamus. Habrahā vir misericors, & hospitalitatis deditus in meridie erat in hostio tabernaculi sui expectans in hora prandij an aliquis peregrinus transiret. Lorch quoque vespere cum viatores hospitium, & cenam querunt in foribus Sodome se debat, vt peregrinos transeuntes in domo sua susciperet. Horum patrū exemplo discamus, & nos opportunitatem capere, vt proximis subueniamus. Nam sicut Iudas, & impij omnes sciunt tempus furandi, adulterandi, & peccandi: profecto magis cōsonum est & æquum, vt nos Deo seruiendo tempus opportunum queramus. Sed de his satis. *Venit autem dies Azymorum in quo necessè erat occidi pascha.* Venit dies Azymorum, hoc est dies ille in qua non licbat Iudæis nec etiam alienigenis, qui cum ipsis erant vesici panibus fermentatis, sed solis Azymis: & in qua die necessè erat occidi pascha. Quare erat necessè: quia tāto verborum pōdere à domino per Mosem præceptum fuerat sicut accepiimus ex ipsa lege, sic enim legimus. Mensis iste vobis principium mensium erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, &c. Lege caput duodecimum Exodi. Igitur necessè erat occidi pascha, hoc est agnum paschalem. Primum quidem iudaicum, hoc est typicum, & vmbrales. Sed multo magis, & summe necessarium erat occidi

Gen. 4.

Gen. 39.

Iob. 24.

Gen. 18. Gen. 29.

Exo. 12.

agnum immaculatum quem ille praefigura-  
 bat, hoc est, Christum. Quanto enim maiori  
 opprimebatur iugo, quam Iudaei in Aegy-  
 pto: tanto magis necessarium erat nobis ut ag-  
 nus noster Iesus Christus immolaretur, & oc-  
 cideretur pro nostra libertate. Illos opprime-  
 bat Pharo, sed nos Satanas: & illi in sangui-  
 ne illius agni liberati sunt a iugo Pharaonis,  
 sed nos Christi sanguine a servitute, & pecca-  
 ti iugo. Venit ergo dies Azymorum, hoc  
 est paschalis celebritas: quae dicitur Azymoru  
 idest panum non fermentatorum, quia in to-  
 ta illa solennitate quae septem durabat die-  
 bus vesciebantur Iudaei Azymis panibus. In-  
 ciebat paschalis solennitas infero ferre quin-  
 te ad vesperam in qua Iudaei edebant agnu  
 paschalem cum Azymis panibus. Certum est  
 enim quod hoc quod Lucas dicit, in qua ne-  
 cesse erat occidi pascha, quod loquitur de fe-  
 ria quinta in qua agnus paschalis occideba-  
 tur. Christus namque in Azymo consecrauit,  
 nam celebrauit coenam die Iouis, hoc est, lu-  
 na tercia decima noctu quando iam incipie-  
 bat quartadecima luna, vt habetur in leuiti-  
 co. Quoniam a vespera in vesperam celebra-  
 bant Iudaei sabbata, seu festa sua: & in die qua  
 do durabat luna adhuc quartadecima, mor-  
 tuus est Christus. Et hoc est quod Ioannes di-  
 cit quod ante diem festum pasche Christus la-  
 uit pedes discipulorum suorum: & idem ait  
 capite decimo octavo quod Iudaei non intro-  
 ierunt in pratorium Pilati vt non contami-  
 narentur, sed vt manducarent pascha, scilicet  
 die sequenti vbi pascha accipitur pro cibis  
 paschalibus, in die festo comededis. Et si obij-  
 cias Christum prima die Azymorum agnum  
 comedisse paschalem, verum est: sed prima  
 dies Azymorum incipiebat a vespera terciae  
 decimae lunae, vt diximus. Nec etiam valet  
 obiectio. Christus quartadecima luna come-  
 dit agnum paschalem & die sequenti passus  
 est, ergo in luna quintadecima passus est. Ne-  
 gatur consequentia: quia vt diximus incipien-  
 te luna quartadecima coenauit quae nocte  
 praecedenti incipiebat, & sequenti die, idest  
 eadem quartadecima luna adhuc durante,  
 passus est. Vide autem quod pascha id est  
 quod saluus, nam verbum, pasch, significat  
 saltare & nomen, pasch, saltum: quia nocte,  
 qua eduxit dominus filios Israel de Aegypto  
 occidens primogenita Aegyptiorum saltauit  
 domos Israelitarum, nec occiderit ex eis  
 quenquam. Nostri, transiunt interpretantur

sed fere idem est. Accipitur autem hoc no-  
 men pascha multipliciter: primo accipitur  
 pro agno paschali, vt hic accipit Lucas. Necesse  
 est erat occidi pascha: id est agnum. Secundo ac-  
 cipitur pro tota hebdomada Azymorum seu  
 solennitatis paschalis: sicut in actibus Aposto-  
 lorum scribitur de Herode quod voluit post  
 pascha producere Petrum populo. Tertio ac-  
 cipitur pro celebritate paschali existente in fe-  
 ria sexta praedicta. Quarto pro hora immola-  
 tionis & comestionis agni paschalis: prout in  
 Marco scriptum est. Erat pascha & Azyma  
 post biduum. Quinto pro quocunque cibo  
 vel pane quo vesciebantur Iudaei durante fe-  
 stuitate paschali, sicut in Ioanne legimus. Iu-  
 daei non introierunt in pratorium, vt mandu-  
 carent pascha: id est, Azymos panes. Sexto  
 pro figurato agni illius, puta pro Christo: de  
 quo Paulus ait. Pascha nostrum immolatus  
 est Christus. Septimo pro festiuitate epularu  
 paschalium: vnde in secundo libro Paralipo-  
 menon dicitur. Non fuit tale Phase a diebus  
 lucidum, quale fecit Iosias. Sed ad cotextum.  
 Et misit Petrum & Ioanem dicens. Euntes para-  
 te nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt  
 Vbi vis paremus? Ostendit in hoc Christus re-  
 demptor noster noluisse contrariare legis: sed  
 potius parere, vsque ad vitra vltimum. Ipse  
 enim ait. Non veni soluere legem sed ad im-  
 plere. Hic pascha pro agno paschali sumitur.  
 Misit autem illos a Bethania vbi erat in quin-  
 ta feria, vt prepararent agnum paschale. Bi-  
 nos etiam sicut mos illi erat eos mittit, prop-  
 ter mutue societatis solatium & socialis vite  
 comendationem. Frater enim, vt inquit Salo-  
 mon qui adiunatur a fratre, quasi ciuitas mu-  
 nita. Sed dices. Quare Petro & Ioanni instru-  
 ctionem mense praecipit, & non potius Iude  
 procuratori suo? Quia Iudas iam alia medi-  
 tabatur quam parare domino ad diem festu  
 legalia fereula: nam exitum parabat domino  
 suo. Imo ignorans parabat ecclesiae sanctissi-  
 mam illam coenam: quam omnia superiora  
 veterum sacrificia praefigurabant. Talem ite  
 parabat coenam domino suo qualem olim  
 Absalon fratri suo Amnon parauerat: in qua  
 ipsum fecerat occidi. Sed in hoc differunt,  
 quia Amnon non omnino iniuste (vitiave-  
 rat enim ac vi oppresserat Sororem sua) Chri-  
 stus vero ab impio Iuda, innocentissime im-  
 piorum mactationi oblatu est. Ergo absente  
 Iuda procuratore, Christus Petro, & Ioanni  
 praecipit vt vadant, & praeparent ea, quae ad  
 mandu-

Act. 12

Mar. 14

Ioan. 19

1. Cor. 15

2. Par. 35

Mat. 5

Pro. 18

2. Reg. 15

Cap. 1

Leu. 22

Ioan. 13

Luc. 9

manducandum pascha pertinebant. Tu, etiam  
 sicut Petrus, & Ioannes agnum preparaue-  
 runt paschalem: ita per actionem studiosam,  
 & contemplationem mysteriorum beneficio-  
 rumque Christi, prepara cor tuum ad sacram  
 communionem. Sed cum dicunt, vbi vis vt parem?  
 de ciuitate non dubitant sed de domicilio, na  
 secundum legem non licebat alibi, qua in eo  
 loco vbi stabat tabernaculum constitutionis,  
 celebrare pascha. Is locus a temporibus Da-  
 uid, & Salomonis erat vrbs Hierusalem. Ea  
 vero lege praefigurabatur verum agnum tol-  
 lentem peccata mundi immolandum fore  
 Hierosolymis. Hoc non ignorabant discipu-  
 li, vt pote nati, & educati, in lege. Quid ergo  
 dicunt interrogantes vbi vis paremus? Hunc  
 sensum habet. Scimus, O bone Iesu tempus  
 instare, quo iusti sumus agnum paschale ma-  
 ducare: scimus quod non alibi nisi Hierosoly-  
 mis licet hunc festum diem celebrare, scimus  
 etiam quod male tecum conueniat cum Hie-  
 rosolymis. Maior pars te odio prosequitur: &  
 si qui sunt tuorum praeterea non audebunt  
 se tuo nomine dare in periculum: vbi igitur  
 vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus  
 vobis in ciuitatem occurret vobis homo ampho-  
 ram aequae portans, sequimini eum in domum in  
 quam intrat & dicitis patri familias domus. Di-  
 cit tibi magister. Vbi est diuersorium vbi pascha  
 cum discipulis meis manducemus. Aperta est  
 haec historia: nihilominus tamen multis do-  
 strinis, & consolationibus referta. Eliezer ser-  
 uus Abraham occurtit Rebeccae amphoram a-  
 quae portanti: quam sequutus, ibidem hospi-  
 tatus est. Dixit enim. Est apud nos locus spa-  
 tiosus ad manendum. Sic hic hospes ostendit  
 a postulis stratum, & coenaculum magnum.  
 Sic etiam & Sauli, puellae quae portabant la-  
 genam aequae indicauerunt vbi esset Samuel:  
 & ibi solenne epulum illo die celebrauit. Sa-  
 maritana quoque lagenam aequae baiulans,  
 Christo in Samaria locum parat: vbi Christus  
 panem spiritualem; hoc est animas Samarita-  
 norum dulcissime comedit. Nunc vero Cri-  
 sto coenaturum cum discipulis, & dispensationem  
 cum ecclesia celebraturum (vt Isaac cum Re-  
 becca) & sui regni spiritualis primordia initia  
 tuuro, vt alter Saul: homo lagenam aequae por-  
 tans, locum vbi haec festa celebrentur osten-  
 dit. Nunc ergo anima mea vadat: & interro-  
 ga tuum dulcissimum sponsum. Indica mihi  
 vbi paschas, vbi cubes in meridie: ne vagari in  
 cipiam post gregem sodalium meorum vt va-

Ioan. 1

Gen. 24

2. Reg. 9

Ioan. 4

Cap. 1

dam post sensus, & delicias, & vagas meas co-  
 gitationes? Hic quiete, & eius pedes ample-  
 ctere. Tota enim vita tua est scire vbi dilectus  
 spousus tuus sit: vbi cubes & teneas eum. Sed  
 his dimissis nota primo quam ingens sit Chri-  
 sti domini penuria, atque paupertas: siquidem  
 domo seu vili habitaculo carebat quod eum ca-  
 pere posset: dectant etiam quae opus erant ei  
 ad tantum misterium conficiendum: & pro-  
 pter hoc discipuli petebant: vbi vis paremus  
 tibi pascha tanquam proprio hospitio carere.  
 Attentas ergo praebent aures quibus maxi-  
 ma cura, & studium est thesauros congregan-  
 di, erigendique illustres domos, & palatia ex-  
 cella. Christum donatum omnium intuean-  
 tur loco vbi posset coenare egentem: nec ha-  
 berem vbi caput reclinare posset, nec numos  
 ad victum necessarios. Videant isti qua paru  
 a gentibus distant idolorum cultoribus, qui  
 operibus manuum suarum cultu, & honore  
 deferunt. Nam studio operu manuum suaru  
 teneri, vacareque pulcherrimis adificijs eru-  
 gendis ad summa fastigia ductis, & thesauris  
 congregandis: quid nam aliud est nisi cultu  
 lignis, lapidibus, argento, & auro exhibere, sif-  
 cur gentes faciunt? Expense etiam Christi  
 incretam sapientiam. Naturali enim ratione  
 non poterat scire quod occurreret eis homo  
 amphoram aequae portans: quia futurorum pure  
 contingentium non est determinata praecog-  
 nitio, nisi diuinitus reueletur. Christus tamen  
 hoc praesciuit tam per incretam suam scien-  
 tiam, secundum quod Deus: quam per crea-  
 tam scientiam inditam, & per gratiam proph-  
 etiae, quam habebat plenissime secundum na-  
 turam humanam. Non solum ex his verbis ostendi-  
 tur quod Christus Iesus, omnia sciat, sed quod  
 omnia possit. Ostendit omnia scire: quia noue-  
 rat quis in vrbe Hierusalem ambularet, &  
 quod inueniret discipuli illum hominem. Om-  
 nipotentem autem se ostendit, quia nemo ius-  
 tis illius repugnare ausus fuit: omniaque volu-  
 tates quando & quo vult impellit. Voluit in  
 his suos docere verum esse filium Dei scire  
 omnia, & omnipotentem: etiam si tradatur  
 in manus peccatorum. Hoc deberent maxi-  
 me Christi discipuli foueri, & exhortari ne si-  
 de amitteret, nec post habitum retroiret, quous  
 illa nocte capite videret: considerates illius sa-  
 pientiam, & potestatem in hominum corda. Ad  
 haec docet hic Christus omnes cultores suos ha-  
 bere verum timorem Dei. Si enim absens videt  
 quid in vrbe fiat: non ignorat nunc in caelis  
 ad

ad patris dexteram sedens quid in terra fiat. Vider enim sobrios, ebrios, Hydriam & pretiosi vini lagenam baiulantes, quibus pro suo merito vnicuique repender. ¶ Notandum quoque est quod Christus quauis pauper esset habuit tamen amicos fideles: qui bona sua cum eo communicauerant. Docemur non desperare de cura, & sollicitudinē fidelissimi patris. Quauis grauis non deseret nos, illius prouidentia excitabit opulentum, & diuitū animos: vt liberali beneficentia, nostram subleuet indigentiam. Habebimus enim multā bonā (vt Tobias ait) si timuerimus Deū. Sed ad contextum. Et ipse ostendit vobis conaculū magnū fratrum & ibi parat. Euntis autem in uenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Litera hęc nullā habet difficultatem. Ad nostram vero eruditionem hic notandum quod modo dominum nihil laecat. Cognouit quomodo pater familias esset paritū suis pręceptis: & quod esset ostēsus eis magnū stratum. Duo hinc discimus. Primum vt domino nostro sine omni cunctatione obtemperemus. Sic enim vir illē statim domino obediuit: & quod Christus pręceperat, adimpleuit. Docemur etiam vt Deo demus potiora, vt iste qui stratum magnū, optimumque dedit Christo, & bene pręparatum. Sic Abel potiora Deo obtulit, & iste optimam domus suę cellam. Tu etiam da Christo ac suis pauperibus, & peregrinis meliorem domus tuę partem. Non sicut quiescentes in lectis & cubiculis aureis atque diribus qui pauperem ac peregrinum Christi in loco infimo domus stabulo scilicet hospitari sinunt atque pręcipiunt temporum iniurijs, gelu, & frigori obnoxii: sicut Bethlehemite fecerunt quando dominus mundo apparuit: quia cum Maria, & Ioseph idoneum hospitium non inuenirent pręiogeni inopia qua tenebatur compulsi sunt in diuetsorio ioanere. O, scēlices Christiani in quorum domibus & aulis, Christus delectatur cum discipulis suis. Multi quidem multa, & magnifica construunt ædificia: sed hęc nec Christo nec eius amicis patent. Sed hęc aliās, & aduerte quod domus huius patris famulias, fuit prope montem Siō iuxta templū in qua domo fuit conaculum iam pręfatum in quo Apostoli post Christi resurrectionem foribus clausis laebant, vsque ad Pentecostem: ubi Christus in die resurrectionis apparuit, & ibi Spiritus sanctus in linguis igneis

descendit super eos. Fuit etiam vir hic discipulus Christi occultus, nobilis, diues, ac potens: sic adeo quod non obstate prohibitione pontificum, spreto timore principum Iudæorum ausus fuit Christum, & eius discipulos, in domum suam suscipere, atque post Christi passionem tandem eius discipulos excipere hospitio quasi Iudæos non metuens. Habuit namque Christus aliquos discipulos diuites a quibus voluit resciri: nam in Ioanne scriptum est, quod ex principibus multi crediderunt in eum, instante hac cœna. ¶ Igitur appropinquante iam vespera intravit Iesus ciuitatem, & peruenit ad locum ubi parabatur pascha. Aspice nunc dominum in aliqua parte domus sedentem, & Salubria cum in discipulis loquentem, interim quod parauerunt pascha. Vesperi autem factō cum parata essent omnia intrauerunt conaculum dominus Iesus, Apostoli, & etiam alij septuaginta duo discipuli minores. Omnes lauabant manus, & affertur illis agnus paschalis assus, panis Azymus, & lectuę agrestes: nam hęc erant necessaria ad esum agni sicut Moses pręceperat in lege. Et cum facta esset hora discubuit: & duo decim Apostoli cum eo. Quid Euangelista dicit dominum discubuisse: id est sedisse ad mensam: cum lex pręcipiat quod erecti, & stantes comederent agnum: deinde sedentes allum, & alios cibos comederunt. Er hoc videtur ita esse vt Ioannes dicit & cœna facta surgit a cœna: hoc est, post esum agni paschalis secundum legis ceremoniam, & incipiens cœnam paratam quauis non finitam: surrexit & pedes discipulorum lauit: & post lotionem iterum ad mensam sedit dicens. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum: post hęc omnia, instituit sanctissimum Eucharistię Sacramentum. Diuus Lucas ommittens tractationem agni paschalis, lotionis que pedum quam Ioannes scribit: procedit vltterius dicens. Cum facta esset hora discubuit, & omnes Apostoli cum eo. Pulchre Christus a figura incēpit, vt ad veritatem perueniat. Legalē agnum prius comedit: deinde suam nouam cœnam inchoat, sequē manducandū suis prębet. Ad illam veterem cœnam requiebat agnus assus: ad hanc autem nihil nisi panis, & vinum. Pulchre tamen inter vtrāque cœnā quadam verba interposuit: quibus significabat vctus testamentum terminari, & nouum incipere velle. Aduerte quod hic ait Euange-

Ioan. 12.

Exod. 12.

Ioan. 13.

Psal. 118.

Iosue. 5.

lista quod duodecim Apostoli sederunt cum eo vt etiā scias quod Iudas fedit ad mensam. Attendant hoc quorum corda hic liuor, & odium possidet: qui que fratribus offensam hic relinquere nolunt. Christus proditorem suū non repulit a sua mensa: & tu eos qui vel verbo tantum te laeserunt vix visu vel alloquio dignaris? Christus hoc fecit: quid ergo tu cinis, puluis, & terrę vermiculus superbis? Sed quid? Tu perpetuo & singulis momētis Christum offendis, nec tamen ille reddit talionē: & tu non vereris tam pertinaci odio fratrem infectari? Sequitur. Et ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam pariar. Multoties Christus cum discipulis agnum assum legalē cœnauerat, & non dixit hęc verba: sed loquitur de se ipso hoc est de cibo quem ipse discipulis suis cito daturus erat. Ipse inquam Christus tātā cœnæ hospes, cibis & conuiuia erat: & hanc cœnam erat facturus antequam pateretur, hoc est, ante mortem suam. Cucurrit post nos dominus noster Iesus Christus omnibus diebus vitę suę in siti feruentissimi desiderij salūtis nostrę: & ista sitis siue desiderium fuit prolaturū ad triginta tres annos. Discamus & nos patientiam habere: si bona nostra desideria aliquando prolongentur apud Deum: nam qui fecit nos de fidere & velle bonū; scit quomodo debeat exaudire, & quando expediat nobis. Vide etiam quomodo benignus & misericors Dominus non definit nos insequi omnibus diebus vitę nostrę feruenter desiderans, ac sitiēs salutem nostram: quā propter si aliquādo nobis pia ac sancta desideria deseruerint, ne habere voluerimus, discamus saltem ea concupiscere, iuxta illud prophetę. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Et tunc dominus, quę eius bonitas est, tuam acceptabit voluntatem, tanquā obsequium. Pręterea dixit hoc, vt ostenderet quod propria voluntate patiebatur: cuius passionem significabat illud Israeliticum pascha & agni sacrificium: tum etiam vt ostenderet amorem, & affectionem quam habebant vt cessarent iam legis ceremonias: & succederet loco illarum euangelica veritas: quam obrem postquam filij Israel comederunt fructus terrę promissionis cessauit mēna quo illos Deus paupit in deserto: sic etiam postquam mundus positus est hoc cœlesti cibo, verus lex cessauit. Ait itaque dominus. Desiderio desideravi, & c. Ac si diceret. Singulis annis, vt scitis pas-

cha celebraui: sed nullum eorum tanto desiderio sicut hoc præsens. Nunc ergo tempus est vt ego vobis talem cibum, & potum pręstem, quale in ante nūquam gustastis, tempore Iudaici festi. Et gaudeo quod tēpus aduenit, nec aliud cupiebā. Cras mihi amarissima paranda sunt: atque ideo cœnam meam hac nocte absoluerē me oportet. Hoc iam vltimō vobis commendo, nunquam post hac super terram comesturus: eo videlicet modo quo nunc simul vescimur. Vnde statim subdidit. Dico enim vobis quia a hoc nō manducabo illud. Quibus verbis clarē ostendit se moriturum, quia mortuus nec comedit nec bibit. Ne tamē discipuli ex insolita hac loquutione plus æquo traherentur, addidit pro ipsorum consolatione. Donec impleatur in regno Dei. Hoc ad Christi resurrectionem pertinet. Cum enim Christus a mortuis resurrexisset iam cōpletum erat pascha. Omnia enim priora festa imperfecta fuerūt: nam vsque ad illud tēpus tantum vmbra: & figura paschatis fuerūt sicut omnia sub Mose. Christo autem resurgēte, verum pascha incipiebāt: quando quidem iam omnia erant impleta, quę ad pascha implenda erant. Et hoc inquit cōplebitur in regno Dei. Tunc enim regnum Dei omnibus modis aditit. De quo prius dictum fuerat quod appropinquaret. Ac si diceret. Quādiu mortuus non fuero, & resurrexero, nondum adest regnū Dei: tunc autem diuino meū, & spirituale regnum in omni mundo potenter incipiet, cū pro peccatis hominum mortuus fuero: & propter iustificationem eorum resurrexero, tunc inquam totus mundus manifestē videbit & cognosceret per verbum & spiritum quod filius Dei Rex sit dominetur, que super animas & cōscientias, quod regnū eius nunc sub cruce occultatur. Et hoc quod statim hic subdidit, dicens, dico vobis quod nō bibam de generatione vitis donec regnū Dei veniat: eundē habet sensum. Quod dupliciter potest exponi. Primum vt diximus de corporali manducatione qua post resurrectionē coram discipulis comedit vt infra capite vigesimo quarto videbimus. Tunc enim comedit corporaliter quauis alio modo quam prius: vt sibi videbimus. Aliter autem & melius intelligitur verbum hoc de spiritali manducatione & potū: quia post hanc Iudaicā obferuationem, nunquam amplius Christus est paschalis agni vltus est. Nouum tamē pascha vel agnum nobiscum edit, & nouum vinum nobis-

Rom. 4.

nobilis cum bibit in regno Dei in Ecclesia dū  
nos ipsi & ipse nobis incorporatur perfidem  
& sumptionem sacramenti: id autem non se  
mel tantum fit, sed perpetuo quoad regnū  
Christi in Ecclesia durabit. Per hoc igitur sub  
indicat quod corporalis manducatio agni  
cessare deberet: & succedere spiritualis man  
ducatio veri agni. Nec enim agnus ille prior  
ideo iustus fuerat afferri & manducari, vt per  
petuo & semper sic fieret. Dixerat enim Mo  
ses hoc seruandum esse cultu sempiterno, sed  
addidit in generationibus vestris: hoc est quā  
diu permancbit hæc generatio, hic rerum sta  
tus, hoc testamentum necpe vetus, & quan  
diu vos populi Dei eritis permancbit hic ritus.  
Post Christum autem alia generatio est &  
aliud testamentum: nec amplius Iudæi sunt po  
pulus Dei. Et ideo cessauit agni illius pascha  
lis immolatio. Hoc prædixit Hieremias dicens.  
Ecce venient dies cum non amplius dicetur.  
Viuat dominus qui eduxit filios Israel de Æ  
gypto, &c. Et infra. Ad te venient gentes ab  
extremis terrarum: & dicent. Vere in hæc datū possē  
derunt patres nostri vanitatemque eis non  
profuit. In summa ergo quinq; in verbis præ  
missis dicit. Primum quantum desiderat cū  
suis discipulis cenam hanc vltimam sumere  
quod certe voluit illos attentiores reddere ad  
futuram actionem. Discipuli enim ex his ver  
bis facile conijcere poterant aliquid noui &  
aliquid ponderis sequiturum. Secundo testa  
tur passionem suam iam in stare. Tertio decla  
rat passionem suam & mortem non diu du  
raturam: sed se rursum reuicturum: sic vt etiā  
manducare possit. Quarto testatur se cum di  
scipulis suis comesturū de hoc paschate, quod  
iam illis sit daturus. Quinto ostendit in morte  
suam facere ad illustrationem regni Dei. Chri  
stus enim morte sua diabolum vicit & regnū  
patris cælestis ampliari fecit. Sed proceda  
mus. Et accepto calice gratias egit & dixit. Ac  
cipite & dividite inter vos. Dico enim vobis  
non bibam de generatione vitis donec regnū Dei  
veniat. Non loquitur hic Christus de calice  
sui pretiosissimi sanguinis, sed calice & potu  
figuratiuo: & totum hoc quod ad potum atti  
ner debet intelligere, vt supra diximus quan  
do de esu loquutus est: donec regnū Dei ven  
iar. Nam sicut diximus dixisse dominū non  
amplius comesturum estemoniam magnam:  
sic modo testatur non bibiturum post hæc de  
illo figuratiuo vino paschatis donec ostēsa re  
surrectionis gloria luceat in mundo fides re

Exod. 12.

Hier. 16.

gnū Dei vt per illas duas supremas figuras a  
deo in lege communes: agnum scilicet mysti  
cum & vinum ceremoniale, in spirituale sa  
cramentum iam versas, intelligeres omnia sa  
cramenta & legis mandata, quæ ad obserua  
tias carnales adstringere videbantur, mutan  
da in adimpletionem spirituales, & ideo di  
uus Lucas meminit duorum calicum. Primus  
calix est iste, de quo modo loquitur de He  
bræorum paschate agens: a curus postea de  
pretiosissimi sanguinis calice. Ex dictis appa  
ret legis pascha cessasse, iam esse que adimple  
tum in regno Ecclesie: quando scilicet diu  
ina sapientia instituit mensam noui sacramen  
ti cui imposuit suum corpus miscuitque pro  
prium sanguinem. Tamen legis ceremonie  
obligabant ad eandem observationem quod  
ad usque Christus dominus passus est qui fuit  
sacrificium, & oblatio quedam perfectissima  
perfectionem causans, extirpatrix omnium il  
larum ceremoniarum & sacrificiorum legis.  
Propter quod res illius legis, tantum fuerūt  
vitiæ, & habuerunt vim vsque ad passionem  
Christi, quæ post euangelium mortua man  
serunt: nostra vero sacramenta semper exite  
runt in sua vi, & ad finem seculi extabunt.  
¶ Præterea quod Christus hic gratias egit, suo  
more fecit nunquam enim solebat cibum &  
potum sumere, nisi præmissa gratiarum actio  
ne. In hoc autem nobis proposuit exemplum  
vt ante ciborum sumptionem primum confi  
deremus, vnde nam victus ille nobis suppetat,  
non quidem nobis ex industria, & labori  
bus nostris tantum suppetit sed ex beneficio  
Dei, qui iuxta Psalmographum dicitur: om  
ni carni: vnde illi innumeras debemus gra  
tias. Sed iam veniamus ad illam magnam &  
nouam noui agni, cenam: quam Christus tan  
to desiderio concupiuit cū discipulis suis fa  
cere. Et accepto pane gratias egit, & frigit, &  
dedit eis dicens. Bene antequam tantum ac tā  
magnum Sacramentum institueret gratias e  
git. Nam si suscitaturus Lazarum gratias egit  
dicens, pater gratias tibi ago, quoniam exau  
disti me: quanto nunc potius gratias egit per  
sacram Eucharistiam non vnum, sed multos  
mortuos excitaturus? Porro Christus id  
hac benedictione seruauit, modum vsitatum  
apud Hebræos: qui talis erat. Cū enim in  
solemni conuiuio pater famulias, vietas accu  
pit poculum vino refertum dextra manu ap  
prehendit, moxque orare incipit. Benedixit  
suis, tu Domine Deus noster Rex mundi qui  
creas

Isa. 135.

1 Cor. 11.

Gen. 1.

creas fructum vitis. Quo dicto vinum gestat,  
& postea alijs porrigit. Post calicis benedi  
ctionem panem accipit, quem integrum esse  
oporret: & eum tenendo vtraque manū his  
verbis benedicit. Benedixit sis dominus  
Deus noster qui educis panem de terra. Quo  
dicto distribuit circumstantibus. Hunc mo  
dum Christum seruasse satis patet ex hac lite  
ra: si bene illam inspexeris. Itaque post hanc  
benedictionem & gratiarum actionem distri  
buit Saluator mundi panē discubētibus di  
cens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tra  
detur. O gratia nec audita nec visa vnquam.  
O mirifica verba quorum virtute substantia  
panis in corpus Christi conuertitur: daturque  
Deus homini peccatori in cibum vitæ, & ani  
mæ nutrimentum. Non legitur in euangelio  
Christum dominum rem aliquam adeo ex  
cogitatum & tanta preparatione fecisse sicut  
hoc sanctissimum sacramentum eucharistie.  
Instituit autem illud: primo, vt cor nostrum  
firmius adherere posset verbis & promissio  
nibus Dei. Promisit propheta futurū vt Deus  
in nobis habitaret, & quod Christus morte  
sua peccata nostra auferret. Omnes has pro  
missiones & confirmiles confirmat hoc sacra  
mentum. Secundo in monumentum charita  
tis suæ vt nunquam eis de bona ipsius erga  
nos voluntate dubitemus. Tertio institutum  
est in æternam memoriam & representatio  
nem vniuersi illius sacrificij in cruce pro nobis  
facti. Fructus autem huius sacramenti ex ver  
bis Pauli sumitur cum dicit. Panes quem frā  
gimus, nonne eorum unum corpus Christi  
est? Que verba indicant quod sacramen  
tum hoc, omnium bonorum Christianos par  
ticipes facit. Alius fructus quod etiā nos vnus  
panis & vnum corpus efficiuntur: omnes qui  
de vno pane, & vno calice participamus. Ad  
monet hoc sacramentum nos vnum cibum  
& vnum potum factos totosque proximorū  
vsibus paratos esse debere: aliorum paupertate  
rem nostram esse, & aliorum errata nostra du  
cere, &c. ¶ Expende etiam quantā ostenderit  
nobis Deus in hoc sacratissimo eucharistie sa  
cramento. Ostendit nanque inter multa, que  
longum esset recensere suam magnificentiam,  
suam sapientiam, & maximam dilectionem.  
¶ Primo itaque ostendit Christus in hoc sacra  
mento mirabili, suam eximiam magnificen  
tiam. In hoc quod Christus suum sacratissi  
mum corpus in cibum nobis dedit, fecit suæ  
potentiæ maximum, contulit etiam quod cō

1 Cor. 10.

ferre potuit, totum inquam. Quia si diligen  
ter aduertere volumus, in nullo omniū, que  
Deus operatus est ad eū magnificentum & libe  
ralem se exhibuit, vsque adeo suum hoc mo  
do nobis corpus contulit. Ad hoc chim vt o  
pus aliquod liberale sit & dicatur, fat est vt  
fiat secundum mensuram & proportionem  
tale opus exercentis: vnde egenus & pauper  
liberalis esse potest; ex minimo quod habet  
conferens. Vt autem magnificentum sit duo re  
quiruntur. Alterum quod opus secundum se  
magnum sit & circa magnos sumptus: alterū  
vero quod adaptetur potestati ipsius operan  
tis. Ex quo sequitur quod aliquod opus po  
test esse magnificentum respectu ducis seu comi  
tis, quod tamen in rege deficiat à vera ratio  
ne actus magnifici, quia non consonat cum  
dignitate regali. Ad hoc ergo vt opus magni  
ficum, sit primum necessarium est, vt sit mag  
num: secundum vero vt commentetur po  
testati & dignitati agentis. Secundum hoc  
nunquam Deus se magnificentum exhibuit nō  
bis: quoad usque hoc tantum sacramentum  
instituit. Magnum & mirabile opus fuit. Deū  
mundum, solem scilicet cælum; lunam, ter  
ram, stellas, aues, animalia, homines, & Ange  
los, ex nihilo condidisse: quāuis hoc opus ma  
gnum sit, si Deus in eo siltēre vellet, nec ma  
ius facere, non posset magnificus vocari nam  
si animum conuertat in quā potestate hæc fa  
ciat visurus, reperies hæc nihil esse; quæ eius  
virtus & potestas est. Apud Deum enim mi  
nimum quid est cælum & terram creare.  
Quæro dicas mihi, diceretur ne rex magnifi  
cus, quod numum coronatum alicui impen  
dere? Certe non. Sed scito plus esse apud re  
gem vnum numum conferre, quam apud  
Deum cælum & terram creare: nam tot ni  
mos potest donare rex vt pauper euadat.  
Deus autem etiam si infinitos creet mundos  
tam infinitus & omnipotens erit sicut ante  
eorundem creationem. Manus enim domi  
ni non est abbreviata. Sicut igitur tu non ma  
gnificum regem duces, quod parum cōferat  
ita nec Deum, quod cælum & terram condi  
derit. Siquidem vt ait Dauid. Vox domini in  
magnificentia. Non loquitur de voce qua  
Deus dixit in principio, fiat lux; nec qua di  
xit, faciamus hominem ad imaginem & simi  
litudinem nostram, sed qua suis discipulis di  
xit. Hoc est corpus meum; quod pro vobis  
datur. Hoc opus adeo magnum est, vt quod  
datur Deus sit: si potestatem contempleris in  
uenies

Aristo. 4.  
Ethico.

Isa. 59.

Psal. 23.  
Gen. 1.



uentis maximum quod potuit dedisse nec plus qua dedit habuisse. Dedit totum quod potuit Deus: & etiam quod facere potuit, fecit. Est ne aliquid Deo maius? Scito quod ipsemet Deus viuus, aeternus, omnipotensque se tibi dat sub humilibus accidentibus panis & vini. De tali opere non dubium, nisi quod pleno ore dicere possumus. Quod vox domini in magnificencia. In nulla re earum, quas Deus condidit aliquid dicitur absumisse, solum enim verbo omnia operatus est dominus: ipse enim dixit & facta sunt ipse mandauit & creata sunt. At vero hic de eius vita, honore, & sanguine actum fuit. Vide ergo quam magnificum & potentem se Deus exhibuerit in sacramento huius institutione. Quid amplius dare potuit? Quid plus pro homine perpeti quam mori, perpetuamque memoriam sacratissimae passionis relinquere: & antidotum animae salutare in hoc sanctissimo sacramento adhibere: &c. ¶ Secundo ostendit suam infinitam sapientiam: inter nos vere & realiter manens in hoc sanctissimo sacramento. Duo amores adinuicem oppositi Christi cor expugnabant. Vnus eorum abire hortabatur: alter manere. Maximus autem amor quem erga nos habebat abire accumbens agitabat, quandoquidem mors eius in nostram vitam & redemptionem cedebat: & sic discipulis dixit. Expendi vobis vt ego vadam. Necessarius enim nobis erat eius transitus, siquidem ipso nos redemit, sine quo salutem consequi non poteramus: supposita diuina praedestinatione. Itaque vnus amor dicebat vt abiret, & redimeret nos. Sed erat alius maximus amor quo nos prosequeretur, qui suadebat manere. Cum enim nos maximo prosequeretur amore, a nobis abesse regebat: nam qui multum diligit, semper se sibi amatam praesentem esse, in conspectumque dari maxima desiderat: ita quod acriter ferat recessum ab ea. Vtrique amor Christus Redemptor noster sapientissime satisfecit: nam abiit, & nobiscum mansit. Ambo operatus est dominus. Abiit & recessit propter nostram vilitatem, & amorem quem erga nos habebat, moriens, & in caelum conscendens nobis sedem paraturus. Mansit etiam nobiscum in hoc sacramento ineffabili. Ideo ipse dixit. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad seculi consummationem. Et si abiens alia nobis sacramenta relinqueret, alijque nos muneribus afficeret, minime nobis satisfaceret: si ipsemet in propria persona nobiscum non esset, sponsa plu-

ris facit & diligit sponsi personam quam mu nera eius: propter quod nec quiescit seu fatigatur in eius absentia, quanuis multis & maximis sit ab eo affectata donis & muneribus: nihil tanti facit quanti sponsum suum. Sic Christus abiens licet Ecclesia suae magna dona relinqueret nihilominus maneret tristis sponsi absentia nisi cum ea esset. Quare vtrique vt diximus amor satisfecit: quia recessit ipsam redimens, locumque in caelis parans ei etiam adest in perpetuum, in hoc sacramento existens. Pulcherrimam illam prosequutus fuerat suppellectilibus, baptismum, confirmationem, extremae vocationem, & caetera alia sacramenta relinquens, quibus nobis Deus suam gratiam confert & communicat: his tamen Ecclesia & sponsa Christi donis, contenta non esset nisi Christus seipsum illi daret. Hic autem in hoc mirabili sacramento semetipsum tribuit Ecclesiae, qui gratiae fons est: In alijs sacramentis fons gratiae communicatur, sicut quibusdam cloacis & canalibus. Hic tamen datur fons, largitorque gratiae recipitur. Itaque ad patrem ipse vadens per suam passionem, & crucem & Ecclesiam suo sanguine redimens, cum ea permansit vere atque realiter in hostia, tam diuinus, tam magnus, potes, & dominus, sicut in caelo residet. Quis nam similem edere sciret modellum? Quis talem modum posset inuenire? Voluit certe infinita sapientia Dei ineffabili modo, nec vnquam audito, nec viso, hic cum homine conuersari, & manere in caelo existens. Et non solum eius altitudo sapientiae ostensa est per hoc quod cum homine mansit: sed etiam per modum, quo id facere excogitauit: nam eo modo quo mors in mundum intrauit, voluit dominus, vt eodem intraret vita. Per eum ligni vetiti intrauit mors: per eum etiam intrauit vita. Medicus enim infirmo qui venenum gustauit inquit: non incolumis eua des, ni haec in medicina velsaris. Ita modo, per os, quo interius generi humano atque toxicum imminuit, eodem illi vita praestetur. Ideo Christus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Eua demon dixit. Eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Quod na diuinitatis signum erat in arbore: certe nullum. Quod ille mentiens dixit, hic Christus summam veritatem loquens affatur. Hoc est corpus meum. Vbi vere & realiter corpus Christi viuum cum diuinitate continetur. Ille dixit, nequaquam moriemini: Christus autem dicit,

Psal. 148.

Ioan. 16.

Matth. 28.

dicat. Qui manducat hunc panem viuere in aeternum. Si quidem ergo mendaci fidem adhibuisti: adhibe etiam veraci. Credens lapsus es, & etiam credens salutem consequeris. Si credidisti fallaci, crede etiam Saluatori. Ibi non visum, & absque ratione duce, in illa arbore scilicet, Dei virtute contineri qua homines fieri poterant Deo similes, creditum est: crede ergo tu similem huic cibo in esse virtute. Sed expendo quantum vnus ab altero differat. Illuderat serpens, & iste agnus. Illud peccator, iste creator. Serpens per terram reptit: iste de caelo venit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, hic spiritu Dei verum euangelizans. Ille ad peccandum induxit, iste iustitiam docet. Ille ex ligno quod suum non erat obtulit quod fuerat: est iste corpus & sanguinem proprium magnifice suis praeiuit. Et nihilominus illi fallaci nefandissimo fuit fides adhibita potius, quam Deo ipsi. Credamus ergo nos ipsi: si ta facile credidimus mendaci, credamus etiam veraci. Et sicut ille fructum vitae arboris contulit ad mortem inferendam: Christus dat carnem, & sanguinem propter nostram salutem, atque vitam. In quibus omnibus vide & intueri maximam Dei sapientiam, siquidem mundum redemit quo amissus fuerat. ¶ Tertio super omnia ostendit Christus suam ineffabilem dilectionem, seipsum in cibum dans. O mirabilis amor, & charitas inaudita. Proficiscitur, amicus ab amico, in cuius memoria, corpus & sanguinem in pignus relinquit. Maximus fuit certe amor, quo Ionathas prosequeretur Dauid, siquidem diligebat eum quasi animam suam: in cuius signum digredi volens, tunica, qua erat indutus expoliatus est, & dedit eam Dauid, & caetera vestimenta, vsque ad gladium & arcum suum. Sed quae conuenit Christo amoris cum amore Ionathae: siquidem eum a nobis digrederetur propriam carnem cum sanguine contulit: si signum nimirum charitatis: quam erga nos habebat? Helias cum vellet de terra discedere, atque ab eius discipulis lo Heliseo, reliquit ei pallium, quia si carnis alia re ex qua eum heredem posset constituere. Sic Christus Redemptor noster in caelum conscendens volens suum nobis sacratissimum corpus dimittit in hoc sacramento: tanquam filios heredes constituens omnium: thesaurum & meritum contentorum in eo. Helie pallio transtulit Heliseus iordanem persequens, nec submersus est: ita virtute & gratia huius sacramenti fideles transeunt per aquas

tribulationum & vanitatu vitae praesentis absque villo labore & periculo. Quae maiora signa amoris excogitari possunt, quam Deum nobis in cibum dari? Nam quantum Christus non conuerteret panem in corpus, & vinum in sanguinem suum: sed simpliciter ex suo nobis pane & calice participasset, id esset plenissimum suae dilectionis testimonium. Cum enim Nathan Dauid indicare voluisset quanto pauper ille amore prosequeretur suam ouem, non potuit illum amore maiori ratione demonstrare, quam dicere, quod ouis illa de pane sui Domini manducabat: & de calice bibeat. Vehementissimum ergo amoris sui argumentum nobis Christus monstrasset, si suum nobis panem & vinum dedisset. Quanto igitur vehementius quod vitra id suum sacratissimum corpus, & sanguinem praebuit? Cum Ioseph fratres suos inuitauit, nihil aliud dicitur eis apposuisse quam panem, sub quo omnis cibus intelligitur, & sederunt seorsum Ioseph, seorsum fratres, & seorsum Aegyptij. Dicitur tamen ibidem quod biberunt, & inebriati sunt. Sic in hoc conuiuio licet solus nominetur panis, sicut in conuiuio Ioseph: tamen omne delectamentum in se habet panis iste celestis. Quare qui hunc panem dicit omnem cibum dicit. Verum quia sumunt boni, & mali: forte tamen in aequali vita, vel interitus: id dicitur quod seorsum Ioseph, seorsum fratribus, & Aegyptijs, panis appositus est: Nec Ioseph fratribus dedit corpus suum & sanguinem: nec mater aliqua dilectissimo filio dedit suam carnem. Quarto libro Regum, multisque alijs historijs legimus quam plurimas matres ingenti penuria coactas, nimiaque fame arctas haud horuisse dilectos filios edere, neci atque igni coquendos tradentes vt aptum fieret condimentum. Hec saepe ac saepius legimus. Sed quis vnquam legit aliquam matrem proprias carnes filio comedendas contulisse? O mirabile, & horrendum amoris facinus. Matres amore vitae filios e viuis auferebant, vt ipse incolumis euaderet. Quae vnquam mater scidit, & secavit brachia vt filium enutrire? Quae etiam a deo sibi in festa atque crudelis, vt filio pia atque blanda redderetur? Non est vlla mater quae tale fecerit. Ille tamen plusquam mater videns te in extremis famaeque perire, & tibi misero non aliud superesse ad vitam seruandam, tibi propria carnem comedendam dabat, radi carnificibus permittit: vt tu hoc cibo posses viuere possis.

3. Reg. 18.

4. Reg. 2.

2. 2. 2.

2. Reg. 18.

Gen. 43.

Sapient. 16.

4. Reg. 16.

les. Sed hæc succederint: nam ego potius expo-  
 sitor Diui Lucæ quam cōcionator sum. Ideo-  
 que hæc verba Christi exponamus, & singu-  
 la expendamus ac consideremus. ¶ Quid de  
 monstratur per pronomen, hoc? Nam tunc  
 certum est quod non est corpus Christi, cum  
 Christus dixit, & sacerdos loco eius, hoc est  
 corpus meum. Monstrabat Christus illam  
 rem, seu illam substantiam iacentem. Nam  
 cum Christus puella mortuæ manum accep-  
 sit, & dixit, puella tibi dico surge, illud pro-  
 nomen, tibi, non demonstrabat puellam vi-  
 uam, nam tunc non vivebat. Si mortuam mō-  
 strat, mortuæ ergo surgit. Quod si monstra-  
 tur illa res, siue illa substantia iacens: cur non  
 permittit vt idem dicamus de illo pronomi-  
 ne hoc? Similiter cum dixit, Lazare exi foras.  
 Cum illo nomine Lazare vocauit mortuum,  
 qui viuis prodijt: ita dicam ego tibi, panem  
 esse in primo instanti verborum mortuum:  
 sed in vltimo instanti panem, prodire viuū.  
 Si vero dicas nomen illud Lazare vocasse La-  
 zarum viuū, licet illo puncto quo verbum  
 profertur cœpit mortuus esse: cur igitur non  
 hoc ipsum de pane existimas; quod licet eo  
 temporis puncto sit panis mortuus vocari ta-  
 men vt viuus sit? Audi etiam in similitudi-  
 nem. Aliqua sunt vina apud nos in Hispania  
 quæ hic vilia sunt, & austera: sed vbi per ma-  
 ris vndas transfuehantur ad Indos, generosissi-  
 ma sunt & suauissima. Nunc ergo si tu ex  
 Hispaniam amico tuo apud Indos in nouo tibe  
 commemoranti mittas tale vinum, non rectè  
 scribas, mitto tibi vinum generosissimum?  
 Rectè profecto. Sed demonstratio non est vi-  
 ni pro tempore quo mittis: sed pro tempo-  
 re quo est accipiendum. Sic Christus. Accipi-  
 te, hoc quod à vobis suscipietur, cum suscipie-  
 rur corpus meum est. Sic Abraham dixit. Lo-  
 quar ad Dominum meum, cum sim puluis,  
 & cinis. Tunc non erat puluis: sed dicebat id,  
 quod erat futurus. Sic dicitur hic corp⁹, quia  
 in vltimo instanti prolationis corpus erit. Hie-  
 remias etiam. Terra, terra: audi ver-  
 bum Domini. Homines vocat terram, quia  
 erant in terram conuertendi. Sic Christus  
 panem vocat corpus: quia in corpus suum  
 erat conuertendus. ¶ Sed quia vita homi-  
 nis non tantum cibo, sed etiam potu susten-  
 tatur, ideo post corporis consecrationem ad-  
 iecit Dominus dicens. Similiter & calicem  
 postquam canauit dicens. Hic est calix nouum te-  
 stamentum in sanguine meo, qui pro vobis funde-

tur. Vocatur sanguis noui testamēti, quia san-  
 guis Domini nostri Iesu Christi in cruce effu-  
 sus quasi arthabo, & sigillum fuit nomi fœde-  
 ris quod Christus nobiscum pepigit. Pepige-  
 rat olim Deus pactum cum filiis Israel quod  
 esset illos inroducturus in terram fluentem  
 lac & mel: modo in suis mandatis, & iustifi-  
 cationibus permanerent. Sic legitimus quod  
 Moses hoc narravit populo. Responditque  
 populus. Omnia verba quæ loquutus est Do-  
 minus faciemus. Scripsit autem Moses vni-  
 uersos Domini sermōnes, & mane confur-  
 gens edificauit altare, & obtulerunt ho ocau-  
 sta & victimas Domino. Tulitque Moses di-  
 midiam partem sanguinis, & misit in crate-  
 ras, partem residuam fudit super altare: assu-  
 mensque volumen fœderis legit audiente po-  
 pulo. Qui dixerunt. Omnia quæcunque præ-  
 ceperit Dominus faciemus, & erimus obe-  
 dientes. Ille vero sumptum sanguinem res-  
 pexit in populum & ait. Hic est sanguis fœ-  
 deris, quod pepigit Dominus vobiscum su-  
 per cunctis sermōibus his. Adhuc ergo san-  
 guinem, & adhuc Mosi verba respexit Domi-  
 nus, cum dixit. Hic est sanguis meus noui te-  
 stamenti qui pro vobis fundetur. Ac si dice-  
 ret. Vt tibi testamento succedit nouum: & si-  
 cut hoc illo melius & pretiosius est, ita & no-  
 uum honorificentius roborabitur, & confir-  
 mabitur quam vetus. Vetus habebat sangui-  
 nem vitulorum, cui non erat possibile vt pec-  
 cata aboleret: nouū autem iam habebit meū  
 sanguinem, & talem sanguinem qui valet ad  
 abolitionem omnium peccatorum. Hoc Beatus  
 Paulus declarat dicens, Si sanguis tauro-  
 rum & hircorum, si cinis vitulæ aspersus, in-  
 quinatiois scilicet ad emundationem car-  
 nis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spi-  
 ritum sanctum semetipsum obtulit in mola-  
 tum Deo, emundabit conscientias nostras ab  
 operibus mortuis ad seruendum Deo viuē-  
 ti? Sicut brutorum sanguis olim sanctificabat  
 hoc est mudabat tantū in carne: quāto magis  
 sanguis Christi conscientias nostras mudabit  
 in spiritu? Sed sanctificatio nō potest esse sine  
 peccatorum quoad culpā remissione. Quod  
 etiam Ioannes dixit. Qui dilexit nos & lauit  
 nos in sanguine suo. Et Paulus. Quem po-  
 suit Deus propitiatorem per fidem in sangui-  
 ne ipsius, &c. ¶ Aduertendū quod Iudæis nō  
 sufficiebat aspersos esse sanguine vt probaren-  
 tur Deo: sed necessariū illis erat mādatus Dñi  
 obtemperare. Vnde iniquiebant. Omnia man-  
 data

data quæ loquutus est Dominus faciemus. Sic  
 & nobis non sufficit de corpore, & san-  
 guine Christi participare; nisi seruauerimus  
 verba pacti, siue noui testamēti, & manda-  
 tis Christi prætempauerimus. Fœdus autem  
 illud nouū vult vt inter partes sit idem vel-  
 le & idem velle: vt quod ille amat nos idem  
 amemus: & quæ ille odit, nobis odiosa sint.  
 Ideo iudicium sibi mandauit & bibit, qui ca-  
 licem Domini accipit sine præuia contritio-  
 ne, & peccatorum confessione. ¶ Rursus no-  
 rabis quod testamētum morte testatoris, vt  
 Paulus ait confirmatur. Testamētum fœde-  
 rat Deus Israelitis promissionis, eis se daturū:  
 cum autem Deus, mori non posset, vitulum  
 iussit immolari vt diximus, cuiusque sangui-  
 ne hoc suū testamētum confirmauit. Testa-  
 mētum vero nihil aliud est quam noti-  
 ficatio seu designatio bonorum: siue id scri-  
 pto, siue viva voce fiat. Sic Christus bo-  
 na sua nobis testamētum legauit: nempe ro-  
 niissionem peccatorum. Sed vt testamētum  
 firmum esset, & irreuocabile mortuus est: cuius  
 mortis vt memores essemus sigilla duo  
 affixit, scilicet sacramētum corporis, & san-  
 guinis sui. Cum ergo dicit accipite ex eo om-  
 nes hoc est enim, &c. Id est. In promitto vo-  
 bis omnia bona, ea que confero vobis. Primū  
 testamētum quia morte mea non fuit firma-  
 tum, reuocabile est: nam testator in via potest  
 testamētum reuocare, & aliud condere: hoc  
 autem vt firmum, ratum, & irreuocabile sit  
 iam mortuus sum, atque in etas signum, &  
 cōtestationem sanguinem meum vobis re-  
 linquo. Testamētum autem meminit non cum  
 agit de corpore, sed cum agit de sanguine:  
 quia sanguis effusus signum mortis est: qua  
 morte confirmatur testamētum. Præterea,  
 addidit qui pro vobis effundetur, & alij Eua-  
 gelistæ qui pro multis effunderent: quia quanti-  
 us sanguis Christi pro omnibus effusus sit quo  
 ad sufficientiam, nō tamen pro omnibus quo  
 ad efficaciam. Item multo plura Christus de  
 sanguine quam de corpore explicauit: de cor-  
 pore enim non dixit, nisi hoc est corpus meū,  
 sed de sanguine longe plura: scilicet, talis no-  
 ui, & æterni testamēti. Huius causam esse ex-  
 istimō, quia tū in sanguine anima sit (vt Mo-  
 ses dixit) loquens Christus de sanguine suo,  
 loquitur de anima sua; & vita sua, quæ  
 quia multo pretiosior est corpore: idcirco  
 multo sublimius de ea quam de corpore nos  
 intelligere voluit. ¶ Denique aduertendum

quod consecratio sanguinis Christi, sit in par-  
 ticulari & distincte à corporis consecratione,  
 & in idem consecratio corporis à consecratio-  
 ne sanguinis, sicut hic Christus fecit: vt hac  
 distinctione & separatione dicamur ad cog-  
 noscendum sacramētum, Christi sanguinem  
 in passione fuisse à corpore seu ductum,  
 & separatum: in hoc enim sacramento mira-  
 bilis passionis Christi memoria recolitur.  
 Ad hoc ergo significandum consecratio cor-  
 poris, & calicis, sit sub speciebus distinctis: li-  
 cet in vtraque totus Christus continetur.  
 Nam quanuis non vno, sed alio, & alio mo-  
 do sit in hostia, atque calice; non tamen se-  
 cundum diuersum essendi modum, sed pot-  
 tūs eundem: licet distinctio, & differentia,  
 sit in ordine qui in ipsa conuersione contin-  
 git. Quia sub specie & albedine panis corpus  
 Christi existit ex vi ipsius conuersionis, & se-  
 cundum quod consecrationis verba ipsum  
 corpus expriment: quæ tanquam ad finem  
 præcipuum extenduntur, vt substantia pa-  
 nis conuertatur in verum Christi corpus: at-  
 tamen sanguis, anima, atque diuinitas sunt  
 tantum per quandam realem & inseparabi-  
 lem concomitantiam. Sanguis enim ad eam  
 concomitantem ac insolubiliter tanquam ve-  
 re sedes animæ: anima vero per naturalem  
 coniunctionem: tandem Deitas per vni-  
 onem in diuibilem. Sed præcedamus. Post  
 præmissa enim consecrationis verba conti-  
 nenter inquit Christus. Veruntamen ecce ma-  
 nus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem  
 filius hominis vadit, secundum quod definitum  
 est: veruntamen ve homin: illi per quem trade-  
 tur. Vnus ex duodecim qui mecum ad men-  
 sam sedetis, cuius ego pedes laui, cuique tot  
 beneficia contuli: me in morti traditurus est.  
 Quam imparem gratiam retulit Iudas, &  
 qui ad mensam suam receperat. Hæc eadem  
 verba potest Dominus de multis sacerdoti-  
 bus dicere, qui indignè ad altare Dei acce-  
 dere præsumunt, manus tradentis me me-  
 cum est in mensa: siquidem isti Christum ip-  
 sum peccando vendunt, & vitam non vi-  
 liorū vendant, quam Iudas vendidit. Simi-  
 le, patrauit scelus Abalon, qui cum Ammō  
 fratrem iniurasset, interficere ausus est tan-  
 quam iniquus, & traditor. ¶ Aduerte quod  
 voluit Christus manifestare quod morti tra-  
 dendus esset per manum traditoris antequā  
 traderetur: triplici ex causa. Primo vt ostēde-  
 ret Deum esse: qui cognoscebat: ventura an-

Matth. 9.

Lucæ 8.

Ioan. 11.

Gen. 19.

Hiere. 23.

Exod. 24.

1. Cor. 11.

Hebr. 9.

Hebr. 9.

Apoc.

Rom. 3.

Leuit. 17.

tequam fierent. Secundo vt ostenderet quod voluntarie patiebatur: quia sciens mortem, se abscondit. Tertio vt traditor confundere-  
 tur, & sic poeniteret cum audisset quod non erat illi occulta traditio. Noluit autem eum nominare, ne eius faciem confunderet: si publice argueretur: sed peccatum in generali dixit & in communi, vt ille qui visibilem culpam habebat, secretam faceret poenitentiam.  
 Nota etiam quod solent homines desistere a malo proposito quatuor modis: quibus omnibus iuxta ineffabilem Christi misericordiam voluit Dominus conuercere traditorem suum, vt a peccato desisteret. Primo solent homines desistere a malo, propter verecundiam. Ideo dixit. Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Secundo solent a malo desistere ex metu & timore poenae. Oderunt peccare: ma-  
 li formidant poenam. Ita Dominus hac medicina visus est cum traditore: mirando illum poena & supplicio dicens. V. homini illi per quem traditur: Hoc addidit vt ille qui ex verecundia non corripiebatur saltem ex timore corripere-  
 tur. Tertio solent homines corripili: bealitate beneficiorum: quod Christus fecit dum eum recumbere: eam fecit, & porrigendo ei manum propria buccella panis tinctam, & lauans illi pedes. Hoc notauit hic cum dixit. Mecum est in mensa. Quarto corripitur homines, & emendantur declaratione affectionis, & amoris: quod Dominus ostendit Iudae cum dixit. Amice, ad quid venisti? Hinc aliqua ad nostram eruditionem eliciamus:  
 Discant primò prelati exemplo Christi se su, bona facere subditis suis, licet mali sint: vt in quantum in se ipsi est a sua mala vita auerte-  
 re conentur. Quia non adeo erunt duri corde qui charitatem, & bonitatem, sui prelati videntes ipsi gradum non reuocent & corripiantur. O quam mirifica fuit haec Christi benignitas, qua erga illum duræ ceruicis visus est. Sed nec haec Saluatoris benignitas, nec supra dicti quatuor modi, quibus se Christus cum illo gessit, vt a mala vita reuocaret, & ad poenitentiam duceret, sat fuerunt ad cor mollificandum huius discipuli obstinati, & indurati traditoris. Vtinam & nunc non sint multi obstinati, sicut Iudas, quos nec amore dulces, nec timore concussos, & beneficijs affectos ad se Deus conuercere possit. Imo quã plurimi sunt qui, quo eos Deus magis permittit, & sustinet: eo peiores sunt & imprudentiores ad peccandum, audacioresque ad

maiora mala perpetranda. Discamus secundò non detegere crimina, atque defectus nostrorum proximorum, vt ea ignorantibus nota fiant. Respicit qualiter Christus honorati Iudae consulit, non nominans, nec dicens quis esset traditor coram illis quos laeabat: in quod tempus terreret, quidque machinaretur. O quam male multi hodie hac abutuntur doctrina. Siquidem multi qui Christum profitentur sepe, ac sepius proximorum quoslibet defectus in publicum deferunt, & detegunt, quatuor modis laeant: & hoc maxima conscientiae propria libertate atque animae clade: inuidia etiam, & odio sollicitatis alienae, quam plurima opera bona confitentur eorumdem proximorum. &c. Discamus etiã vt ad sacram Eucharistiam accessuri nos probemus & examinemus: quod postea Paulus dixit. Probet autem se ipsum homo, &c. Nam omnes Apostoli audito hoc mentis suae latibula perquirunt, vt videant si quid prodicionis in se reperiant. Vides nunc anima mea, quomodo David angustatus, & persequutus ab illo cui multa bona praestiterat, pascitur ab Abimelech panibus propositionis: Tamen ibi simulatus aderat traditor Doeg, potentissimus pastorum Saulis, qui prodidit Dauidem. Ita in hoc sane conuicio affuit Iudas potentissimus pastorum (erat enim inter Ecclesiae pastores diuor) & prodidit Christum. Sed historiam profequamur. Audientes enim Apostoli haec, quae dixerat Christus, audi quid Euangelista dicat. *Et ipsi ceperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc esset facturus.* Hoc quod Christus dixerat omnium corda penetravit: sicut quodam gladio acuto: & sic statim totum Apostolorum collegium ad lacrymas, & tristitiam flexum est: cum enim scirent Christum mentiri nullo modo posse eorumque conscientias mundas esse, erant maxime turbati, atque perterriti. Vide iam nunc discipulos tristes non solum ob magistri dilectissimi discessum, sed etiam quia sibi suaserant adeo iniquam traditionem excitandam esse qualem nunquam viderant: quapropter stupebat. At vido quomodo traditor ille, vt fatius dissimularet, non idco cibo pepercit ne ad ipsam verba dirigi videretur: sed potius cum ceteris ad se reciperentur a ciboque abstinerent, & ora ab esu interdicerent praenimio terrore, perditissimus Iudas perfricata fronte stultaque audacia, qua magistrum

1. Cor. 11.

1 Reg. 21.

Matth. 25.

Prov. 13.

Matth. 20.

Iudic. 9.

strum suum traditurus erat, vt bonam habere conscientiam fingeret, cum ipso ad eadem mensam sedens simul vescebatur. Aduerte hic quod si Apostoli cum adeo sancti, mundo corde, & conscientijs essent, sunt metu confusi, ac perterriti, verbum Christi audientes: quid facies quando propria & accusatrice conscientia, iustus iudex venerit tui arcana cordis inuestigaturus: O quantum deberent peccatores horrescere, atque timere verbum illud iudicij, ite maledicti in ignem aeternum: si iusti timeverunt Christum quando in carne passibile existens dixit, vnde vestrum me traditurus est. Sed vide quid ex hoc sit sequutum. Ait nanque euangelista. *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.* Hi sunt affectus eorum qui in aulis principum viuunt. Sibi quisque placet, sibi quisque pollicetur honores, & vnus alteri inuidet. Habes autem hic ex quo fonte bella & dissidia oriuntur: nepe ex ambitione. Inter superbos enim, vt Salomon ait, semper sunt iurgia. Haec fuit causa quod Romani totum orbem macularunt sanguine humano: nec alia causa nunc bella excitat, quam principum ambitio quibus leuius videtur plurimum Christiani sanguinis fundere, quam leuem aliquam iacturam externorum facere. Apostoli itaque non solum suspicionem traditoris turbati sunt, sed ex turbatione illa ad contentiones veniunt. Inciderunt autem in hanc litem: quia verisimile est quod inter se dixit vnus alteri. Tu proditurus es. Et alius alteri, tu proditurus es. Et inde perueniunt, vt dicerent. Ego sum melior, ego sum maior. Alij autem putant, quod cum Christum audissent moriturum ideo eos de primatu contendisse: quando vnusquisque cupiebat esse prior, sicut & duo filij Zebedae perierunt esse primi in regno, & Christo proximi vnde reliquorum exorta est indignatio. Est adeo detestabile vitium ipsa ambitio, vt ex eius cupiditate, quod vismalum possit praesumi. Nullum est flagitium, quod ambitiosus facere non tentet. Non poterant discipuli excogitare, nec credere in eorum gremio esse aliquem, qui tam flagitiosum scelus aggredi auderet, vt vendere, scilicet magistrum, ac tradere: nisi tantum illum, qui maior omnibus esse vellet. Nam casu quo quis primatum tenere cuperet, ex consequenti de morte Christi agere deberet, vt ceteris praesesset. Hoc idem patrauit Abimelech Gedeonis filius morti septuaginta fratres tradens: vt filij Israel cum po-

pulo praesicerent. Et Athalia omne semen regium occidi iussit: vt ipsa domina ac regina existens sola regnaret. Absalon etiam inuicit aduersum patrem bellum, persequutusque est eum, regnandi & imperandi cupidus. Tandem communiter, ambitiosi homicidae sunt: quod si opere non compleant, animo tamen adimplere desiderant ad hereditatem obrinendam, siue vt in magistratibus, & officijs aliorum succedant. Ideoque discipuli contendunt de primatu, vt ex hoc discant, quis nam sit tanti facinoris autor. Huiusmodi ambitiosi, atque honoris cupidi, sunt demonis martyres: magnas patiuntur calamitates, ingentes item labores sustinent: vt tandem dignitates, atque magistratus, consequantur: qui est eis omnia non ex sententia eueniunt, inter se comminuntur propriaque ad inuicem viscera rodunt. Sicuti cani os rodenti quandoque contingere solet ex nimia collisione sanguinem ab ore, & dentibus educere, quæ rursus rodit atque suggit: sic isti se ipsos interrimunt, luxant, comminunt, viuosque rodunt. Et ideo quia huiusmodi tot patiuntur atque sustinent: eorum arrogantia atque ambitio comparatur simulatae, fictae, ac personae charitati. Charitas (inquit Paulus) patiens est: sic isti omnia patienter sustinent, dum non possunt euadere voti compotes: vsque adeo aliquid boni vacet. Charitas benigna est. Sic ambitiosus omnibus placere amabilisque reddi studet, omnibus caput aperit, vt tandem cum apud omnes bene audiat, ad metam optatam perueniat. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet. Omnia haec ambitiosus facit, quia multa suffert propter propriam ambitionem: credit omnia, quod possit scilicet, esse Archiepiscopus, Rex, Papa, & quicquid de se imaginatur. Et omnia sustinet. Calorem, frigus, vigilias, iniustam & aduersam vitam, iniurias, quibus afficitur, vt Regi, & Principi placeat, a quibus omne bonum intantum adepturum existimat. Sicut simia hominem imitatur: ita ambitiosus charitatem ipsam amulari videtur, viroque iusto assimilari. Maxime tamen ab eo distat: nam quod bonus & iustus amore Deo ductus operatur: id ille propter semetipsum facere studet. Et est haec adeo magna distantia, magnumque discrimen vt propter finem, quem quisque respicit, alter inter filios Dei, alter vero demonis computatur. Oritur, haec ambitio, quia non cognoscunt homines breuitatem honoris: nec attendere volunt

3. Reg. 11.  
2. Reg. 16.

1. Cor. 13.

Ioan. 13.

Matth. 26.

## Enarrat. in Cap. XXII.

finem rerum. Abfalo, & Adonias, filij David, regnum patris viuento adhuc rege vsurpare voluerunt: sed vix exitum ambitionis, & honoris. Vt rerque sui criminis pœnas dedit, vitam cum miserabili morte commutare coactus, Abimelech quoque filius Ieroboam, de quo diximus, & Athalia qui ambitiosissimi fuerunt miserabili morte interierunt. Hic est finis ambientium honores, quod omnes ambitiosi considerare debent. Est & confimilis honor, cuiusdam fomicarum generi, quas cum in altum pueri alarum remigio efferri videt, captant, tendiculisque apponunt auiculis escam. Quæ sane formicæ si alas caruissent non efferrentur in altum: nec à pueris appeterentur, denique nec alicuius darentur in escam. Triste spectaculum est, quem hodie vidisti hominẽ in sublime euectũ, atq; omnium oculis in se conuerentem, iam breuissimo momento temporis adeo deiectum videbis esse vt illum suo confortio nemo arbitretur dignum. Hæc enim sunt testimonia mundi, hi & honores quibus sunt afficit. Quapropter veri honores de manu Dei expectandi sunt. Qui licet per homines conferantur: tunc vere de manu Dei conferuntur, cum quis nõ querit eos nec ambit: sed soli Deo innixus, firmus in cõmuni Deo manet. A veritate quippe desideriorum, manet veritas conquisitorum. Varietas autem desideriorum originem habet ab ægritudine animæ. Qui enim infirmus est plurima cupit: nunc fontes nunc frondes, nunc istos, nunc illos cibos, nunc flumina, nunc pisces, nunc, & impossibilia quæuis imaginatur. Hæc omnia facit honorum varietas. Qui ergo cupit, non angit nec distrahi peccatorum humoribus his euacoatis, soli Deo placere contendat. ¶ Vide etiã quod sancti Apostoli nõ solum nunc in hac cœna: sed sæpe de ambitione tentati sunt, & turbati. Quando Apostoli cum Christo ibant Capharnaum, in itinere de primatu disputauerunt: & filij Zebædæi sedere voluerunt vnus ad dexteram, alius ad sinistram propter quod alij scandali zati sunt. Lucas noster vt in capite nono narrat (super quod in superioribus de ambitione scripsimus) etiam ait Apostolos de primatu contendisse. Hoc vnum hic vt conclusã notandum est, quod non ait Euangelista quod erat contentio, quis eorum esset maior: sed solum quis eorum videretur esse maior. Quia certe in hoc mundo, vnus non est maior alio, quam vnus vnus alio maior, videatur.

Ille oculis nostris videtur esse maior, secundum tamen rei veritatem, minimus, æger, pauper, egenus, miseris, laboribusque plenus, potius existit. Omnia mundi, magnifica, atque sublimia apparent: cum vere parua & humilia sint. Aurum, mundi omnia sceptrâ, Imperatorum, Regum anademata, diademata atque thiaræ, & torius orbis status ad sidera ducti, quauis magna & nobilia appareant, atque videantur, omnia helicissima & scoria sunt terræ ipsius: cum in se cadauca, momentanea, & vilia sint. Cuncta mundi regna, atque potentatus habent se veluti comediam, in quibus vnus egreditur gerens & agens regis personam, alius cuiusdam domina, alius tandem pastoris: quibus finitis, vestibusque exutis nemo actorum Rex, siue Imperator extat, sed vir in finem fortis, & status sicut antea. Sed de his alias ¶ Expende etiam Christi Redemptoris benignitatem, & patientiam, erga discipulos: qui debuerant considerare tempus ab omni contentione alienissimum. Tunc enim instabat dies Dominicæ passionis & concionis præceptoris sui de regno spirituali inchoando: non de mundana exercenda potentia. Non tamen eos Dominus reiecit, sed familiariter increpat, & amicissime erudit: & tribus argumentis eam ambitionem sedare voluit. Primum quod ambitio vitium sit Gentiliũ: deinde exemplo suo, quauis enim ipse sit altissimus formam tamen seruare voluit humilitatis. Postremo iubet eos de honore nihil esse sollicitos, quod ipse præparaturus sit eis regnum. Sed nunc Christum audiamus. Dixit autem eis. *Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur.* Dominatio coactionem, & contemptum habet hoc loco. Siquidem Gentiles nonnunquam abusi sunt magistratu, & potestate: dum subditos suos præ superbia & fallu contemnunt. Christianus autem qui cogitare debet omnes homines Patrẽ vnũ habere in cœlis: non ita superbiere debet elatus erga suos: sed potius animo concipere, quod si hic temporaliter dominetur illis, forte tamen futurum sit, vt multis nominibus superior eo fiat aliquis ex subditis suis in æterna patria. ¶ Vide autem quod Christus his verbis nõ voluit inter christianos alios alios nõ debere esse superiores, episcopos, principes, reges, aut dnos: sed factũ tantũ veruit, & inordinatam dominã diuini, & ambitionẽ. Hoc ita esse ex Christi verbis patet: cũ ait. *Reges*

Gentium dominantur eorum. Ita enim mortis Gentium esse prima queque appetere tyrannica hæc passio est, & nonnunquam etiã viros eximios perturbat. Quod autem hic Dominus, magistratũ nõ prohibuerit Ecclesiasticum, verbis eius, & exemplo probatur. Exemplum enim proposuit seipsum. Ego in medio vestrum sum, tanquam qui ministrat. Cõdit ergo, quod quauis omnium maxime se humiliauerit, supremus tamen fuit Ecclesiæ prælatũ: & caput, & licet ministrauerit eis magister tamen fuit eorum, & Dominus. Docemur hic quod si quis in potestate sit constitutus nõ ideo superbiat, sed subditis in seruiat maxime quod ad officij sui rationem pertinet. Non ergo præsentem extollat eius dignitas, ne ab humilitate beatitudine corruat. Habeat ob oculos semper rationẽ quam Deo redditurus est omnium subditorum: & sic vitam ager timore, & humilitate, expectãs quotidie arctum & rectum iudicium Dei. At principes mundi, prælati, nunc adorati volunt à suis, magnificis titulis honorari, diuina nomina vsurpare, & vocari patres patriæ. Sed vix quia interdum dominantur in malũ suum, vt ait Salomon: & condunt leges in eorum commodum, contra quos Esaias ait. Vt qui condunt leges iniquas. Tle m quoque comminationem dedit im Deo Ioachim filio Iosie Regis Iuda. Hæc principes mundi faciunt, ut uero qui Christianus es, humiliare: humilitas enim vera ministerium plurium est. Si cur enim, qui pluribus ministrat vulneris abstergens cuiuslibet vulnerum saniem, non sumit ex ministerio illo causam elationis: sic multo minus cui comissæ sunt curæ, frater norũ, læguorũ, vt omnium minister redditurus pro omnibus rationem, humilis esse debet atque sollicitus. Scriptum est enim. Rectorem te posuerunt noli extolli: esto in illis quasi vnus ex eis. Vnde Summus Pontifex se seruum seruorum appellat. Propter quod, quales oportet vt prælati Ecclesiæ sint, subdidit Dominus docens eos, & dicens. *Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator.* Qui altquam artem profiteri, & discere vult, conatur prius querere magistrum in illa arte peritum, quem imitetur: & si recte scribere vult assumit imaginem, vt exemplat intuens, compos euadat. Sic vos ne sitis Gentilium imitatores, quia iniqua gens est, semperque tyrannidi student, nec cognoscunt Deum:

non enim vos sicut Reges Gentium faciatis: quoniam illi legibus carentes, impijs subiacent moribus: vestrum vero culmen in vera humilitate fundatur & est. Ideo qui sapientiũ & studiosior est inter vos, præ cæteris humilior se præbeat, & tanto sit Deo subiectior & proximis in omni virtute exemplarior, quanto maiorem à Deo adeptus est gratiam & obligationem se conspicit ad reddendam altissimo rationem. Propter quod in Ecclesiastico legimus. Quanto maior es humilitate in omnibus: & coram Deo: inuonies gratiam. Si hoc animo ambitiosi caperent, atque considerarent quod magis ad honores, & dignitates extolluntur, eõ magis ad virtutem sectandam tenerent: non esset tanta cura & sollicitudo in illis inuestigandis, præcipue viris Ecclesiasticis. Plurimos sub specie virtutis & sanctitatis decipit dæmon suadens ad credendum maius obsequium Deo præstaturus: vberioraque bona largituros si in prælatos episcopos ve creentur: quod tamen maximum mendacium & fallitase est. Nam honores excæcant, & in dignitatibus constituti, vt prælati, episcopi, atque magnates, minus sibi ipsi dominantur, magisque sunt adstricti ad deum. Cum ergo tu liber sis, tuique iuris, non vales ea ad quæ teneris implere: quomodo in maioribus constitutus compos ad impletionis euades, cum non plene liber existas: Si enim paruo oneri succumbis: maiori succumbere necesse erit. Qui officio subditi bene non fungitur, nec etiam prælati fungi poterit. Hanc discipulorum ambitionem carpit Christus & docet humilitatem, contempnum, honorum, & dignitatum: quæ quauis mala non sint tamen non sunt à nobis appetenda, propter periculum quod ex eis imminere solet. Sic discipulis petentibus primatum respondit Christus. Nescitis quid petatis. Ambitio hæresis mater est. Difficile enim est ad maximos honores euehi, & cogitationibus ad summa fastigia non attingere. In maximo versaris periculo, si esse prælatus cæterisque præcipit atque præcessevis. Ne Christum crucifixum humilem & abiectum à conspectu abigas: qui eum esset Summus sacerdos, Rex, & Dns, voluit ad mortem humiliari. Hæc humilitatem docēs dicens. *Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat: Nonne qui recubuit: Ego autem medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Leges moę legibus mudi oppositæ sunt in quo qui maior

Eccle. 32

Matt. 20

3. Reg. 1.  
2. Reg. 18.  
Iudic. 9.  
4. Reg. 11.

Matth. 18.  
Marc. 9.  
Mibrt. 20.

Pro. 8.  
Ecc. 10.  
Hie. 22.

Eccle. 32.

est sedet, & ceteri deseruiunt ei: ego autem qui maior sum in medio vestrum sum tanquam ministrans. Nam in cena hac lauit pedes discipulorum suorum, vti suo exemplo dicerent humilitatem: & etiam quauis scriptum non sit, tamen conicitur solitum fuisse Iesum in mensa officium ministri exercere frangendo eis panem: Et ex hoc textu habetur solitum fuisse ministrare a postolis: & ideo dicit in medio vestrum. Vniuersa Christi actiones sicut predicare, miracula facere, & in firmos tangere, ac curare, ministrare fuerunt. Ex his verbis Dominus concludere intrudit, illum aptiorum ad gradum pontificalem obtinendum, & in loco Christi succedendum esse: qui maior virtutis humilitatis fundamenta accepit in am ad medelam nostri appetitus voluit superius Dominus a maiestatis suae cacumine descendere, humilisque in terra fieri: ipso opere ostendens, quam merito homo humiliter atque deici debeat eius vestigia sequens. Hanc tam eximiam humilitatis doctrinam, Christus iam iam moriturus dedit, vt magis humilitatem commendaret: nam quae amici nostri cum peregre proficisci volunt vltimis verbis nobis indicant, semper fortius memoriae harent. Admonendi etiam sunt a suis parentibus quando eis mors appropinquat. Sic Iacob fecisse filijs suis scriptura docet, Audite filij Iacob, &c. Sic & Ioseph in capite vltimo libri Geneseos. Hoc etiam David quando morti appropinquans monuit filium suum Salomonem regni successorē, & praecipit vt legem Dei custodiret, & ceremonias legis seruaret, Hoc idem Tobias fecit, cum cogitauit prope esse finem oblitus sui, atque diem multa praecipit, & consilia filio suo Tobiae dedit, &c. Igitur Dominus discipulos suos ad pacem, concordiam, & vnitatem perducere conatur, simulque ad humilitatem propter eorum vocationem: & quod ipsos omnes facturus esset reges, dicens. Vos autem estis qui permissis mecum in tentationibus meis id est, considerate tanti temporis labore persecutando mecum, qui patiens & humilis fui in tentationibus meis: quia Nazaretae voluerunt me praecipitare, & lapidare Iudei: & hinc pendite quod non oportet vos esse ambitionos. Commendat etiam hic Dominus Apostolos de perseverantia. Bonus est ille amicus, qui in tentatione perseverat: boni amici est non peccare propter amicum: & libenter penas ferre propter ipsum. Multos inuenies qui

propter te committent multa peccata: qui si te viderint indigentem, nec vnum obulum darent. Adam non fuit bonus amicus erga coniugem suam: qui voluit peccare propter ipsam, & tamen noluit poenas subire propter eam, sed transfudit in eam culpam dicens. Mulier quam dedisti mihi, &c. Bonus autem amicus in tentationibus dignoscitur: quia subleuare adiuvat poenas atque onera amici tribulati, & afflicti. Sic Apostoli quando Christus loquutus est de manducatione sui corporis, & muli scandalizati in his verbis abierunt, ipsi cum eo perseverauerunt. Hinc liquet non esse factis bene incipere nisi perseveres in bono incepto Iudas etiam inceptit, & non perseverauit. Ideo Dominus. Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quae perseverantia alio nomine constantia vocatur: robur quoddam & fortitudo mentis, cunctarumque (vt ait dixerim) est columna virtutum: nam cum primo illabitur corruunt: omnia animae bona. Quia ergo in motu, firmiter & in concussis per manserunt Apostoli in tentationibus Christi, facti sunt columna totius Ecclesiae: sicut & Paulus cognouit quando ad Galatas scripsit qui videbantur esse columna: Vnde David. Ego confirmavi columnas eius. Hoc est, Apostolos, Ecclesiae columnas in terra. Et quia fortiter perseverauerunt sicut columna tantam apud Deum inuenerunt dignitatem: iuxta illud Iacobi. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae. Quod autem dicit permansistis in tentationibus meis, non tantum de tentationibus Christi accipiendum est, sed etiam de tentationibus ipsorum Apostolorum: nam tentationes Apostolorum ipsius Christi erant, iuxta illud. Qui tangit vest, tangit pupillam oculi mei. Et Dominus Saulo persecutori. Saul cur me persequeris? Cui affine est, quod Dominus promittit quicquid minimo ex suis impendatur, id sibi impensum agnoscat. Aduerte quod discipuli non solum cum Christo perseverauerunt, sed dicit hic quod perseverauerunt in tentationibus suis. Multos habet Christus socios resurrectionis, & gaudij: paucos tamen habet socios passionis & crucis. Etiam tu cum Christo ubi indulget, solatijsque spiritualibus afficit te, orationi atque contemplationi vacas, & beatam vitam agis: si tamen contingat Deum tibi deficere atque deesse, nec tibi sicut antea solatijs spiritualibus praesto sit, statim gradum reuocas, & mundo

studes

studes nec non rebus quibus iam terga dederas. Propter quam causam quae plurimi sunt qui incipiunt, pauci vero, qui nunquam ab incepto desistunt: nam per pauci sunt qui nudi, omnique indulgentia destituti tam temporalia, quam spiritualia, Christum destitutum & in cruce pendentem amplecti volunt. Sunt sibi ipsis amici, nec vitam absque proprio solatio agere nesciunt: quibus cum ob oculos spirituales solatium datur, eorumque gustui plus dulcedinis infert quam temporale, hoc pro illo commutant. Deficientibus autem spiritualibus donis ad mundum redeunt: quia non fatiantur Christo vnicuique essentiali amore Dei: sed etiam volunt propria dona, & delicias amplecti. In quibus omnibus referunt se mercedarios esse atque seruos, non autem amicos: quandoquidem plus Dei donis reuerentur, quam ipsi Deo donanti, quo solo satis deberent. Quando dona desunt, & munera, quis verus amicus sit dignoscitur: perseverantia etiam in tentatione indicat, quis fidelis falsusve sit. Et quoniam perseverantia est, quae meretur, & contemnitur praemium: ideo ait Apostolis. Et ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus regnum. Regnum se eis paraturum Dominus pollicetur non temporale, quale ipsi sperabant: & iam antea mater Zebedaeae petierat, siquidem regnum eius non est de hoc mundo: sed tale regnum ait eis disponere, quale sibi paratum fuerit a Patre suo, vita aeterna aeterna: quae vt eius secundum humanitatem est parata, ita vere regnum est, iuxta illud quod petimus quotidie, adueniat regnum tuum. Et sic beati omnes reges sunt coronati a Christo in aeternum, sicut ipsi confiterentur apud Iohannem. Quia ipse dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris, & fecit nos regnum, &c. Nec tamen hoc perfecto modo intelligendum est, sed per imitationem. Multo enim inferiores sunt Apostoli in gloria & corona felicitatis aeternae. Vnde & Paulus certus erat, coronam in de se reportaturum quando dicebat. Reposita est mihi corona iustitiae: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Hinc liquet verba illa Christi eadem esse cum eis quae deinceps dixit ad eos. Vado parare vobis locum. Nam & locus ille regnum erat, teste Sapiente, qui ait. Accipies regnum decoris, & diadema spei de manu Domini. Praeterea hoc etiam referri potest ad personam filij, & tunc est sensus. Sicut Deus Pater disposuit mihi regnum per naturam: ita

ego dispono vobis regnum per gratiam. Ad hoc amplius declarat Dominus gaudia quae sunt habituri, & ait. Vt sedetis & bibatis super mensam meam in regno meo. Hoc etiam non secundum rudem, & crudum sensum intelligendum est quasi multum cibi & potus sit in illo regno colorum. Conuersatio enim caeli Angelica est: & ibi erimus sicut Angeli Dei, Paulus quoque manifeste testatur quia regnum Dei non est esca & potus. Ideo mensa haec erit illa caelestis beatitudo: vbi cum electi contemplantur essentiam Dei in sua maiestate ipsamque summe diligant, sic deinde satiabuntur: quoniam anima illa secundum omnes suas vires gaudio voluptatis perfundentur: quod & David agnouit, dicens. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tunc habebit fatietatem: quam cum habebis nemo tollet a te: cuius comparatione omnis laetitia tristitia est, omnis suauitas dolor, omnis dulcedo amaritudo: omnia quae delectationem in ferre possunt, molesta sunt. Hoc est quod de edendo & bibendo dixit Dominus: quod habebunt quicquid delectare potest, & satiabuntur, ita vt nihil possint appetere quod non inueniant & habere possideant. Insuper adhuc adiungit Dominus dicens. Vt sedetis super thronos. His verbis ostendit Christus sanctos non solum regni Christi, sed gloriae participes futuros. Si enim compatiamur, & coregnabimus. Quis secularis honor huic comparari potest? Quid enim excelletius quam sedere cum Christo praesidere cum ipso, ac necdum homines, sed & Angelos iudicare? Nolite ergo timere pusilli greges: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Infelices filij Adae, quid nunc praesidere & iudicare volunt: qui gloriam a diuinitate accipiunt: & gloriam quae a Deo est non querunt. Quid autem fiet? Transiui, & ecce iam non erat. Caueat qui primas cathedras amant, ne contingat carere secundis: & qui primos accubitus nunc eligunt, incipiant cum rubore nouissimum locum tenere. Nam omnis qui se exultat humiliabitur. Sequitur. Iudicantes duodecim tribus Israel. En aliud praemium, laetabitur enim iustus cum viderit vindictam. An non ingens gaudium videre se a damnatione securum: in qua aduersarij iacent perpetuo cruciandi? Quomodo autem iudicabunt filios Israel? Nepe sicut Regina Sabba, & Ninueta: condemnabunt eosdem. Sic Apostoli condemnabunt filios Israel: quia de eadem stirpe geniti, eiusdem legis periti, eiusdem bene

Tr 5

ficijs

Gene. 46.

3. Reg. 1.

Tib. 4.

Luca. 4.  
Ioan. 8.  
& 10.

Gene. 3.

Ioann. 6.

Matth. 10.

Gal. 2.

Psal. 74.

Iacob. 1.

Zach. 1.

Matth. 9.

Matth. 23.

Matth. 20.  
Ioan. 19.

Mat. 6.

Apo. 1.

2. Tim. 4.

Ioan. 14.

Sapi. 5.

Matth. 22.  
Rom. 4.

Psal. 16.

1. Corin. 9.  
Luc. 23.

Ioann. 5.  
Psal. 36.

Luc. 14.

Psal. 57.

3. Reg. 10.

Psal. 109.

ficijs & miraculis prouocati: tamen nulla ratione adduci poterunt, ut crederent, cum vos literis deservit, sequuti sitis me, & fuistis mecum permanentes in tentationibus meis. Præterea sicut nunc cum Christo dominatur electi in medio inimicorum: ita tunc cum Christo dominabuntur super inimicos suos ac ipsos iudicabant. Perpende autem quod hæc verba quæ uis præcipue ad Apostolos spectent, nihilominus tamen ad omnes sanctos, qui mundi gloriam & diuitias contempserunt propter Christum etiam competunt. *Sicut autem Dominus Simonis, Simonis ecce satanas expetuit vos ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quia Petrus seruentior erat ceteris & principalior, ad Petrum dirigit Christus suum sermonem. Satanas iam sentit quod uestra prædicatione regnum eius destruetur: quam ipse eradicare uult, ut in sua tyrannide conferuetur si poterit. Et cum cepit Iudam vires assumpsit, ita ut uellet sicuti ad se tulit & lucratus est filium illum perditionis, & vos ipsos adducere ut poeniteat sequutos fuisse me, & meam doctrinam, & conuincimini credere se in nullo modo posse, hominibus à proprio discipulo uenditum, tamque miseris acceptum modis, filium esse Dei, ut ex fidelibus infideles fiat. At tamen non euadet uoti compos: quia ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Propter quod mihi gratiam referre debetis: nam ut inimicus potens est, omnibusque uiribus semper nititur & conatur, etiam te ipsum superasset & euinceret, nisi ego in quantum homo qui minor Patre sum pro te non orassem, cuius auxilio tu & fideles tui estis amici mihi atque fideles. Et hæc a me audi & accipe doctrinam. Quod sicut ego te in hac tribulatione adiuui: sic & tu cum sis potens & fortis meo auxilio, confirma, roboram, adiuua consule fratribus tuis, qui subditi tui sunt: quia quod ego tecum feci, æquum & iustum est tecum alijs facere. Expende quomodo Christus miscuit uinum cum oleo, & dulci amarum admiscet: ita quod non semper molestia, nec semper iucunda loquitur suis: quia hæc uita ex contrarijs & prosperis, ex dulcibus & amaris aspersa est. Carpsit Apostolos propter ambitionem: & statim laudat, commendat, exultat, dicens qualiter in laboribus, tentationibusque permanserunt, & se eis regnum cælorum largiturum, quo maximo illos gaudio affectit, & consolatus est. Ne

autem ipsi ob hæc nimium exaltarentur incipit eos humiliare referens tærationes quibus erant oblectati, ut adeoque eminentes, ut auxilio speciali Dei, & maximo egerent, quale erat pro ipsis Christum Iesum orare ad Patrem. Præterea locus iste ubi hic Christus ait Petro, Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua, exponitur, ut hic Christus pollicitus fuerit fidem Ecclesiæ Romanæ, cuius Pater Petrus fuit, nunquam defuturam, & recte quidem quia fides Romanæ Ecclesiæ, quam in ea Petrus plantauit usque in finem seculi durabit. Bene potest Petri nauicula fluctibus persecutionum hæreticorum angustari, & concuti: nunquam tamen corruet aut subuertetur. Portæ enim inferi non præualebunt aduersus eam. Hoc enim uerbum non dixit Christus Petro tanquam personæ priuatae: quia Petrus peccauit post hæc uerba & fides in eo defecit, & multi Pontifices Romani errauerunt, sicut Marcellinus qui idolis sacrificauit, & Liberius Papa qui Arianis cõsensit, & Anastasius quoque secundus propter hæresis crimen repudiatus fuit ab Ecclesiâ: & alij etiam plurimi contra Catholicam fidem tenuerunt, ut Ioannes uigessimus secundus qui asseruit, quod animæ sanctorum non uidebunt Deum, usque ad ultimum seculi diem, & quod Filius Dei sit maior Patre & Spiritu sancto, & plures alios habuit errores. Sed in quantum est caput Ecclesiæ nullatenus errare potest, & tunc est caput Ecclesiæ, cum facit quod in se est, nempe cum consilio Cardinalium & doctissimorum uirorum desinendo, ubi errare non potest. Ecclesiæ enim Antiochena, Alexandrina, & Constantinopolitana, sæpe defecerunt à fide: nunquam tamen Ecclesiâ Romana defecit, quia Christus ait Petro. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Hinc discimus tentationem uilem esse. Sic Christus, sic eius discipuli tentati sunt, & denique omnes electi tentationes sunt passi. Tentatio enim multum prodest electis, uidelicet ut propria in infirmitatem agnoscant, Deum seruentius inuocent, cautiones resurgant, & alijs compati discant, sicque coronam gloriæ adipiscantur. Hinc in Ecclesiastico habetur. *Qui non est tentatus, quid scit: Et Iacobus, Beatus uir qui suffert tentationem, &c.* Discimus secundo ex hac Christi oratione pro Petro, neminem suis uiribus posse aduersus satanæ malitiam: nisi Christi præsidio fulciatur. Sic Paulo qui maximam tentationem patiebatur dixit Dominus.

Matth. 16.

Ecclesi. 34. Iacob. 2.

I. Cor. 12.

1. Cor. 15.

Tab. 12.

Hebr. 4.

Phil. 2.

Rom. 8.

Dominus. Sufficit tibi gratia mea. Ex quo discimus nihil nobis, sed gratiæ Dei adscribamus. Ideoque Apostolos postquam multa præclara narrauerat quæ gessit addidit. *Nō ego, sed gratia Dei mecum.* Propter quod nihil habes unde glorieris: sed pro omnibus, ut fidelis Christi seruus, Deo gratias ages: cuius ope, & auxilio uincis, atque omnia bona facis. Tertio quanto odio prosequatur ille Satanas hominum genus, & eos maxime homines quos singulari quodam modo Christus ad se perducere conatur, quosque Christus ad propagandum suum euangelium præcipue selegit. Illos qui chariores Deo sunt fortius tentat, hoc idem facit hic cum Apostulis: itidem eos qui Deo dicati sunt similiter tentat. Angelus Raphael Tobia: dixit. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tæratio probaret te.* Quarto quod Christus electos suos subinde labi patiat, ut suæ infirmitatis conscij, ac memores erga alios ad misericordiam sint faciliores. Ideo Petro dixit. *Tu conuersus confirma fratres tuos.* Acti diceret. Sicut tu à me specialem misericordiam cõsequeris, & post lapsum erigeris, & firmaberis: sic tu conuersus perfectè misericordiam impende proximis tuis, roboram, ac subleua eos. Unde hæc fuit præcipua causa cur Christus futurum ecclesiæ suæ pastorem ceteris electis Apostolis grauius labi permisit: ut in propria fragilitate culpa, & pessima reparatione disceret quomodo alijs compateretur ac subueniret: De ipso quoque Salvatore nostro Paulus ait. *Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia, &c.* Sed procedamus. *Qui dixit ei.* Petrus scilicet cum quo dominus loquebatur respondit non metuens à tentatore deuinci, aut propria fragilitate succumbere. *Domine tecum paratus sum, et in carcerem et in mortem ire.* Ex seruire, dilectionis hoc dixit: quauis in discrete loquutus sit: nimium de sua uirtute confidens: Magnificam quidem hæc uerba fuerunt: sed sine prudentia. Non enim decet hominem plus æquo considerere: sed in Deum qui operatur in nobis uelle, & perficere probona uoluntate. Perpende quanta sit Christi charitas erga Petrum, quod pro huius constantia patrem ecclesiæ peculiari-ter orauit. Imo obseruandum quæuis sit Christi erga omne genus humanum amor: qui & ad huc non cessat pro nobis patrem interpellare, donec nos ad se receperit. Sed singula uerba discutiamus. Domine inquit. Si dominus

tus est d. Petre cur illum m. edacij arguis: cur preces illius reijcis, ac si illum non egeas? Paratus sum inquit tecum & in carcere & in mortem ire. Paratus erat Petrus & sic secum constituerat: ut uerba sonant: sed ut uerbis adderet facta, in se non habebat. Paratus erat Petrus, & sic secum constituerat: ut uerba sonant: sed ut uerbis adderet facta in se non habebat. Paratus erat cum extra omne periculum esset: sed ut postea audierim cum necessitas postulauit non expectauit donec uentum esset ad carcerem, uel ad mortem: sed unius mulieris uoce sic concussus est, ut statim dominum abnegaret. Rursus aduertendum, quod hoc quod Petrus dixit saluum fuit materialiter, quia aliter accidit: non tamen formaliter, quia sicut dicebat, ita intendebat. Mentiri quippe formaliter est contra mentem ire, seu cum intentione fallendi: uel scienter falsum profari. *Et ille dixit.* Reprimet do incautam Petri loquutionem. *Non cantabit hodie gallus, donec iter abneges nosse me.* Hinc discimus, quo magis in fide ardore confisus fuerimus, eo plus exilitatem & imbecillitatem carnis timeamus. Obserua autem quod hoc uerbum domini de Petri negatione fufus explicuit Dominus Marcus, quam ceteri euangelistæ. Ex cuius uerbis constat quod cum primo Petrus Christum negauit, statim gallus cecinit: & priusquam secunda uice gallus cantaret, bis iterum negauit. *Et sic tres Apostoli Petri negationes inceperunt ante primi galli cantum, & finire ante secundi galli cantum.* Et quauis hic Lucas dicat quod dominus dixit Petro, non cantabit hodie gallus donec iter abneges nosse me, intelligendum est de principio trini negationum: ita quod cum dixit, non cantabit gallus donec iter abneges nosse me: Idem est acti diceret. Antequam gallus cantet, me iter abnegare incipes. Quod beatus Marcus clarius ceteris scripsit dicens. Prius quam gallus uocem bis dederit ter me es negaturus: & sic contigit, nam ante quam secunda caneret, ter Christum complete negauit. Aduerte permisisse Deum Petrum cadere à sua præsumpta firmitate, ut Christum negaret, primo ne aliquis sibi multum tribuat, & confidat. Secundo ut unusquisque Christo potius quam proprio iudicio fidem adhibeat. Tertio ad reprimendam, & domandam imprudentem audaciam, Quarto ut ceteri omnes Petri casu edocerentur non proprijs uiribus confidere: cõsiderantes quam parui sit momenti humana fra-

Matth. 14.

fragilitas; quāntique ponderis & valoris sit verbum quod procedit ab ore diuinae veritatis. Quinto vobis Petrus & ceteri praelati experientia nosserunt, & discerent, qualiter debeant subditorum suorum copari cum peccata ueritate. Præterea solent hic dialectici capita cōfringere, & disputare, an ad præteritum sit potestas; & utrum Petrus potuerit non negare postquam Christus ei dixit, ter me negabis stando in illo medio tempore postquam Christus hæc prædixit antequam caperetur. Sed ne his immeret quia res est ad scholas pertinens ubi hæc quaestio est trita, breuiter respondemus, quod Petrus poterat non negare, nam præscentia Dei non ponit necessitatem rebus, & Petrus liberum habebat arbitrium, & eligere poterat quicquid uoluisset: nam si necessario negauit, ita quod eligere oppositum non poterat tunc non peccasset negando: nam (ut Augustinus ait) peccatum adeo est uoluntarium, quod si non est uoluntarium non est peccatum. Itaque poterat non negare quod si fecisset, nunquam Christus dixisset, ter me negabis: quia non negauit Petrus quia Christus dixit, me negabis: sed e contrario ideo Christus dixit, ter me negabis, quia Petrus erat negaturus: quod si non esset negaturus, nunquam Christus tale dixisset. Prophecia enim non est causa facti: sed per oppositum factum non est causa prophætiæ. Cum enim in Deo nihil est futurum aut præteritum, quia omnia illi sunt præsentia, præsens erat Christo Petri negatio, ideoque dixit quod esset illum negaturus: quia certum erat illum negandum. Sed de his latis. Iam quæ se quuntur uideamus. Et dixit eis. Quando misis vos sine sacco & peram, & calceamentis, nihil aliud dicit vobis? At illi dixerunt Nihil Memoria diuina potentia fati lenire potest exempla infirmitatis humane. Ideo Christus adducit in memoriam Apostolis quomodo eis prouiderit in necessarijs, & amputauit & defendit, ut spem suam in illo collocarent, & erecto sint animo hæc confidenter ad tolerandum quancunque tribulationem & aduersitatem: si quidem iam instabat tempus quo percussio eius erat pastor & ovis dispergenda. Dicit itaque: Quando misis vos predicare Iudæis per diuersa, precipiens vobis ire, sine alimentis & pecunijs, ut in solo Deo esset spes uestra, nec exteriora adminicula portaretis, vobis seum: nunquid defuit necessarium uisum? Responderunt quod nihil de fuit. Christus enim concessit Apostolis ut alimenta susciperent ab his

Aug. 3. de libe. arbs.

Zecha. 13.

quibus euangelizabant: a quibus competencia vite susceperunt. Vide hinc quomodo sequentibus Saluatorem nihil deest. Sic David Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Hæc mundi principes atque potentes dicere non poterunt. Si quidem quo potiore gradum celsitudinis habent, eo pluribus indigent est illis maior honos seruandus, ampliore domum cui cōsulant. Solus Christi seruus proferre potest, nihil sibi deesse: nam qui Deum possidet, omnia utique possidet. Solus ille, qui a Deo nutritur & pascitur refectus uiuit atque contentus: non enim permittit Deus seruus suos fame perire. Non defuit Helie uictus cum esset in deserto, cui corui necessaria suppeditabant: & tempore famis insitit Deus uiduæ Sareptanæ ut eum aleret: & Apostoli hic nihil eis defuisse responderunt. Sed audiamus: quid eis ultra Christus dicat. Diuit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Apostoli priusquam a Christo vocarentur quilibet sibi solito munere utebatur, corui vero plures piscatoriam artem exercebant vitam agebant. Sed cum Christus ad Apostolum uocauit hæc omnia missa facere præcepit, & sic de prædicatione uiuebant: quia hospites & populi quibus uerbum Dei annuntiabant, eis ministrabant alimenta, adeo ut nihil deesset de congrua sustentatione ad vitam ducendam. Cum autem Christi passio appropinquaret, omnes in ipso scandilicati sunt: unde paucis illis diebus quousque resurrectioni fides esset adhibita, non licebat aut expediebat Apostolis populo prædicare, hominē crucifixum in medio duorum latronū, esse Messiam in lege promissum. Ideoque cessandum erat illis a prædicatione, & propter eandem causam oportebat, ut sibi succurrerent quandoquidem de illo remedio iam actum erat, iterum sacculum & peram capere, & ad solita piscandi munera redire. Ideo postquam dixit, nunquid aliquid defuit uobis, & ipsi responderunt, nihil: statim addidit. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram. Hoc est. Usque adhuc, quando totus mundus me sequebatur & honorē deferebat, miracula meæ atque doctrinam intuentis, uobis omnia suppeditabat necessaria & alimentis congruis proferebatur, & hoc quia mei discipuli eratis: modo tamen quando tempus passionis meæ instat, & qui me commendare, & laudare solebant

Psal. 22.

3. Reg. 17.

Matth. 4.

lebant iam detrahunt, opus erit uobis proprio labore, & industria aliterque sustentari: quia tempore hoc cessabit prædicatione qua mediante necessarijs abundabatis. Itaque civili modo, & iure uiuite quia iam non est tempus euangelico negotio incumbere. Idcoque arma parate, & qui non habet gladium vendat tunicam, & emat illum. Quia licitum est patri, familias rem domesticam defendere, pugnare pro utilitate, pro patria, & etiam seipsum defendere: quia vim ui repellere licet. Quod autem discipuli ad officia præterita redierint, ex euangelica patet historia ubi piscantes eos Christus inuenit post resurrectionem ad mare Tiberiadis, quod non fecerunt cum euangelium prædicabant. Hic uidetur sensus germanus huius literæ. Vide quam prouidus sit Deus, & quomodo omnibus prouideat. cum mortuus esset Ioseph creuerunt filij Israel, & scriptura non dicit de eis uiuente Ioseph. Quando erat pauci, erat illis in adiutorium Ioseph, & poterat illos defendere: quibus & auxiliū præstabat. Sed postquam mortuus est defecit eis fauor, & defensio, creueruntque filij Israel: ita quod ipsi se poterant defendere, iuuare uiribus suis, & multitudine, quia creuerunt nimis, fortitudine poterant que se protegere. Sic etiam cum filij isti Israel ambulabant in deserto, & quando eis de fuit fatia Aegypti, sustentauit illos Deus manna de caelo sed quando ingressi sunt terram promissionis, ubi cibi erant terræ, manna defecit, quia sine illo poterat sustentari. Sec. Admonet etiam locus iste quod licita sit defensio sui ipsius moderata, etiam amicorum, & suarum rerum. Imo licitum est hominem occidere in defensionem sui, & suarum rerum: & in bello iusto, atque etiam pro iustitia cum quis rector, iudex, aut magistratus, habet officium, impios mortidam nandi, Docet etiam apostolos habere animū preparatum ad sui magistris defensionem, ex zelo amoris atque iustitiæ. Denique admodum per gladium presentiam non defuisse discipulis facultatem resistendi hostibus. Sed ad literam: Causa autem cur de derit eis licentiam portandi peram, sacculum, gladios, & dispensauerit nunc cum eis, subdidit dicens. Di co enim uobis quoniam ad hoc hoc q. scriptum est oportet impleri in me, & cum iniquis reputatus est. Et enim ea que sunt de me finem habent. Ac si diceret. Leges mutanda sunt dum necessitas exigit: ideo nunc aliter uobis uiuendum est: quia tempus instat, in quo illud quod Esai

Joan. 21.

Exa. 1.

Exa. 16.

Iosue. 5.

ias de me prophetauit dicens, & cum iniquis reputatus est, oportet ad impleri in me. Oportet inquam necessitate conditionata. Quia propter non est nunc tempus, ut eatis & euangelium predicetis. Nam Christus post uerba hæc in ipsa nocte captus est tanquam latro, & die sequenti inter latrones suspensus. Ea enim que sunt de me, id est que propheta prædixerunt de me, nunc complebuntur. Mores enim mei, dolores, angustia, passio, & trilitia, cito finiuntur: nam post tres dies resurgam, immortalis, & impassibilis in perpetuum regnurus. Anima uerte, quo modo ea que de Christo tormenta dicuntur finem habent. Bonorum & eorum qui pro Christo patiuntur, labores finiri debent. Peccatorum autem tormentorum in æternum durat. Sic ille beatus martyr Machabæus: Anthiocho tyranno dixit. Fratres mei modico nunc dolore sustentato sub testamento gerere uitæ effecti sunt: tu uero iudicio Dei iustus superbie tuę penas exolues. Iustorum labores in hac uita breues sunt, & tandem postea premium est æternum, & e contrario impij gloria etiam breuis est, quæ statim cadit, & euanescit. Vnde Psalmista ait: Vidi impium exaltatum super cedros Libani, transiit, & ecce iam non erat. Hoc exclamat Baruc. Vbi sunt principes gentium, & qui domitantur super bestias, quæ sunt super terram? Qui ludunt, & exterminati sunt, & ad inferos descenderunt: & alij loco eorum surrexerunt. Tota mundi gloria deuenit in perpetuum cruciatum: totus autem Christi labor, & seruatorum dei in gloria, & requiem perennem, quæ nunquam habebit finem. Ne ergo timeas, huius uitæ labores, & pericula: nam cito labitur nomen laboris retinere non potest, nec est uere labor ille qui cum uita simul perit. Illi autem erunt, & qui tibi metum debent in cutere, qui in æternum durat, cuius modi sunt inferni cruciatum. Plurimi tamen sunt qui, quod nullo modo timeri dum est, timet, uidelicet huius sæculi afflictiones, & angustias: non uerentur tamen quod uereri deberent, penam, scilicet æternam, & permanentem. Qui timeri priuam (ait Iob) super eum uenit nix, hæc ergo Christi uerba apprimè memorat fige, & cum in infirmitate seu persequutionem incidere, vires assuue animique tibi ad de & intruere gloriam quam tibi Deus concedet, & que te expectat repetetque in interiori cordis hæc Christi uerba. Et enim ea que sunt de me finem habent. Sequitur

Eccle. 3.

Mat. 7.

Plal. 36.

Baruc 3.

Iob 6.

Enarr. in Caput. XXII.

cur. At illi dixerunt. Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit. Satis est. Tantus in uasit timor discipulis audientes Christum quod inter iniquos esset reputandus, quibus licet iam dixerat, ut tollerent sacculum & peram: nihilominus maximo tremore quo premebantur oblitum, nulli uelque alterius rei meminerunt preterquam armorum. Ideoque de solijs gladijs tractauerunt, & postis duobus dixerunt. Ecce duo gladij hic. Duos gladios in promptu habemus paratos ad tuam defensionem. Parati armati sumus, cum nos omnes non nisi duos tantum gladios habeamus. Quoniam pacto nos his armis defendere poterimus? Non indigebat Christus armis, siquidem propria uoluntate patiebatur: quæ tametsi capere uellet, magna nimis & fortis in sua diuinitate habebat, cuius ut atque uirtute posset in instanti omnino inimicos annihilare: ideoque respondit. Satis est. Nolu itunc Christus Dominus mysterium sua sacratissime passionis eis plus aperire, quia nondum discipuli erant tanti capaces sacramenti: & sic cum cognosceret eos non illum intellexisse, simulat dicere, satis est: haud significans, ipsam illis, aut alij armis non egeret, sed tantum Satanam, & mortem uincere sufferens, tacens, atque patiens: his ergo armis tyrannum, armatum fortem qui nos opprimebat, & captiuos tenebat, erat uicturus: non armis materialibus que ab Apostolis offerebantur. Multi in hoc loco interpretantur istos duos gladios, de spiritualibus ecclesie gladijs, ecclesiastico scilicet, & seculari: & alij de uerbo Dei, sed quia hæc non sunt ad rem ne immoremur in increpatione expositionis adeo huic loco dissona, & torrea, transeamus ad ea que in contextu sequuntur. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Sequenti sunt autem illum discipuli. Assueuerat totum diem consumere Christus, populo predicando, & infirmos sanando, nocte uero in montem Oliueti proficisci qui parum à ciuitate distabat: & ibi erat pernoctans in oratione. Abijt ut preces funderet: utque Iudas cum inuenire posset, qui rectè nouerat locum illum, siquidem sæpe alias in eo cum Christo fuerat. In hoc significatur se sponte mori, quæ doquidem locum in quo Iudæ notissimum elegit, ut sic inuentus, & captus, pro nobis pareretur. Nota etiam quod in montem Oliuetum ueniam, moriturus vadit: nam secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Misericordia enim per oliuam designatur. Docet

etiam ut is qui Eucharistiam accipit, non illi: sed ad negotia secularia se conuertat: sed ad solitudinem accedat orationis, & contemplationis, orans, & palls. Denique docet quod quando orare uoluerimus recedamus in locum abditum sicut Christus fecit: cum ciuitatem omiserit, & in montem oraturus uenerit. Sed historiam prosequamur. Abijt inquam in montem Oliuarum: & ut Ioannes inquit transiit in Cedron, qui est trans ualle m Iosaphat, & inter Hierusalem, & montem Oliueti, iuxta Gethismani: & hec tum est ingressus. Vade & tu cum illo: ne deseras, ne ipse te deserat. Contemplantur ergo Deum tantum in illa noctis caligine, mortem & in mentem ut homo uerus: tremens, & à pauperibus discipulis, & absque ullo solatio, deducit, & in montem, incedit: deducit ergo eum in hoc itinere. Meo Gen. 3. in mento quoniam in hostio lapsus es, & in hortum te quaesitum Christus vadit. Et propter amorem quem profequitur, tristis est quia te deiecit: uide, ideo tristis incedens te querit: nam amatum, dolore emittit, & queritur. Vides quantum te dilexit siquidem tanta tristitia premitur, ut te inueniat, quod Matt. 16. dicat. Tristis est anima mea usque ad mortem. In ten sue quaeritum quis potest in hac uita trifiari: & exte subijque ad mortem. Interroga ergo anima mea Dominum, cur moestus incedat. Tanta est tristitia quam patitur, ut passione fauces obturare cogit, uocemque illis adharere, ut rectè responderet nec loqui ualeat: quare opus erit ueniat fidelis eius seruus. Dauid qui pro eo respondeat dicatque in persona Christi. Conturbatus & contristatus: conturbatus sum in exercitatione mea. A uoce (inquit) inimici, à uoce querentis animam meam: iam ex loco ubi erat, uenditoris Iudæ uocem audiebat: itidem & Iudeorum cõuentionem parantium se ut Christum caperent: etiam hoc a deo Christi animam attingit, ut per eius uiscera gelida tristitia decurrat. Dic mihi ergo Domine, in hoc dolore atque tristitia nõ est qui te sequatur comes: Respondit Dauid pro eo, dicens Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Solus adest amicus desitatus Discipuli qui cum eo sunt a deo sunt cæssi, & uicti somno, ut indigeat querere aliquem qui in tribulationibus comiteretur, & adestur: quaesit, sed non inuenit. Forsam Dñe deest qui tibi solatium præstet: Consolatẽ me qui tui, & non inueni. O quam solus Christus relinquitur in tristitijs, angustijs, & passione, ab his

his qui Christi nomine, magnificantes se, delicias, risibus & adulationibus dant operam & in quo solo tempus terunt: de memoria eradicantes quæ dominus ut gemitibus æternis eriperet & gloriam sempiternam concederet pati dignat est. Væ uobis (inquit ipse) qui ridetis, quia flebitis. Hæc est tristitia, atque metus, quo fuit Iacob concussus ab Esau. Hoc eodem fuit innotus presulus Helias ab impia Iezabel. Hic sanctum regem Dauid uidebis tristẽ mestũ, ac collachrymantẽ Hierusalẽ egredis rem à proprio filio coactum capite cooperto, nec nõ pedibus nudis incedẽtẽ. Videbis etiã & audies Semei dictum. In quacũque hora trãsieris torrente Cedron, scito te moriturum. Videbis serpẽtẽ æneum in ipso torrente cominutũ. Discamus Christi exemplo refranare timores & tristitias & cetera que aduersus rationẽ insurgere sepe solent, ne animas nostras deducant: sed potius in inferiori eius parte sedentur, sensualitate, scilicet offerente, sicut Christus redemptor noster fecit. Discimus etiam hic suo exemplo nunquam eius gratiam desperare: si forsam aliquando in aliquam tristitiam subitam, timorem, uel cordis debilitatem, incidimus: cum seruituti atque amori diuine maiestatis dediti fuerimus. Hinc etiam discimus nostrorum fratrum misereri, dolereque de eorum necessitatibus: nam Christus hic non propter se, sed propter nos tristis est. Discimus etiam Christi domini nostri exemplar inuenientes, tristitias, & tribulationes Deo offerre: flexi ad feruentem, & de uotam orationem, sicut ipse fecit: nam statim cum dixit, tristis est anima mea usque ad mortem, oraturus abijt, &c. Sequitur. Et cum peruenisset ad locum dixit eis Orate ne intratis in tentationem. Cœnaculum ex quo Christus redemptor noster profectus est, a loco ubi ipse orauit duobus distat milliarijs trecentisq; & triginta passibus cũ alijs septẽ: quoniam pons quidã uinco tãtũ cõneta arcu, qua torrens Cedron interfuit à cœnaculo millare & nongetos quinquaginta passus recedit, à quo ponte usque ad locum ubi Apostoli octo à domo non sunt relicti ducenti inter sunt passus: qui itidem locus ab alio in quo alij tres sunt manere iussu centum et octoginta septẽ distat, qui tandem strusq; in quo Christus orauit factu solum lapidis complexuntur, ut ipse narrat Euangelista. Respice ergo longam uiam qua Christus postquam captus, ductus est: Et quod notatu & inspectu dignius est quod à

ponte usque ad domum Anas quædam inter est accliuus uia ardua & recta nimis: quia propter magna angustia oppressus ascendit. Dixit ergo eis orate ne intratis, &c. Hoc solummodo octo apostolis dixit: quoniam Iudas ab hoc sancto comitatu migrat: diu autem Petrum Iacobum, & Ioannem secũ duxit. Porro esse tentatos non est malum sed bonũ, & meritũ admittit: sed esse à tentatione victos est malum, ideoque non dixit orate ne tentemini: sed orate ne intratis in tentationẽ, ei consentientes: quia tentatio proprias uirtutes non excedit. Docet hic Christus orationem potissimum esse remediũ aduersus omnes mundi tentationes. Nam sicut fur clamorem uicinatorum qui subuenturi instanter ueniunt audiens fugit: sic orationis clamor Satanam fugere cogit, & sanctos probosque suscitatur ad auxilium. Sic Dominus in oratione quæm docuit dixit ut petremus. Et ne nos inducas in tentationem. Mirabile antidotum est ad tentationes superandas oratio ipsa. Cũ nihil nos sufficiamus, sed sufficientia nostra ex Deo sit: nuntium ad ipsum mittamus auxilium atque opẽ petẽtes. Oratio enim quidam nuntius est Deo nostram aperiens indigentiam: secundũ illud prophete. Intret oratio mea in conspectu tuo. Ex ipse anulus est ab eis, quantum est iustus lapidis: & postis genibus orabat, dicens. In quo relucet excellentia orationis Christi: quæ omnes fuit complexa circumstantias, ut perfecta esset. Primò quidem quia erat solitaria: nam cum oratio sit eleuatio mentis in Deum: tunc rectius fit quando qui orat recedit, & separat se à mundi strepitu. Secundo hæc oratio humilis fuit, quia genibus flexis orabat. Videtur hunc apud præcos esse orandi modum, præsertim cum erant in aliqua magna tribulatione constituti: ut scilicet se coram domino prosternerent. Sic in Numeris legitur quod proiecerunt se super faciem suam Moyses, & Aarõn proni in terram, orantes pro aqua. Matthæus & Marcus dicunt quod proiecit se super terram: ut ea quæ retro sunt obliuiscens in anteriora progrediãris, & ut intelligas quam humilitate coram Deo orare debeas. Et in hoc nõ differt inter Euangelistas, nam cum ter orasset, semel genibus orauit flexis, & iterum in terram pronus. Vel potius omnia simul cõfigerunt: nam cepit postis genibus orare, ut nosset ait Lucas: quæ autem eius erat delicatũ, & reuera complexio nec nõ debilitas ob timorem, & mortis imminetis tristitiam, pronus

Tit. 3.

1. Cor. 13.

Gen. 3.

Matt. 16.

Psal. 54.

Psal. 68.

Math. 6.

1. Cor. 3.

Psal. 87.

Num. 20.

Matt. 26.

Matth. 16.

Matth. 16.

nus



nos in terram cadere coactus est, deficientibus viribus, propter aegritudinem qua premebatur. O Rex gloria, quam debent mundi nobiles, & potentes confundi qui tot delicijs, ac mollibus stragulis auro intextis, & sericis genua in templis curuant, imo ægre ferunt sic genuis flexis preces fundere. Expende quod Salomon orauit in templo positus genibus. *3. Reg. 8. Exod. 17. 4. Reg. 4.* Moses in monte stans orabat, cum vicit Amalec, & Heliseus vt filium Sunnamitis suscitaret, orans deambulabat: Christus autem omnia istha c in summam redegit: nam orauit sicut Moses in cruce stans, orauit sicut Heliseus, deambulans quando ter Apostolos in hoc horto viderat: orauit etiam sicut Salomon genibus, & tandem sicut Dauid in terram deiectus. Sequere ergo anima mea quando oras hunc orandi modum genua flectendo in terram nudam: in quo significas humilitatem, & obedientiam, quam Deo exhibere debes. Tertio hæc oratio iusta erat & recta: quia propriam voluntatem diuinæ voluntati subiecit. Quarto erat charitate plena: quia sepe ac facilius discipulos suos in eius interstitijs visitabat. *5. Aduerte autem quod dixit quod aulus est ab eis: quo modo loquendi ostenditur amor quo Christus suos prosequatur. Nā hoc verbum aulus, proprie significat diuclere, sicut quando maxima vi quis aliquā arborem radicitus euellere tentat simul cū ambiente terra. A deo Christi cor erat stricto nexu amotis ynitum cū Apostolis vt ferme viscera dimitens per modum euulsus ab eis recessit. O magna amoris vis, quæ nec per spatium iactus lapidis seu distantiam absentiam: absq; dolore patitur. Et tu, o anima mea, à tuo Deo exortus es tot annis, & nihil sentis: non potes negare quin hoc ex defectu amoris Dei oratur. Hæc maxima charitas haud tulit recessum semiluceæ, sed tantum iactum lapidis: vt prælati intelligant manifeste per longum tempus à suis sedibus, & episcopatibus abesse, habere ortum à minima qua præditi sunt charitate, & zelo erga subditorum animas. Præterea à discipulis orationi vacantiibus recessit, sed non multum, vt sciant qui orationibus indulgent Iesum ab ipsis parum distare, vt primo emissio gemitu, statim audiantur, & ope iugentur. Vnde in Psalmo. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. Duxit autem secum Petrum, Iacobum, & Ioannem, vt testes adessent humanæ suæ naturæ fragilitatis, & tremoris mortis, sicut & antea testes exite-*

rant gloriæ suæ transfigurationis: vt qui gloriam suæ diuinitatis viderant, viderent etiam carnis suæ exilitatem, ac fragilitatem. Nō sic nos siquidē excellentiæ propriæ appetitu desideramus nostra bona ab omnium oculis videri celantes quæ defectus speciem habent, vt sic eis imponamus. Orabat autem Demianus in quantum homo: nam secundum humanam naturam minor est Patre. Ipsam autem orationem audiamus. *Pater si vis transfer calicem istum à me. Pater si possibile est, salua tamen humana redemptione me in columina memento, vt mors deuincatur & pereat transfer calicem istum à me: experientiam, scilicet, & amaritudinē passionis, quæ mihi modo obijcitur, quamque timco. Tanquam verus homo mortem refugiebatur, & secundum inferiorem portionem renuebat mortem, si secundum iustitiam fieri poterat. Iustitia tamen aterni Patris staturat filium eius in fontem mori, sicuti hoc nostræ salutis sacramentum ostensum olim fuerat varijs figuris, & scripturis ab eodem Patre, à mundi cōstitutione. Hinc ergo sequitur tristitia mortis angustiamque, nec non passionē, minime è Christo Domino placere propter se nec propter mortis acerbitatem tanquam finem principaliorem. Quare alia omnia consideratione ipsam mortem amplecti renuebat: obedientia tamen Patris humanique generis salutē quasi cōpulsus æquo animo mortem ipsam oppetere annuebat: veluti ægrotus qui voluntariē potionem amarā gustat, nō propter ipsam, sed vt per ipsam salutem operatam consequatur. Hæc libera voluntas mortem pro Christo sustinēdi martyres ipsos ad astra vehit, & gloriosos facit: nā carnis appetitus illud tantū naturaliter desiderat quod delectationē ingerit, vnde si mori martiribus absque villo dolore cōtingeret, non appareret quæ in eo esset meriti causa. Quoniam tamen hanc viuendi voluntatem, atque desiderij Deo subijciunt atque tradunt, amplectunturque eius amore ducti, quod viribus tantum naturalibus pulsati refugij, ideo donari coronis laudis, & gloriæ mererentur. Et hoc est quod Dominus in sua oratione profecquitur dicens. *Verū tamen nō mea voluntas, sed tua fiat.* Nō secundum humanam affectionē, sed tuam voluntatem. Hinc apparat quod id quod Christus Redemptor noster, naturali ritū morte oppressus, qui cōditioni, & fragilitati humane annectitur, desiderabat modo ad se conuersus amplectitur, & confirmat, obedientia,*

Ioan. 6.

Ioan. 10.

Mat. 4.

Psal. 8.

ria cordisque fortitu dine victus. Nam nō inquit, pater fiat hoc quod loquor secundū carnis naturalē inclinationem: sed inquit, fiat id propter quæ inuisibili, redēptionē scilicet humani generis, ob quā ego à tuo excelsu sinu in hoc solū descendi. Hoc est quod idē Christus in alio loco Euangelij antequam passionis eius tēpus immineret, dixit. Non venifacere voluntatē meā: sed voluntatē eius qui misit me. Nō voluntatē temporalem secundū carnem: sed illā quæ quidem eadē cum voluntate aterni patris est. Si ergo vnigenitus Dei filius inquit quæ voluntas eius non fiat, sed potius patris: quā maiori iure inobedientes habebimur, atq; iudicabimur, si proprias sequuti fuerimus voluntates? Ad finem vsq; vitæ docuit nos Christus, Dei tantū non nostrā exequendā voluntatē, parentū etiam prælatorum que sectandā eorundē præceptis parentes & obtemperantes. Docemur hinc, si quādo voti & orationis ad Deum fusa compotes non euadere contigerit, voluntati diuinæ conformari, gaudereque voluntatem diuinā adimpleri: quauis in detrimentum proprij appetitus, & desiderij cedat. Nam sicuti non debemus in periculis, & aduersitatibus proprijs fidere viribus, ne vanitatis amatores, propriæque fortitudinis præcones esse videamur: sic nec de cœlestis auxilio vnquā diffidendū, ne itidem Dei nostri in salubilis auxiliatoris impotentiam deferre videamur. Aduerte autem quod hic Christus vocauit se filium Dei naturalem, & non adoptiuum: quia dixit pater mi, & non pater noster, vt quod per Ioannem dixerat manifestaret, ego & pater vnus sumus. Eadem res, eadem essentia, vnus Deus, & vnus posse, minime diuisum. *Apparuit autem illi Angelus de celo confortans illum.* Vt intelligas aliā fuisse istā tribulationē ab ea, quam in deserto passus est, quia ibi Angeli non confortauerunt illum, sed ei potius seruiunt: hic tamen ad eum fuit ingens debilitas, & afflictio qua fuit oppressus vt fuerit. coactus à sua creatura confortari. Verum est aliam translationem habere: ei Angelum apparuisse illum exaltantem ac glorificantem. Hoc est fructū passionis annunciantē nec non mirabile suæ resurrectionis gloriā: per quam omnes Adam filij erant extollendi, & glorificandi. Præterea Angelus ei apparuit: vt intelligas precem humilitatis atque persequutionis, nunquā respo-  
so carere. Angelus autē hic erat beatus Michael qui afflictionem, & tristitiam quæ eius

Rex ex parte sensualitatis patiebatur, confortabat: secundū quam paulo minus ab Angelis minutus est. Hæc autē alteratio patris sententiæ erat, qua refutabat mortem que pati reuebatur. Recipit Redemptor humilis solatiū hoc à creatura considerans se paulominus ab Angelis secundum carnem factum: dum in hoc lachrymarum valle morabatur: & sicut, velut homo tristis reddebatur, sic huius modi Angelicis verbis vt homo confortatus est. Expende autem quod mox vt filius Deifē voluntati aterni patris subiecit; & subdidit, Angelus solatiū præstitit: vt hinc excipias si quādo contingerit non euadere orantē voti cōpotem quia forsitan sic fieri oportet: nō ideo à conspectū Dei ope destitutus recedit, imò potius solatio afficitur spiritali. Et nemo existimet hunc vel alium Angelū Christi custodiā delectū fuisse: nam qui omnium Angelorū custos erat, Angelo custode non eguit. Rursum aduertēdum quod quod Angelicum Christo gesserunt dilucide perspicitur in eo duas esse naturas, diuinā scilicet, & humanam: nam ei tanquam ipsi Deo intercesserunt in deserto, & hic sicut hominem Angelus confortauit. Apparuit Angelus iste in humana specie Christo solatiū præbens, ad feruimodum qui dominum suum cōsolatur: & etiā vt doceat nos, Angelos cum ad Deum preces fundimus nobis adesse, inuisibiles que quodam modo animum & solatiū addere ne ab incepta oratione desistamus. Secundū vt discamus his qui amore Dei ducti tristitias, & tribulationes sustinent, cœlestem opem nunquam deesse, iuxta illud Psalms. Secundum multitudinem dolorum meorum: consolatio nes tue letificauerūt animam meam. Sic Angelus domini apparuit Agar in solitudine, cū sola tristis, & affecta dolore existeret: quā fuit consolatus. Sic etiam Helix in deserto, à conspectu, & persequutione Iezabel fugientis: & dixit. Surge & comede: grandis enim tibi restat via. Sume ergo mundū Redemptor vitæ, cōfortate domine mi: grādis enim tibi restat via, ne te hæc terreat tristitia, nec mems cōcūtiat, restant enim adhuc tibi; flagella, vulnera alapa, spinarum corona, clauis, crux, & tandē lancea, &c. Sed ad contextum. *Et factus in agonia prolixius orabat.* Significare volens; quod quoties agoniam vel alia grām necessitate oppressi fuerimus absque vlla mora ad orationis remediū debemus configere: & dū in maiori periculo cōstituti fuerim, maiori cura, et

Matth. 4.

Psal. 93.

Gen. 16.

3. Reg. 19.

Enarrat. in Cap. XXII.

instantius orationi indulgramus. Agonia hæc erat prælium, quodam inter dominicâ carnem, & mortem: caro enim naturaliter, vi vere desiderabat. Vel potest dici hanc agoniam esse angustiam mortis quam imminere cernebat iamque fere in conspectum dari: & ideo dicitur in agonia factus. Quo etiam modo cum infirmi sunt iam in extremis constituti ut iam sensus deficere videantur ne possint discernere, dicuntur esse in agonia & conflictu. Vel potest dici quod agonia hæc nihil aliud erat quam quidam agon, & certamen, in ipso Christo, inter rationem & sensualitatem quia certabat & contendebat in eo ad instar & modum cuiusdam pertinacis, misericordij & agonis: sensualitas ex vna parte, quæ quidam naturali ingenio sulta timebat, renuebat, & horrebat mortem: ratio ex alia quæ nimirum diuina voluntati obtempersans mortem oppetere volebat, honorem Dei zelans, remedium, opem, & salutem, generis humani desiderans. Nam virtute diuina, atque cælesti harum quælibet partium facere seu pati quod cuique naturale erat, permittebatur. Sed iam Redemptor suo corde mortem vincebat, & superabat cum in animum mori inducebat: quâ tandem postea ipso opere vicit quando resurrexit. Sed nunc pauca sunt qui in hoc agone & certamine constituantur: nam mox sensualitati herbâ portigunt carnemque ipsam insequuntur. Nota hic quot etiam errores, agones, metus, & angustie in tua mortis vltima hora, cû tot in vita sis irretitus peccatis: si sola eius memoria tam acerba fuit Christo cû adeo innocens culpaque expers esset. Nam si Christus omni peccato liber sic mortem timuit, ut sola eius memoria, & consideratione in agonia fieret: quid tu facies peccatis onustus cum medici vitæ tuæ spem tollat, erectusque pectus fuerit tibi, oculi cõmini ceperint sensus operari destiterint & obsessus à doloribus mortisque angustijs fueris? O quantum deberet hic strictus mortis status peccatoribus metum incutere, siquidem adeo magnus Christo incussit. Voluit dominus in his quæ in eo gesta sunt nostram animam correctione & certamen significare: nam omnes nos mirabilem ac terribilem patiemur terrorem in quo vltimè ad verba otiosa in reddendo Deo rationem nobis deueniendum erit. Et ut videas quam magnus fuit agon iste, & certamen deinde Euangelicæ verba. *Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrâ. Sudor iste terrens erat nimis & maximus:*

qui ex omnibus partibus corporis & poris manabat ad modum sanguinis effluentis in huius modi agone & certamine per vestes desilientis, & in terrâ abundanter cadentis. Emisit autem hunc sudorem sanguineum Christus, ob maximum conatum orationis eius, nec non omnium terribilium mortis memoriam maximam qua vexabatur & premebatur, imminenti que & obiecti periculi, & ingentem angustiam qua à propria sensualitate torquebatur quæ quidam Dei iussu facere & pati ei naturale & congenitum permittebatur. Quare cû cor eius esset inflammatum, omnes pori recludi & deiçi ceperunt, influere que & emitte-re per omnes illius corporis sanctissimi, & passibilis partes, sudorem sanguineum, purum, nimirum coloratum ita ut redundaret. Sanguis iste fuit verus, naturalisque quantum ad suum esse & substantiam: fuit tamen miraculosus, & non naturalis, quoad modum emanationis, & emissionis qua à venis emissus fuit: nam præter totum ordinem, & cursum naturalem est sanguineum effundere sudorem. Hoc idem dicitur in I. Joan. 19. quæ à late re Christi dñi de functi fluxerunt, sanguis enim verus fuit, & aqua itidem vera, miraculose tamen: quia mirabili Dei providentia, & super naturali ratione ab inanimi corpore manavit. Voluit autem dominus sudare sanguinem in terramque cadere: quia patiebatur, & proprium sanguinem effundebat, non pro Angelo sed potius hominum terrorem, & in terra degentium salutem. Ipsi tantum redempti sunt & mundi, sanguinis domini nostri effusione. Secundo ne dominus tantum oculis pro nostris peccatis lachrymas funderet, sed etiam toto corpore, cum nimirum ab oculis aqua à ceteris vero corporis partibus sanguis manabant. Præterea in sudore, Christi feruor & conatus dilucide perspicitur: in sanguine, mundi pretium: in fluxu vero eius, liberalis abundantia copiosissima redemptionis elucefcit: guttæ tandem euidens signum fuerunt singularis efficacitæ, eommodique quod passio ipsa intulit, siquidem virtuti illis vniuersalis erat, & omnibus sufficiens, nec eorum malitia, & prauitas indignos redderet. Tu ergo anima mea nihil morare, sed properatim tendere in hoc pretiosum balsamum odoriferum, ut redimi, & sana fieri merearis: quantumuis parua guttæ particeps sis, ea que aspergatis Considera quâ intellus ignis amoris cordi Christi affuit: siquidem viuum sanguinem per corporis po-

Execl. 24.

Gen. 1. Gen. 8. 2.

ros distillare coegit, sicut ignis facit aqua de rosis manare: ut reddat odorem suauitatis sacrificio cetero parti pro nobis offerendo. Considera etiã animam meam quam periculosam est infirmitas tua: siquidem tam ingenti sudoris copia nondum perfecisset humanorum peccatorum feces purgallit: ut ipsemet dominus de te conquerens dixit. Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius. Vide etiam quam noceat frigus homini in sudore constituto. Pro comperto igitur habere debet nullum tam nocuum frigus esse sicut ingratitude vexat maximè Saluatorè, sanguinem pro te iussu dantem. Oratorem patrem & non exauditur: expectat. Solatium lachrymarum tuarum, ut à poena que ipsum torquet subleues. Respice qualiter ab oratione cõfurgens proprio sanguine merlus, cum extergit: intueret ipsum solum angustia oppressum, & afflictum: considera quanta fuit tunc eius animæ angustia, cuius restes guttæ sanguinis vestem penetrantes & in terram cadentes, existit illis que miserere & compateri: nam ab ingenti dolore, hoc minime potuit contingere. Ad mortalem animum nūquam peruenit: nec est auditū nec visum aliquem terrorem mortis sanguine sudore emisisset, quapropter apparet similem dolorè sensum nunquam fuisse. Hinc etiam percipitur quanta fuerit amaritudo passionis Christi: siquidem sola eius cogitatione illi se turbauit & corripit, ut sanguinem sudare cogere. Sudor faciem Adami minimè ad culpam abluendam cõduxit: nec vnus erit diluyija que soltere potuerit ad mundi tollenda peccata. Sufficiens tamen sudor salutariter sacratissimi Redemptoris: fuit nimirum antidotum & lauacrum sufficiens ad mundandas animas ab omni labe peccati. Disce cû agrotas vel multum orare, vel alios apud te orantes habere: cum videas hic Christum in agoniam orantem, & in cruce istam moriturum pro crucifixoribus orasse, animam que sua in manus patris eius commisit. Disce imminente mortis articulo voluntatem tuam voluntati diuina conformare. Disce vero tu peccator de proprijs dolere peccatis: cum videas Christum sãpere afflictum ex alienis. Disce pios amicos tuos affectus eleuare, excitare, & exortere, coram Christo in monte Oliueti prostrato, & ibi orare, lachrymas fundere de quibus Christus in angustijs, siquidem tuo amore impulsus hanc patitur poenã. Sed præ-

cedamus. Et cùm surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes præ tristitia. Venit de loco vbi orabat ad discipulos. Videlicet ad Petrum, Iacobum, & Ioannem, & dormiebant: nam cum certamen appropinquaret, oculi eorum somno victi, languere ceperunt: nam huiusmodi somnus erat veluti quidam typus & figura somnionis & effugij, quod erant parati. Dormiebant præ tristitia & afflictione, ita ut oculi interiores grauiter angustiam, & tristitiam ferrent: corporales etiam vexabantur propter prolixitatem vigiliarum. Nam ob tristitiam magnitudinem qua erant affecti, ex quo Christum di-centem audierant. Tristis est anima mea vltimè ad mortem: non poterant vincere somnum, interdum magistro interdum se sibi ipsis timentes. Ut autem dormiant sicut & anima, sic & corpore. nam sæpe ac sæpius contingit ex animi contractione, & repiditate, oculos somno teneri. Vide ter Christum discessisse ad orandum, terque itidem oculos suos vltimè intendens ad orationem flectere: nam non solum prælatum vitam ducere debet contemplatiua sed etiam aliquando actiuam. Sic in Ezechiele legimus quod illa sancta quatuor animalia volabant, incedebant & habebant alas, sub qualibet autem earum erat manus veluti hominis. Habebant alas ad eolandum per contemplationem, manus vero ad inseriendum proximi commoditatem. Disce autem contemplatiui propter proximorum salutem suis temporibus relinquere orationem. Moyses cum esset, cum Deo in monte, orans iussu Dei dereliquit Deum orationem, & descendit ad populum peccatorem, ut ei subueniret. Et ait illi. Quid dormitis. Surgite, orate, ne intretis in tentationem. Quare cum in tot huius constituti periculis dormitis, cum modo tempus potius vigilandi sit, ob maximam pressuram, tentationis que cum fere imminet? Surgite ab ignavia, & pigritia, vigilateque, & orate, ne intretis in tentationem illi consentientes: quia retatio vos superare non potest. Contemplantur ergo modo Saluatoris piam mansuetudinem, qui que magis mors illi imminerebat & appropinquabat, eo magis cordis suauitatem & lenitatem ostendebat, & vide quomodo bonus pastor, vigilans in custodia pulli gregis. O ingens amor, quæ bonus est talis pastor. Bene de illo dixit Euangelista, quod in finem dilexisset eos, siquidem in tali constitutus agonia, non cessabat vitam pro illis exponere, salu-

Execl. 10.

Exod. 32.

I. Ioh. 10. I. Ioh. 13.

remque conari, intra illud exiguum tempus quod restabat. Non sic multi prepositi modo faciunt, qui cum subditi vigilent, componant lites, & tam corporis quam anime laboribus, penuria, & necessitatibus opprimantur, quibus remedium adhibere difficile est, dormiunt, & requiescunt in blandis & delicatis lectis, otio, & voluptati mundique sumptibus dediti, exultantes, curis laborum, & indigentiarum suarum ouium liberi. Maxima certe erat charitas atque benignitas huius pastoris siquidem discipulis suis dixerat (ut Marthus & Marcus scribunt) ut dormirent & quiescerent, noluitque eos a somno excitare quoad usque in iudiciorum cum Iuda uenientium laternis, fustibus, & armis, agmen agnouit, eum capiendi desiderio; eos inquam somno vacare non uoluit, cum ipse met pastor bonus proprio esset sanguine immeritus earundem ouium amore. Somno autem parcere pepulit cum iam iam inimici imminerent & instarent; in quo docet seruos Dei non diu somno indulgere debere. Surgite: ne nos inimici nostri abditos, & receptos inueniant sicut timidos: exhibeamus nos illis facie lata, ne terga demus, nec mortem timeamus. Hoc uoluit dominus facere ut populi intelligerent agni qui passurus erat confidentiam: & constantiam utque iciremus passionem eius uoluntariam omnino non uolentem fuisse. Hinc patet seruus desiderium domini, nostrae redemptionis, siquidem non solum ipsam traditionem simul cum Pharisaeis uenientem mansit: sed & ipse eos excipere uoluit. O mira Christi bonitas. Quando uoluerunt illum facere regem fugit, nunc autem exit obuiam eis? Docemur hic primo si opus fuerit aliquam tribulationem pati, gaudio & confidentia sustinere. Secundo ad tentationes perpetiendas parari: deo inquit eis surgite. Tertio orationem tanquam scutum in tentationibus ipsis capere: deo ait orate ne intreris in tentationem. Sequitur. *Adhuc eo loquente ecce iurba & qui uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eum, & appropinquabat Iesu ut oscularetur eum.* Sancta & pia Susanna cum in pomario domus sue se lauaret ab iniquis presbyteris inuasa est, capta, & ad mortem tradita. Sic dominus Iesus cum in horro mersus & balnearius in proprio sanguine subito ab inimicis & iniquis Iudeis militis a principibus sacerdotum fuit obfessus, captus, & delatus falso, & cum innocens esset ad mortem traditus, quibus exiuit obuiam dominus. Saepe ac sepius lupum obuiam ouii extiro-

Mar. 14.

Ioan. 6.

Dan. 11.

eam inuadere uidit oppositum autem nisi modo videre mihi nunquam contigit: & tu cum innocensissimus agnus sis excepturus lupos istos rapaces exis. Tu thesaurus paradysii in manus praedonum te exponis. Tu haereditas promissa patribus in manibus prodigorum: sapientia aeterna, stultorum regimini te obijcis. ¶ Unus autem de duodecim Iudas antecedebat eos. In quo nota quod pessimus iste mercator fuit unus de duodecim non quidem merito, sed potius numero. Quod Euangelista dixit, ut huius traditoris malitiam ostenderet, qui in crimen laese maiestatis a dignitate Apostolica ceciderat. Praecedebat autem eos fuit signifer nequissimus: & appropinquabat Iesu ait nos Iudas ut oscularetur eum. Appropinquabat ut domesticus, sed fur erat: salutauit ut discipulus, sed tamen in insidias parabat: tandem osculatus est eum, nihilominus in festus & inimicus erat. Iam diu inoleuerat consuetudo apud Hebraeos & nunc etiam apud varias & diuersas nationes se adinuicem osculari cum in aliquem se conferunt locum ut ostendant ingressum pacificum: & sic Christo idem erat mos suos recipiendi discipulos cum eos in aliquem locum mittebat, osculo pudici amoris & pacis cum redibant, quapropter perfidus iste Iudaeus in signum osculi dedit. Sicut Ioab olim osculans Amasiam & salutans 2. Reg. 20. sermone pacifico in dolo, occidit eum: sic accersit traditor iste, & salutans uerbis pacificis dominum, morti tradidit. O uerus traditor non minus ad mortem aeternam damnatus, quam temporalis cupiditate victus. Quomodo iam oblitus es mirabiliu magistri tui: & noritiae, qua tibi & ceteris suae diuinitatis cotulit? Sic intima cordis celare putas ac si non esset qui scrutaretur? Huic similes sunt quaplurimi pontifices & prelati qui cum subditis uerbis & operibus praebent occasionem ruinae, suoque exemplo labi cogant, negare non possunt Iudaei similitudinem & exemplar ferre, siquidem ad iniquitatem ceteros praecedunt, ex quo sequitur eos etiam praecedere ut omnes in infernum prolabantur. Iudas abutens beneficijs acceptis, reddebat mala pro bonis: cui etiam similes sunt ingrati homines. ¶ Perpende quantum distent osculu Iudaei, & Magdalene. Iudas in facie osculatur: sed Saluatoris, & perijt: Magdalena uero in pedibus & incolumis & uoti compos uas fuit. Humiles ad Deum accedentes iustificantur: danantur autem, elati superbia. *Iesus autem dixit illi. Iuda osculo filium hominis tradidit:* Sub forma amici,

Lnc. 7.

inici, & charitatis specie, me tradis, & mortem machinatus: O nefandum & iniquum signu, ex quo uicem osculi & pacis gerente, discordia & mors sequitur. Obserua autem Christu proprio nomine Iudaei fuisse alloquutum: quod quidem potius uim uerbi doloris pleni obrinere uidebatur, quo aduersarius ab ira & furore auertere nixus est: quam ad iracundiam ductentis. Similes maxime sunt Iudaei Hypocritae qui amicitiam & pacem cum Christo simulant iniquis operibus tradunt & vendunt: item & illi quibus maximae cure est bona uerba profari nomenque Dei saepe assumere, cum in rei ueritate traditores & inhonestae uirae sint. Item sicut Iudas ad dominum accedit osculo pacis osculans: sic & eodem modo qui ad Eucharistiam habentes malam conscientiam accedunt. Sed ad contextum. *Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Apostoli fuerunt isti, qui petentes licentiam dixerunt domino: ut permitteret, ut percuteret gladio. Aduertendum est hic quod quauis Christus dixerat discipulis si aliquis percussit te in unam maxillam praebere ei alteram: nihilominus tamen post concionem istam factam in caena adeo in eis feruor & amor inoleuerat, ut illius oblitii praeccepti solum de defendendo magistro curabant. Sed quia Christus erat magister mansuetudinis non dominus crudelitatis: non coperentur petierunt ab eo licentiam exercendae feruitatis: unde nec eis licentiam ullam dedit, nec huic quaestioni statim respondit: sed postea respondit, ibi, finite usque huc, &c. Sed Petrus quia ceteris feruentior erat, non expectata responsione euaginato gladio percussit seruum pontificis. Sequitur enim. *Et percussit unus ex illis seruum pontificis sacerdotu, & amputauit auriculam eius dexteram.* Nomen huic seruo ut alius narrat Euangelista erat Malechus. Hunc Petrus percussit quia: ceteris accurati? se inseruat: uel quia ipse primus fuit, qui manus iniquas ad capiendum dominum extendit. Petrus itaque caput eius scindere uolens eique plus nocere, perficere conuenit. Considera autem quod Petrus in hoc non peccauit, nam bona intentione & zelo sancto fecit: sicut Petrus hinc qui zelo Dei occidit illum Iudaeum simul cum muliere Madianitide: quapropter meruit habere summum sacerdotiu: sic & Petrus post haec habuit summum pontificatum. Sic etiam Moses occidit Aegyptium rixante cum Iudaeo: & non*

Matth. 5.

Ioan. 18.

Num. 25.

Exod. 2.

peccauit, quia zelo fecit. Videns enim Petrus quod Christi captio iniusta erat, quia sciebat Christu iustum, & sanctum: sicutum erat ei defendere innocentem. Sed quauis Petri zelus & intentio esset bona: quia tamen tunc non tepus defensionis, sed potius patientiae instabat: coercuit eum clementissimus dominus, ne amplius ledere: & ideo sequitur in textu. *R. Respondens Iesus ait. Sinite usque huc. Ut patientiam, non ultionem, & uindictam doceret.* Conueniens quippe erat quod gratiae auctor atque largitor fidelis patientiam suo exemplo doceret, diligentiulque instrueret, ut aequiori animo aduersitates ferrent quam de eiusdem uindicta sumerent. Docentur hic Ecclesiastici nullo modo praesumere corporali telo certare. Arma enim militiae nostrae (inquit Paulus) non carnalia sunt. Tua arma lachrymae debent esse & orationes: quae quidem non parui momenti sunt: siquidem Moses tam magnu inferebat bellum Amalech, sic quod cum Iosue materialibus armis dimicaret, interea dum Moses orabat superabat Iosue: cuius ab oratione desistebat superabatur ab Amalech. *Et cum retisset auriculam eius sanauit eum.* O mira & ineffabilis Dei nostri bonitas. Quae na patientia, & humana uirtus, nisi Christi domini, sufficeret, ad tam iniqui hominis iniuriam ignoscendum? Non quidem dominus, sed seruus erat: cui autem audacter iniuriam inferebat, uirgenitus Dei filius, creator caeli & terrae. Optime hic adimpleuit dominus quod antea praeceperat dicere. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. In quo etiam gratia, charitas, & clementia, liberalisque uirtus Christi domini reuocet: quia sanauit eum qui in eum manus coniecit, in hoc nos exhortans ad fide persequutores alliciens: discipulos & nos etiam in sua firma & stabili doctrina confirmans: quia noluit aliquem sua causa dannu perpeti, uoluit etiam docere inimicis bene facere. Reuertat etiam & ostendit per hoc suam immensam uirtutem: siquidem non necessitate, sed potius propria uoluntate captus fuit. O diuinitas charitatis infinita. Non obliuiscitur Dominus suae eximiae pietatis, benignitatis & clementiae: siquidem non patitur in inhi eos uulnera accipere quauis inercantur. Ipsi agunt de iusti morte, & ipse uulnera persequutorum sanat, docens per hoc omnes esse uideri saluos posse, si ad Deu conuertantur, & resipiscant: quatuor uis uicij, quod in eius morte conseruauerit, existat. Sed dicetis quare isti maligni non conuersi sunt? Quoniam pacto uide

2. Cor. 10.

Exod. 17.

Mat. 5.

Enarrat. in Cap. XXII.

Esai. 52.

tes hoc tam patens miraculum non dimiserunt Christum: Quid istorum corda non emolita sunt, cum bonitatem Saluatoris viderunt inimico cõsulentis? sã certè illi in proprijs erant venditi peccatis: sã certè illi in proprijs erant dominabatur, nec erant sui cõpotes: sed ut durilapides Spiritui sancto obstitabant, ita ut eius digitus in eis nihil imprimere, nec eorum corda oblatina & malitia plena signaret. Vtinam & simile tibi non contingat: ut scilicet miracula quæ Deus in te operatur, & beneficia ab eodem in te collata cedant tibi in ruinã, ita ut in maiora & grauiora prolabaris peccata. Sed ad contrariũ. *Dixit autẽ lefus ad eos qui venerũt ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores.* Principes sacerdotum & magistratus non venerant ad Iesum, sed miserunt ministros, ut caperent eum: ipsi enim in domo Caiaphæ qui erat pontifex anni illius sedebant. Sed quia cõsilio eorũ, & imperio totum hoc gerebatur volens Euãgelista exprimere eorum nequitiam, dixit eos venisse ad comprehendendum Iesum: quia illud nos facimus, quod per alios facim⁹. Nũquã isti nequissimi sacerdotis ministros suos ad Christi doctrinã audiendã & capessendam miserant: nunc autem cum lætænis facibus & armis, ut capiant mitterent. Huiusmodi doctrinam & mores discunt qui impijs dominis inserviunt. Paucos hodierna die inuenies, quibus cura est ut domesticis, & familia rã sacrã, & conciones audiant, peccata confiteantur, & communiceant quando Ecclesiã præcipit: quibus tamen ipsi ut perfidi, ut eneent inimicos præcipiunt comiteturque in luxurijs, & sint vitiorum propriorũ participes. Hanc docent doctrinam dñi quã plurimĩ seruos suos, & famulos. Præterea ait Euãgelista quod Christus loquebatur senioribus, & magistratibus, cum non loqueretur, nisi cũ ministris ab eis missis: quia à sacerdotibus, & senioribus mittebantur. Simili modo cum Salome petijt à Christo Saluatore nostro, ut sederent duo filij sui vnus ad dexteram alius ad sinistram: nõ cum matre, sed cum filijs loquutus est, & eis respõdit: quia legatio ex eis veniebat. Sic modo nõ cum ministris sed populi senioribus loquitur: quia captio hæc ex eis veniebat. Multos etiã episcopos, magistratus, & sacerdotes inuenies nunc similes istis, veniunt ad capiendum Iesum, qui debent illum seruare, & defendere. Apud Danielem habetur. Egressa est iniquitas de Babylone à seniorib⁹

Mat. 20.

Dan. 13.

& iudicibus qui videbãtur regere populũ. In Hieremia. A prophetia Hierusalẽ egressa est Hier. 24. colluio super omnem terram. Simile in Esdra. 1. Esdr. 9. Manũ principum, & magistratũ fuit in trãgressione hac prima. Sic & modo omnũ pessimi ac perditissimi sunt prælati, & qui in aliqua sunt dignitate cõstituti, quæ ad maiore perfectione seruandã obligat in religionibus etiã, qui seipos delicatius tractant corporiq; cõmoditatibus indulgent & interuũt: vbi regnar ambitio, qui latius viuunt, & tandem regulam frangunt, & transgrediuntur, prælati, literati, magistri, & prædicatores sunt. Sicut in Iudeorũ populo principes sacerdotũ pharisæi & legis periti erant maiores Christi inimici, & omnibus peiores. Illi qui tenebantur populũ instruere, docere, & ad Christum ad ducere: isti persuadebant populo, ut interficeretur innocens, & mitterent ministros, ut capiant eum. Cum isti sint viri fragi, & in hoc seculo nunquam soli cedant, sed magna cõmitante cateras: sic nec ad inferna soli descendere volunt: sed multis stipari, quibus quidem suo malo exẽplo occasionem ruinæ præbent. Sed videamus quid Christus eis dicat. *Tanquam ad latronem exiit cum gladijs & fistibus. ãm quã idie vobiscum fuerim in templo, non extendisti manus in me.* Stultitiam simul & malitiam sacerdotum reprehendit hic dominus: quia presentem semper habuerunt eum, & modo quã fugitiuum quarunt. Sepe inquit, eram inter vos pacifice loquens in templo, absque armis, disputas, seu in templo prædicas: locus vbi vos ius dicere potestis, vbi etiam me capere possertis absque vi armorum: non autem in me manus coniecistis, qui ego nolebam, nec modo faceretis nisi permitterem, meque ipsum in manibus vestris immittere. Quasi ad latronem inquit: quia munus & officium latronũ est malum patrare & potest abscondi: sed ego neminem vnquam offendi, & lesi: imo potius quam plurimos sanauit & in templo docui. Stultum est enim hastis, & gladijs quarere, & adoriti se vltro quotidie in tẽplo offerentẽ manibus vestris. Non fũt ista arma sacerdotũ, magistrorũque sed que dicit Paulus Accipite armaturã Dei, ut possitis resistere in die malo: stãte succincti lãib⁹ vestros in veritate, in dñi lorica m iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euãgelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis extinguere omnia tela ignea ne quis in galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus

Hier. 24. 1. Esdr. 9.

Ephe. 6.

1. Cor. 10.

spiritus quod est verbum Dei per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tẽpore in spiritu. Sed aduertendum quod non tenuerunt eum in templo, quia non audebat eum adoriri præ timore populũ: quapropter egressus est Dominus à ciuitate ut locum daret captioni. Expende hic Christi benignitatem quanque blande persequutores suos alloquitur est: siquidem adeo suauibus verbis carpit eorum nequitiam: quod quidem deberet sufficere ad eorum malitiam coercedam, & nos inuitare similitudine, & exẽplo amicabilem eius cõuersionis. Et subdidit dominus. *Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Hæc est hora in qua permittitur vobis in me man⁹ cõiicerem modo potestas tenebrarũ regat. Hoc dixit quia demon qui princeps tenebrarũ est ad hoc instigabat, & ut ad uelut Christũ domini insurgeret: & propter hoc congregamini contra me in tenebris, & omnis vestra potestas qua lucem aggredimini & inuaditis sunt tenebræ. Finitis verbis que quidem separare possent Iudæos ab huiusmodi horrendo peccato: permisit tunc dominus in manus peccatorũ tradit: se ori & vngulis luporum exponens innocens, & mäsne tũsimus agnus. Quare sequitur in textu *Comprehendentes autem eum duxerunt in domũ principis sacerdotum* Cogita & cõsidera hic, si cuiuslibet molestum est captiuum duci: nã propter hoc homo propria priuatur libertate eũ propter liberam conditionem, quã secundum leges ciuiles redditur seruus ducentis in captiuitatem: tum etiam propter opera quæ exercet, nam nõ est seruo integrum ad libitũ operari. Cõsidera ergo inquam quam acius tu lit Christus, qui dominus erat cœli & terræ, quẽque seculi orbis capere non posset, se captũ duci à violẽtis & iniquis occisoribus absque vlla libertate quãtũ in se erat. Docemur hinc propter Christũ qui voluit captiuari propter nos, sic & nos sensũ in obsequium eius capti uare, oculos coerere, ne vana & deordinata intueantur: linguam, ne inania loquatur: pedes, ne ad peccata conferantur. Captiuetur etiã cor, ut libertas desit ad prauas cogitationes, in intellectus etiam in obsequium Christi & fidei ne errare possit, voluntas etiam ne à Dei voluntate deuiet. Propter quod ait Paulus. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Cum ergo iam mundi Saluatorem teneret vixerunt cum mirabilesequi eius manus immẽtis viribus, sunibus

comprefferunt: maximo de decore, ac si latro, & mortis reus esset: à quo tamen essetque illis salutis postulare, ut delicta tollerent, & solueret. siquidem ad soluenda peccati, mortis, & inferni, vincula venerat. Sicuti canes feram insequentes quidam istu rangebant, alij infigebant vulnera, maximo conatu, impetu, & clamore, in eum conuicia, & opprobria, conijcientes dominum Deum tuum, & Redẽpro re semj rapta tum & pulsum trahabant. Quod dñe cõmisisti seclus: cur pateris? Quid non respicis: quid tã miseris modis tractãre video, & scio, re pietate teneri, cuiusque intima zelo ardere. Sed tu anima mea nihil mirris: oro pati ti sinas, siquidẽ propter te patitur. Quare his succenses, & plecti desideras? Ne indigneris, licet omnũ horũ auricular feceres: sicut Petrus tantũ secuit) pedesque & maris, cõminuere, qui creauit te mox in statum pristinũ redigeret, quæ eius est patiẽtia, & amor quo hæc male sustinet. Et si forsã amore quo eũ prosequeris ductus aliquem cõfederes, & interi meres, pculdubio ipsemet statim suscitaret. ¶ Inspice ergo quomodo potens, & fortis vi tribus Sanson vincitũ est propter amicam Sy nagogam: respice etiã quo pacto arca fœderis dñi capta est, qua propter hanc captiõnẽ sicut alius Heli maxime debes sentire sic adeo ut animã tuam penetret, & pertranseat, ut si fuerit opus, sicut Christus mortuus est, tu etiam morti proponas, & ad lachrymas scẽtaris viuas, videns vincitũ illum qui tua venit solutus peccata, liberatusque re à vinculis mortis & danionis. in vinculis coniectũ ne fugeret, ut omnes intelligerẽt reum mortis esse. Mos enim Iudæis erat, iudici quem morte dignũ inuenirent vincitũ obijcere inter has angustias, non minus ea, venidi & à proprio dicitulo tradi cæterisque destituit, Christũ vexauit: nã hæc omnia videntes relicto eo omnes fugerunt, sicuti eis ipse dixerat. Omnes vos scãdalum patiemini in me in hac nocte. Scri ptum est enim. Percutiam pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Impletũ quoque hic est illud Psalms. Longo secuti hote meos à me. Et iterum. Amici mei, & proximi mei, recesserunt à me. Et per Esaiã. Torcular ego calcãui solus, & de gentibus non est vir mecum. Ioannes inquit, si vincitũ dedisse in contpectum Annæ, non quidem quia esset pontifex anni illius, sed ut ei honorẽ deferrent, cũ Cai phæ sacer esset illius anni pontifex: post hoc dicit noster Lucas quod duxerunt illũ in do

Iepi 16.

1. Reg. 4.

Matt. 26.

Zach 13.

Psal 57.

Psalms 37.

Esaï 61.

Ierem. 18.

mum principis sacerdotum, scilicet Caipha, qui concilium aduersus Dominum congregauerat, dixeratque oportere Christum mori. *Petrus vero sequi batum à longe.* Maximis excellentem viribus se in caena ostendebat cum dixit, tecum paratus sum, in carcere, & in mortem irei: & cum dixit, si oportuerit memori tecum, non te negabo. Et etiam quando in horro cum Iesum tenere voluissent gladio districto defendere tentauit. Sed modo videns magistrum captum duci, timore confusus sequebatur eum à longe. In hoc experiri potes quid res à verbo differat, & distet. Facile est magna polliceri, pollicitis aure stare, difficile nimis. Iam fortis, & nobilis qui se commendabat, & se validum magnificabat. Nec etiam ausus est ludorum metu ubi magister ad rat ingredi: sed foris in atrio mansit calefaciens se simul cum seruis. Vide quo pacto Petrus ut imperfectus, & infirmus Christum à longe sequitur: ubi nota quod qui Dominum sequuntur tepide, parum nimis distant quin dimittant, & prolabantur: nam huiusmodi cito in frigiditatis extremum devenient. Hoc Petro contingit qui cum tepide, & à longe Christum sequeretur, tandem in haec devenit insaniam ut non abre esse duxerit illum negare, cuidam dixit Deus. *Vtinam frigidus esses aut caudus: sed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo.* Cum tepidus sis cito frigidus fies: id est, o ait incipiam te euomere. Tu incipis dimittere me, ego autem euomere: & cum tu omnino effectus fueris frigidus propter peccatum mortale, sic etiam ego te euomam. Disce non à longe sequi Christum, sed prope: non tepide, sed feruore: nec dignum & æquum est, tepiditate sequi illum, qui tanto te amore, conatu, & feruore quesuit si quidem obuiam vltro exit delationibus. Non tantum Deus tempus quo ei obsequium prestamus respicit: sed quo feruore, atque conatu sequimur. Sed procedamus. Cum ergo Petrus paulatim à vero sole iustitiae recedere inciperet, intus etiam & foris frigecebat. Quare inquit Euangelista. *Accensus autem igne in medio atrij, & circumstantibus illis, erat Petrus in medio eorum.* Accensus ad ignem qui erat exterius: nam verus calor charitatis interior extinguebatur: & sicut magister negavit timore nimio concensus Nemini autem miram esse debet, à Christo elongatum tentationi cedere. *Quem cum vidisset ancilla quadam sedentem ad lumen &*

*eum fuisse intuita, dixit. Et hic cum illo erat. Et ille negavit eum dicens. Mulier non noui illum.* Claritati inimitum ancilla Petrum agnouit, de quo cum alijs ibi assistantibus diceret digito ostendens, hic erat Christi discipulus, se nosse negavit, vnus voce mulieris percussus. Obserua quod primo voluit Christus Petrum ab hac ancilla detegi, & non ab alijs, ut omnino superbia, & iactantia, qua se in caena exaltat: correctæ & abolita esset, non à viro sed à muliere: non à feroci gigante nec equite validis excellenti viribus, sed à debili ianitrice, se superarum, & deuictum ceruens. Non à manu, & corona militum obsideretur, nondum ei gladium ceruici subdunt, non aggrediuntur nec inuadunt armati homines: sed à muliere qua quadam quæ quidem non libera, sed ancilla potius est, non excellenti fungens officio sed ianitricis tantum. Sic saepe solet Deus nostram presumptionem confundere, & simplicium de superbia sumere. Quare vt nos humiles reddat debilia eligit quibus deicit, & euincit. Bene posset Deus Leones, Vrfos, & Pantheras, in Egyptum mittere, qui de Pharaonis populo supplicium sumerent, itidemque de Dei insolenti, & dura ceruicis populo: noluit tamen sic rebus fortibus, & a gnis punire. sed paruis, & debilibus Ciniphibus, ranis, & muscis, vt Pharaon suam miferiam agnosceret: siquidem tam minima res sufficiebant eum molestia afficere. Sic superbia Goliath à Dauide iuvene subacta fuit: quem ipse Goliath contemnebat, & parui faciebat. Sic Holofernis arrogantiam, & insolentiam Deus deiecit: voluit vt princeps ille insolentissimus iugulatus per mulierem interiret. Ideoque etiam multoties vult Deus paucis nos torqueri, affligi laboribus, & tribulationibus, quæ somno impediunt, vtque muscæ, pullices, & leues dolores nos experiri cogant ingenium nostrum, conditionem atque naturam, quod quidem permittit Dominus vt humiliemur, & cognoscamus quid valeamus & simus: & vt videamus, quæ parui, sine Deo possumus & eo duce multum: nam sine ipso quodlibet sufficit deicere nos. Vides Petri debile lapsum, quia ad eum prolongatus est: respice ergo fortem, atque potentem, postquam ad Deum conuerti in mora non stetit. Postquam spiritum sanctum accepit in die Pentecostes sic concilium Hierosolymis, & adductus Petrus coram summis sacerdotibus, senioribus, & magistratibus iustus est ne in nomine Christi pra-

predicaret, ubi maxima cum autoritate respondit. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicare. Non enim possumus quæ audiimus & vidimus non loqui. Sic Petrus & ceteri Apostoli, qui in passione domini pusillanimes steterunt postea adueniente Spiritu sancto, tam fortiter & constanter se gesserunt, adeo, vt concilij patres, Petri firmitatem, & animi tobur mirarentur. Vnde collige ad tuam instructionem, & disce semper Deo adherere, & non à longe sequi, nam aliter tentationibus quantumuis leuibus succumbes: quod si adhaeris illi semper victor euades. Secundo aduerte quod voluit Christus ab hac ancilla hostiaria tentatum esse Petrum, & victum, vt ostenderetur omne hominum genus, cuiuscumque status in Christi morte conuenisse, omneque redemptio eius passione. Sequitur iam secunda tentatio. *Et post pusillum alius videns eum dixit. Et tu de illis es.* Petrus vero ait. *O homo non sum.* Hæc secunda obiectio aiunt Matthæus, & Marcus, fuit à muliere facta: quare ergo hic ait Lucas, quod fuerit ab homine facta? Fieri enim non potest euangelistas contrariari. Ideo dico, quod hoc questum seu tentatio Petri facta fuit non à muliere sola, sed ab homine & muliere. Ipsa enim incepit ceteri tunc simul accesserunt, qui ibi aderant idem interrogantes. Ideoque Ioannes ait quod à plurimis facta fuit: quia à multis fuit Petrus tentatus. Et quia mulier incepit, & magis de hoc erat sollicita dixerunt Matthæus, & Marcus, quod fuit facta à muliere: sed quia vnus hominum vehementius quærebat, & instabat, ait Ioannes Lucas, quod homo quidam dixit, quod ex illis esset: cui Petrus, vt ait Lucas, respondit, simul & mulier: vt Matthæus, & Marcus: & respondit simul circumstantibus & querentibus, vt Ioannes dixit. Animaduerte quomodo vnum peccatum aliud trahit, & ducit. Per peccatum non amittitur arbitrij libertas, vt mentis dicit male dictus ille Lutherus: amittit tamen homo gratiam, quæ vites animæ est, qua quidam mediante tentationibus resistere valet. Item etiam, quantum non perdat libertatem arbitrij, manet tamen propter peccatum adeo debile, ægrum, & infirmum, vt facili negotio in peccatum lapsus tentationi succumbat: quare ex vno peccato in alterum devenit, duciturque peccator à concupiscentia sua abstractus & illectus. Hoc in Petro adimplem videmus, qui quia respicere renuit post negationem

primam, in secundam, & tandem in tertiam incidit. Ideo sequitur. *Et in intervallo facta, quæstio vnus alius quidam affirmabat dicens. Vere hic cum illo erat, nam & Galilæus est.* Cognouit eum in sermone nam quantum Galilæus esset etiam ludæi, quotidie tamen contingit, non solum in regno eodem, sed & in eadē provincia aliquo modo differre sermones. *Et dicit Petrus, homo nescio quid dicis.* Non solum vt diximus peccatum, quod per penitentiam nõ deletur ad aliud trahit, verum etiam omnia magis grauitate augentur & cresunt. Primum enim vt omnes testantur Euangelista simplicitate negavit: secundo autem, vt Matthæus inquit iuramento negavit. Tertio tandem iuramento addidit maledictionem, & anathematizauit. Docemur parua vitæ peccata ne ad maiora veniamus. Vna plagarum Egypti Ciniphes fuerunt, qui quidam parui culices sunt qui verno tempore nos acriter vexant, & sanguinem bibunt. Non fuit ista maxima plaga: sed tamē postea suborta sunt plurimæ mulcæ, quæ crudeliter Egyptios torquebāt. Plaga enim, plaga maior succedit. Ni à prima seruas, sicut Pharaon secundam opprimeris, quæ aliam, & aliam ducit, sicut Petro contingit. Docemur etiam fugere à comitatu, & ceterum malorum: nam vt ait Paulus colloquia praua corrumpunt bonos mores. Petrus, qui in Apostolorum, & Discipulorum Christi ceterum filium Dei Redemptorem nostrum fuerat confessus, modo peccatoribus adherens ter negat. Ideoque præcipiebat Deus, vt Israëlita cum gentilibus matrimonium nullo modo contraherent, ne cum illis conuersantes, prauos eorum mores addicerent: Filij Seth, qui boni & iusti erant, quia filij Cain, sicut abus, quæ vitij erant de dicit, adhererent, misit Deus diluuium aquas, quibus omnes submersi sunt. Sanctus ille Propheta, quem Deus in Samaria miserat, fuit in via à Leone occisus: quia fuit Dominus inobediens, quod cum falso propheta comedit. Iosaphat Rex Iuda, quia ad præliandum descendit simul cum Achab Rege impio Israel, parum absuit quin etiam accumberet sicut Rex Israel: ideoque obiurgatus fuit à propheta Dei, quod impio auxiliū præbisset. Nam impius suis deprauatis moribus, cor quietum allicit, vt vitia sequatur. Et licet suis operibus minime inducere, aut cogere possit tentat nihilominus, vt post eadem vadat: nam videns iniquè, & peruersè agere: facillimo negotio labitur. Sed ad contextum: *Et continuo*

Ioan. 11.

Apo. 3.

1. Cor. 1.

Exo. 8.

1. Reg. 7.

Iud. 13.

Ab. 4.

Mat. 26.  
Mar. 14.

Ioan. 18.

Lege. Aug.  
lib. 3. de cõf.  
Enig. ca. 6.

Iaco. 1.

Exod. 8.

1. Cor. 15.

Exo 34.

Gen. 6.

3. Reg. 13.

3. Reg. 22.

2. Par. 19.

Mar 14.

ad huc illi loquente cantavit gallus. Expende quod hæc cantatio galli post trinam negationem fuit (secunda cantatio. Nam, vt Marcus ait, post primam negationem foras se contulit Petrus; & tunc cantavit gallus; & iterum ad ignem rediit, non enim poterat deserere domum, vbi Dominus eius aderat: & quia timor, & amor ad inuicem contendebant, & alter alteri obstabat, manere atque abire vicissim desiderabat, vt qualibet harum passionum in eo victrix euaserat: tunc vnus circumstantium: eadem in met verba, quæ ancilla, protulit: ideo secundo negavit. Timore autem concussus Petrus iterum foras exiit, transacto spatio quasi vnus horum accesserunt ad eum qui aderant dicentes, eum esse Christi discipulum, quia Galilæus erat, vnde tertio negavit, & statim secundo cantavit gallus. Et sic semel tantum ante primum gallum negavit, bis autem ante secundum. Et vt in concordiam redigamus Euangelistas circa tertiam negationem dico, quod & si Diuus Lucas hic in tertiam negationem asserat vnicum hominem Petrum interrogasse, ceteri verò dicant plurimos: nihilominus iste est mos, & stylus Euangelistarum, multi enim aderant tibi detrahentes, & clamantes, qui hoc Petro dixerunt. Vel potest dici vnum in nomine omnium interrogasse, quare Petrus vni tantum respondit, & ex consequenti omnibus nomine huius. Alii dicunt has tres negationes factas fuisse apud Annam, cetera vero, quæ Euangelista scripserunt postquam in domum Caiphæ ductus est Iesus, per modum collectionis scripsisse: non quod re vera ita contigissent. Alii tamen dicunt Petrum in domo Caiphæ ter dñam negauisse. Verior tamè & quæ cõmunior opinio est, quod hæc tria negatio apud Annam cepit, h. b. uit autem finè in atrio Caiphæ. Et hoc manifeste constat ex rex tu Ioanis, qui cum mentione non faciat Caiphæ, sed solum Annæ, constituit prius vnicam negationem, deinde prosequitur cetera, quæ Annas Christum interrogauit, deinde alias duas negationes adhibet, quæ postea in domo Caiphæ contigerunt: Patet etiam has tres negationes in domo Annæ contingere non posse: quia inter secundam & tertiam negationem inquit hic Lucas interstitit fere hora, & in domo Annæ paruum temporis consumpsit Christus, quia non erat pontifex anni illius, vnde ad eum tulerunt Christum solum vt placerent illi. Itaque non dubitamus, quin tentatio prima facta pud An-

nam alia autem duæ apud Caiphæ. Nota autem, quod voluit Deus tam præclarum Apostolum in hoc peccato ruere: primo ne quis de se nimis confidat. Quia Petrus plus omnibus in suis viribus propriamque virtute confidit, dicens si omnes scadalizati fuerint in te, ego autem nunquam scandalizabo. Et rursus. Te cum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Et iterum. Et si oportuerit memorie tecum, non te negabo. Ad hanc triplicem confessionem præsumptuosam, triplici negationi respondit. Tandem postea post penitentiam triplici dilectionis confessione Deum honorauit, vt patet in Ioanne, vbi Petrus post salutaris resurrectionem mirabilem ad mare Tiberiadis litus ter à Domino interrogatus confessus est dicens. Tu scis Domine quia amo te. Secundo permisit Deus vt tantus Apostolus sic caderet, vt nullus desperet de Dei misericordia: cum Deus optimus maximus tanta beneficia contulit in Petrum post lapsum quem non solum pepercit, sed etiam principem, dominum apostolorum, & vicarium summumque pontificem fecit. Insuper ipsi soli vt maiori honore asiceret, apparere voluit, post suam resurrectionem. Et Angelus cum loquutus est mulieribus vt resurrectione Dñi discipulis nutrirent, particulare fecit mentionem Petri, plus honoris exhibens, quam alijs, dicens eis. Ite & dicite discipuli eius, & Petro, &c. Tertio permisit, vt hic electus Dei Apostolus, ita caderet vt alijs peccatoribus compateretur, qui futurus erat pontifex. Oportebat vt Petrus sciret experimento quod & ipse circumdatus erat infirmitate, & cõpteretur in firmis subditorum. De tali enim pontifice cõsultauit Deus, & prouidit ecclesie suæ sanctæ. Et cõuersus Dñs respexit Petrum. Respexit sua infinita benignitate, & clementia, dilectum discipulum & vicarium quando tertio negavit, intuitu pietatis, & gratiæ: respice re enim Dei allicit, & prouocat ad penitentiam peccatores, Gen 94. etiq; est maxime necessaria. Aliter Dominus respexit Petrum, aliter Sodomam: quoad descendit, vt videret quæ opere compleuerant. Primum respexit oculo misericordiam: secundo oculo iustitiæ. Primo respectu facit tremere Petrum: secundo Sodomam aboruerit. De primo habetur in Psalmis. Qui respicit terram, & facit eam tremere. Tremere autem facit terram cordis dum per flagella erudit eos, quos gratuita bonitate dignatur respicere: & flagello interueniente ad cor redire cogunt.

Ioan. 12.

Mar. 6.

Hebra. 9.

Rom. 15.

Gen 94.

Psal. 105.

Gen 42.

quia

Iob. 7.

Aug. libr. 3. de ciuitate cap. 6.

Psalm. 85.

Exo. 32.

Psal. 124.

Gen. 19.

Ioan. 1.

guntur: vt patuit in fratribus Ioseph, quos ille argumentando constrinxit, vt terribi confiterentur. Merito hæc patitur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Hinc beatus Iob ait quasi confitendo. Loquar in tribulatione spiritus mei. Petrus autem ex solo respectu diuino & cõsideratione elongationis suæ à tanta bonitate, quo nullum maius flagellum, nulla maior turbatio, separari à pio domino contremuit. Aduerte tamen, quod intuitus Christi ad Petrum non fuit (vt Augustinus inquit) exterior nec corporalis: sed potius spiritalis, & interior. Nam dominus intus erat in altiori, & superioris auditorio, cum principibus sacerdotum. Petrus autem foris in atrio cum seruis: vnde alter alterum oculis corporis videre non poterat. De hoc modo spiritali, & interiori respiciendi, inquit psaltes. Respice in me, & miserere mei. Sic Petrus respiciens statim sanctus Apostolus diuina pietate culpa fuit ereptus. Et recordatus est Petrus verbi domini, sicut dixerat. Quia priusquam gallus canter ter me negabis. Hæc recordatio initium penitentiae fuit. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Qui sanctitatem aliquando coluerit, cito ad eam reuertuntur. Sic filij Leui licet peccasset, sicut alij adorantes vitulum: tamen citius reuersi sunt, & iuuerunt se Mosi. Sic respiciens dominus Petrum, statim ad se rediit, & mundauit culpam negationis penitentiae lachrymis: nam non solum est necessaria Dei misericordia, quando homo resurgit, & penitentiam agit, sed etiam ea peccator indiget, vt facere possit. Ideo propheta ait. Vtique exaltabitur inimicus meus super me. Respice, & exaudi me, Domine Deus meus. Nã si Deus peccatorem non respiciat, fieri non potest, quod ipse suis viribus resurgat. Sicuti gressu Rachel, bibere non posset, nisi Iacob lapidem de puero amoueret: ita si Deus non tollit prius de corde nostro obstinationis lapidem, sere, nec respicere valebimus. Tulit quidem lapidem Christus & Petrum respexit: & sequitur. Fleuit Petrus amarè. Obsecra Deum, vt reintueatur & misereatur tui, animæ quæ tuæ compariatur: quia in seipso factum est nihil. Fleuit beatissimus Apostolus peccatum suum amarissime, Et postea per totum facilius vitæ circulum pio Apostolo mos fuit singulis noctibus orationi vacare à primi gallicantu, vsque mane: sicque in lachrymis, & planctu nocte peragere, vt facies eius, incensis nimis, lachrymis qui ex oculis manabant & defluebant, ad-

usta videretur. Flebat non propter poenam quam verebatur: sed propter angustiam animi, quam patiebatur, hoc enim acrius ferebat, quæcunque alium cruciatum. O quanto maiora flagitia, & scelera nos quotidie patramus, & minus deploramus. Iniquitates nostræ iam in cælum ascendunt, & expositulâ à Deo iustitiam veluti Sodomæ & Gomorræ peccata: iam nos terra ferre nullo modo potest, iam Auerni aditus patet: vt deglutiat nos: nos autem vitam terimus edentes, bibentes, exultantes, & gaudentes, mortis atque iustitiæ Dei oblitii: ac si semper sanctè, & legem Dei custodientes vixissemus: nec non confidetes simul cum illo in cælo vitam beatam acturos. Vt nobis quoniam sancti Petri lachrymæ in ultimo die, si sum nostrum condemnabunt: & à Deo iusto iudice iniquitatem nostrarum Christus saluatore nostro agatur videamus. Et viri, qui tenebant illum illudebant ei cadentes. Considera tu si non habes cor lapideum hanc Christi redemptoris nostri contumeliam. Colaphis enim eum cedebant. Solent enim in collo percussus fatui, & despectibiles personæ. Vnde in hoc quod Iudei Christum cedebant, & colaphizabatur nõ tã attenditur læsio percussio, quam maxima contumelia despectio. Ad impletur scriptura, quæ dicit. Applicabis vitulum coram tabernaculo testimonij, imponent que Aaron, & filij eius manus super caput illius & mactabis eum coram domino. Sic isti imponunt in caput Christi manus sacrilegas percutientes caput illius, & cedentes. In faciem quoque eius, quæ Angelis videre desiderant conspuebant. Quid ergo abominabilius quam spucare in illam faciem desideratam ab omnibus prophetis, & gentibus, de qua in psalmo, ostende nobis domine faciem tuam, & saluati erimus? Et tamen eis ostendit: mittens filium suum in quo pater notificatur sicut in facie filij sui, & tamen cum magnis execrationibus cedebant, & vi ab intra sputa trahentes spuebant in eum: ita quod eius facies leprosa apparebat, & tunc impletum est illum. Non est ei species nec decore, & vidimus eum & non erat aspectus: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Et iterum in persona Saluatoris. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Abominabile enim erat hoc apud Iudæos: ita quod in lege præceptum erat, quod si pater alicuius puellæ spueret in faciem eius, ita

Gen. 19.

Leui. 9.

Psal. 79.

Esai. 53.

Esai. 50.

Deut. 25.

ita

ita abominabilis reddebatur, quod ad minus septē diebus oportebat illam esse sequestratam à confortio hominum. Quanto magis abominabile erāt spuerē in faciē Christi: Sed quia spūs pulchritudinem faciē eius obsecrare, aut deturpare non poterant, ideo vide quid Euangelista noster dicat. *Et velauerunt eum, & percutiebant faciē eius, & interrogabant eum dicentes, Propheriza, quis est qui te percussit? Velauerunt faciē eius, quia erat ita pia, & reuerentiā digna, quod omnes eam aspicientes ad pietatem, & reuerentiā commouebantur. Idēd vt melius iriderent velauerunt eum. Nec est mirum si non potuerunt eum intueri, quia nec faciem Moysi potuerunt intueri, nisi velamen super faciē eius poneretur. Sed ecce plusquam Moyses, cui faciēs splendidior sole, vt patuit in trāsfiguratione. Vnde aliqua vis gloriē eius resplendit ex faciē eius, Iudaeorum oculos ita reuerberans, vt faciē illam æquo animo tolerare non possent. Nam non valuerunt noctuā tenebrarū amicā lucem solis ferre. Et hoc fecit Christus vt eis ostenderet quod nec spūs eorum pulchritudine faciē eius obsecrare possent. Vnde & velamē istud vsque hodie manet super corda eorum: quia ab eis faciē suā abscondit. O insana cæcitas, & cæca infantiā infelicū Iudaeorum: quia illam desiderabilem faciē quam aduenturam patres eorum, & prophete maximē desiderabant, ipsi infelices cum præsentem habuerunt, tam ignominiosē velaerunt, non vt ipse illorum scelera nō videat: sed vt à se ipsīs faciē, & gratiā cognitionis eius absconderent. ¶ Porto percutiebant faciē eius: ex qua percussione nimis affligitur homo, nā in faciē sunt omnes sensus, & sunt ibi membra tēnera facile læsibilia. Vnde verisimile est, q̄ ex tali passiōe fluxerit sanguis per nares, & os, licet hoc ab Euangelistis non scribatur. O, quam horrendum scelus impij simorum Iudeorum: quod faciē tam formosā, quam Salomon tantum cupiebat videre, quod diceret, ostende mihi faciē tuā, faciēs enim tuā decora, verbētibus affecerunt. Percutiebant autem eum velata faciē, aliqui in capite, alij in collo, alij in faciē, alij in maxillas & percipientes interrogabant eum dicentes. Propheriza nobis Christe, qui est qui te percussit? Hoc derisorie dicebant, quasi in contumeliā eius quis te prophetā à populo haberi volebat, & quem populus magnū prophetā reputabat: per hoc enim designa-*

bant quod falsus propheta esset, & quod ignoraret, quis eum percussisset. ¶ Dabāt ei alas pas vocando illum falsum prophetā, qui est Dominus prophetarum: alij manu reuersa dulcissimum os eius percutiebāt, alij pugnis, alij vero barbā eius euellēbant, alij tandem per capillos trahebant, & in medio eorum positus ab eis sicut homo fatuus, & stultus illudēbatur. Et ex vtraque parte cædebant, & iridebant eum: & contumelijs afficiebant. Sicut castellum, quod direptioni traditur, & voluntari militum, vna dirupit, alter comminuit, & demolitur, alter vero prædat: sic Christus traditur istis, vt alter confuaret, alter colaphis cæderet, &c. *Et alia multa blasphemantes dicebāt in eum.* Aduerte quod iniurię Christo illatę blasphemie ab Euangelista vocantur: quod vtique nō faceret, nisi Dominus noster Deus non esset. ¶ Expende etiā quid Euangelista summa diligentia ea, quæ videntur exprobratissima exponit nihil occultans, nec omitrens: sed potius gloriam exultimans maximam dominatore orbis terrarum pro nobis talia sustinere. Gloria enim nostra hæc est innumera opprobria, iniurias, afflictiones, que sustinere pro Christi nomine. Si gloriari oportet (inquit Paulus) in infirmitatibus meis gloriabor. Hæc oportet continuo legere memorię mandare, & menti inscribere, in his tandem gloriari. Verū si talia patiebatur Christus pro peccatis alienis: quid putas, quod tu patieris pro peccatis proprijs si in hac vita penitentiam non feceris? Igitur multas blasphemias in Christum debebant, quas Euangelista non exprimit: quia longum esset recensere. ¶ Fatigati Principes Iudeorū, & ministri iniquitatis, & ceteris Iudæis recesserunt euntes ad dormiendum, & mittentes Dominum Iesum in quendam carcerem, ibi subtus solariū ligauerunt eum ad quendam columnā lapideam, & dimiserunt eum cō aliquos armatos ad tutiorem custodiam, qui eum vexauerunt per noctem illam totam residuā, quasi non sufficeret dies ad complendam malitiam suā, derisionibus maledictionibusque vacantes: flagellabant, percutiebant, illudēbant, expuebant, multa que blasphemantes conuiciabantur ei dicentes, Parabas esse prudentior principibus, & melior Phariseis? Nūc tua stulticia apparet: modo stas, vt conuenit, & morte crudelissima cito morieris. Populo insipienti & rudo tuis fallacis imponere curabas nobis autem minime: nā nouimus te. Si pro-

pheta

pheta eras: quomodo nō præstisti in nostras manus casurum? tam iam quidē tua prophetie somnium, atque inania verba fuisse relucet, atque videntur: siquid scire nullo modo valuisti te capientium esse à nobis. Multa his similia maledicti illi domino dicebant. Nox in somnis tota ducebatur: nulla presus requisitū Iesū præstatur. Stabat autem dominus ad istam columnā: in reclusis, ligatus, verendus, patiens, ad omnia tacens, & saturatus opprobrijs, vsque mane afflictus frigore, & labōre, O anima mea Redemptor: quæ nā parasti scelera, propter quæ puniis? Vbi mater tua, vt tui miseretur? Quid de discipulis qui te deducant, Maria Magdalena, quæ uulgenta pretiosa præbeat, & Martha, quæ recipiat. Te solum ab amicis relicum in cerno, destitutum, obsessum à tortoribus te intueor, qui in iniurijs nō deficiunt. Nunc ergo tu quisquis amator Christi fueris respice in faciē Christi tui: & considera quāta propter te passus est, & inquire à domino Deo tuo, quomodo circa eum agatur, & respondēbit. Ego sum uermis & non homo: opprobrium hominū, & abiectio plebis. Sed quomodo domine factus es in opprobrium? Dicit illud sancti Iob. *Faciē meam confusē non uerentur.* Et illud. *Tota die uerecundia contra me est: & confusio faciē meæ cooperuit me.* Sed cur non auertebas faciē tuam? Respondēbit. *Faciē meam non auerti ab increpantibus, & cōspuentibus in me.* Opprobria exprobratium ceciderunt super me. Circūdederunt enim me vituli multi: tauri pingues obsecerunt me. *Aperuerunt super me os suum, sicut Leo rugiens.* Dixerunt enim impij inter se. *Venite circumueniamus iustum, contrarius est enim operibus nostris: mittamus lignum in panem eius: eradamus eum de terra, & nomen eius non memoretur amplius.* Propter quod operui cilicio carnem meam, & humiliavi in ieiunio animam meam. ¶ Disce patienter sustinere opprobria, & illusiones à peccatoribus tibi factas, amore Christi Iesū, qui similia opprobria, & multo maiora propter te pati dignatus est. Disce contra Christum non blasphemare, aut aliquid maledictum dicere: nam beatus Iudas Apostolus ait, quod cum Michael Archangelus cum alterearetur cū diabolo de Moysi corpore, nō est ausus iudicium blasphemie inferre diabolo, sed dixit. *Imperet tibi dominus.* Quapropter si Michael non fuit ausus diabolo male-

ditionis dignissimo iudicium inferre blasphemie: quanto magis nos ab omni maledictione liberi esse debemus? Caue etiā ne conspuas in Christi faciē, in dignē eucharistiā sumendo. Caue etiā ne ponas velamen ante eus faciē quale ponunt illi qui secretē peccant, quasi Deus eos non videat: ideo que ne illudas Christum percutiendū illum tuus peccatis manū prauis operis, putans nō uiderent cognoscere culpas tuas. Disce etiā indignis non effundere donum Dei. Vnde licet Christus esset uerus propheta: noluit tamen prophetizare irrisoribus suis. Sic uerbum Dei & dona eius retrahenda sunt pro loco, & tempore, auditoribus indignis. Sed præcedamus. *Et ut factus est dies conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in consilium suum dicentes. Si tu es Christus dic nobis palam? Animalia uenena conueniunt ad lumen candelæ vel cerei si in hoc reo ponatur: & hoc non faciunt vt luminetur, aut ut lumen diligant, cum eorum uita naturalis sit in tenebris. Imo uidentur potius ipsum odio habeat, quia ei sic appropinquat quod ipsum extinguant. Sic contra Christū qui uera lux est conuenerunt Iudæi in domo Caiphæ pontificis, non quod lucem dilexerint, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Sed in eo conuenerunt, ut illum extinguerent. Sic legitur in Psalmo. In eo domum conuenient simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt. Obserua autem quod duo fuerunt concilia, alterum nocte, alteri duo mane: illud ad examen Iesu, istud ad modū quod tradendus esset Pilato, vt occideretur Iesus. Lucas autem matutini tantum concilij meminit: Mattheus autem uerunque narrat concilium. Ita quod Iesus bis fuit ductus ad concilium. Primum nocte quando aduenerunt toti falsi testes, & tandem adiuratus à principe sacerdotum aperre confessus est se esse Messiam (vt Marcus explicat) & summus sacerdos scindit uerba sua, &c. Et hoc fuit ante illuminationem, ita quod illius confessionem, quod esset Christus subsequuta est. Et propter ea dixerunt prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Et hoc consilium penitus tacetur à Luca. Secundū autem ductus est in consiliū mane factū, quia in hoc secundo concilio affuit uniuersus senatus, quorum aliqui tantum ad fuerant in primo concilio: & æquum uidebatur, vt uniuerso senatui præsentaretur. Et hu-*

luc

Ena. 34.

1. Cor. 3.

Canti. 6.

Cor. 11.

Iohn. 8.

Psalm. 30.

Marc. 14.

Psal. 87.

Psal. 21.

Iob. 30.

Psal. 43.

Psalm. 50.

Psal. 64.

Psalm. 21.

Hier. 11.

Psalm. 68.

Iudas. 1.

ias concilij meminit tam Mattheus, quā Marcus, quoad tractatum de modo tradendi Iesu Pilato, vt occideretur. Sed Lucas diffuse illud narrat quoad presentationem Iesu rati-  
 tam ab alijs euangelistis. Vnde in hoc concilio nulla est mentio testium, nec loquitur aut adiuuat summus sacerdos: sed concilium loquitur. Ideo ait hic noster Lucas quod conuenerūt seniores plebis: nam in nocturno concilio quauis seniores affuerint, non tamen congregatus est carus seniorum plebis, hora enim inepta erat ad hoc: sed mane congregatus est senatus seniorum plebis ad hoc simul cum principibus sacerdotum, & scribis dicentibus. Si tu es Christus dic nobis palam? Audierat senatus ab his qui interfuerant concilio nocturno quod Iesus confessus fuerat se esse Christum & volentes hoc ex proprio ore audire interrogabant Iesum vt ipse dicat, si est Christus nec ne; vt calumniam captant ex eius responsione quequid dixerit. Nam si dixerit quod est Christus accidit cum coram Pilato: & si dixerit quod non, obijciant, quod in illa nocte in primo concilio dixerat quod esset Christus. ¶ Per terea non interrogant an sit filius Dei; quia Pilatus ad que pertinebat in causa sanguinis iudicare gentilis erat: & ad illum non spectabat, quod essent multi Dij. Tamen quia Christus vnctum significat hoc est Regem; quia reges Iudaeorum vngebantur, de hoc interrogant, vt possint accusare de crimine lese maiestatis: eo quod contra imperatorem se regem Iudaeorum faceret, quod incumbere Pilato iudicare, & eundem nare. Scriba etiam congregati sunt, vt videretur quod iuxta legis tenorem iudicabatur, scriba enim sapientes erat in lege doctissimi. In hoc vero concilio preses erat Satanās, & consultores auaritia & ambitio. Videtur quid cum tali presidente & consilijs, animi inuis exte poterat iustus. Sic etiam & nunc plura concilia sunt contra innocentes, vbi consultores se ipsos quiritunt, &c. De hoc concilio dixerat egregius Plaltes. Principes & ducēterūt in vnu aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Et iterum Concilium malignantium obsecrat me. Ab hoc enim concilio appellabat Iacob dicens. In concilio eorum non intrat anima mea. Sequitur. *Et ait illis si vobis dixerō non creditis mihi, si autem & interrogauero non respondebitis mihi neque dimiseritis. Ex hoc autē erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.* Multoties, vt ex Euangelistā in eō contextu ap-

paret dixerat illis dominus, q̄ esset Christus bene credere poterant, tam ex Christi assertionē, quā ex scripturæ testimonijs, & prophetia: sed induratum erat insipientis cor eorum, & cæci facti in sua nequitia permanere maluerunt quam Christum, qui eorum peccata arguebat in Regem suum & Messiam suscipere. Ait etiam si interrogauero non respondebitis mihi. Interrogauit eos sepe, vt de baptismo Ioannis, & cum dixit an liceret Sabbatho curare, de filio, domino Davidis, & alibi: sed nec voluerunt, nec poterunt recte illi respondere. Quod autem addit, neque dimitteris: ostendit se non latere que ipsum maneant. Deinde aperte fatetur se filium Dei esse dicens. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei, quasi dicat. Perueni vnctus in manus vestras, nec me liberum dimitteris siue loquar siue taceam, siue negem me filium Dei esse, siue affirmem: sed me crucifigicurabit, sicque vobis metipsis videbitur vestrum officium egregie perfecisse. videborque vobis penitus perisse: sed res longe alium fortietur euentum. Nec enim suscriberet Deus sententię vestre, vt abnegaret propter vos filium suum: sed videbitis me non mercede inter duos latrones pendere, sed sedere ad dexteram virtutis Dei, hoc est aequali honore cū deo patre meo affici. Ideo quę ait, ex hoc autem erit filius hominis. &c. Id est quia vos me despiciatis, & paruipenditis, ad eodē vt licet dicam vobis quis nam mihi fidem non adhibebitis, & quauis interrogem non respondetis: hinc ego gloriā maximum honorē, atque maiestatem iuxta vt humanitas mea scilicet ad Dei dexteram. Sic Paulus ait de Christo. Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, in ortem autem crucis, propter quod exaltauit illum, &c. Nunc pedibus impiorum conuulcabatur, sed sessurus erat in breui in gloria patris, in pios habens in scabelum pedum suorum. Nunc per inuicem iramini sacerdotibus ludibrium erat: sed idem per virtutem Dei mox in celos erat transferendus, vbi in dextera patris verus rex & sacerdos adoraretur ab omnibus super terram habitantibus. Nunc vnctus in nexu sicuti factus in ortus stabat in medio collegij sacerdotum: tunc autem ex positus in iuris, atque contra melius: idem tamen in dextera vnuerforum stabit in medio angelorum librum ventis in nubibus caeli supplicium. Tunc purus de facitiorosis sacerdotibus. ¶ Docemur hic iterum aduersus & per-

Rom. 1.  
 Mar. 22.  
 Luc. 14.  
 Mat. 22.  
 Phi. 2.  
 Psal. 109.

sequutionibus humiliari, persequutores que & inimicos diligere: nam quo magis depositi & humiles in hac vita extiterimus, eodē erimus in caelis magis exaltati, & ad maiora fastigia ducti: persequutores enim atque inimici, coronā quam nobis Deus in gloria sua reddet, & caputibus nostris imponet, colunt, exercēt plumam, atque dolant: vnde si celsitudo & exaltatio venturi seculi, presentī correspondere debet abiectiōi & humilitati, persequutiones quantumuis maximas amplectemur, vt maior honos nobis deferatur. Sed de his hactenus. *Dixerunt ergo omnes Tu es ergo filius Dei?* Quid est dixerunt omnes? Nulla ratione modestie, iuris, vel aequi habita, confuse & impertinēte respondent, clamant & vociferant. Tu ergo es filius Dei. Tu, magnam habetē, emphasim, manumque secum fert contemptū. Tu fabri filius, Tu amicus publicanorum, Tu demoniacus, Tu Samaritanus, Tu legis Dei temerarius contemptor, Es tu inquam filius Dei? Sedebis tu ad dexteram virtutis Dei? Videbis ne te in nubibus? In patulo te videre cupimus, non in nubibus: in medio latronum pendebis, non ad dexteram Dei sedebis. Tu ne es filius Dei? Sed quid ad hęc Christus? Vos dicitis quia ego sum. Vos dicitis, supple verum quia ego sum. Veritatem eis respondit, vt in exco stabilitas essent, & ne nomē Dei spernere viderentur. Sua enim sententia Iudaei condemnantur: ipsi namque dixerunt Christum filium esse Dei. Vos enim dicitis, & verum dicitis quia ego sum filius Dei. Docetur quod propter nullum temporale periculum veritatem deseramus, sed in ea vsque ad mortem constanter perseueremus: sic namque Christus in mortis discrimine in hoc concilio veritatem non deseruit: sed in ea vsque in mortem constanter persistit. Hanc tamen responsionem ipsi blasphemiam reputantes

dixerunt *Quid ad iuc desideramus testimoniū?* Scilicet ad probandum quod est Christum filium Dei: Hęc duo grauius ponderabant, scilicet, quod Christum filium Dei dicebat, eo quod vnū videbatur esse contra Deum: reliquum contra Romanum Imperium. Ceterum verum dicunt dicentes: quid adhuc desideramus testimoniū? *psie-nim audiuimus de ore eius.* Quia post Christi testimoniū nullo alio opus est nobis: nam dignus est cui omnes fidē adhibeamus. Omnes enim vię eius iustitia & veritas. Habet enim Christum multa suę diuinitatis testimonia. Habet Patrem, habet Spiritum sanctum, habet Mosem, habet Prophetas, Apostolos, & Euangelistas: habet & vnuerſam Ecclesiā. Vnde nobis alia testimonia non sunt necessaria. Sed Iudæis excacatis in sua malitia, quauis ex ore eius audiunt non sufficit, nec aliud quodcunque testimoniū, vt in Christū credant: & vnicum eis sufficit, vt eundem perdant. *Quid adhuc desideramus testimoniū?* inquit. Ipsi enim audiimus ex ore eius. Verum certē est quod non opus est alio testimoniū cum ex ore illius, qui summa veritas est, auditis quod ipse sit filius Dei. Cur ergo non creditis eis? Aut cur non probatis illū male dixisse? Non est alia sententia expectanda à talibus satoribus. Christus illis inoleſtus est & de medio tollendus, siue iure, siue iniuria hoc fieri possit. Sic impijs & malis anſa nunquam deſt ad bonos & iustos persequendos: quam quidem querūt, & sermones quotidie in quibus eos capiant, adhibentque laqueos ad perdendum, propriam malitiam regere volentes, aliqua apparentia & zelo iustitię. Sed de his satis. Nos tamen ad sequentis capituli explanationem accedamus: in quo diuus Lucas historiam passionis dominicę prosequitur.

CAPVT. XXIII.



PECIALITER, huic in ingratissimo populo Israel fuit datus Christus, quia ex eodem populo natus, inter eos educatus, apud eos Saluator predicauerat & miracula fecerat.

Quod idem testatus est dicens. Non sum misus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Sed ipsi rebelles & ingratiſſimi dono accepto se expolauerunt, & omnium hominum stultiſſimi facti: genibus dederunt. Non certe iniquus Iudaeorum populus dignus erat tanto beneficio: id eo que ablatum est ab eis, & datum gentibus fructum facientibus. Ideo sequitur in contextu. *Et surgēs omnis multitudo*

Psal. 1.  
 Psal. 21.  
 Gen. 49.

Mat. 25.  
 Mat. 22.  
 601110



eorum duxerunt illum ad Pilatum. Pilatus hic erat gentilis, & ut aliqui volunt ex Lugdunē si ciuitate ortus, & post Valerium Gracchum à Tiberio Caesare anno eius tertio decimo Iudaea procurator constitutus est. Duxerunt inquam illum à domo Caiphæ pontificis ad domum Pilati præsidis Romana: potestatis, ad quem pertinebat iudicium in causa sanguinis: ut Pilato tutum imponeretur, & ipsi immunes reputarentur. Hoc factò ostendebant sacerdotum zorum, potestatem euāgelij prædicationem, & ecclesiam ad Gentes esse transferenda. Duxerunt inquam illum uinctum, manibusque post tergaligatis, catena in collo eius posita: cum multis conuictijs, & contumelijs. Iam hic uides filios Israel surgentes contra suum fratrem Ioseph, ponentes illū in manibus Imaelitarum: Dalidam fortissimū Sanfonem tradentem Philistæis: Absalonem in surgentem contra suum sanctū patrem Dauid & Athalia senientē in semon regium, ut morti tradat: atque incredulam, & peruersissimā Synagogam suam regem tradentem in manibus Gentium, ut mortedamnet. Tu autem hic cogita cum quāto opprobrio ducitur per medium ciuitatis: Hierusalem conuictianribus principibus sacerdotū & Phariseis, atque dicentibus Veni nobiscum populi deceptor nūc tua maleficia finem habebunt: nūc apparebit quis sis, ut iusta dõnerita soluas pœnas. Horrenda proflus impietas: quæ tamus iniurijs satiriari non potuit: quin potius ferali rabie fremens impio iudici tanquam rabido cani animam iusti deglutendam exposuit. *Capuerunt autem illum accusare dicentes.* Sicut vxor Putipharis contra Ioseph, & sacerdotes aduersus Susannam: insurgentibus falsò accusantes: sed non erat conueniens testimonium. Vnde Dauid in persona eius ait. Insurrexerūt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Disce ex hoc loco hominum accusationes, & improperia patienter tolerare: siquidem ipsa veritas diuina ab iniquis accusata est, & impugnata. Si mali discunt impropere, & accusare: tu disce paciētiā, aduersa sicut, & prospera, æquanimiter suffere. Accusabant illum in multis, de quibus solum tria exprimiuntur: quæ Lucas noster ponit dicēs. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.* scilicet Iudæorum, à cultu legis, falsum doctrinam seminando. *Et prohibentem tributa dari Caesari.* Et sic contra ipsum seditionem faciēdo. *Et dicentē se Christum regem esse.* Quasi volens sibi regnum Iu-

Iose. li. 18. Acti. ca. 2.

Gen. 37. Indi. 16. 2. Reg. 16. 4. Reg. 17.

Gen. 39. Dan. 13. Psal. 6.

deorū usurpare, nomine Christi reges Iudæorum vocabatur: propter vñtionem, sed addebant Regem dicendo Christū regē gratia explanationis: quia Pilatus Gentilis erat. Gentiles vero reges suos nõ vñgebāt, sicut Iudæi: ideo que si ei quod est Christum, id est, vñctū non ad didissent, regem: Pilatus non vñque intellexisset. Sed falsæ erant accusationes, vñde benedicēbant, inuenimus: quia quod ei imponebant non erat rei veritas, sed humana fictio & adinuentio. Non enim subuertit gentem à lege, quia nõ uenit ipse soluere legem, sed adimplere. Nec subterit, sed cõuertit, quos docuit in veritate, Nec prohibuit, tributa dari Caesari, sed dixit. Reddite quæ sunt Caesaris Caesari. Et soluit tributum pro se, & pro Petro, ne scandalizaret, quanuis liber esset à tributo: fugitque cum eum voluerunt facere Regem, & regnum respuit. Igitur arguuntur impietate Iudæi accusantes Saluatorem: nec aliquid verisimile quod ei obijcere possint inueniunt.

¶ De prima igitur accusatione tanquam frivola, & ad eum non spectante, Pilatus parum curabat: quia ipse cum esset Gentilis non curabat de obseruatione, seu violatione legis Moisaicæ. Et secundam tanquā falsam, & mendosam parui pendens nullam reputabat: quia fortè per relationem ab aliquibus audierat Iesum dixisse aliquando, Reddite quæ sunt Caesaris Caesari, & quæ sunt Dei Deo. Ideo transiit ad tertiam, quæ magis pertinebat ad Romanum imperium, & videbatur cõtra Imperatoris honorem, quia dicebat se esse Christū, id est, vñctum siue regem: nam directè contra Imperatorem erat, quod aliquis esset Rex Iudæorum. Imperatores enim Romani nomen regium ab eis abstulerant, ut eorum superbiam frangerent, & rebellandi occasione tollerent: & in signum subiectionis sub tributo eos habebant: Ideo Pilatus de hac tertia accusatione quæsuit. Intrauit ergo in pratorium, qui locus erat, vbi sedes iudicis seu pratoris erat, vbi causas iudicabat, ut Christum magis pacifice & exquiritè examinaret extra tumultum, & strepitum Iudæorum: qui non audebant intrare pratorium, ne contaminarentur sed ut manducarent Pascha. *Interrogauit eum Pilatus dicens. Tu es Rex Iudæorum?* Quasi dicit. Est ne hoc verum quod tibi imponitur, quod velis tibi regnum usurpare, vel quod sis Rex Iudæorum, secundum quod te accusante Querēbant vtrum esset Rex Iudæorum de iure, nam

Matt. 5. Matt. 22. Matt. 17. Ioan. 6.

Matt. 22.

Ioan. 19.

Ioan. 19.

Hebra. 7.

Matt. 27.

Ioan. 8.

re, nam de facto constabat eum non esse: vel iuxta aliquorum sententiam interrogauit Pilatus subsannando: quasi dicit. Tu pauper, humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione: ad quod opus est multorum adiutorium, & sumptum? *At illi respondens ait. Tu dicis.* Quasi dicit. Ego non nego, neque affirmo, sed tu dicis, non tamen asserendo, sed interrogando. Eodem verbo præfidi, quo & principibus sacerdotum respondit, ut propria sententia condemnentur. Noluit dicere, non sum, ne falsum diceret: noluit etiam dicere ego sum, ne calumnia occasionem daret. Vnde sic temperauit responsionem, ut & verum diceret, & sermo eius calumniam non pateretur, & penitus nulla culpa in eo cognosceretur. Exiit ergo foras Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas, ut Pro Domini innocentia loqueretur. Ideo sequitur. *Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine.* Vide hic quomodo Christi innocentia ex omnibus partibus lucet. Maximum veritatis testimonium est quando inimici eius dem de illa testimonium perhibent: nam tantam vim habet veritas quod etiam à malis confiteatur. Tale oportebat habere redemptorem, ut ait Paulus, iustum, sanctum, bonum, innocentem, & segregatum à peccatoribus: ideo in Christi passione multi etiam illi, qui eum morti tradiderunt Christi innocentiam confessi sunt. Iudas enim dixit principibus sacerdotum. Peccaui tradens sanguinem iusti. Principes sacerdotum non negarunt Christum esse verum iustum, nec Iudæi contradixerunt: nam conscientia ipsorum idem eis asserbat. Vxor quoque Pilati misit ad virum suum dicens. Nihil tibi, & iusto illi. Et larò pendens in cruce socio suo dixit. Hic nihil mali gessit. Denique & ipse Pilatus ingenuè fatetur non inuenire in eo causam mortis. Quare & ipse Domini aduersarijs loquitur. Quis ex vobis arguet me de peccato: Vniuersa aqua maris certe non sufficit mundaere Pilati conscientiam: quando quidem proprio ore, Christum innocentem esse confitens, nihilominus morti tradidit. ¶ Aduerte etiā quod à Pilato iudice seculari iudicatur Christus innocens: & à summis sacerdotibus accusatur, iudicaturque reū illum esse mortis. Sic etiam & nunc multoties fit: nam iustus agitur in laicali curia quam clericali. Nam male-

factores qui in curia seculari punirentur, tunc per viros ecclesiasticos in magnum populis scandalum: multi etiam inuitantur, & promouentur ad primam tonsuram, ut munerē, & priuilegio clericali gaudentes, audaciores fiant, & maiora adoriatur mala, certe plerumque melius iustitiam, & æqualitatem in secularium tribunalibus exercere inuenies, quam (proh dolor) Ecclesiasticorum. Sed hæc alia. Iudæi vero videntes quod nihil facerē eorum calumnia, recurrēbant ad subsidia clamorum. Vnde quia deficiebant rationibus, inualecebant viribus, dicentes. *Commoit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilea vsque huc.* Peruertit inquit popululum, & turbauit pacem commuam: nec in vna parte tantum, sed à Galilea incepit, & huc vsque peruenit. Expende quod hic accusantium sermo magis, & turbas, & eum qui accusatur reddit innoxium: & eos qui accusant docet esse peruersos. Docuisse enim populum non eriminit, sed virtutis constat esse iudicium: nec commoūt populum qui pacis condidit testamentum igitur clamoribus inualecebāt qui in rei veritate deficiebant: ut sic clamorosa, non iusta sit accusatio: quia per clamorem voluerunt obtinere quod non poterant per rationem habere. Sic faciunt maligni querentes obtinere per verba, & contentionem, quod non possunt per iustitiam, & veritatē. Nunc considera in quantum se humiliavit iudex totius creaturæ constitutus à Patre, ut acquiesceret & staret ante iudicium terræ Iudææ: ¶ Docet hic Christus omnem mansuetudinem, & patientiam, cum ante præsidem stetit, ut sic verus Christi imitator non murmuret, aut reclamet, aut contradicat: cum indebite ab ætulis læditur, aut impugnatur. Sequitur. *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vi cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus.* Quia Christus in Galilæa fuit conceptus, nutritus, & conuersatus, Galilæus est habitus: Pilatus vero occasionem quærebat dimittere eum, quia sciebat eum iustum, & innocentem, ideo misit illum ad Herodem Tetrarcham, & præpositum Galilææ. Nā ut ait Euāgelista Hierosolymis erat Herodes in illis diebus propter solennitatē Paschalem: quia Iudæus natus erat, Pater enim suus amore vxoris suæ, quæ Iudæa erat transiens ad ritum Iudaismi circumcisci fecerat. Misit inquam

illum volens Herodi honorem deferre: vt ipse Dominus Galilaeae hominem Galileum, vel absolueret, vel damnaret. Credebat etiam Pilatus quod Herodes hominem de terra sua, & maximè innocentem libenti animo liberaret: & ne contra eum, quem innocentem, & per inuidiam traditum cognouerat, sententiam dare coactus esset. Vide quod cum Christus mane venisset de domo Caiphæ in Pilati prætorium, quod ab illa septingentis quinquaginta quatuor passibus distat, modo gradum reuocat & remittitur ad Herodem per viam aeternam nimis, & accliuem ductus, quæ nimirum viginti & ducetos passus complectitur. Nemo falcem in messem alienam & potestatem alterius immittat: quâuis inimicus sit. Vnde ergo hodierna die torpulentur quæstiones, oriuntur interdicta & excommunicationes: nisi ex eo, quia seculares iudices de personis ecclesiasticis supplicium sumere volunt? Vnde tot iurgia, odia, & inimicitia in mundo: nisi quia quilibet immitti vult numeri alteri iniuncto? Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. Sed ad contextum. *Herodes autem viso Iesu gauius est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eo quod audiret nuntia de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.* Desiderabat hic Herodes Antipas filius Aſcalonitæ, qui innocentes necauit, videre Iesum à tempore, quo Ioannem decollauerat, non, vt aliquid saluti animæ suæ consuleret, sed propter curiositatem, quia putabat illum magnum, vel histriionem aliquem esse. Nam si crederet illum sanctum Prophetam non sic eum videre desideraret. Mali enim non desiderabant bonos aut iustos: sed scurras & histriiones. Hi sunt quos Reges & Principes diligunt, hi in palatijs, & domibus magnatum degunt: hi tandem sunt, qui ante eunt, & præstant, plus mendacijs, quam virtutibus ouulsi. Satijs enim fuit Danidicorâ Achis furere, vt apud eum aliquid valeret: quam se sanctum & Prophetam prædicare, sicuti erat. Nam si bonus & iustus homoque sanæ mentis haberetur, ingressus ei proculdubio prohiberetur. Itaque vt hominibus in domibus Regum, & magnatum aditus pateat, se ferere, atque insane simulent opus habent, sicuti scurræ facere conuoluerunt, quâuidem plus cum mentis compotes sint, quâ dominum qui eis attentas præbent aures insano sicuti, & scurras non ab re censent, vt sic

ipsimet insanos dominos scilicet, domus melioribus, & delectis priuent & expolient. Hæc sunt delicia regum, cum his conuersari, eosdemque videre desiderant. Et quoniam Herodes credidit, & ratus est Christum aliqua esse editurum exercitia magica, aut manuum habilitates eum maximè videre cupiebat: quare eius aduentu valde gauisus est. *Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil ei respondebat.* Stans siquidem Iesus sicut agnus mansuetissimus ligatus coram tondeute inquisitus tacuit, & expectatus miracula edere contempsit: quia Herodis inedulitas, & curiositas, diuina non merebatur videre, vel audire: non enim sunt mittendæ margaritæ ante porcos. Inutile esset coram Herode miracula facere, aut aliquod diuinum atcanum profere. Præterea respondit Christus Caiphæ & Pilato, non autem Herodi: quia Herodes ei vocem, quæ Ioannes erat Baptista, susstulerat, vix verbis ideo coram Herode obmutescere dignatus est. Docemur hic nullum otiosum opus facere aut dicere: nam de omni verbo otioso mus ratione reddituri. Iustus enim tempus, locum rationem, & intentionem considerat, vt quid agat, aut loquatur: & omnia suo tempore, vt commodum & utilitatem proximorum acquirit, facit. Non sic garruli, otiosi, impij, mundani, qui garrulant, derident, & faciunt plurima in scandalum, & damnum proximorum: & sui ipsius damnationem. Præterea Dominus noluit illi respondere, aut miraculum aliquod facere: quia declinabat omnem iactantiam & ostentationem. Docemur etiam ex hoc loco, quod quoties auditores nostri, nostra volunt quasi laudanda cognoscere non autem sua peruetla mutare omnino taceamus: ne si ostentationis studio verbum Deo loquimur, & eorum, quæ erat culpa esse non desinat, & nostra quæ non erat fiat. Multa enim sunt, quæ ad audientis animum producit maximè, si auditores nostri & semper laudat quæ audiunt, & nunquam quod laudant sequuntur. *Stabant autem principes, sacerdotes & scribae constanter accubantes eum.* Timebant principes sacerdotum & scribæ videntes Herodem cum gaudio, videre Iesum, & pulsare multis quæstionibus ne Iesus sapienter respondendo euaderet. Sed ubi vidit Iesum tacere, & Herodem æstimare illum fatuū transeunt in alium timorem: ne scilicet Iesus tanquam fatuus euadat. Ideo instantius accubando tēdentes ad hoc

ad hoc, vt ne tanquam fatuus absolueretur. De quibus vero ubi accusauerunt Euangelistæ non expriment, sed forte de eisdem tribus, de quibus coram Pilato accusauerant: maximè hoc coram Herode aggrauantes, quomodo commouisset vniuersam Galileam, quæ erat ex dominio ipsius Herodis, vt ex hoc magis sibi animam assumeret. Vnde ad istas accusationes Christus nihil respondit, nec Herodi, nec accusatoribus: sed tacuit non cedendo eorum accusationes taciturnitate, sed despiciendo tanquam indignas response. Sic Psaltes in persona Saluatoris. *Factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.* Esaias quoque ait: *Quasi agnus coram tondeute, obtuleret.* Docemur hic quod omni loco, tempore, & coram quibuslibet, vt ritasest manifestanda (sed plerumque silentium diuinum est). Videns itaque Herodes quod Christus nullum signum faceret, nec verbum aliud quod ad interrogata responderet, nec contra accusatores suos aliquibus responsonibus defendere, reputauit eum idiotam, ac fatuum, & non sanæ mentis, ideoque. *Sperauit eum Herodes cum exercitu suo.* Vt omnes in eadem culpa monstrarentur esse pares. Sic hodie sceleratores Christi à malis hominibus spernantur, & ab eis fatui reputantur. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem impropriet nos in sensati vitam illorum est imitabatur insaniam, & finem illorum sine honore. Sic etiam & hodie multum Herode spernant Christum qui signa quarunt conquærentes quod modo miracula ab eonofianticum modo non sit opus signorum, sed operum. Habent (dixit Abraham) Molcm, & Prophetas: audiant illos. Modo autem præter hæc habemus Euangelium epistolam Pauli, & adhuc signa quarimus. Porro quis dicere poterit, quot iniurijs, blasphemis, & irrationibus Christum affecterunt iniusti hi iniquitatis? Bene dixit illud Psalmi. *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum: & abiectionis plebis.* Sicuti enim vermiculi mortui recentior, nemo miseretur cum res vilis, & parui momenti sit adeo vt eisi conculer quis nihil referat: sic Christi Saluatoris vita tanquam si esset alicuius vilis vermiculi despecta est, ipsaque adeo conculcatus, sputus, contemptus, abiectus & interemptus, ac si vere homo non esset, sed vermis. Misere ergo tu, & compatere te Christianus es: sunt

que tibi humana viscera, compatere inquam ob ingentem abiectionem, pudeatque te honores, & prospera diligeres, videntem propter te Deum in profundo miserie, & calamitatis constitutum. Hic videbis sanctum Prophetam Dauidem, factum insanum, & furiosum habitum coram Rege Achis. *Audi ergo Esaiam in persona Dei in hæc verba loquentem. Filios enutriui, & exaltavi, ipsi autem spreuerunt me. In Psalmo quoque habetur. Factus sum illis in parabolam.* Etiam nunc sunt multi similes Herodi: qui primo gauisus est, postea spreuit Christum. Sic etiam & plurimi simulant sese sapientie diuinæ amatores, & salutaris veritatis inquisitores: non vt secundum eam viuât, sed vt in eius profundis & mirabilibus delectentur. Qui cum circa eius documenta laborant, & vitijs festiuati: quid aliud est nisi quod Iesum contemnant? Melius fuisset Herodi Iesum non videre quam videre, & contemneret. Melius (inquit Beatus Petrus) esset viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam, retrorsum conuertere. Illi vero Gentiles viderunt Iesum, sed ad bonum suum. Cupiebant enim in eum credere, vt habetur in Ioanne. Sic & Simeon, sic Zachæus: sic & tu desiderare debes amplius Iesum videre, hoc est maiorem quotidianæ agnitionem habere, non vt contemnas: sed vt in eius dilectione accrescas. Præterea hoc Christi exemplo docemur, vt nos potius velle debeamus à malis despicere, quam ab adulatoribus laudari. Secundo quod tempore & loco expedit aliquando sapientiam simulare. Vnde quod Dominus ipse solum sapientie, coram Herode pro stulto habere se permisit ex incomprehensibili sua sapientia processit: quia si sapientem se verbis, & factis, ostendisset, utique passionem suam impediuisset. Tertio, quod homo nihil querat in vestibus, non ornatum, non pretiositatem, sed solum necessitatem: quia Saluator in veste velut fatuus est illusus. Et ideo legitur in contextu. *Et illi induitum veste alba.* Et hoc in derisionem signumque illusionis, sicut fatui solent aliqua ludicra veste indui, qua cognoscantur ab alijs: & tunc derisionem erant portare desuper vestem albam, eo quod sic illud eretur tunc fatuus. Sic itaque vides qualiter Dominus non solum malefactor, sed etiam stultus est reputatus: ipse autem omnia patientissime tolerabat. Patientiam ergo habet si tu malefactor, & stultus iniuste fueris reputatus. Nam sicut diuina sapientia tan-

Matth. 2.  
Marc. 6.

1. Reg. 21.

Matth. 7.  
Marc. 1.

Matth. 10.

Psal. 57.  
Esa. 53.

Bap. 5.

Luc. 16.

Psal. 111.

1. Reg. 21.  
Esa. 1.  
Psal. 68.

1. Joh. 1.  
Luc. 2.  
1. Cor. 13.

quam fatua spernitur & irridetur: sic omnes irrationes quæ solent à varijs mundi huius hominibus Deum præ oculis non habentibus homini spirituali irrogari debent patienter ferre. Vide quod omnes qui piè & innocenter volunt vitam ducere, secundum nouum hominem, ab his qui viuunt secundum hominem veterem illuduntur, & ab eis fatui habentur. Sed propter hoc non debeat turbari vitæ spiritualis, imo potiùs gaudere: quia Christus inductus veste alba quæ innocentis significat illufus, & derisus est à filijs huius seculi, apud quos alba vestis exprobrabilis est. Sed sicut crux ante passionem Christi exprobrabilis erat, quæ postea facta est honorabilis: ita ut etiam in coronis regum portetur: ita alba vestis post Christi passionem facta est valde honorabilis, & innocentie signum. Vnde qui libet post baptismum renouatus induitur veste alba in signum innocentie, quam confert baptismus. In cuius etiam signum Christo passio Angeli in vestimentis albis apparuerunt in eius resurrectione, sed ad contextum. *Et remitte ad Pilatum* Non enim est bonorum iudicium illudere in iudicio constituto: sed aut damnare criminis conuictum, aut absolueré innocentem. Vtrumque negligit Herodes innocentem irridet, & vincitum remittit ad alium iudicem. Sic Dominus cum nota illusionis portando vestem albam rediit, & Herodis consensum de sua nece secum derulit. Hic autem consensus apparuit signo, & facto: signo quidem in vestis albæ illusionem, facto in amicitie confederatione. Quapropter sequitur in textu. *Et facti sunt amici Herodis & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.* Nam petra angularis coniungit duos illos parietes a deo separatos, Iudæos, scilicet, & Gentiles. Christus enim est pax nostra, qui ex utroque populo fecit vnum. Impletum illud Psalmi. Cum his, qui oderunt pacem erant pacificus, Hos duos adeo discordes iudices, in concordiam redegit. Si tu odio habes proximum, & propter Christum in cruce mortuum non veniam concedis, peior es certe, Pilato, & scelestior Herode: qui quidem ad invicem amicitiam inerant Christo Domino nostro qui vera pax est intercedente. Vide ergo quam sancta vestigia, & tempora teris, quando contrahendis amicitias, & concordias indulges: siquidem maximum, & præcipuum, quod Deus veniens mundo intulit, fuit pax ipsa. Inimicitias autem habebant antea He-

rodes, & Pilatus: propter necem Galilæorum qui de Herodis præpositura, & dominio erant, quos Pilatus occiderat mittens sanguinem eorum cum sacrificijs, quæ offererebant. Sed nunc super hoc reconciliatus est Pilatus Herodi: quia pro bono habuit Herodes quod Pilatus sibi detulerat mittendo sibi hominem suæ iurisdictionis, & præsertim talem hominem, quem ipse videre diu desiderauerat. Sicut multo frequenter amici, & concordes in condemnatione, & nocimento innocentum sunt, qui antea sibi inuicem contrarij fuerant. Hæc autem amicitia Pilati & Herodis fuit signum quod Iudæi & Gentiles conuenirent in persecutione Christianorum. De hac habetur in Psalmo. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Absiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Præterea hanc missionem & remissionem Deus fieri voluit: ad maiorem & euidentiore suæ innocentie ostensionem. *Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem: pulum & ecce ego coram vobis interrogans nunc iam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisit vos ad illum & ecce nihil dignum morte actum est ei.* Historia clara est, nec aliqua indiget expositione: sed tantum considerandum quod Christus Dominus Iudæos suos sibi magis offensos habet, quam Gentiles. Pilatus omnia conatur, & omnem mouet lapidem, vt Iesum absoluat, & eius innocentiam palam ostendat: quem sola Pontificum inuidia traditum nouerat: in quo neque ipse, nec Herodes, causam mortis inuenire poterat. Sed Iudæi clamant, vt morte damnet Christum. Filij naturales, magis persequuntur. Inimici enim hominis (ait Iesus) domestici eius. Præterea Pilatus omnes conuocat tam principes sacerdotum, quam turbam, vt inter tantos saltem aliquem inueniat qui veritati, & innocentie Christi patrocinari velit. Obtulistis inquit mihi hunc hominem quasi contrarium legi diuinæ, & humanæ: sed non tantum ego, sed nec Herodes, vt vos ipsi testestis, inuenit in eo causam aliquam mortis. Et ne existimetis me eam conuicisse eum, vt veritatem celet, & delicta propria non constituat, coram vobis clare, & manifestè interrogavi & non inuenio in eo causam mortis. At qui Herodes

Luce. 13.

Psalm. 2.

Matth. 10.

sub

sub cuius conditione natus, & conuersatus est, & cui plus iuris est in hunc hominem quam mihi, nihil dignum morte in ipso deprehendit. Quid igitur faciam? *Emendatum ergo illum dimittam.* Mira Pilati stultitia: si ipse faceret, quod innocens est quid innocente emendaret? Et si emendabit, quid in innocentem emendaret? Nam qui innocens est: nec leuissima pœna puniri debet. Sed Pilatus hac castigatione iubens eum flagellari, volebat mitigare odium Iudæorum aduersus Christum: quod vti que facere non debebat, sed continuo absolueré Christum innocentem. Vt cunque tamen sit, Pilatus multo melior erat quam Iudæorum pontifices: nam hi totis viribus conantur innocente occidere, Pilatus autem quærit modum vt eum absoluat. Emendatum ergo eum, scilicet flagellando, vt si qua in vestris ceremonijs commisit, vel in aliquo deliquit: pro ipsis correctus emendetur: & sic emendatum & disciplinatum, dimittam à morte liberum. Flagris, & ludibrijs cum afficiam quantum ipsi iusseritis, dum modo innoxium sanguinem non faciat, dum datus: videns enim ex clamore eorum quod nullo modo poterat dimittere Iesum omnino liberum cum peccatorum, & ex altera parte durum sibi videbatur interficere innocentem: ideo ad satisfacendum eis fecit Christum flagellari, & illud, vt videntes eum sic punitam & illulum vltra condignum pœnis eius & opprobrijs ipsi, & crudelitas eorum satiareretur, & mitigaretur, mortemque eius non sentirent: nam naturale est vt ira quiescat, si eum contra quem irascitur humiliatum, & punitum videat. O, Pilate tu vis Dominum castigare? Nescis, quod nec flagella meretur, sicut nec pœnam mortis. Rectius ageres si te ipsum ad suum nutum corrigeres. Vnde intentio non excusat Pilatum in totum: quia nullum per se malum potest propter bonam intentionem effici totaliter bonum: nec faciendū sunt mala vt euentiant bona. Affligere tamen innocentem, & maxime filium Dei, de se malū erat: ideo nullā habet Pilatus exculationem. Sed nunc, o Christiane tu quisquis es considera quod nudatur ille qui nudos vestit, & ligatur qui soluit compeditos, à dæmonibusque vincos, & flagellatur ille qui nos eruit à flagellis. Flagellari enim Christus voluit vt nos a perpetuis flagellis liberaret. Sicut pia mater videns quod pater vult flagellare aliquem de filijs suis, extensis occurrit brachijs: & eum pro-

Rom. 3.

Psalm. 31.

tegit, exponens se pro eo flagellis. Ideo Christus sicut pia mater, flagella nostra suscepit. Quapropter dicitur in Esaiā. Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. In sano membro oportet facere cauterium, vt infirma membra sanentur. Ideo habetur in Psalmo. Disciplina tua correxit me in finem. Vide etiam quod si Christus tam grauius flagellatus est innocens pro peccatis alienis: quam grauius putas noxios (nisi se correxerint) esse flagellandos pro peccatis proprijs? Disce patienter flagello Dei sufferre: ipse enim vt ait Sapiens, quem diligit castigat: & flagellat omnem filium quem recipit. Fluit itaque regius & pretiosissimus sanguis de omnibus partibus corporis: & eius corpus candidissimum cruore eius rosco rubricatur per totum. Super additur, reiteratur, & spargitur plaga super plagam: liuor super liuorem, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem: quousque tam tortoribus, quam in pestoribus fatigatis solui iubetur à columna cui fuit ligatus. Innumerabiles enim fuerunt plagæ eius. Nam cum pro mensura peccati sit plagatum modus. Christus flagellatus fuit pro peccatis vobis, quæ innumerabilia fuerunt. Et hoc est quod dicitur in Esaiā. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Et iterum. Non est ei species, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius, & despectus: & repertauimus eum quasi leprosum percussum adeo, & humiliatum. Nam vides hic beatū Iob, percussum à plāta pedis vlcerare pessimo: & Achior coram impijs Holoferne dixerat, ligatū. Hic quoque impletum cernimus illud. Fui flagellatus tota die, & castigatio in matutinis. Sed nunquid his omnibus, perfidiorum Iudæorum rabies quiescit? Non est fatiata eorum, cum delitas. Quapropter aliam viam querit Pilatus vt eum soluat & liberet à morte. Ideo sequitur in contextu. *Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum.* Mos erat Iudæorum vnum vincitum dimittere populo in die sancto pasche tantum, quæ populus voluisset: & alij vineti digni morte qui tunc custodiebantur occidebantur. Quod faciebant in memoriam quādo Angelus Dñi saluauit Hebræos, & percussit primogenita Ægyptiorum. Ideo ad hoc representandum, & in memoriam huius beneficijs, saluabant vnum morti propinquum, & alios interficiebant. Et hanc consuetudinem

Esai. 53.

Psalm. 17.

Pro. 3. Hebræ. 12.

Deut. 25. Esai.

Fsai. 53.

Iob. 2.

1. Cor. 5. Psal. 72.

nem obseruati interpretarunt ab Imperatore Romanorum sicut fuerat obseruata antequam Iudaea esset Romanis subiecta. Pilatus itaque sciens illos cupidos de obseruanda illa consuetudine, & ex alia parte quod Barrabbas erat pessimus, & populo odiosus proposuit eis sub distinctione optionem dicens, quod ad honorem festi liberarent vnum ex duobus Iesum, vel Barrabam, credens quod Iesum liberarent: nam non putabat quod peterent liberationem Barrabae qui erat homicida, ac sediciosus, & insignis famositate sui criminis, sed quod Iesum liberarent. Ipsi vero nimio odio contra Christum moti, & obstinato corde in malitia perdurantes ne Christus liberaretur petierunt Barrabam dimitti, & liberari: Christum vero innocentem tolli de medio, & crucifigi. Ideo sequitur. *Exclamauit spiritus vnus ex turba dicens tolle hunc & dimitte nobis Barrabam: quia propter seditionem quamdam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem.* Proh Deum arque hominum fidem, quam iniqua est haec tollatio: innocensissimum cum sceleratissimo, principem pacis cum autore seditionis conferre: Ligna ut legitur in libro Iudicum, elegerunt Rhamnum, & dimiserunt vitem: hunc autem eligendo perdidit animae libertatem, & corporis. Verum enim Christum non hominem reputauerunt. Vnde in Psalmo dicitur. Ego sum vermis & non homo. In Oleea Ego tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. Sicut enim tinea de veste nascitur, & ipsam consumit: sic Christus de Iudaeis secundum carnem natus est, & eos merito peccatorum suorum destruxit: quia homicidam auctori vitam praetulerunt. Quod increpans Beatus Petrus postea dicebat. Vos sanctum, & iustum negastis: & petistis vitam homicidam donari vobis: auctorem vero vitae interfecistis. Sed quomodo populus tam facile persuasus est a principibus sacerdotum ut Barrabam peterent: Sciebat enim populus Christum beneficentissimum, eius enim beneficia quibuscumque receperat. Sciebat sapientissimum, eius enim doctrinam suspensum audiebat: sciebat diuinum, eius enim miracula continenter spectabat. Vnde igitur tam facile Barrabam vult dimitti, & Christum virum tantum crucifigi? Profecto argumentum est Christum non esse de terra, sed de caelo: non de mundo, sed de Deo. Si enim de mundo fuisset mundus consumens, diligeret, nunc autem quia non est

de mundo odit enim mundus. Quia non erat de mundo; petiit mundus ut crucifigatur. Nota quod duos homines in sua passione liberavit Christus a morte: hunc Barrabam a morte corporis, & latronem a morte animae: ut ostenderet quod suo sanguine nos liberavit a morte animae, & corporis. Sed ad contextum. *Iesum autem Pilatus loquutus est ad eos volens dimittere Iesum.* Supra tentabat eum dimittere: sed ex eo tempore omnino & constanti animo quaerebat hoc facere. Iudaei autem non valentes per falsas accusationes circumuenire iudicem, vocibus magnis insistebant: quapropter ait Lucas. *At illi succubabant dicentes. Crucifige, crucifige eum.* Quasi dicat: Haec poena nullo modo nobis sufficit: sed petimus ut moriatur. Videntes eum magis commouebantur: quia ex aspectu eius quod odio habetur magis contra eum cor odientis inflammatur. Illa meretrix coram iudice Salomone clamabat inuerecunde. Nec mihi nec tibi: sed diuidatur. Sic nunc inuerecunda synagoga quia iam adulterauerat & recesserat a verisponso suo Christo, coram Pilato iudice vociferatur. Crucifige, crucifige eum. Ingemunt autem crucifige propter desiderij vehementiam, & quia voluntate & opere crucifixerunt eum. Moses bis vitra percussit siliem: & Iudaeis clamante crucifige, crucifige de percussa siliem crucifixi fluxerunt: aquae largisissimae quae totum mundum doctrina, & baptismo abluerunt: sic populum Iudaeum etiam quod est, doctos indoctosque salutatis verbi longastitidificantes refecit. Praeterea magna fuit horum crudelitas: quia eis non sufficit videre eum sine flagellatum & sanguine perfusum sed voluit occidere: & non quacunquam morte, sed turpissima & abiectissima. Claus affixi ad lignum quarunt ne dolor citius finiatur, sed morte producta moriatur: ut in cruce diutius videatur, & modo mortis diffametur. Verum Iudaei de morte pessima cogitabant, sed a Domino eis non intelligentibus electa est. Crux enim erat tropaeum quo diabolus erat superandus: ut ille qui in ligno parentes nostros vicerat, a Deo vinceretur. Suis enim armis diabolus victus & suspensus sic ut Aman in patibulo quod petauerat Mardochaeus. Hic est gladius Goliath Philistaei, & ensis Holofernis quibus decollati sunt. Arma fuit diaboli lignum in quo protoplastum vicit. Hinc Christus parauit, & in eo mortua est mors, & diabolus victus. Si hic esset aliquis adeo in gladiatoria

3. Reg. 3.

Num. 20.

Gene. 3.

Heber. 7.

1. Reg. 17.

Iudic. 13.

Psal. 16.

Prin. 18.

1. Petr. 2.

toria arte peritus ut inter omnes peritissime ense inimici ictus repelleret & Clypeo exciperet, quem si alius superueniret, qui eisdem armis in quibus ille strenuus est vinceret & superaret, nonne vir maximae frugi haberetur? Diabolus quidem optime sedem & silem vibrare sciebat, offendere, & ictum defendere: quo armorum genere Adamum deiecerat, & superauerat, & ut peritus & strenuus in huiusmodi exercitio crucem elegit, & parauit sicut ministris Iudaeis scilicet, eorum dem ope quidem: qui tandem modo eorum linguis illapsus est ut eis tanquam instrumentis Pilatum alloquatur dicens. Crucifige, crucifige eum. Sed tamen ei contra. euenit: nam eadem cruce victus fuit, & regnum illius desolatum. Vide hic quod non refert ad culpam intentionem occidere hominem in lingua, vel gladio quia non sunt hic attendenda manus inermes, sed os armatum, vnde gladius procepsit quo Christus occideretur. Ideo in Psalmo habetur, Lingua eorum gladius acutus. Caueant ergo sibi detractores & proximorum infamatores ne exacuunt ut gladios linguas suas: quia sicut gladio corpus, sic lingua fama hominis perimitur, ut in Prouerbij dicitur. Mors & vita in manibus linguae. Talibus conuictijs & iniquijs respondendum non est. Christus enim sicut agnus innocens eis non respondebat. Sed procedamus. *Ille autem tertio dixit ad illos. Quia mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo.* Corripiam ergo illum & dimittam. Si bene quae in superioribus dixit Lucas legeris, iam nunc tertio dixit Pilatus Christum innocentem esse. Na primo postquam Christum interrogauit an esset Rex Iudaeorum dixit Pilatus ad principes sacerdotum & ad turbas. Nihil inuenio causae in hoc homine. Secundo postquam venit Christus ad Pilatum de domo Herodis dixit Pilatus ad illos. Obtestistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto. Et nunc tertio, ait. Nullam causam mortis inuenio in eo. Bene Evangelista noster ait quod hoc tertio dixit Pilatus ad illos. Non inuenio inquit causam mortis in eo. Verum dixit Pilatus quia Christus peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, vnde bene dicit in eo, quia causam mortis Christi non fuit in eo, sed in nobis. Et videns quod quauis ostendit eis flagellatum, & sic illum, & ut alij Euangelistae volunt spinis coro-

natum clamabant quod crucifigeretur: addidit & adhuc ut eorum iram aliquantulum placaret dicens. Corripiam ergo illum, & dimittam, volens aliquod eius supplicium inferre ne crucifigeretur. Voluit Pilatus quinquemodis liberare Christum. Primo iudicis mutatione, quando misit eum ad Herodem. Secundo criminis purgatione dicens, ego in eo non inuenio causam mortis. Tertio poenae illatione, quando ait. Corripiam ergo illum, & dimittam. Quarto personarum collatione, conferendo Barrabam latronem innocenti Christo. Quinto ex sententiae dilatione, eos saepe interrogando quid vellent facere de Iesu. Vt nam iudices nostri ita curiosi essent non pauperibus absolucendis in causa iusta. Sed quid ad haec obstinata Iudaeorum iniquitas? *At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur & inuoluerant voces eorum.* Instabant vocibus magnis sicut canis rabidi non sufficientes sibi aufertur cadaver: ad quod lacertandum, & deuorandum dentibus, & rotis faucibus inhiant solo latratu cum dentibus non possint amplius insequentes. Quanto enim plus audiebant quod Pilatus vellet liberare eum, tanto magis clamabant in contrarium: ut qui criminando, & ratiocinando nequie iam vociferando, perficiant sed Pilatus timore mox vincitur: & a tramite veritatis iustitiae que detorquetur. Petente enim tota Iudaeorum multitudine vocibus magnis ut crucifigeretur: tamen miser Iudex Pilatus motus timore Imperatoris, fauori Iudaici populi, cui ipse praerat, & a quibus pecunias sperabat accipere contra iustitiam, & conscientiam, qua Christum innocentem nouerat, & in quo nulla causa mortis erat: tulit sententiam crudelissimam de morte innocentis. Ideo sequitur in contextu. *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.* Pilatus ambitiosus nolens amittere principatum, quanquam pronuntiaisset Christum innocentem, volens tamen magis clamoribus populi satisfacere, quam Deo, & iustitiae, timensque ne accusaretur de Caesaris rebellionem, cum hoc, nullum suspicans periculum, et si innocetem pauperem morti adiudicaret (maxime quia contradictor aliquis non apparebat) protulit sententiam, & iudicauit eum ob culpam affectati regni esse crucifigendum. Quia enim Iudaei Caesarem Regem, & dominum Romanorum subiecerunt condemnauit Iesum quasi usurpantem Caesaris potestatem. Prae-

Indic. 2.

Psal. 21. Osee. 5.

Act. 3.

Ioan. 14.

terea Pilatus Christum quem innocētem sciebat damnauit sequens multitudine opinio- nem: ita vt non auderet absoluerē, quem omnes cupiebant damnare. Disce non sequi om- nium votum, si tu sentis iuste iudicandū. Vnde in Exodo. Non eris post multos ad mala. Ambitosus itaque fuit Pilatus & pusillan- imis: timore enim Iudęorum, non ex malitia damnauit innocentem. Non tamen propter hoc excusatur Pilatus: quia cū iudex esset re- nebatur ex officio seruare iustitiam: & nec timore credere debuit, nec amore, vt faceret contra eam: qui si omnino voluisset quem ius- tum pronunciauerat eripere potuisset. Mi- nus tamen peccauit quā Iudęi: in sceleris enim vt eam ab eius manibus liberaret, & eius mo- tium fuit minus malum: quia Iudęi ad occidendum Christum mori sunt per odium: Pilatus vero propter Cęsarıs fauorem, & Iudęorum timorem. Sic ergo eis cōsensit, quia cum effectu furori eorum obuiare potuit. Cō- sentit enim qui cum potest arguere non ar- guit. Sicut enim tunc Pilatus sic hodie faciūt multi iudices timore vel fauore à veritate iudicij declinantes: & iustitiam subuertētes. Ecce quomodo innocentissimus agnus vt te à iudicio, & lamento iustę & æternę dam- nationis eriperet iniuste propter te iudicio dam- nari prælegit: ecce quæ non rapuit pro te sol- uit, & tu nec deuotionis soluis pinguedinem nec compassionis refundis affectum. Cogita quantum amici eius clamauerunt, quando il- lam sententiam audierūt. Sed maledicti gau- dent exultantque quod intentum suum pra- uum habent: eum qui est verus & æternus Deus derident, & eius mortem quātum pos- sunt accelerant, nec beneficiorum & operum eius recordantur, nec propter innocentiam eius mouentur: & quod crudelius videtur nec propter afflictionem quam in eo vident se re- trahunt. Admonemur hic quod sicut Salua- tor noster sustinuit pro nobis iniquam senten- tiam ab homine contra se ferri: sic & nos pro Deo, curare non debemus iniqua hominum iudicia. Vnde A postolus Corinthijs suis dice- bat. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicetur aut ab humano die. Sed procedamus. *Dixit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuit in carcerem quem pe- tebant. Iesum vero tradidit voluntati eorum.* Dat veniam coruis Pilatus, & vexat censu- ra columbas: quod etiam & nunc quotidie fieri cernimus Nam scelerati soluuntur quasi

essent innocentes, & pau peres grauibz scie- nis plectantur. Si innocentia tanta fidei Chri- sti nõ erat in orbe tuta, & sub tãtis iudicibus, & in tanta ciuitate: quid in mũdõ est de pau- perũ innocentia, quæ non est rara sicut illa quę declarata erat virtutibus, miraculis, & do- ctina: propterea solatium hic accipiat inno- centia laesa à iudicibus. Nõ est autem hoc mi- randum quia propter innocentiam omniũ non dimittit lupus eas deuorare: & maxime cum sint in syluis, vel prope syluas, ciuitates, & vr- bes. Syluę sunt vbi habitāt multi bestiales hõ- mines, & tanto maiores syluę quanto maio- res ciuitates. O, quā ingens fuit lætitia illius nequissimę gentis, quando auctoritatē iudicis innocentissimus agnus illis fuit traditus illu- dendus, & pro libito tractandus. Vestierunt eum vestimentis suis, vt magis agnosceretur in propria veste, quam in aliena, & ductus est foras citius ne mortem eius differant, & ligā- tes fune manus, & collum ipsius, postēres lig- num magnũ crucis, super delicatissimos hu- meros suos, extra propriã ciuitatē eiciunt. Ec- ce nunc Rex noster portat sceptrum in signũ glorię, portat trophæum in signum victorię: quo principatũ, & potestatem spoliando trium- phauit. Vide nunc summu sacerdotem intrã- tem in sancta sanctorum, tãquam paradisi cla- uem super humerum portantem. Ecce Abel educitur in agrũ à fratre, vt ab eo perimatur: & Isaac ligna holocausti portat. Et sicut Isaac nõ est occisus sed aries: ita Christus nõ quate- nus Deus, sed quatenus homo est mortuus: Nam sicut si quis ignito ferro aquã super in- fundat extinguitur ignis, qui natus est pati ab aqua, ferrum autem manet incolume: sic hu- manitas passa est quæ pati poterat, non diuini- tas. Vide etiam & Mosẽ cũ virga cuius per- cussione apertum est mare, per quod filij Is- rael in terram promissionis transferunt. Vide hic Elifæum cum ligno ad quarendum securi- tum, quæ in imo demersa erat vt in hoc saluti- fero ligno Christus suscitaret genus humanũ in imo jacens. Hic adimpletum cernimus il- lud, quod olim prædixerat Esaias. Principatũ eius super humerum eius. Eduxerunt autẽ il- lum extra ciuitatem, quorum enim animalũ sanguis inferebatur in sancta sanctorum ho- rum corpora educebantur extra castra, cum cremabantur, & immolabantur. Sic Christus extra castra passus est, & immolatus pro no- bis, vt nos Deo conciliaret. Bailans vero cru- cẽ, per hoc inducit ad sui sequelã sicut antea dixit.

Exo. 23.

Psal. 68.

1. Cor. 4.

Leuit. 16.

Gen. 4.

Gen. 22.

Exod. 14.

4. Reg. 6.

Esa. 9.

Leuit. 8.

Matth. 16.

Hebra. 13. 2. Cor. 4.

Dicitur.

dixit, Si quis vult venire post me abneget se- metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si verus Christi imitator se ipsum abne- get, crucem suam tollendo & extra castra se- cum in prope-ria eius portando, tãquam pur- gamentum huius mundi factus, semper mor- tificationem Iesu in corpore suo circumferat, vt & vita Iesu in corpore suo tandem mani- fecta fiat. *Et cum ducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cirenensem venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post le- sum.* Lento gradu incedete Christus, imponit crucem Simonĩ, qui de Cirenæ ciuitate Libiæ erat, & parer Alexandri, & Ruffi. Hoc fecerunt non ex compassionē sed timorē, ne Pila- tus sententiã reuocaret, quia volũtatẽm dimittendi eum ostenderat, & timebant ne antequam crucifigeretur reuocaret senten- tiam. Ideo mortem Christi accelerare volen- tes hunc Simonem angariauerunt: veltiani quĩ isti Iudęi volebant, vt Christus non lo- li. *Non moreretur sed, vt moreretur morte ma- ledicti crucis, nam maledictus erat secundũ legem, qui suspendebatur in ligno: timentes verũ, quod fatigatus pondere crucis post fla- gella & vulnera in via defeceret accelerare volerent crucifixionem, vt sic ignominiosus moreretur.* Expēde etiam quod Pilati do- mus à Caluaria monte distat mille octingē- tos septuaginta duobus passibus, vt videas quam longa via Christus Dominus cruce onu- stus incelsit, post tot præcipue labores, & an- gustias. Præterea hæc Beati Lucae verba du- pliciter solent exponi, Vno modo vt illa par- ticula, post, dicat posterioritatem temporis: & iste intellectus est magis communis: ita vt de- posita cruce de humeris Christi postmodum Simon portauerit eam solus. Alio modo vt di- cat posterioritatem loci: ita quod Christus præ- cesserit portando crucem in parte anteriori, & Simon sit subsequens portando partem posteriorẽ, quia solus non poterat portare: ita quod ambo portabant, Simon adiuan- do, & simul cum Christo post ipsum portan- do: & hic secundus sensus mihi melior & ve- rior videtur, & literę magis consonans beati Lucae, & in antiquis picturis ita depingitur, Simon hic eandem crucem simul cum Chri- sto portando. Sequitur. *Sequebatur autem eum multa turba populi: & mulierum, quæ plange- bant eum & lamentabantur eum.* Non dubium quin ibi fuerint viri fletus: quia credibile est ibi fuisse Ioseph Abarimathia, Gamaliel, &

Nicodemu: sed quia formidinis sexus tan- quam contempribilior liberius poterat prin- cipibus sacerdotum presentibus quid con- tra eorum malitiam scriberet ostensare: ideo præcipue dicuntur mulieres hie fletisse. Quadruplex, autem turba etiam sequeba- tur. Prima carnificum quæ eum trahēbant, & premēbant. Secunda Iudęorum, quæ eum irridebant. Tertia eorum, qui ad vi- dendũ spectaculũ veniebant. Quarta amicorum, qui anxie loquebantur. Tu etiam si Christi passionẽ non dolēs, nec lugēs, sed in hac vita dies trahis risu, delicijsque sig- num maximum est, quod non est de turba amicorum Christi: qui quidem vna cum de- uotis mulieribus lamentabantur, & seque- bantur fugentes. Sed quia nouit Dominus qui sunt eius præter illa furentis populi tur- ba ad amantes & plangentes se; semittis o- culos & ora conuertit: quia suos libenter re- spectit Dominus, & dixit eis. *Filie Hierusalem nolite flere super me.* Nunc lamentamini me moriturũ cuius cito resurrectio soluet mor- tem & ipsum mortis autorem destruet. Non enim oportet flere eum, qui propria pariter sponte: sed magis ei applaudere, nam mors mea vita est. Non oportet mortem iustorum flere, quia isti mutantur in melius, & ab hoc exilio in patriam morte interueniente tran- seunt. *Aduerte quod cum filias Hierusalem appellat, significatur quod non solum mulie- res de Galilæa eum sequuti sunt, sed etiam alię mulieres eiusdẽ vrbs eum sequutę sunt, & ei adhaeserunt.* Præterea istę mulieres ty- pum gerebant eorum qui aliorum compati- untur & miserentur sed non sibi, aliorum que peccata deplorant & accusant, sed de suis mo- ribus non curant: contra quod dicitur in Ec- clesiastico. *Miserere animę tuę, placēs Deo.* Non ergo prohibet Dominus compassionẽ: sed prædicat aliam ludus causam. Ideo subiū- gitur. *Sed super vos ipsas flete & super filios ve- stras.* Hoc dicit propter miseriam, quæ erat ven- tura à Romanis in obfidione & vastatione Hierusalẽ. Super vos & super filios vestros fle- te, & super imminente excidio vrbs & gentis vestrę: vosq; ipsas & vestrã progeniẽ dignis lachrymarũ fletibus abluite, ne vltione meæ mortis dānemini, etiã cū perfidis. *Quoniaẽ ecce dies veniẽt.* Scilicet quadagesimo anno post meã passionẽ. *In quibus dicent.* Pręangustia & dolore maximo & amaritudine cordis gemẽ

Luc. 82

Ecl. 30.

tes & ululantes. *Beata sterilis, & venires qui non genuerunt, & vbera, quae non lactauerunt.* Quia agiliores ad fugiendum quam grauidae, & etiam quia pro se solum erunt anxiae, & non pro filiis: nam matres duplici dolore concutientur: uno ex partu suo, alio ex dolore filiorum. Nam vastatione Hierusalem matres filios iugulabant & comedebant. Ideo illae, quae filios non habebant aut nutriebant beatae erant praeter illas. *Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus operite nos:* Quia multi tunc dicent. Vtinam montes caderent super nos, & colles operirent nos. His verbis explicat Christus mala, quae ventura sunt super Iudaeam & Hierusalem in vitionem mortis suae, quae erit talis, qualis nunquam fuit tribulatio ex qua homo esse coeperit. *Quia si in viridis ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Nam si Christo omnium virtutum tor tormenta inferunt: in peccatore ab omni humore gratiae destituito & arefacto, quid fiet? Certè grauius punietur. Quasi omnibus diceret. Si ego qui peccatum non feci & fructuosus sum sine igne passionis de mundo non exeo: quae tormenta manent peccatoribus, & impijs, qui fructibus sunt vacui? Christus hic dicitur lignum viride, faciens fructum & per consequens indignum abscessione per mortem. Viride etiam lignum & fructiferum sunt iusti & electi: sed aridum & infructiferum sunt peccatores & impij. Vide tu qui peccata multa contra Deum fecisti, & modo nihil pateris aduersi, aut infirmitatis vel tribulationis: quantum aeterna tormenta timere debeas. Putant enim mali quod flagella, ignes, carceres, exilia, & horum similia, non propter ipsos facta sint, sed pro bonis & iustis: quia has poenae tantum in bonis vident, & quod ipsi immunes erunt. Sed falluntur nimis, nam poenae propter culpam factae sunt: & propriae malorum sunt, & non bonorum. Quod si viderint bonos hic pati, iustos affligi, & au dierint Stephanum lapidatum, Laurentium crematum, Sebastianum sagittis confectum: reliquos Dei amicos diuersis supplicijs, & tormentis interemptos, denique ipsum dominum, ac redemptorem nostrum crucis patibulum subire: dolent ipsi peccatores, & timeant, quam graue tormentum, suppliciumque illis paratum sit, qui quotidie peccat: cum talia passi sunt innocentes, & Dei amici. Ideo apud Ieremiam habetur. Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, libenter biberent: & tu quasi innocens relinqueris? Non eris in-

nocens, sed bibens bibes. Certe domine Iesum verum est: quia si tu arbor sancta, lignum vitae fructuosum & benedictum tanta pateris, & ramis tuis spoliari: quid erit de nobis miseris, qui sumus lignum infructuosum & siccum: aptum pro igne & gehennae incendijs? Si ergo incipit iudicium de domo Dei, & omnes qui pie viuere volunt in Christo persecutionem patiuntur: quis finis eorum qui non credunt euangelio, & impie viuunt? Cruciatu aeterno, in quibus mali in perpetuum detinendi sunt. Nam huius vitae tribulationes, deliciae certe sunt: quibus Deus amicos suos afficit. Illi inquam tibi timorem debet incutere: nam quae hic mala patimur, malorum nomen non merentur, siquidem adeo momentanea sunt, ut simul cum breuitate vitae finiantur. Igitur ex his omnibus, ut concludam, considerare debes quanta passuri sunt illi, quos Deus reprobat, si tanta passi sunt, quos amat. *Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur.* Hoc procuratum est per Iudaeorum accipies, ut Christus infamaretur societate latronum, & a vulgaribus videretur in criminibus eorum participasse: & sic videretur mortem eorum iuste procurasse. Hic adimpletum esse cernimus quod Esaias dixerat: Et cum iniquis reputatus est. A duerte autem quod Christus redemptor noster cum captus fuit in horto dicit Iudaeis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs comprehendere me. Propterea Christus conqueritur, quod iam quod ipsum comprehendere vellent, ne ut latronibus cum eo tunc se haberent quia enim vir maximus nominis habebatur hoc multum dedecus sensit. Et quoniam ad eorum animos peruenerat Christum hoc supra modum vexasse, ad partem plus laesam iacula mittere statuerunt. Et ideo inter duos latrones eum crucifigi fecerunt quasi dicerent. Qui agere tulit, ut latro comprehendere, actus feret se inter latrones crucifixum videre. *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarie, ibi crucifixerunt eum: & latrones, unum a dextris, alterum a sinistris.* Praecone clamante, vituperabiliter ductus extra portam Hierusalem peruenit ad locum Caluarie vitique foetidum, Hebraice Golgotha dictum: vbi malefactorum puniebantur. Idcirco dominus Iesus pro omnium salute in loco peccatorum est passus ut ostenderetur pati pro peccatoribus: & vbi prius erat area damnatorum, ibi erigeretur vexillum martyrum, ut vbi abundauit peccatum superabundaret gratia Dei: & in hoc ostende-

1. Tim. 3.

Esa. 53.

Rom. 5.

retur

retur quod per tolerantiam supplicij peruenitur ad coronam martyrij. Et sic pater mortis Christi turpitudine ex conditione loci: quia passus est in loco, vbi puniebantur malefactores, & rei. Pater etiam ex modo mortis: quia crucifixus erat turpissimum genus mortis. Ex ratione societatis: quia inter duos malefactores quasi noxius est crucifixus. Et fuit turpis, ratione temporis: nam fuit in die primo Paschae solenni, vbi plurimae erant nationes: & conuenerant ex omnibus Iudaeae locis ad celebrandam Pascha in Hierusalem ad sanctum Dei templum: & sic fuit multum infamatus, & per consequens maior fuit dolor tantam crudelitatem & afflictionem tali tempore sustinere. Praeterea extra portam passus est ciuitatis. Primo ut ostenderet virtutem passionis suae non esse includendam intra terminos Iudaeae gentis. Secundo ut ostenderet quod quicumque exire mundum: saltem per affectum. Rursus in medio terrae habitabilis salutem operatus est, ut omnibus esset equalis: non enim acceptor personarum est Deus. Item sanctificauerat Christus terram, pedibus sanctissimis suam conticando: aquam super eam ambulando: & ignem, quia sanctificandus erat in specie eius spiritum paraclitum mittendo discipulis: sed nunc aere sanctificat in aere eleuatus, vbi mori dignatus est. Secundo in aere etiam mori voluit, quia commune est elementum: & sic mors eius pro omnibus aequaliter offerretur: ex parte sua, quo ad sufficiendam. Caetera enim elementa suos dominos habet, ita quod terra vnius, non sit alterius: nec flumen vnius, aut ignis, non sit alterius: sed aer omnium est, & tantum habet aeris pauper sicut diues, agricola sicut rex, & idiota sicut litoratus. Sic etiam Christi passio, pro omnibus fuit. Nudus etiam crucifigitur, ut videas quanto igne charitatis & dilectionis ardet: qui vestes in hyeme habere non potest. In monte crucifigi voluit: quia apud antiquos mos erat pro reformanda pace inter aliquos potentes, quod ipsi montem aliquem ascendebant & ibi dicebatur agnus, cuius sanguis fundebatur: in signum quod sic fieret frangenti fidem. Magni domini & potentes fuerunt Deus, & homo, inter quos fuit contentio & bellum: sed tandem reformata est pax: pro cuius reformatione ductus est in mortem agnus immaculatus, vbi fusus est eius sanguis: in signum quod grauis iustitia faciendae est de illis, qui hanc pacem per-

Psal. 73.

Psal. 10.

Ab. 2.

Gen. 3.

Gen. 3.

Gen. 3.

Gen. 3.

peccatum confringunt. Hac morte crucifixionis voluit mori extensus in cruce a peritis manibus, ut tibi regnum caelorum concederet, vlnis explicitis, ut te amplecteretur, & ad suam amicitiam reuocaret: quantumuis peccator fueris, latere perforato, ut te in vilceribus, & corde conderet: & cum spiritum emittebat caput inclinatum, quasi signum faciens vocationis, ut ad eum te conferre properes. Denique pedes habet affixos: nam ite ad sumendum de tuis iniquitatibus supplicium tenuit. Considera nunc quomodo suis vestibus nudatus, & super lignum crucis, quod in terra positum erat dire proiectus & strictissime in modum pellis hinc inde: est extensus. Foramina prae fecerunt in cruce: quia brachia, & pedes Christi non poterant foramina attingere: ydolis ligatis funibus in manibus & pedibus tantum traxerunt & dulces manus, & pedes, ita atrociter extenderunt, quod omnes iuncturae ossium dinumerari poterant, iuxta illud salmici. Dinumerauerunt omnia ossa meae: quia diuina mirabilia ea fecerunt. Haec autem extensio nimis acerba fuit: & maximam poenam Christo intulit. Hic etiam adimpletum cernimus illud Psalmi. Foderunt manus meas & pedes meos. Extensis ergo neruis, & venis, ac protentis iuncturis violenta extensione, affixus est cruci in manibus & pedibus durissime perforatis & sauciatis: cum clauis magnis & durissimis, curcum carnem, neruos, & venas, ac compages ossium dissiptantibus. Quorum stimulis excita & tu manus & pedes tuos ad omne opus bonum: quia enim primus homo ad lignum preuaricationis manibus extendendo, & pedibus accedendo chirographum damnationis nostrae diabolo consecrasti: idem Saluator noster ut chirographum illud deleteret manibus, & pedibus ligno salutariter crucis affigi voluit, clauis inuictissimae charitatis: de les per hoc chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. O, quam libenter crucem ascendit: & quanto amore omnia pro nobis sustulit. O, quante voces, ac tristes ululatus, & gemitus, ibi ab amicis suis & praecipue a matre sua maestissima audiuimus: dum sic crudeliter extenditur, clauatur, & foeditur & toto corpore dissipatur. Cum ergo crucifixio facta esset cruce in terra iacente: post haec Christum crucifixum leuauerunt cum cruce, quae quidem eleuatio non dubium quin maximi doloris fuerit, eo quod tunc lacerabatur vulnera

Psal. 11.

Gen. 3.

Colo. 2.

ra ma

Gene. 4.  
Gene 2.  
Name. 21.  
Gene 28.

ra manuum & pedum, ex ponderositate corporis: profluxeruntque copiosi riuus sanguinis: vndique ex illis magnis scissuris, & fontibus Saluatoris. Hic siste tu quisquis es, Christi sanguine redemptus. Ecce Abel occisus a fratre, ecce Isaac ligatus a patre, ecce serpens aeneus exaltatus in deserto a Mose, ecce scala Iacob, quae caelum tangebat, per quam ascendere nos oportet in caelum, & Dominus Iesus innoxius scala. Ecce Deus occisus ab homine, & Iesus crucifixus in carne: ecce Rex tuus suspensus in cruce; & Dominus tuus condemnatus morte & homo mitis, innocensque proprio inuolutus sanguine. Clauis ferri sustinent totum pondus totius corporis eius. Dolores acerrimos tolerat, & ultra quam dici vel cogitari possit affligitur. Vide quanto dolore & labore Dominus stetit in cruce: & non taceat te in sermone suo stare. Stetit nudus corpore, sed vestitus amore, & amoris calore inflammatus. Fixis ergo in illa vulnera oculis, interna pietate considerat illud corpus tenerum, corpus illud innocens, corpus immaculatum; gratia crucis extenhoue grauitur laceratum. At tunc & vide si est dolor sicut dolor eius. Sed vide quomodo agnus innocens qui non aperuit os suum ductus ad victimam nouissimam verbum benedictionis quale a seculo non est auditum super inimicos effudit. Arrige aures, & audi sequentia. *Iesus autem dicebat. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt.* O verbum magnae patientiae: magna dulcedinis amoris & ineffabilis charitatis. O dulcissimum pectus; non suam attendit iniuriam non poenam reputat, non sentit contumelias, non obliuiscitur misereri Deo, sed eorum potius a quibus vulneretur ipse medetur; & vitam procurat a quibus occiditur, orat pro eis nec vltionem appetit. Quid hoc verbo mansuetius? Quid benignius audiri potuit? Cur ergo fornicia, factuca, puluis, & cinis, vnde dictam expetis, & remissionem protrahis, cum videas Regem gloriae remittentem contumelias. Iam hic vide summum Pontificem Aaron inter mortuos, & viuentem pro populo interpellatam, & plaga cessauit. Sic summus sacerdos Christus secundum ordinem Melchisedech postquam inter Deum, & homines, pro peccatoribus orat, & dicit, dimitte illis, &c. In cuius persona egregius Psaltes ait. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Iob quoque ait. Haec passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem mundas apud Deum pre-

Thren. 1.  
Esa. 5.

Num. 16.  
Psal. 109.

Psal. 108.  
Iob. 16.

ces. Sed quid tibi & crucifigentibus te Domine Iesu, ut pro eis dicas, Pater ignosce? Scit enim iustitia tua quod peccatores, non exaudis, etc. Eja. 59. go maxima iniquitas maxime claudicatum ad aures patris pietatis. Quod autem peccatum maius, quam innocentissimum Dei filium occidere, post tot mirabilia, & tu nihil minus clamas Pater ignosce? Praterca accusant te summi sacerdotes, deponunt contra innocentiam tuam falsi testes flagellaris, dederis, inique iudicaris felle potaris: & tu innocens cum Patre tuo tractas de eorum salute, Pater ignosce? Et ultra, nonne sanguis Abel vnde dictam clamat de terra non misericordiam? cum ergo multo maius fuerit peccatum hoc quam illud: videtur quod vindicare debeas, non tantum miseris: tunc lex clamat oculum pro oculo, dentem pro dente: & ecce quasi prauaricator legis tu pro occidentibus clamas, Pater ignosce? Si proprio filio non pepercit innocenti: quomodo parceret tanti impietati? Quomodo igitur a Patre petis, Pater ignosce illis? Mirabilis res si bene perspexeris. Modici sunt sermones eius scilicet Christi super oleum: hoc est super omnem misericordiam: & tamen ipsi ei sunt iacula mortis. Rursus si sic condonas inimicis tuis, si sic pro eis ex corde patris efflagitas: quid Domine Iesu amplius facturus es amicis tuis? Sed quauis haec ita esse videantur, non mireris quod Patrem orat: quia maior est misericordia crucifixi, quam iniquitas crucifigentium. Melior est misericordia eius super vitas: etiam si mille ei auferantur. Quod si volueris testimonium, audi Apostolum. Sed non sicut delictum ita. & donum. Plus enim potest salus, quam perditio, vita quam mors, gratia quam peccatum: ut tibi abundauit delictum superabundet & gratia. Quod si fel ei dederunt: quid parum fellis immixtum immenso dolio mellis? Nonne fel abforuebit, & totum fel in mellis dulcedinem conuertet? Quid ergo miraris si se continere non possit fons misericordiae si ex abundantia calciatum dissoluat. & effluat super inimicos suos? Allegas legem talionis, & non audis Apostolum dicentem: Neminem ad perfectum adduxit lex? Dicis sanguinem Abel clamare vindictam, & non audis Apostolum dicentem sanguinem Christi melius clamare quam Abel: quia sanguis illius vindictam, Christi autem sanguis misericordiam requirit: Et si peccatum crucifigentium fuit maximum, nonne didicisti quod abyssus miseriarum inuocet abyssum misericordiarum?

Gene. 4.

Exo. 21.  
Matth. 5.

Psal. 54.

Psal. 62.

Rem. 5.

Hebre. 7.

Gen. 4.

Psal. 41.

Psal. 41.

Psal. 93.

Ionn. 10.

rum; & ubi maior est miseria, maiori opus est misericordia: Denique miraris si sic ex affectu indulget inimicis, quid amplius sit facturus amicis? Sed certe fons abyssalis olim signatus, nunc apertus pater, amicis, & inimicis; ut inde hauriat de inimicis amicos facit, & vult huic nouissimo dare sicut tibi. Ied ait, pater ignosce illis. Magis Christus peccata hominum dolebat, quam penas quibus torquebat: nam vultus quod aliquis vulneratus praeteriter sentit de illo coqueretur primo, illud que primum sanari desiderat, postulatque. Sed primum verbum quod Christus dicit in cruce, est dolor de peccatis hominum quibus peccatis facere medicinam desiderat: igitur magis de nostris peccatis dolet. Secundo maius malum maiori dolore prosequendum est: cum autem culpa sit maius malum quam poena quae cumque, maiori dolore culpa sentienda est: ideo Christus prius de culpa peccatorum conqueritur, quam de poena, quam patitur. Sed verba orationis expendamus. Primo paternum allegauit affectum: cui enim omnium generalem patrem appellat, cum enim in horto oraret dixit pater mihi: nunc vero ignosce illis. Ac si diceret. Non sicut olim te Deum vultionum, & dominum exercituum appello, sed patrem pietatis, & misericordiae: cui proprium est misereri semper, & parcere. Pater enim illorum tu es: ideo coram oportet misereri. Secundo allegat suam voluntatis conformitatem ad patrem cum dicit, ignosce illis. Ad eius tendit affectus quod cum lachrymis, & clamore rogat. Achi diceret patri. Pater ego & tu vnum sumus, vna voluntas, & vna bonitas, iam quod in me perpetratur eis indulgeo, quapropter pater indulge illis. Aduerte quod non dicit, ego condono illis aut ignosco, ne aliquis in suum animum in duceret Christum, eostanquam infestos sibi, & inimicos habere: nam quauis ipsi erant inimici crudeles, non erat opus, ut Christus eis ignosceret, quando quidem iam ignouerat. Quod quidem aperte ostendebat per hoc, quod ut verus amicus pro ipsis orabat. Ideo a patre postulat, ut condonet sicut ipse iam condonauit. Tertio allegat eorum ignorantiam, quia nesciunt quid cogitauerunt contra me: nesciunt inquam quid faciunt. ideo pater indulge illis. Sed dubium hic oritur, an haec Christi oratio fuerit a patre exaudita: nam videmus quod multi ex persecutoribus Christi manserunt in infidelitate sua, & finaliter fuerunt damnati. Dicendum quod

Christi oratio fuit exaudita pro omnibus pro quibus orauit; non tamē orauit pro omnibus crucifixoribus suis ut fuerunt hi qui propter inuidiam, & superbiam, scientes illum Messiam & filium Dei, negantes crucifixerunt eum: ut fuerunt Caiphas, ac scribae in lege doctissimi, summi que sacerdotes, qui ex malitia peccabant. Sed pro illis orauit, qui ex ignorantia zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, nescierunt quid fecerunt: ideo in oratione addidit, quia nesciunt quid faciunt. Erant enim ibi multi suplices, & illiterati de turba, qui se ducti a sacerdotibus Iudaorum persequebantur Christum zelo legis: & pro istis orauit Christus, & non frustra: quia vno die existis coeuerunt tria millia, alio die quinque millia: & ut infra euangelista noster Lucas ait cum Christus spirauit, multi hoc videntes reuertebantur percutientes peccata sua. Docemur hic primo ut cum aliorum mala narrauerimus: si qua ipsa agnoscimus, exemplo Christi qui peccatum tan grande excusat apud patrem. Contra autem multi faciunt sua scelera minima, peccata autem aliorum agrauant sic accusati possunt dicere illud Psalms. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: & prolongauerunt iniquitatem suam. Iob quoque ait. Ostendat vos fabricatores mendacij. Talentum pumbi ponitur super ollam in qua erat iniquitas. Secundo iniurias nobis factas propter nomen Christi cito remittete, & vltionem pro eis non expectate: contra multos, qui odia sua tenent in mente, similes canis, qui cum non potest laedere tem se mordere, lapidem sibi proiectum conatur dentibus rodere, & portare. Vox enim carnificis est, sicut peccauit sic puniatur: vox christianorum, sicut cecidit sic releuetur: sicut dolet, sic curetur. Tertio quod nemo desperare debet de salute sua: quia diu viator est quatumunque graue peccatum commiserit: si quidem nunc videt dominum orantem pro suis persecutoribus. Quid enim, coeueris, & contrito, non ignoscitur: si sanguis Christi suffragetur? Quis homicida desperet, si in spe venit in quo etiam Deus occisus est? Quare quod in nobis Christi exemplo, sic debet charitas abundare, ut inimicos diligamus: & pro ipsis oremus sicut & Christus orauit. Eumolliat ergo cor nostrum, iuxta illud prophetae. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Christus enim flagellis celsus, spinis coronatus, clauis corossus, affixus patibulo, opprobrijs statutus omnium tamē

Rom. 10.

Act. 2. & 3.

Psal. 118.  
Iob. 16.

Zach. 5.

Psal. 94.

Ioann. 19.

men dolorū immemor, ignosce ait illis. Sed ad contextum *Disidentes vero vestimenta eius miserunt sortes.* Sortem miserunt super illā tu nicam quæ inconfutis erat; & desuper con-  
 texta per totū. Et ideo ne scinderetur ad vñū eam integram peruenire sorte maluerūt, alia autem vestimenta inter se diuiserūt: q̄ olim eximius prophetarum David prædixerat in Psalmo. Partiti sunt vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. Ex quo apparet Christi passionis ignominia, eo q̄ nudum eum crucifixurum q̄ non fit nisi vltibus personis. Ostenditur etiam crucifigentium auaritia, quia vestes Christi quāuis parum valerēt: omnes tamen sibi rapuerunt. ¶ Voluit autem Dominus sic nudari, vt vestiret nos veste immortalitatis in gloria cælesti: nam sicut Ionathas dedit David vestimenta sua vsq; ad baltheum in signum amoris, sic Christus vt ostēderet charitatis ardorem spoliari non dedignatus, vt nos dilectissimos suos stola gloriæ vestiret. *Stabat populus expectans & deridebat eum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit, se saluū faciat. Si hic est Christus Dei electus.* Illudius fuit Christus in domo Caiphæ, in domo Herodis, in domo Pilati à militibus Romanis: & nunc in cruce à turbis, principibus, & militibus, vnde dicere poterat. Filios enutritiui & exaltaui, illi autem spreuerunt me. Si-  
 cut enim illa Michol quia David nudus salta-  
 bat coram arca Domini in spiritu & humili-  
 tate, & illa illudēbat ei: sic hæc maledicta synagoga, Christum nudum illudēbat in sua humili-  
 litate. Hæc enim est illa mulier Iob, qui cum nudus plenus vlcibus esset subannabatur di-  
 cēs. Adhuc permanes in simplicitate tua? &c. Sic hæc Christum subannabatur saluū facere meritum. Sed quid Iob? Nūq̄ ingressus sum de vtero matris me, nudus reuertar illuc in cruce affixus. ¶ Præterea senserat diabolus crucis virtutem, & positus in linguis istorū, sicut in deserto Dñs dixerat. Si filius Deies, dic vt lapides isti panes fiant: ita & nūc ait, se saluum faciat: si hic est Christus Dei electus. Iā quidem de demonem pœnitebat crucem elegisse. Inpellexit enim fractas esse vires suas: & hoc agit, vt de cruce descendat, ne faceret salu-  
 lutem quam inchoarat. Cōsidera modo quid in aliorum exitu dæmon facit: qui contra ip-  
 sum mundi Saluatore & Dominū venire præsumpsit. In cruce ergo tanquam in mulci-  
 pula captus, est diabolus & victus: multipule enim diabolus crucis Christi fuit, & esca, qua ca-

peretur mors Dñi. *Item illudēbant ei & mili-  
 tes accedentes, & acetum offerentes ei, & dicen-  
 tes. Si tu es Rex Iudæorum saluum te fac.* Nullus mortaliū a deo derisus est, sicut Christus. Deridebat enim eum populus qui aderat deridebat eum principes, qui facinus perpetra-  
 runt: milites, qui crucifixerant, & prætereun-  
 tes per viam, & latrones qui cū eo erant cru-  
 cifixi. Impletur certum prophetiam, quæ ait. Omnes videntes me derisurum me. Et illud. Ego sum vermis, & nō homo, opprobriū hominum & abiectio plebis. Et alibi. Deside-  
 rabimus eū despectū & nouissimum virorū. Et rursus. Quasi absconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eum. Et in Psalmo. Ego sum factus opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua. Et illud. Propter re ob-  
 tinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Iam hic vide Saonem, in ludibrium infidelīū adductū. Vides Semei sanctum Regē David exprobra-  
 tem, & maledicentem: postquam à filio eius est eiec-  
 tus à Hierusalē. Vide Patriarchā Noe nudatum iacere in tabernaculo suo: & à filio derisum. Sed si Chā deridebat illū, filij boni venerabatur. Sic tanē quē impij Hebræi & Gentiles derident, nos veneremur proni adorantes. ¶ Sed putas q̄ tantū tunc est Christus derisus? A quo nūc Christus crucifixus nō irridetur? Quis nunc amat iniurias, opprobria, tormenta, & crucem? Christū adoramus glorio-  
 rum: quem cōtemnimus, & irridemus crucifixū. Vbi est qui nūc cum Paulo dicit, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi? Illudēbant itaque isti milites cū alijs, & accedentes offerrebant acetū. Accedebant isti corpore, sed longe erant mente. Miseri & cæci debent supplicare. Saluos fac nos qui indigemus, & nō saluū te fac: cū ipse esset ipsa salus. Sed Dñs Iesus nō acquieuit, docēs nos in tribulatione habere pœnitentiā. ¶ At vt Iudæis non sufficit, q̄ Christum crucifige-  
 rent: sed etiam crucifixum eum diuersimode deriserunt. Ita & multis non sufficit Christi crucifigere nunc peccando: sed etiam deridēt crucifixum, peccata iterando, vel de peccatis se iactando. Magna iniq̄uitas fuit deridere sic afflictū. In Ecclesiastico enim habetur. Ne irrideas hominē in amaritudine animæ suæ. Sicut enim Noe quem nudatum, & inebria-  
 tum derisit iunior filius, propter q̄ maledi-  
 ctus est: sic Christus in cruce nudatū, & vino  
 charita-

Psal. 27.  
Esa. 55.  
Psalm. 103.  
Psalm. 68.

Indic. 16.  
2 Reg. 16.  
Gene. 9.

Galat. 4.

Eccle. 7.

Gene. 9.

2 Reg. 6.

Indic. 9.

Ioan. 19.

charitatis inebriatum, irrisit Iudæicus popu-  
 lus: propter q̄ in toto mundo est maledictus, & sterilis, & filiorum spiritali procreatione omnino caret, sicut Michol quia David derisit. Admonet locus iste quōdā quando fuerimus in sublimi contemplationis, vel sacre actionis aut sancte religionis positi non debemus ad verba subannantium descen-  
 dere, nec ad mundanas occupationes: sed potius sustinere pœueriorum sublationes: sicut Christus ad Iudæorū insultationem, & tē-  
 tationem, exprobrationem de cruce descen-  
 dere noluit, sed sibi vsque ad mortem perseue-  
 rauit. Vnde dicebat vitis. Nūquid postum de-  
 serere vinum meum q̄ lactificat Deum, & ho-  
 mines, & inter cætera ligna promoueri? Sed multi pro minima contumelia descendēde de cruce patientiæ, alij de cruce pœnitentiæ. Secundo ne acquiescamus diaboli suggestionibus. Multis suadet diabolus per sua membra: vt descendant de cruce pœnitentiæ vel religio-  
 nis, vel boni propositi: & consentiant sugges-  
 sioni. Multos enim videmus qui in sancto die pasche cū Christo dño cruce ascēdērūt: sed in ipso sancto die pasche ab ea per infirmitatem, vel per malā consuetudinem descē-  
 duat. ¶ Tertio q̄ illi, qui cruci pœnitentiæ, & derisionis inserviunt, aut qui bene operantur in lege Dei, ne propterea desistat, aut desperent. ¶ Aduertendum quoq; hic est, q̄ isti irri-  
 fores acetum cruci offerrebant, & dabant ei bibere, vt hic Lucas noster narrat. Dixerat enim Christus q̄ stricbat hominum salutē, di-  
 cēs, sicut: & illi spongiam acetō plenam mix-  
 tam cum felle circumponentes obtulerūt ori-  
 eum. Cogita crudelitatem eorū qui asistebāt. Acetū offerunt vt in omnibus sensibus ipsum amaritū dine replerent. Iam enim velatus fue-  
 rat oculis, contra ligni vitri procacem visio-  
 nem. Iā maxillas eius pugnis attruerant, con-  
 tra pomi vitri masticationē. Iam collū eius alapis cæderant, contra cibi vitri tractio-  
 nem, solum restabat os, & nares affligere, & deo nares Christi, affligebant acetū odore, & os affligebāt eius amaritudine. *Erat autem super scriptio scripta super eum litteris græcis, la-  
 tins, & hebraicis. Hic est Rex Iudæorum.* Hunc titulū scripsit Pilatus in quo exprimitur cau-  
 sa mortis eius, quasi dicat. Ideo crucifixus est, quia erat rex Iudæorum. Mos enim erat Romanorum super lignū crucis ponere causam mortis crucifixorum. Ipse autē accusatus fue-  
 rat quod sibi regnum Iudæorum usurpare vo-

lebat. Pro hac enim causa Iudæi eum Pilato tradiderunt & Pilatus eum morte damnauerat crucis. Et quia Iudæi contra voluntatem Pilati petierunt Christum ad crucifigendum volens se vindicare de eis per talem modum ideo scripsit titulum, vt redundaret in ve-  
 recundiam ipsorum. Scripsit autem titulum illum non in vna lingua, sed in tribus fa-  
 mosis linguis: scilicet, Hebraicē, Græcē, & Latinē, & in qualibet lingua integre: vt diuersarum linguarum homines qui ad Dei testum conuenerat legere, & intelligere possent causam mortis, & vt omnis lingua confiteretur q̄ dominus Iesus Christus est rex regū, & do-  
 minus dominātium in gloria Dei patris. & vt omnis lingua commemoraret perfidiam Iudæorum, & ad ostendendum ipsum pati pro populo omnis lingua, & eis dominari in perpetuum. Sequitur. *Vnus autem de his, qui pende-  
 bant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es Christus saluum fac te metipsum & nos.* Idest salutem corporalem nobis tribuendo, & à morte liberādo: non enim curabat de ani-  
 mæ salute, sed corporis: & hanc etiam salutē deridendo & blasphemando dicebat. Sed du-  
 bium hic maximum oriri videtur nam Mat-  
 theus dicit, q̄ latrones qui crucifixi erant cū eo, improperebāt ei, & Marcus dicit qui crucifixi erant cum eo conuinciabantur ei? Sed quomodo ait Lucas q̄ vnus tantū deridebat eum? Ad hæc diuus Augustinus optime respō-  
 det, q̄ Mattheus, & Marcus pluralem nume-  
 rum pro singulari posuerunt, vt si se contigit in scriptura. Vnde Paulus cum ait, conclusērūt ora leonum, de solo Daniele intelligit: & secti sūt, de solo Esāia intelligit. Et in Psalmo. Aliterunt reges & terre, principes conuenerunt in vnum, pluralem numerum posuit pro singulari, vt in actis Apostolorum exponitur. Nam reges propter Herodem, principes propter Pilatum intellexerunt, qui testimonium eiusdem Psalmi adhibuerunt. Sic etiam more loquēdi dicimus. Hi Annibales, isti Scipiones, atque Metelli: cum singuli fuerint, vltimus est enim modus loquēdi. Quid vltimatus est quam dicere, & iustici mihi insultāt, licet vnus tantum insultet? Si diceret Mattheus am-  
 bos latrones insultasse, contrariū diceret: sed cum dicit latrones & non dicit ambo, potest dici q̄ vnus hoc fecit vsitato loquutionis modo per pluralem singularem intelligens: sic etiam plurale pro singulari accipitur: vt in Exodo de illo vitulo auseo dicitur. Hi sunt Dij  
 tui

Phi. 3.

Matt. 27.  
Mar. 15.  
Aug. hb. 3.  
de cōsen. e-  
nāz cap. 16.  
Hebr. 11.  
Psal. 2.  
Aet. 4.

Exod. 32.  
tui



*Danie 3,  
Iudic. 12.*

tui Israel. Et in Daniele. Sidrac Misac, & Abdenago Deos nostros non colitis, dicitur pro statua aurea. Et in libro Iudicā habetur quod sepultus est in vrbibus Galaad. Id est, in vna vrbū. Considera nūc quā magni despectus fuit illusio latronis: eo q̄ tā vilis & sceleratus homo, & etiam mortē damnatus, & mox pro suis sceleribus moritur? insultauit vitę auctori. Discamus Christi exemplo calumnias etiam ā vilibus personis patienter supportare: quan do quidē Christus talia patitur ā vili latrone.

*Respondēs autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuū.*

Duo in hoc latrone sunt mirāda. Prīmū quidē quā doctē verba pronūtiat. Culpā enim suā agnoscit: vt in Prouerbijs habetur. Iustus prior accusator est sui. Ait nāque. Nos quidā iuste digna factis recipimus. Sic David, bis est indulgentiā consequutus in adulterio, & in populi numeratione. Sic publicanus percutiens peccatus suū iustificatur. Alterum est quomodo innocentiā Dñi in tepide cōfiteretur dicens. Nihil mali gessit. Omnes discipuli Dñi fugerunt, & nullus, nec corā seruis pontificis aulę principibus, & magnis inimicis, publicē innocentia eius cōfiteris: Adunt siquidē scriba pharisęi, & seniores populi. Non vides q̄ accusas principes sacerdotū, & Pilatū? Nō times Centurionē, & milites? Nō vides quod lanceis te possunt transfigere? Vehemēter miror quomodo sis ausus illū predicare, & Pilatū inultū iudicem fateri, & c. ¶ Domine, inquit, ad Christū. Quomodo illū Dñm vocas videns eum, nec dum, cruciatum, & cruci affixū? Sed nihil mirū. Interiori enim fide illustratus, Dñm cōsiderabat. Memēto mei. Quomodo credis mīserem tui esse posse, de quo nūc audis, alios saluos fecit, se ipsum autē nō potest saluare? Vbi insignia Regis? Vbi purpura, & vbi aurū? Alij crediderunt videntes illū mortuos suscitantē: sed tu credis vidēs illum morientē. Fide Saluatorē agnoscit, spe postulat regnū, quod eius pœnitentia & charitas meretur. Habuit nāque hęc latronis cōfessiones cōditiones veri pœnitētis. Prima est vera suorum peccatorū cōfessio, quafatur se iuste, que patitur mori iuste: sibi ipsi culpā nō carni, mūdō, aut diabolo tribuendo: nā tua culpa peccas cū peccas. Secunda est omnis occasio-

nis peccati remotio. Increpauit enim alterū, & ab eius amicitia recessit dicens. Neque tu times Deū, & c. Quod tu etiam fac, fugiens peccatorum occasiones, & ā peccatis. Tertio spē, & maximā habuit fiducia veniā cōsequēdi: quā quidē maximē peccatoribus necessaria est. Ideo dicit. Memēto mei. Cōfidit enim per merita pāsionis Christi posse saluari. Præterea nō de regno tēporali agebat, sed de eter no: nō de presenti, sed de futuro. Itē credidit Abraham Deo nō in cruce posito, sed de celo loquenti. Credidit Esaias, sed sedēti super foliū excelsum: & credidit Moses, sed de medio ignis loquēti. Itē vidit Dñm, nō in regali throno sedentē: sed in pœna sociatū latronibus. Vidit in cruce pendentē, & orat quasi in cœlis sedentē: vidit condemnatū, & inuocat regē. Iudai crucifigūt, qui nouerūt leges, & prophetas: & tu latro vnde talia philosopharis? Magna fuit itaq; fides, & deuotio istius latronis: atq; ideo fuit absolutus ā culpa, & ā pœna totali. ¶ Docemur hic exēplo huius latronis, q̄ iniurias Dei nullatenus tolerare debemus, sed reprehendere sicut fecit latro iste. Secūdo vt quantuncunq; simus scelerati peccatores, de Dei tamen misericordia nulla tenus desperemus: exemplo istius peccatoris, qui per vnum verbū factus est hęc paradiſi. Sed iā nūc videamus quid ad talem tātamq; confessionem Dñs respondeat. Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quid hoc bone Deus, latroni vitā æternā polliceris? Matrē dilectissimam, & charos amicos in hoc seculo relinquit: & latronem tecū fers, cū scriptum sit q̄ non habitabit lupus cū agno? O magnū mirabile. Nonne videtis quoniam sic æternus pater præcepit, qui exiit primo mane conducere operarios in vineā suā: & quod Christus Redemptor noster munere œconomii fungitur cui iussit soluere incipiens ā nouissimis, vsque ad primos. O, bonus latro omnium quidem operatorum nouissimus, qui nondum per horā vnus spatiū labori operam dederat. Vnde decima enim vocatus es, Apostoli vero prima hora: & tamen cum in vocatione nouissimus sis, primus, certe in solutione es. Dignū est beneficium hoc ā Deo exhibitum, cuius maximē mirandum sit: attamen Christus dicit nobis, ne nimium miremur, quando quidem enim Deus diues cum latrone inopi ad crucis mensam seder pro eo symbolum det. Primo latroni Adam parenti nostro, qui decibo vetito ad mensam comestū

*Gene. 3.  
Esa. 6.  
Esa. 5.*

*Eccle. 13.  
Matt. 20*

*Gene. 3.*

rus sedit, quid dixit? Terra es & in terram ibis. Sed huic aucteri qui in tua arborē etiam comedit, quid inquis? Cœlū es, & in cœlū ibis. O quantū prodēt oportune petere. Si tūc cū Baptista Ioānes obiit Christus in manu clauē sicut modo teneat, teneat, non dubiū, quin sicut charissimo amico aditū parere illi præciperet. Sed tamē intēpestiue ad ostium appropinquauit, nō sicut latro qui fores sibi aperiri exorauit, & petijt: quare cū primo cepit verticulis quasi in semiuersione quando. Inclinato capite tradidit spiritū ianuā paradisi illi potuit omnino. Hodie inquit mecum eris in paradiso. O vox suavis solatiūq; peccatorum: q̄ rex glorię latroni regnū cōcedat Potentiori quidē maiorā cōferre expedit maximē. Cum ergo titulus iussu Pilati cruci impositus: magni principis signū præ se ferret, non ab re erat, vt sicut rex maxima beneficia seruo conferret. Beatus es siquidē sic prædicari non te præterijt, nihil enim minus quā regnū æternū tibi vēdicasti. Magna liberalitas, & amor fuit in Asactro quādo promissit Hesther medieta tē regni sui. Quanto magis iste Rex noster ex ineffabili largitate sua totū regnū suū largitur cui liber amico suo fidelit, & tibi fideliter seruieris. Nā si latroni liberaliter, & cito dedit regnum, quomodo negabit ei qui fideliter ei obsequitur? Vnde Paulus. Ambularis digne Deo, qui vos vocauit in regnū suū & gloriā. ¶ Aduerte autē q̄ non promissit regnum nisi assistenti in cruce: quia qui nō cōpatitur, non cōregnabit. Ideo Ioānes. Particeps & socius in tribulatione, & regno. Ideo si tu cupis, & vis regno Dei cū Christo frui: esto hic socius laborum particeps & eius crucis socius. Hodie mecum eris in paradiso. Hoc est quia mecum es in cruce, mecum eris in paradiso. Quāplurimi volūt esse cū Christo in paradiso: sed renunt esse in cruce cū illo. ¶ Expende etiā q̄ paradisi nō capit hic, p̄ cœlo enipere quia nullū in illo ante Christi ascensionem intrauit. Sed per paradysum intelligit statum beatitudinis, quē habent beati vbicunq; sint, quia Deū vidēt, & diuina fruuntur essentia. Et quia latro ipso die mortuus est, statimque vidit Christū gloriosum, & animā eius deitate plenā, beatus fuit: & in paradiso fuit cū Christo. Præter ea huic promissionis assertionē suam adduxit dicens, amen dico tibi. Primo quia grandi peccatori & tā vili personę difficile videbatur sine præcedētibus meritis dari regnū: & ideo per Amē, patuit sibi regnū irrevocabile. Secū-

*Hesther. 7.*

*I. Thess. 2.*

*Rom. 8.  
Apo. 1.*

dō, vt ostenderet dñs viris Ecclesiasticis quē eis cura debeat esse animarū pretio sui sanguinis emparū: maximē quādo mortis appropinquāt, tūc debēt eas allicere misericordia Dei, & spe glorię, & premij cœlestis, ne in mortis articulo desperēt: quē admodū hic derelicta matre, & amicis suis huic pauperi morticō & de sua salute sollicito intēdit, & cū regni promissione allicit. Matrē enim suā in cuius dedit Ioāni, animā vero latronis, sui curę reseruauit. ¶ Rursus aduertēdū est, q̄ in Christi cruce est oīs salus, ita vt in ea primo palā fecerit salutē. Per lignū enim Adā latro expulsus est de paradiso: sed post Christū, per lignū crucis primus intrat latro paradysum. Huius exēplo habemus verā fidē. Regnauerū enim creditit quē secū moriētē vidit, & verā spē habuit remissionis peccatorū. Nō est tū securū expectare vsq; ad finē ad pœnitēdiū: q̄ priuilegia paucorū non faciunt legē communē. Pauci enim sunt, qui in morte vere pœniteant. Sicut mōstrū enim esset q̄ lupus habeat caudā ouis: sic monstrum est quod vita rapacis vlurarij habeat bonum finem. Vide etiā q̄ Christus multū desiderat peccatorum salutē. Nā quia propter peccatores de cœlo vbi nullus erat peccator, venit ad terrā vbi erant peccatores, & viuendo eis se familiarē exhibuit: nā multi peccatores, & publicani venientes discubebāt cū Iesu: & sicut in vita hac mortali societate cum eis habuit, sic & in morte latrones socios habuit, & tantū vni eorū regnum Dei promissit. Iā ad contextū. Erat autem fere hora sexta & tenebre factę sunt in vniuersam terrā vsq; in horā nonam. Et obscurus est sol, & velū septi scissum est mediū. De hora qua dñs crucifixus est multa senserunt sancti doctōres, ex eo quod Marcus dicit illum crucifixum hora tertia, cęterij vero hora sexta. Aliqui dixerunt, quod linguis Iudæorū crucifixus est hora tertia: & manibus hora sexta. Verū si Marci verba spectes longe abest hoc ā vero: nam postquā dixit hora tertia crucifixum eum subiungit, hora sexta tenebrę factę sunt super vniuersam terram: ideo alia hora quam sexta crucifixus est. Alij autem alio modo interpretātur. Nos autē alio modo interpretari cogimur. Itaque sicut nox, vt Hieronymus notat, in quatuor vigilijs diuidebatur, sic dies in quatuor partes hęc horas: hoc est in primā, tertiā, sextā, nonā: ita vt singulis horis tres horas nostrarum tribuamus, quare cōficiūt duodecim horas dici artificialis. Itaque hora prima erat ab

*Ioan. 19.*

*Gene. 3.*

ortu solis secundum horologium nostrum, quod est ab hora sexta mane per tres horas sequentes: id est, vsque ad nonam. Hora tertia ab hora nona vsque ad meridiem. Hora sexta ab hora duodecima meridiana, vsque ad horam tertiam post meridiem. Hora noua ab hora tertia post meridiem vsq; ad sextam in qua dies spiritus. Christus igitur crucifixus est parum ante meridiem: atq; ideo crucifixus est hora tertia, hoc est in toto illo spatio, qd horæ tertiæ assignatur. scilicet trium horarū, & quia hoc fuit parum ante horā sextam, & intra horam tertiam dixerūt alij Euāgelistæ, erat hora quasi sexta non hora sexta, sed ferē, & quasi sexta & intra horā tertiā, vt Marcus ait. Et etiā quoad secularia diuidebāt diem in duodecim horas artificiales, quarū prima erat in ortu diei & meridies sexta, & duodecima in occasum solis, & decima octaua in media nocte Sic Christus dixit nōne duodecim horæ sūt in die: Et iterū. Hora septima reliquit eum febris. Hoc est, hora prima post meridiē. Et alibi. Erat hora quasi decima. Itaque cum Marcus dicit, Christum crucifixum hora tertia: hoc est, in illo spatio trium horarum secularium: & vnus facte vnus sine eius. Et hoc est quod reliqui Euāgelistæ dixerunt, hora ferē sexta. ¶ De his autem tenebris & solis eclipsatione sciendum quod ista eclipsis, & obscuritas non fuit naturalis sicuti est, quam modo fieri videmus ex conjunctione solis & lune: nam ista eclipsis miraculosa fuit, & præter totum naturalem cursum Quoniam naturaliter solis eclipsis accidere minime potest, nisi in conjunctione solis & lune, quia scilicet, luna interponitur oculis nostris, & soli ipsi. Qui autem in Christi passione obrigit fuit in oppositione, in plenilunio, scilicet, & cum à sole cōtum octoginta gradus distaret, in alio emisphærio inferiori ciuitati Hierusalē. Quod ita esse patet nam agnus paschalis nō immolabatur nisi luna quatuordecima, quem quidē comedit Christus pridie mortis eius cum discipulis suis, sicut erat in lege præceptum: & post die quando erat solē nitas azymorū, & incipiebat luna quinta decima quādo Christus spiritū emisit, necessario dicendum est lunam esse iam plenam, & in solis oppositione: quare sic solem eclipsare non poterat, siquidem scimus ipsam solem, & nullum alium planetam ipsam valere eclipsare. Ideo ista eclipsis fuit miraculosa, & præter ordinem, & cursum naturalem. Solus ergo Deus facere

potuit sua omnipotentē virtute, vt sol sua luce priuaretur. Præterea quod inquit in vnuerfam terram: sol eclipsari nō poterat nisi in dimidio terræ in qua solum lucet, quoniam alia quæ superest medietas est vmbra eius dēmet terræ Sed sciendum est, quod cum luna tunc esset plena, & cum lumen eum ipsa emitit, à luce solis oritur, & est quæ ea in inferiori emisphærio sequitur ipsius etiam eclipsim cōtigit: quare amisit lucē & obscurata est, vnde necessario dicendum erit, quod fuit eclipsis vnuerſalis, & obscuritas in vnuerſo orbe, nam stellæ & luna lumen emittere nō poterant cum illis deesset, solis defecto. Cōgruū enim erat & rationi consonum, vt sol obscuraretur. Quia enim verus sol iustitię eclipsim patiebatur: sol iste visibilis clarissimum mundi lumen, factori suo compatiens lucis suæ radios retraxit, & occultauit non valens intueri dominum pēdentem, mortis eius vilitatē & acerbitatem. Hoc autem factum fuit, primo vt natura sensibilis Christo compatiens corda lapidea ad Christi compassionē emolliret: & ideo petræ etiam scissæ sunt Secundo vt luminis eclipsatio subtractionem veri luminis in cordibus Iudæorum, & militum, Christum crucifigentium ostenderet. Tertio ne corpus Christi nudum in cruce, & mortē eius exprobratissimam ab impijs cum gaudio videri, vel eos sua luce frui permitteret. ¶ Velum etiam templi scissum est, non intelligas quod sic scissum illud velum quod erat in tra sancta, & sancta sanctorū. Duo enim vela erāt in tēplo, vnū qd velabat sancta sanctorū, & alterū exterū siue tabernaculi, siue tēpli. In passione ergo Saluatoris velū qd erat foris cōcissum est à superiori parte vsque ad inferiorem quod quidē erat pretiosissimū, purpura, hyssococco, auro, & sericeo cōtextū hyacinthoq; qm diebus celeberrimis suspendebatur & tūc in paschate positū fuit. Hoc ergo signo insinuebatur reuelata esse mysteria, & secreta sacramentorū legis, quæ antea velata erāt vt vnuerſis proderēt, ad gētesq; transirēt, & impletā esse veritatē, quæ in figuris latebat, & cœli apertum quod ante clausum erat, Præterea si David, Saulis, & Ionathæ mortem audiens, 2. Reg. 1. sua scidit vestimenta (eo argumento indignitatem mortis illustrium virorum exhorrens) quanto potius pater æternus mortem filij sui indignissimā indignissimā ferens, vestes suas quæ velū templi erāt, rescindere debuit: Sed pcedam. Et clamās voce magnales ait. Fuit, vt hic

hic dicitur validus, & magnus clamor iste qui vsque in infernum auditus fuit, cœlum quæ, & terram tremere fecit. Vox ergo illa nō fuit naturalis sed miraculosa, quia homo magno & longo cruciatus afflictus, & ex tali afflictione morti sic proximus, non posset sic clamare virtute naturæ: ideo sequitur quod vox illa formata fuit virtute Dei. Voluit autē edere hanc magnā vocē iā iam moriturus, vt nos de fides, iactēs, somnulosos, imō & mortuos ad tam incredibile miraculū aspiciendū excitaret, quale erat qd vita moreretur, & Deus pateretur. Clamat etiam cū moritur, vt attendamus eā mortem quæ mortē nostrā destruxit, eam mortem, quæ fuit mortis mors & mortis inferni. Clamat vt attendamus eū, qui moriebatur pro peccatis nostris, resurrecturum propter nostrā iustificationē. Clamat iterum vt voce sua illa terribili prædam infernus dimitteret, quā tot antea seculis tenacissime in faucibus tenebat. Clamat etiam dīs voce magna quādo Lazari animā ab inferni dentibus euocabat. Quanto ergo maiori voce erat necesse clamare, vt feta illa tūculū tūcissima, terribili clamore deterrita vincos quos in lacu premebat liberos esse permitteret. De nū & voce magna clamat: quati dicat. Osurdi mortales. Hactenus vos docui, hactenus prædicauit: hactenus clamavi, iā me non estis amplius audiendi nec prædicandi nec clamantem, elamās nūc maior vt vnicus hic clamor in auribus vestris perueerat, qui vos. ad admoncat, vt caueatis peccata. Ad hunc clamorē monumenta aperta sunt, terra tremuit, lapides sese cōcidētur demones obstupuerūt, & infernus cōtremuit. Nunquā enim similis vox audita fuerat in orbe. Trāſuerberauit vox illa cormatris pijsimæ, quæ tūc iuxta cruce stabat, & eius memoria tunc illud Simeonis verbū reuocauit, qui dixit. Tuam ipsius animā perturbabit doloris gladius. Sed quid dixit sic clamās? Pater in manus tuas commendo spiritum meum. In tua potestate commendo spiritū meum, quonobis declarate voluit qd sanctorū animę ex eo tēpore in manus Dei ascendūt: nam prius ab inferis omnium animæ tenebātur, donec venit qui captiuis redemptionem prædicauit. Nō tamen hæc loquitur, quasi quid timeat animę suæ: sed patri rursus reddidit animā, quasi depositum qd ab illo acceptat ante. Vnde alibi ait. Potestatis habeo ponēdi animā meam: & potestatis habeo iterū sumēdi eam. ¶ Vide Christi Saluatoris nostri magnificentiā. In vi

ta sua magnificē fuit, sed multo magis in morte: nihil enim sibi retinuit sed alijs omnia donauit. Nā Petro Ecclesiā dedit, Iohāni matrem suā charissimā. Patri dedit animā suā pretiosissimā, latroni dedit paradisiū. Nicodemō, & Ioseph dedit corpus propriū, nobis omnibus dedit suam carnē sacratissimā, & pretiosissimū sanguinem in cibū & potum, & his qui eū crucifixerunt, vestimenta. ¶ Præterea quilibet moriens desinit per mortē ipsemet, ac per hoc non potest asserere quod ipsemet deponit spiritum suū in manus alterius. Christus autē solus per mortē non desinit esse ipsemet: quia hypostasis eadē perseuerauit post mortem: & propterea solus potuit veredicare vt in Græco habetur. Cōmendabo spiritum meū. ¶ A duerte autē qd animā suam rationalem spiritum vocat, quia quando est in corpore officium agit animā animādo, & informādo corpus: sed excepta anima nostra à carne trāsit in statū spiritus, quoniam existit illo modo quo puræ substantiæ spirituales existunt. Iterū obserua qd Euāgelista noster Lucas primum verbū, quod Christū protulisse dicit in mortali corpore fuit. Nesciebaris quod in his, quę patris mei sunt oportebat me esse. Sic etiā vltimū verbū fuit: pater in manus tuas: nam statim spirauit post hæc verba: vt intelligas ab extremis media verba tendere ad declarandā, & propagandā fidē æternæ processions suæ à patre. ¶ Vide quid in articulo tentationis, & specialiter in mortis agone agere debeas. Tunc enim pater inuocāndus est, & ei spiritus commendandus: quia tūc maxime demones versantur circa nos, sicut leones rugientes præparati ad escam. Sed dices. Quomodo patrē inuocabo qui nunquam vixi vt filius? Pater à quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, peccatorem non respuit, nec deignatur, à peccatore vocari: imō docet peccatorem, vt sic eū vocet. Frons meretricis facta est tibi, nolui sterubescere: ergo saltem voca me, amabo, pater meus es tu. *Et hæc dicens expirauit.* Hic fuit maximus Christi dolor, & eximius, nam vltimū terribilissimū est mors. Eadem hora quā Adam peccauit Christus expirauit. Nam prius Adam post meridiem peccauit, quia mox vt peccauit vocē celi domini audiuit decambulatis ad auram post meridiem & tunc circa horā nonā secūndus Adam expirauit. Vnde quā hora prius Adam peccando iaduxit mortem huic misero, eadē hora secundus Adam mortem mouendo de

Hier episo land Cypria

Marc. 15.

Iohn. 11. Iohn. 4.

Exod. 12. Leuit. 23.

0/ea. 13. 1 Cor. 15.

Iohn. 11.

Luc. 2.

Iohn. 10.

Luc. 2.

Matth. 6. Hiero. 3.

Gen. 3.

struxit: & qua hora illi paradus est clausus, eadem hora iste paradus aperuit: quia ordo potestabat, vt eodē tēporis articulo quo Adā obcluserat paradus ianā, pateret latroni penitenti. Verū dum beatissima virgo ea dēq; pijsissima mater filium suū expirasse conspexit: cōtinere se non potuit, quin pijs lachrymis laxaret habenas. Cōp̄it fluēta lachrymarum effundere: cōp̄it ex intimis visceribus luāuissimā trahere suspiria. Cōp̄it ex acutissimo dolore, maternos ac ideo acerbissimos expromere gemitus: illud tacita sed miserabili oratione subinde repetens. Fili mi Iesu: Iesu fili mi. Quis mihi daret, vt moriar pro te? Vbi vero formā circūstantes Christum vident defunctum, & matrem aspiciunt tam iustis lachrymis terram irrigantem, cōperunt ipsē lachrymare, cōperūt plāgere, clamorib⁹ que aerem, & cōelum concutere. Id vero viri cōditi conspiciunt, tem perare sibi non poterunt, quin lachrymis vultus irrigarent, & ex barba vberim lachrymā defluerēt. Factus ergo illic plāctus magnus lucuosior, quam fecerunt Aegyptij super defuncto Iacob patre Ioseph, factus est plāctus magnus, qualis fieri solet in morte primogeniti, vt Zacharias dixit. Aspiciunt in eū, quem confixerūt, & plāgent eū plāctu quasi super vnigenitū: & dolent super eū, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plāctus in Hierosolē sicut plāctus Adadrem in campo Maggedon. Non habuit propheta aliū plāctū cū quo plāctū crucis compararet, nisi filiū nescitū plāctū, quo totus populus plāxit Iosā Regem sanctū, patriā patrē rei publicę reparatorem & legis zelantissimū. Hic occisus fuerat in campo Maggedō, qua causa vniuersus Iuda, & Hierosolē luxerunt illum. Hieremias maximē. Cuius omnes cantores, & cātrices lamentationes super Iosā replicāt. Quę verba scripta sunt, vt lamentationes super Iosā vero Iosā nos etiā replicemus, & threnos illos & lamenta repetamus, &c. ¶ En seriem, dominicę passionis au disti, quomodo dñs noster, Iesus, Christi⁹ post multos labores post multas passiones, pōnas opprobria, vulnera, & post crucē, & omnē sui sanguinis effusionē clamore valido tradidit spiritū. Studeam⁹ cōmori Christo, id est, mori in mundo vitijs, & peccatis. non permitamus ea in nobis viuere, si cum Christo volumus viuere. Secundo studeamus mori dñi viuimus. Iā enim nobis de morte cogitandū est, dñi sani sumus cu

randum nobis est ne inueniatur in nobis propter q̄ mori formidemus. Nā si mori formidas, te ipsum interroga, & scrutare quid in te sit: quare mori formides. Si amor alicuius rei que Deus nō est, vel aliud in causa est, quare mori meruis, illū abijcias a te: teq; liberū facito à causā huius timoris, & in illū statū mētis te ipsum constitue, quo non formides mori. Terriū multū tenemur amare Christum, qui pro nobis animam suā posuit. Poterat nos alijs multis modis saluare sine morte filij sui: sed hūc modū elegit, vt ostēderet dilectionē erga hominē, pro quo mori dignatus est. Sic Paulus, cōmēdat charitatē suā in nobis Deus Rom. 5. quoniā cū peccatores assēmus, pro nobis mori dignatus est. Vide ergo quātū tenearis diligere illū qui propriū sanguinē, & vitā dedit. Demū quilibet Christianus moriēns debet illa seruare quę Christus seruauit in sua morte. In extremis postei debem⁹ orare clamare saltē corde, plorare pro peccatis per vcrā penitentiā, animā Deo cōmēdare, & spiritū tradere volūtate. In morte volūtate nostrā diuinę volūtati tradēdo. Sed quid post hęc actū sit audiamus. *Vidēs autē Cēturio q̄ factū fuerat, glorificauit Deū dicens vere hic homo in seipso erat.* Si annulus aureus sibi sit pulchrū ac pretiosum lapidem celatum desuper habēs quēque si aceto immittas fiet vt aurum illustretur ac perficiatur: lapis autem frāgatur & in frustra cōminuatur. Itā & eodē modo pulcherrimus humanitatis Christi lapis auro diuinitatis purissimo celatus cū se amaritudini passionis inseruit cōminutus est: sed diuinitas apprime perulstrata, quia nota est diuinitas & hominibus manifesta: nā vidēs Cēturio q̄ fuerat factū cōfessus est Christi diuinitatē. Erat autē Cēturio hic Gētilis à Pilato præfide Romano missus cū suis militibus vt Christū custodiret, ne tumult⁹ oriretur. Vidēs itaq; hic Cēturio q̄ factū fuerat, scilicet, tenebras & terrę motus & quod clamans spirasset glorificauit Deum fidei confessionem, ac potestatem, diuinitatem, humanitatem, & innocentiam Christi cōfessus est, tam ipse quam milites illi, qui cum ipso erant, Nam Mattheus ait, quod dixit. Verē filius Dei erat iste. Et Marcus. Verē homo hic filius Dei erat. Et Lucas ait quod dixit. Verē hic homo iustus erat. Totum enim hoc dixit Centurio affirmans hęc & replicans & vocans illum Deum, & hominem, & iustum. Ac si diceret. Quid alijs videatur nescio: ego autē credo quod hic nō est populi sed ductor

2. Reg. 18

Gene. 50. Zacha. 12.

Mat. 27. Mar. 15.

Rom. 5.

Mat. 27. Mar. 15.

ductor aut latro aut aliud simile, vt Iudæi & principes sacerdotum & Pharisæi dicunt: & illum accusant. Sed vere iustus est, innocens, & bonus & homo Deus. Principes & scribæ: doctri in lege suam Melsiam non cognouerunt, imo occiderunt: & hic Gentilis faceret quod se homo & iustus & Deus. Hęc tria necessaria fuerunt ad redemptionem hominis perditū, vt illū redimeret. Homo in quā oportet vt esset, qui deberet. Deus qui valeret, & iustus qui congrueret. Ex istis aggrauatur scelus Iudæorū quia occidit Deus a seruis, homo à bellijs caninis, & iustus, ab iniustis. Multum quidē istos ad fidē diuinitatis disposuit q̄ cū clamore magno sic potenter, & dominatiuē spiritū dimisit. Videbant enim q̄ clamor ille, supernaturalis & miraculosus fuit: quia propter defunctū sanguinis & effusum spiritū talis clamor fieri non potuit ab homine sic morti propinquo: & ideo concluderunt quod esset factus virtute diuina supernaturali, & per consequens quod ipse esset filius Dei. Vide tamen hic caritatem, & duritiem Iudæorum: Omnia hęc Christi miracula viderunt Iudæi & multo maiora antea viderat: sed credere respueunt, & insensibiliores gentibus Deum non crediderunt. Sic etiam & multi Christianorum, & vniā etiam illi, qui maiorem perfectionis vitam profiteantur: non sint detentores illi militibus & bellatoribus sed de his factis. Monemur hic, vt nos, qui plus alijs recepimus, magis districte postea iudicemur. Sed ad contextum. *Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quę fiebant percipientes pectora sua eueriebantur.* Ex his patet quod non tantum Centurio aduertit ad miracula, sed & alij quidā huic miserimo spectaculo, ad stare, vñs his, qui contingerant reuertebantur percipientes pectora sua: partim pre dolore quod homo tā innocens ac beneficus tam indigna passus esset, partim metu vindictę diuinę, quā sibi male conscij ex ostentis conspectis suspicabatur imminere. Condolens ergo & tu plora si piā habes animam & viscera pietatis. Lapidēs in Christi morte fracti & cōminuti sunt, & sunt corda lapide adamantino duriora, ad eō vt nec signi mica passionis Christi in eis appareat. Non est durities adamantini lapidis, que hirci sanguine non mollescat atque apta cultui nō efficiatur: & tamen quam plurima corda sunt, in quibus Christi sanguis effectus careat. Nos iam deceptos à principibus sacer

dotū & Pharisæis passioniq; Christi, consentientes facti penitentibus: fuit enim fructus orationis dñi cum dixit, dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. ¶ Vide q̄ nō sufficit tunc de peccatis nisi etiam homo reuertatur à via sua mala vt isti faciebant: nā percussiones pectora sua reuertebantur. Nā qui pectus suā tūdit, & tē non corrigit peccata sua solidat & non tollit. Hanc autē percussione representat sacerdos in missa quādo post cōmemorationē dominicę passionis dicit percussione pectus. Nobis quoq; peccatoribus, ¶ Obterendum hic est, q̄ Christus clarificatus est & glorificatus est in cruce à septē. Primò à corporibus cœlestibus quando retraxerat radios suos. Secundo ab elementis, quando terra cōcussa est & aer tenebrosus factus est in clara die. Tū natiuitate enim Christi nos in diem spiritū talis clamor fieri non potuit ab homine sic morti propinquo: & ideo concluderunt quod esset factus virtute diuina supernaturali, & per consequens quod ipse esset filius Dei. Vide tamen hic caritatem, & duritiem Iudæorum: Omnia hęc Christi miracula viderunt Iudæi & multo maiora antea viderat: sed credere respueunt, & insensibiliores gentibus Deum non crediderunt. Sic etiam & multi Christianorum, & vniā etiam illi, qui maiorem perfectionis vitam profiteantur: non sint detentores illi militibus & bellatoribus sed de his factis. Monemur hic, vt nos, qui plus alijs recepimus, magis districte postea iudicemur. Sed ad contextum. *Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quę fiebant percipientes pectora sua eueriebantur.* Ex his patet quod non tantum Centurio aduertit ad miracula, sed & alij quidā huic miserimo spectaculo, ad stare, vñs his, qui contingerant reuertebantur percipientes pectora sua: partim pre dolore quod homo tā innocens ac beneficus tam indigna passus esset, partim metu vindictę diuinę, quā sibi male conscij ex ostentis conspectis suspicabatur imminere. Condolens ergo & tu plora si piā habes animam & viscera pietatis. Lapidēs in Christi morte fracti & cōminuti sunt, & sunt corda lapide adamantino duriora, ad eō vt nec signi mica passionis Christi in eis appareat. Non est durities adamantini lapidis, que hirci sanguine non mollescat atque apta cultui nō efficiatur: & tamen quam plurima corda sunt, in quibus Christi sanguis effectus careat. Nos iam deceptos à principibus sacer

Luc. 4.

Psalm. 118.

Amos. 8.

Mat. 27.

& aliz mulieres non sumperunt postea mar-  
tyriū. A deo enim vehemens fuit ille crucis gla-  
dius, ad eūq; piatū animarū teneritudine trāf-  
uerberavit: vt fuerit illis pro martyrio cōputa-  
tū. Quæ autē mulieres istæ fuerūt. quæ eum  
sequute fuerant à Galilæa: iā Euangelista no-  
ster Lucas in superioribus ostēderat cū in cā-  
pite octavo dixit. Factū est deinceps & ipse i-  
ter faciebat per ciuitates & castella, &c. Ma-  
ria Magdalena de qua septē demonia exierāt  
& Ioāna vxor Chusē procuratoris Herodis,  
& Susanna & aliz multæ, quæ sequuta eum  
fuerant à Galilæa, & ministrabat ei de faculta-  
tibus suis. Hæ autē mulieres cōsiderabat quæ  
gerebantur, & quæ sequebantur ministratōes  
vsque ad pericula, quia dū discipuli fugerunt  
ipse affuerunt. ¶ Iam iuxta solis occasum, rota  
illa turba corpus Iesu in cruce pendens, desti-  
tutū relinquens in ciuitatē se contulit: sola au-  
tē virgo mater cum Ioanne & sanctis mulie-  
ribus indefessa permanserat, tota lachrymis  
perfulsa maximèque abundans, lugens vitā,  
quam proprijs oculis obisse videbat, inscīa q̄  
captaret consiliū. Quoniā absque iudicis licē-  
tia non licebat condemnatos sepelire, & ipsā  
à Pilato peccare non audebat, quia nec esset il-  
li integrū ad eū ingredi nec tandē cōcederet.  
Sic afflicta, varijsque plena doloribus ad pa-  
trem æternum se conuertere nō supplex petēs  
gemitibus auxiliū & fauorē quo affecta mo-  
do conuenientem inueniret ad corpus filij  
vniuenti sui sepeliendum. Interea dum ista  
agerentur ecce venit Ioseph Arimathia cum  
Nicodemo licentia à Pilato obtenta ad cor-  
pus Christi sepeliendum, quibus non defuit  
mallus nec scala nec munda sindon, qua  
Christum voluerunt. Nicodemus itē ferebat  
quasi centum libras myrrha & aloes. *Et ecce*  
*vir nomine Ioseph, qui erat decurio vir bonus &*  
*iustus, hic non conuenienter consilio & alibus eo-*  
*rum, ab Arimathia ciuitate Iudee qui expecta-*  
*bat & i se regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum*  
*& petiit corpus Iesu. Fortis est vt mors dile-*  
*ctio. Amor omnia superat pericula & vincit,*  
*& sicut aurū, in tribulatione & angustia pro-*  
*batur. Verus amicus in ubilo tempore digno-*  
*scitur. Multis amicis abundauit Christus in*  
*die Palmatum & quo cœna celebrata est iti-*  
*dem & Apostoli gloriabantur & seiplos ma-*  
*gnificabant, quod Christum comitarentur &*  
*doctorem ac magistrum haberent. Tribulatio*  
*tamen aperte ostendit amicitiam non firmi-*  
*ter contractam, quando quidem videntes do-*

minum in inimicorū manus incidisse, relicto  
eo omnes fugerunt. O verus amicus Ioseph  
siquidē Christi meminit in proprio labore ex-  
istentis. Et cū ab omnibus principibus Hie-  
rusalē cōdēnatus esset ipse audacter accessit  
ad Pilatum & petiit corpus Iesu. ¶ Aduerte  
hic diligenter q̄ Ioānes ait, q̄ Ioseph iste erat  
discipulus quidā occultus Iesu propter metū  
Iudeorum: similiterq; ait quod venit Nicode-  
mus, ille in quā, qui venit ad Iesum nocte &  
attulit cētum libras myrrha & aloes, De vno  
ait quod erat discipulus occultus propter me-  
rum Iudeorum: & de alio quod venit ad Ie-  
sum nocte, nam die non audebat, quia dede-  
coci erat ei notus discipulus Christi esse, & ti-  
mebat persecutionem & expulsionem à sy-  
nagoga. De ambobus ergo inquit, quod sicut  
fortes in alios mutati homines omnibus se  
ostenderunt tanquam publici Christi disci-  
puli & sic eius corpus sepelierunt. *Quæ neces-*  
*sitas vrgebat, vt nobis Ioannes notū faceret*  
*hōs esse Christi occultos discipulos? Diceret*  
*saltē esse discipulos Christi eiusque corpus*  
*sepelisse: & non diceret de Ioseph quod erat*  
*discipulus occultus propter metum Iudeorū*  
*de alio vero quod venit ad Iesum nocte siqui-*  
*dē hoc parū referre videbatur ad cōnexionē*  
*historiæ. Vult enim Ioannes passionis Chri-*  
*sti efficaciam & vim ostendere, qualiterque*  
*sanguis eius sacratissimus incipit mirabiles*  
*edere effectus. Iam virtus agni innocentissi-*  
*mi sanguinis pro nostris peccatis effusa, maxi-*  
*mo amoris igne incipit horum duorū corda*  
*frigida adurere: quare ex occultis publicis &*  
*notos facit, ex debilibus fortes, ex timidis &*  
*pusillanimis (quæ valor & virtus sanguinis ef-*  
*fusi Saluatoris mūdi est) validissimi fiūt. Tuo*  
*sanguine dñe Iesu lapides sunt scissi: & igne*  
*amoris corda frigidissima Ioseph & Nicode-*  
*mi arserunt. Hæc mutatio est dextere Dei*  
*excelsi. Ex his cernere possumus mirabiles ef-*  
*fectus, quos in nobis passio Christi operatur.*  
*¶ Præterea Arimathia olim Ramatha erat*  
*vnde fuerūt oriūdi Helcana & Anna parētes*  
*Samuelis cuius erat Ioseph: iste enim vir san-*  
*ctus simul cum natura bonitate propheta Sa-*  
*muelis duxit Nobilis erat decurio id est de or-*  
*dine curiæ, & officia curiæ impertij Romano-*  
*rum administrans: vel vt Marcus ait honestus*  
*senator. Fuit vir bonus & iustus. Talem esse*  
*enim senatorem decuit. Et hic non consen-*  
*erat iudicio & actibus Iudeorū: & hoc boni se-*  
*naroris est non cōsentire in factū aut consiliū*  
*vllum*

Ioan. 19.

1. Reg. 11.

Mar. 13.

Psal. 1.

Luc. 7.

vllum prauum sed positus affectibus semper  
iudicare iuste. De isto Ioseph dicitur aliqui q̄  
ad literam loquutus est regius propheta di-  
cens. Beatus vir qui non abiit in consilio im-  
piorū, & in via peccatorum non stetit nec in  
cathedra, &c. Addit Lucas Iosephum ex-  
pectasse regnū Dei, hoc est, spem suam posuisse  
in Christo. ¶ Hic accessit ad Pilatum & petiit  
corpus Iesu, & permisit Pilatus: tum propter  
perētis reuerentiā, tū propter Christi innocē-  
tiam sibi notā, & quia plura in morte eius  
viderat miracula. Docemur huius exemplo  
propter Christum quodcumque subire per-  
iculum siquidem iste non ex cogitauit, à di-  
uinijs decidā, & expellat à Iudejs & persecutio-  
nem patiatur: sed omnem calumniam & rei tē-  
poralis incommodum contempsit, vt Christo  
seruiret. Igitur venientes Ioseph & Nicode-  
mus adorauerunt dominum. Quos dum vidit  
mater quasi de morte confurgens paululum  
reuixit spiritus eius. Et applicatē recepti fue-  
runt per eam reuerenter: & parauerunt se ad  
deponendum eum, quibus ipsa quod pote-  
rat ministrabat adiutorium. Vnus clauos de  
manibus trahebat, alius ne corpus caderet ex  
anime sustinebat, Strabat virgo Maria leuans  
brachia in altum, & dum tangere eam valuit  
caput & manus eius dependētia trahebat su-  
pra triste pectus suum: & tuens in amplexu  
& oscula dilectō suo satari non poterat: nec  
quis ipsam desuper corp⁹ attrahere poterat.  
Corpore igitur domini in terrā deposito do-  
mina suscepit caput cum scapulis in gremio.  
Magdalena vero pedes, apud quos olim tan-  
tam gratiam meruerat: alij autem circumstāt  
& omnes planctum magnum faciunt, quasi  
super vnigenitum. Maria vero cum eum capi-  
te, tum eum quolibet membro loquebatur &  
lachrymabat Proprijs oculis vitā suam mor-  
tuam videbat in vlnis in gremioque sustenta-  
bat exanime corpus illius, quem maxime dil-  
legebat. Corde trāstuerberato gladio ingentis  
doloris oculi lachrymis inundabant. O Nicō-  
deme ne torquearis in Christi corporis doni-  
ni tui latione. Nam virginis lachrymæ tot ac-  
tantæ sunt, vt valeant quantum visus qualidū  
& sanguine plenum mundare, & nunc candi-  
dius redderē. Flebat enim illa lachrymis ine-  
narrabilibus. Ipsius lachrymarum tanta vber-  
tas fluebat, vt caro cum spiritu in lachrymas  
resolui putaretur. Post aliquam verō moram  
rogat Ioseph dominam vt permittat corpus

dñi perungi ac linteaminibus inuolui & sepe  
liri. Nihil minus sensit, corpus ab ea auferri,  
quā si anima à proprio corpore recederet, vel  
si cor eius tridenti à visceribus diuelleretur.  
Ideoq; Euangelista ait de Iosepho *Et depositū*  
*inuoluit sindone, & posuit illum in monumento*  
*exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.*  
Contēpla ergo tu. quinquies hanc deuotam  
processionem: & vide quomodo ferūt dñm tuum  
à monte Caluatio vsq; ad monumentū.  
Cātus in his obsequijs erant gemitus & suspi-  
ria: vnde tēpus triste & obscurū duplicabat il-  
lorum amicorū dñi tristitiā, & luctū. Nec au-  
is vlla volabat, nec animal patcebat: sol, lu-  
na, planetæ, & stellæ lugubri veste induta fūt,  
omnes creaturæ qualibet suo modo mortem  
creatoris lugebat. Sola terra gaudebat: quan-  
doquidē meruit in se eū qui eā sustentat & cō-  
tinet, recipere. Sequere etiā & tu cum his san-  
ctis cœli terræ que thesaurū corde puro & de-  
noto sicut David fererūt Abner à Ioab frau-  
dulēter interfecti plorans sequebatur. Reue-  
renter & deuotē flexis genibus & magnis sin-  
gultibus & suspirijs sepeliebat vitā dñm in  
monumento ipsius Ioseph sumptuosē factō  
& in petra exciso, id est, in vno lapide cōuoca-  
to secundū quāritatē hominis. ¶ Obscrua au-  
tē q̄ in orto dñs sepeliri voluit sicut rex Ma-  
nasses: vt sicut ex orto mors exiit, ex eodem  
vita exiret. Ex hortis enim terreni paradisi  
propter primorū parentum peccata manauit  
mors: & modō etiā ex hortis exiit victrix vita.  
In sepulchro alieno sepeliri voluit: quia vt ait  
Anbr. aliena culpa peccator non ab re aliena  
sepultura sepeliri voluit. Rursus in monimē-  
to, in quo nullus positus fuerat sepeliri voluit  
ne perfidi Iudei dicerent q̄ alius, qui ibi se-  
pult⁹ erat surrexit à mortuis. ¶ Vide quā pau-  
pet Christus fuit q̄ in natiuitate non in sua:  
sed in domo aliena nasci voluit, & viuens in  
hoc mundo non habuit vbi caput suū reclina-  
ret: nec moriens vbi nuditatem suam tegeret:  
nec mortuus vbi inuolueretur, nec sepulchrū  
aut locum vbi corpus suum poneretur. Sed  
dices Cur Christus, qui in paupere domo na-  
tus est, & voluit in paupere domo habitare  
dum vixit, & pauper semper fuit in patiuitate,  
in vita, & in morte: cur post mortem habē-  
re voluit sepulchrū magnū, honoratū  
& solenne: quale erat illud Ioseph: qui  
diues & nobilis & potens erat, & sibi ipsi pa-  
rauerat? Dicendum quod filius Dei assumpsit  
Y y 4 pauper-

Ioan. 19.

Canti. 8.

2. Reg. 3.

4. Reg. 21.

Gen. 3.

Anbr. ser. 57. de tēpore

pauPERTATEM nostram, vt ex pauperibus diu-  
tes faceret: fragilitatem, vt fortes faceret: hu-  
militatem, vt exaltaret: denique & mortalita-  
tem, vt vitam daret. Ista ergo quæ vt nos redi-  
meret assumpsit in carnem: postquã redemit  
nos, & opus nostræ redemptionis cõsumma-  
uerat in sua morte, necesse erat vt cessarent fi-  
nita iã redẽptione. Ideo que post redemptio-  
nem, quæ acta fuit in morte, iam non erat o-  
pus paupertate, humilitate abiectiõne, nec ig-  
nominiã aut morte: sed omnia fuerunt prosp-  
era, felicitatiucunda, & preclara: ideo sepul-  
chrum habuit optimum, gloriosẽ surrexit, im-  
mortalitatem induit, & diuitijs plenus fuit  
& honore. ¶ Præterea gloriosam voluit habe-  
re sepulturam, iuxta illud Isaię, & erit sepul-  
chrum eius gloriosum: vt intelligas à morte  
incipere iustorum gloriam, vbi superborum,  
& potentium gloria finitur. In sepulchro ex-  
tinguitur & euanescit potẽtia in qua vani hõ-  
mines studio inanis laudis concitati gloriam  
cõstituant; qui hominum cæcam & falsam  
opinionem splendori virtutis anteponunt. &  
in sepulchro incipit piorum gloria, qui iusti-  
tiam & pietatem colentes ab hominibus im-  
probis pro nihilo putabantur.

¶ Præterea docet hic Christus curã pro mor-  
tuis agendam, & opus esse victutis mortuos  
sepelire: sicut & ipse, qui pauper semper fue-  
rat, optimo in loco sepeliri voluit. Maxima  
cura fuit patribus antiquis de sepultura suo-  
rum sicut Hababie, Isaac, Iacob, Ioseph, Mõ-  
ses, & Tobias placuit Deo sepeliẽdo mortuos,  
& Dauid viris sabs Galaad benedixit, eo qd  
sepelisset cadauer Saulis: denique & ipse Chri-  
stus corpori suo exanimi sepulchrum dari in-  
stituit. Sed ad contextum. *Erant autem dies pa-  
rasceus, & sabbatum illucescebat. Subsequen-  
te ergo mulieres quæ cum eo venerat de Galilea,  
viderunt monumentum, & quemadmodũ positum  
erat corpus eius. Et reuerenter parauerunt aro-  
mata & vnguenta & sabbato quidem sruerũt  
secundum mandatum.* Parasceue Græcè, Latine  
preparatio interpretatur. Quo nomine Iu-  
dæi: qui inter Græcos conuersabantur sextã  
sabbathi, quæ nũc à nobis feria sexta vocatur  
appellabant: eo quod in illo ab opere suo re-  
quieuit Deus. In feria igitur sexta, quæ para-  
sceue erat preparabant Iudæi illa, quæ in  
sabbatho comedi debebant: quod sabbathũ  
erat duplex solennitas, magnũque dies sab-  
bathi vocabatur. Dicitur autem hic quod sab-  
bathum illucescebat, quia vespere ad sabba-

Esai. 11.

Gen. 23.  
Gen. 35.  
Gen. 48.  
1. Reg. 2.

thum pertinens instabat, à qua solennitas ma-  
gni sabbathi incipiebat. Vnde sicut homo sex-  
ta feria creatus est & peccauit: sic Christus sex-  
ta feria pro hõmine mortuus est, & satisfecit.  
Mulieres porro deuotæ, quæ erant Christum  
sequutæ diligenter curauerunt respicere & no-  
tare in quo loco corpus domini poneretur, vt  
postea ei tempore congruo munus suæ deu-  
otionis possent offerre & officium funeris im-  
pendere ac corpus eius inũgere. Magna hæc  
fuit pietas, magna etiam fortitudo sanctarum  
mulierum quæ circa Christum viuum fuerunt  
officiosæ; ita & in morte non otiosæ esse cu-  
piunt. Sic tamen nequid peccent in lege Mo-  
si. Pietas suadebat ocys vngere corpus domi-  
ni: at Moses prohibebat aliquid operis in sab-  
batho facere. Bonæ itaque mulieres, ne in ali-  
quam partem peccaret quantum datum est  
in die parasceus accesserunt ad sepulchrum  
domini, & contemplantur quomodo positũ  
sit corpus domini. Deinde reuertuntur & pa-  
rant aromata, vt summo mane prima sabba-  
thi paratiores sint ad vñctionẽ dominici cor-  
poris. Aduerte tamen quod hæ mulieres bis  
parauerunt aromata, semel ipsã die veneris  
ante solis occasum, cuius noster Lucas memi-  
nit, & alia vice trãfacto sabbatho hora vesper-  
tina cuius meminit Marcus. Et ratio secundæ  
parationis fuit aut quia non inuenerunt in prõ-  
ptu illa hora occidente die veneris ad sufficiẽ-  
tiam, vel quia putauerunt sufficere quæ postea  
conluerunt nõ sufficere: nam amor quem ad  
Christum habebat non sinebat eas nisi super  
abundanter vngentent corpus eius. Er sabbatho  
quidem sruerunt, id est, quieuerunt, vtrũ  
quẽ enim significat, *hoc v. x. c.* Secundum man-  
datum, id est iuxta legis præscriptum; noluerunt  
quicquam operis facere. Vnde discimus  
quam constantes fuerint mulieres illæ in ob-  
seruatione legis; nondum enim tempus erat  
vt lex illa Mosi publicè proscriberetur. ¶ Itaq;  
exemplo sanctarum harũ mulierum omnia  
quæ in Christi passione eiusque sepultura ge-  
sta sunt, sedulo ac diligenter scrutemur, con-  
tẽplemur: ipsumque dominum in corde no-  
stro sepeliamus adhibentes illi cu studiam vi-  
sus, odoratus, tactus, & sensus; ne scilicet fal-  
sa mundi lætitia inaneque gaudium huius se-  
culi, verã compunctionem cordis, ac deu-  
otionem furetur; vt tandem mereamur Chri-  
stum gloriosum & regnantem videre in cœ-  
lis, ipsoque frui. Quod faxit, qui pro salute  
nostra mortus est Amen.

CAPVT. XXI III.

Cap. 8.



Rom. 8.

1. Ioan. 4.

Mar. 16.

ORTIS ( inquit  
scriptura ) est , vt  
mors dilectio. Verus  
amor in arenam de-  
scendit cum morte,  
& vita, omniaq; de-  
spicit anima amore  
imbuta. Paulus pro-  
uocat in certamen,  
omnes mundi labores Epistola, quam ad Ro-  
manos scripsit dicens. Quis se parabit nos à  
charitate Christian angustiant fames, &c.  
concludit dicens. Scio quod nec mors, nec vi-  
ta. Et sic Apostolum nec vita, nec amor ab ea  
recedere coegit: quandoquidem vitam ipsam  
amissit, ne amorem, quo Christum prosequē-  
batur perderet. Quod autem Paulus cum es-  
set homo & à natura vir fortis non timeret  
mortem diuina gratia & auxilio adiutus, ni-  
hil mirum admiratione tamen dignum est a-  
moris vires tantas esse; vt sita in pectoribus  
fœminis ea tã virilia ac fortia reddat, vt va-  
leant omnia pericula contemneres, vitam  
parui facerẽ illius amore; quẽ plus seipis di-  
ligunt. Confurgunt quædam mulieres noctu;  
parant vnguenta atque ante dilucidũ ad mo-  
numentum se conferunt Iudæorum insidias  
respuentes. Non verentur noctem, nec cõcu-  
tiuntur metu corporis iacentis in sepulchro:  
non se nouent debiles esse, impotentes læ-  
pidi leuando: omnia tandem parui faciunt:  
nam vtro amanti nihil est quod leue & facile  
non appareat: perfecta charitas foras mittit  
timorẽ. Vis experiri quo sunt amore & fide-  
litate hæ mulieres Christum prosequere. Au-  
di Euangelistam. *Vna autem sabbathi valde di-  
luculo venerunt ad monumentum, portantes quæ  
parauerunt aromata.* Non dicit hic Lucas quæ  
fuerunt persone, quæ venerunt ad monumẽ-  
tum: quia in fine capitis precedentis dixerat.  
Subsequutæ sunt autem mulieres; quæ cum  
eo venerant de Galilea, & viderunt monumẽ-  
tum, & quomodo positum erat corpus eius:  
& reuertentes parauerunt aromata & vngue-  
ta. Sed quæ fuerunt istæ mulieres, quæ vene-  
runt à Galilea? Superius noster Lucas eas nõ  
minarat in capite octauo Euangelij sui dicens:  
Mariã Magdalena, Ioanna vxor Chusæ pro-  
curatoris Herodis, & Susanna & aliæ multæ;

scilicet, Mariã Iacobi & Salome, vt Marcus  
dicit parauerunt aromata. Aduerte autem qd  
cum ait, vna sabbathi, intellige, prima die sab-  
bathi, hoc est hebdomada. Hebræi enim lo-  
lent pro prima die dicere, vna die. Sic in Ge-  
nesi dicitur. Factum est vespere & mane dies  
vnius. Id est primus. Venerunt etiã non tres  
Mariæ vt multi opinati sunt, & populus cõ-  
muniter credit: quia Salome non vocabatur  
Mariã, sed solum Salome; nec Marcus vo-  
cat eam Mariã sed tantũ Salome. Matthæus  
etiã dicit quod venit Mariã Magdalena, &  
altera Mariã videre sepulchrũ. Si essent tres  
Mariæ non diceret Matthæus Mariã Magda-  
lena & altera Mariã: quia altera non dicitur  
nisi inter duas. Venit enim Mariã Magdale-  
na, & altera Mariã, scilicet Mariã Iacobi, &  
Salome, & Ioanna, & Susanna, de quibus in  
ferius, post pauca latius videbimus.  
¶ Vide quomodo sexus hic deuotus mulie-  
rum commendetur. Primò quia domi residẽ-  
ribus vitis valde mane ad domini sepulchrũ  
se cõtulserunt: nam quia ardentius ceteris a-  
mabant; valde diluculo venerunt ad monu-  
mentum. Nescit enim tarda molimina spiri-  
tus sancti gratiã. Mirantur mulierum feruor  
cum naturale sit cum horrore videre mortuũ  
etiã si mater filij cadauer conspiciat: istæ ta-  
men iam per diem & duas noctes sepultum  
vngere & contrãtare quærunt. Secundo ex-  
pende etiã qualiter amor naturæ diffidit.  
Non est contentus qui vere amat his, quæ a-  
lij faciunt nisi ipsemet manum imponat, sicut  
mater quæ dilectissimum filium habet infir-  
mum nihil fieri erga cum censet, nisi ipsemet  
visitet, & obsequatur. Ita illa mulier Sũnami-  
tis paruifecit per alium Eliãum vocare: qua-  
se ipsemet ad eum se contulit orans, vt veni-  
ret filium suum suscitaturus nemini alteri si-  
dens. Videant istæ quod Nicodemus attule-  
rat centum libras myrrhæ & aloes, quod quic  
non parce se habuerat erga corporis Christi  
vñctionem quod quidem sufficientissimẽ e-  
rat vñctum. Hoc tamẽ parum est eis visum:  
ideoque præterea, quæ Ioseph & Nicodemus  
gesserant portant & ipse aromata, vt suæ dile-  
ctioni satisficiant. Tertio dilexerunt istæ mu-  
lieres Christũ in vita, quia vt Lucas ait supra,  
derelinquentes domos, patriam, & delicias,  
Y y 5 sequē

Gen. 1.

Math. 28.

4. Reg. 4.

1. Ioan. 19.

Luc. 8.

se quebantur Christum à Galilea ministrantes ei de facultatibus suis. Dilexerunt autem illum in morte, quia affuerunt iuxta crucem, ut in precedenti capite Lucas commemorat. Dilexerunt etiam illum post mortem, ut ex hac historia constat. Vbi nam modo inuenies tantam fidelitatem & amicitiam, ut hac esse plurimos inuenies de illis, de quibus ait scriptura, Estimatis secundum tempus suum: non permanebit in die tribulationis. Paucos enim inuenies, qui post mortem fidem præsentent, & amicitiam obseruent. Vnde Dominus conuertitur in Psalmo dicens. Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. Non hæc potuit propter sanctas mulieres: sed potius propter discipulos, & quã plurimos amicos, quos Christus habebat, qui eum in passione, dereliquerant. Denique mirari non desino istarum mulierum fortitudinem, & audissimum peccatus. Per medios intrumpunt custodes, per ianuam intrant sepulchri, ad ipsam ingrediuntur mortem. Facinus fuit quod fortissimi illi sitiente Dauide per hostes medios iruentes aquam ex Bethlehemitico fonte suo regi detulerunt. Sed quis non videat maius, aut certe plus facinus fuisse femininarum, quã nihil veritate custodum efferatim furorem inter eos irruunt, ut ad monumentum perueniant, propriam mortem contemnentes, propriam vitam periculo obijciunt, ut ad Christum veniant? Admonemur primo quod talis debet esse animus noster, certe talis ut propria morte Christi mortem adoremus, ut proprio periculo vitæ quæ Christus est securitatem participemus. Non facio inquit Paulus animam meam pretiosiorẽ, quã me. Et iterum, Ego non solum alligati, sed & morti paratus sum propter nomen dñi Iesu Christi. ¶ Secundo ne interitu beneficiorum collatoris, intereant & beneficia collata in meritis nostris: ne moriatur Christus mortuus, in cordibus nostris. Et si amici nostri naturæ concedant, ne eorum obliuiscamur, istarum mulierum exemplo. Sic de Booz ait scriptura. Benedictus sit à Domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. ¶ Tertio beneficia præstare mortuis: non solum memoria aut lachrymis, sed operibus bonis. Ecce istæ mulieres veniunt ad monumentum, sed non vacuè quia oronata portabant Misericordia in paupe est exercenda, eique subuenire debemus necessitatis tempore cum possimus. Misericordis pauperis, cui non subuenis cum tamè pos-

sis: Luges mortuum, & tanten illi res fieri scias non præcipis, nec Deo commendas: Maiora enim ei obsequia præstabis pro eo Deum orans quam lugens. ¶ Docemur quarto Christi mortem sentire & plorare, ut Christum videamus suscitatum & regnantem in cælis. Si Rom. 8. compatimur & conregnabimus inquit Paulus. Si volueris Christum videre gloriosum, vide illum tunc in terris patientem in cruce. Etenim Mariæ istæ primo de Christi resurrectione exultant: quia maxime in eius passione doluerunt. Mentiri enim non potest ille qui dixit. Quiescat vox tua à ploratu: & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo. Est enim ploratus & lachryma pro ploratu dignum opus, ut gaudij merces tribuatur ex resurrectione. ¶ Quinto non gaudere nec confidere in fortitudine, potentia, aut mundi sapientia: quando quidem Dominus mulieribus fragilibus apparuit primo suscitatus. Scilicet enim mundi elegit Deus ut fortia quæque confunderet: ut non gloriaretur sapiens in sapientia sua, nec dives in diuitijs suis. Est vero quod gaudeat & gloriaretur infirmus: ita enim facilius in eo inhabitabit virtus Christi. Itaque mulieribus fragilibus, non viris aut principibus primo omnium apparuit Christus suscitatus: & à mulieribus primo apostolis & Ecclesiæ toti prædicatur Christus resurrectio. ¶ Docemur sexto opera misericordie esse certam viam ad inueniendum Deum, & conuersandum cum angelis. Sic Abraham & Loth, quia intendebant peregrinorum hospitij, meruerunt angelos hospites recipere. Tobias quia Ninives operam nauabat in sepeliendis corporibus mortuorum meruit videre angelum Raphaelẽ. Cornelius quia elemosynis vacabat, meruit angelum loquentem audire: & tandem ad fidem veram conuerti. Sic istæ mulieres cum misericordie operam darent, defuncti, scilicet, vocationi adeptæ sunt angelos sanctos videre, & cum illis conuersare: tandem Christum suscitatum. Hoc est exercitiũ veri Christiani, in quo deberemus semper immorari: nam his operibus meditantibus Deum videbimus, erimusque angelorum comites. Et si sapiens, ut nos humiliet ad ducit formicam, cuius intuitu discamus ad operandum: non mirum si has mulieres ad eam exemplum capturi: utque operari misericorditer, ac pediscamus, quo studio & desiderio sit Christus querendus. ¶ Verum ut ad alia procedamus, licet istæ deuotæ mulieres tanto affectu & diligenti-

1. Cor. 13. 19. Tob. 12. Act. 10.

1. Cor. 13. 19. 2. Cor. 13.

Gen. 18. 19. Tob. 12. Act. 10.

1. Pet. 4.

gentia Christum querent, tamen quasi ad huc non illuminatæ in fide defecerunt in ea, putantes quod aromatis indigeret corpus Iesu, ut præseruaretur à corruptione. Vnctum enim erat corpus Christi vnguento diuinitatis, & corruptum non poterat tali vnguento vinctum: si mille annos esset in sepulchro: nã quod semel Deus assumptus nõquam dimisit. Vnctum diuinitas corpus & animam quod quãuis in Christi morte adiuuicem separarentur diuinitas tamen cum vitroque fuit, cum corpore scilicet in cruce mortuus, & cū anima ad inferos descendente, & sic quauis nunquã Christus resurgeret tamen corpus eius corruptum non poterat tali vnguento delibatam, iuxta illud psalmi. Non dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Finge te arcum tenere in manu, tãtumque flectere, ut in comminationem deueniat ea parte qua sustines: quare & si duo arcus latera adiuuicẽ recedant, in chorde nihilominus necantur ambo. Sic in Christo considerã animam eius & corpus tanquã duo brachia arcus, & chorda per quam diuinitatem eius intelligimus, vtrumquẽ brachium tenebat. In cruce arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit sagittas mortis à cruce infernum torquens: tantum arcum istã flexit, ut comminui coegerit, vsque ad animi & corporis separationem: sed diuinitas vtrumque brachium tenuit, & propterea corpus Christi balsamo diuinitatis vnctum, aromatis non indigebat. Sed procedamus. Et inueniunt reuolutum lapidem à monumento. In eo quod lapidem reuolutum inueniunt, fructus resurrectionis Christi insinuarur. Per ipsam enim nostrã monumenta aperta sunt, & certas resurgendi nobis data. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum ad ducet eum qui. ¶ Obseruandum præterea quod Christus sepulchro clauso prodijt & exijt à monumento, quia surrexit corpore glorioso, & sic dote agilitatis & subtilitatis exijt clauso sepulchro: sicut etiam inuis clausis aggressus est ad discipulos. Sed Angelus domini post Christi resurrectionem descendit de cælo, & reuoluit lapidẽ propter mulieres, quæ erant venturæ videre sepulchrum: ut crederent quoniam resurrexit, videntes sepulchrum vacuũ. Quia propter sequitur in contextu. *Ei in greffe non inuenerunt corpus domini Iesu.* Quia iam surrexerat antequam ipsæ venirent: quia eius resurrectione non credebatur voluit Deus

Psalm. 7.

1. Pet. 4.

1. Pet. 4.

cas punire per hoc quod non inuenirent statim quod quærebant, quia tamen en perseveranter quæserunt meruerunt Christum suscitatum illis ostendi. Sed interea nec omnino eas Christus desinituit: nam eis angelos suos mittit alloquentes cõsolantisque: ideo sequitur. *Et factum est dum mente confertat e essent de ipso ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgentis.* Sic Matheus de primo Angelo quẽ viderunt dixit quod erat aspectus eius sicut fulgur & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Sed quomodo Ioannes dicit quod erat sedentes, & Matheus & Marcus quod erat tantum vnus Angelus? Omnia ista post pauca videbimus. In præsentia autem obleruã quomodo solet Deus Angelos suos mittere quos tialiquod magnum operari vult. Quando suam iustitiam ostendere voluit misit Angelum gladio districto: volens tamen ostendere se iam leuante manum & iustitiam vsuque misericordia fuisse precepit Angelo eidem sem in vagina conditi: sicuti Dauidis tempore cõtiguit. Modo vult docere nos quomodo de sepulchro surrexit, & ad hoc Angelos pulchros & decoros veste fulgenti indutos misit: ut ostendat sic nos omnes cum Christo esse resurrecturos in carne (sole ipso fulgentiore & pulchriore crystalloque splendidiore. Tunc enim fulgebunt iusti sicut sol, in regno patris eorum. Nescit enim illa futura resurrectio renebras nec aratem senectutis: erit nanque seper robur, pulchritudo, incolumitas, claritas, & impassibilitas. Hanc pulchritudinem & splendorem deberemus hic consequi conari in postquam penitentiam agentes. Si aquam mulieribus præcipere conferemus, qua lotæ, tribus diebus deformes apparerent: quibus tamen peractis, adeo prodesset aqua, ut sicut angeli pulcherrimæ efficerentur: quæ nam sunt quæ pro viribus non sumere curarent? In pulchritudine ergo, in qua isti Angeli apparuerunt innuant & docent tribus huius vitæ diebus senes, & deformes, nos fieri: ut postea in alia iuuenes & speciosissimos in perpetuum. Ideo renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum, creatus est, & c. Si modo laboratis, ieiunatis, & penitentiam agitatis, postea bonam perageitis vitam. Qui lignis ludunt si contingat globos non quæ perfectos esse, cui duorum fore te accidit globum defectuosum primo ferre: secundo perfectum eligit. Sic qui in hac vita bono globo ludit, in alia malo ludere continget

Math. 28.

Ioan. 20.

Mar. 15.

Gen. 3.

1. Pet. 12.

Mat. 13.

1. Pet. 4.

tingere: & econtra. Ideo curate in hac vita quod abiectus est eligere vt in alia quod bonum est consequamini. Sequitur in cōtextu. *Cum timerent autem & declinauerunt vultum in terra.* Præ timore declinauerunt vultū ex angelorum visione; Nos autē ex hoc loco discimus; quoties ecclesiam ingressi fuerimus ad mysteria que diuina accesserimus, ingredi omni humilitate & timore, vt iste sancta mulieres: sic propter angelorum ibi astantū intuitum; vt etiam obreuerentiam oblationis sacrificiūque corporis Christi redemptoris nostris. Et tūc declinemus vultum in terra in Angelorum conspectu: quando contemplantes quæ & quanta sint gaudia æterna ciuium paradisi, meminerimus, quia puluis & cinis sumus: in hoc frequentes humilitatem sancti patriarchæ Abraham qui Deo dixit, Loquar ad dominum meum cum simpuluis & cinis. Angeli autem abstulerunt omnem timorem ab his mulieribus, dicentes. *Quid queritis viuens, cum mortuis?* Nolite querere cum mortuis nec in monumento qui proprius locus est mortuorum, illum, qui resurrexit in vita immortalis & perpetua. Obserua autem, quam plurimos nunc inter mortuos, triumphantem regem gloriæ qui viuit & regnat inter viuos, ac si esset mortuus querere. Hoc faciunt qui cū boni sint, participes sunt cū malis: quibus quid potest dici illud Euangelij. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Iosaphat rex Iuda, qui bonus erat, iniuit amicitiam cum Achab, rege Israel, qui quidem impius erat: quapropter in quodam prælio parum defuit quin occubisset, ideo quidem propheta increpauit eum dicens. Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia iungentis, & idcirco iram Domini mereberis, &c. Ad dūt ultra angeli. *Surrexit non est hic.* Surrexit inquam mane diluculo, iam die dominica radiante. Sic canit ecclesia. Aurora lucis rutilat, & c. Cum Rex ille fortissimus mortis cōfractis viribus, victor surgit, de funere. Sic pater dicit illi in Psalmo. Exurge Psalterium & cithara. Respondit Christus. Exurgam diluculo. Ideo Zacharias vocat illum oriens. Cum enim ex matre nascitur, nocte nascitur, quia ad mortis tenebras properabat: sed cum de sepulchro surgit mane surgit, quia iam nunquam erant tenebras visurus. Christus enim surgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sicut enim Iacob mane surrexit a somno: ita Christus mane resurgere debuit. Surrexit

autem Dominus non aliena, sed propria virtute: sicut dormientes qui somno, expleto surgunt, non alterius sed sua sibi insidente virtute. Mors enim Christi & omnium fidelium morientium in Christo simillima est sopori dormientium. Hinc dormire dicuntur in Christo. Et Christus de se per os prophete. Ego dormiui & soporatus sum: & surrexi, quia Dominus suscepit me. In Epiro ait Solinus fontem esse admirabilem in quem immersæ faces ardentes extinguntur, extinctæ vero inflammantur vbi facem mortuam proiciens exiit viua. Si hoc, vt Solinus refert, ita est nescimus. Hoc autem benefecimus & confirmemur, Christum mortuū surrexisse. Sed dicunt ultra angeli. *Recordamini qualiter loquutus est vobis cum ad huc in Galilea esset, dicens quia oportet filium hominis iradi in manus hominum peccatorū & crucifigi, & die tertia resurgere.* Oportebat enim Christum resurgere: nam aliter omnē passionis fructum amitteret, si posteam non seque retur veritas resurrectionis mortuorū. Oportuit enim, vt Christus resurgeret, vt fides nostra per eius resurrectionem cōfirmaretur, circa diuinitatem eius: quia si non resurrexisset non crederent homines illum esse Deum. Vnde ipse in psalmo loquitur dicens. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Si corruptus fuerit sanguis meus, & non resurrexero, nullum lucrabor: quia vero resurrexit cognouerunt homines quod vere erat Deus.* Nā omnis effectus naturaliter est demonstratiuus suæ causæ: sed cum causa prima resurrectionis mortuorū sit diuinitas, Christus, qui virtute propria resurrexit ostendit quod erat Deus: & sic confirmauit nos in fide diuinitatis suæ. Secundo sua resurrectione cōfirmauit nos in spe. Vnde Paulus. Si Christus non resurrexit inanis est fides nostra: inanis est prædicatio nostra. Hæc duo tetigit Petrus dicens. Deus suscitauit illum a mortuis: vt fides nostra, & spes essent in Deum. Sed de his latius inferius opportunius dicemus. *Et recordate sunt verborum eius.* Cum Christus prædixit suam mortem & resurrectionem, non intellegebat mulieres iste nec apostoli sed cū iam adimpleta esse viderunt, quæ dixerat, intellexerunt ea quæ antea audierant. Vnde in Ioannem habetur quod cū dixisset Dominus, soluite templum hoc & in tribus diebus ædificabo illud. Subiungit Euangelista. Cum surrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ & sermo

Gen. 18.

Mat. 8.

2. Par. 19.

Psal. 56.

Zach. 6.

Rom. 6.

Gen. 28.

Psal. 3. Demirabil. mun. cap. 13.

Psal. 29.

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 12.

Iren. 6. Hæc. 4. 6. 43.

Dan. 12.

Hier. 23.

4. Reg. 7.

Esa. 40.

Nota.

sermoni, quem dixit Iesus Item in eodē Ioanne habetur quod inuenit Iesus asellum, & sedie super eum, sicut scriptum est: Noli timere Sion, & c. Hæc non intellexerunt discipuli eius primò: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo. Hæc de causa prophetiæ obscure erant antiquis, quia ea ætate nondum erant adimpleta: nec ad finem suum peruenerant prophetiæ illæ. Et sicut ea, quæ præterierunt, quæ antiquis obscura erant, nobis clara sunt: ita quæ ventura sunt nobis, obscuræ redduntur, & ideo Apocalypsis obscurissimus liber est. Omnis enim prophetia, vt ait Irenæus priusquam habeat efficaciam obscura est: postquam uero uenerit quod prophetarum est, tunc prophetiæ habent certam & liquidam expositionem. Propter quod in Daniele dicitur. Claude sermones & signa librum: vsque ad tempus cōsummationis, quæ ad usque discant multi & impleatur cognitio. Et Hieremias. In nouis mens diebus intelligunt ea. *Si regressus a monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & ceteris omnibus. Frat autem Maria Magdalena & Ioanna & Maria Iacobi & cetera, que cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.* Sic illi dixerunt leprosi. Dies boni nuncij hæc est, si tacerimus sceleris arguemur. Venite eamus & nunciemus in aula Regis. Venite & nunc nunciemus in Ecclesia Christi, quæ est veri regis aula: tam in signe mysterium. Certe illud Esaiæ nunc esse adimpletum ceruimus. Supra montem ascendit qui euangelizas Sio, qui euangelizas Hierusalem. Exalta in fortitudine tua, & c. Vnde illa uerba, qui euangelizas Sio, qui euangelizas Hierusalem, apud Hebræos foemina sunt: ita vt ad foeminas non ad viros referatur vt vel primum lumen Hebrææ linguæ ingressis constat, igitur Maria Magdalena exalta uocem tuam: dic omnibus Christum non iam in infirmitate, sed in fortitudine uenisse: non iam inclinatum capite daturū spiritum, sed in brachio extenso in mundo dominatum. Porro aduerterendum maxime est pro intelligentia istarum apparitionū & concordia quatuor Euangelistarum: quia nemo eorum integre narrat harum mulierum apparitiones: sed vnus hoc, alter illud, imò repugnare & contradici uidebuntur si non attentè legantur. Sed priusquam hanc breuiter enarrem historiam & Euangelistas in concordiam redigam, pro maiori expositione huius literæ scito, quod Marcus dicit, quod iste mulieres

hemini quicquam dixerūt præ timore: quia inuaserat eas tremor, & pauor: sed Lucas hic dicit, quod nunciauerunt hæc Apostolis. Dico quod cum Marcus dicit quod nemini dixerunt, intellige eorum, quos inuenerunt per viam reuertentes in ciuitatem: quia timebant hæc illis loqui, ideo tacerunt vsque dum ad Apostolos uenerunt, & tunc illis dixerunt, vt ait Lucas. Quot mulieres erant iste, quæ uenerunt ad monumentum, & quæ? Dico ad minus fuerunt quinque, scilicet, Maria Magdalena, Maria Iacobi, Salome, Ioanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna. Mattheus nominat Mariam Magdalenam, & alteram Mariam. Marcus uero nominat duas Marias, Lucas autem dicit hic quod erant Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi, & postquam nominauit has tres dixit in numero plurali, & c. terge, quæ cum eis erant: ex quo manifestè apparet quod ad minus erant alia due, & sic erant quinque. Quæ autem fuerint istæ due non est dubium quin erant Salome, quia Marcus illam expressit: & alia erat Susanna, quam Lucas nominauit. In octauo capite huius Euangelij: & in fine capitis præcedentis dixit quod istæ mulieres, quæ sequebatur Christum à Galilea parauerunt aromata, & in initio huius capitis dixit, quod uenerunt ad monumentum, & quæ nunc illas non nominasset satis declarauerat. Lucas in initio capitis octauo, & in fine capitis præcedentis quod erat Maria Magdalena, & Ioanna, & Susanna. Igitur istæ quinque mulieres coeperunt ire ad monumentum, cum adhuc essent tenebræ, sed uenerunt ad monumentum orto iam sole: & intrantes in hortum, sicut in fape, qua ualarum erat sepulchri distincta à macerie horri uiderunt ad ostium sepulchri ad dexteram partem lapidem reuolutum, & Angelum sedentem super eum, vt dicunt Mattheus & Marcus: qui dixit eis. Iesum queritis, Nazarenum & c. Et ipsæ introeuntes in domunculam, ubi sepulchrum erat, uiderunt alios duos Angelos non sedentes sicut primum, sed stantes qui dixerunt eis eadem uerba, quæ primus dixerat, & hæc narrat hic noster Lucas. Tunc reuertentes omnes istæ uenerunt ad Apostolos dicens uiderunt uisionem Angelorum qui dicunt eum uiuere, vt dicit hic Lucas, tamen in itinere nihil dixerunt alijs ex timore, vt dicit Marcus. Apostoli autem non crediderunt eis, sed uisa sunt quasi deliramenta, vt dicit Lucas. Nihilominus tamen ut scirent, an hoc ita esset uenerunt

Mar. 16.

Nota.

fung

runt Petrus & Ioannes ad monumentū, & simul cum eis omnes istæ mulieres, iam secunda vice: nam prima vice venerunt ipsæ solæ quando angelos illos tres viderunt: & nunc veniunt secundo cum apostolis. A postoli autem videntes vacuum sepulchrum, ut mulieres dixerant, mirati sunt. & reversi sunt ut Ioannes ait. Maria autem Magdalena stabat ad monumentum foris plorans, scilicet, extra domunculam sepulchri iuxta osium: alia: autem mulieres separatae, ipsa autem sola vehementius plorabat, quia ardentius diligebat. Tunc (ut Ioannes ait) inclinavit se & vidit duos angelos sedentes, non inquam illos quos Lucas dixit stantes, quia hæc est alia apparitio. Apparuit illi soli Christus, & dixit, Maria, &c. ut narrat Ioannes. Post hæc iam secundo venerunt ad discipulos omnes istæ quinque mulieres, & cum irent apparuit simul omnibus Christus in via & dixit eis. Aucte, & illa tenuerunt pedes eius. &c. Hanc apparitionem, enarrat solus Matheus sicut apparitionem, quæ facta est Mariæ Magdalene enarrat solus Ioannes. Ex quo collige quod duabus vicibus apparuit Dominus Magdalene in die resurrectionis. Primo ipsi soli intra claustra sepulchri: secundo simul cum alijs mulieribus. Et venientes nuntiaverunt hæc discipulis. Si hæc in mente habueris, concordiam inuenies inter euangelistas. Hoc tamen aduertendum est non solum hic sed in alijs pluribus locis quod id quod vnus euangelista facit, alius loquitur & supplet: & sic ex omnibus quatuor contextes hanc historiam ita ut enarrauimus. Nec quia Ioannes dixit quod venit Maria Magdalena ad monumentum se quis quod venit sola: imo ex eodem Ioannis contextu sequitur quod venit cum alijs: nam dixit apostolis. Tulerunt Dominum meum, & nescimus ubi posuerunt eum. Non ait nescio sed nescimus: ex quo elicitur omnes illas mulieres simul adfuisse. Sequitur etiam quod Magdalena in illa die quinque angelos vidit. Vnum qui erat sedens super lapidē ad ostium monumenti, & alios duos intus stantes: quos tres etiam alia mulieres viderunt. Sed cum venerunt secunda vice, sola ipsa vidit duos angelos sedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Hos duos aduentus Magdalena scribit Ioannes quoniam in vitroque aduentu tacet quod venierunt etiam alia mulieres. Magdalena principalior erat: & ideo ab omnibus quatuor euangelistis nominatur, & prima omnium. Sic

ergo accipienda sunt hæc, & omnia in concordiam & vnam narrationem diriguntur. Sed ad contextum reuertamur. Et visa sunt ante illos sicut deliramentū omnia ista: & non crederent illis. De primo aduentu agit Lucas cum primo reuertente a monumento narrauerunt apostolis quod viderunt angelos qui dixerat eis Christum surrexisse: sed tamen apostoli iriserunt eas, nec fidem verbis earum adhibuerunt, sed tanquam fabulosa reputauerunt, aut somnium, & mulierum dictum. Videtur hac ratione, Pontifices, Annæ, & Caiphæ & Pharisæos, & scribas maiore fidē habuisse de Christi resurrectione, quā apostolos: nam crederent custodibus sepulchri dictis Christus surrexisse: dederantque illis pecunias ut dicerent, quod discipuli corpus essent furati nocte: quod profecto nunquam fecissent nisi adhibuissent fidem custodibus affirmantibus Christum surrexisse a mortuis. Sed apostoli non crederunt mulieribus nec Petro, nec discipulis duobus, quibus apparuit euentibus in Emmaus, ut dicit Marcus, & quod magis mirandum est quod Thomas ita incredulus fuit, ut omnibus apostolis non crederet. Diuina tamen dispensatione permittum est ut apostoli vnde cum reliquis, discipulis existimaret mulieres tāquā deliras, ad firmitatē fidei nostræ: ut hinc perpendamus non faciles eos fuisse ad credendum, & quam verum sit Christum surrexisse a mortuis cum hoc crederent homines & prædicauerint, animo obstinato ad credendum. Resurrectio non solum apostolis verum omnibus etiam alijs fuit quidam articulus difficillimus: creditur. Iob. 19. quatur stylo vitæ nono ad eam commendādam: quare primo dicit. Quis mihi tribuatur, ut scribatur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo & sculpantur in silice. Non vult verbis terri, sed scribi ad perpetuam rei memoriam non quidem in papyro ruptioni obnoxio, sed potius in silice stylo ferreo. Post quod inquit. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. &c. Re posita est hæc spes mea in sinu meo. Quæ custodia commissi, seruataque habes, solēs dicere in sinu recondita esse: quia certissima sunt, Paulus etiam cum Atheniensibus prædicabat Dei vnitatem & cetera nostræ fidei sacramenta, auctore illum au dicebant: sed cum loquutus fuit de mysterio resurrectionis irridebant & quidam dixerunt. Nouorum dæmoniorum videtur annuntia-

Matth. 28.

Marc. 16. Ioan. 20.

Iob. 19.

Act. 17.

tor esse: quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. Sciebant illi sapientes ex sua philosophia quod a priuatione ad habitum impossibile est regressus: & sic si fides non adiuuat ad articulos resurrectionis credendos, ratio naturalis non sufficit. Ex puteo profundo aqua minime potest exhauriri: sicut longitudinis trium cubitorum: quare si prolixè quis conetur aquam haurire tādem in puteum cadet, & peribit. Itaque quod corpus nostrum in cineres conuersum, illud etiam quod piscibus maris esca fuit, idemmet redeat, mysterium profundissimum est. Ratio naturalis debilis est, & id penetrare non valens. Est opus a deo difficile quod & si Deus iuxta suum propriū corpus animam poneret cui copiam faceret illuc ingrediendi, anima ipsa cum maxime virtutis sit & naturaliter inclinata & pro pensa ad sui corporis vniōem, nihilominus propria virtute corpus informare non valeret, absque auxilio diuino speciali & particulari. Cuius ratio est quia si anima propria sua virtute corpus informare posset eique vitam conferre se queretur effectum esse maiorem & principaliorē suā causā: quia melior & perfectior est homo integer, sola anima, quæ pars huius indiuidui est: quādoquidē totum sua parte melius est. Si ergo anima posset esse causa vniōis totius, sequeretur effectum esse meliorē causā: quod cōtra rationem est. Et ideo resurrectio est opus solius Dei: qui est supra naturam. In Ezechiele habetur quod duxit illum Dominus in campum plenum ossibus mortuorum: & dixit. Putas ne viuēt ossa ista? Et quauis propheta vaticinabatur non surrexerunt donec venit spiritus Dei, &c. Igitur si aliquos potuit Christus suscitare, cur non poterit suscitare seipsum? Ipse enim ait. Ego qui alios plorare facio: & ipse non plorabo? Ipse qui alios parere facio, sterilis ero: ut ostenderet Deus quod habebat potestatem suscitandi mortuos, voluit in veteri lege suscitare aliquos ut fecit temporibus Helie & Helis: ut disceret mundus quod poterat filium suum vnigenitum suscitare, ille qui alios suscitabat. Christus filium Archisynagoga, & filium viduæ, & Lazarū suscitauit: ut insinuaret quod imperium habebat supra mortem ipse mortis destructor: & secum poterat sua diuina potentia idem facere, quoniam sic voluisset. Argue ideo dixit. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi illam. Nul lus enim facilius tunicam exiit, & illam ve-

Ezech. 37.

Esai. 30.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Matth. 9.

Iuc 7.

Ioan. 11.

Ioan. 10.

stit: sicut Christus suū corp⁹ dimisit moriens, & iterū reassumpsit surgens a morte. Sed procedamus. Petrus autem iurgens incurrit ad monumentum, & procumbens vidit liuteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Non solus Petrus, sed cum eo simul Ioannes venerunt ambo simul: & ipse Ioannes expressit eius enarrat, quæ hic Lucas breui sermone cōplectitur. Solū autē Petrum nominat Lucas tanquā seniore, seruentiorē, & principaliorē: cuius exēplo cucurrit & Ioannes. Venerunt periculum facturi an ita essent ea, quæ a mulieribus dicebantur. Et abiit Petrus secum mirans quomodo corpore sublato essent relicta liuteamina veluti per otium subtracta corpori, quæ sine negotio non poterant euelli ea que nō temere disiecta, sed cōmode in suā reposita locū, semoto ab his sudario, quo textū fuerat corpus Iesu. Sed hoc angelico ministerio factū fuit: ad declarandū quod corpus saluatoris non fuit ab eius discipulis furtiuē sublatum, quoniam totis viribus festinasset hoc faciēdo timore custodum præsentium, nec tā diu, aut curiose se occupasset in cōpositione linearū istorū, sed vna eos cū corpore abluissent. Exeuntes a monumento stupescit Petrus discessit a Ioanne cegirans hæc secū & admirans, cui dñs apparuit, & peccatū pepercit trine negationis & cōsolatus est eū: & blādē, ac leuiter loquutus est. Sed audiamus iam Lucā aliam apparitionē pulchre differentem: in hunc modū. Et ecce duo ex illis ibāt ipsa die in castro Bethaniam, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emmaus. Defectus prudentiæ est res magni momenti relinquere, at que obliuisci ne parum diligētiae adhibeatur. Nam pulchrum & quod magni pretij est absque labore seruari non potest: quod si forsitan amittitur, diligētia & sollicitudine querendū est. A deo care Christus redemptor noster illos suos Apostolos emit atque discipulos, ut non solū laborauerit illos docens & fouēs lacte sua sacratissime doctrinæ: sed etiam quod plus est sanguinē proprium dedit in redemptionis pretium, & eorū amore vitam amisit. Non enim decens erat eos, quos Christus tā magno pretio emerat vidēs desitutos, incredulos, & adinacem separatos, relinquerē, & pati persistere in suo errore, ut fructum eorū amitteretur, quæque ipse in eis effecerat, pro modico labore & diligentia, quam adhibere debebat post eius resurrectionē eis viuus & gloriosus apparens, ut ad seipsum rediret. Cū

Ioan. 20.

ergo

Ioan. 20.

Matth. 28.



ergo Christus mane resurrectionis surgetet victor, & gloriosus, stragem quam in grege electo suo fecerat e daxe & famelicus deuoratorque lupus videns, decreuit, vt bonus pastor gregem recipere ad fidemq; adducere & ad charitatis viam. In hac historia scribit Lucas qualiter duę oues errantes, duo scilicet Christi discipuli in uisum quoddam oppidum se conferebant, quod vocabatur Emaus; qui bus cū appareret curiosus ac sollicitus pastor incedit cū eis, loquens, à quibus minime fuit cognitus; tandem eos illuminat & docet eis que seipsum ostendit oculis intellectus aperiens & in intellectum veritatis adducens, quos etiam ad gregem reddit lutos, & solatij plenos. Ait itaq; quod duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum Emaus. Fugiant ciuitatem sanguinolentam effundentem sanguinem innoxium. Etiam sanguis Christi recens erat: & recedunt à populo ubi tot & tanti habitabant peccatores. Extorres sunt à ciuitate ubi tot patrantur delicta: & statim offendunt Christum. Mox vt se à demonio, cōuersatione, & mundi delicijs auertunt: à Deo visitantur, & consolantur. Nō ergo p̄niteat nos mundum eiusque honores & vanitates fugere ac deserere: siquidem in maius nobis solatium cedit. Helias fugiens à consortio Iezabel prophetarum Dei in cœlesticis: ab angelo fuit visitatus. Quam vile tibi esset o anima mea mundi consolationem destituere: vt dulci Christo solatio frui ualeres. Tristes ambulabant illa via, mortis & passionis sui charissimi magistri memores: diffidentes iam de resurrectione. Q̄ Obserua autem quod in ipsa die resurrectionis isti discipuli diffidebant, & ideo dicit euangelista quod ipsa die ibant in Emaus. Si dies ille trāssisset aduēissetque iā quartus, aut quintus, nihil mirū si ambigerēt & diffiderent: mirabile autē nimium est quā increduli erant discipuli isti siquidem eadem die, nondum enim transierat, dubitabant iā. Si quis sponderet se daturum tibi centum aureos certo die Ioannis, scilicet, Babtiste, & eo deminet die mane, ante meridiē quererere, & diceret, te iniuria affici ab sponse, profer resque illum inique egisse, nec promissis lesitisse: nōne hoc male audiret? Omnes dicerēt. Amice, quid quereris? nondū abiit dies, nec uesperascit, uesper enim si conferat quod tibi pollicitus est nō franget promissionem, tēpus etiam restat. Ipsa inquit die. Nōdū enim lucebat, & iam diffidunt. Iam queri incipiūt

existimantes actum esse de re, nec iam magistrum resurrecturum. O hominum & corde debiliū, paruam fiduciam. Si magister uerter est uobis pollicitus se die tertia resurrecturum, nondum transijt nec nox uenit: uide te si promissis stat quidque, hodie facit, interea ne diffidatis ne animo linguamini. Quā plurimi se habent cum Deo sicut isti discipuli quoniam tunc cum Deum sequi incipiunt si mox auxilia non confert nec fauoribus spiritalibus fouet, diffidere eligunt tristitque reddi, putantes Deum iam esse eorum oblitum: & aliquando a sancto & bono exercitio desistunt, ad mundum quod reliquerant se conuertentes. Sic fecerunt filij Israel quando postquam ex Aegypto profecti sunt incedebat per desertum in terram promissionis, qui cum cerneret Mosem in monte detineri & morari, nec ad eos tam cito, vt sperabant, uenit, diffiderunt, & vitulū cui cultum & reuerentiam exhiberet cōstruxerūt. Quot hodie sunt qui Deo non tribuenti ab eis petita diffidant? Videtur uirgini nullā ei iam parere con nubia, quam ob rem decernit mundo inferari re atque carni, Dei & mandatorū eius obliu. Multi enim terminum Deo statuere uolunt, circa ea, quæ ab eo agenda sunt. Vis tu docere Deum quid facere debeat? Ne animo linguaris: & si Deus non tibi statim, vt petis subueniat. Saepe enim ac sapius solet Deus aliquid largiri, quando iam tu diffidis nec consequitum quod petis speras: ut scias Deum melius scire dare, quam repetere. Quis nam exultaret Habrahamo gladiū in altum sublatum habenti dicturum esse Deum ne extendas manum tuā super eū? Quis diceret quod Deus optimus sanctum Iob ad duplicatā gloriam, cum adeo esset abiectus uerteret: & Ioanam de ventre ceteri educeret nec non Susanam iam morti traditam, illique proximam, eriperet? Constatuit Deus homines in cōsultu vt propriam sapientiam despiciant, eamq; cōstituant in Deo. Domians mortificat, & uiuificat: de ducit ad inferos, & reducit. Sic David cū iam desperabat posse euadere manus Saul, Dominus liberauit eū. Ne desperemus ergo de misericordia Dei: nam & si moratur ipse opportune adiuuabit nos: in maiori scilicet, angustia. Cum Holofernes obliuiscat Bethuliam, ceperunt Hebræi Deum ipsū uocare, à quo cum non exaudirentur diffidentes, dixerunt Ozie sacerdoti. Iudicet Deus inter nos & inter te &c. quoniam fecisti in nos mala

3. Reg. 19.

Exod. 34.

Gen. 22.

Iob. 41. 109. 3.

Dan. 13.

1. Reg. 2. 1. Reg. 23.

mala nolens loqui pacificē cū Assyris: & propter hoc reddidit nos Deus in manibus eorū. Quia statim eos Dñs non exaudiuit, eligūt pacem cōstituerē cū Assyrijs, cū demonio uide licet, mūdo & carne Ideo reprehendit illos Iudith, dicens: Qui estis vos qui renatis Dñm? O gens debilis, & pusillanimis: quid de Deo diffiditis? Si moram fecerit expecta eū, uiniēs enim ueniet, & nō tardabit. Elías etiam ait. Qui crediderit nō festinet. Hoc est, qui Christi expactat, non existimet citō venturū. Adimplet promissū licet uideatur differre. Promittit David regnum & uictus est à Samuele: sed ante quā ad regnum ueniret multa mala passus est: ita vt uideretur quod nūquam perueniret ad regnum. Sic etiā dixit Ioseph Israel, quod Deus illos uisitaturus esset, sed prius multa incommoda passi sunt in Aegypto. Sic Paulus ad Hebræos ait, Nō site amittere confidentiam uestrā: quæ magnam habet remunerationē Deo enim stat pollicitus, ueluti his, quæ suis est pollicitus cū dixit se resurrecturū tertio die. Quauis paulū ipse moratur, ne ob id diffidamus sicuti isti discipuli fecerūt, qui die eadē diffidere ceperunt: sed in Deo speremus, qui uerū suum non franget, nec fregit vnquam. &c. ¶ Præterea qui fuerint isti duo discipuli graues doctores senserūt q̄ fuit vnus illorū Lucas, & alter Colephas. De Cleopha nemini dubiū est, quia Euangelista eum nominat de Luca uero dubium est. Hieronymus enim ait quod Lucas Dñm non uidet in carne. ¶ Porro in hoc q̄ dicit sexaginta stadijs distare, significare uoluit quatuor leucas: nam decē sex stadij: leuca conficitur vñdo cum Ioannes dixit Bethaniā ab Hierusale quinde cim stadijs distare uoluit dicere minus spatiū, quā leucā integram intercedere: quare si inter Hierusalem & Emaus quatuor & sexaginta stadijs intercederet, Lucas diceret, diceret consequenter quatuor intercedere leucas integras: Cū ergo rantū sexaginta stadia sint, manifestē constat quatuor leucas esse quarta parte leucæ vnus excepta. Quod sufficiat de istis stadijs. Nūc sequitur in cōtextu. Et ipsi loquebātur aduēitē de his omnibus quæ acciderāt. Vidisti ne frater (dicebat alter ad alterū) crudelitatem & impietatem, & nequitiā quā gefserunt isti Pharisæi circa nostrum magistrum cum adeo bonus & sanctus esset: Iurarem uti que filium esse Dei: sed modo non credo, nec affirmare audeam. Nam si filius Dei esset, nō permitteret æternus pater filiū suum tam

acerbe tractari: nam Deus nunquam suorum obliuiscitur. Sed quod me magis torquet est uidere quomodo Lazarū quarto die mortis suæ suscitauit. Quoniam modo (ait alter) hunc posset edere effectū nisi esset Deus: Respōdit ipsemet. Hæc etiam fecerūt miracūla sancti: sicuti Helias, Eliseus & alij. Verū est (ait alter) alios hæc fecisse miracula: sed nō ea autoritate & dominio, qua magister noster Lazarō præcepit exire à monumento. Bona ratio ista: sed tamen si Messias uerturus erat magna autoritate & maiestate, ut Israel redimere posset: quare pauper uenit? Quia nam fuit maiestas, uapulare, atque crucifigi? Respōdit alter. Nonne uides esse opus labore: ut quis gloriā adipisci ualeat? Quauis nō intelligo quomodo moriēs, & nō resurgens poterit nos à morte eripere: qui se ipsum ab ea eripere non potest. Quomodo enim qui uictor euadere potest: cū uictus sit? Cū hæc inter se agerent accedit Christus ad eos in forma & figura per: gri ni baculū & galerum gerens, dicens. Vnde nā amici? Cōferimus nos (inquit illi) Emaus. Ait illis. Itidē ego, quāuis illinc sum profecturus. Ideo ait Euangelista. Et factum est dum sabulauerunt, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Expēdit Christi bonitatem & clementiam, qui ut duos saluaret discipulos non quidem de Apostolorū numero, sed de minoribus alijs non dignatur eis apparere, & cū illis incedere tam longā uia prædicans docens & adducens tot prophetias & testimonia, ut in ueram Dei cognitionē perueniret faciat. Quauis modo multi ex maioribus & prelati contēnuunt paruulos docere: nec uolūt scientiā exercere, nisi corā regibus, & principibus. ¶ Vide etiā prudētiā & charitatē Saluatoris nostri. Paulus enim dicebat. Omnia factus sum omnibus, ut omnes ad me trahā. Si ergo Paulus auxilio Christi adiutus hoc faciebat: quāto melius ipse Christus faceret? Apparet Deus uicniūque secundū dignitatē suam, & conditionem Cū paruulis sit paruulus. Ideo David in Psalmo loquens Dño ait. Cū sancto sanctus eris, & cū uiro innocētis in nocēs eris. Et cū electos electus eris: & cū peruerso peruerteris. Hoc multi putant quod dictum sit ut homines euaēnt locietate impiorū, quasi diceret egregius P̄sares. Fuge à malorum consortio: nam si cū bonis agis, eris & tu bonus: si cū malis, malus: nā ex colloquijs prauis uel bonis boni, uel mali mores efficiunt.

1. Cor. 13.

1. Cor. 9.

Ps. 17.

viuitur. Sed certe si bene litera inspexeris, non tale vult David dicere: sed de Deo ait qđ ipsemet Deus est humilis cū humilibus, potes cū potentibus, paruus cū paruulis, magnus cū magnis. Cū sanctis sanctus est: & cū peruersis puniens eos, est eis quasi si esset peruersus: potentes enim potenter tormēta patiuntur. Quapropter antequā hac diceret, Psalmista dixit. Et retribuet mihi dñs secundū iustitiā meam: & secundū puritatem manū mearū, in conspectu oculorū eius. Sequitur cum sancto sanctus eris, &c. Hoc est, cū quolibet te habes secundum conditionē eius. Et subdidit. Quoniā tu populū humilē saluū facies: & oculos superbiorū humiliabis. Cū humilibus eris humilis, cū potente & superbo, eris fortis, & potēs. Athanasius etiā & Theodoretus asserunt voluisse Davidē his verbis significare, qualē quis se ostēderit, talem aduersus eū se Deū ostēdere. Vt speculū quicquid obijcias refert: sicut placidū & benignū illi ostēdis, placidū & benignū se tibi ostēdit: si vero iratus & si milititer vultū speculantis furorē cōmotū. Sic Deus speculū sine macula vt dicitur in libro sapientię, modo vultū iratū ostēdit tibi, modo mansuetū: ostēdit enim se misericordē misericordibus, & crudelibus seuerum. Ideo in Euangelio modo se cōparat pastori, modo agricolę, modo Regi ponēti rationē cū seruis suis. Sic fecit in sua resurrectione cū his quibus apparuit. Quibusdā fortis apparer & terribilis, sicut armatis qui erāt iuxta sepulchrū: quia armati erāt. Alijs vero humilis, sicuti his discipulis humilibus. Si te ad aliquē hortū cōferres, & hortulanus siue olitor tibi obuiā occurreret, qui nouit optime locū herbę, quam queris, cūq; tibi offerret: certe fortunatus habereris. Itē si iter ageres, in quo se tibi offerret alius idē agēs iter qui nō solū tibi iter ostēderet, sed etiā tecū conuersans incederet, gauderet utiq; propter hoc. Vide ergo qualiter se Christus cū omnibus habeat, vt omnes lucratur. Magdalena apparet in orto vt hortulanus: quia in orto pulchrā querebat herbā, & odoriferū florē: his discipulis iter agētib; apparet vt peregrinus: cū iherosolimis sepulchri qui armati erant, apparet vt fortis & potens. Quod dicit hinc prelati tractare subditos exēplo ipsius Christi ostēdetes se graues & seueros cū seueris & superbis subditi: benignos & humiles, cum paruulis, humilibus, & pauperibus. Modo tamē e contra omnia sūt. Cū paupere subdito se habēt superbe, magna cū maicsta-

te: nec honorē deserūt nisi tantū potētī, & fauoribus abundantī: quem. s. mundus magnificat. Si subditus amicis abundat, & eū mundus magni æstimat, & reueretur: de eius virtijs, nō curat: licet stimulantē conscientia nouerint egere correptione, atq; supplicio: quoniā potētis autoritas eos reddit intermes & debiles. Tantū abiectis se seueri præbēt: qui quidē sic coram prelati tremunt & palpitant, ac si argēto viuo essent imbuti, nec loqui audent. Isti enim prelati aliter se habent, quā Christus ipse, qui quidē potētibus, se præbēt, humiles, humilibus vero insolentis: in his tantū leges maxime obseruari volūt, & subditus qui curiæ fauoribus quibdat, voti cōpos semper euadit. Christus nō veretur armatos nec corā eis tremere: sed potius deponit, & deijcit, & in terrā cōijcit cū suis clypeis, ensibus, & hastis. His se acutē ostēdit, maxima cum autoritate. Cum his tamen duobus humilibus discipulis incedit Christus humilis comes factus: pedes ter iter agēs cū ipsis seq; ipsis cōformas. Hoc semper fecisse videbis si Euangelij legeris. Vide autoritatē & seueritatē qua increpabat superbos phariseos & scribas, quanque acerbē eos tractabat, dicens. Vā vobis scribę & pharisei hypocritę, &c. Et vide humilitatē, qua tractabat pauperes, mēdicos, cęcos, & miserabiles. Vni dixit filiū vocās. Fili remittitur tibi peccata tua. Illi, qui mendicabat in itinere Hierico dixit. Quid vis vt faciā tibi? Idē paralyticū piscinę alijq; plurimis. Mūdi saluator qui tā acerbē tractabat diuites, potētes, & superbos Hierusalē: tractabat etiā, vt pia mater humiles & abiectos, Sic prelati humiliter dicere debet. Fili mi est ne tibi aliquo opus? Eges fauore meo? Possū ne tibi in aliquo inferuire? Sed audiāt qđ propheta lamētatur de eis. Vā pastores, &c. qui cum autoritate imperabitis eis: & cū potētia. Sed de his satis. Monemur & nos quādo iter agimus & in cōmūibus colloquij de Deo loqui de ipsoq; agere. Si hæc fecerimus ducē semper Christū in via habebimus, comesq; noster fiet: sicuti factus est his, quia colloquia corū erant sancta, & honesta. Sic promissit ipse dicens. Vbi fuerunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorū. Sed hoc idē modo diabolus inquit. Vbi fuerint duo vel tres congregati, &c. Cum colloquia nostra ad demōnis obsequium pertineāt, murmuratiōibus, scilicet, luxurijs, & ambitionibus, non dubiū quin in medio eorū demōn sit colloquium ipsum iterum

Marc. 16.

Mt. 12.

Gene. 42.

Ioan. 5.

iterum atque iterum accēdens, &c. Quod præterea Christus cum istis vadit, nec ab illis cognoscitur: in quo insinuat quod Dñs Iesus sæpe nobiscum est, & nobiscum loquitur, etiā si nos ignoremus. Quotiescūq; enim aliquod bonū admonemur, vel in cordibus nostris, vel à fratrib; nostris: toties à Dño ipso admonemur. Et si cogitarem; perpetuo omnes bonos cogitatos ex Deo esse, cautiore certē essemus in rebus gerendis. Sed ibat Iesus cū eis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. In potestate animę glorificata est prohibere lucem sui corporis ne agat in visum: sicut & quęlibet alia actio corporis, erit in potestate eius: potestque per suā voluntatē occultare lumen sui corporis, nā in corpore glorioso est summa obedientia ad animā suā: sic videbatur eis quasi nō esset gloriosus, nec etiam oculi discipulorū illum cognoscebant. Nec putandū est quod dispositio faciei Christi sit mutata, quia verē fuit glorificatus: nec alia effigies fuit subiectiue in facie Christi. Et cum Marcus dicit quod apparuit eis in alia effigie: intellige quod alia effigies fuit subiectiue solū in oculis discipulorū vel in aere. Potuit enim Christus visum discipulorū diuersimodē immutare per solā impressionē, talū aut talū virtualū (speciorum, seu radiorū). Simile accidit Petro cū ductus de carcere Herodis ab Angelo, non discernebat, nec cognoscebat quod in veritate ambularet, sed exillimabat se visum videre: & nobis quoridie hoc accidit, qui cum Christum ob oculos habemus, qui tot nobis beneficia confert, & nobiscum incedit, ducens & à demōnio eripiens, morte, & inferno, & tamen cognoscere nolumus Filij Iacob fratrem Ioseph cum presentem haberent, qui quidē eis triticū dabat, & nūmos, quos ipsemet tulerant: & tandem eis magnam mentē parauit, quibus beneficijs non obstatibus minime eū cognouerūt. Oculi ceteri mundi splendore, nō nouerunt Deū & si obiectum habeant. Quare homines dū magis sunt modo intēti, minus Deum nouerunt, & c. Quod obserua etiā quod cum isti oculi corporis Christi non cognoscebant: ita Christus nō cognoscitur humanis rationibus, sed sola fide & ex scripturis sanctis. Scrutamini inquit Christus Iudæis scripturas, in quibus vos putatis habere vitā: illæ enim de me testificantur. Cū igitur Christus cū istis duobus discipulis iter agere inciperet, interrogat eos dicens. Quis sunt hi sermōnes quos conferitis adinu-

cem ambulantes & estis tristes? Videbamini (inquit) ante quā ego accederē loqui adiuuicē ad modū disputatiū. Quid ergo cōferebatis inter vos? Expēde qualiter in operibus nostrā salutis prius Christus incipit, & primo agreditur. Incēdit Christus cū his duobus discipulis: tacet ipse, tacent & ipsi. Experiri volo quis nam prius ordiatur: qui enim magis nos diligit, prius incipit. Paralyticus, qui erat in piscina curā proprię salutis dimiserat: qui cum medicum coram se haberet, nec orabat cum pro salute propriā: sed tamē minime exoratus qui amoris igne ardet maximē cupidus nobis bene facere, interrogauit nihil loquentē, vis sinus fieri? Mulieri illi, quę decē & octo annis habebat spiritū infirmitatis, & erat inclinata: cū adeo nihil peteret, cœlestis medicus perfectā salutē contulit. Videre quo pacto Christus ad hos venit discipulos, non vocatus, nec exoratus: quomodo etiā nemine interrogante loquelā suscitauit. Præterea cernite modos & ambages Christi, quibus se habet, vt autē illis prædicandū sumat. Quare de qua sita in qua sita, vult notus fieri his. Quod idē fecisse dicitur iuxta fontē. Sic cū muliere illa Samaritana, cū potā aquę ab ea peteret: cui postea cū diceret voca virū teum venit in peccati detestatiōē, propterea remissa sunt ei peccata. Eadē nobis quotidie, pietatis diuina operatur, adducēs nos varijs modis & ambagibus à nobis minime cognatis: quādoq; delicijs, quādoq; vero inijs, & huiusmodi similibus. Ipse nos orat: & nihil intētatum relinquit, cū ipse met sit offensus. Aduerte etiam hos duo discipulos tristes incedere per viam: non ob aliud, nisi quia dilectissimo suo carebant. Nihil adeo Christianū debet tristē reddere, quam Christi Dñi absentia. Hoc solum Davidem ad tristitiam cogebat quando dixit. Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dū dicitur mihi quod vbi est Deus tuus? Et iterum. Hæc mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et ideo Christus loquens de sua absentia dixit discipulis. Tristitia impleuit eorū vestrū: nā cū gloria, vt ait Paulus sit conscientię bonus testis, & hanc sine Deo nemo consequi potest, sequitur nullam posse esse veram lætitiā, vbi Deus non est, sine quo omne gaudij fallum est, lætitia quoque vana & momentanea. Solent homines lugere propter amissam pecuniā, fratres, aut amicos mortuos: & tamē non meminerunt Deum amississe. Hoc solum de-

Ioan. 5.

Luc. 13.

Ioan. 4.

Psal. 47.

Psal. 119.

Ioan. 15.

2. Cor. 1.

ret eos tristes reddere & sollicitos: siquidem, cum Deus summum bonum sit eo carere necessario summa miseria erit. Sed ad contextum. *Et respondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei: in solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti qua facta sunt in illa his diebus?* Certè cum quis tristes est, nec ad quaesita respondere scit, nec plene respondet, sed confuse, & tarde. Existimant enim qui tristes sunt omnes suae tristitiae causas esse, ac si renerentur alij suae tristitiae causam & rationem praestare. Habet enim hoc proprium humanus affectus, vt quod cuique valde cordi est, putet nemini ignotum esse, & nemine non esse curae. Sic sponsa in Canticis quaerit à filiaibus Hierusalem. Nunquid quem diligis anima mea vidisti? Et Magdalena in hortu. Si tu sustulisti eum. Putabant istae quod omnes sciebant quid ipse quaerent. Sic isti existimabant quod omnes scirent quod ipsi tractabant. Vnde Cleophas. Tu solus peregrinus. & c. Res est (inquit) omnibus notissima, quicunq; uelintur Hierosolymis. Habet duplicem sensum. Tu solus hospes Hierosolymitanus es ignorans ea, quae nemo nescit quantumuis aduenat. Aut, tu adeo peregrinus es: vt haec ignores. Merito potest dicere Christum esse peregrinum in mundo, apud plurimorum corda siquidem tractatur, ac si peregrinus esset. Peregrinus enim semper hospes est: nam hodie accedit & cras migrat, propter quod semper amicis caret. Sic Christus habet amicos in hoc seculo per paucos: nec ad plurimorum corda ascendit, quando iam ab eis expellitur. Quam plurimi sua peccata confitentur in Quadragesima, qui iam de sua agant correctione, & in die Paschatis Corpus Christi recipiunt, qui postea à se illum expellunt ad antiqua peccata reuertentes. Adueniente die Paschae, tempus terunt in gaudijs, obsonijs, ludis, & similibus. Propter hoc conqueitur Deus, dicens. Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filij matris meae. Resurrexit ne Christus, vt vos peiores efficeremini? Scitote quoniam festum Paschae non factum vt dimitteretis vitijs habenas: sed vt homines meliores fierent. Et Paulus inquit quod Christus resurrexit propter iustificationem nostram. Non resurrexit Christus, vt peccatores simus: sed vt iusti efficiamur. Nō resurrexit vt portas mortis aperiret: sed vt nos ad vitam repararet. Etiam tunc insensati peruerse agētes,

ram quam si Christi resurrectio sit mortis portam: statim Christo resurgente, in mortem se conijciunt peccantes. Non sic impij non sic: sed qui hucusque planxerunt peccata vestra, nunc iam de remissione letamini. Qui hucusque doluistis cum Christo, nunc letamini in Domino: & exultate iusti. Qui peccatis vestris morti estis, & cum illo estis crucifixi: nūc cum illo etiam sic fugite, tanquam iterum non morituri: quoniam Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: & mors illi ultra non dominabitur. Sic vos à peccatis surgite: vt non ultra in ea labamini. Cauete ne Christus peregrinus sit in uestris cordibus: sed facite cum perpetuo incolam, non reuertentes ad praeterita peccata. *Quibus ille dixit. Quae?* Vt Christus suos discipulos in planum deducat finxit se nihil scire: ideo interrogat. Quae? Domine quid sibi vult, quae? Vapullasti multum. & coronatus fuisti. Crucique affixus, & interrogas, quae? Sunt ne haec obliuione digna tam per te facis quae nudiustertius passus es, quae nemo in hoc seculo perpeti potuit aliquo tempore: & modo tanquam si ea vili faceres, & in ridere quaeris, quae? In hoc experiens praestantiam corporis gloriosi, & quam nobilis est beatitudinis status. Esto pariatum quis in hac vita omnes labores, & cruciatus inferni, si cum ex hac vita migrat Deo fruatur, non amplius meminit praeteritorum, magis quam si nunquam forent. Est tam felix status ille, vt ab corporis animabus nostris in visione Dei, ex eiusdem redundancia gloria, corpori communicatur: qui factus iam gloriosus nihil facit cruciatus, & labores huius vitae. Si modo à Laurentio quaereres, passus es ne incendia incessisti per ignes: Diceret ipse. Ego ne? Quid quaeritis? Loquimini mecum? Quae flagella, aut ignes? Non teneo, modum istum loquendi. Est tam praestans bonum, quod possideo & gloria, qua fruor: vt cogant ista & maiora obliuioni dare. Omnia mala vitae praesentis obliuioni tradit status beatitudinis. Ioseph, qui multa aduersa pertulit à fratribus à domina sua, & ab alijs: cum natum vidit filium vocauit illum Manassem: eo quod obliuisci fecerat illum Deus omnium laborum suorum. Quanto magis ille status beatitudinis obliuisci faciet omnium laborum vitae huius? Ideo Diuus Augustinus dixit quod si vnica tantum gutta caelestis beatitudinis in damnatorum poenas deflueret, tanta dulcedine repleret Gehennam, vt nulli dolo

*Psal. 1.*

*Psal. 31.*

*Rom. 6.*

*Sap. 5.*

*Gen. 29.*

*Luc. 18.*

*Aug. ser. de beatis. cor. 1. 1. 1.*

rem: aut tormentum paterentur. Contra autem damnati in inferno, nullatum delectationem seu deliciarum vlla praeterita meminerunt, nec vlla res harum eos soluat: quare constituti sunt in pura tristitia & cruciatu. Sic in libro Sapientiae habetur quod damnati positi in inferno dixerunt. Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra, & tanquam nuntius praecurrens. Itaque deliciae & voluptates, quae mali hic sunt adepti, cum ad inferos perueniunt sunt: tanquam si non essent. Sicut labores, quos hic iusti patiuntur, sunt cum Deum vident tanquam si non fuissent, quare eos contemnunt, & parui faciunt. Hae ergo prior ratio, quare Christus interrogat, dicens. Quae? Est tam felix status quem Christi corpus possidet post eius beatificam resurrectionem, vt labores praeteritos irrideat, & quasi per contemptum dicit. Quae? Secundo in hac interrogatione ostendit Christus infinitum amorem, quo nos prosequitur. Sic nos Christus diligit, vt totum, quod pro nobis fecit, & passus est parum ei videatur si cum amore, quo nos afficit appenderetur. Ideo dicit, Quae parum enim id est, praecipue cum pro vobis sustinuerim parui facio: siquidem si opus esset iterum mori pro vobis: equidem moterer. Magnum quid videtur vobis mei passio: ex se enim verum est: est quidem adeo terribilis, vt nullus vnquam talem sustinuit. Sed tamen cum video eam me propter vos sustinuisse, nihil de ea agonomiam maiora sustinebo pro vobis si opus fuerit, qui amor meus erga vos est. Seruuit Iacob Laban propter Rachel septem annos, & inquit scriptura, quod videbantur ei dies pauci, propter magnitudine. Sic Christo cum tanta pronobis sustinuit apparere parum adeo vt interroget, quae? Respice ergo o homo quantum debeas huic Domino, siquidem cum hic pro te fecerit cum magnum sit parum ei videntur, quia nos magno afficit amore. Ideo quaerit, quae? Sed nos contra facimus quibus cum parum pro illo sustineamus videtur multum facere: Deumque de rigore iustitiae debere caelum, & nobis et iudicamur sancti. Sic existimabat ille Phariseus, qui cum in templo oraret dicebat. Teiuno bis in Sabbatho, decimas deo omnium, quae possideo, &c. Totum hoc oritur ex minimo amore, quem erga Deum nos habemus. Nam sicut Deo multa pro bonis facienti pauca esse videbantur, pro

pter magnum amorem, quo nos prosequitur: sic nobis cum parum faciamus multum fecisse videtur, quia eum parum diligimus. Sequitur in contextu. *Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit Propheta potens in opere, & sermo ne coram Deo & omni populo.* Saluator noster hoc nomine Iesus appellatus est in circuncisionem: sicut ab Angelis fuerat praedictum: vt iam in superioribus vidimus. Nazarenus autem dictus est, quia in Nazareth educatus fuit. In Matthaeo enim legimus de Iesu quod veniens habitauerit in ciuitate, quae vocatur Nazareth: vt impleretur quod dictum est per Prophetam, quoniam Nazarenus vocabitur. Praeterea dixerunt illum Prophetam, & non filium Dei, vel quia non credabant eius deitatem: vel si credebant illum esse filium Dei, non audebant illum confiteri coram homine ignoto. Nesciebant enim quis ille esset quem peregrinum existimabant: & ideo non audebant diuinitatem eius proclamare, ne traderentur ab illo peregrino, cui minime fidebant, qui cum essent timidi & pusillanimes non audebant loqui de Christi deitate, quam forsitan ipsi interius constiterant. Quae etiam addunt testimonia, magna quidem sunt, sed non sufficientia: quia non solum fuit potens coram Deo, sed fuit ipse Deus. Omnipotens nomen eius ait Moyses. Quam potens porro fuerit Christus percurrere totum Euangeliorum corpus, & expendere singula eius miracula, & videbis quanta cum potestate & maiestate illa operatus sit. Quod fuerit potens in sermone testantur populi apud Euangelistas, admirabantur enim tarbare super doctrina eius. Erat enim docens eos (ait Matthaeus) sicut potestatem habens: & non sicut Scribae eorum & Pharisei. Sequitur. *Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super haec omnia tertia dies est hodie quod haec facta sunt.* Sperabant isti discipuli sicut & plures alij Iudaeorum non intelligentes scripturas quod Christus esset redempturus Israel temporaliter à iugo seruitutis & Romanorum imperio: & ideo interrogauerunt eum quidam cum ad caelos vellet ascendere. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel: Sed quia de hac re in superioribus in capite vigesimo primo scriptissimus, nunc caetera consideremus. Culpam mortis Christi non Pilato, aut gentibus tradunt,

*Cantic. 5. 10 an. 20.*

*Psal. 68.*

*Rom. 4.*

*Matth. 2.*

*Exod. 15.*

*Matth. 7.*

*Matth. 1.*

dūt, sed Iudeis & eorū Principibus & Sarcedotibus: quia isū iudicauerunt Christū reum esse mortis, & tradiderunt illum Pilato, & suis clamoribus, & vocibus fecerunt, vt Pilatus illum damnaret morte, iudicans illum dimitti. Ex hoc factō duo obserua. Primum quā impium sit aliquod malum inchoare: si quidem à Iudæis mors Christi petitur quia ab eis initium habuit, quauis ab ipso Pilato finem, in tertio & quarto libro Regum sepe repetit scriptura peccatum Ieroboam, quia fuit primus qui vitulos aureos contulit à populo adorandos, cuius iniquo exemplo successerunt alij Reges, qui illum censuerūt imitari non ab re esse: sed tamen semper scriptura tribuit culpam Ieroboam, quia initium mali fuit. Hinc videbis quā acerbè sumet Deus supplicium de his, qui nouitatum inuētōres sunt circa vestes, & alias dissolutiones & vanitates. Secundo licet Gentiles Christum manibus crucifixerunt, tamen Iudæi linguis accusauerunt, diffamauerunt, & falsa testimonia, & blasphemia contra Christum dixerunt: atque ideo isti multo grauiori pœna puniti, & abiecti sunt ab omni natione, ita vt postea ritulos Deus in derisam & opprobrium omni nationi. Certe populum quem Deus elegit, quem tantū semper fecit, quēque Deus tot miraculis eduxit de Aegypto, cui tot contulit beneficia, quæ inuenies in toto veteri testamento, & tandem filius Dei ex eo carnem assumere non indignatus est: modo tamē abiectior proculdubio, & vilior cæteris omnibus mundi nationibus est: nam inter Christianos, Gentiles, Sarcenicos, & alias mundi nationes sunt in contemptum redditi. Hæc tota fuit eis iniusta pœna propter eorum linguā

*Matth. 27.* iniquam, siquidem innotem Iesum cōdemnauerunt Barabam incolumem manere clamantes, quare sanguis Christi cadit super eos, & filios suos, sicut à Pilato ipsi petierāt. Multum soler Deus punire impias, & malas linguas, infamatores, & detractores proximorū: nec non aliena ū vitarū indagatores. Propter hoc peccatū, & scelus fuit lepra percussa Maria soror Moſi. Propter hoc scelus Dathan & Abirō fuerunt à terra absorpti. Core igne cōsumptus est, & propter istud peccatū maior pars filiorum Israel in deserto periit, vt dixit illis Dñs. Omnes qui numerati estis à quindecim annis & supra, & murmurastis contra me non intrabitis terram, super quam leuaui manū meam, vt habitare vos facerē: propter

*3. Reg. 12.*

Caleb filiū Iephonē & Iosue filiū Num: Murmurante etiam populo contra Dñm de labore, ignis Domini deuorauit extre mam castrorū partē. Et vt breuiter dicā in nulla re Dñm magis offendisse dictus est populus ille quam murmurando. *¶* Obserua etiam quod non dicunt illi discipuli nos speramus, sed sperabamus. Loquuntur, vt homines qui ante habebant spem, sed modo eā amiserunt: quare omnino diffiderunt, dicentes. Tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Existimabamus eū hodie resurrecturum, & redempturū Israel, sed iam non est quid speremus. Ex omnibus horum verbis colligitur quam tristes, & diffidentes discipuli isti incedebant. *Sed & mulieres quædam ex nostris tenuerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuenit corpori eius reuerunt dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse qui dicunt eum viuere.* Suis dictis semetiplos condemnant, nā inquirunt. Iste mulieres erant ex nostris, erant enim Christianæ & studiosæ: quare equum erat eis fidem adhibere. Secundo, testimonium Angeli vnus sufficiebat, vt crederent ipsi Christum Dominum viuere: quanto magis quia certum est tres vidisse Angelos, mulieres, vt iam supra vidimus: quæ quidem nūciauerunt Apostolis quæ eis Angeli dixerant. Aduerte autem quod ista mulieres, non tantum terruerunt Apostolos eo quod Christi resurrectionem narrabant: sed potius terruerunt eos, eo quod non inuenerunt corpus Domini, de quo discipuli vehementer erant stupefacti & territi. *Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inueniunt scilicet mulieres dixerunt: ipsum vero non inueniunt.* Audientes mulieres, Petrus & Ioannes, abierunt ad monumentū, vt Ioannes enarrat: & viderunt linteamina posita, & sudarium quod fuit super caput eius. Mulieres ergo nihil finxerunt, nec erant verba illarum delictamenta, sicut illi putauerant. Hæc omnia isti duo discipuli Christi summi iter agentes dicebant: sed Saluator tacuit, & audiuit, maxima cum patientia, vsque ad finem, nec eis plus resistit quod sperarent: in quo considerare debes Redemptoris nostri bonitatem, quanta, scilicet, patientia audiebat vnam diffidentiam & incredulitatem post aliam, vnam stultitiam & alteram. Sed tu adeo impatiens es, vt cum tibi ipsi videaris bonæ indolis, & felicitis intellectus cæterosque ingenio præstare renuis proximum tuū audire, &

*Ioann. 20.*

auscultare, nec permittis finem verbis suis imponere: sed statim si obuiam suis loquelis, dicens, te iam molestia affici, & tandem eum relinquis. Disce hoc Christi exēplo patienter audire pauperes, & humiles, vsque ad finem: nam & si tu magno ingenio polleas, non eris tam præstans, sicut Christus qui tacens præbebat aures attentas horum stultitiam. *¶* Discant etiam sacerdotes, qui confessio nes audiunt, & peccata penitentium, nō occurrere statim quod primū peccatū audiunt: sed audiant, interrogent, expectent, & dicentem auscultent, vsque dum confessionē perficiat, sicut Christus cum istis fecit. Nā si confessor primo auditō peccato scandalizatur, & carpere incipit: poterit contingere quod peccator metu concussus alia similia, aut grauiora peccata subiteat. Si quis retia ad capiendas columbas parasset, qui earum manum videret, si statim senties aliquā in laqueū incidisse rete reciperet, aut manum eodem congestam inuaderet seu lapide peteret, nullam proculdubio caperet: perterritæ enim in alas se protinus conijciunt, quare necesse est silentio & patientia expectare, vt omnes capiātur. Sic vos debetis gerere cum peccatore, & expectare, vt confessioni imponat finem: post enim restat tempus ad recipiendum, & monendum, vulneraque peccatorum curandū. Sic Christus audit hos, & præbet aures attentas, vt omnino proferant suas incredulitate: post hæc autem opportune, dicere orditur. *O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuntur prophete.* Huc vsque cōtūcivit, vt medico vulnera sua detegerent, iam Christus modo curare incipit, & medelā adhibere, fungiturque officio medici, qui sanguinē emitti præcipit, & medicamina expulsua cōfert: sicut chirurgus qui igne carnes secat, & vulnerato passionem infert, vt tandem incolumis euadat. Sic Christus modo incipit stultos vocare, dicens. O stulti & tardi corde ad credendum. Qujd hoc est Dñe quare eos sic tractas? nonne doces neminem alios iniuria afficere posse? In Euangelio enim Marthæ dicitis maxime inculcās. *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Videris ergo Dñe aliud nobis præcipere, & aliud ipse facere. Scitote quoniam hoc aliter Deus facere potest, quam nos. Habet argentarius vas argenteum, quod dolat: qui si de domo abeat, suis di-

*Exo. 18.*

*Matth. 5.*

cit. Nemo vestrū capiat hoc opus nec attingat, postea autem cū venit malleum capit, & incipit ictibus vas cōtūdere adeo, vt in quodam planum reddat. Dic modo tu, qui odisti alios ad tuum opus accedere, & pertingeres: cur sic tractas vt perdere videaris? Quia alij si dolare volentes, attingunt perdent eū: ego tamen sic faciens, perficio. Sic nos nec accedamus ad proximum, nec cum tangamus: nescimus enim quid faciamus, & tandem perdemus opus. Christus autē vt bonus artifex nouit quid faciat: potest punire, & corrigere, cōtūdereque, quandoquidem totū hoc in cōmodum & vilitatē persequuti vergit, quia perfectior euadit Sic affixit David, Iob, Tobia, & alios multos seruos suos: & Paulo datus est Angelus satana, vt eum colaphizaret. *2. Cor. 12.* Itaque propter utilitatem corum facit. *¶* Aduerte autem quod cor in scriptura facta sumitur pro parte animæ superioris, in qua voluntas est & intellectus. Nec enim cor est aut voluntas sola, aut mens sola: sed vt rursus simul. Et ideo Paulus dicit, quod d corde creditur ad iustitiam: non autem crederet si sola voluntas esset. Et alibi dicit. Det vobis Deus illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis quod sit spes, sed voluntas non habet oculos, nec voluntas scit. Et *Esaia.* Excæcavit oculos eorū, & induravit cor eorū: vt non videant oculis, & intelligant corde. Cum ergo cor intelligat & diligat: necessario sit, vt simul intellectum complectatur & voluntatem. Sic cū fides sit in intellectu & volūrate: ideo Christus hic dixit istis, quod erat tardi corde ad credendum. Est ergo cor, quia credimus, pars animæ superiora, quā Græci *ἐννοια* dicunt. *¶* Discamus proximorum nostrorum defectus non palat: sed occulte arguere, atque corrigere. Christus enim in itinere, solus istos discipulos arguit: & eos monet & docet, eorūque incredulitate carpit. Et præsertim aduertant prælati, vt cū arguere voluerint subditos prius eiciant eos qui scandalizari, aut malam opinionē de eis, quos corrigere volunt habere, possunt. Debebat Ioseph ostendere se fratribus, quod nō poterat facere, nisi ad memoriā reuocaret illis peccatum, quod in ipsum cōmiserant: & ne eorum peccata apud exteros divulgarentur, omnem extraneum à se eiecit. Sic etiam cum Dominus voluit arguere Iob, solum illū conuenit: quē cū arguisset seorsum apud amicos in publico commendauit. Nō (inquit) loquuti estis rectum sicut seruus meus Iob. Sic

*Rom. 10.  
Ephes. 1.*

*Esa. 6.*

*Gen. 45.*

*Iob. 42.*

Nun. 29.

Ioa. 4.

L. Cor. 2.

Phil. 2.

2. Th. 20.

ctiam cum voluit arguere Mariam, & Aarō mutantibus in Mōsem, eos ad foderis tabernaculum totum praecipit scilicet cum fratre. Sic Christus Samaritanam solam, & scelerato arguit, & discipulos miserat, vt cibos mitterent. Sic Christus nunc separat hos ab aliorum societate, vt seorsum in via carpat. O vitium multi ex praelatis hanc doctrinam susceperunt, qui ita in publico subditorū peccata corripiant, & in reprehensionibus ita ita accenduntur: vt quicquid nouerunt in publicum, & palam effundant, imo & quod cogitant, ita vt videantur future & insanire. Sed Christum audiamus. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quia sic placuit Deo, & fuit aeternaliter ordinatum, per stultitiam crucis saluos facere credentes, & Christum per passionem suam caelum ascendere, & corpore glorificari, gloriamque coelestem plenarie possidere: Christus quippe sua humiliatione, passione, & morte promeruit sibi ipsi premium accidentale, atque dominum omnis creaturae, dicens Te Apollolo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum. Anima Christi in ipso instanti conceptionis habuit gloriam hanc, quae redundasset indefinenter in corpus eius, & impassibile illud fecisset, nisi Deo dispensante redundancia illa fuisset usque ad resurrectionem dilata. Expēde nunc si Christum oportuit per passionem multiplicem, gloriam ingredi: nos qui sumus, qui absque tribulationibus & laboribus gloriam ingredi volumus alienam? Sane membra capite meliora? Existimamus ne nos praetantiores esse? Iohā, aut Beata matre eius, aut Apostolis? Duobus discipulis, qui inter alios gloriam & honorem petebant, dixit Dominus, an possent bibere calicem suum, vt intelligas passionis calicem, & tribulationis amaritudinem esse viam gloriae, & tandem hoc inquit infallibilis veritas, quod oportuit Christum pati, vt sic intraret in gloriam suam. Sed nos comedentes & bibentes, & gaudentes volumus in eam intrare, & comūstra non sit: in qua Christus Dominus intrauit patiens mortem & passionem, & per sanguinis effusionem, cuius tamen passus erat. Si homini facinoroso & latroni, qui mille mortes merebatur non alia inferretur poena, quam per tres tantum dies in carcerem detruēdi: si hic crudelē Regē esse praedicaasset, & de carcere que

reretur dicēs magna iniuria affici: nonne haberetur stultus, & facuus? Intellige ergo quod propter tua ingentia scelera merebaris in infernum detruēdi, plurimosque illic iam esse, quibus dignior eras, quō eorum tormenta patereris. Si ergo tu scelera patrasti, propter quae inferno dignus eras, deoque in perpetuū carere: cur quereris propter istos modicos labores, quibus a deo afficeris cum maiora merearis tormenta pati? Sentis quod pateris, non autem quod mereris: si enim contra faceres, diceres te a deo delicate tractari, & si tu solus omnes cruciatus & tormenta omnium martyrum, solus sustineres. Quia enim tuorum peccatorum & poenae, qua propter ea dignus es, es oblitus, quereris propter minima, quae pateris. Sic Ruben dixit fratribus suis cum tribularentur in Aegypto. Merito haec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. & non audiuimus eum. Sic patienter debes ferre tribulationes, considerans quid tua peccata mereantur. Considera quot sunt modo in inferno, quibus tu peior es, quibus si a deo daretur copia, & esset integrum potiri luce, aura, & salute, quibus tu potiris: procul dubio a semetipsis beati iudicarentur, licet omnes mūdī homines in propriis facies spūerent, vapularent, & in cilibanos mitterentur. Vae nobis cecis & miseris, sub quorum pedibus infernus ardet, cuique guttura patet ad deuorandum & deglutendum nos, qui cum non simus memores demeritorum nostrorum conquerimur, & murmure abijcimus pauca, quae patimur, cum aeterno cruciatu digni simus. Cum digni inquam hastarum ictibus simus, iniuria afficimur propter pueriles sagittas: secundum illud Psal. Sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum. Si autem considerato non vis, quid propter tua peccata merearis, considera quod fuiti creatus ad fruendum Deo, & aeterna eius beatitudine: & quod haec consequitur laboribus, passionibus, & persecutionibus, pro Christo Redemptore nostro. Stat sententia. Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Dormis negligēs, Dei oblitus: vt ergo a somno exciteris & cum cognoscas auferat tibi Deus delicias, & res in quibus confidis. Sic fecit Dauid cum Saal, qui quidem hastam eius cepit, & aquae scyphū, unde postquam a somno surrexit, nouit peccatum suum. Sic auferat hominibus Deus vires, delicias, & prosperitates, in quibus viuūt,

tribu-

Gen. 43.

Psal. 69.

2. Tim. 3.

1. Reg. 16.

Psal. 25.

Psal. 23.

tribulationes autem cōfert: vt ad eum cōuertantur. Cum taurus in arenā deducitur, qui per eam gaudentes incedunt: si taurū venientem vident, in pedes se statim conijciunt, & in custodia se ponunt, qui prius negligentes erant. Inferat tibi Deus labores, quia incuriosus es, quibus edoceris, & te seruus, & ad eum cōuertaris eligens Deū nunquam refugū, a d quod omnes cōfugiunt. Ideo dixit Psalmista. Multiplicate sunt infirmitates eorū: & postea celerauerūt. Igitur si Christus filius Dei dicit, quod ad intrandum in gloriam conueniebat pati: conare tu, & statu multos labores perpeti si vis frui gloria, quā Christus tui sanguinis effusione tibi lucratus est. Sed historiam profsequamur. Incipiens a Mōse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturas, quae de ipso erant. Incipiens a Mōse, hoc est a quinque libris Mōsi & Prophetis. Expō de Christi Saluatoris nostri bonitatem & clementiam. Primo quoniam maximus eius amor pati nō potuit, suo: tristis esse, nec in tali errore. Vere amicus fidelis est & benignus Dominus: si quidē accessit ad eos, & causam suae tristitiae interrogauit, cordaque eorū inflammās exposuit illis scripturas. Hoc & nobiscū agit quotidie: nam si de Christo loquimur, si aliqua tristitia & calamitate concitimur statim ad eum in spiritu confortans, illuminās, & inflammas corda nostra in sui dilectionem. Ideoque optimum remedium est, vt de Christo loquamur in omni tribulatione nostra: & in itineris labore. Secūdo expēde Christi clementiam, in eius non solum dilectione, vt dictum est, sed in profunda eius humilitate. Ita vide quanta humilitate incedit Rex caeli cum his duobus discipulis pauperculis: ac si esset quasi vnus ex eis. Nō tibi videtur quod reuerfus est ad asectam eius humilitatem? Non designatur eum duobus tantum discipulis ex minori gradu existentibus ostendere familiaritatem dilectionem, & colloquium. Ille, de quo Dauid inquit, Dns potens in praelio, incedit modo hūmilis cū duobus discipulis. Non sic superbi & fastu praesumentes, & homines arrogantisimi: qui nolunt nisi cū principibus huius saeculi serio agere, aut quicquā loqui. Maximaque arcanas, & secreta immensa Christi benignitas tantum duobus pauperculis discipulis praedicat, & manifestat. Quid tu superbis, qui verba tua non nisi corā multis astantibus ijsque nobilibus hisque pauperculis vis praedicare & ostendere? &c. Interpre-

tabatur autem eis scripturas, quae erant de Christo. De eius aduentu & tempore, quod erat venturus, dixit Iacob, Non auferetur scilicet de tribu Iuda, &c. De conceptione Esaias praedixit. Ecce virgo concipiet, & pariet filiū. &c. De loco nativitatis Michaeas, Et tu Berlethē Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominaturus in Israēl. De nativitate dixit Esaias. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius. De nominis impositione in circuncisione ait Esaias. Et vocabitur nomē eius Emanuel. De aduentu Regū ait Dauid. Reges Tharis & Insulae munera offerent: Reges Arabū & Saba dona adducent. Et adorabunt eū &c. De subiectione sub legis iugo & obediētia, Esaias prophetauit. Dns iudex noster ipse saluauit nos. Vere ligo nos nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. De fuga Aegypti praedixit Osee. Ex Aegypto vocaui filiū meū. De innocētū interfectione dixit Hieremias. Vox in Rama audita est ploratus & vlulatus, &c. De eius praedicatione ait Esaias. Spiritus Dni super me, ad annuntiandum pauperibus mihi sit me. De miraculis eius Esaias dixit. Deus ipse ueniet, & saluabit nos: tūc aperietur oculus cecorū: & aures surdorum patebūt. Tūc, tūc licet, sicut cernus claudus, & aperta erit lingua mutorū. De Ioanne praecuratore dixit Malachias. Ecce ego mitto Angelū meū, & praeparabit viā ante faciē tuam. De praedicatione parabolarū ait Dauid. Aperia os meū in parabolis: loquar propositiones ab initio. De impunatione doctrinae, ait Psalmus. Cū loqueretur illis in noxā me gratis. De odio pharisaeorū & scribarum dixit Regius Propheta. Odio habuerunt me gratis. Quomodo ratio nibus confundit eos ita vt nec mirare possint dixit Psalmista. Rex vero iherusalem in Deo, laudabatur omnes qui iurant in eum quia obstruktum est os loquentiū iniqua. De ingressū triūphali in Hierusalem dixit Zacharias. Ecce Rex tuus uenit tibi māueras & humilis. De traditione Iudae Homo pacis meae in quo sperabā, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē. Quomodo derelictus est a discipulis & ab amicis. Amici mei & proximi recesserūt a me. Extra neus factus sum fratrib⁹ meis. &c. De accusatione. Insurrexerūt in me testes iniqui, & mēta est iniquitas sibi. Auertam me loquebatur qui sedebat in porta, & in me psallebant

Gen. 49.

Esa. 7. Mich. 5.

Esa. 9.

Esaie. 7. Psal. 71.

Esaie. 33. Jer. 37.

Osee. 11. Hier. 31.

Esa. 61.

Esaie. 55.

Malach. 3.

Psal. 77.

Psal. 119.

Psal. 62.

Zach. 9.

Psal. 40.

Psal. 55.

Psal. 26.

Psal. 68.

Z z s qui

qui bibebant vinum. De velatione oculorum eius & irratione. Faciem meam non auerti ab incipientibus, & cōspuentibus in me. De eius silentio dixit Esaias. Tanquam agnus corā tōdente non aperuit os suum. Et Dauid. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. De flagellatione Psalmita prędixit. Fui flagellatus tota die. De despectu & opprobrijs, ait Hieremias. Saturabitur opprobrijs. De baiulatione Crucis, Esaias. Principatum eius super humerum eius. De crucifixione. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. De partitione vestium. Partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Quomodo inter latrones crucifixus, ait Esaias. Et cum sceleratis reputatus est. De exclamatione in Cruce dixit Dauid. Deus Deus meus quare me dereliquisti. Quomodo orauit pro eis qui eum crucifixerunt dixit Esaias. Et pro transgressoribus orauit, vt non perirent. De morte eius scripsit Daniel. Post Hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus. De descensu ad inferos ait Dauid. Ponetur anima mea in inferno inferiori. De sepultura Esaias. Erit sepulchrum eius gloriosum. Despoliatione inferni. O mors ero mors tua, ero mors tua dō rēf. rōc. De Resurrectione prędixit Psalmita in persona Christi dicē. Resurrexi, quia dominus suscepit me. Nō est cur pulvis temporis teramus in enarrandis scripturis. Sufficit quod hodie. Rex Dauid vitis suis inimicis redit ad regnandum in Hierusalem in pace: maxima cum letitia, gloria & maiestate. Hodie propheta Daniel educitur ad lacu leonum. Hodie arca testamenti est collocata in nouo curru triumphali. Hodie columba Noe redit in arcam cum ramo Oliuę, siccis iam diluuii aquis. Hodie Ionas propheta egreditur de ventre Ceti viuis & sanus: Hodie Hieremias educitur ē puteo: quo ab inimicis fuit proiectus. Hodie floret virga sicca Aarō. Hodie nouis vestibus induitur Sacerdos Iesus, vt Zacharias inquit, Hodie auis Phoenix reuiuiscit calore solis mediante. Hodie resurgit magister vester immortalis, impasibilis, & gloriosus. Isto modo ibat Christus cum illis interpretando scripturas, & adducendo eas ad Christum prędicens mortē & sepulturam, denique & resurrectionem, vt crederent resurrectionem eius, postquam omnia alia, quę prędicta fuerant à prophetis viderant adimpleta esse in Christo: & in his

sermonibus consummaverunt totum iter, in quo illi duo discipuli incedebant suspensi ab ore eius mirati literas & sapientiam illius peregrini ignoti ab illis. *Et appropinquauerunt castello, quo ibant: & ipse se sinit longius ire.* Sermo Domini Iesu non tantum fueris aures discipulorum, verum etiam in animos penetrans, sic illos occupauit, vt nec via sentirent laborem, nec faciem loquentis agnoscerent, nec veniret ipsis in mentem, vt apud se se cogitarent quis eist iste, cui sic in promptu essent scripturę sacrę doctrina tanta vt eos tā efficaci sermone suspenderet, & afficeret. Iesus autem, vt eorum desiderium magis accenderet, fingit longius ire: hoc est dissimulauit longius ire: quia simulatio facti licita est, & commendabilis quoad fit ex rationabili causa, & bono fine. Vnde Iosue cum filijs Israel simulauit fugam quando ceperunt ciuitatem Hai. Vide Soluutoris mundi bonitatem, & amās, quas querit vt mereri nos possimus. Millia facit, vt incendat desideria nostra in suum amorem. Bene sciebat Christus quādo illa mulier Chananaea clamabat post illum petens salutem filię suę quid ipse esset facturus: sed dissimulauit, & distulit beneficium, vt eius desiderium accenderet, & personerans, & clamans efficeretur dignior, vt maiorem gratiam, consequeretur, & sic maiori assēta est honore, & digna vt à Christo laudaretur, & eius fides exaltaretur. Sic cū isti fecit. Voluit Christus se ipsum illis aperte ostendere, & fingit longius ire: vt ipsi excitarentur in desiderium sui, & inuitarent eum quem peregrinū existimabāt. Sic nobiscum multoties agit qui aliquantulum se abscondit, vt nostrę virtutis experimētum capiat. Quapropter tu inuita illū suspirijs, & interiori affectu inuoca Iesum: detine illum & amplectere, & dic cum sponsa, quę ait in Canticis. Tenui eum nec dimittam donec introducam eum in domum genitricis meę. Sic fecerunt isti duo discipuli, de quibus ait Euangelista. *Et coę erunt illum die res. Mane nobiscum, quoniam ad vesperam: & inclinata est iam dies.* De tempore quo illum inuitauerunt, vt secum maneret multi de cepti sunt putantes, quod hoc contigit iam in solis occasu: sed certe nō fuit, nisi statim post meridem. Quapropter aduerte quod in Euāgelio vesper aliquando accipitur pro prima parte diei: & aliquādo pro illa parte diei, quę est immediate post solis declinationem, id est immediate post meridiem: aliquando pro solis

Esai. 50.  
Esai. 53.  
Psal. 68.  
Psal. 72.  
Treno. 1.  
Esai. 9.  
Psal. 21.  
  
Esai. 3.  
Psal. 21.  
  
Esai. 53.  
  
Dasi. 9.  
  
Psal. 85.  
Esai. 11.  
Osai. 13.  
  
Psal. 3.  
  
2 Reg. 19.  
  
Danie. 14.  
2 Reg. 6.  
Gene. 8.  
Ione. 3.  
  
Hierem. 18.  
Nume. 17.  
Zachari. 3.

le. Angu.  
li. 2. ques.  
euan. c. vi.  
Ione. 8.  
  
Matth. 15.  
  
Cant. 3.

Ioan. 18.  
  
Matth. 16.  
  
Matth. 14.  
  
Luc. 9.  
  
Exo. 12.  
  
Dente. 16.  
  
Leui. 23.  
  
Nume. 28.

mabatur: sed dicitur vespertinum, quod cre-  
mabatur ad vespem in initio noctis. Sic e-  
tiā accipitur in Exodo, vbi dicitur quod quā  
do collocat Aarō lucernas ad vespem, vt et  
thymiana: & tamen lucernę incendebantur  
post solis occasum. Sic etiam accipitur in Mar-  
thæo cum dicit. Vespere autem factus erat Ie-  
sus solus ibi id est, solus erat in terra quando  
coeperat esse nox, nā loco huius dicitur in Ioa-  
ne quod tenebre factę erant, & non venerat  
ad eos Iesus. Et sic vespere significat tempus,  
in quo incipiunt tenebre. Et hoc modo vocat  
Astrologi crepusculum vespertinum totum  
tempus, quod est à pūcto occasus solis vsque  
ad horam, & quartam partem horę ferē, scilicet  
et quando mouetur sol per decem & nouē  
gradus aequinoctialis. Sic etiā dicitur in libro  
Iudicum: quod apparuit homo reuertens de  
agro vespere, & ibi ante hoc dicitur, quod iā  
occubuerat sol: ergo tempus post solis occa-  
sum est vespere. Quinto accipitur, in scriptu-  
ra vespere pro tota nocte ipsa, vt in Genesi dici-  
tur. Factus est vespere & mane dies vnus. Id est,  
dies & nox faciunt vnam diem. Et sic mane  
accipitur ibi prototo tempore, quo soletur su-  
per terram: & vespere pro tota nocte, sicut e-  
tiam potest accipi, quod dicitur de sacrificio  
vespertino, quod licet ad vespertū vel ad ves-  
peram. Et tamen in Leuitico dicitur, quod sa-  
cificium vespertinum cremabatur tota nocte  
in altari vsque mane, scilicet, quia ab occasu  
solis vsque ad ortum dici debebat durare cre-  
matio illius sacrificij: ergo vespere, vel vesperū  
est tota nox. Igitur quia inclinata erat dies,  
quę incipit declinare statim post punctū me-  
ridie, & iam non erat tempus vltra progre-  
diendi ad comedendum, rogauerunt, & coe-  
gerūt isti discipuli Saluatorem, vt apud illos  
maneret, & ne vltra progrediretur. Quod  
autem hoc contigerit post meridiem patet: quia  
isti duo discipuli eadē hora reuerfi sunt Hiero-  
solyman, vt hic dicitur, & cum hac narra-  
rent apostolis, stetit Iesus in medio eorum &  
dixit eis, pax vobis. Hęc autem apparitio fuit  
eadem die Resurrectionis vespertini: vt Ioa-  
nes dicit: ergo in sero eadem die resurrectionis  
iā isti discipuli redierāt ab Emaus, & erāt  
cum Apostolis in Hierusalē. Si ergo illud iter  
ab Emaus in Hierusalem egerūt quatuor leu-  
carum, post quā Christum viderūt in Emaus  
in sero: sequitur eos profectos esse ab Emaus  
vnica hora post meridiem. Quod vespere hic  
vocatur vespere. Admonet locus iste, vt hos  
pita.

Exod. 30.  
Matth. 14.  
Ioan. 6.  
Iudi. 19.  
Gene. 1.  
Nume. 28.  
Leuit. 6.  
Ioan. 20.

spitales simus, ita, vt non solum hospites inuitemus, sed & cogamus eos. Nam vt Beatus Gregorius ait, hospites non solum sunt inuitandi, sed & trahendi. Sanctus ille Patriarcha Abraham in meridie hora, scilicet comedendi sedebat ad portandum domus sue oculos in viam coniciens, si forsitan viator aliquis transiret, ad inuitandum eum, & recipiendum in domum suam. Tunc enim felicibus illis temporibus egrediebantur homines ad vias, & cogebant peregrinos & viatores charitatis & hospitij iure iungi ipsis: quam obrem digni fuerunt Angelos hospites habere. Ab Abrahamo didicerat Loth: siquidem quando hospites vidit (inquit scriptura) compulit eos, quod est idem, quod hic dicitur, coegerunt eum. Modo tamen humana sollicitudo & cura est magnas diuitias congregat: ut si nulla alia vita preter hanc superesset. Mulier illa nomine Raab, quia recepit in domum suam exploratores Israel, qui peregrini erant & alienigeni meruit ipsa cum ceteris de cognatione sua, a morte eripi. & postea nupti Salmoni principi de tribu Iuda, & tandem meruit vt Christus Redemptor nosset ex ea descenderet secundum carnem. Ideo Paulus admonet dicens. Hospitalitate nocte oblitus: propter hanc enim quidam placuerunt, angelus hospicio recepit. Secundo videtur quanto maioris valoris sunt apud Deum bona opera, quam ornata, dulcia, & elegantia verba. Non nouerunt isti discipuli dominum quando de lege ipsa loquebantur: nouerunt tamen quando opere adimpleuerunt quae lex eadem fieri iubebat. Pluris enim aestimantur opera charitatis & misericordiae (vt diximus) coram Deo: quam pluribus verbis ambagibus plenamnam caelum bonis operibus extorqueatur, minime autem verbis. Hoc eleganter dicit Regius Propheta in psalmo. A mandatis tuis intellexi. Intellexi te Domine & noui, mandatis tuis. Quare minime est credendum vere custodientem & obseruantem mandata Dei vniquam lapsurum in haereses aut errores: nam legis Dei obseruatio ducit nos in cognitionem eius maiorem & clariorem, non vero in errores. Homines tamen impios absque misericordia superbos, & ambiciosos mirari non debemus, qui cum prius tam vitiosi sint, deueniant postea in tot errores, & falsa dogmata. Vnde in psalmo habetur. Intellectus bonus omnibus facientibus. Qui legem Dei obseruant bonam eius cognitionem con-

Gene. 19.

Iosue. 6.

Hebre. 11.

Psal. 118.

Psal. 110.

sequuntur. Quia isti discipuli Christum pauperem, & habitu peregrinum inuitauerunt, & ignotum proximum charitate receperunt, & meruerunt eum agnoscere. In via quidem quando de lege Dei loquebantur eos latuit: non autem quando erga eum pie se gesserunt. Nam vt Iacobus inquit, non audientes verbi iustificabuntur: sed factores verbi iusti sunt apud Deum. Et in die iudicij de operibus sumus rationem reddituri: & ratio a Deo de illis est sumenda quando dixerit. Et furui, & dedistis mihi manducare: sicuti, & dedistis mihi. &c. Tertio, iam isti erant experti commodum, quod erant consequuti ex Christi societate: nam posthac adinuicem dixerunt. Nonne cor nostrum ardens erat in via, &c. deo volunt secum illum habere. Sic & tecum age, vt tecum semper habeas viros probos, & sapientes. Vides quantum commodum isti consequuti sunt ex Christi consorcio? Crede hunc commodum quotidie accrescere in corde tuo: si adhaeris optimis vitis. In Ecclesiastico habetur. Pondus super se tollit, qui honestiori se communit. Videbis equos quosdam nouos, indomitos, atque crebro salientis: adeo vt vix eos poteris subijcere, nunquam enim quiescunt, sed semper saltant. Quod tamen remedij adest? Imponunt illis quatuordecim amphoras, aut quindecim ponderis, vt gradum mutant, & bene gradientur. Sic quatuor, aut quinque iuuenes inuenies, sicuti iuuenco, stultos, & insipientes, temper inhoneste loqui, absentes alios detrahentes: ad quos si grauis homo & studiosus accedat mox tacet, & verba & colloquia mutant: ne ab eo carpiantur: vnde totum tempus, quod cum eis consumit apparet illis pondus graue, quare bonus cogit illos sensum capere, & gradum componere: quia nunquam maii secum studiosis communit, nam coram bono, boni sunt & in officio. Propter quod dicitur bene in Ecclesiastico, Onus sibi imponere, qui cum bono conuersatur. Non te poeniteat ferre super humeros hoc iugum: siquidem tuae salutis conducit. Vt tuam Deum animam lucretur bonum tibi mittit, vt suis bonis operibus & exemplis ad eum conuertaris, teque illuminet. Sic Tobias dixit. Constatemini Domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum: quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quae ignorant Deum, vt vos enarretis, mirabilia eius & faciatis scire eos: quia non est alius

Iacob.

Matth. 23.

Eccle. 10.

Tob. 13.

Deus

Deus omnipotens praeter eum. Sic isti discipuli experientia sciebant iam quantum profuerat illis & Christi conuersatio: quare etiam atque etiam petebant ab eo, cum eis quiescere: quare inquit hic Lucas quod coegerunt eum. O si Deum tu gustares, & aliquantulum suae dulcis conuersationis sentires, proculdubio nihil est, quod ab eote posset separare. Gustate (inquit Dauid) & videte: quonia suauis est Dominus. &c. Denique gratitudinem docet locus iste. Docuerat illos Christus per viam praedicaerat, ex posterat sacram scripturam: non ergo erat decens ieiunium, mittere illum, qui tot bonis operibus & beneficijs eos affecerat: quia esset ingratitude & inurbanitas. Ex quo discamus cibare praedicatores & alere nos verbum Dei docentes, & sacras scripturas. Sic fecit mulier cum propheta Eliseo sibi iure hospitij adiungens omni charitate. Hanc dedit Dominus copiam suis praedicatoribus quando praecipis eis praedicare dixit. In eadem domo manere edentes & bibentes quae apud illos sunt. Et hospites qui eos recipere nollebant nec cibare minatur dicens. Sodomis in die illa remissus erit quam illi ciuitati. Et paulus Corinthijs ait Si nos vobis spiritua lia seminamus: magnum est si nos carnalia vestra metamus. Sed iam ad contextum reuertamur. Et intravit cum illis. Videte comodo manet quauis antea videbatur abire velle. Sic sepe ac sepius nobis coningit, quibus quando abire apparet, tunc manet: cum apud nos vult quiescere, signa perfectionis ostendit: fingit se ire, vt tandem maneat. Sentis te tristem, & absque vilo solatio tepidum postquam de uotum vidisti: iam adeo destitui tibi videris, & quod tui iam non meminit. Scito tamen tunc Deum velle manere maiorique amore te afficere: nam ea asperitate nos solet Deus tractare, quando nos diligit. Videbatur Deus recedere a populo Israelitico, illuque relinquere quando Pharaos eius labores duplicabat, tributaque & vestigia augebat: & tamen secundum veritatem, tunc magis ad eos appropinquabat & statuabat eos ab Aegypto eruere atque educere. Expende etiam quae bonus est Deus in concedendis petitionibus eorum, qui fidei & deuotioni vacant. Prope est Dominus omnibus innocantibus eum in veritate. Voluntatem mentium se facit: & deprecationem eorum exaudiet. Vult Deus a nobis vocari & exorari: vt hac humilitate eius gratia digni efficiamur: in bonitate tamē

Psal. 33.

4 Reg. 4.

Lut. 10.

1 Cor. 9.

Exod. 5.

Psal. 144.

eius confide, nam si perliteris petens, vt isti duo fecerunt, non vti que tibi quod petis denegabitur: sicut nec istis. Et scilicet est dum recuberes cum eis: cepit panem ac benedixit & fragit, & porrigebat illis: & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Quatuor actiones Iesu circa panem describuntur, acceptio benedictio, fractio & porrectio: & tamen in sola fractione est agnitus, vt intelligamus fractionem fuisse miraculosam: hoc est quia frangebat panem manibus suis, sicut alij incidunt gladio. Solitum hunc frangendi modum fuisse credimus: & propterea disti ipulic ex consueto lesu modo cognouerunt eum. Nam si hic modus frangendi panem non fuisset illi confectus, nullum agnitionis testimonium afferrent dicendo, quomodo agnitus fuisset ab eis in fractione panis. Obserua autem quomodo inuitantes ignotum peregrinum, cognouerunt illum. Ideo scriptura. Seminate vobis in sterilitate vindemiate ad fructum vite: & illuminate vobis lumen cognitionis. Prius dicit, seminare, & postea illuminate, vt optime disti dicimus Ambrosius, quia opera bona praestata: vt mereamur a Deo illuminari. Sic Cornelius factus erat illuminatus: & opera misericordiae, & ciebat eleemosynas & opera misericordiae, & illu minatus est: & venit ad fidem & cognitionem Dei. Vnde in Ecclesiastico habetur. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Aperuit autem Dominus oculos istorum, sicut aperuit oculos Agar & vidit puteum aquae viuentis. Eliseus etiam dixit. Aperidomine oculos pueri, vt videat quod plures nobiscum sunt quam cum aduersarijs. Et aperuit Dominus oculos pueri: & vidit montem plenum equitibus. Rursus aduertendum, quod tunc oculos aperti dicitur in scripturis, quando clare aliquid cognoscimus (vt ait Augustinus) quod ante ignorabamus. Sic scriptum est de Adam & Eva quod aperti sunt oculi eorum. Non enim erant clausi parentes nostri ante peccatum, nec Agar clausis oculis sedebat prius: nec isti discipuli ambulabant per viam clausis oculis. Lege si placet Augustinum & Origenem. Praeterea nisi Iesus aperiat nobis oculos nemo videt ideo in psalmo dicit Dauid. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Si turbatus est oculus, facile dolor omnis sedatur collirio: sin vero acies eius humoris suffusione praetextitur, maiora remedia quaeruntur. Est ergo sicut in oculis corporis, ita in oculis animae huiusmodi quaedam passio quae ingrauecat

Osee. 10.

Ambr. ser. 7. sepe psal. 111.

111.

Gen. 21.

4 Reg. 6.

Aug. li. 1. cu in ge. in prin.

Gen. 1.

Aug. lib. 11. in Gene. ad luer. ca. 11.

Chri. s. d. 17. Name.

uescat necesse est, nisi bonus medicus velamen illud abstulerit. Sic medicus Christus, qui de coeco venit ut sanaret, iuxta illud Psalmi, Misit verbum suum, & sanavit eos: aperuit oculos nostros, sicut oculos Pauli, de quibus ceciderunt scammæ, & aperuit oculos corporis, & animæ. Sic aperuit oculos istorum discipulorum, non solum corporis, ut visu corporeo illum cognoscerent: sed & animæ, ut eius crederent resurrectionem. Aperti inquam sunt oculi eorum, & cognoverunt illum. **¶** Expende etiam, quod in fractione panis illum cognoverunt: sic etiam cognoscitur à nobis Deus per suos effectus, iuxta illud Prophetæ. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Duplex enim est demonstratio: una, quæ est per causam, dicitur, propter quid: & hæc est per priam simpliciter: alia est per effectum, & dicitur demonstratio quia, & hæc est per ea, quæ sunt priora quo ad nos. Cum enim effectus aliquis nobis est manifestior, quam sua causa, per effectum procedimus ad cognitionem causæ. Ex quo liber autem effectus potest demonstrari propriam causam eius esse: si tamen eius effectus sunt magis noti quo ad nos: quia cum effectus dependeat à causa posito effectum, necesse est causam præexistere. Vnde Deum esse, secundum quod non est per se notum, quo ad nos: tamen demonstrabile est per effectus nobis notos. Et ita in qualibet creatura ex eius origine & productione, iuxta illud Pauli. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, atque diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Si cælum, terrâ, elementa, cæteraque, quæ terra germinat, & omnia tibi obiecta, cõspicias, te in Deum ducent, & in eiusdẽ cognitionẽ per suos effectus: sicuti isti discipuli in fractione panis cognoverunt. Cæli quidem lumen, solis claritas atque lunæ, stellarum, & planetarum splendor viriditas pratorum, & herbarum, torrentes aquarum, & cætera, quæ Dei manus fabricauerunt tibi indignant quis nam Deus sit. Sed quia de his late disputamus in libro meditationum dilectionis Dei meditatione prima, nunc ad alia gradum faciamus. **Et ipse euauit ex oculis eorum.** Statim, cum Deus in hac vita solatia tribuit suis, auferat, ne eorum deueniant, & vergant in detrimentum. Sicuti Pater, qui non vult

largiti nummos paruulo filio: ne ludat, & in de in perditionem deueniat, vsque ad deo crescat, & consumere sciat. Inuitat Deus his solatijs & auferat, ut eis refecti homines in cælum tollantur. Cum accipiter sublimipetra ardeã in terrâ præcipitem agit mox aucupes properant, ut in gulis eripiant, eum tantum ipsa reficientes, per mittuntque bis, aut ter refici ardeã, & statim auferunt: nam si satiaretur, & ventrem impletet, nihil postea capere valeret. Voluit tamen Christus Redemptor noster hos duos discipulos sua presentia reficere, propter quod sunt illigauit: post cognitionem autem eius exuauit ex oculis eorum, ut corda in Deum ipsum tollant, ne scilicet, inimum corporali presentia Christi afficiantur. Hoc idem sæpe operatur Deus nobiscum, auferens nobis ea, quæ amorem prosequimur, ut in Deum nos ducat. Porro in eo, quod repetat & quasi imperceptibiliter, ac velocissime per dotem agilitatis ab eorum aspectu disparuit, monstrauit se corpus glorificatum habere. **Et dixerunt ad inuicem.** Nonne cor nostrum videns erat in nobis dum loqueretur in via, & auerit nobis scripturam? Dimisit Christus hos discipulos gaudios, & solatio plenus: ut facere consuevit, quoties dignatur nobis manifestari. Peccatum in scuti vini aceto tam infectu gustu in fine habet, quare relinquit hominem tristem & insipidum: e contra autem Christus facit, qui latens, relinquit discipulos exultantes, & robortos circa fidem: quam obrem latitia pleni ad inuicem dicebant. Nonne cor nostrum, &c. O ceci quid tunc non nouimus, siquidem in corde signa suæ presentia experiebamur? Cur non coram illo statim procubuimus? Cur non detinuimus: veniamque incredulitatis præteritæ non petiuimus? Ad eam ergo, & Hierusalem: statim proficiscamur, hæc Apostolis nunciaturi, & cæteris, qui cum eis morantur. **¶** Vide & tu quam verè dixerit Dauid loquens Deo de eius eloquio. Ignitum eloquium tuum vehementer. Sic per Hieremiam ait Dominus. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit Dominus: & quasi malleus conterens petras? Sic isti ex Domini confabulatione magis ac magis accendebantur amore ad Christum. Sic tu quotiescunque verbum Dei audis, & nihil mutationis in corde tuo sentis, toties scito te nõ audire verbum Dei, sed hominis: qualiscunque tandem sit ille minister verbi Dei. Con-

Psal. 118.  
Hierem. 23.

tra quotiescunq; cõseris pios aliquos motus sese in te exercere, certo scias Chrm, & huius spm tibi loqui qualiscunq; tãdẽ sitis, quicõcionatur. **¶** Cæterum hæc interrogatio in scriptura quauis certa sint quæ interrogatur, dupliciter fieri solet. Primò ut vehemẽtius moneat: ut illud Genes. Nonnetota terra coram te est? Hoc est certe ex tota hac regione, quã cõspicias eligẽdi do tibi potestãtẽ, ut vbi velis habitationi locũ eligas. Et in libris regũ & Paralippomẽ, crebro inculcatur. Nõne hæc scripta sunt in lib. verborũ regũ Israel? Scẽdò interrogatio in forma solet in scriptura vim habere admirationis: ut apud Esai. Quis est iste qui venit de Edõ tinctus vestib? de Bosra? Nã quis est nisi demes, qui arbitretur angelos, quorũ ministerio diuina reuelationes ad nos perferuntur ignorasse illã incarnationẽ in qua ipsi vel maximẽ internũtj fuerunt? Nec placet qd multi ex scholasticis doctoribus asserunt, qd in resurrectione illa aliqui non erunt qd antea ignorabãt nõ intelligẽtes Paulũ, qui ait, vt innotescat principibus & potestatib? multi formis gratia Dei: cũ Paulus loquat de demonibus qui principes sunt tenebrarũ harũ habitãtes in hoc caliginoso aere, qui incarnationẽ, quã antea ignorabãt ex predicatione Apostolorũ cognouerant. Hoc modo intelliges aliquos sanctos doctores qui dicunt qd predicante Paulo & Euãgelista Ioãne Angeli dixerunt. Cõli vero pro aere in scripturis accipi, in cõfesso est apud oes. Itaq; illa interrogatio Esaiã sanctorũ Angelorũ nõ ex ignorantia fuit sed est quẽdã admiratio. Vtroq; modo interrogant isti, ut hæc interrogatio nõ dubitantũ sit, sed ut vehemẽtius moneat, & ut magis admirarentur. **Et surgentes eadẽ hora regressi sunt in Hierusalẽ,** iam nõ timẽtes ludæos festinãter venerunt ad Apostolos nunciãtes eis Chri resurrectionẽ portãtes bonũ nunciũ: nec eis videbat dignũ, vsq; in alterũ diẽ tã lætã nunciãtionem differre. Sic illi quatuor leprosi inueniẽtes castra Syria & diuitias & cibos in eis, dixerunt. Hęc dies boni nunciũ est. Si tacuerimus & noluerim? nunciare sceleris arguemur. Venite sanus, & nunciemus in aula regis. Vnde cõstat predicationẽ nõ debere differri in longũ tẽpus. Quare que in plurimorũ vergunt utilitatẽ differri nõ debet nec taceri. Vnde Angelus Raphael dixit, O p̃sa Dei reuelare & cõfiteri, honorificũ est. **¶** Expẽde etiã festus & spiritus illorũ magnitudinẽ, qui tẽporũ primitiã ecclesie vixerunt. In eadẽ hora dicit, cũ iã pergrassent, quatuor illas leucas illo die, redierunt eadẽ in Hierusalẽ & iterũ il-

Gen. 13.

Psal. 63.

Eph. 3.

Chryost. in prologo sũ per euang. e. 10m.

4. Reg. 7.

Tob. 12.

lud iter egerunt nunciãtes Apostolis & toti Ecclesie quomodo eũ nouerant, quidq; adũ effect. Talis spiritus ac feruor debent nobis inesse: quẽ etiã Paulus optabat Romanis cũ eis dixit. Solitudine nõ pigri, spiritu feruẽtes, dño seruientes, Vult Deus feruorem in obsequijs illi præstitis. Cain inquit scriptura, sero & impiẽ Deo obtulit ea, quẽ obtulit. Factum est, ut post multos dies offerret corã dño de fructibus terræ. Non sic Abrahã, nec moram fecit in filij sui sacrificio, nã statim Deo præcipiente, noctũ fur rexir absq; vlla mora & in montem eum sacrificaturus se contulit. Feruor iste nostram ignauiam carpit. Vincat ergo carnẽ istã amor Dei cordibusq; nostris residat & in eo fortis efficitur, non solũ ad incedendũ per viã Dei: sed etiam per eandẽ currendum: ita ut vere dicere possimus qd propheta Dauid in psal. Viam matorũ tuorũ cucurri, cũ dilataueris cor meũ. **¶** Præterea obserua quã nobilis & illustis est amor Dei, & quã vilis & parui momenti amor mũdanus. Amor enim mũdi & carnis adeo est ignobilis & infãmis: vt aliquod consortiũ non admittat: si quis carnaliter mulierem diligiterẽ nuit alios eadem dilectione eã prosequi: adeo vt nec certũ permittat vult solus in amore esse quare societatem in eo non admittit: quod quidẽ est maximus amoris defectus. Nã vt Ricardus ille victorius dixit: grandis est proculdubio charitatis defectus, non posse pati consortiũ amoris. Amor autẽ Dei est nobilis, qui eũ Deũ amat cupit & desiderat oes alios eũ amare. Si quis patronũ & aduocatũ habet Ioãnem Baptistam, optat cæteros habere & quod eum amore & dilectione prosequantur. Dauid qui plenus erat amoris Dei dicebat omnes inuitas. Diligite dominum omnes sancti eius. Et in alio psalmo non solum Angelos & homines vocat ad laudem Dei: sed etiam creaturas irrationales, bestias, & creaturas insensibiles, sicuti grãdinem, ignem, niuem, glaciẽ, serpentes, dracones: aues, & tandem omnes creaturas. Quando enim amor Dei reonditur in alicuius hominis pectore desiderat maximẽ omnes venas, neruos, & cæteras corporis partes conuertit in linguas: vt laudes diuinas efferant. Lætia quidẽ spiritualis statim sese communicat: in quõ videbis verum esse bonum, quia de natura boni est esse communicatum sui ipsius. Sic isti discipuli non fuerunt parci gaudij proprij: sed pleni amore Dei, & spirituali solatio, voluerunt socios eiusdem participes esse: quare statim ad eos se contulerunt bonum nuncium portãtes.

Gen. 4.

Gen. 22.

Psalm. 118.

Ricard. de tri.

Psalm. 30.

Psalm. 148.



Rom. 8. Et vt Paulus ait. Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, hinc est vt inuenissent vndecim Apostolos simul, quibus quæ gestis sunt narrauerunt. Quapropter sequitur in contextu. Et inuenerunt vndecim congregatos, eos qui cum illis erant, dicentes quod surrexit Dominus verè. Oportebat Christum resurgere, vt fides nostra sua resurrectione confirmaretur, eiusque diuinitas ostenderetur: nam si propria virtute non resurgeret, non crederent homines Deum esse. Sic dicebat ipse per Prophetam. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Sic sanguis meus fuerit corruptus quæ nam ex eo poterit educi utilitas & ex effusione eius: nemo hominum veniam consequeretur. Cum autem resurrexit nouerunt omnes hominem illum mortuū verum esse Deum: nam omnis affectus naturaliter demonstrat suam causam & cum causa principalis, & prima resurrectionis mortuorum sit diuinitas, ostendit Christus, resurgens sua propria virtute se esse verum Deum: quod quidē si nos non crederemus, salutem consequi minime possemus. Ideo Paulus traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. In cruce soluit pro nobis, & in ea delensit chirographum, quod contra nos ipsos delicta habebat, vt alio loco idē Paulus ait. Sed quid illud nobis prodesset, si nos non crederem? hanc satisfactionem, qua Christus soluit Patri, pro nostris peccatis: Et sic enim morte ipsius solutū erat debitū, non lat erat ramen ad nostrā iustificationem. Ideo dixit Paulus quod resurrexit propter iustificationem nostrā. Moriēdo quidē nobis vitā contulit ad mortē dānatis: & resurgendo nos iustificauit. Nō quod resurrectione mereretur nobis gratiam & gloriā, hæc enim iam meruerat passione sua & morte: ista enim fuimus redēpti, non resurrectione: sed inquit Paulus, quod resurrexit propter iustificationem nostrā: quia eius resurrectio fuit via ad credendā passionem eiusdemque mysteriū. Fecit enim resurrectione iustificationem in cordibus hominū, qui in passione scandalizati fuerant: & mediā resurrectione fuerunt iustificati per passionē. Nam si Christus non resurgeret effectu, frustra retur eius passio: propter nostram incredulitatem nunquam crederemus hominē illum, qui mortuus est esse Deū nisi resurgeret. Et sic sine fide impossibile est placere Deo, sic resurrectio non esset, deesset vtiq; passionis fides: quare resurrectio traxit passionis fidem, & fides vna iustificationem: resurrectione ex-

go fuimus iustificati, ita vt dixerit Apostolus Corinthiis. Si Christus nō resurrexit, vana est fides nostra. Surrexit ergo dñs verè, & sua gloriosissima resurrectione vitam animabus contulit, vt diximus, quia resurrexit propter nostrā iustificationē, & dedit vitā corporibus, quia eius resurrectio est causa resurrectionis nostræ, vt ait Paulus. Si mortui non resurgūt, nec Christus resurrexit. Nunc autē Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū, quoniam quidā, & c. Si Christus non resurrexit miserabiliores essemus omnib⁹ hominibus. Si Christus nō resurrexisset, quomodō solueret Deus corporibus sanctorū, qui in hoc mūdi passim sunt labores: Si Christus solus resurgeret, daretur mortuū, cuius caput esset viuū & corpus mortuū. Et è diuerso si Christo non resurgente nos resurgeremus, esset corpus viuū, caput vero mortuum. Inquit ergo Paulus, resurrectio Christi, est causa resurrectionis nostræ: & mortui resurgēt, ipse ergo resurrexit. Quod autē mortui resurgant, & sit resurrectio patet: quia si resurrectio mortuorū nō est, miserabiliores sumus omnibus hominibus: sed nō sumus miserabiliores omnibus hominibus cū virtuti studemus: ergo resurrectio mortuorū est. Si igitur resurrectio mortuorū est, & Christi resurrectio est causa resurrectionis nostræ: ergo Christi resurrectio est causa resurrectionis nostræ. Sed dubiū est quomodo resurrectio Christi sit causa resurrectionis nostræ, an sit causa efficiēs, formalis, materialis, aut finalis. Si enim Christū mediteris quatenus Deus est, causa est prima efficiēs nostræ resurrectionis per suā infinitā virtutē. Sed tūc est causa æquiuoca. I. altioris rationis & generis sicut est causa ceterarū rerū creatarū. Si vero cōsideretur ceu De⁹ humanitati cōiūctus in qua resurrexit: tunc est causa p̄xima per virtutē diuinitus susceptā, & vniuoca. I. eisdē rationis cū nrā resurrectione vt ipse testatur dicēs. Sicut pater suscitauit mortuos & viuificauit: sic filius quos vult viuificat. Vnde quia causa efficiēs vniuoca p̄ducit effectū sibi similit, vt ignis ignē, est etiā causa exemplaris & formalis, quia corpora nrā instar sui corporis suscitāda sunt, & doctib⁹ similitur doctāda, iuxta verbū Pauli ad Philip. Saluatorē expectam⁹ dñm nr̄m Iesum Christum: qui reformabit corp⁹ militatis nr̄æ cōfiguraturū corpori claritatis suæ. Est nāq; ipsi caput nostrum, nos autē eius mēbra: & ideo oīa eius dona in nos redūdāt. Vnde Pau. De⁹ qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatē, & c. Si autē querat vtrū humanitas

1. Cor. 15.

Ibidem.

Rom. 7.

Mat. 4. Ioan. 9.

Psal. 11.

Ioan. 5.

Philip. 3.

Hebr. 5.

humanitas ipsa sit aliquo modo causa efficiēs nostræ resurrectionis: dico quod si de causa agenti & principali percenteris non est nisi virtus Christi ei diuinitus impartita. Eadem enim causa resurrectionis Christi erit & nostræ: & clarum est quod humanitas quæ in triuo non habuit partes coniunctas, non fuit causa suæ resurrectionis, sed diuina virtus, Christo communicata: qui & animam habebat diuinitati coniunctam, simul & corpus. Quare eadem virtute easdem partes simul aggregauit, eademque virtute nos quoque suscitabit. Et hoc est quod ait Paulus, Qui suscitauit Christum à mortuis viuificabit mortalia corpora nostra. Si vero de causa instrumētali fiat sermo: resurrectio ipsa Christi, hoc est, coniunctio corporis & animæ suæ est instrumentum coniunctum eius diuinitati, quo mediante erit causa resurrectionis nostræ: sicut tactu corporali mundauit leprosum & linitione aperuit oculos cæci nati. Itaque sicut Christi resurrectio propinquior erat virtuti diuinitatis, quam nostræ: ideo per propriam suam virtutem absque alio instrumento resurrexit. Nostram autem resurrectionem mediante sua operatus est. Itaque tenebamur sub vinculo mortis & seruitutis: sed liberauit nos Christus sua gloriose & benedictæ resurrectione. Vnde Palmitum persona domini. Propter misericordiam inopum, & gentium pauperū nunc exurgam. Tenebamur captiui ab hoste crudelissimo in fortissimo carcere, & fracto carcere & hoste deuictio per Christū liberè sumus educti & liberati sanguine ipsius. Quem admodum enim in quibusdam animalibus contingit, quod sic stringunt aliquid intra se conclusum, vt nisi fractum fuerit à se non diuidatur nec dimittunt illud quod intrinsecus clausum, tenent, si autem missum fuerit oleū, statim dissoluitur. Hoc enim in polypo expertum aliquando memini. Sic enim petre tamen ab eo quod simul cōprehendit diuellatur. Ad hunc modum diabolus humanum genus tenebat, nec volebat dimittere. Tanta enim auditate illud possidebat quod potius se scindi permitteret, quam genus humanum quod captiuum tenebat liberū abire sineret. Sed dominus Iesus pijsissimus Saluator noster sanguinem suum pretiosissimum fudit quasi oleum misericordie: & per ipsum nos liberauit. Sic ergo liberatos omnes latos nos esse o-

porter: & tanto magis exultare: quāto magis acerbo & duro carcere tenebamur inclusi, & quāto à magis crudeli hoste tenebamur captiui. Sic enim Pharaonem mortuo cum toto exercitu suo, populus Israel videns se liberatum à tyrannide Pharaonis & captiuitate Ægyptiaca magna cum lætitia cantare cœpit & dicere. Cantemus dño, gloriose enim magnificatus est, equū, & c. Et Maria Prophetissa Soror Aaron sumpsit tympanū in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens. Cantemus dño gloriose, & c. Propter quod Dauid in Psalmo ad hanc lætitiā inuitat dicens. Dñs regnauit exultet terra: latentur insulæ multæ. Vniuersa terra & omnis orbis, qui antea erat sub dominio & tyrannide diaboli: nunc deuictio dæmone: & nobis ab eius tyrannide liberatis Deo subijcitur creatori, vt iam dæmone eiecto solus Deus in homine regnet. Exultet terra illa celestis, de qua in Psalmo. Portio mea in terra viuētium. Latentur insulæ multæ, hoc est terra nostra, quæ fluctibus tentationū in via concutitur. Verū cum de celestis patria loquebatur absolute dixit terra: quia ibidem exultat de Christi resurrectione. Sed de terrestri habitatione non dicit omnes insulæ sed multæ, quia non omnes insulæ lætabantur, sed multæ, quia multi peccatores nō lætatur. Multas insulas ad latendum inuitat, non omnes, quia multi non credunt euangelio, nec ei obediunt: quo fit vt qui victoriā non cognoscunt de eius triumpho gloriosi non possunt. Sic erant sancti vndecim Apostoli, & omnis congregatio fidelium gaudentes atque latantes, cum superuenerunt hi duo discipuli, & omnes lætitia incredibili dicebant. Surrexit dñs verè. Et apparuit Simoni. Postquam apparuerat Mariæ Magdalene, & alijs mulieribus, apparuit Petro. A postolo. Vnde in die resurrectionis quinque apparuisse, dominum narratur ab Euangelista. Primò apparuit Mariæ Magdalene, vt Marcus ait, & hanc apparitionem scribit Iannes. Secundò apparuit illis quinque mulieribus in itinere, cū reuerterentur de sepulchro: vt Matthæus ait. Tertio apparuit Petro, vt hic dicitur. Quarto apparuit duobus discipulis euntibus in Em aus, vt hic videmus. Quintò & vltimò apparuit omnibus simul vno excepto Thoma, qui non erat cum eis: quando in sero cū essent ianue clausa stetit Iesus in medio discipulorū. Hæc apparitionem scribunt duo Euangelistæ. Scribit

Exod. 15.

Psal. 96.

Psal. 147.

Mar. 16.

Ioan. 20.

Matth. 28.

Tom. 2. A a a bit

bit illam Lucas hic statim post istam apparitio nem. Et Ioannes in capite vigesimo tui euang elij. A lias autem quinque vices narrat. eua gelij. Quod apparuit dominus in alijs die bus. Primum cum apparuit in die octaua resur rectionis omnibus simul cum Thomas et u te fens. ut Ioannes narrat. Secundo ad mare Ti beriadis cum ierant ad piscandum Apostoli simul cum Nathanaele. Tertio cum conuene rus omnes in Galilea. v. Mathæus dicit. Quarto apparuit Iacobo minor qui uocabatur fra ter domini. v. Paulus scribit Corinthijs. Quarto apparuit omnibus in Bethania in die ascen sionis eius. & benedixit eis. v. scribit Lucas in fine huius capituli. & libro actuum Aposto lorum. Præter has autem apparitiones. quas ex presse scripserunt euangelistæ apparuit alijs multis vicibus nam Lucas ait quod in multis argumētis per dies quadraginta apparuit eis loquens de regno Dei hoc est de iua ecclesie regimine & gubernatione. & sacramentorū administratione: de pontificum ordinibus. de curatorum guberāone. de que alijs ad eccle siam spectantibus. Certe modus & ordo. que facta ecclesia seruat ab Apostolis traditus est. & ipsi ab ore Christi didicerunt. Sicut in stratio ieiunij. quadragesimæ. & alia multa: que Apostoli tradiderunt. De quadragesima ignatius martyr discipulus Ioannis Apostoli in quadam epistola ad Philippos quadragesimam & hebdomadam passionis Christi com mendat. Et Theophilus Alexandrinus ait quod habemus quadragesimam ab Apostolis insti tutam & ordinatam. Et Hieronymus ad Mar cellam aduersus Montanum ait: Nos quadra gesimam secundum traditionem Apostolorū ieiunamus. Etū ex horum testimonijs non cō stet fuisse à Christo institutam sub præcepto. constat tamē ad Christi exemplum fuisse ab Apostolis obseruatam. Multa enim fecit Chris tus & multis apparuit post resurrectionem. Nam nemini dubium quod apparuerit bea tissime matri suæ Mariæ. quod nullus euang elista scripsit. nam si non apparuit nisi tantū illis vicibus quas euangelistæ dixerunt seque retur quod nunquā matri suæ apparuit quod absurdissimum erit quod apparens discipu lis: matri. que tantum doluit in cruce nūquā apparuerit. Cum enim euangelistæ non scri berent nisi tantum res necessarias. ideo scribere noluerunt quomodo matri suæ apparuerit nam uirgo nō indigebat Christi apparitione. ut eius resurrectionem crederet. quandoque

dem maximē credebat. quare nō ei apparuit ali qua compulsus necessitate. sed tantum ut letitia afficeret. Alijs autem tanquam incre dulis apparere uoluit. ut crederent. ideo tan quam rem apprimè necessariam fidei eorum. euangelistæ scripserunt. Apparuit ergo uirgi nī priusquam alijs. Quando enim sol ortu r. amboniam excelsa prius pertingeret sol erit lucis eius radijs. Quis ergo tunc erat aut erit un quam adeo sanctitate præstans & excellens si cuti beata Maria uirgo. Ideo iustitie sole orto Christo. & de sepulchro egressio. claritate ma xima & pulchritudine. cum iam crucis eclip sis cōfasseret. & obscuræ vestes mortis essent expulse. sepulchrique & teralis amictus. clari tas eius uirgini est patefacta. quam alijs prius sicut excelsio monti. Præterea in particulari apparuit Petro priusquam alijs. Apostolis & discipulis. cū pluris. quam alios faciens: quia erat prælatus & ecclesie pastor in quo docuit nos quantum prælatus uenerari debeamus. & plusquam alios. & sic Angelus eum de mon strauit. & in particulari nominauit. cum mul teribus loquens. & eum pluris fecit. cum dixit. Ite & dicit discipulis eius & Petro. Secū do de nomine Angelus in particulari Petri. & cum Christi magificauit ei apprensū tū. & prius. ut experiri possis quot Deus be neficijs solatijsque & fauoribus afficiat pec catores qui ad eū conuertuntur & pœnitenti am agunt. Ter negauit Christum Petrus & post peccatum fleuit. Deo autem & uniuersæ curiæ celesti peccatorum pœnitentia tantum placet ut maius gaudium in ea fiat pro pecca tore pœnitentiam agente quam pro non agn ta nouem iustis qui non indigent pœnitentia. Hæc omnia similia sunt ut ad Deum conuer tatis & pœnitentiam agas tu qui tor ab hinc dies in peccato meraris manu Dei destitu tus: sed quia de his satis in superioribus dixi mus: nunc historiam prosequamur. Et ipsi nar rabant que gesta erant in uia & quomodo cogno uerunt eum in fractione panis. Latentes erant A postoli confidentes quomodo apparuit Simo ni. & tunc ingrediētes hi duo discipuli & nar rantes quomodo Christus eis apparuerat du plicatum est gaudium. Super tristitiam dupli cem. quam habuerant de morte & de passio ne Christi nunc consolatur eos addens lati tiam super legitā. Vnde egregius Pfalteres. Se cundum multitudinem dolorum meorum. cōsolationes tue latificauerūt animam meā. ¶ Aduerte autem quod quauis Christus ap parcat

Leg. Grec. de cura pa ste. admoni. 5 prope fine

Mar. 16.

Iac. 15.

Cap. 15.

Psal. 91.

Ioan. 21. Mar. 16.

1. Cor. 15. Act. 1.

Ignat. epi. 4.

Mar. 16.

Exod. 3.

reat omnibus discipulis simul uespere in coe naculo Hierosolimis à mane tamē semper mi sit ad eos suæ resurrectionis nuncijs. qui quidē eos solarentur & latificarent ut hoc bono nūcio manerent. Misit ergo mane ad mulie res. postea ad diu u Petrum. deinde ad hos di scipulos & tandem uenit ipsemet. Eodē modo Christus facit: nobiscū qui in uespere premiu ipsum differt. mortis. tēpus quo omnes iusti eū glorificatū inuentur atq; beatū: interea ta men eos detinet varijs solatijs spiritualibus: quibus adiuuati & roborati labores huius uitæ presentis ferre ualent. Ne exilimes tu bonos quantū uis sint in hoc seculo abiecti nō uisita ri à Deo. & interea consolatione affici. Mira tur quidē Deus in premio reddēdo. interea tamen multis fruuntur bonis. quæ si peccato res non essent. quo animo contēnerent omnes uoluptates & delicias. quibus sunt dediti. Et ne forsā putēs iustos destitutos esse. unū eorū audi dicētē. Benedictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi: qui consolatur nos in om ni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi con solari eos. qui in omni pressura sunt per ex hortationem. qua exhortatur & ipsi à Deo: quoniam sicut abundat Christi passiones in nobis. ita & per Christū abundat consolatio no stra. Sic Deus in hac uita & suis labores in ferat. suā gloriosam uisionē differens: detinet tamē eos varijs spiritualibus solatijs. Sic se ha buit cū iustis & sanctis. quærat in Hierusalē: quibus & si desert suā uisionem in uespere ut eorū desideria magis accendat. nō tamen deserit eos nec obliuiscitur. siquidē inquit hic Euangelista. qd accesserunt illi duo discipuli. & narrauerunt Apostolis. & qui eū eis erāt. que gesta erant in uia & quomodo cognouerunt eū in fractione panis. Verū ne in tuis tribula tionib; & aduersitatibus desperes. sed potiū in Deo confidas qui licet moratur ueniet ta men: ideo audi qd sequitur. Dñ autē hæc loquū tur stetit Iesus. in medio eorū. & dixit pax uobis. In primis nemini dubium sit. qd hæc apparitio fuerit eadem quā Ioannes scribit dicens. Cū sero esset die illo una sabbathorū. & c. In die enim resurrectionis sero cū essent congrega tis omnibus in uis clausis. stetit Iesus in me dio discipulorum suorū & dixit eis. Pax uobis Hæc apparitionē scribunt Ioannes & noster Lucas in præsentia. Non desunt aliqui neote rici qui dicant quod etiā scripsit hanc appari tionem Marcus cū dixit. Recubentibus un decim discipulis apparuit illis Iesus. & expro

1. Cor. 15.

Ioan. 20.

brauit in cōsolatione eorū. & c. Et reuera fallū tur isti. quia in hac apparitione non fuerunt nisi decē Apostoli: quia Ioannes ait qd Thomas non erat cū eis quando uenit Iesus: & Mar cus dicit qd recubebant un decim: ergo alia & alia est apparitio. Quapropter crediderim qd illa apparitio Marci fuit in die ascensionis do mini in cœnaculo in Hierusalē in meridie re cubentibus un decim. quos eduxit in Betha nia ad montem Oliueti. & ibi apparet secun da uice assumptus est in cœlum. Lucas igitur & Ioannes tantum scribunt hanc apparitionē ad decē Apostolos. & ad alios Christi discipu los. In hac apparitione inuissantur in eis & de dit eis Spiritū sanctū. potestatemq; contulit absoluendi & confessiones audiendi. ut Ioan nes inquit. Et in hac eadē apparitione comedit partem piscis asii. & acta sunt. que hic dic it noster Lucas. ¶ Sed dubium hic oriri uide tur. Quomodo dicit Ioannes quod non erant nisi decē Apostoli. quia dicit quod Thomas non erat cum eis. & Lucas dicit hic qd inueno runt un decim cōgregatos. & quod erant un decim Apostoli: Dicendum quod quādo uenerūt isti duo discipuli. qui fuerant in Emaus. erant un decim Apostoli cōgregati: sed Tho mas incredulus uerbis discipulorū. qui uenerant de Emaus. & eorū qui enarrabāt quo modo apparuit Petro: exiit foras cū hæc nar rabantur: & cū esset absens. tunc uenit Chris tus. & apparuit decem Apostolis. & alijs qui erant cum illis. & tunc Thomas non erat cū eis quando uenit Iesus: & cum uenisset Ioannes & Lucas dicunt. quod stetit in medio eorum. Sic dicit olim dominus Mosi. Ut scias quia ego sum dñs: in medio terre. Metaphora sūm Exod. 3. pta est à Regibus & Principibus. qui sunt in medijs prouincijs. ut gubernent. & c. Ad similitudinem humani corporis qd in medio cor poris humani constitutum esse uidetur: ut ex eo ueluti ex fonte spiritus uitalis quo totum uiuificatur corpus commodus in omnia mē bra diffundi possit. Sic prælatus in medio sub ditorū debet esse nō solū corpore sed animo: ita ut non partialis nec acceptator personarū sit. sed potiū in medio cōstituat sicut libreg examen. ne in unam partē magis quā in alia propendat seu odio siue amore affectus. Chris tus enim in medio est qd uirtus est. fugiens semper ab extremis. in quibus uita cōstitit. Colūna in medio domus sustinet eius pōdus sin autē in alterā partē declinat. fuit torū uedi ficiū. Sol est in medio astrorū cœli. & cō-

trum in medio sphaerae. Ideo Arist. in quarto libro Politicorum, ait, quod quanto magis aliquid accedit ad medium, tanto melius est. Ideo Christus nunc in medio discipulorum stetit. Sic etiam cum duodecim esset annorum stetit in medio doctorum in templo: de quo iam vidimus in superioribus. Dixit autem eis, Pax vobis. Primum verbum, quo Christus Apostolos salutavit, est, pax vobis merito quidem quoniam victoriam fructus & meta, pax est: si quidem ergo Christus victor euaserat, et impetrat; nos demonio & morti, aequum erat pax publico praerogio denunciaretur cum iam bellum esset finitum & omnes inimici dei & victi victoriae consequuta. Quod ut intelligas te prius nosse oportet, quod exprimi parentis peccato totum est outum damnum mundo. Si Adam in innocenta perseverasset, multis esset liberi malis: ipso autem cadente, incidimus & nos in manus duorum fortium inimicorum, demonis scilicet & mortis. Tertium namque primum parens fuit, uelut uelut cupidus. Sed anima eius fuit imperatrix. Corpus quidem comedit, sed anima, sic fieri voluit: propter quod utique fuit pauper, anima succumbens demoni, corpus vero captiuum & subiectum manens morti. Paulus. Per unum hominem peccatum, & per peccatum mors. Et iterum. Regnavit mors ab Adā usque ad Moysen, sed per tyrannidem, & non ex lege & imperio: quantum bene ex eius permissione. Et ideo dicitur. Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione mortientium. Sed impij suis manibus illam quaerunt. Regnavit etiam tanquam vice regis mortis, constitutus Lucifer. Demonium enim & mors sicuti duo potentes inimici tyrannide genus humanum subiectum tenebant. Quantumvis quidem quis sanctus & bonus esset corpus eius moriebatur: & anima illius ad abyssum descendebat, quare in gloriam intrare non poterat. Nulla humana vires hos duos devincere poterant: descendit autem filius Dei de caelo in terram eos victurus: nosque in priscam libertatem, redigere, a demonij tyrannide eripiens, a mortisque servitute educens. Unde beatus Ioannes. Ad hoc venit filius Dei ut dissolvat opera diaboli. Decevit prius Christus dominus demonem destruere tanquam nostri damni autorem & fortiorem inimicum. Demonium enim in terrestri paradiso peccatum persuadere cepit, ex quo orta est mors: quae culpa non fuit, sed potius illius poena. Quare

Christus in certamen provocat demonem. Et sicut provocans solet campum eligere, provocatus autem arma: sic Christus hic campum eligit, montis scilicet Calvariae locum, damo autem arma: cruce videlicet, his utriusque armis primum hominem superavit. Sed tamen illi non ex sententia evenit quia qui in ligno videbatur in ligno fuit victus per Christum dominum nostrum. Sicuti Aman, qui fuit suspensus in furca, quam Mardocheus parauerat. Dæmonem crucem paravit, qui tamen postea crucis virtutem sentiens, illa arma cepisse potuit, ea mutare cupiuit, propter quod in ore Pharisaeorum residens dicitur. Descende nunc de cruce: & in hoc bello alia arma sumamus. Sed noluit Christus redemptor noster: nam erat celebrior victoria armis, in quibus eius inimicus strenuus erat vincere: ideo in cruce fuit victus, & moriens Christus victor euasit. Ideo Paulus. Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. Unde idem dominus morti appropinquans dixit. Nunc princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Sed mortuo Christo, & apparente gloria diuinitatis eius, fugit Lucifer in infernum, quem Christus insequens, prope rat. Et sicut fortis dux descendit ad dirumpendum infernum eum que spoliandum, secundum illud Apostoli, Spolians principatus & potestates confidenter. Descendit Christus ad inferos, & omnes diuitias & suppellectilia arripit, captiuans & vinciens demonum principem igneis catenis, ut dicitur in Apocalypsi. Apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus & Satanas, & alligauit eum, & misit eum in Abyssum. Ingressus Christus gloria indutus triste illud ac tenebrosum regnum, quod mirantes lucis inimici dicebant. Quis est iste tam splendidus facie, rutilans veste coruscans. Nunquam tale lumen nostra viderunt Tartara, &c. Vide diuum Augustinum egregie haec differentem in sermonibus de tempore, sermone cuius titulus est, de descensu Christi ad inferos. Terra est obscura: & respundet infernus: Sol & luna eclipsantur: & infernus lucet: Quid hoc? Si Deus est, quid illi cum nostro inferno? Si homo, unde nam illi tanta collata auctoritas? Captiuos quidem soluit, & exciuit patrem Adam. Foelix culpa, quae tantum ac talem meruit habere redemptorem. Dauid, Dirupisti domine vincula mea. Et omnes dixerunt. In te sperauerunt patres

Gene. 3.  
Rom. 5.  
1. Ioan. 3.

Hebr. 7.  
Matth. 27.  
Hebr. 2.  
Iudith. 16.  
1. Mac. 6.  
Iohan. 12.  
Iohan. 14.  
Colo. 1.  
Apos. 10.  
Aug. 10. 10.  
ser. 137.  
Psal. 115.  
Psal. 11.

patres nostri, in te sperauerunt & non sunt confusi. Parta iam victoria victo inimico, dirupit capto tollit signa & vexilla victoris Christi ducis. Quapropter sacerdos sicut signifer Christi, die veneris sancto, die inquam huius gloriosi triumphi & victoris, in altum crucem tollit, & inquit. Ecce lignum crucis. Ecce signum nostrum fortissimi ducis Christi Redemptoris: qui sua morte destruxit eum, qui mortis habebat imperium. Observa autem in hac prima victoria, quod etiam Christus dominus moritur, non tamen vincitur, quod aliter in mundo contingit, in quo qui perit vincitur. Christus autem moriens, fuit victor, minime autem victus. Maiorem quam adeptus est Sanson, victoriam fuit adeptus morte sua: nam de eo ait scriptura quod plures occidit moriens, quam occiderat viuens. Moritur Sanson, qui nihilominus ab inimicis victoriam reportat. Sic etiam de Eleazaro scribitur Machabeorum primo, magnam victoriam fuisse consequutum in elephantis interceptione, in qua etiam ipse cum esset victor interierit. Similis est haec victoria illi, quam narrat Plinius, quae agit inter Draconem & Elephantem. Draconem natura calidissimus ac siccus est: quare sitit maxime: cuius contrarium in Elephantem inuenitur, habet enim sanguinem frigidissimum: quod cum Draconem naturali instinctu non lateat, non abre querere ipsum Elephantem ducit, quem cum ad arborem astantem inueniat, inuadit ipsum ut omnium venarum sanguinem sugat, & sitim extinguat. Elephas autem sine vitibus ac morti propinquus ne victus succubatur, sui ruinam patitur & super Draconem cadere perimitur ut eius corporis onere. Draco ipse oppressus cum interficiatur, & tandem victoriam consequatur. In sacris literis demon Draconi comparatur, & sic loquebatur de ipso Dauid quando dixit. Draconem iste quem formasti ad illudendum ei. Diuus etiam Augustinus de demone intelligit illum quod dixit Dauid in alio Psalmo. Gonculcabis Leonem & Draconem. Tanta est eius sitis, ut de eo loquens ait dixerit. Ecce absorbebit flumem & non mirabitur: & spem habet ut Iordanis in fluat in os eius. Gentilium flumen per fauces eius fluit quod non miratur aliquid etiam maximum Saraceno fluit, & parvifacit. Est autem eius sitis tanta ut desideret baptizatum flumen per eius fauces fluere. Vide beatum Gregorium in Moralibus haec explanantem. Draco ille sitibundus Christi sanguinem ad Crucis arborem stantis sigit, manus, pedes & latus, eum exagum dimittere cupiens.

Hebra. 2.  
Iudith. 16.  
1. Mac. 6.  
Plini. lib. 8. cap. 11.  
Psal. 103.  
Psal. 90.  
Iob. 40.  
Greg. lib. 33. mor. cap. 7.

Christus autem caput inclinans emisit spiritum, & moriens Draconem interfecit, & tandem perfectam ab eo victoriam consequitur, & sicut victor castra eius diripit. Secunda autem victoria est mortis quae ad bellum sepulchrum eligit, & sic mors & vita in arena descendit: quod si corpus non resurgens in sepulchro manet, mors euadit victrix, & superata vita: exurgens autem vita vincit, mors autem victa iacet. Mors & vita duello conflixere mirando: Rex mortuus, regnat viuus. In hoc duello inquit Ecclesia, mors & vita in arena descendunt: sed tandem vitat vita, & gloriolè exiit de sepulchro, de morte ipsa triumphans. Irredicamus ergo mortem, & cum Apostolo dicamus. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus? Absorpta est mors in victoria. Surgens Christus in vitam mortali triumphauit de morte: & obtinuit victoriam de illa & sic absorpta est mors. Quid ergo de mors actum est de tuis triumphis, & victorijs? Tu quae tam superba incedere solebas, & cuitotus obtemperabat mundus: quia modo vinceres? Olim antequam dominus mortem vinceret ea fuerat minatus dices: O mors ero mors tua & morsus tuus, & inferne. Ac si de putrido pomo, cuius aliqua pars est sana, buccellam educeres mortui, parte putrida relicta: sic mortui infernum petijt, bonum & sanum, societatem videlicet illam iustorum educens, condemnatos autem relinquens. Egreditur ergo de sepulchro gloriosus & his duabus & insignibus victorijs de inimicis triumphans, secundum illud Apostoli. Palam triumphans eos in semetipso. Et ideo Angeli maximo cum gaudio & letitia illum ex arena deducunt. Quando duo ad singulare certamen vocantur & in arena descendunt, mos est amicis ad certamen congregentur eos ad statutum locum musica instrumētis ferre: tubis, tympanis, & alijs. Si igitur cum quis in arena descendit in eam amici deducunt quantumvis de eius victoria dubitent nihilominus illum illic deferunt, maxima cum musica & letitia. Si euadit victor: nonne maiori triumpho & exultatione in propria domum deducunt? Clarum enim est quod sic. Hoc idem contigit quando Christus die natiuitatis in huius mundi arena descendit ad certandum cum demonio (nam et si in Caluario monte vltimum certamen in itum est, tamen in vita discursu semper adiungit em singularia sunt inita certamina) tunc inquam Angeli in eum locum cum deduxerunt maxima cum letitia & harmonia, canentes,

1. Cor. 15.  
Ioseph. 13.  
Colo. 2.

**Znc. 2.** gloria in excelsis Deo. Sic ergo tunc quando veniebat passurus tor labores, passionem, & tandem mortem, tanta læticia eum tulerunt: ma iori certe iubilo & læticia eum resurrectione illum prosequerentur, siquidem victor & incolumis eua debeat, omnibus suis inimicis superatus, quando iam non passurus sed regnaturus venit: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. In nativitate multi Angeli eum adoraverunt, sed in sacratissima eius resurrectione non fuit Angelus qui ei non cultum deferret. Ideo Paulus dixit. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit. A dorēt cum omnes Angeli eius. Hoc de nativitate intelligi non potest sed de resurrectione: quia inquit, Et cum iterum. Prima enim vice ingressus est die nativitate in orbem terræ: sed cum iterum, hoc est secunda vice introducit primogenitum in orbem terræ, in sua resurrectione dicit. Adorent eum omnes Angeli eius. Non poterit humana vlla lingua referre quanto gaudio, & læticia victorem principem sui equites nobiles, & amici ab arena eduxerunt. Innumera musicæ instrumenta sonuerunt in illo sancto sepulchro, canētia alleluia: omnes milites benedixerunt ei in infinitas gratias habētes & agentes. Tantum enim ei exhibuerunt honorem & iubilationem, vt terra tremere fuerit coacta. Ecce terræ motus factus est magnus. Etenim (vt ait Psalmista) terra tremuit & quieuit, dū resurgeret in iudicio Deus, Terra quidem suo modo & vt ei possibile fuit saltauit coram Deo suo: & incredibili gaudio & læticia celebravit hanc triumphatē & gloriosam resurrectionem. ¶ Modo supersunt duo. Primum quod dux victor suos ad signum recipiat: quapropter occurrit prius vbi fidei signum mālaret & apparet prius virgini ipsi. Et quia bonus dux tenetur i polia impartiri secū dum cuiusque meritum: ideo statim apparuit Magdalēna: quia plus fleuit & magis in sepulchro perseveravit. Postea autem Petro, & eū tibus in Emaus: & cæteris alijs. Secundū: Parta victoria præconio denuncietur pax, bonū enim bellum lætam pacem adducere solet & bellum contra pacem impediens iniri consuevit. Ideo Christus quod eis prius dicit est, pax vobis. Bis inquit Ioannes dixit eis pax vobis. Et dixit eis iterum, pax vobis. Et Esaias bis dicit pacem cum ait. Vetus error, seruabis pacem pacem. Pax vobis primo, quia vici diabolum: pax vobis secundo, quia vici mortē, Pax

vobis in anima & pax vobis in corpore: quia I duplicem pacem nunc nuncio mundo, quia duplex bellum gessi & vici. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Hanc vobis commendo, hanc vobis trado: huius vos hæredes relinquo in meo testamento: hæc est dilecta mihi sponsa, magni facite eam, siquidem sanguine, propria & vita emi: & vt vobis eam conferrem & mundo mortem crucis sum passus. Vide ergo tu peccator quanti Christus emit pacem, tu autem eam transgredieris destruis, quia superbus & rixosus es, & linguę iniquæ. Hæc pax, est quam Christus lucratus est effūdens proprium sanguinem lanceæ cuspidē, quam tantopere commendat, cuius etiā suos hæredes facit. Multi sunt presules, qui gloriantur, eo quod relinquunt suis diuitias, magnas domos, possessiones, agros, pecuniaz magnam quantitatem, sed Christus non hæc sed pacē reliquit suis. Potius deberent presules gloriarī pacem reliquisse quam hæc bona: quæ quidem sæpe ac sapius ad nihil aliud conducunt quam ad lites excitandas: inter ipsos hæredes Cū dominus diceret Moysi quod esset mortuus dixit vir sanctus, Provideat dominus Deus spiritum omnis carnis, hominē qui sit super multitudinem, &c. Non sollicitatur pro vxore, pro filijs: sed de pastore digno, & de vtilitate animarum curat, & cum maximum haberet principatum. Sed vltra Saluatorem audiamus. Ego sum, nolite timere. Quia vbi ipse est nihil est timendum. Vnde Iob. Poneme domine iuxta te: & cuiusvis manus pugnet contra me. Et Dauid. Si ambulauero in medio vmbra mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. Et Paulus hoc adiutus presidio dixit scribēs Romanis. Quis separabit nos à charitate Christi? An angustia an fames an nuditas an tribulatio? &c. Dominus etiam, vt timorem à discipulis expelleret atque pusillanimitatem cum misit illos ad prædicandum dixit. Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos. In eo quod dixit, ego mitto vos, ostēdit quod virtus illius, qui eos mittebat protegeret eos: quod satis in decimo capite huius super hæc verba enarrauimus in superioribus. ¶ Porro vnum hic aduertēdum esse cenfeo: quod annuncians Christus resurrectionē suam prius expellit timorem à discipulis. Super omnia timēt homines mortem, quia vltimum terribiliū est mors: vbi autem resurrectio nūciatur, non est mors timenda: quia & granū moriens si cognoscet se in maiorem resurgere frugē

**1. Cor. 15.** frugem non timeret morti cādēs in terra. Nostra vero corpora seminata in corruptionis ignobilitate, resurgent in incorruptionis gloria vt dicit Apostolus. Ideo quæ non est mors timenda sperantibus in resurrectionē. Vnde Paulus. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non cōtristemini, sicuti & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & eos, &c. In Psalmo quoq; habetur. Deduxit eos in spe, & non timuerunt Sequitur. *Conturbati vero & cōterriti, existimabant se spiritū videre.* Possunt enim fieri apparitiones spiritū humanorum ē corporibus defunctorum Dei permissione; vt videre est apud Augustinum. Verum sicut naturale est fragilitati humanæ defunctorū apparitionem horrere & insolitas expauescere visiones: & timebāt quod eos illi deret spiritus aliquis nequā. Et causa maioris admirationis erat, quia ianuis clausis ingressus sit ad eos: & ipsi intelligere non poterant quomodo verū & palpabile corpus per clausas ianuas ingredi poterit. Sed mirum videtur quomodo, cū paulū ante dixissent quod surrexit dominus verē, nunc non credebantur. Dico quod Petrus & Iacobus cui iam apparuerat & duo discipuli, qui erant ad Emaus de resurrectione Christi non dubitant: quanuis virtutē & doctores corporis glorificati nondū cognoscerent. Sed non est passus Christus animos suorum discipulorum longius habitare aut timere. Vnde sequitur. *Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Sed quæ cogitationes ascendebant? Primum manebat apud corda discipulorum implacabile cū iudæis bellū: & timebant ne qua fraude deciperentur. Secundū collidebat eos fidei perfidię quæ confictus: quia non sic terrā sicut eorum corda turba passionis concusserat. Tertio inter spē metumque erāt cōstitutū: cū de resurrectione Christi hæsitarent: & nunc miracula eius, nunc carnis in firma, reuoluebant; nunc eorum spiritus tollebat in cœlum, nunc collidebatur in terra: vt procella in intimis eorum leniente nullū quietis portum inuenirent. Quod vidēs qui procellis imperat dixit. Vt quid turbati estis, & cogitationes ascendunt id corda vestra? Ego sum nolite timere. Ego sum qui mortē fugavi, & cui tremunt inferna. Nolite timere. ¶ Expēde quod sunt cogitationes quæ ascendunt, & aliæ quæ descendunt ad cor. Cogitationes quæ descendūt & de alto decidūt, hæc cor nostrū non turbant. Nam de Deo co-

gitationes & cœlestes nō solū non conturbāt animā nostram sed potius quietant & confortantur. Cogitationes autem, quæ ascendunt & cōsurgunt ab amore mūdici & carnis, hæc quidē animam nostrā turbant quæ admodum discipulorum corda turbabant. Ideo Christus postquam dixit, quid turbati estis, statim dixit, & cogitationes ascendunt in corda vestra. Ac si diceret. Vestre turbationis causa est, quod cogitationes in corda vestra ascendunt. Sic de aqua dicimus quod turbatur quādo terra & limus, quæ sedem in profundo eius habent insuperficiē surgunt. Quod si quiescere sinas, vt sordes in profundū labātur, desuper aqua clara & mūda redditur. Quare tu odio & ira concitaris, turbatus, & inquietus incedis? quia iniurias quas tenebaris obliuioni tradere & pedibus succubere cogere, ob oculos ponis, & memoria obijcis: propter quod inquietus & turbatus incedis. Quare tā sollicitē honores, diuitias, & mundū quaris? Quia amorē propriū, qui subtus te esse debet, iuxta oculos ponis. Amor mundi & carnis, quæ despiciere debes, in altum conleēdit: ideo turbaris. Si cœlestes cogitationes ad te descendēt; & intuereris quæ pro te Christus passus est, & bonum maximum, quo te inimici tui prosequuntur quid quæ pro tuis peccatis merearis: proculdubio nō cōturbaberis, sed potius quiesceres & plenus solatio viueres. Aqua quieta non est turbida. Anima quiescēdo & sedendo fit sapiens Beata Maria Magdalena sedens ad pedes Christi audiebat verbū illius: & in cor eius descendebant cœlestes cogitationes, ideo erat quieta: Martha autē, quæ sollicita erat & satagebat circa frequens ministerium, turbabatur erga plurima. Cura & sollicitudines variæ huius seculi cor ipsum conturbant: cœlestes autem cogitationes minimē. Apostoli enim sedētes erant quando super eos venit Spiritus sanctus in linguis igneis. Sic dominus apparuit Abtā hæ sedenti in ostio tabernaculi sui. Esto ergo vt aqua quieta, quæ non conturbatur. ¶ Obserua etiā quod quanuis res diuinæ & cœlestes cor nostrum nō turbent, sed potius quiescere faciant: quādo tamen intellectus noster curiosē altiora petit & considerare querit, ratione naturali volēs nostræ fidei mysteria penetrare & cōprehendere, turbatur, & perditur. Hac ratione turbatur discipuli, quia suis humanis intellectibus articulum resurrectionis metiri tentant cum opus Dei sit & infinitæ eius potentie. Ioannes in Apocalypsi ait.

Hebr. 1.

Matth. 28. Psal. 75.

Ioan. 20. Esai. 26.

Num. 27.

Iob. 17. Psal. 22.

Rom. 8.

Mar. 10.

Luc. 10.

Act. 2. Gene. 18.

Apo. 1.

Enarra. in Cap. XXIII.

quit q̄ fuit ei Christus ostēsus in visione quadam, cuius facies lucebat sicut sol in sua vi & fortitudine, quā cum videret, cecidit in terrā quasi mortuus. Excellens enim sensibile corripit sensum; q̄ experientia compertū est: nā si sonitus aliquis fortiter impellatur solet audientē surdum reddere, organū auditus corrūpens. Et si atrente solem ipsum intueamur excacabit nos, sensum visus corrūpens, quia in se clarissimus est. Eodem modo in spiritibus sunt aliqua reuelationes & alia cognitiones Dei ab ipso infuse in suorum sanctorū animas, quæ quantū in se conatur nostrū intellectū corrumpere: sed cū ipse incorruptibilis sit semianimē reddunt ipsum q̄; deijciunt cogentes cū a sua operatione cessare. Ideo Ioānes videns facie lucentem sicut Sol, in terrā semianimam occidit. Quoniā etiam ad res minimas contemplandas Dei, quæ in pedibus figorantur: vires desunt fragilitati humanæ. Et sic sicut solis introitu oculi nostri turbantur, sic etiam volentes dū a patria cœlesti extorres sumus res Dei sollicitē contemplari, in intellectu turbamur, quoniam solo visu corporali & terrena cogitatione, Dei mysteria cōsequi & trāscendere volumus. Præcepit De⁹ Moysi vt faceret ei altare lapideū & dixit. Nō leuabis cultrum tuum super eo. Non permittit Deus cultrum super altari suo ascendere: quia nō vult fidei mysteria & arcana Dei feruari nostri ingenij acucie. Sic Apostoli turbabantur in Christi præserua, sicut coram sole cœlesti & diuino, cum adhuc essent terreni: & cogitationes humanæ & terrenæ ascenderent in corda eorum. Sed Christus, vt hasurbationes expelleret, dixit eis. *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum.* Retinuit cicatrices, vt resurrectionem probaret. Et vt diuus Chrysostomus ait, vt in die iudicij proferant contra ludæos testimonium passionis. Hoc totum facit Christus vt eum discipuli cognoscant & in eius resurrectionem credant. Dixit eis pax vobis: & quoniam operibus nō verbis dignoscitur homo, ideo ostendit eis manus, Mundus plenus est verbis, & fallax, & mendax operibus. Quamplurimos tecum bona verba loquentes videbis, & dicentes, pax vobis, pax vobis: quibus tamē si indigeas nec assem dabunt. Multi paschatis tempore bonum illud tibi nunciant & dulciter canūt, qui tuis commodis inseruirtuos se tibi offerunt: cū tamen opus sunt, eorum nemo apparet. Bonus amicus est Christus qui operibus

& verbis abundat. Bonis verbis, in hoc quod dicit pax vobis: bonis operibus in hoc quod ostendit manus cruci affixas propter eos. Sic nos deberemus habere erga Christū: eiq; tales esse amici, vt non solū verbis sed etiam operibus cōtenti essemus. Multi dicūt mihi in illa die dicit dñe, nōne in nomine tuo prophetauimus, &c. Discedite ad me omnes qui operamini iniquitatem, dicente. Videte manus. ¶ Tu ergo peccator manus Christi intuere & ad eas cōuertere oculos: quod si feceris, duo in eis inuenies. Primum quidem perforatas esse, in quo eius maxima bonitas & magnificentia ostenditur. De homine liberali & magnifico sermone vernaculo dicere solem⁹ (es vn maniroto). Huiusmodi enim Christus est, ad eō vt latronem dicentem domine memento mei ideo statim regno donauit: pro potu enim aquæ frigidæ quam in nomine eius des, gloriam tibi concedet. In manibus ergo Christi liberalitas eius cognosces, & amorē maximum siquidē rāto te est amore prosequutus, vt sanguinē propriū pro te effuderit, & voluerit manus eius sacratissimas duris clauis suis se affixas. Tantum quidem te dilexit vt per quendam Prophetā dixerit. In manibus meis scripsi te. Hoc conuocet maximē ne vnquā, quantūuis peccator sis, desperes: sed potius in eius infinita bonitate & misericordia cōsideras vt qui gloriam latroni concessit, concederet tibi, si ad eum vere conuertaris. ¶ Sed quoniam multi sunt, qui Dei misericordia abutuntur, & ansam accipiunt, vt peiores efficiantur & peccata multiplicent, dicentes Deum esse misericordem & in omnibus parcere, eius iustitiā obliui: audi secundum quod in manibus Christi inuenitur, esse scilicet sanguine perfusus sicut man⁹ carnificis. Pharaonem interroga quid illi contigerit: inuenies enim in sacris literis, Israelitas vidisse Egyptos mortuos & manum magnam, quam exercuerat super eos. Si misericordiam eius contēplaris, contēplare etiam iustitiam: quoniam vtrūq; in manibus Christi inuenies, tui amore esse perforatas, apertas, vt gloriam tibi donet, sanguine autem perfusas, vt vitam tibi afferat. Peccatoribus qui ad Deum conuertuntur habet dominus manus apertas, vt eos recipiat, & beneficijs afficiat: duris autē & obstinatis in malo habet manus sanguinolentas, quia accerbē de illis supplicij sumet. Debemus ergo eius misericordiā cōsiderare ad cōsidendū: iustitiā etiā, ne audeamus in peccato morari & detineri,

Matth. 7.

Luc. 23.

Matth. 10.

Esa. 49.

Exod. 14.

DAN. 5.

detineri. Vis hanc manum sanguinolentam, & carnificem videre? Lege Daniele Prophe tam. Sedebat Balthasar rex Babylonie ad mensam cum suis mulieribus vasa tēpli Dei profanans, cui subito digiti quasi manus hominis scribentis apparuerunt, quod rex aspiciens facies eius commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renū eius soluebantur, & genua eius ad se in vicem collidebantur. Venit Daniel & ei scripturam exposuit, hæc enim erat, Mane, Thechel, Phares. Hoc est, Mane, numerauit De⁹ regnum tuum, & compleuit illud: Thechel, apertus es in statera & inuentus es minus habens: Phares, diuisum est regnum tuum: & datum est Medis & Persis. Sic tu qui Dei & salutis tuæ animæ es oblitus considera quoniam sic manus iustitiæ Dei veniet super te, quæ d numerabit omnia peccata tua: melius enim te ipso nouit numerum tuorum peccatorum, hoc enim est, Mane, Thechel, quoniā appendet Deus eorū circūstantias [ & qualitates in statera & maximo rigore examinabuntur. Phares, diuisum est regnum tuum: nam mors cæci veniet & corp⁹ diuidet ab anima: & animam ipsam præcipientem dabit in infernum, & corpus in sepulchrum vtiā. Manus hæc iustitiæ Dei quotidie ob oculos esset posita: vt Deum ipsum timere sciremus: ne vnquā illum offendere auderemus. Sed sunt multi qui solam intuentur qualiter Christus gloriam in cruce latroni est pollicitus: nō autem quomodo Pharaonem in infernum proiecit, Core etiam, Dathan, Abiron, Senacherib, Olofernem, Goliath, & quam plurimos alios. Angelos etiam (vt inquit Petrus) misit in Barathrā pœna æterna cruciandos & Ozā quia arcā tetigit statim interfecit, Bethsamarum etiam quia ad testamenti arcam oculos curiositate compulsi conuertebant, quinquaginta millia hominum interemit: cum se pruaginta viris de electis. Hos & alios inspicere debes, & videns hanc manum sanguinolentam Dei illum timeas ne offendere in aliquo audeas. Multi manus Christi amabiles considerant, minime autem iudices, quibus videtur quod sicut latro in cruce hora mortis saluus factus est sic ipsa eadem hora penitentiam agent. Propter hos enim vere dici potest, quod vnus latronis gratia carteri hominū priuantur, quare proverbiū hoc de latrone crucis verificari potest, & intelligi, quia propter istū a cœlesti hospitio multi destruantur: siquidē propter Dimas latronē, qui in patibulo crucis passus est cū Christo penitentia in mortis horam differret: & tūc sepe cœlestē patriam amittūt. Has ergo manus videamus & audiamus Christum vltra dicentem discipulis. *Palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa nō habet, sicut me videtis habere.* Et cū hoc dixisset ostēdit eis manus & pedes. Hoc quod Euangelista dicit quod reddidit se palpabile Dñs Apostolis, vt ad eum possent accedere, & tangere, potius opere miraculoso quā naturali proprietate aliqua cōtingit nam corpus Dñicum quod iam incorruptibile & immortale erat, naturali ratione manibus eorū qui nondū erant incorruptibiles tangi nullo modo poterat. Modotamen quod ineffabili se palpabile prauit, vt Apostolos firmos in fide redderet: vt clarē & manifestē viderēt, & palparent verū corpus, & resurrectionē crederent. Vide ergo quot argumentis probat se verē resurrexisse. Primum ad cogitatione illorum respondet: hoc q̄ se ipsissime ante passionē suam fecerat. Secundō manus & pedes ostendit. Tertio totū corpus suū palpandū exhibet. Sic vt ex voce eius, ex cogitatione eius, ex omni statuta corporis agnosci potuerit. ¶ Sed quare tam multis argumentis probauit se verē suo corpore resurrexisse? Quia discipuli postea Christi resurrectionē erant prædicaturi: & ideo oportebat, vt firmiter crederent & hæc postea nunciarent. Vnde Petrus prædicans dixit, quod apparuit post resurrectionē suā non omnibus sed testibus præordinatis à Deo: nobis qui māducabimus & bibimus cū eo postquam resurrexit à mortuis. Et Ioānes etiā ait. Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimus oculis nostris, quod prospeximus, & manus nostræ cōtrectauerūt, de verbo vite. ¶ Expende etiā Christi humilitatē & charitatē, qui cū Rex esset gloria tā humiliter se præbuit tractandū discipulis pauperibus: vt fidē resurrectionis ostēderet, & ad credendū eos alliceret. Licet enim tā non erat mortalis, nec passibilis, ascenderat quidē ad altiorē statum & dignitatem: nā erat gloriosus & immortalis, nihilominus non obliuiscitur antiquæ humilitatis & solitū. Non sic multi faciunt, qui cum se vident ad sidera duātos & in dignitatibus magistratibusque cōstitutos, quæ prius nouerāt nō agnoscut: quia honores mutāt mores, contēnunt etiam amicos cum Dñi efficiūtur. Non sic Ioseph, qui cū vidisset fratres ad se venientes humili & sordido habitu & as-

Act. 10.

1 Ioan. 1.

Gen. 45.

Exod. 10.

Chry. hom. 49. in imperio. Mat.

nis, quibus triticū asportarent, & ouiu essent pastores, ipse autē Aegypti praefectus eos no-  
uit, quibus & honorem detulit, maximeque  
fecit. Sed historiam profsequamur. *Abucan-  
tem illis non credentibus & mirantibus praegan-  
dio dixit.* Ioannes clarius dicit, gaudii sunt di-  
scipuli viso Dño iam hic vides quam vere di-  
xerit Dominus. Tristitia implebit cor vestrum:  
iterum autem videbo vos, & gaudebit cor ve-  
strum. Tristitia fuerunt repleti in eius passio-  
ne, & in illo triduo: vnde Dñs dixit discipu-  
lis eúribus in Emaus. Qui sunt hi sermones,  
quos confertis ad inuicem ambulantes, & es-  
tis tristes? At nunc iā gaudent in Christi prae-  
sentia: & omnes illae lachrymae absorptae fue-  
runt in praesentia Christi. Vides etiā hic, quā  
verē dictum sit de Deo. Post tempestatē tran-  
quillum facis: & post flectum gaudium indu-  
cis. Sed mirabile est quod hic ait, quod non  
credentes discipuli gaudebant. Quomodo  
non credentes gaudebant? Sed simul stare po-  
terat vt ad praesentiam Domini gaudii sunt:  
nihilominus tamen nō perfecte crediderint,  
sed timuerint ne fortasse Dominus non esset  
qui appareret. Gaudij enim magnitudo cau-  
sa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit,  
vt ad quod maximē gaudemus, & quod ma-  
xime optamus metuemus, ne aut non sit, aut  
non eueniat, aut ne fallamur. Sed audiamus,  
iam nūc quid Christus dixerit discipulis gau-  
dentibus in ipso. *Habetis hic aliquid quod man-  
ducat? At illi obtulerunt ei partem piscis asini,  
& iuuu meliis. Et cum manducasset coram eis  
summens reliquias dedit eis.* Poterat indigne  
ferre, tarditatem eorum: sed vt matres solēt  
fouere paruulos suos, ita Christus infirmos di-  
scipulorum animos summa lenitate & ineffa-  
bili suauitate tractauit. O quanta est erga  
nos omnipotentis Dei charitas: vbi Dominus  
maiestatis cum rudibus & pauperulis pisco-  
toribus etiam post resurrectionem tam fami-  
liariter & suauiter conuersabatur, edens: &  
bibens cum illis. ¶ Obseruandum autē quod  
hos discipulos, ad praedicandum mittit per  
totum vniuersum, & ad sustinendum labo-  
res & persecutiones: sed tamen prius vult  
dulciter cum eis comedere. Sic cum sciat la-  
bores virilitatem hominibus afferre ostendit  
eis prius dulcia solatia, vt eis homines inui-  
tet, & tandem fortiter temptationibus resistat:  
sicuti iter acturi prius cibos parant, ne in via  
laboribus desinant. Sic Christus fecit cum istis  
Apostolis & discipulis. Columbae in terram

longinquam mittendae prius fructu melle  
multo cibantur, vt semper conentur ad locū,  
quo delicatius tractatas fuisse meminerunt  
redire. Filij Israel prius cibati fuerunt manu  
caelestis in deserto, & postea dimicauerunt cū  
gigantibus terrae promissionis. Similiter fe-  
cit Christus cum istis comedens cum eis fami-  
liariter, & postea misit illos, vt pugnarent  
aduersus totum orbem. ¶ Porro comestio  
Christi fuit vera comestio, & non ficta, sicut  
comedebant Angeli, qui apparuerunt Abra-  
ham, & Raphael, qui sociauit Tobiam. Sed  
Christus non sicut illi Angelis federe comē-  
dit: quia dentibus attritus est cibus, & in sto-  
macho receptus: & sic fuit vera comestio.  
Sed quantum ad diuisionem cibi & traiectionem  
in ventrem non inuenitur in Christo fi-  
nis humanae comestionis: quia virtute diui-  
na quicquid erat ibi conuertebatur in aere  
aut vaporem: sicut virtute solis aqua resolu-  
tur in vaporem subtilem, & consumitur. Ma-  
ducauit igitur Christus post resurrectionem  
non quasi cibo indigens (sed vt Chryso-  
stomus ait) vt eo modo naturam corporis resur-  
gentis astrueret. Verum licet comestio non  
fuerit per se sufficiens argumentum ad pro-  
bandum veritatem naturae humanae in ipso:  
tamen cum alijs argumentis visu, voce, & au-  
ditu, cum scripturis sacris erat sufficiens ar-  
gumentum ad probandum Christum vere  
resurrexisse à mortuis. Sed ad contextum. *Es  
dixit ad eos. Haec sunt verba, quae locutus sum ad  
vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam nescisse  
est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi,  
& Prophetis, & Psalmis de me.* Reducit ad  
memoriam ea, quae dixit ante mortem. Ecce  
ascendimus Hierosolimam, & filius homi-  
nis tradetur ad illudendum, flagellandum,  
&c. Sicut omnia, quae vobis praedixi de mor-  
te mea iam vidistis impleta: credite quod etiā  
vera dixi vobis, cum resurrectionem meam  
praedixi. Sicut in alijs verum inueniunt magi-  
strum: sic in hoc oportebat, vt illum crede-  
rent verum. Sed necesse fuit illa adimpleri  
necessitate conditionata non absoluta: hoc  
est, necessitate consequentiae: non consequen-  
tis: seu in sensu cōposito, non autem diuisor-  
non necessitate coactionis liberi arbitrii, sed  
praordinationis diuini decreti. Caterum in  
lege Moysi multa de Christo scripta sunt: vt  
quod Deus dixit Abraham, Isaac & Iacob, in  
femine tuo benedicetur omnes familiae terrae.  
Et illud Deuteronomij, Prophetam suscita-

Exo. 16.  
Iosue. 9.

Gene. 18.  
Tob. 12.

Chryl. bñ  
86. sup li

Gen. 12.  
Gen. 26. &  
28.

Deut. 18.  
bit

bit vobis Dominus. In Psalmis etiam passim  
inuenies de Christo. Prophetauit namque in-  
carnationem, nativitatem, aduentum Regū,  
praedicationem, passionem, & crucem: deni-  
que resurrectionem, & in caelos ascensionem,  
egregius Pfaltes, vt in superioribus iam vidi-  
mus. Praeterea in his verbis ostendit Christus  
vetus testamentum ad fidei nostrae firmita-  
tem, & certitudinem esse necessarium, aduer-  
sus Valentinianos, & Manichaeos: qui vetus  
testamentum damnarunt. Quia Christus hic  
de veteri testamento loquitur quia nihil de  
novo tunc erat scriptum. *Tūc aperuit illis sen-  
sus vt intelligerent scripturas.* Hoc est intel-  
lectum eorum illuminauit. Haecenus manife-  
stauerat se esse verum eūdem hominem (sci-  
licet Iesum) ab humanis, modo manifestat à  
diuinis agendo & operando in eorum men-  
tes: hoc enim diuinum est opus, aperite scilicet,  
mentes eorum vt intelligerent scriptu-  
ras, & donare piscatoribus statim intelligen-  
tium Prophetarum. Obserua autem quod  
Prophetae bene intellexerunt suas scripturas  
& sciebant quod loquebantur: nam non fue-  
runt sicut Montanus somnauit, qui (vt ait  
Hieronymus) dixit, quod Prophetae more pe-  
cudum loquebantur non intelligentes. Intel-  
ligebant vtique, nam alias prophetae non es-  
sent. Sic fuit Propheta Ioseph, qui interpreta-  
tus est somnium Pharaonis: & nō Pharaon  
vidit vaccae & spicas. Sic etiam non fuit Pro-  
pheta Nabuchodonosor, qui statim vidit:  
bene autem Daniel qui interpretatus est eū-  
dem regni Chaldaeorum, per statuam signa-  
tum. Atque ideo quauis Caiphas propheta-  
uit, tamē non fuit propheta: quia nō intēdit  
quid Spiritus sanctus per os eius voluerit infi-  
nuare. Cū tamē intelligerēt scriptores sacrae  
scripturae, & volum. nū. sanctorum ea, quae di-  
cebant & sciebant: cur nō loquenti sunt cla-  
re? cur ita obscure loquenti sunt, vt necesse fue-  
rit, vt Christus aperiret sensum, vt intellige-  
rēt Apostoli scripturas? Scriptura sacra obscu-  
ra est. Primo ne Iudei sacros libros, qui tracta-  
bāt de ruina Israelis, & de vocatione Gentiu  
tā aduersus testimonio. Hoc Esaias ex per-  
sona Domini ad Iudeos gentem ait. Ne  
que credidisti, nec à principio aperuit tibi au-  
res tuas? noueram enim quod inobediens  
non pareres. Secundo obscuritatis alia ratio  
est, idioma videlicet Hebraicae linguae diuer-  
sum à Graeca & Latina. Praeterea ob increduli-

Hier. lib. 1.  
comm. 7. Esa.  
cap. 1.  
Gen. 41.

Dan. 2.

Isa. 11.

Esa. 43.

tatem etiā auditorū multa obscura dixerunt:  
quae tamē paucioribus & sanctis viris reuelata  
sunt. Obscura sunt, quia hyperbolis frequē-  
ter vtuntur propter velocitatē sermonū suo-  
rū, & propter impetū Spiritus qui inerat scri-  
toribus sanctis. Hoc de Paulo dixit Irenaeus,  
q̄ de omnibus scriptoribus sacrorū volumi-  
nū fas est dicere. Quin etiam obscura sunt scrip-  
turae, quia pleraque figurate portenduntur, per  
aenigmata & allegorias & parabolas, aliter in-  
telligenda quā sonare videntur. Nā terrā la-  
ete & melle manantē legimus, & motēs stilla-  
bā dulcedinē: & de gentibus ait. Benedicēt  
me bestiae agri. Nā scripturae proprius chara-  
cter est per translationē loqui. Sic Esaias. Pro-  
 eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quae  
vadunt cū silentio, id est, noluerūt decem tri-  
bus parere domui David & assumpsit magis  
Rafim & filium Romelae. Propter hoc ecce  
Dñs adducet super eos aquas fluminis fortes  
& multas, regē Assyriorum. Et de vocatione  
gentiu loquens idem Propheta ait. Gloria Li-  
bani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus, &c.  
Sexto obscure sunt, quia solēt superioris intel-  
lectus consequentia nō tenere, maximē pphe-  
tae qui (vt D. Hieronymus adnotat) solent tri-  
pente propositū mutare. Vnde Naui ait. Cele-  
bra Iuda feiuitates tuas, & reddet vota tua:  
quia nō adijciet vltra, vt pertranseat ad te Be-  
thel, &c. Et sermonē conuertens ait. Ascendit  
qui dispergat in facie tua, custodiens obsequio-  
nē. Et in Psalmo cum dixit Propheta. Exulta-  
te Deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob,  
subito persona mutatur. Nā in persona Dñi  
statim loquitur ad populū In tribulatione ia-  
uocasti me, & exaudiui te. Et multa alia sunt  
loca, in quibus propositum statim mutatur:  
quae omnia breuitati cōsules dimittimus.  
Ex his & alijs causis scriptura sacra difficilis  
redditur: quam difficultatem submouit Chri-  
stus ab Apostolis, vt sensus scripturae sit illis  
clarus. Obscura autē erāt scripturae quod ipse  
Deus voluit significare cū veniens ad Moysen  
legem laturus monent Orebum nube densa  
cooperuit, & Salomonis tēplum obscura ne-  
bula impleuit: & arcam foederis velo iulsi  
cooperite. At Christus Dei filius splendor glo-  
riae, & figura sustatē eius ipsas diuinas litteras  
explauit. Cum Elias ascendit in caelū pal-  
lium suum discipulo suo Eliseo reliquit, quo  
profundas Iordanis aquas pertranfuit. Sic  
Christus ascendens in caelū caelestē sapientiam  
dedit discipulis, quae possent sacra scripturam  
A a a 6 intelli-

Ire. li. 3. ad  
uer. Haref.  
cap. 7.

Exod. 13.  
100. 3.

Esa. 8.

Esa. 60.

Nam. 1.

Psal. 80.

Exo. 32.

Reg. 3.

Exo. 26.

Hebr. 1.

4. Reg. 2.

intelligere eiusq; profundas aquas penetra-  
re. Sequitur. *Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & velurgere a mortuis tertia die.* Sæpe iam in multis locis diximus, quomodo oportebat Christum pati: & de hoc termino & vocabulo, necessariū. Nihilominus tamen expedit hic aliquid enarrare. Quapropter aduerte quod si necessariū hic accipitur secūdum sui naturam ita vt impossibile sit taliter se habere, sic manifestum est quod non fuit necessarium Christum, pati: nec ex parte Dei, nec ex parte hominis. Si vero necessarium accipitur ex aliquo exteriori, ita vt faciat necessitatem coactionis, vt cum aliquis non potest ire propter violentiam detinentis illum: non fuit hoc modo necessarium pati, nec ex parte Dei, qui Christum definiuit pati, nec ex parte Christi, qui voluntarie passus est. Verum si necessarium accipitur ex suppositione finis, ita vt finis nullo modo possit esse aut non possit conuenienter nisi tali fine præsupposito: isto modo Christū pati necessarium fuit necessitate finis: & sic oportebat patituram ex parte patris & filij, sicuti nostra. Hæc etiam insinuatur in hoc Lucae con-  
textu. Primo ex parte patris: quia sic scriptum est vt promissis sunt ordinatis, institutis, firmatis, iuratis, atque scriptis. Regum enim interest promissa ad implere, contrarium autē defectus maximus est. Deus promiserat hoc in Psalmis, in scripturis, & in prophetis quapropter ex parte patris necesse erat Christū pati, quia sic scriptum erat. Vnde Ecclesiasticus ait Deo Da mercedem sustinentibus re: vt prophetæ tui fideles inueniatur. Idem Christus superius dixit, filius hominis secundum quod definitum est vadit. ¶ Secundo ex parte filij ideo ait cōsequenter. Oportebat Christum pati Bonorum, quidem filiorum interest maximè patrum promissis stare. Christus autem ita hoc negotium suscepit, vt nec vnus apex nec vnus iota præteritit à lege, donec omnia fierent. Ideo ipse Christus, patrem alloquitur dicens. Ego te clarificauit super terram: hoc est, ego ostendi pater te verbum tuū & promissum magnificere. Et etiam fuit necesse ex parte Christi: quia per humilitatē passionis meruit gloriam & exaltationem resurrectionis. ¶ Tertio fuit necesse ex parte nostra: quia per eius passionem liberati sumus à diabolice uirtute vt ex Iohanne Saluator dixit. Oportebat exaltari filij hominis: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam

aternam. Et hoc est quod ait cōsequenter. *Et prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gētes.* Quare in nomine Christi. Quia hic solus est, qui penitentiam & penitentibus veniam promeruit. Nec solum prædicandum est vt homines penitentiam agant de malefactis suis: sed etiam quod verè penitentes consequuturi sint per Christum remissionem peccatorum. ¶ Verū hic aliqua obseruanda sunt. Primo quod Christi passio dat virtutē penitentiæ: & ideo prius dixit. Oportuit Christum pati, & deinde eius virtutem ostendit addēs in remissionem peccatorum. Hæc enim Christi passionis utilitas est, vt peccata remittantur, & hoc tripliciter. Primo per modū prouocaris ad charitatē, quia vt ait Apostolus, commendat Deus suam charitatem in nobis: quoniam cū inimici essemus Christus pro nobis mortuus est: per charitatē autem consequimur veniam peccatorum. Secundo passio Christi causat remissionem peccatorum per modū redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum, per passionem suā quā ex charitate & obedientia sustinuit liberauit nos tanquam membra sua à peccatis: per pretium suæ passionis Tertio per modum efficiētiae in quantum caro, secundum quam Christus passionem sustinuit est instrumentū deitatis: ex quo eius passiones & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum ¶ Aduertendum secundo quod cum dicit, oportebat prædicari, præteritum oportebat non respicit prædicationem præteritam (cum de futuro sit sermo) sed respicit dispositionem prædicationis futuræ per Apostolos. Est enim sensus quod oportebat sic: id est, talem dispositionem & ordinem ac modū ad prædicandum efficere, qualis modus, qualis ordo, qualis dispositio effecta est vt scilicet, colligeret Iesus discipulos testes miraculorū vitæ, prædicationis, passionis, & resurrectionis suæ. ¶ Tertio post Christi mortē dicit prædicandam esse penitentiam, vt intelligas quod oportet, vt penitentiam agas quauis pro te sit mortuus Christus: vt effectum mortis eius scilicet gratiam & remissionem peccatorum consequaris. Nemo in sola Christi satisfactio-  
ne securus consistat, vt impijssimi docent Lutherani: nam opus est vt tu labores, doleas, & penitentiam agas, vt gratiam & remissionē peccatorum consequaris. Hæc enim iubet Christus, postquam sanguinem suum fudit, & pro nobis

Rom 5.

Ioh 12.

Exo. 1.

Gen. 37.

Roma. 10.  
Psal. 18.

Mar. 15.

Act. 2.

Mar. 16.

Matth. 24.

Chryl. hom. 1 ep. ad Rō & hom 8. super 2. Cor. cap. 4.

nobis satisfecit ¶ Quarto prædicandum iubet in omnes gentes vt videas quantum sint multiplicati fideles post Christi passionem & ex merito passionis suæ. Ipse enim dixit. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuū fuerit, &c. Solus erat Christus in cælo; nullis animabus sanctis sociatus antequam moreretur: sed postquam gradus hoc frumenti mortuum est attulit multum fructum: quia cælum repletam abst sanctis hominibus, Sic etiā ait scriptura, quod post mortem Ioseph multiplicati sunt filij Israël, & creuerunt nimis. Similiter pauci erant filij regni in vita Christi & pauci credētes: sed postquam Christus, qui vt alter Ioseph fuit venditus à Iuda, & mortuus est, creuerunt filij Israël, hoc est Christiani: quia omnis orbis venit ad Christū & in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, & in fines orbis terra verba eorum. ¶ Sed dubiū hic maximum oriri videtur. An Apostoli prædicauerint Euangelium omnibus gentibus? Ad quod breuiter respondeo, quod sic: nam hoc præceptum fuit personale & in sua persona dictum est Apostolis & discipulis Christi, & quicquid Christus mandabat est possibile: & quāuis effectualis impossibile, per eius virtutem faceret illud possibile. & sic impletum est ab ipsis Apostolis & discipulis. Et vt Marcus expressius fatetur, dixit Christus. Ire & prædicare euangelium omni creature. Et actū primo habuit, quod in die ascensionis dixit. Et eritis mihi testes in Iudæa & in Hierusalem: & vsq; ad vltimū terræ, ipsimet Christi discipuli qui fuerant eius testes postquā induti sunt virtute ex alto & acceperūt Spiritū sanctū, qui fuerūt testes in Iudæa & in Samaria fuerūt etiā testes vsque ad vltimū terræ. Et Marcus clarè dicit quod protecti prædicauerūt vbique. Et Christus in Mattheo dixit loquens de destructione Hierusalem: Prædicabitur hoc euangelium in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio. Ergo ante excidium Hierosolymitanum fuit prædicatum euangelium, in vniuerso mundo; & Chrysostomus larè probat hoc ex illo, quod Paulus adducit, dicens quod in omnem terram exiuit sonus eorū & in fines, &c. Nam si vnus Paulus tanquam sol ab oriente vsque in occidentem venit in Hispaniam, & tot prouincijs prædicauit; vt videre est in actis Apostolorum: quid alij facerent? Nec intelligas Apostolos in vita sua omnibus prouincijs prædicasse: vbilibet, vicis, & oppidis sed prædicasse saltem præcipuis prouincijs &

ciuitatibus. Itaque etiā discipuli Christi prædicatione non omnia loca tetigerunt, sufficit quod prædicationis euangelij fama per omnes partes celebris fuit. Et sic debes intelligere diuum Augustinum dicentem cum Etichio scribit, qd erant in Africa gentes Barbaræ, ad quas non peruenit prædicatio euangelij: quia Barbari illi propter aliquam accidentalem separationē commercij ab alijs hominibus vel te ecclesie cōgentibus nō audiant vocem Christianitatis & nesciant doctrinam Christi: & tamen in primis temporibus statim post Christi mortem prædicatum est ibi aliquid, vel in prouincijs finitimis, ita vt fama nominis christiani perueniret ad eos. Et ita Augustinum & Origenes qui dicunt, per Apostolos non esse in totum orbem prædicatum euangelium intelligendi sunt de prædicatione quā ad totalem fructū: & qd Christus hic dicit intelligitur de prædicatione facta & publicatione, etiā si nemo conuerteretur. Si enim intelligatur hoc quantum ad fructum prædicationis qui est vt singulis gentibus fundatur ecclesia credentium in Christo hoc complebitur ante diē iudicij, vt Augustinus exponit: non tamen fuit completum ante euerisionem Hierusalem. Sed si loquamur de fama prædicationis, hoc ante euerisionem Hierusalem fuit completum: in vita Apostolorū & discipulorum Christi. Vnde beatus Hieronymus putat nō mansisse aliquā gentē, quæ Christi nomen ignoret: & quāquā non habuit prædicatorem tamē ex vicinis gentibus opinione fidei nō potest ignorare. Verba sunt hæc diui Hieronymi. Et sic Augustinus & Origenes possunt cum alijs concordari. Sed satis sit de hac questione. Verū ubi incipienda esset hæc euangelij prædicatio in omnes gentes ostendit Christus dicens. *Incipientibus ab Hierosolyma.* Siquidem remissionē peccatorum prædicabant, congruum erat, inciperet ab illa ciuitate, vbi patratū est maximum omnium scelus: vt videntes Gētilēs hanc infinitā misericordiam qualis erat ignoscere huic ciuitati, sed quid dico ignoscere: immo quod voluit Christus prius euangelium ei denunciari, vbi fuit mortuus nefando scelere & non viso, vt videntes inquam Gētilēs hoc Christo maxime afficerentur ne desperarent de misericordia ipsius. siquidem adeo bonus & misericors fuit vt non solum parcere huic ciuitati Hierusalem voluerit, sed etiam eam omnibus alijs mundi præferre. Quis ergo dissidet misericordie Dei: quando tanta liberalitate veniā cōcedit his qui propriū filij crucifixi sūt? Secū

Aug. ep. de Ebricitate in lib sine e. p. ac vna. parationē commercij ab alijs hominibus vel te ecclesie cōgentibus nō audiant vocem Christianitatis & nesciant doctrinam Christi: & tamen in primis temporibus statim post Christi mortem prædicatum est ibi aliquid, vel in prouincijs finitimis, ita vt fama nominis christiani perueniret ad eos. Et ita Augustinum & Origenes qui dicunt, per Apostolos non esse in totum orbem prædicatum euangelium intelligendi sunt de prædicatione quā ad totalem fructū: & qd Christus hic dicit intelligitur de prædicatione facta & publicatione, etiā si nemo conuerteretur. Si enim intelligatur hoc quantum ad fructum prædicationis qui est vt singulis gentibus fundatur ecclesia credentium in Christo hoc complebitur ante diē iudicij, vt Augustinus exponit: non tamen fuit completum ante euerisionem Hierusalem. Sed si loquamur de fama prædicationis, hoc ante euerisionem Hierusalem fuit completum: in vita Apostolorū & discipulorum Christi. Vnde beatus Hieronymus putat nō mansisse aliquā gentē, quæ Christi nomen ignoret: & quāquā non habuit prædicatorem tamē ex vicinis gentibus opinione fidei nō potest ignorare. Verba sunt hæc diui Hieronymi. Et sic Augustinus & Origenes possunt cum alijs concordari. Sed satis sit de hac questione. Verū ubi incipienda esset hæc euangelij prædicatio in omnes gentes ostendit Christus dicens. Incipientibus ab Hierosolyma. Siquidem remissionē peccatorum prædicabant, congruum erat, inciperet ab illa ciuitate, vbi patratū est maximum omnium scelus: vt videntes Gētilēs hanc infinitā misericordiam qualis erat ignoscere huic ciuitati, sed quid dico ignoscere: immo quod voluit Christus prius euangelium ei denunciari, vbi fuit mortuus nefando scelere & non viso, vt videntes inquam Gētilēs hoc Christo maxime afficerentur ne desperarent de misericordia ipsius. siquidem adeo bonus & misericors fuit vt non solum parcere huic ciuitati Hierusalem voluerit, sed etiam eam omnibus alijs mundi præferre. Quis ergo dissidet misericordie Dei: quando tanta liberalitate veniā cōcedit his qui propriū filij crucifixi sūt? Secū

Hier. com. in Mat. c. p. 24.

Secundo voluit, vt ab Hierosolymis inciperet prædicatio: vt ex ludæorum credulitate, Gentiles animarentur ad amplexandam fidem Christianam. Si enim in Christum credere nõ dubitarunt illi, à quibus in Cruce suspensus est: quare non crederent in eum Gentiles qui tantum nefas contra Christum non perpetrarunt? Et si Iudæi homicidæ post tot flagitia simul atque respicerent, tantæ gratiæ facti sunt particeps: qui non possunt Gentiles bonam spem concipere veniæ? Sed de his hæc tenus. *Vos autem estis testes horum, & ego mittam promissum patris mei in vos.* A postoli erant testes vite, miraculorum, & predicationis Christi, & debebant vniverso orbi de his testimonium perhibere: sed quoniam testis firmus & cõstans in dictis esse debet, ideo postquam dixit eos futuros testes, adiecit missurum se Spiritum sanctum qui eos virtute & fortitudine maxime reficeret. Figulus postquam vasa in rota confecit sunt blanda mollia, atque debilia: qui si tangas, comminuuntur statim. Si tamẽ in camino ignis reponas vt coquantur, dura educit & fortia. Vasisbus luteis sanctus Iob nos cõparauit, cum dixit. Memento dñe, quod sicut lutum feceris me. Erat A postoli sicuti & nos vasa debilia & delicata: adeo vt eorum principem qui se vt fortiorẽ magnificabat quedã vicerit muliercula. Non eius collo gladiũ lubiderunt, non Gigantes & homines fortes obiderunt armati sed quedã mulier debilis sexu, ignobilis conditione & officio, erat enim ianuaria: fuit tanta Petri pusillanimitas, vt timore concussus magistrum negauerit, nec habuit vim nec pectus ad reddendum de illo testimonium. Sed tamẽ hæc lutea vasa igni immissa ex Spiritu sancti fornace euaserunt fortissima & validissima: sic vt diuus Petrus, qui ante mulierem verebatur non timuit magistratus postea, pontifices & principes synagoge, coram quibus maxima auctoritate in concilio respondit dicens. Obediẽ oportet Deo magis quã hominib⁹. Hac ratione inter alias, Spiritus sanctus venit super Apostolos in linguis igneis: quia sicut vasa lutea coquere volebat igne, vt de Christo testimonium redderent. Possent etiam dicere. Quinam sumus nos, homines idiotæ illiteratiqui: ad disputandum cū doctoribus & legis peritis & de Deo testimonium reddendum? Ad hoc respondet Christus se missurum Spiritum sanctum, qui eos omnia doceat. Ideo in Ioanne habetur, & promittens Spiritum paraclætum, dixit. Il-

le vos docebit omnia. Et quia ignis illuminatur, venit in linguis igneis, ad illuminandum eorum intellectus, consciẽtia, literis & maxima sapientia. Futuri erant testes A postoli, & testimonium de Christo redditur coram potentibus & terrę principibus: hoc autem indigebant robore ac fortitudine. Redduntur etiã erant testimonium coram sapientibus mundi, & adhuc indigebant etiã sapientia & peritia: & quoniam duo hæc Spiritus sanctus erat eis largiturus per donũ fortitudinis & sapientie, cum dixit eos futuros testes, ideo adiecit Spiritum sanctum ad eos mittendum cuius aduentu erant futuri fortes & sapientes testes. ¶ Præterea ex hoc colligitur Theologi auctoritatem originis respectu Spiritus sancti in filio insinuari, dum dicit filius: ego mittam. Missio enim in diuinis importat processionem ab alio. Ideo solus pater nunquam missus dicitur, quia non procedit ab alio: filius autem dicitur missus à patre, quia ab ipso procedit. Paulus. Misit Deus filium suum. Et Christus. Quem pater misit. Sed Spiritus sanctus à patre dicitur mitti & à filio. A patre mittitur, quia dixit Christus. Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo. Et mittitur à filio quia hic dicit Christus. Et ego mittam promissum patris mei in vos. Ergo à patre & filio procedit, nõ ab vtroq; dicitur missus. Coniungitur ex hoc loco antiquus error Græcorũ qui dixerunt Spiritum sanctum à filio non procedere sed solum à patre. Ideo caue cū Theophilactũ legis, qui more Græcorum dixit supra Ioannem Spiritum sanctum à patre tantum procedere, & non à filio. Sed de his alias. *Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.* Necessariũ enim erat Apostolos impleri Spiritu sancto & indui virtute ex alto: nõ vana ventis dare cõtra aquæ torrentem vela adimpleri debet vcto: & quoniam Apostoli erant per mundũ nauigaturi contra torrentem, hoc est, contra suas inclinationes repleti sunt prius Spiritu sancto. Accipitẽ sublimis petra manum tenentis cū fugiens tam saturatus ac repletus potest recidere, vt nunquã amplius ad eundem redire cupiat. Volens ergo Deus Apostolos dimittere, & catenis metus & amoris mundi dantẽ eripere repleti sunt Spiritu sancto, quo sunt adeo refecti, vt nunquã indigerint amplius ad mundũ redire. Vas igni appositũ cito comminuitur si vacuũ sit, & tamẽ si plenu sit conseruatur: & quoniam apostolica vasa debebant cõijci in ignem maximarum tribulationũ, prius repleta

Gala. 4.  
Ioan. 10.  
Ioan. 15.

Theop. in 2.  
uap. Ioan.  
capi 3.

pleta sunt Spiritu sancto ne cõminuerentur, quapropter expediebat eis maxime in ciuitate morari vsque adeo hac virtute & Spiritus sancti fortitudine induerentur: & postea exire ad prædicandum sustinendumque labores absque vilo defectu & diminutione. Aduerte autẽ quod virtus in hoc loco pro fortitudine accipitur, sicut & supra in initio huius Euan gelij cū Angelus dixit Zachariæ loquens de Ioanne Baptista. Ipse præbit ante illũ in spiritu & virtute Helie. Hoc est, in fortitudine. Iã diximus quod A postoli fuerunt pusillanimes in Christi passione, quia omnes metu & timore agitati relicto magistro fugerunt: & Petrus qui se se alijs fortiorẽ esse putabat illũ ter negauerit. Ideoq; op⁹ erat vt isti, qui futuri erant testes Christi in iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ induerentur cõstantia, & fortitudine & virtus ex alto, vt testimonium darẽt Christi, & Euan gelium constanter predicarent coram Regibus & principibus & potestatibus huius mundi. Hanc fortitudinem acceperunt ex alto, ex aduentu Spiritus sancti. Erant enim A postoli & Christi discipuli vna instrumenta & organa Spiritus sancti, quibus Spiritus Dei loquebatur in hominum cordibus: in quo quidem experiri poterant omnia quæ faciebant Dei esse opera, non autem ipsis propria. Hoc idẽ modo operatur Spiritus sanctus per prædicatores Apostolicos, & Catholicos, qui prædicat secundũ doctrinã sanctæ Romanæ Ecclesię: quibus inquit Christus. Nõ estis vos qui loquimini: sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Si hoc ergo ita est quid gloriaris in his quæ pro te Deus facit? Nunquid gloriabitur securis (ait Esaias) contra eũ qui lecat in ea, aut exaltabitur terra contra eũ à quo trahitur? Fidelis seruus Dei erat Paulus siquidẽ postquam omnes suos labores narrauit eorum auctorẽ Deũ cognoscens dixit. Nõ ego sed gratia Dei mecum. *Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis.* Vsq; adhuc scripsit Lucas apparitionem, quæ facta est in vespere diei resurrectionis dominicę, & nunc iam agit de Ascensione domini, præmittens omnes apparitiones & omnia, quæ Christus gessit in illis quadraginta diebus. Hanc vero Christi Ascensionem per pulchre scribit noster Lucas in primo capite libri, qui Actus Apostolorum prænotatur. Locus autem ascensionis non fuit in Bethania, sed in monte Oliueti propẽ Bethaniam. Quapropter cū dicit hic, quod edu-

xit eos in Bethaniam: intellige exclusiue iuxta Bethaniam. Perro benedicere est bona precari: dicere autem Dei semper efficacis est. Dixit enim & facta sunt, quare & benedicere eius non potest non esse efficacis. An vero Christus benedicendo, & bona illis imprecãdo vsus est signo crucis tacet Euan gelium. In veteri lege eleuabant manũ cū benedicbãt & sic in Leuitico habetur, quod Aaron extirgens manum ad populum benedixit ei. Crederim ego quod Christus eleuauit manum & factu super eos signo Crucis benedixerit eis. Hoc tamẽ certũ est hæc antiquissimã consuetudinẽ benedicendi per signũ crucis Ecclesiã retinuissẽ vsu publico à temporibus Apostolorum: quare verisimile est A postolos didicissẽ à magistro suo Christo: maxime tunc post triumphum victoriæ per agnomen crucis, ad declarandum Deum patrem nos benedicere omnibenedictione in ætæstibus per triumphum Crucis. *Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis & ferebatur in caelum.* Mirabile certe hoc est in sacris literis quã paucis verbis multa atq; ea magna complectantur. Gloriosissimam illam Ascensionem, & tam mirabilem & gaudium discipulorum matrisque eius sanctissimæ videntis Christum ascendere tanta maiestate & Angelorũ apparitione significare volens inquit: recessit ab eis & ferebatur in caelum. Cũ etiam in hoc mudo cõuersatus esset cum A postolis quibus, vt amicis omnia quæ maximĩ erant momenti nota fecerat, ita vt omnia quæ audiuit à patre suo nõta faceret eis, inquit Marcus quod postquam loquutus est eis assumptus est in caelum. Vide ergo excellentiam sacra scripturæ, quæ tam paucis verbis tanta complectitur. Mũdus vt fabulã narret, mirabile est quibus vratur verbis, quam ostentatione pleniss, & ornatis, quãtum conetur pulchre ea intexere, & multiplicare: & tandem nihil. Arma virum quæcano, Troic qui primus ab oris, &c. Et post magnũ verborum tumultum vnica veritate prolata mille mendacia emittit. Pulchra mulier quomodocũq; exornetur placent, vili enim pãno inuoluta visum reficit. Deforsis autẽ maximo ornatu & fuce indiget, oneratiq; auro & feris vestibus, vt aliquid apparere possit. Veritas ipsa est quid pulcherrimũ adeo, vt quouis modo se habeat placeat, nõ enim indiget Quintilianĩ rhetorica, nec Tullij eloquentia nõ folijs, nec fuce aliquo, nõ de se pulcherrima est. Veritas Euan gelica non opus habet apparatus

Psal. 148.

Leuit. 9.

Ioan. 15.

Mar. 16.

Iob. 10.

Mar. 14.

Act. 4.  
Act. 2.

Ioan. 14.

Luc. 1.

Act. 1.

Esai. 10.

1. Cor. 15.



apparatu aliquo, nec verborum tumultu: nā simpliciter omni remota ostentatione profert quid sit rei. Recessit ab eis & ferebatur in cōlum, inquit, & tacet. Mundi tamem mendacium & fallacia his omnibus ornatibus indiget, vt alicuius momenti esse videatur. Respi ce Euangelistam & vide quā succincte tā mirabilem nobis describit ascensionē. Recessit Christus à matre, & discipulis non quidē sine magno dolore & tristitia eorū: nā ex vna parte sentiebant solitudinem & defectū quo afficiebantur ex Christi absentia, ex alia autē parte erāt eorū corda maximo quodam gaudio, & ineffabili repleta, vidētium magistrum in tanta gloria & maiestate in cōelum conscendere. Recessit eos singularim amplectens & maximo amore osculās, verba ad solatium dūcentia dicens. Ipsi autem veniam petebāt supplices propter incredulitatem prateritam refectionis. Benign⁹ magister excusabat eos & dulciter respōdebat, & amplexabatur: pia mater exorabat, vt secum duceret quando eius presentia destituta viuere nō poterat, nec per instans: filius respondebat orans quod si ipsa intelligebat quanto pretio Ecclesiam ipsam redemerat pateretur propter eius utilitatem & incrementum in mundo cōmorari ad solatium nouiter credētium, qui ad eam erāt venturi, pollicens tamē secundum meritum eius post in cōelum ferendam. Hunc ergo recessum tā mirabilem complectitur Euangelista hoc verbo: recessit ab eis. ¶ Posthac autē Christus dominus propria virtute conlurgit de terra, & per aere paulatim ascendit, vt credentes illi eo frueretur, quod sequuta est nubes sole ipso clarior sub eius pedibus posita, quē eū operuit, & sic tandem euauit ex oculis eorū. Eia nunc & tu Rex Dauid, qui in omnib⁹ mystrijs fidei nostrę tatum loqueris, modo nonne aliquid proferes de ista gloriosa Ascensione, in qua tu etiam fuisti cum Christo in cœlum ascendēs? Plāllat ergo hic tuum instrumentum, & dicat. Exaltate domine in virtute tua. Ereritum Exurgat Deus, & dissipetur inimici eius, sicut deficit fumus. &c. Cantate Deo psalmū dicite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super oceanum: Dñs nomē illi. Currus Dsi decem millibus. Ascēdisti in altum cepisti captiuitatem; dedisti dona Spiritus sancti hominib⁹. Viderūt ingressus tuos De⁹. Principes Iuda, principes Zabulon, principes Neptalin. Erant enim Apostoli horum tribuum. In medio iuencularū tympanistris

Psalm. 20.  
Psalm. 67.

rū, hæ erant discipuli teneri. Ibi Beniamin Filius dextra sedit ad patris dextram, ascendēs in mentis excessu super omnes choros Angelorum. Idedūque regna terræ cātate Deo psallite dño. Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli ad orientē, &c. Hanc igitur gloriam & maiestatem qua ascendit supra cœlos & sedit ad dexteram patris complectitur euangelista dicens, & ferebatur in cœlum. Ascendit eleuatis manibus sicut aquila prouocans pullos ad volandum, & super eos volitans: vt discipuli eius tanquam pulli sui ipsam sequi affectibus studerent, thesaurum in cœlo quærent eoq; cor subleuarent, dicentes illud. Trahe me post te, curemus in odore vnguentorum tuorū. Ascendebat Deus in iubilō, & dñs in voce tubæ. Gausi sunt angeli, quibus gaudium est super vno peccatore penitentia agente: oue errante, iam reperta & inuenta. Gausi sunt etiam iusti. Si enim Abraham excusauit, vt videret diem dñi, quātum in eius Ascensione cum omnibus lætatus est sanctis: Nā ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: suscepit eam nubes ab oculis Apostolorum. Nō quod indigebat subsidio nubis: sed voluit eius vt seruirit, virtus enim eius in nubibus Sic enim prædictū erat. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulās super peninas ventorum. Nou itaque fuit assumptus in nube vt Enoch: non in curru igneo vt Helias: sed ascendit propria virtute ille, qui prælat virtutē nobis, vt ascendamus præparās nobis viam, tollens de medio prædones animarum diabolum, scilicet mortem, infernum & peccatum, vt securum ac tutum ad patrem habeamus aditum. ¶ Expende etiā quod sacra scriptura humilia, & quæ ad opprobrium & confusionem attinēt minutatim scribit, & ad longum: quare omnes Euangelistæ nimis extensē passionem & mortem dñi scribunt, alapas tormenta, & flagella, & Ioannes quomodo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem in Samaria iuxta Sichēn. Et noster Lucas ter nominat præseptum & paupertatem Christi natiuitatis, Sic etiam Mattheus paupertatē discipulorum scribit dicens, quod parabant retia. Quid autem est hōnoris & gloriæ breui cōplent, & sic Euangelista modo vnicō verbo gloriosissimā Christi Ascensionē supra cœlos resumit: quo quidem condemnatur nostra superbia & insolentia, qui cum de honore nostro ac laude, agimus verbis omnia obtundimus, & aliquādo plus vero narram⁹. Vitia autem

Deute. 32.

Canti 1.  
Psalm 46.  
Luc. 15.

Ioan. 8.

Ephef. 4.

Psalm 67.  
Psalm 103.

Gene. 5.  
4. Reg. 2.

Ioan. 4.

Luc. 2.  
Matth. 4.

tem

rem nostra atque defectus tacemus, nec vllū verbum de eis esse volumus. Admonet locus iste, vt quemadmodum Christus ascendit in cœlum in corpore & anima postquam voluntate patris sui fecit, ita & nos si perseverantes in facie aterni patris eius volūtatem fecerimus, sperabimus nos assumendos in vitā æternam: quā nostris operibus retribuēt Deus iustus iudex. Non ascendet in cœlum cum Christo per solā fidem, sed per charitatē: quæ verē dignos nos facit cœlesti illa ascensione. Et ideo à monte Oliveti ascendit: quia ex operibus misericordiæ & charitatis ascendimus in cœlum. Vnde David. Quis ascendit in montem dñi, aut quis stabit in loco sancto eius: subdit. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā. Sed quid post Ascensionem fecerint discipuli audi. Et ipsi adorantes ingressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. Iam enim certa fides excusserat omne merore: & certa spes promissorū addebat alacritatem. Interea frequentes erant in templo iam tūc euangelicas victimas immolantes, laudibus ferētes: & gratias agentes ei, qui tanta beneficia decreuisset per filium suum gratis largiri mortalibus. Sic etiā & noster Lucas ait in Actis, quod omnes illi fideles statim post Christi ascensionē, & reuersi sunt in Hierusalē & introierunt in cœnaculū, & erant ibi vnanimiter perseverantes in oratione & obseruatione cum mulieribus & Mariā matre Iesu, & fratribus eius. ¶ Docet nos locus iste, vt perseveremus in orationibus & bonis operibus, si volumus spiritum sanctum suscipere. Perseuerantia enim informat meritū & corroborat propositū boni, remunerat currentē, coronat pugnantem ducit ad brauium, & cōducit euntes ad portū. Hæc est perseverantia, qua laureātur martyres, & virgines coronantur. Quid prodest, quod martyr pro fide dimicet: si non perseverat? Illa sancta quatuor animalia quæ erāt plena oculis ante & retro non habebant requiē die ac nocte, sed iugiter clamabant. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus omnipotēs: qui est qui erat, & qui venturus est. Ita quilibet Dei verus amator non debet habere requiem die ac nocte in operibus studiosis vltq; in finē vite sue. Licet enim cœli inferiores iugiter diversis moribus agitentur: cœlum tamen superiorem, quod nos dicimus Empyreū in nullo mouetur, nec à sua quiete perturbatur: sed semper in sua immobilitate perseveranter persi-

Psalm. 13.

Act. 1.

Apo. 1.

stet. Sic etiam quauis potentie inferiores sentitiuē perturbantur vel inordinate moueantur & agitentur ad bona sensitua capefenda tamen ratio cauere debet, ne vnquam moueatur, & discedat à desiderio superiorum, & operibus studiosis, quin potius in eis vltq; ad mortem perseueret. Nam quauis faceret aliquis in oratione optimum exordium, optimā inuentionem, dispositionē, eloquentem narrationem, ac pronunciationem: si non haberet solidam & bonam conclusionē, talis oratio omnino priuatur laudis humanæ merito: quia conclusio, quæ ars vetus dicitur, est totus orationis exitus oratio, determinatio, & perfectio. Sic ergo quauis quis haberet omnes virtutes, & non haberet finem perseuerantia: priueretur sine dubio merito cœlestis gloriæ. Audi Paulum. Bonum inquit certamen certavi: cursum consummaui, fidem seruauit, de cætero reposita est mihi corona, &c. Vide dominum Iesum Christum, qui triginta tribus annis noluit vnquam desistere à perseuerantia nostræ redemptionis, nec cessauit, propter diabolicam tentationē, nec propter Iudæorum exhortationem, qui dicebant, vt descenderet de Cruce. Non enim voluit cessare propter animæ & corporis omnimodam afflictionem: non deniq; propter Crucis passionē: sed perseverauit vltq; ad mortem, donec diceret, consummatum est, & tunc emisit spiritum dicens. In manus tuas dñe commendando spiritum meum. Quō exemplo significatur quod solum pater cœlestis illorum animas suscipit in regnū vitæ æternæ, qui perseverant vltq; ad mortem in eius amore, & bonis operibus. Vnde Paulus. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Igitur & nos curramus cū Paulo ad propositū nobis certamen non desicētes: tempus enim (vt ille ait) breue est. Merces autem nostra Saluator ait, quod multa est in cœlis: considerantes noī quæ vidētur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur æterna. Vtinā sic curramus in hac breui vita spoliantes veterem hominem, & nudi terrenis affectionibus, accipiamus brauium æternæ retributionis: quod nobis præstare dignetur dominus Iesus, qui opus hoc in habuit Lucam incepit & ipse, qui auctor totius boni est, ad finem vltq; consummauit. Cui summus honor sit & gloria in sempiterna secula seculorū Amen.

1. Tim. 4.

Mat. 4.  
Matth. 27.

Ioan. 1. 9.  
Mat. 27.

1. Cor. 9.

Hebr. 12.

1. Cor. 7.  
Mat. 5.

2. Cor. 4.  
Coloss. 3.

❧ Secundi tomi enarrationum in ❧  
beati Lucae Euangelium: & totius  
operis finis.  
( ? )

COMPLUTI.  
Excudebat Andreas de Angulo.  
M.D.LXXVII.

Granada catorze dias del mes de mayo de mill e 98  
y ochenta y cinco años. Los sr. Inquis<sup>2ee</sup> abiendo visto  
la diligencia hecha en este libro que es conforme al ca-  
tologo regulatorio del Illmo. señor cae<sup>o</sup> Inq. por el  
Comandante de la Cruz de la Espada.

A se deservido al p<sup>te</sup> de  
Santo of<sup>o</sup> de la Inq. de la Cruz de la Espada.

*Calixto*  
*Sánchez*  
Ante mí *Guillermo de la Cruz*